Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

2.1.115 Vol 5

ANNALES
CAMALDULENSES
TOMUS QUINTUS.

Digitized by Google

ANNALES
CAMALDULENSES
ORDINIS
SANCTI BENEDICTI

Quibus plura interſeruntur tum çeteras Italico-monaſticas res, tum hiſtoriam Eccleſiaſticam remque Diplomaticam illuſtrantia.

D. JOHANNE-BENEDICTO MITTARELLI ABBATE
& D. ANSELMO COSTADONI

Presbyteris & monachis e Congregatione Camaldulenſi Auctoribus.

TOMUS QUINTUS.

Complectens res geſtas ab anno Chriſti M. CC. LI. ad annum M. CCC. L.

Ad fidem MONUMENTORUM & VETERUM CHARTARUM, quæ APPENDICEM conſtituunt.



VENETIIS, MDCCLX.
Ære Monaſterii Sancti MICHAELIS DE MURIANO.

Proſtant apud JO. BAPTISTAM PASQUALI.
SUPERIORUM VENIA ET PRIVILEGIO.



Digitized by Google

CELSISSIMO. ET. REVERENDISSIMO

S. R. I. PRINCIPI

CHRISTOPHORO

DEI. ET. APOSTOLICAE. SEDIS. GRATIA

SANCTAE. METROPOLITANAE. VIENNENSIS. ECCLESIAE

ARCHIEPISCOPO

TRIDENTINAE. ATQVE. BRIXINENSIS

CATHEDRALIVM. ECCLESIARVM. CANONICO

ET. AD. SANCTOS. AEGIDIVM. ET. LEONARDVM. PRIORI

E. COMITIBVS. DE. MIGAZZIIS

DE. VAL. ET. SONNENTHVRN

SACRARVM. CAESAREARVM. MAIESTATVM

ACTVALI. INTIMO. CONSILIARIO

PRAESVLI. SAPIENTIA. PIETATE. PRVDENTIA. SPECTATISSIMO

LITERARVM. SCIENTIARVMQVE. CVLTORI. FAVTORI.

Johannes-benedictus Mittarelli Abbas & Anſelmus Coſtadoni Presbyteri & Monachi Camaldulenſes.

CUM id conſilii ceperimus, CHRISTOPHORE CELSISSIME & REVERENDISSIME PRINCEPS, ut Annalium noſtrorum Camaldulenſium frontibus nomi-

na praefigeremus praeſtantiſſimorum, principumque Virorum, qui vel ſpirituale, vel temporale jus dicerent in iis imperiis, regnis & provinciis, in quibus, poſt primum Occidentalis plagae anteſignanum, monachorumque inſtitutorem ſanctiſſimum BENEDICTUM, haud diſſimili ratione beatiſſimus proto-parens noſter ROMUALDUS ſociali foedere converſationem utramque coenobiticam & eremiticam conjunxit, alte menti noſtrae jam ab ipſis concepti operis initiis ſedit votum, ut in florentiſſimis Germaniae regnis inſignem aliquem nobis compararemus Maecenatem, qui noſtros qualeſcumque humiles labores benigniſſimo, validiſſimoque omine & nomine exciperet, confoveret, patrocinaretur. Quando autem primum innotuit, AMPLISSIME HIERARCHA, Te ex Vaccienſibus infulis, plauſu & gratulatione omnium bonorum, ab Auguſtiſſima MARIA THERESIA anno M.DCC.LVII. poſtulatum, admotum & inauguratum in ſanctae Metropolitanae Viennenſis eccleſiae Archiepiſcopum, de Te ſtatim cogitavimus, de Te nimirum, quem, praeter nobiliſſimi aviti ſanguinis COMITUM MIGAZZIORUM decorem, & praeter conſpicuos honores, quibus illuſtraris, excellentiſſimae virtutes, literarum ſcientia inſignis, & pietas maxime ſuſpicienda exornant. Ad tam eminen-

tem

tem dignitatem Te provexerunt veri, non fucati meriti gradus, quos exponere geſtiremus, niſi ad aliarum virtutum cumulum accederet ſumma illa animi Tui moderatio, qua laudes omnes detrectas, ſpernis, nihili facis. Exploratiſſimum tamen nobis eſt Umbertum Migazzium ſeculo xiii. Dominum magnae partis territorii de Pedeſina Vallis-tellinae in dioeceſi Comenſi gaviſum fuiſſe jure venarum metallorum, quod tunc temporis regale rariſſimum erat, & paucis potentioribus conceſſum; Guillielmos Migazzios, eorumque filios & nepotes illuſtriſſima iniiſſe connubia cum familiis celebrioribus earum partium, teſtibus tabulis ultra quadraginta fundationum, diviſionum, inveſtiturarum, quas ſervat chartophylacium nobilis equitis de Fontana in oppido Morbegnio Vallis-tellinae; ipſorum praeterea poſteros, impellentibus patriae calamitatibus, ſe in vicinam Vallem-ſolis epiſcopatus Tridentini recepiſſe, ubi novis contractis nobiliſſimis affinitatibus, tandem anno M.dcc.xiv. ex Vincentio Migazzio & Barbara Baroniſſa Prati Segunzani Domina in lucem es effuſus. Praeterimus Tuam ſancte inſtitutam primaevam aetatem, Theologicas, Canonicaſque theſes ſtrenue triplici certamine propugnatas in Germanico almae Urbis Apollinariano

collegio, ſed ſilentio obducere nefas eſſet eloquentiſſimam, elegantiſſimamque Latinam a Te ſcriptam & pronunciatam Orationem anno M. DCC. XXXXI. in funere CAROLI VI. ad MARIAM THERESIAM Hungariae & Bohemiae Reginam typis Romanis editam. Hinc optima illa ingeniorum & meritorum inveſtigatrix Regina primum Te pro Magno-Ducatu Etruriae una cum Auguſtiſſimo Viro ſuo Imperialem actorem in Urbe conſtituit, dein Intimum Conſiliarium, Miniſtrumque Plenipotentiarium ad Matritenſem aulam deſtinavit, poſtremo ad Urbem iterum, officium ibidem functurum Auditoris ſacrae Rotae, reſtituit, in quibus muneribus obeundis Te prudentia, dexteritate, ſcientia politicorum negotiorum, cognitione & peritia legum Canonicarum & Civilium talem praeſtitiſti, ut amorem aeſtimationemque omnium ordinum Tibi conciliaveris, praeſertim in Romana omnium capite Urbe. In qua ad altiores gradus aſcendiſſes, niſi requirente Alſatiae Cardinale, eadem Clementiſſima Domina MARIA THERESIA Te anno M. DCC. LI. in Cardinalis coadjutorem & ſucceſſorem dediſſet Primatialis in Belgio Mecklinienſis Archiepiſcopatus. Sed Deus Optimus Maximus Te ad alia evocabat; paſtore carente eccleſia Vaccienſi ex Flandria in Hungariam

ad

ad eam cathedram implendam aſſumeris, ex qua etiam, ſi publicis dynaſtarum ſuffragiis demandata fuiſſet electio, ad Archiepiſcopatum Strigonienſem Hungariae Primatu gaudentem non ita multo poſt evectus fuiſſes; ea ſaltem erant cleri, magnatum, populique voces & vota. Verum enim vero carus Tu, acceptuſque inter primos Summis Principibus Regnantibus permiſſus non es longe eſſe ab urbe Regia; dum enim ii conſilia Tua ſapientiſſima excipiunt, Te penes ſe habere geſtiunt; dum caritatem Tuam erga pauperes, egenos, infirmos, ceterarumque rerum indigos ſuſpiciunt, fructus hos augeri gaudent in ſua florentiſſima metropoli, & dum zelum Tuum in reſarcienda eccleſiaſtica diſciplina, in Clericali ſanctitate exigenda, in ſtudiis ſacrarum Literarum promovendis, in erudiendis populis ex publico ſuggeſtu compertum habent, hunc ſuccreſcere malunt intra domeſticos nobiliſſimae urbis ſuae Viennenſis parietes. Libenter heic loci excurreremus in ceterarum virtutum Tuarum laudes, benignitatem, miſericordiam, pietatem, manſuetudinem, humilem animi Tui demiſſionem, ſed inſigni modeſtiae Tuae obſecundamus.

Juſtiſſimum tamen credimus, ut congregationis noſtrae tum monaſticae, tum ere-

miti-

miticae verbo grates rependamus Tibi, & per Te Germanicis regnis pro eximiis beneficiis ab ipſo Camaldulenſis inſtituti exordio collatis in utriuſque vitae aſcetas. Memoramus in primis illud generoſiſſimae regiae magnificentiae monumentum, quo ſanctiſſimus Stephanus primus Regni Hungarici Chriſtiani fundator & Apostolus monaſterium ſancti Petri ad Vincula in agro Ravennate, quod plurimis ſeculis incoluimus, a fundamentis erexit pro hoſpitibus & peregrinis Hungaris ad Romana limina pergentibus excipiendis, abbate eo loci & monachis conſtitutis, & dote viginti-quinque marcharum puri argenti de camera regia aſſignata, conſecrataque eccleſia manibus ſanctiſſimi Martyris & Epiſcopi eccleſiae Moriſienſis Gerardi Sagredi. Meminimus, quo prompto animo idem primus religionis Hungaricae flos Chriſtianiſſimus Stephanus *tempore*, ait Cartuitius, *quo audita fama boni rectoris, multi ex terris aliis canonici & monachi ad ipſum, quaſi ad patrem, confluebant*, exceperit e regno Poloniae ſanctos viros Romualdi diſcipulorum cultores Andream, & Benedictum Sverardos, quos poſtea auſteritate vitae, extrema ſolitudine, ſanctimonia & martyrii gloria inſignes, in Patronos ſibi aſcivere plures Hungarici regni populi. Quo eodem tempore, niſi evi-

denti

denti inſigni miraculo non licuiſſet, idem parens noſter ROMUALDUS regnum hocce penetraſſet. ROMUALDUS enim poſt ſanctiſſimi Pragenſis & Gneſnenſis Archiepiſcopi ADALBERTI caedem, qui primus Pannonicas oras illuſtravit, *audiens quod beatiſſimus vir* BONIFACIUS, alter ex illuſtrioribus diſcipulis ſuis, quem in Adalbertino Perei inſulae coenobio eruditum ad Apoſtolatum in Gentes tranſmiſerat, *martyrium ſuſcepiſſet, nimio deſiderii igne ſuccenſus, ut pro Chriſto ſanguinem funderet, Hungariam mox ire diſponit, & licentia ab Apoſtolica ſede ſuſcepta, & duobus ſuis diſcipulis* GREGORIO *&* INGELBERTO *in Archiepiſcopos conſecratis, cum viginti-quatuor fratribus iter arripuit*, teſte S. Petro Dam. Verum Deus, qui ROMUALDUM Italiae potius ſaluti deſtinaverat, *cum Pannoniae fines jam attigiſſet, repente languore correptum ulterius ire non* ſivit, relinquere coactum ibidem, praeter duos Archiepiſcopos, quindecim ex iiſdem monachis, qui tum illuſtria pro Chriſti fide ſubiere certamina, tum eremiticam & ſingularem vitam in Hungariae regno propagarunt uſque ad tempora EUSEBII Strigonienſis canonici, qui collectos eremitas ex montibus & ſpeluncis ad urbes deduxit, novo inſtituto Paullinorum patrum ſodalitio ſeculo XIII. Hinc

ſapien.

Digitized by Google

ſapientiſſimi patres in ſynodo Pazmaniana congregati jure merito teſtati fuere *jam ab initiis ſuis Camaldulenſe inſtitutum incorporatum* fuiſſe *in Hungarico regno*.

Nil proinde mirum, ſi poſtremis temporibus ad promerendam augendamque Camaldulenſium gratitudinem largioribus benefactis, & Majorum ſuorum veſtigia ſecuti FERDINANDUS II. & CAROLUS VI. ſacrae memoriae Imperatores, pluresque Epiſcopi, Principeſque viri Hungarici, Camaldulenſes jamdudum extorres jure poſtliminii donaverint & revocaverint. Ipſe enim FERDINANDUS II. fundator extitit eremi ſancti Joſeph in Kallenberg, ipſamque privilegiis & exemptionibus praeclaris ditavit. CAROLUS VI. optime fuit meritus de eremis Lechnicz, Zobor, Landſee & Maik. Ipſorum viventium FRANCISCI & THERESIAE Imperatorum Clementiſſima Majeſtas non dedignatur effectus ſuae munificentiae & benignitatis effundere in conſodales noſtros ſibi ſubditos, non in regnis dumtaxat Germanicae & Hungaricae nationis, ſed etiam in Magno Etruriae Ducatu, & in provincia Lombardiae. Epiſcopi vero, BLASIUS IAKLIN Nitrienſis, qui in eremum montis Zobor Camaldulenſes Montis-coronae eremitas reſtituit; LADISLAUS MATYASOVVS-

ZKY

zky alter Nitrienſis Epiſcopus, qui eremum Rubri-clauſtri in valle Lechnicz comitatus Sepuſienſis, triginta-mille florenis e manibus laicorum, ad quos devenerat, redemit, quam teſtamentariis tabulis ſuis Monte-coronenſibus eremitis legavit; Nobiliſſimi demum viri Paulus Eszterhazy religioſiſſimus Princeps, qui aliam eremum apud arcem Landſee in comitatu Sopronienſi aedificavit & dotavit; Joseph Eszterhazy, qui ſpecioſiſſimam ſolitudinem Maik in dioeceſi Jaurinenſi prope Albam-regalem excitavit, quam Adam Ziczi largis proventibus auxit. Omnes hos, ſed praeſertim Kallenbergenſes & Maikenſes conſodales Tu, Praestantissime Hierarcha & Princeps, beneficiis auges, cumulas, locupletas.

Verum, quo nos ex praeconii Tui officiis, quae initio propoſueramus, ſermo deduxit? Haec ſcilicet attigimus, ut grati animi noſtri ſenſus exprimeremus, quos erga excelſos pientiſſimoſque Viros ſervamus, nec noſmetipſos continere valuimus, ſpecioſiſſima data opportunitate. Excipe itaque, Celsissime & Reverendissime Princeps, ſi non mavis debitas laudes Tuas, ſaltem debita obſequia noſtra, & dum benigna hilarique fronte Annales Camaldulenſes admittis, nos, totum-

tumque monachorum & eremitarum Camaldulenſium coetum inter obſequentiſſimos, addictiſſimoſque famulos Tuos, gloriaeque Tuae ſedulos admiratores recenſe.

Venetiis ex monaſterio ſancti Michaelis de Muriano Kalendis januarii M. DCC. LX.

IN



Eremus Cæſarea S. Joſephi in Kalenberg prope Viennam. J. Kleiner f.

IN TOMUM QUINTUM
A N N A L I U M
CAMALDULENSIUM
P R Æ F A T I O.

PRODIT quintus Annalium Camaldulenſium tomus ab anno Chriſti M. CC. LI. ad M. CCC. L. centum annorum hiſtoriam complectens. Quod in ſuperioribus tomis egimus, agimus etiam in præſenti, & aliqua proloquimur DE VARIIS PRÆLATIONUM GENERIBUS, EARUMQUE DENOMINATIONIBUS, quæ apud Camaldulenſes obtinuere; ſed preſſius & quantum ſatis ſit ad aſſequendam onomaſticam veteris & novæ politiæ Camaldulenſis cognitionem, quæ tum ad hiſtoriæ, tum ad ſtatutorum ejus congregationis notitiam conducat. Neque enim heic loci differere animus eſt de priorum generalium, aut abbatum Camaldulenſium officio & auctoritate; facili enim compendio ipſorum jura novimus lectione tum apoſtolicarum bullarum, paſſim in Appendicibus editarum, tum lectione Conſtitutionum Camaldulenſium, quas collectas dabimus in Appendice ad ſextum tomum; eorumdem præſulum facta Camaldulenſi hiſtoriæ jam inſperſa lectores idipſum edocent. Nonnulla tamen attingimus de ceteris officiis ſeu magiſtratibus introductis, uſuque receptis in Camaldulenſi congregatione; ſed potiſſimum unico conſpectu ante oculos ponimus multiplices appellationes, honorificos etiam titulos, quibus vel ſe Camaldulenſes antiſtites, vel eos alii cohoneſtarunt, ipſiſſima verba congerentes, quæ leguntur in copioſiſſimo veterum monumentorum theſauro, qui publici juris factus extat in Appendice cujuslibet tomi Annalium: Ex iis dénominationibus aliquæ communes cum ceteris Benedictini ordinis aſcetis, aliquæ vero ſingulares; utraſque tamen non injucundas legentibus futuras ſperamus.

ET ut a prioribus Camaldulenſibus (quod primum officium viguit) exordium ſumamus, poſtquam almus parens ROMUALDUS exacto triennio in monaſtica Claſſenſis abbatiæ palæſtra, animum adjecit, ut mirabili fœdere cœnobialem & eremiticam vitam copularet, ad Veneta primum pro- I. De parente Romualdo.

Digitized by Google

properans æſtuaria, ad Gallicanæ inde oræ regiones, demum tum in Hiſtrienſibus, tum in Italicis ſolitudinibus, ſed præſertim in Camaldulenſi Etruriæ receſſu, paſſim monachorum & eremitarum parens & magiſter penes omnes audiit. *Magiſtrum*, teſte Damiano, denominabant Romualdum multitudo diſcipulorum collecta in Aquitania, in Sitria, in Callienſibus faucibus, quos ad utramque aſceſim informabat; attenta autem recenti ædificatione Camaldulenſis lauræ, *pius eremitarum pater* appellatur Romualdus anno 1027. a Theodaldo epiſcopo Arretino, cui conſonant chronographi San-benignianus, & Beſuenſis, qui *patrem & doctorem eremitarum*; Anſelmus Havelbergenſis epiſcopus, qui *novi fervoris diſcipulorum formatorem*; auctor prologi in Conſuetudines Cluniacenſes, qui *renovatorem normæ priſcæ juſtitiæ in utroque ordine, & ſexu*, & iterum Damianus, qui *conditorem vitæ ſingularis* Romualdum celebrant. Quia tamen ita homines ad eremum ducebat ſanctus vir, ut non minus ſollicitus foret de reſtituenda monaſticæ regulæ Benedictinæ diſciplina, atque propterea ſæpe contingebat, ut florentiſſimis cœnobiis in melius commutandis præſideret, abbatis quoque titulo decorabatur; hinc & Claſſenſem ſancti Apollinaris, & monaſterii ſancti Adalberti in Pereo, & Amiatinum abbatem vetuſtæ auguſtales tabulæ eumdem produnt. In placito habito intra eccleſiam ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennæ anno 1001. una cum ceteris inſignibus viris ſedit *Romualdus abbas & eremita*, qui in ſubſcriptione ſe ſignat ✠ *Romualdus monachus interfuit*. In iis vero cœnobiis, in quæ anachoreſim potiſſimum inducebat, atque in abbates præficiebat aliquos ex diſcipulis ſuis, *religioſus vir* dicebatur. *Interventu religioſi viri domni Romualdi monachi & eremite* Henricus II. imperator anno 1022. Biſurcenſem Faventini territorii abbatiam ad eremitarum ſedes tranſtulit, *in proviſu & diſciplina ejuſdem venerabilis viri*. Aliud elogium adhibet Farolphus comes in pagina donationis factæ anno 1005. monaſterio Vallis-caſtri, quod tunc opera ipſius Romualdi conſurgebat: *Ego Farolfus comite filius Guidus comite &c. dono &c. tibi dompnus Romualdus monachus & eremita ſervus ſervorum Dei &c.*

II. De prioribus Camaldulenſibus eorumque titulis. De Petro Dagnino.

Ut eremo Camaldulenſi a ſe conſtructæ anno 1012. paſtorem provideret, elegit Romualdus Petrum Dagninum (is primus loci prior) quem *fidelem miniſtrum & preceptorem venerabilem eremitani* vocat in ſuperiori diplomate anni 1027. Theodaldus epiſcopus, *prudentem & religioſum virum* Rodulphus prior IV. Camaldulenſis in conſtitutionibus anni 1085. Hiremphridus ſeu Immo Theodaldi ſucceſſor in ſede Arretina bona a ſuo prædeceſſore donata eremo Camaldulenſi confirmat anno 1037. *confratri noſtro domno Petro eremite*. Frequentius tamen Petrus Dagninus appellatur *venerabilis prior Camaldulenſis, prior Campi-amabilis*; aliquando inſuper abbas. In pagina tabularii Fontis-boni, quæ annum 1036. profert: *Ego Petrus abbas de eccleſia & monaſterio eremitarum ſancti Salvatoris de loco, qui dicitur Campus-amabilis*. In altera ejuſdem chartophylacii membrana ad annum 1038. *Petronus abbas de eccleſia Dei & ſancti Salvatoris de loco & a vocabulo Campus-amabilis*. Etiam Martinus, quintus a Romualdo prior Camaldulenſis, *abbas* effertur in pagina traditionis monaſterii Cariſiani ad annum 1102: *Concedimus tibi domno Martino priori & abbati Camaldulenſium fratrum* &c. Præpoſitos quoque Avellanenſes quandoque priores, quandoque abbates vocatos novimus. Ab abbate indutus fuit monaſtico ſchemate Damianus anno 1034. teſtimonio Johannis Laudenſis; ipſe tamen Damianus ſemper ſe priorem indigitavit, & in libello *de variis miraculoſis narrationibus* inſcripto Deſiderio abbati Caſinenſi men-

mentionem facit Johannis olim & ante ſe prioris Avellanenſis. A præſulatu ipſius Petri Damiani perſeverarunt priores in Font-Avellanenſe cœnobio uſque ad Ubaldum, qui anno 1325. a Johanne XXII. abbatialem dignitatem, mutato prioris titulo, obtinuit.

III. De Albizo, Ruſtico, Rodulpho I.

CETERI Petri Dagnini ſucceſſores Albizus, Ruſticus, Rodulphus fere ſemper obtinuere denominationem priorum Camaldulenſium. Hæc tamen de ipſis ſingularia reperiuntur in Camaldulenſis archivi forulis. Anno 1062. Ruſticus prior, Martinus & Benedictus una cum ceteris eremitis dicuntur *ſervi ſervorum Dei eccleſie ſancti Salvatoris Campi-amabilis*. A Conſtantino Arretino epiſcopo appellatur anno 1064. Ruſticus *venerabilis pater anachoretarum noſtre heremi, que dicitur Campus Malduli*; a Rainerio vero filio Ugonis marchionis *monachus & prior de monaſterio ſancti Salvatoris*. Rodulphus Ruſtico ſuffectus, & quartus poſt Romualdum Camalduleoſis præpoſitus, in binis chartis anni 1086. quæ reſpiciunt origines & dotationem parthenonis ſancti Petri de Luco: *Placuit*, ait de ſe, *mihi Rodulpho non meis meritis, ſed gratia Dei Camaldulenſis heremi priori* &c. Ita & in prologo ad conſuetudines eremiticas anni antecedentis: *Ego Rodulphus indignus monachus atque ſacerdos, & non meis meritis, ſed illius gratia, qui me creavit, Camaldulenſis heremi dictus prior*. Quod autem in aliquibus paginis ejuſdem parthenonis Lucenſis alterum adjunctum habeat *& quartus generalis Camaldulenſis*, dubitamus id factum a ſequiori manu. In iiſdem conſuetudinibus anni 1085 ipſe Rodulphus mandat, *ut prior eremi ſit etiam prior hoſpitii, qui dicitur Font-bonus, & dominus de omnibus monaſteriis, cellulis, eremis & canonicorum eccleſiis, atque de omnibus obedientiis, & rebus ſpiritualibus & ſecularibus, que ſunt ſub eremo Camaldulenſi*. In prioribus autem conſtitutionibus anni 1080. docet, quod prior [a] *a fratribus in eremo commorantibus, & aliquibus de Fonte-bono, & pleriſque de congregatione convocatis eſt eligendus*. Prior itaque, qui eatenus in eremum Camaldulenſem dumtaxat jura dixerat, accedentibus eremi diſciplinæ abbatiarum, canonicarum eccleſiarum, prioratuum, aliarumque eremorum locis, quæ congregationem formabant, prior conſuevit dici congregationis coaleſcentis ex unione eorum locorum, & ex ſubjectione ipſorum eremo Camaldulenſi. Libellus emphyteuſis anno 1076. a Conſtantino Arretino præſule inſcribitur Rodulpho *priori ſancte congregationis heremitarum eccleſie conſtructe ad honorem ſancti Salvatoris ſita Campo-amabilis*. Ugo comes Æſinas donans eidem & eremo Camaldulenſi anno 1079. bona pro monaſterio ſancti Georgii de Murro, Rodulphum vocat *priorem virum venerabilem*, & *priorem eremitam*. In breve ſecuritatis anni 1084. *prepoſitus*, dicitur, *de eccleſia & ermiſorio ſancti Salvatoris de Campo-amabilis*. In duplici pagina permutationis cum Petro abbate ſancti Petri de Muſchetto ad annos 1085. & 1086. legitur: *Convenit* &c. *inter Rodulphum priorem & rectorem de eccleſia & monaſterio ſancti Salvatoris ſiti Campo-amabili, & inter Petrum abbatem* &c.

[a] Cap. XLVIII.

IV. De Martino I.

MARTINO in Rodulphi locum ſuffecto inſcribitur anno 1089. epiſtola Urbani II. *M. Camaldulenſi & congregationi ejus regimini commiſſæ*, ſine ullo prioris addito, pari ratione, qua ipſa eadem epiſtola inſcribitur etiam R. Vallumbroſano & congregationi ſibi commiſſæ. Eodem anno ipſe Martinus ſe inſcribit: *Ego domnus Martinus prior & prepoſitus heremitorii ſancti Salvatoris*. Anno 1092. *Conceſſimus*, inquit Conſtantinus epiſcopus Arretinus, *cariſſimo domno Martino venerabili patri anachoritarum Camaldulenſis heremi*, quem inferius *eremitam & patrem* vocat. *Dilectus & venerabilis pater, venerabilis magiſter & pater* dicitur anno 1106. a Gre-

Digitized by Google

gorio epiſcopo itidem Arretino. *Abbatem* nominatum a patronis Cariſiani monaſterii ſuperius vidimus; *regularis* autem *prior* appellatur ab aliis patronis abbatiæ Trivienſis, qui eam ipſi reformandam tradunt annis 1103. & 1104.

V. De Guidone I.

PASCHALIS II. Romani pontificis beneficio memorabile illud obtentum eſt privilegium a Guidone Martini ſucceſſore & Camaldulenſi priore, quo plures congregationes ordini Camaldulenſi adjiciuntur; ſcilicet pleraque monaſteria, monachorumque plures congregationes manus dederant eremo Camaldulenſi, ejuſque diſciplinam amplexata fuerant. Ut ergo præfectus conſtitueretur aliquis non ſoli Camaldulenſi eremo, ſed toti congregationi, quæ a florentiore loco *Camaldulenſis* fuit deinceps dicta, decrevit idem Romanus pontifex prius recenſere ipſa loca, & apoſtolica protectione communire, inde vero ſtatuit, ut prior a congregatione, ab abbatibus, a prioribus ac ab eremitis electus, rector generalis impoſterum foret ipſorum abbatum & priorum, abbatiarum, & monaſteriorum ac eremorum, priorque principalis haberetur totius congregationis, quæ impoſterum cenſeretur *tamquam corpus unum ſub uno capite*. Ab eo itaque tempore vi pontificii diplomatis priores Camaldulenſes dominatum in omnia monaſteria exercuerunt, quem jampridem, ſine apoſtolica ſaltem tam ampla approbatione, exercebant; nihilotamenſecius additum illud priorum generalium uſurpaverunt ſerius, ut dicimus infra.

VI. De Johanne I.

GUIDO ex priore Camaldulenſi factus epiſcopus Arretinus, confirmaturus Camaldulenſibus privilegia ſuorum prædeceſſorum, anno 1116. ea in medium profert; ut *ſcripta*, inquit, *nobis oblata per domnum Johannem virum venerabilem ſancte heremi Camaldulenſis Dei gratia priorem teſtantur*, Johannes ſucceſſor illi datus fuerat in regimine Camaldulenſi. Anno 1119. idem epiſcopus appellat ipſum *priorem & rectorem venerabilem*. *Dilectum in Chriſto filium*, *cariſſimum in Chriſto priorem Johannem* nominat Calixtus II. in bulla, qua ei confirmat monaſterium Sextenſe anno 1120. *Reverentiſſimum* vero *virum Johannem Camaldulenſem priorem* Henricus V. imperator anno 1124. in diplomate, quo ſub ſuæ tutelæ protectione ſuſcipit Camaldulenſe, Sextenſe, aliaque ſubjecta monaſteria. Anno 1126. poſt epiſcopos, & duos abbates ſubſcribit *Johannes Camaldulenſis prior* concilio Lateranenſi pro eccleſia Piſana, ut poſt tria ſecula in Piſano concilio anni 1409. Honuphrius generalis Camaldulenſium abbas poſt Vallisumbroſæ & Ciſtercii abbates generales, & in Florentino anni 1439. primus poſt epiſcopos decreta firmavit ſua ſubſcriptione Ambroſius alter abbas generalis Camaldulenſis. In tabulis Fontis-boni vocatur Johannes *eruditiſſimus ſui ſeculi*. Evaſit is deinde S. R. E. cardinalis, & epiſcopus Oſtienſis. Sed alium *Magiſtri* ſimplicem titulum tributum Johanni priori Camaldulenſi habemus in epiſtola ſancti Brunonis Signini epiſcopi, quam primus e bibliothecæ mſs. codicum Riccardianæ tenebris eruit Cl. V. Johannes Lamius eidem præfectus, quam etiam, utpote breviſſimam, ſubjicimus. *Bruno Signinus epiſcopus dilectiſſimo fratri B.‥ præpoſito ſancti Georgii & cunctis fratribus, qui cum eo ſunt, ſalutem & benedictionem. Significaſtis nobis per literas veſtras, quia ſancti & venerabiles epiſcopi Lucenſis & Parmenſis*, & ſacrarum congregationum magiſtri Camaldulenſis & Vallis-umbroſæ, *noſtram voluntatem cognoſcere volunt de hæreſi, quæ dicitur* de Inveſtitura; *& ſi dominus papa noſtrum conſilium ſuſcepit, vel ſuſcepturus eſt. Primum autem hoc ſciatis, quia dominus papa neque me diligit, neque conſilium meum; voluntas autem bona mutari non debet. Et ego quidem, quod dixi, hoc dico, & in Gregorii & Urbani ſententia*

firmiſ-

Digitized by Google

firmiſſime maneo, & ſpero de omnipotentis Dei miſericordia, quia in hac voluntate uſque in finem permanebo. Miſi autem vobis hunc parvum libellum, & rogo vos, ut ſicut alias literas noſtras ſupradictis venerabilibus epiſcopis ceteriſque Chriſti-fidelibus oſtendiſtis, ita iſtas quoque eiſdem oſtendatis.

VII. De ceteris prioribus Camaldulenſibus.

JOHANNIS ſucceſſores in Camaldulenſi regimine ſingillatim exſcribimus, aliqua de pluribus ipſorum dicturi: Ii ſuere Azo, Rodulphus II. Gregorius, Rodulphus III. Ildebrandus, iterum Rodulphus III. Placidus, Martinus II. Guido II. Martinus III. Jacobus pœnitentiarius, Maſſarius, Bartholomæus, Angelus, Johannes II. Jacobus de Arretio, Bonus, Gerardus, Frigdianus, Anſelmus & David (hi duo ex alia congregatione aſſumpti) Gerardus II. Nicolaus, Accurſius, Bonaventura, Johannes III. Hieronymus de Uzzàno, Andreas, Honuphrius, Antonius Parmenſis, Raphael, Benedictus, Ambroſius, Gometius (ex monachorum nigrorum cœtu) Franciſcus, Mariottus, Hieronymus Griffonius, & Petrus Delphinus quadrageſimus-quartus & poſtremus ex prioribus Camaldolenſibus perpetuis. Hi omnes *priorum* titulum ſervavere, eamdemque appellationem retioent in veteribus tabulis. Hæc verba: *Prior Camaldulenſis eremi & totius ordinis generalis* uſurpata ſuere aliquoties, ſed parce & ſenſim; ac primum conſtanter a Gerardo I. poſt annum 1274. In pagina definitionis Placidi prioris ad annum 1186. inter Dilectam abbatiſſam Luci & Blaſium plebanum ſancti Johannis-majoris, quoad eccleſias eidem parthenoni ſubjectas, legitur: *Ego Placidus Camaldulenſis prior generalis*, & in textu: *Placidus major Camalduli & major prior Camalduli ac generalis*. In altera Foro-livienſi anni 1202. Jacobus abbas ſancti Mercurialis donat locum pro monaſterio conſtruendo *venerabili patri domno Martino generali priori ordinis Camaldulenſis*, Anoo 1205. Maria de Thori nobiliſſima mulier Sarda donat eccleſias ſanctæ Mariæ & ſanctæ Juſtæ de Orrea-Pichina *domno Martino priori majori Camalduli*. Anno 1207. Johannes prior canonicæ ſanctæ Margaritæ de Toſina recipit quoſdam homines, *vice & nomine domni Guidi prioris eccleſie & monaſterii ſancti Romualdi & totius eremi Camalduli*. In capitulo Vangaticienſi reſidens Guido pro excipienda dimiſſione regiminis facta a Samſone abbate anno 1217. dicitur *Guido major prior Camaldulenſis ordinis*. Conventione facta inter Gregoriom abbatem ſancti Mercurialis de Foro-livio, & inter Rodolphum priorem Camalduli Foro-livienſis ſpondet Rodulphus ſe operam daturum, *quod domnus prior magnus de Camaldulis & ejus conventus conſentiant inſtrumento* concordiæ initæ anno 1239. Anno ſequenti *dompnus Guido venerabilis prior generalis ordinis Camaldulenſis* conſenſit. Io revelationibus beati Peregrioi ad annum 1287. idem Guido *prior omnium eremitarum* appellatur; Martinus vero III. *prior dumtaxat Camaldulenſis*; Bonus demum *prior Camaldulenſis & ordinis generalis*. In altera concordiæ pagina Guillielminum epiſcopum Arretinum inter & Johannem II. priorem anno 1269. effertur Johannes *prior heremi Camaldulenſis & ejuſdem ordinis generalis*. Anno 1271. monaſterium ſancti Michaelis de Caſtro-brittorum deſendendom traditur Sinibaldo de Arretio capellano Octaviani cardinalis protectoris *a venerabili patre domno Jacobo priore heremi Camaldulenſis & totius ordinis generalis*. Auliverius plebanus Opiterginus committens monaſterium ſancti Martini de Opitergio anno 1272. eidem Jacobo priori, ipſum *priorem totius eremi Camaldulenſis* appellat. Sed Gerardus, Frigdianus & reliqui priores frequentiſſime & ſere ſemper XIII. inclinante, & ſequentibus ſeculis *totius ordinis Camaldulenſis generales* ſe pronuntiant, & enontiantur ab aliis.

Jam

Jam vero, quos præter prioris titulum, ſuperius dicti præſides titulos uſurpaverint, vel qui cum ipſis adhibiti fuere, recenſeamus. Anno 1132. Bujanus epiſcopus Arretinus rata habens privilegia ſuperiorum epiſcoporum indulta eremo Camaldulenſi, Azonem priorem *Camaldulenſis eccleſie archimandritam* appellat. Idem epiſcopus poſt biennium Camaldulo confirmat hoſpitium de Arcena Camaldulenſi eremo, *ubi modo domnus Azo prior Deo ſervire videtur. Domnum & patrem* eumdem Azonem vocat Maurus epiſcopus anno 1136. *Pater venerabilis & prior Camaldulenſis* anno 1137. nominatur ab Imilia comitiſſa, quæ ipſi offert eccleſiam ſancti Juſti de Gricciano. *Venerabiliſſimum* vero *priorem eccleſie & monaſterii ſancti Salvatoris* nuncupant anno 1141. Tribaldus, Guido & Rainerius filii Ubertini. In conventione cum canonicis eccleſiæ ſanctæ Margaritæ de Toſina anno 1186. Placidus ſe *Dei gratia priorem Camaldulenſem* inſcribit. Electionem abbatis Cantiniani anno 1206. Guido confirmans ait: *Ego Guido ſola Dei gratia Camaldulenſis prior.* Superius laudatus Samſon abbas Vangaticienſis regimen dimittere volens, literas dat *Sanctiſſimo patri & ſpeciali per Deum domino Guidoni Dei gratia Camaldulenſi priori* anno 1217. In traditione abbatiæ ſancti Petri in Campo facta reipublicæ Senenſi anno 1226, legitur: *Conſentiente domno Guidone priore & eremita Camaldulenſis eremi.* Electo Jacobo pœnitentiario in priorem Camaldulenſem anno 1259. Philippus eremi Major electionem pronunciat ſub hac forma: *Ad honorem Dei* &c. *ego vice & nomine heremi, & totius ordinis Camaldulenſis eligo & poſtulando denomino domnum Jacobum pœnitentiarium heremi in priorem, rectorem & miniſtrum heremi & totius ordinis Camaldulenſis*. Anno 1278. *conſenſu domni Gerardi prioris majoris totius ordinis Camaldulenſis* Azo abbas ſancti Proculi unit monaſterium monialium ſanctæ Annæ de Bononia cum altero ſanctæ Mariæ de Bethleem.

VIII. De titulo Peccatoris.

SED nullo glorioſiore & frequentiore elogio ſe efferunt priores Camaldulenſes, quam illo *peccatoris*; ſcilicet Damiani & Rodulphi veterumque priorum exemplo eum titulum uſurpabant, & humiles ſe, indignos, & peccatores affirmabant. Scribens Guido anno 1242. Rogerio domino de Accola: *Ego*, inquit, *Guido peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus.* Idem in definitione pro eccleſia ſancti Stephani de Tega ſubjecta cœnobio Silvæ-mundano anno 1244. *Nos frater Guido peccator monachus & prior Camaldulenſis.* Ita Martinus III. prior anno 1258. *Frater Martinus peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus*, in epiſtola ad homines de Partina fideles eremi anno 1258. Ita Jacobus pœnitentiarius ſcribens Alexandro IV. anno 1260. Maſſarius anno 1262. in epiſtola ad poteſtatem & ad antianos civitatis Bononiæ. Gerardus in literis ad omnes Chriſti-fideles pro celebranda anno 1287. translatione corporis beatæ Johannæ Balneenſis: *Frater Gerardus prior licet immeritus ſancte Camaldulenſis heremi, & ejuſdem ordinis generalis.* Hæc autem erat ſolita Davidis prioris inſcriptio ad annos 1299. & 1300. *Frater David peccator monachus Camaldulenſis & Dei gratia prior generalis eremi Camaldulenſis.* Ad annum 1310. *Frater Accurſius peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus.* Laudabilis hic mos perſeveravit ad tempora Ambroſii abbatis generalis, cujus extant perplures codices manu ſua ſcripti, vel e Græco traducti, etiam poſt aſſumptum regimen univerſale congregationis, in quibus legere eſt: *Ambroſius monachus & peccator ſcripſi, emendavi, in latinum verti* &c.

IX. De abrogatione priorum generalium perpetuorum.

POST Petrum Delphinum poſtremum priorem generalem, qui anno 1513. regimini congregationis Camaldulenſis cedere fuit coactus, electi

ſunt

ſunt vicarii generales annui, qui congregationi toti præeſsent. Hi undecennio, quo ſupervixit Delphinos, jus dixere. Ipſo autem obeunte regimen demandatum eſt prioribus ſive abbatibus generalibus, partim ex eremo, partim ex monaſterio aſſumptis, quorum officium triennio complebatur. Sed diſſoluta unione monachorum & eremitarum, a ſeſquiſeculo congregatio ſibi præficit ex abbatum numero unum, qui *abbatis generalis* titulo dignitateque ad quinquennium gaudet, & is una cum duobus viſitatoribus electis ex diverſis provinciis congregationem univerſam gubernat ad hodiernam diem, dictus etiam abbas generalis non monachorum dumtaxat, ſed omnium congregationum Camaldulenſium.

X. De titulo & officio Majoris.

HÆC breviſſime de prima Camaldulenſium dignitate. Gradum nunc facimus ad alias in eremo Camaldulenſi introductas & uſu receptas. Cum priores generales, ut plurimum aliis negotiis diſtenti, vel etiam obeuntes monaſteriorum viſitationes nequirent ſemper in eremo Camalduli reſidere, inſtitutus fuit novus magiſtratus, cui titulus *Majoris eremi*, qui præſens adeſſet, viceſque prioris generalis ſuppleret. Fortunius inſtitutionem hanc refert ad annum 1201. Nos alibi conjecimus circa annum 1154. primum incepiſſe, tempore Rodulphi II. cujus ævo proſtant in Fontis-boni tabulario paginæ tum Rodulphi II. prioris, tum Ruſtici II. ſignatæ nominibus. Exploratum eſt anno 1175. in uſu fuiſſe. Majores hi appellabantur etiam priores Camaldulenſes; ita conſtanter vocantur in viſionibus & revelationibus beati Peregrini eremitæ Camaldulenſis; hinc explicantur paginæ, quæ duplicem eodem tempore Camaldulenſem priorem proferunt. Eo anno 1176. Ildebrandus prior Camaldulenſis, & Placidus abbas de Urano *electus prior eremi dicti loci* inveſtituræ libellum conficiunt. Anno ſequenti: *Manifeſtus ſum ego Ildebrandus prior Camaldulenſis* &c. *voluntate meorum fratrum; hi ſunt domnus Placidus abbas de Urano & idem prior heremi Camaldulenſis* &c. Alter ſiquidem ex iis erat prior generalis congregationis, alter ſpecialis eremi Camaldulenſis. Antiquior, ſed ſub alia appellatione, eſt *Majoris* titulus in eremo. Rodulphi I. prioris tempore ad annum 1080. appellabatur *Proviſor*. Capite XXVI. *De refectionis diſcretione iis, qui non flebotomantur, in arbitrio proviſoris eremi remaneat*. Capite XXX. *Cum aliquis apud eremum langueſcit, mox proviſor eremi, qui loco prioris conſtituitur* &c. In aliis conſtitutionibus Placidi prioris circa annum 1188. *Martinus* nominatur *eremi Camaldulenſis ſola dignatione proviſor*, quem etiam Placido in prioratu generali ſucceſſiſſe arbitramur. In iſtis conſtitutionibus demandatur, *ut ordo ſervetur prioris, & in ejus abſentia, Majoris, hoc non præſente, Sacriſtæ, deficiente Sacriſta, alterius, qui fuerit major*. De Majoris officio fuſe agit ad annum 1278. in ſuis ſtatutis Gerardus prior capite XX. quæ prodibunt in *Codice Camaldulenſi*. Iidem Majores perdurarunt toto tempore, quo jura dixere priores generales perpetui. Tempore Ambroſii abbatis generalis ipſorum auctoritas adeo excreverat, ut leges dare vellent ipſis generalibus ordini præfectis, & negotia plura faceſſerent eidem Ambroſio, qui conqueritur ea ſuper re in pluribus epiſtolis ſuis. In recenti enim capitulo Burgenſi ſub anno 1430. cui adſtitere Johannes Vitteleſcus de Corneto protonotarius, Johannes Siculus prior ſancti Pauli extra muros Urbis, & Chriſtophorus de ſancto Marcello locum tenentes Gabrielis Condulmerii cardinalis ſancti Clementis, dicti Senenſis, & protectoris ordinis Camaldulenſis, confirmata fuerat a definitoribus capituli conſtitutio edita anno 1427. a capitulo eremi Camaldulenſis, & per Hieronymum de Praga Majorem & alios quatuor eremitas lata, ut ſcilicet „ die octava ſeptembris ſingulis annis procede-

retur

Digitized by Google

„ retur ad electionem Majoris, aliorumque officiorum eremi. Quod Ma„ jor eligendus ſaltem quadraginta foret annorum, & per quinquennium „ in ordine fuiſſet converſatus. Quod omnes & ſinguli vocem habentes „ in capitulo eremi, unus poſt alium eligerentur in Majorem, recluſis „ eremitis exceptis. Quod ſi electus officium renueret, vel dimitteret „ vel decederet, ſubſequens eremita per ordinem eligeretur a ceteris. „ Quod ſi prior Camaldulenſis die octava ſeptembris ad officia commu„ tanda eremum non accederet, ſequenti die per eremi capitulum officia „ præfata conferrentur, neque per mortem prioris hujuſmodi officia vaca„ rent. " Ex chartis Camaldulenſibus nota ſunt nomina centum & ſex Majorum, qui eremo præfuere temporibus priorum generalium. Sex autem & ſeptuaginta floruerunt ab anno 1524. ad annum 1712. quo Baroncinius chronicon ſuum Camaldulenſe ſcribebat. Nam deleto officio priorum perpetuorum, deletum non fuit illud Majorum, quod vires auctoritatemque ſumpſit ampliorem ab eo tempore, quo facta fuit diſſociatio monachorum & eremitarum. Primus ex ipſis poſt obitum Petri Delphini fuit Johannes-baptiſta Lucenſis eremita Camaldulenſis ſanctus & venerabilis vir, creatus Major ſeu prior eremi ad annum. Pontificalia indumenta & privilegia Majoribus eremi jam ab anno 1513. conceſſerat Leo papa X. quæ ampliaverat anno 1518. eo brevi, quod impreſſum legitur in libro Privilegiorum ordinis; confirmatum ipſum fuit anno 1528. a Clemente VII. cum additionibus, ut vaſis ſacris, ſacriſque veſtibus, oratoriis & altaribus benedictionis munus impendere poſſent. Paulus itidem III. ea rata habuit anno pontificatus ſui quarto. Inter cetera privilegia Leonis conceſſa eſt facultas Majoribus eremi conferendi quatuor ordines minores ſuis ſubditis & eremitis oraculo vivæ vocis, & ope cardinalis Laurentii Puccii. Approbavit ea omnia Gregorius XIII. anno 1583. Benedictus vero XIV. Majoribus eremi indulſit, ut cum bireto in eremi eccleſia ceteriſque locis ſibi ſubjectis ſacra facere valerent, per literas ſignatas in forma brevis die 24. auguſti anni 1742. Generalia demum capitula eremitarum celebrata annis 1670. 1677. & 1683. in eoſdem Majores tranſtulerunt uſum temporalis juriſdictionis in totum territorium Camaldulenſem & in abbatiam Pratalienſem. Ante Majores uſus Pontificalium conceſſus fuerat anno 1370. ab Urbano V. prioribus generalibus ſub Johanne III. priore. Martinus etiam III. mitram curtiſſimi tamen apicis deferebat medio ſeculo XIII.

XI. De officio Sacriſtæ.

SACRISTÆ officium, quod primum erat poſt illud Majoris, deſcribitur capite XXI. conſtitutionum prædictarum Gerardi prioris. Defuncto vel impedito Majore, ejus vices gerebat Sacriſta, & ad armum ſtabat vel ſedebat prioris Camaldulenſis in choro, capitulo, refectorio aliiſque publicis locis, appellatus proinde *Armarius* prioris. Is inſuper tenebatur denuntiare eremitis, & ſcribere in codice nomina viſitantium eremum, & dona offerentium, ac benefactores commendare. Neceſſaria inſuper cellis utenſilia providebat, temporiſque ſuis conſueta miniſtrabat eremitis. Legatur etiam caput XXVII. conſtitutionum Rodulphi I. anno 1080. Aliquando in unum eumdemque virum utrumque Majoris & Sacriſtæ officium concurrebat, ut legitur de Thoma Majore & Sacriſta ad annum 1207. ſub Guidone II. priore, & ad paginam mandati contra homines de Anglario. Seculo XIV. multo plura negotia tractabat Sacriſta; exigebat nimirum cenſus bonorum Romandiolæ & aliorum locorum, quæ in ſcripta redigebat, ceteraque miniſtrabat, quæ libris quinque continentur appellatis *del Santeſe*, cellerario magis convenientia, quam Sacriſtæ, cui rerum dumtaxat ſacrarum munus com-

competit. Verum novis conſtitutionibus anni 1520. Sacriſtæ res tantum eccleſiæ tractabant, ceteras cellerarius.

XII. De officio Pœnitentiarii.

POENITENTIARII tertium erat eremi officium; ex laudatis conſtitutionibus Gerardi ipſum implebat eremita recluſus, qui a priore generali auctoritatem recipiebat abſolvendi ordinis tam monachos, quam converſos, & ab excommunicationum etiam occultis vinculis, niſi forte excommunicatio talis eſſet, quæ diſpenſatione Romanæ curiæ indigeret. Poterat inſuper pœnitentiarius pios extra ordinem homines abſolvere, qui a prælatis ſuis facultatem ſpecialem haberent confitendi ſua peccata penes ipſum; poterat etiam peregrinos cum xeniis eremum viſitanres bonorum ordinis participes reddere. Anno 1315. reſtricta fuit pœnitentiarii auctoritas in ſolos viros regulares ordinis Camaldulenſis, decreto capituli Balneenſis ejus anni. Anno 1368. ſtatutum eſt, ut hoc officium committeretur etiam apertis eremitis, qui confeſſiones ſecularium pariter excipere valerent. Poſt quæ tempora, aucto numero confeſſariorum ordinariorum, ſenſim abolitum fuit officium pœnitentiarii recluſi.

XIII. De Cellerario & Camerario.

CELLERARII Fontis-boni antiquiſſima mentio fit capite XXV. primarum conſtitutionum Rodulphi; capitibus autem XVI. XXX. & XXXVII. memoratur cellerarius eremi, qui præter cetera, & præter regularem domus ordinationem, infirmorum & hoſpitum curam præcipuam agebat. *Miniſterialis* vel *Miniſtralis*, & quidem alius a camerario, is vocabatur apud Avellanenſes ad annum 1290. *œconomus* apud Sitrienſes anno 1276. Diſtinctum erat *camerarii* & *cellerarii* officium, quod ſatis liquet ex chartis Camaldulenſibus, in quibus alter ab altero diſcernitur, & utrque recenſetur. Etiam in aliis monaſteriis diverſum unius officium erat ab officio alterius. Anno 1249. *Nos domnus Maurus Dei gratia abbas monaſterii ſancti Salvatoris de Berardenga* &c. *poteſtate domni Martini prioris Camaldulenſis* &c. *conſenſu expreſſo conventus monaſterii dicti, videlicet domni Marci* camerarii, *Benedicti ſacriſte*, *Venture*, *Orlandi*, *Boni fratrum monacuorum noſtrorum*, *& presbyteri Dietavive capellani*, *& Martini* cellerarii, *& Matthei*, *Simonis & Ugolini oblatorum* &c. Nominatur ad annum 1220. *Johannes camerlingus monaſterii de Camaldoli majore de l'Alpe*. Camerarios & cellerarios ex ordine ſacerdotali plures legimus tum in excerptis pro libertate eremi Camaldulenſis, tum in aliis paginis, aliquando erant ex ordine converſorum, demum & abbatibus quandoque demandatum fuiſſe hocce officium novimus ex epiſtolis Petri Delphini.

XIV. De aliis officiis.

CETERA officia prioris clauſtralis, ſubprioris, capellani, notarii, vicecomitis, ſindici, nuntii, procuratoris, ſecretarii, ſcriptoris, operarii ſeu ferramentarii, portarii, virgarii &c. alibi illuſtravimus, præſertim in diſſertatione de *Veteribus converſis*, vel clariora ſunt, quam ut explicatione indigeant. Ii quoque tum ex monachorum, tum ex converſorum, aliquando etiam ex abbatum numero aſſumebantur. Placet hic varia officia monachorum & eremitarum Camaldulenſium de Vivo in medium proferre ex duabus paginis annorum 1243. & 1251. quibus Vivenſes aliqua monaſteria & bona ſibi ſubjecta tradunt protectioni communis Monte-politianenſis, & Senenſis. *Anno* M. CC. XLIII. &c. *domnus Baſilius prior & rector monaſterii predicti*, *volentibus* &c. *monachis & converſis infraſcriptis*, *videlicet domno Henrico*, *domno Jacobo*, *domno Juncta ſacerdotibus*, *domno Orlando Majori heremi*, *domno Aldo diacono*, *domno Jacobo*, *domno Ventura*, *domno Venuto*, *domno Boninſegna monachis*, *Johanne cellario*, *magiſtro Henrico caligario*, *Gratia caligario*, *Cambio gualcatore*, *Mattheo inſtrincerio*, *Henrico corteſiano*, *Bartholomeo hoſpitalario*, *Benedicto fabro*,

Mendo ſartore, Bartholomeo ſartore, Accurſio molendinario judicato, magiſtro Baldino reſectorerio, Bene rectore ſeu procuratore domus de Farneto, Perucciolo aſinario, ompagno & Philippo &c. Et *Anno* M. CC. LI. *Ego domnus Benignus dictus prior prefati monaſterii, de conſilio & conſenſu domni Aldobrandi prioris abbatie ſancte Moſtiole de Senis, domni Gerardi prioris clauſtri dicti monaſterii, domni Diedacti ſacriſte, domni Blaſii refectonerii, domni Alberti viſitatoris & cuſtodis infirmorum, domni Andree, domni Aldobrandini, domni Guillielmi, domni Nichole, domni Jacobi monachorum prefati monaſterii, fratris Guiniſcii ejuſdem loci, magiſtri Henrighi galigarii, magiſtri Bartholomei ſartoris, Benedicti fabri, Vitalis prepoſiti molendinarum, Gennarii molendinarii, Neri piſtoris, Dietiſalvi cortiſani, Philippi prepoſiti biſolcarie, Vive gualcherarii, Guillielmi ſubcellerarii, Petri, Guidonis, Petrucii, Cotonis, Henrighi, Petri, Thomaſii, Johannis & Martini converſorum ejuſdem monaſterii* &c. Vides in prima pagina aliqua miniſteria obiiſſe converſos, quæ in ſecunda obibant monachi.

XV. De vicariis.

Sed his miſſis factis procedimus ad illuſtrandum officium Vicarii priorum Camaldulenſium, quod erat quidem multiplicis generis. Azo *viceprior* prioris Guidonis legitur ad annum 1115. Anno antecedenti: *Manifeſtus ſum ego Gerardus Dei diſpoſitione abbas de eccleſia & monaſterio ſancte Marie de Morona, quia per conſilium & auctoritatem domni Guidonis venerabilis prioris Camaldulenſis eccleſie, interveniente etiam providentia venerabilium virorum, videlicet domni Attonis ejuſdem congregationis monachi & vicarii* &c. In donatione hoſpitalis de Petia facta anno 1171. monaſterio Prataglienſi legitur: *In quo Deo protegente domni Ugonis viceprioris Camaldulenſis ibidem regere & ſervire videtur*. Simon *vicarius* ad annum 1206. Lambertus *vicarius* ad annum 1207. & in prolixo examine cauſæ libertatis eremi Camaldulenſis contra Martinum epiſcopum Arretinum ad annos 1216. & ſequentes plures nominantur *vicarii Camaldulenſes*, qui fuerant ſub prioribus Camaldulenſibus, quorum aliqui etiam enuntiantur ad epiſcopales infulas translati. Anno 1211. Nicolaus *viceprior* poſſeſſionem accepit ab Ubertino caſtri & curtis Valenzani. Litem exardeſcentem inter Thedericum archiepiſcopum Ravennatem, & inter Guidonem priorem Camaldulenſem occaſione Claſſenſis monaſterii ſancti Apollinaris, compoſuit anno 1231. Rolandus *vicarius Camaldulenſis*. Anno 1256. Rainerius *vicarius ad honorem Martini Dei gratia digniſſimi prioris Camaldulenſis* elegit in abbatem ſanctæ Helenæ de flumine Æſino Angelum monachum. Poſt biennium domnus Guillielmus de Regio *capellanus domni Martini Dei gratia prioris Camaldulenſis & vicarius* tradidit Alberto canonico Bononienſi monaſterium ſanctæ Mariæ de Camaldulo Bononiæ. Jacobus pœnitentiarius & prior Camaldulenſis debilitate pedum laborans, anno 1260. Bartholomæum priorem Camalduli Florentini elegit in *ſuum vicarium generalem*, collata ampliſſima poteſtate. Johannes abbas Vangaticienſis *vicariatu ſpoliatus* legitur in epiſtola Johannis III. prioris generalis ad annum 1271. Poteſt ad hanc claſſem redigi etiam Johannes de Romena, cui *locum tenenti Majoris heremi Camaldulenſis* Ildebrandinus epiſcopus Arretinus facultatem fecit anno 1299. transferendi reliquias ſancti Hilari ad eccleſiam ſancti Benedicti de Arretio. In actis capituli generalis habiti anno 1351. in monaſterio ſancti Juſti Volaterrarum, communi conſilio captum fuit, „ ut quandoquidem hactenus prior Camaldulenſis, ſimul ac electus fuerat, adminiſtrationem ſuſceperat abſque ulla alia confirmatione; idque ex ſpecialibus ſedis apoſtolicæ & Romanorum imperatorum privilegiis; ne impoſterum propter univerſalem reſervationem apoſtolicam ordo perdiu

„ vacaret

„ vacaret capite miniſtrante , eligeretur ab eodem prælatorum & eremi- „ tarum capitulo vicarius generalis , qui ſtatim adminiſtraret , uſquequo „ beneplacitum Romani pontificis de electo priore perveniret ; immo etiam, „ ſi opus foret, tot vicarii ſtatuerentur, quotquot congregationis indigentia „ requireret. “ Tempore Johannis III. prioris generalis alterius generis vicarius ei datus eſt ab apoſtolica ſede . Siquidem cum decrepita ætate aliiſque infirmitatibus præpeditus Johannes occurrere non valeret abuſibus in congregationem illapſis , Urbanus VI. Jacobum a Padua in vicarium generalem totius ordinis deſtinavit, qui congregationem loco Johannis regeret. Nomen tamen etiam Johannis ſignatur in publicis tabulis ejus temporis . Ambroſius abbas generalis anno 1432. vicarium in eremo , vicarioſque plures abbates per provincias conſtituit, qui etiam deſignati jampridem fuerant a capitulis generalibus . Translato Gometio priore generali Camaldulenſi anno 1441. ad ſanctæ Crucis Conimbricenſem prioratum in Luſitania deputatus fuit ab Eugenio IV. *vicarius delegatus apoſtolicus congregationis Camaldulenſis* Jacobus abbas Camalduli Florentini. Petrus Delphinus pluribus vicariis utebatur etiam extra ordinem aſſumptis, inter eos Lazaro de Nardis Arretino doctore , Blaſio Milaneſio abbate generali Vallis-umbroſæ, generali ordinis Silveſtrinorum, quem annis 1485. & 1487. nominat *vicarium noſtrum* , & anno 1496. *locum-tenentem noſtrum in Piceno* , & demum Petro Barotio epiſcopo Patavino , cui per patentes vicariatus literas ſcriptas die ſecunda auguſti anni 1487. curam commiſit Patavinorum monaſteriorum congregationis. *Audaciorem* , inquit epiſtola v. libri v. *me forte quis exiſtimabit* , *quod monachus epiſcopo vices meas commiſerim* &c. Etiam Aymericus epiſcopus Foro-popilienſis ad annum 1265. vocatur *vicarius Bartholomæi prioris generalis Camaldulenſis*. In eremo autem Camaldulenſi conſtituerat prædictus Delphinus in vicarium ſuum Baſilium Arretinum abbatem, belligerum quinimmo virum, cujus peſſima adminiſtratio in cauſa potiſſimum fuit , ut anno 1512. ab eremitarum capitulo revocaretur generale adminiſtrandi mandatum dudum anno 1484. Delphino collatum, atque proinde eremitæ alium in Fontebono vicarium deputarunt Theophilum de Balneo. Brevi Leonis X. anno ſequenti abrogatum fuit totius congregationis regimen eidem Delphino , & interea creati fuere vicarii generales, quorum primus fuit Paulus Orlandinus doctiſſimus & pientiſſimus monachus & abbas, qui reſiderent in Fonte-bono, ſtatuta ſede in eremo Majoribus. Septem numero vicarii generales electi ſunt tempore, quo ſuperſuit Delphinus ; eo vero decedente anno 1524. Paulus de Tinctis a Laude, jampridem vicarius, primus abbas generalis ad triennium fuit inſtitutus.

XVI. De Vicariis monialium.

ALTERIUS generis vicarii reperiuntur præſidentes aſceteriis ſanctimonialium . In pagina donationis factæ anno 1102. parthenoni ſancti Petri de Luco legitur: *Ubi nunc domnus Martinus vicarius preeſſe videtur*. Paulus abbas monaſterii ſancti Michaelis de Muriano anno 1369. deſtinatur vicarius monialium ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio a Johanne III. priore generali.

XVII. De abbatibus Camaldul. eorumque titulis.

JAM vero poſtquam de prioribus Camaldulenſibus ceteriſque magiſtratibus eremi diſſeruimus, aliqua etiam de abbatibus Camaldulenſium monaſteriorum, & de titulis variiſque attributis, tum quæ uſurparunt, tum quæ data ipſis fuere , in medium proferamus . De abbatibus *coangelicis* multa conſarcinavimus tomo primo horum Annalium [a]. Tomo vero tertio alia congeſſimus de abbatibus *epiſcopis* ; de utroque ſcilicet Murico vel Morico epiſcopo & abbate ſancti Victoris de Cluſis ad annos 1066. 1072. 1075. & 1091. & de Gebizone epiſcopo, & eremi ſancti Johannis

[a] *Pag.* 42. *& ſeqq.*

inter Ambas-paras præpoſito & religioſo viro ad annos 1083. 1095. & 1097. Frequentiſſime abbates *monachos* ſe, *presbyteros & abbates* inſcribebant, vel ita ab aliis nominabantur. Anno 945. Albericus princeps & ſenator donat caſtellum Mazzani monaſterio ſancti Gregorii de Urbe, *& vobis domno Benedicto Chriſti famulo religioſo presbytero & monacho abbati ſuprascripti venerabilis monaſterii ſancteque tue congregationi*. In libello emphyteuſis anno 966. *Petivi ad vobis in Dei nomine domnus Marinus per Dei miſericordiam venerabilis presbyterum & monacbus atque abbas monaſterii ſancte Marie, quod vocatur in Auregario*. In juramento præſtito anno 998. Gerberto archiepiſcopo Ravennate a Petro abbate Claſſenſe; *Ego Petrus presbyter & monachus & electus a congregatione monaſterii ſancti Apolenaris, quod vocatur ad Claſſem*. In præcepto Conradi imperatoris anno 1037. nominatur *Lambertus presbyter, monachus & abbas monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe*. Anno 1042. *Aimmo presbyter, monachus & abbas monaſterii ſancti Adelberti in Pireo*. Anno 1076. *Ego Mainfredus presbyter monachus atque abbas monaſterii ſancti Hilari in Galigata*, Simili modo in decurſu horum Annalium nominatos vidimus plures abbates Claſſenſes, Galeatenſes, Inſulanos, Faventinos, Biſurcenſes, Pompoſianos & San-gregorianos. Eoſdem titulos uſurpabant & priores monaſteriorum. Anno 1063. *Ugo venerabilis presbyter, monachus atque prior oratorii ſancti Barnabe in Gamugno*. Anno 1098. *Tibi Wilielmo presbytero priori & rectori de eccleſia & monaſterio ſancti Petri, que conſtructa & levata eſſe videtur in loco Pozeoli*. Aliquando deſideratur vox *monachus*. In privilegio Gualterii archiepiſcopi Ravennatis anno 1128. conceſſo monaſterio ſancti Severi in Claſſe ſubjungitur: *In quo Divizo presbyter atque abbas preeſſe videtur*. Quandoque omittebatur vox *presbyter*: Anno 1097. *Pulveramus abbas & monachus Vangeticie*. Anno 1156. *Ego Gregorius abbas & monachus eccleſie ſancti Michaelis de caſtro Brittorum*. Eodem anno: *In monaſterio ſancti Salvatoris de Florentia, in quo domnus Ugo monachus Dei dono venerandus preſidet prior*. Sed & abbates quandoque alio addito *priorum* efferuntur. In charta oblationis bonorum facta a Rodulpho Normanno anno 1040. Vangaticienſi cœnobio legitur: *Monaſterio beatiſſime ſancta virgine Maria, quod eſt edificatus ipſa ripa Adice, qui dicitur Petra, in quo domnus Andreas abat priorem de predicto ſuo monaſterio adeſſe videtur*. Fratres recluſi monaſterii Cariſii eligunt ſibi anno 1115. *fratrem Leonardum in priorem & abbatem ſui monaſterii*, quem Rogerius epiſcopus Volaterranus poſtea confirmavit. Reperimus abbates vocatos fuiſſe *cuſtodes* ſuorum monaſteriorum. Anno 1012. *Ego Accio &c. trado tibi domnum Giſo monachus & abbas & cuſtos monaſterii, in locu, qui dicitur Victorianum*. Anno 1034. *Urſus abbas, qui & cuſtos de monaſterio ſancti Victoris. Ubertus prior & cuſtos eccleſie & monaſterii ſancti Frigdiani de Piſis* anno 1116. Iidem abbates appellati *procuratores*. Alexander III. anno 1168. *Placida procuratori eccleſie ſancte Marie de Urano* monaſterium & bona ipſius confirmat. Idipſum actum ab eodem Romano pontifice anno 1180. cum *procuratore ſancte Marie de Cicille*. Exempla quoque ſuppetunt abbatum, qui vocati fuere *vicarii* illius Sancti, cujus titulo decoratam monaſterii eccleſiam regebant. Anno 1055. *Nos Raınerius, Petrus & Farolphus comites bone memorie Vinigildi, qui fuit comes*, &c. *inveſtimus te Johannem venerabilem abbatem de ipſo monaſterio* (S. Petri in Campo) *in vice ſancti Petri, cui es vicarius*. Et *primates monachorum*. Anno 103[illegible]. Hugo, Amezo & Aufredus comites ordinant in fundatione monaſterii ſancti Petri de Monte-conero prope Anconam,

Gui-

Guimezo abbati omninm monachorum primatnm habere . Quoad abbatiſſas hæc memorare placet . Anno 1054. *Ego Snffia veſte velamen induta electa abbatiſſa de monaſterio ſancte Marie prope flnvio Arno , ubi & Roſano nominatur* , Annis 1090. & 1097. quod idem repetitur anno 1185. *Manifeſtum eſt , qnod archimandritiſſa de monaſterio ſancti Petri ſito Luco Cnnizza* &c. Annis 1099. & 1118. *Mathilda abbatiſſa & monacha eccleſie ſancte Chriſtine de loco Paſteno* . Anno 1162. *Maximilla venerabilis abbatiſſa ſancti Petri de Luco & comitiſſa* .

XVIII. De titulo reverentiſſimi.

TITULUS *reverentiſſimi* abbatum nomini præpoſitus eruitur ex ſequentibus paginis : In reſtitutione bonorum ſacta anno 1019. ab Ingizone Romano nobili viro monaſterio ſancti Gregorii de Urbe legitur: *Exiſtente domno Johanne reverendiſſimo abbate*. Anno 1027. Teutha mulier in pagina ædificationis monaſterii ſancti Matthæi Piſarum appellat *Bonum reverentiſſimum abbatem ſancti Michaelis*. Ita & anno 1030. Johannes tradens ipſi terras ſitas *a la Rivolta*, & annis 1041. & 1046. *Petrus abbas reverentiſſimus monaſterii ſancti Michaelis Piſarum* nominatur ad annum 1097.

XIX. De voce Regulæ.

QUODLIBET monaſterium conſtituebat ordinem & regulam ſub invocatione Sancti illius , cui dicata erat monaſterii eccleſia; addebant propterea abbates multoties monaſteriis ſuis hanc *Regulæ* vocem . Anno 976. *Johannes venerabilis abbas regule monaſterii ſancte Marie in Uriano* . Anno 988. *Deo inibi protegente Bonizo gratia Dei presbyter & monachus atque abbas monaſterii regule ſancti Severi in Claſſe* . Anno 1009. *Johannes venerabilis presbyter & abbas regule ſancte Marie in Palatiolo prope Ravennam*. Anno 1022. Hildebrandus epiſcopus Faventinus tradit capellam ſancti Antonini , *preſente Johannes venerabilis presbyter atque abbas regule monaſterii ſancti Laurentii & ſancti Hippolyti de Faventia* , eamque ipſi ſubjicit. In quadam donatione ſacta monaſterio Pratalienſi anno 1078. leguntur hæc verba: *Sancto hac beatiſſimo venerabilis regnle monaſterio ſancte Marie in Pratalia , in qno nunc protegente tibi preſenti Martino preſbytero & monacho pro perſona & in vice domni Vidonis abbatis predicti monaſterii preeſſe videtur*.

XX. De formulis: In Dei , in Chriſti nomine.

QUOD ſuperius diximus abbatem ſanctæ Mariæ in Auregario ſe *per Dei miſericordiam* enuntiaſſe ejus monaſterii abbatem, uſuveniebat, ut ceteri abbates ſub ea, vel ſub aliis formulis, *in Dei nomine* , *in Chriſti nomine* , *dono Dei* , *gratia Dei* , *divina clementia* abbates ſe profiterentur , vel ab aliis pronuntiarentur . In charta originis ſeu dotationis monaſterii ſancti Savini in agro Piſano ad annum 780. *Ego Gumbertus in Dei nomine abbas* &c. Anno 1054. *Ergenebaldus in Dei nomine abbas monaſterii ſancte Marie, & ſancti Andree apoſtoli in inſnla Serra partibus Iſtrienſis* . Chriſti nomen uſurpabant frequenter abbates ſancti Michaelis in Burgo Piſarum . Anno 1024. *Bonns in Chriſti nomine abbas eccleſie & monaſterio Domini , & ſancti Michaelis archangeli ſito foras civitate Piſe* . Anno 1057. *Ego Ruſticns in Chriſti nomine abbas de eccleſia ſancti Michaelis Piſarum* . Ita anno 1077. *Ego Leo in Chriſti nomine* &c. abbas ejuſdem loci . Sed & alii abbates eam formulam adhibebant . Anno 1084. *Johannes in Chriſti nomine abbas monaſterii ſancti Benedicti in Biſnrci*. Ad annum 1091. *Tibi preſenti in Chriſti nomine domno Gerardo abbati ſancti Hippolyti de Faventia* . Anno 1115. *Manifeſtns ſum ego Gnido in Chriſti nomine abbas de eccleſia Domini & monaſterio ſancti Savini, qui eſt poſito loco & finibns Ceraſabulo* . Etiam priores eam formulam nominibus ſuis præponebant: Anno 1096. *Anguſtinns in Chriſti nomine prior de eccleſia*

& mo-

& monaſterio ſancti Frigdiani, qui eſt fundato iufra civitate Piſenſe. Singularis eſt ſequens pagina: Anno 1157. *Tibi in Chriſti nominibus preſenti Bernardo abbati ſancti Hippolyti de Favenstia.*

XXI. De formula Dei gratia.

FREQUENTIOR erat uſus formulæ *Dei gratia*. Anno 987. *Petimus da vobis domnus Martinus gratia Dei abbas de monaſterio ſancti Apollinaris, quod eſt erectum in civitate Claſſe cum cunctis presbyteris & monachis.* Ad annum 1091. *Rimbaldus Dei gratia presbyter, monachus & abbas monaſterii ſancte Marie, que vocatur in Inſula.* Anno 1096. *Peregrinus Dei gratia abbas ſancti Andree apoſtoli & Gregorii confeſſoris, quod ponitur in clivo Scauri.* Anno 1104. *Leo Dei gratia abbas monaſterii ſancti Adalberti in Pereo inſula.* Anno 1109. *Gerardus gratia Dei abbas & rector monaſterii* ſanctæ Mariæ de Morona dicitur ab Ugone comite. *Placuit mihi domno Laurentio Dei gratia abbati monaſterii ſancti Gregorii* anno 1128. Ipſi epiſcopi non denegabant abbatibus ſuæ diœceſis hujuſmodi formulam, quam ſuperius vidimus adhibitam ab epiſcopis Arretinis etiam cum prioribus Camaldulenſibus. *Manifeſtus ſum ego Villanus Dei gratia Piſanorum humilis archiepiſcopus* &c. *dare videor tibi domno Ildebrando Dei gratia venerabili abbati eccleſie & monaſterii ſancti Michaelis* anno 1147. Et anno 1188. *Gerardus divina gratia ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopus Johanni Dei gratia abbati venerabilis monaſterii ſancti Petri in Vincula.* Sexcenta exempla ſuppeterent, Conradi Dei gratia abbatis Vangaticienſis anno 1169. Gerardi abbatis ſancti Michaelis de caſtro Brittorum anno 1208. Matthæi abbatis Adelmenſis, Andreæ abbatis ſancti Gregorii de Urbe, aliorumque abbatum & priorum XIII. ſeculi & ſequentium. Eadem ſormula utebantur aliquot abbatiſſæ. Anno 1184. *Dilecta Dei gratia venerabilis abbatiſſa da monaſterio ſancti Petri de Luco.* Anno 1214. *Franca Dei gratia abbatiſſa* ejuſdem parthenonis. Anno 1390. *Venerabili & religioſe domine domne ſorori Johanne de Faventia Dei gratia abbatiſſe monaſterii loci & conventus ſancte Chriſtine de prope Tarviſium* &c. Rariores ſunt ſequentes ſormulæ: Anno 1114. *Gerardus Dei diſpoſitione abbas de eccleſia & monaſterio ſancte Marie de Morona.* Anno 1143. *Johannes Dei nutu presbyter & monachus & abbas monaſterii ſanctorum Laurentii & Hippolyti de Faventia.* Anno 1157. *Ugo Dei dono prior ſancti Salvatoris de Florentia.* Anno 995. in charta donationis factæ monaſterio San gregoriano: *Vobis domno Johanni viro venerabili & presbytero & monacho, atque pro divina protegente clementia coangelico abbati.* Anno 1116. in alia donatione Guidonis comitis ad utilitatem monaſterii Biſurcenſis legitur: *In quo nunc Deo protegente domnus Thedericus monachus, presbyter & abbas preeſſe & ſervire videtur.* Scriptor paſſionis beatæ Reparatæ virginis & martyris ad annum circiter 1029. ſic præfatur: *Rogas me, venerabilis pater Lamberte, per æquivocum tibi priorem Claſſenſis monaſterii, cui te preeſſe divina diſpoſitio voluit* &c.

XXII. De alia Apoſtolicæ Sedis gratia.

SED abbates, qui ab apoſtolica ſede inveſtiebantur, *Dei & apoſtolicæ ſedis gratia* abbates ſe indigitabant. Monaſterii Vangaticienſis præſules eligebantur a monachis, inde confirmabantur a priore Camaldulenſi, demum a Romano pontifice. Hinc reperimus poſt electionem Bonajunctæ abbatis Vangaticienſis factam a monachis anno 1222. & ratam habitam a Guidone priore Camaldulenſi, monachos miſiſſe nuncium ſuum ad Honorium III. Romanum pontificem pro manifeſtanda electione, qui apoſtolico præcepto commiſit Simeoni archiepiſcopo Ravennati, ut electum conſecrationis munere ditaret. Ad annum 1292. inſcribitur *Bernardus Dei & apoſtolice ſedis gratia abbas Vangaticienſis.* Anno 1320. *Guido Dei & apoſto-*

lice

Digitized by Google

lice ſedis gratia abbas Vangaticienſis . Ita & Severus anno 1335. Sed ad annum 1270. *Johannes Vangaticienſis abbas Dei gratia*, ad annum 1296. *Guido Dei gratia abbas Vangaticienſis* tantummodo ſe nominant . Anno 1336. *Benedictus Dei & gratia apoſtolice ſedis abbas monaſterii ſancte Marie de Tribio* . Freqnentiſſime utraque appellatio conſueta fuit temporibus Bonifacii VIII. Clementis V. Johannis XXII. & ſequentium Romanorum pontificnm , qui abbates monaſteriis præficiebant , ſibique reſervaverant eorum electiones.

XXIII. De aliis formulis.

SÆPISSIME adhibebantur ſequentes circumlocutiones ad ſignificandum monaſterium, cui abbates erant præfecti. Anno 1073. in donatione Welfonis ducis Bavariæ facta cœnobio Vangaticienſi legitur: *Ubi nunc domnus Petrus venerabilis abbas ipſius monaſterii ordinatus & rector eſſe videtur* . Anno 1080. *Monaſterio ſancti Michaelis in Burgo Piſarum , ubi nunc domnus Leone abbas preeſſe videtur*. In traditione terrarum facta a Conſtantino epiſcopo Arretino anno 1084. monaſterio ſancte Marie de Pratalia , *ubi domnus Ugone extat presbyter & abbas*. In ampla donatione terrarum pro monaſterio Vangaticienſi facta ab Alberto marchione Eſtenſe anno 1097. *Ubi Pulveramus abbas & monachus ipſius monaſterii preeſſe videtur*. Ita etiam in pagina Ugonis epiſcopi Ortellenſis anno 1137. qua donat eccleſiam ſancti Johannis in loco Ortilis monaſterio Camalduli dicitur : *Dono tibi Azoni priori Camaldulenſi , qui ibi preeſſe dignoſcitur cum ceteris fratribus in eodem loco Chriſto ſervientibus* . Anno 1143. in charta Prati-veteris; *Ubi modo domna Sophia preeſſe dignoſcitur*.

XXIV. De elogio Peccatoris.

ETIAM abbates elogium peccatorum & indignorum in paginis & ſubſcriptionibus uſurpabant : Anno 1016. ſubſcribit ſynodo Arnaldi archiepiſcopi Ravennatis ✠ *Ego Deotmarus abbas quamvis indignus ſancti Apolenaris in Claſſe* . Anno 1089. in charta emphyteuſis poſtremus omnium ſubſcribit *Petrus peccator monachus & abbas de Rota* . Ad calcem paginæ Ildebrandini comitis Senenſis , qua reſtituit monaſterio Berardingorum terras a ſe occupatas , legitur: *Ego frater Nicolaus peccator, monachus & ſolo nomine , non opere , dictus abbas predicti monaſteris hec omnia vidi & interfui* anno 1154.

XXV. De aliis denominationibus.

RELIGIOSO viro Albizoni abbati monaſterii ſanctæ Mariæ in Gradibus inſcribitur bulla Leonis IX. anno 1050. Fridericus II. imperator confirmat præcepto ſuo bona monaſterii Vangaticienſis anno 1219. *ductus petitionibus Johannis venerabilis abbatis de Vangadicia Camaldulenſis ordinis, religioſi quidem & ſane opinionis viri* . Anno 1216. Octavianus clericus *diſpenſator & rector* dicitur *eccleſie ſancte Marie in Petroccio jure & dominio monaſterii ſancti Gregorii in clivo Scauri pertinentis*.

XXVI. De titulis fideliſſimi , devotiſſimi , regalis.

ANTIQUIS temporibus in electionibus abbatum ſe immiſcebant imperatores & reges. Otto III. *Claſſenſem abbatiam ordinare deſiderans* , inquit Damianus , *optionem fratribus dedit , ut quem ipſi vellent , indubitanter eligerent. At illi continuo unanimiter expetunt Romualdum* . Ipſum itaque in Pereo commorantem adiit imperator, & ægre tandem perſuaſit ſancto viro , ut regimen acciperet, quod tamen poſt biennium dimiſit coram ipſo & archiepiſcopo Ravennate , projecta in utriuſque conſpectu virga paſtorali. Ita anno 1000. & rurſus anno 1014. electus & confirmatus fuit Romualdus in abbatem monaſterii ſancti Adalberti in Pereo ab Henrico II. imperatore, qui etiam hoc poſtremo anno Montis-amiati monaſterium illi tradidit, foras ejecto abbate [a]. Id uſu receptum erat in iis potiſſimum monaſteriis, quæ imperialia vel regalia dicebantur , quia immediata fruebantur protectione regum & imperatorum . Eorum abbates *fideliſſimi* ,

devo-

[a] *Cap.* XXII.

devotiſſimi appellabantur: *Omnium* &c. ait Otto III. anno 1001. in præcepto pro monaſterio ſancti Apollinaris Claſſis, *noverit ſolertia Hardeſadum presbyterum, & monachum atque abbatem Ravennatem monaſterii ſancti Apollinaris* &c. *noſtrumque devotiſſimum fidelem* &c. Iiſdem verbis utitur Henricus II. rex pro Bono abbate ejuſdem cœnobii anno 1009. & pro Lamberto abbate itidem Claſſenſe anno 1037. Conradus I. imperator. Anno 1164. Fridericus Œnobarbus Gualfredo abbati ſancti Apollinaris omnia privilegia & bona monaſterii ſui confirmat, *quia dilectus, fidelis, regalis & ſpecialis noſter abbas eſt*. Ita etiam anno 1029. Conradus imperator præcepto ſuo communit bona monaſterii ſancti Severi in Claſſe *dilecto noſtro fideli abbati Bonizo*. Raynaldus Colonienſis archiepiſcopus & legatus Friderici I. imperatoris ampliſſimum privilegium conſcribit anno 1163. Franciano abbati Burgenſi, *quem imperii fideliſſimum experti ſumus*. Sæpius reges & imperatores in ſuis diplomatibus Camaldulenſes priores & eremitas, aliaque Camaldulenſium monachorum cœnobia *fideles* & *fidelia* vocant. Hinc anno 1282. videmus Gerardum priorem Camaldulenſem ſacramentum fidelitatis præſtaſſe Rodulpho vicario Rodulphi Romanorum regis. Quid ſingulare legitur de monaſterio ſancti Apollinaris in Claſſe, cujus advocatus erat Henricus III. imperator, qui ad annum 1045. hæc verba inſerit ſuo præcepto: *Quadam peculiari donatione ejuſdem eccleſie advocaturam cum inveſtitura per manum predicti abbatis* (is erat Lambertus) *accepimus* &c. Guidulphus dicitur *abbas, presbyter & monachus monaſterii ſancti Michaelis in territorio Bononienſi*, hoc eſt caſtri Brittorum, *ab imperiali manu conſtructi*. Silentio non prætereundum aliquot abbates ſeculo XIII. *capellanos* inſcribi cardinalium S. R. E. quorum protectione gaudebant; Anno 1251. Homodeus abbas Burgenſis capellanus dicitur Petri Capoccii card. diaconi ſancti Georgii ad Velum aureum. Ipſe Gerardus I. prior Camaldulenſis capellanus effertur Petri de Columna cardinalis ad annum 1291. Sed & epiſcopi titulum hunc gerebant. Exemplum conſulatur ad annum 1268. Gentilis epiſcopi Aprutini capellani Johannis Portuenſis & ſanctæ Ruffinæ epiſcopi & cardinalis.

XXVII. De patronis monaſteriorum.

PRÆTER imperatores & reges monaſteria ſuos peculiares patronos habebant, qui intererant tempore electionis abbatum factæ a monachis, ſed ipſorum tantum aſſenſus requirebatur, nam confirmatio abbatum & priorum ſpectabat ad priorem generalem Camaldulenſem, qui per ſe, vel per nuntium ſuum & vicarium poſſeſſionem tradebat. De libera electione prælatorum facienda vel a priore Camaldulenſi, vel a monachis legantur Alexandri III. ad annum 1161. Lucii III. ad annum 1183. Urbani III. ad annum 1186. & Gregorii IX. ad annum 1227. bullæ, ne laici patroni ſe ingerant in prælatorum electionibus. Cum Ugolinus de Monte-aperto patronus monaſterii Berardingorum manum extendiſſet, quo tempore Matthæum electum abbatem Guido II. prior Camaldulenſis in ſede collocabat anno 1218. objurgatus fuit, ſed reſpondit hoc ſe feciſſe præ lætitia, non pro jure acquirendo in præjudicium juris prioris Camaldulenſis. In conſtitutionibus Martini III. ad annum 1253. caute proviſum, ne patroni veſtem monaſticam aſſumerent in iis monaſteriis, quorum patronatum obtinebant, ne ſcilicet ullum in iis jus ſibi arrogarent. Aliquando patroni vel potentes viri ſe immiſcebant electionibus, & pro libitu regimen monaſteriorum tradebant hominibus ſibi addictis, ut factione Polentanorum dynaſtarum contigit anno 1308. in electione abbatis Claſſenſis Gerardi. Singularis erat electio abbatis ſancti Juſti Volaterrarum, in qua epiſcopus Volaterranus tamquam unus ex monachis ex ve-

teri

teri conſuetudine jus ſuffragii habebat; electus tamen confirmationem recipiebar a priore Camaldulenſi. Quoad abbates Claſſenſes ſancti Apollinaris legantur concordiæ anno 1138. Gualterii archiepiſcopi Ravennatis cum Azone priore Camaldulenſi, Ubaldi cum Guidone anno 1210. Thederici cum eodem Guidone anno 1231. Philippi cum Bartholomæo anno 1265. & Raynaldi archiepiſcopi cum Accurſio priore anno 1311. Uranenſem abbatem inconſulto archiepiſcopo Ravennate eligi poſſe a Placido priore Camaldulenſi definivit anno 1188. Alexander epiſcopus Foro-livienſis. Pratalienſes ſibi eligebant abbatem, etiam non præſente priore Camaldulenſi, qui tamen electionem confirmabat. Abbas Burgenſis, licet imperiali protectione frueretur, inſtituebatur, ac dignitate privabatur a priore Camaldulenſi; quod actum legimus a Guidone priore cum Gratiano abbate anno 1226. Chartæ, quæ conficiebantur in donationibus monaſteriorum & abbatiarum factis eremo & priori Camaldulenſi, hanc poteſtatem tradebant prioribus Camaldulenſibus. Anno 1076. hoſpitium pauperum prope eccleſiam ſancti Martini & ſancti Frigdiani Piſarum una cum pluribus latifundiis traditur priori Camaldulenſi Rodulpho, ut *ſint in jure proprietario dicte eccleſie, ita ut permaneat ſemper in ordinem monaſticum, & ſit in poteſtate predicti Rodulphi prioris & conſilio integre congregationis ſue & ejus ſucceſſorem regendi & diſponendi predicta loca, & conſtituendi monachos, & eligendi priores* &c. Eadem ferme verba uſurpantur in traditione ceterorum locorum, & præſertim abbatiæ Cariſianæ anno 1102. & abbatiæ Trivienſis annis 1103. & 1104. Uſus aliorum monaſteriorum erat, ut eligerentur abbates & priores, abbatiſſæ & prioriſſæ a monachis vel a monialibus, interventu alicujus nuncii prioris generalis, & electiones omnes confirmationis robur reciperent ab eodem priore generali. Aliquorum monaſteriorum, quæ manualia dicebantur eremi Camaldulenſis, abbates & abbatiſſæ immediate ſtatuebantur a priore Camaldulenſi. Hujus generis erat monaſterium ſancti Michaelis de Muriano, cujus priores, inde abbates, deputati leguntur a prioribus Camaldulenſibus. Verum Gregorius XII. conceſſit, ut poſthac monachi dicti loci, decedente Paulo Venerio, qui erat cœnobii abbas, ſucceſſorem ſufficere poſſent, confirmandum dumtaxat a priore generali.

XXVIII. De abbatibus adminiſtratoribus.

Iidem priores aliquando ad recuperanda, vel ad reſarcienda monaſteria, eligebant clericos ſeculares, qui conſtituebantur *procuratores* & *adminiſtratores* eorum locorum, ut factum fuit anno 1254. cum Henrico capellano eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Panicali, cui commendatum fuit a Martino III. priore generali monaſterium ſancti Andreæ in Silva Lucanæ diœceſis; anno 1258. cum Alberto canonico Bononienſi, cui commiſſa eſt cura Camalduli Bononienſis, & anno 1271. a capitulo generali Arretii cum Sinibaldo clerico Arretino & capellano cardinalis protectoris Octaviani Ubaldinii, cui traditum fuit monaſterium ſancti Michaelis de Caſtro-brittorum. Aliquando utebantur opera monachorum, quos *coadjutores* conſtituebant. Angelus monachus ſancti Savini anno 1254. a Martino III. priore datus fuit coadjutor Philippi abbatis ſancti Zenonis Piſarum. Monaſteria frequentius ſeculis poſterioribus commendabantur viris nobilibus, vel cardinalibus, vel epiſcopis a Romanis pontificibus. Petrus de Stagno cardinalis tituli ſanctæ Mariæ in Tranſtiberim anno 1373. appellatur *vicarius & gubernator* abbatiæ ſancti Victoris de Cluſis, in quo tamen degebant monachi, & poſt biennium etiam abbas regularis Alexander de Gualdo. Galeatenſis abbatia ab ipſo octavo ſeculo tradita fuit Anſcauſo epiſcopo Foro-popilienſi, ob hujus merita cum ſede apoſtolica, reſtituta

inde archiepiſcopatui Ravennati. Seculo XIII. iterum in commendam abiit, primum Uberti Feretrani epiſcopi, inde Aymerici archiepiſcopi Ravennatis, qui appellatur *adminiſtrator*, Thomæ epiſcopi Foro-livienſis aliorumque, donec Camaldulenſi congregationi ſuit adjudicata. Priores regulares monaſteriorum hujuſmodi commendatorum vocabantur *vicarii*. Ita Benedictus prior Galeatenſis *vicarius* nominatur ſub Uberto Feretrano epiſcopo & abbate ad annum 1296. Antonio Ferro Parmenſi monacho Camaldulenſi anno 1386. commendata eſt abbatia Vangaticienſis, ipſa autem poſt ejus obitum ad exterorum hominum manus devoluta. Johanni III. priori Camaldulenſi commendatum ſuit ad tempus monaſterium ſancti Zenonis Piſarum. Anno 1441. Franciſco de Agna priori generali Camaldulenſi conceſſa fuit abbatia Rotenſis ad vitam; & ad vitam Mariotti abbatis generalis, ejus ſucceſſoris in ſupremo præſulatu, abbatia Decianenſis. *Adminiſtratores* iі vocabantur abbatiarum ſibi commendatarum.

Hæc brevi manu de multiplici Prælationum genere, ac de earum denominationibus apud Camaldulenſes tum eremitas, tum cœnobitas exſcripſimus, in medium allatis verbis ipſis veterum paginarum, & monumentorum.

BRE-

Digitized by Google

BREVIARIUM
TOMI QUINTI

ANNALIUM CAMALDULENSIUM.

LIBER QUADRAGESIMUS-PRIMUS.

Ab anno Chriſti 1251. ad annum 1260.

I. *STatus eccleſiæ. Bullæ Innocentii IV. pro Camaldulenſibus.* Pag. 1.
II. *Ampliſſimum privilegium pro monaſterio S. Urbani ad flumen Æſinantis.* 3.
III. *Alterum pro abbatia Burgenſi. De Homodeo abbate.* 4.
IV. *Caſtrum Caſtellionis venditum communi Senenſi ab eremo de Vivo.* ib.
V. *Lites compoſitæ inter monaſterium Valle-caſtrenſe & commune Fabriani. Ædificatio caſtri Porcarellæ.* 5.
VI. *Invaſio parthenonis Luci. Monumenta aliorum monaſteriorum.* 6.
VII. *Innocentii bullæ pro Vivenſibus, Camaldulenſibus & Claſſenſibus.* 7.
VIII. *Ejuſdem diploma pro monaſterio S. Crucis comitum de Tripudio prope Saxum-ſerratam.* ib.
IX. *Exemptiones, confirmationes & privilegia ab ipſo conceſſa Camaldulenſibus.* 9.
X. *Comes Guido-guerra tradit Camaldulenſibus monaſterium de Petra-ficta.* 11.
XI. *Ampla juriſdictio monaſterii Pratalienſis.* 12.
XII. *De conſuetudinibus, conſtitutionibus, diviniſque officiis Camaldulenſium editis a Martino III. priore.* ib.
XIII. *Initia monaſterii S. Maglorii de Faventia.* 16.
XIV. *Monaſterium S. Silveſtri iterum traditum monachis Subaſianis.* 17.
XV. *Cœnobium vero S. Andreæ de Hiſpello fratribus Minoribus.* ib.
XVI. *Innocentii IV. delegatio Aymerico abbati Claſſenſi pro monaſterio S. Romani de Ferraria.* ib.
XVII. *Monachi albi urbis Patavinæ vexati ab Eccellino de Romano.* 18.
XVIII. *Concordia inter monaſterium S. Urbani, & commune Pyri.* ib.
XIX. *Paginæ variorum monaſteriorum.* 19.
XX. *Turbæ Vivenſes. Variæ electiones.* 20.
XXI. *Venditio facta eremo Camaldulenſi a Bono abbate S. Januarii de Campoleone.* ib.
XXII. *Lites epiſcopi Eugubini cum Avellanenſibus.* 21.
XXIII. *De Jacobo monacho Avellanenſi abbate Peruſino. De Philippo epiſcopo Nucerino.* ib.
XXIV. *Eccleſia S. Matthæi Peruſii tradita Damianiſtis, S. Fortunati Tuderti Minoribus.* ib.
XXV. *Charta S. Severi in Claſſe.* 22.
XXVI. *De Martino ep. Mantuano. De monaſterio S. Petri de Campo-majori Lucanæ diœceſis.* ib.
XXVII. *Alexandri IV. Rom. pont. bullæ pro Camaldulenſibus.* ib.
XXVIII. *Viſitatio eccleſiæ S. Mariæ de Foro-livio conceſſa Martino priori Camaldulenſi.* 23.
XXIX. *Chartæ Pratalienſes.* ib.
XXX. *Electiones novæ in pluribus monaſteriis.* ib.
XXXI. *Privilegia ab Alexandro IV. conceſſa Camaldulenſibus.* 24.
XXXII. *Idem Romanus pontifex vetat Avellanenſibus ædificium cujuſdam eccleſiæ.* 25.
XXXIII. *Paginæ Galeatenſes.* ib.
XXXIV. *Initia monaſterii S. Mariæ de Prodano.* 26.
XXXV. *Eccleſiæ plures ſubjectæ mona-*

monaſterio S. Victoris de Cluſis. ibid.
XXXVI. *Jus patronatus in aliquot monaſteria & eccleſias Lucanæ diœceſis conceſſum Camaldulenſibus.* ibid.
XXXVII. *Indulgentiæ conceſſæ a Guilielmino epiſcopo Aretino reparantibus eremum Camaldulenſem.* 27.
XXXVIII. *De Jacobo eremita pœnitentiario, & de donariis factis eidem eremo.* ib.
XXXIX. *Monumenta plurium monaſteriorum.* 28.
XL. *Diviſiones monialium a monachis in congregatione alba S. Benedicti urbis Patavinæ.* 29.
XLI. *Gratioſa indulta Alexandri IV. Camaldulenſibus.* ibid.
XLII. *De hoſpitale Piſano Alexandri IV. Hoſpitalia Camaldulenſia declarata exempta.* 30.
XLIII. *Octavianus Ubaldinius card. datus protector Camaldulenſibus.* 31.
XLIV. *Expoſtulationes archiepiſcopi Ravennæ contra Ugonem abb. Vangaticienſem.* 32.
XLV. *Monaſterium S. Mathiæ de Muriano confirmatum Camaldulenſibus.* ibid.
XLVI. *Chartæ Camaldulenſis eremi.* 33.
XLVII. *Ædificatur eremus S. Salvatoris de Vico-livienſi. Pagina monaſterii S. Zenonis Piſarum.* ibid.
XLVIII. *Exordium litium inter eccleſias Camaldulenſes & Guillielminum ep. Arretinum.* ibid.
XLIX. *Ampliſſimum exemptionis privilegium Camaldulenſibus conceſſum ab Alexandro IV.* 34.
L. *Permittente & adjuvante eodem pontifice reſtauratur baſilica Claſſenſis.* 35.
LI. *Claſſenſibus monachis traditur eccleſia S. Andreæ foris portam Arimini.* 36.
LII. *Monaſterium Camalduli-Bononienſis ad tempus a congregatione alienatur.* ibidem.
LIII. *Electi a Romano pontifice conſervatores privilegiorum Camaldulenſium.* 37.
LIV. *Literæ Martini III. prioris Camaldulenſis hominibus fidelibus ſuis de Partina.* ibid.
LV. *Origines monaſterii S. Joh. evangeliſtæ de Foro-livio.* 38.
LVI. *Paginæ Pratalienſes.* ibid.
LVII. *Eccleſia S. Proſperi Faventinæ urbis data monachis Aceretanis.* 39.
LVIII. *De Cruce antiqua monaſterii S. Helenæ ad flumen Æſinum; & de Angelo abbate.* ibid.
LIX. *Locus S. Mariæ Magdalenæ de Saltu Mutinenſis diœceſis aggregatus congregationi Camaldulenſi.* ibid.
LX. *De monaſteriis Senenſibus olim Camaldulenſia inſtituta profeſſis.* 40.
LXI. *Similiter de monaſteriis & eccleſiis Urbe-vetanis.* 43.
LXII. *Chartæ Piſanæ, Vivenſes, Claſſenſes.* 44.
LXIII. *Aliæ Patavinæ.* 45.
LXIV. *Bullæ Alexandri IV. pro Urancnſibus monachis S. Severi in Claſſe, S. Frigdiani Piſarum & pro Burgenſibus.* ib.
LXV. *Transfertur eremus ad Vivum in urbem Senenſem ad monaſterium S. Muſtiolæ.* 46.
LXVI. *Obitus B. Martini III. prioris Camald.* 47.
LXVII. *Jacobus pœnitentiarius in ejus locum ſufficitur.* ibid.
LXVIII. *Agitur cauſa inter Guillielminum ep. Arretinum & inter monaſteria Camaldulenſia.* 50.
LXIX. *Acerrimæ lites inter monachos & moniales S. Benedicti de Patavio.* 51.
LXX. *Alexander IV. reparari mandat injurias illatas eremo Camaldulenſi.* 52.
LXXI. *Literæ Jacobi prioris Camald. ad eumdem Romanum pontificem de damnis, quæ ſuſtinuerat eremus Camaldulenſis.* ib.
LXXII. *Ejuſdem pontificis alia indulta & bullæ pro Camaldulenſibus.* 54.
LXXIII. *Monaſterium S. Theoniſti Ariminenſis diœceſis traditur reformandum monachis Camaldulenſibus.* ibid.
LXXIV. *Monumenta ſpectantia ad plura monaſteria Camaldulenſia.* 55.

LIBER QUADRAGESIMUS-SECUNDUS.

Ab anno Chriſti 1261. ad annum 1270.

I. *Excitati iterum motus contra monachos Subaſianos.* 57.
II. *Initia monaſterii S. Martini de Opitergio.* ibid.
III. *Alterius cœnobii S. Mariæ de Iſola in diœceſi Faventina.* 58.
IV. *Confirmata vetera epiſcoporum Arretinorum privilegia monaſterio Pratalia.* ib.
V. *Res Galeatenſes & Vangaticienſes.* ib.
VI. *Obit Alexander VI. Pont. Max. optime de Camaldulenſibus meritus.* 59
VII. *Multa ad varia monaſteria ſpectantia.* ib.
VIII. *Maſſarius fit prior generalis Camaldulenſium.* 60.
IX. *Aymericus abbas Claſſenſis fit epiſcopus Foro-popilienſis.* ibidem.
X. *Variæ electiones prælatorum Camaldulenſium.* 61.
XI. *Confirmatur eccleſia de Vetighe cœnobio Agnanienſi. Alia ad plura monaſteria ſpectantia.* ibidem.

XII.

XII. *Celebre prodigium Pariſii monachi Camaldulenſis.* 62.
XIII. *Monumenta aliquot monaſteriorum. Obitus B. Julianæ Collaltæ.* ibid.
XIV. *Urbani IV. bullæ pro Camaldulenſibus.* 64.
XV. *Obitus prioris Maſſarii; electio Bartholomæi. De abbatia S. Petri in Campo.* 65.
XVI. *Confirmatur protectio communis Senarum prioratui de Vivo.* ibid.
XVII. *Compoſitæ lites inter ep. Livienſem & monaſterium Camalduli de Foro-livio.* 67.
XVIII. *De Galeatenſi & Inſulano monaſteriis.* ibid.
XIX. *Origo cœnobii S. Mariæ de Vallibus in diœceſi Peruſina.* ibid.
XX. *Confirmata ab ep. Arretino electio prioris abbatiæ S. Gaudentii.* ibid.
XXI. *Obitus B. Compagni primi prioris Porcilienſis.* 68.
XXII. *Proſecutio litium inter moniales S. Benedicti de Patavio.* ibid.
XXIII. *Concedit Clemens IV. Camaldulenſibus liberam erectionem eccleſiarum.* 69.
XXIV. *Compoſitæ lites inter monaſterium Avellanenſe & commune Eugubii.* ib.
XXV. *Exemptio conceſſa monaſterio S. Severi in Claſſe.* ibid.
XXVI. *Electio abbatis S. Apollinaris in Claſſe.* 70.
XXVII. *Hiſtoria plurium monaſteriorum.* 71.
XXVIII. *Conſecratio ſolemnis eccleſiæ S. Mariæ de Camaldulo Foro-livienſi.* 72.
XXIX. *Reconciliata eccleſia S. Sepulcri de Burgo. Res S. Severi in Claſſe cum epiſcopo Caſtellano.* 74.
XXX. *Compoſita controverſia inter monaſterium S. Severi & commune Foro-livii.* ibidem.
XXXI. *Vendita plura bona monaſteriis S. Michaelis de Lemmo in Hiſtria.* 75.
XXXII. *Locus S. Gervaſii in diœceſi Bellunenſi erectus in ſanctimonialium monaſterium.* ibid.
XXXIII. *Per mortem Bartholomæi electus Angelus prior generalis Camaldulenſis. Varia ejus acta.* 76.
XXXIV. *Obitus Ubaldi ep. Cervienſis.* 78.
XXXV. *Pretioſa mors B. Antonii-Peregrini oblati Porcilienſis.* 79.
XXXVI. *Miracula ad ejus tumulum patrata.* 81.
XXXVII. *Proſecutio coram miraculorum.* 85.
XXXVIII. *Obitus etiam B. Pariſii, & prodigia.* 86.
XXXIX. *Turba in monaſterio Vivenſi.* 87.
XL. *Jacobus de Certaldo abbas SS. Juſti & Clementis Volaterrarum.* 88.
XLI. *Concordia inter ep. Portuenſem & monaſterium S. Gregorii de Urbe.* 89.
XLII. *Chartæ Pratalienſes, Valle-caſtrenſes, aliorumque monaſteriorum.* 90.
XLIII. *Obitus Angeli prioris Camaldulenſis. Sufficitur Johannes de Piſis.* 91.
XLIV. *Sequuntur prodigia B. Pariſii.* ibidem.
XLV. *Divini honores ſtatim decreti B. Pariſio ab epiſcopo Tarviſino.* 92.
XLVI. *Cur in eam rem ſollicitus fuerit epiſcopus Tarviſinus?* 93.
XLVII. *Alia miracula B. Antonii-Peregrini.* 94.
XLVIII. *De B. Gherardeſcha ſanctimoniali S. Savini Piſarum.* 96.
XLIX. *Tempus quo floruit, ejuſque vita.* ibid.
L. *De abbatibus S. Savini & plura ad Gherardeſcham ſpectantia.* 98.
LI. *Gherardeſchæ obitus.* 102.
LII. *Enarratio miraculorum ad tumulum B. Antonii-Peregrini.* 103.
LIII. *Componuntur acerrimæ lites inter Guillielminum ep. Arretinum, & Camaldulenſes.* 104.
LIV. *Traditur monaſterium Pratalienſe liberum Camaldulenſibus. Turbæ in ipſo cœnobio.* 104.
LV. *Et in cœnobio Agnanienſi.* 106.
LVI. *Eremitæ de Gaitanis in urbe Piſana recepti ſub diſciplina Camaldulenſium.* 107.
LVII. *Protectio communis Foro-livienſis conceſſa monaſterio Inſulano.* ibid.
LVIII. *Pacta firmata Arretinos inter & Burgenſes.* 108.
LIX. *De eccleſia Bovilliani.* ibid.
LX. *Paginæ aliquot monaſteriorum.* ibid.
LXI. *Conſecratio eccleſiæ S. Maglorii urbis Faventinæ.* 109.
LXII. *B. Nevolo ſocietatem expetit Laurentii monachi Camald. in eadem eccleſia.* 111.
LXIII. *Obit Aymericus ep. Foro-popilienſis.* 113.
LXIV. *Obizo marchio Eſtenſis advocatiam cupit obtinere monaſteris Vangatienſis.* ibid.
LXV. *Electio abbatis inſulæ Montis-chriſti.* 114.
LXVI. *Alia prodigia ad ſepulcrum B. Antonii Peregrini.* ibid.
LXVII. *Ortus B. Angeli Gualdenſis eremitæ, ejuſque primæ actiones.* 115.

monaſterio S. Victoris de Cluſis. ibid.
XXXVI. *Jus patronatus in aliquot monaſteria & eccleſias Lucanæ diœceſis conceſſum Camaldulenſibus.* ibid.
XXXVII. *Indulgentiæ conceſſæ a Guillielmino epiſcopo Arretino reparantibus eremum Camaldulenſem.* 27.
XXXVIII. *De Jacobo eremita pœnitentiario, & de donariis factis eidem eremo.* ib.
XXXIX. *Monumenta plurium monaſteriorum.* 28.
XL. *Diviſiones monialium a monachis in congregatione alba S. Benedicti urbis Patavina.* 29.
XLI. *Gratioſa indulta Alexandri IV. Camaldulenſibus.* ibid.
XLII. *De hoſpitale Piſano Alexandri IV. Hoſpitalia Camaldulenſia declarata exempta.* 30.
XLIII. *Octavianus Ubaldinius card. datus protector Camaldulenſibus.* 31.
XLIV. *Expoſtulationes archiepiſcopi Ravennæ contra Ugonem abb. Vangaticienſem.* 32.
XLV. *Monaſterium S. Mathiæ de Muriano confirmatum Camaldulenſibus.* ibid.
XLVI. *Charta Camaldulenſis eremi.* 33.
XLVII. *Ædificatur eremus S. Salvatoris de Vico-livienſi. Pagina monaſterii S. Zenonis Piſarum.* ibid.
XLVIII. *Exordium litium inter eccleſias Camaldulenſes & Guillielminum ep. Arretinum.* ibid.
XLIX. *Ampliſſimum exemptionis privilegium Camaldulenſibus conceſſum ab Alexandro IV.* 34.
L. *Permittente & adjuvante eodem pontifice reſtauratur baſilica Claſſenſis.* 35.
LI. *Claſſenſibus monachis traditur eccleſia S. Andreæ foris portam Arimini.* 36.
LII. *Monaſterium Camalduli-Bononienſis ad tempus a congregatione alienatur.* ibidem.
LIII. *Electi a Romano pontifice conſervatores privilegiorum Camaldulenſium.* 37.
LIV. *Litera Martini III. prioris Camaldulenſis hominibus fidelibus ſuis de Partina.* ibid.
LV. *Origines monaſterii S. Joh. evangeliſtæ de Foro-livio.* 38.
LVI. *Paginæ Pratalienſes.* ibid.
LVII. *Eccleſia S. Proſperi Faventinæ urbis datæ monachis Aceretanis.* 39.
LVIII. *De Cruce antiqua monaſterii S. Helenæ ad flumen Æſinum; & de Angelo abbate.* ibid.
LIX. *Locus S. Mariæ Magdalenæ de Saltu Mutinenſis diœceſis aggregatus congregationi Camaldulenſi.* ibid.
LX. *De monaſteriis Senenſibus olim Camaldulenſia inſtituta profeſſis.* 40.
LXI. *Similiter de monaſteriis & eccleſiis Urbe-vetanis.* 43.
LXII. *Chartæ Piſanæ, Vivenſes, Claſſenſes.* 44.
LXIII. *Aliæ Patavinæ.* 45.
LXIV. *Bullæ Alexandri IV. pro Uranenſibus monachis S. Severi in Claſſe, S. Frigdiani Piſarum & pro Burgenſibus.* ib.
LXV. *Transfertur eremus ad Vivum in urbem Senenſem ad monaſterium S. Muſtiolæ.* 46.
LXVI. *Obitus B. Martini III. prioris Camald.* 47.
LXVII. *Jacobus pœnitentiarius in ejus locum ſufficitur.* ibid.
LXVIII. *Agitur cauſa inter Guillielminum ep. Arretinum & inter monaſteria Camaldulenſia.* 50.
LXIX. *Acerrimæ lites inter monachos & moniales S. Benedicti de Patavio.* 51.
LXX. *Alexander IV. reparari mandat injurias illatas eremo Camaldulenſi.* 52.
LXXI. *Litera Jacobi prioris Camald. ad eumdem Romanum pontificem de damnis, quæ ſuſtinuerat eremus Camaldulenſis.* ib.
LXXII. *Ejuſdem pontificis alia indulta & bullæ pro Camaldulenſibus.* 54.
LXXIII. *Monaſterium S. Theoniſti Ariminenſis diœceſis traditur reformandum monachis Camaldulenſibus.* ibid.
LXXIV. *Monumenta ſpectantia ad plura monaſteria Camaldulenſia.* 55.

LIBER QUADRAGESIMUS-SECUNDUS.

Ab anno Chriſti 1261. ad annum 1270.

I. *Excitati iterum motus contra monachos Subaſianos.* 57.
II. *Initia monaſterii S. Martini de Opitergio.* ibid.
III. *Alterius cœnobii S. Mariæ de Iſola in diœceſi Faventina.* 58.
IV. *Confirmata vetera epiſcoporum Arretinorum privilegia monaſterio Prataliæ.* ib.
V. *Res Galeatenſes & Vangaticienſes.* ib.
VI. *Obit Alexander VI. Pont. Max. optime de Camaldulenſibus meritus.* 59
VII. *Multa ad varia monaſteria ſpectantia.* ib.
VIII. *Maſſarius fit prior generalis Camaldulenſium.* 60.
IX. *Aymericus abbas Claſſenſis fit epiſcopus Foro-popilienſis.* ibidem.
X. *Variæ electiones prælatorum Camaldulenſium.* 61.
XI. *Confirmatur eccleſia de Vertighe cœnobio Agnanienſi. Alia ad plura monaſteria ſpectantia.* ibidem.

XII.

XII. Celebre prodigium Pariſii monachi Camaldulenſis. 62.
XIII. Monumenta aliquot monaſteriorum. Obitus B. Julianæ Collaltæ. ibid.
XIV. Urbani IV. bullæ pro Camaldulenſibus. 64.
XV. Obitus prioris Maſſarii; electio Barsholomæi. De abbatia S. Petri in Campo. 65.
XVI. Confirmatur protectio communis Senarum prioratui de Vivo. ibid.
XVII. Compoſitæ lites inter ep. Livienſem & monaſterium Camalduli de Foro-livio. 67.
XVIII. De Galeatenſi & Inſulano monaſteriis. ibid.
XIX. Origo cœnobii S. Mariæ de Vallibus in diœceſi Peruſina. ibid.
XX. Confirmata ab ep. Arretino electio prioris abbatiæ S. Gaudentii. ibid.
XXI. Obitus B. Compagni primi prioris Porcilienſis. 68.
XXII. Proſecutio litium inter moniales S. Benedicti de Patavio. ibid.
XXIII. Concedit Clemens IV. Camaldulenſibus liberam erectionem eccleſiarum. 69.
XXIV. Compoſitæ lites inter monaſterium Avellanenſe & commune Engubii. ib.
XXV. Exemptio conceſſa monaſterio S. Severi in Claſſe. ibid.
XXVI. Electio abbatis S. Apollinaris in Claſſe. 70.
XXVII. Hiſtoria plurium monaſteriorum. 71.
XXVIII. Conſecratio ſolemnis eccleſiæ S. Mariæ de Camaldulo Foro-livienſi. 72.
XXIX. Reconciliata eccleſia S. Sepulcri de Burgo. Res S. Severi in Claſſe cum epiſcopo Caſtellano. 74.
XXX. Compoſita controverſia inter monaſterium S. Severi & commune Foro-livii. ibidem.
XXXI. Vendita plura bona monaſteriis S. Michaelis de Lemmo in Hiſtria. 75.
XXXII. Locus S. Gervaſii in diœceſi Bellunenſi erectus in ſanctimonialium monaſterium. ibid.
XXXIII. Per mortem Barsholomæi electus Angelus prior generalis Camaldulenſis. Varia ejus acta. 76.
XXXIV. Obitus Ubaldi ep. Cervienſis. 78.
XXXV. Pretioſa mors B. Antonii-Peregrini oblati Porcilienſis. 79.
XXXVI. Miracula ad ejus tumultum patrata. 81.
XXXVII. Proſecutio eorum miraculorum. 85.
XXXVIII. Obitus etiam B. Pariſii, & prodigia. 86.
XXXIX. Turba in monaſterio Vivenſi. 87.
XL. Jacobus de Certaldo abbas SS. Juſti & Clementis Volaterrarum. 88.
XLI. Concordia inter ep. Portuenſem & monaſterium S. Gregorii de Urbe. 89.
XLII. Chartæ Prataliénſes, Valle-caſtrenſes, aliorumque monaſteriorum. 90.
XLIII. Obitus Angeli prioris Camaldulenſis. Sufficitur Johannes de Piſis. 91.
XLIV. Sequuntur prodigia B. Pariſii. ibidem.
XLV. Divini honores ſtatim decreti B. Pariſio ab epiſcopo Tarviſino. 92.
XLVI. Cur in eam rem ſollicitus fuerit epiſcopus Tarviſinus? 93.
XLVII. Alia miracula B. Antonii-Peregrini. 94.
XLVIII. De B. Gherardeſcha ſanctimoniali S. Savini Piſarum. 96.
XLIX. Tempus quo floruit, ejuſque vita. ibid.
L. De abbatibus S. Savini & plura ad Gherardeſcham ſpectantia. 98.
LI. Gherardeſchæ obitus. 102.
LII. Enarratio miraculorum ad tumulum B. Antonii-Peregrini. 103.
LIII. Componuntur acerrimæ lites inter Guillielminum ep. Arretinum, & Camaldulenſes. 104.
LIV. Traditur monaſterium Prataliénſe liberum Camaldulenſibus. Turbæ in ipſo cœnobio. 104.
LV. Et in cœnobio Agnanienſi. 106.
LVI. Eremitæ de Gaitanis in urbe Piſana recepti ſub diſciplina Camaldulenſium. 107.
LVII. Protectio communis Foro-livienſis conceſſa monaſterio Inſulano. ibid.
LVIII. Pacta firmata Arretinos inter & Burgenſes. 108.
LIX. De eccleſia Bovilliani. ibid.
LX. Paginæ aliquot monaſteriorum. ibid.
LXI. Conſecratio eccleſiæ S. Maglorii urbis Faventinæ. 109.
LXII. B. Nevolo ſocietatem expetit Laurentii monachi Camald. in eadem eccleſia. 111.
LXIII. Obit Aymericus ep. Foro-popilienſis. 113.
LXIV. Obizo marchio Eſtenſis advocatiam cupit obtinere monaſteris Vangatienſis. ibid.
LXV. Electio abbatis inſulæ Montis-chriſti. 114.
LXVI. Alia prodigia ad ſepulcrum B. Antonii-Peregrini. ibid.
LXVII. Ortus B. Angeli Gualdenſis eremitæ, ejuſque primæ actiones. 115.

LIBER QUADRAGESIMUS TERTIUS.

Ab anno Chriſti 1271. ad annum 1280.

I. *SEries priorum Camaldulenſium hujus temporis. Jacobus II. electus prior.* 117.

II. *Capitulum generale Camaldulenſium in urbe Arretina, & decreta.* 118.

III. *Teſtamentum Creſcentii pro monaſterio S. Gregorii de Urbe.* 120.

IV. *Bonus fit prior Camaldulenſis.* 121.

V. *Chartæ Adelmenſes, Faventinæ, Porcilienſes, Trivienſes.* 122.

VI. *Vita B. Thomaſii de Coſtacciario illuſtris eremitæ.* ibid.

VII. *Eccleſia S. Martini de Opitergio incolenda traditur Camaldulenſibus.* 126.

VIII. *Bonus prior Camald. vocatur ad concilium generale Lugdunenſe.* 127.

IX. *Ejus obitus.* ibid.

X. *Electio Gerardi monachi Claſſenſis in priorem Camaldulenſem.* 128.

XI. *Bernardus fit abbas Vangaticienſis,* ibidem.

XII. *Paginæ Valle-caſtrenſes & Trivienſes, aliorumque monaſteriorum* ibid.

XIII. *Obitus Salvi prioris Avellanenſis. Electio Albertini.* 129.

XIV. *Monumenta ad varia monaſteria ſpectantia.* 130.

XV. *Monaſterium S. Michaelis de Caſtro-brittorum occupatur ab equitibus militia S. Mariæ.* 131.

XVI. *Eremus-nova ſub protectione comitum Guidiorum. De Albertino priore Avellanenſi.* ibid.

XVII. *Incendium Fontis-boni. De B. Benvenuto aliiſque Calcenſibus eremitis.* 132.

XVIII. *Caſtrum Fraxinetæ deprædatum a Galeatenſibus.* 133.

XIX. *Obitus plurium Romanorum pontificum.* ibid.

XX. *De monaſterio Morronenſi.* ibid.

XXI. *Viri conjugati habitum monaſticum recipiebant.* 134.

XXII. *Miraculum B. Antonii-Peregrini.* 135.

XXIII. *Parthenon S. Annæ de Bononia datur Camaldulenſibus.* ibid.

XXIV. *De rebus Burgenſibus, Vangaticienſibus & Agnanienſibus.* 136.

XXV. *Editus liber appellatus:* Vita eremitarum Camaldulenſium. 137.

XXVI. *Conſtitutiones Socii editæ a Gerardo priore.* 138.

XXVII. *Ejuſdem Gerardi prioris regeſtum literarum.* ibid.

XXVIII. *De abbatia S. Mariæ Preſciani. Conſecrata eccleſia S. Mariæ de Lacu.* 140.

XXIX. *Caſtrum Petræ-pertuſæ venditum baſilicæ S. Petri de Urbe.* ibid.

XXX. *Obitus B. Nevolonis Faventini.* 141.

XXXI. *De B. Laurentio fundatore monaſterii S. Maglorii.* 143.

XXXII. *Capitulum generale Florentinum.* 144.

XXXIII. *Conventio inter ep. Arretinum & priorem Camald. Varia hujus acta.* ib.

XXXIV. *De abbate Claſſenſe Frigdiano.* 145.

XXXV. *De monaſterio S. Mariæ Bolſemuli.* 146.

XXXVI. *Hiſtoria plurium monaſteriorum.* ibid.

XXXVII. *Oritur B. Gherardus Saxoferratenſis.* 147.

LIBER QUADRAGESIMUS QUARTUS.

Ab anno Chriſti 1281. ad annum 1290.

I. *INgeramius frater B. Jacobi a Certaldo fit monachus.* 148.

II. *Turbæ plurimæ in monaſterio Subaſiano.* 149.

III. *Chartæ Burgenſes, & viſitationes monaſteriorum.* 150.

IV. *De procuratore Ordinis in curia. Acta Gerardi prioris generalis.* ibid.

V. *Monaſterium S. Benedicti de Patavio ſub diſciplina Camaldulenſium.* 152.

VI. *Gerardus prior Camald. fidelitatem præſtat miniſtris Rodulphi regis. Hiſtoria plurium monaſteriorum.* ibid.

VII. *Idem excommunicat Annam abbatiſſam S. Benedicti-veteris Patavii.* 155.

VIII. *Acta ceterarum viſitationum ejuſdem Gerardi prioris.* 156.

IX. *Concordia inter eumdem & patronos eccleſiæ S. Margaritæ de Toſina.* 158.

X. *Honoratus monachus Camald. fit epiſcopus Comaclenſis.* ibid.

XI. *Monumentum parthenonis S. Petri de Luco.* 159.

XII. *Sententia pro monaſterio S. Severi in Claſſe.* ibid.

XIII. *Lites pro rectore S. Antonini extra portam Faventiæ.* 160.

XIV. *Paginæ Veronenſes & Porcilienſes.* ibidem.

XV. *Monaſterium S. Benedicti Patavii ſupponitur abbatiæ Vangaticienſi.* 161.

XVI. *Electio prioris Porcilienſis. De mulieribus Porcilicenſibus.* ibid.

XVII.

XVII. *Facultas ædificandi eccleſias conceſſa abbati S. Victoris de Cluſii.* ibid.
XVIII. *Chartæ Inſulanæ & Volaterranæ.* 162.
XIX. *Traditio tertiæ partis caſtri S. Viti monaſterio S. Gregorii de Urbe. Plura ad Camaldulenſia monaſteria ſpectantia.* 163.
XX. *Martini IV. bulla pro eremo Camaldulenſi.* 165.
XXI. *Monumenta ad plura monaſteria ſpectantia.* ibid.
XXII. *Controverſia inter priorem Camaldulenſem, & monaſterium S. Savini Piſarum.* 166.
XXIII. *Inhibitio de cædendis abjetibus eremi Camaldulenſis, & Gerardi prioris acta.* 168.
XXIV. *B. Philippus epiſcopus Nucerinus, & Guido Urbinas obeunt.* 169.
XXV. *Angelus de Aqua-pagana fit monachus.* ibid.
XXVI. *Angelus Gualdenſis fit eremita. Excerpta ex Gerardi prioris regeſtis.* 170.
XXVII. *Readificatur eccleſia S. Blaſii de Fabriano.* 173.
XXVIII. *Transfertur corpus B. Johannæ Balneenſis.* ibid.
XXIX. *Gerardus prior ſubjicit eccleſiam S. Michaelis de Quadrigaria monaſterio S. Helenæ ad Æſinum.* 174.
XXX. *Viſitatur monaſterium S. Georgii majoris Venetiarum.* ibid.
XXXI. *Varia religioſa loca in plebe Balnei.* ibid.
XXXII. *Concordia inter Cerreti monaſterium, & canonicos Certaldi.* 175.
XXXIII. *De ſanctimonialibus Camaldulenſibus urbis Civitatis-caſtelli.* 176.
XXXIV. *Hiſtoricæ res aliquot monaſteriorum.* ibid.
XXXV. *Juriſdictio Vangaticienſis monaſterii perturbata.* 177.
XXXVI. *Conſecratio eccleſiæ S. Andreæ de Lontrina.* 179.
XXXVII. *Chartæ & monumenta plurium cœnobiorum.* ibid.
XXXVIII. *Nicolai IV. bulla pro Camaldulo. Monaſterium S. Petri ad Vincula traditur Camaldulenſibus.* 180.
XXXIX. *Monachi Bononienſes renuunt procurare reformationem monaſterii S. Michaelis de Medicina.* 181.
XL. *Conſecratio eccleſiæ S. Bartholomæi in Turricella in urbe Ravenna.* ibid.
XLI. *Commutationes bonorum inter eremum Avellanenſem, & inter commune civitatis S. Angeli-papalis.* 182.

LIBER QUADRAGESIMUS QUINTUS.

Ab anno Chriſti 1291. ad annum 1300.

I. *Obitus B. Peregrini eremitæ.* 184.
II. *Ipſius viſiones.* 185.
III. *Quæ cultus B. Peregrini monumenta extent?* 187.
IV. *De ceteris Beatis eremitis cultu carentibus.* 189.
V. *Obeunte Gerardo priore Camaldulenſi fit prior Frigdianus abb. Claſſenſis.* ibid.
VI. *Ejus prima acta.* 190.
VII. *Rainerius fit abb. Claſſenſis. Ejus negotia cum rectore Flaminiæ.* ibid.
VIII. *Prioratus Ferracciani unitur abbatiæ Inſulanæ.* 191.
IX. *Sanctimoniales introductæ in monaſt. S. Maglorii de Faventia.* 192.
X. *Monumenta hiſtorica variorum monaſteriorum.* ibid.
XI. *Obitus B. Jacobi de Certaldo, ejuſque cultus.* 193.
XII. *Et B. Simonis eremitæ incluſi.* 195.
XIII. *Concordia inter ep. Cluſinum & eremum de Vivo.* 196.
XIV. *Bella in agro Ravennate.* ibid.
XV. *Sanctimoniales introducuntur in eccleſiam S. Petri de Atheſte.* 197.
XVI. *Juriſdictio monaſterii Vangaticienſis turbata.* ibid.
XVII. *De Bernardo abbate Vangaticienſe malorum auctore. De monaſterio Monticuli.* 199.
XVIII. *Conſtructio hoſpitalis Ravennæ appellati Domus-miſericordiæ.* 200.
XIX. *De eccleſia S. Mariæ de Colle in diœceſi Senogallienſi.* 201.
XX. *Johannes abb. S. Savini Piſarum detrectat jugum ſubjectionis prioris Camaldulenſis.* ibid.
XXI. *Conventio inter priorem Camald. & Guittonem equitem Arretinum pro ædificanda nova eremo.* 202.
XXII. *De fratribus Continentiæ de Florentia.* 203.
XXIII. *Res aliquot monaſteriorum.* 204.
XXIV. *Conſervatores privilegiorum Camaldulenſium tuentur monaſterium Vangaticienſe.* ibid.
XXV. *Propterea excommunicant Patavinos invaſores ejus jurium.* 205.
XXVI. *Rurſus a ſocietate fidelium eliminant.* 206.
XXVII. *Obitus B. Albertini prioris Avellanenſis, ejuſque cultus.* 207.
XXVIII. *De Petro Murrone poſtulato ad pontificiam cathedram.* 211.

XXIX.

Digitized by Google

XXIX. *Deſtinatur eremus fundanda in urbe Florentia ex bonis Guittonis equitis Gaudentis.* ibid.
XXX. *Eccleſia S. Mariæ de Petrazzo confertur ab abbate Adelmenſe.* 212.
XXXI. *Claſſenſes proponunt vendere bona in Ravenniana diœceſis Fanenſis.* ibid.
XXXII. *De B. Johanne eremita incola Cryotarum Maſſaccii.* 213.
XXXIII. *Donationes factæ eremo Camaldulenſi.* 214
XXXIV. *Bonifacii VIII. bullæ pro Camaldulenſibus.* 215.
XXXV. *Ildebrandinus ep. Arretinus beneficus in Camaldulenſes.* ibid.
XXXVI. *Johannes abbas S. Savini Piſarum tamquam refractarius excommunicatur.* ibid.
XXXVII. *Indulgentiæ ab epiſcopis conceſſæ variis eccleſiis Camaldulenſibus.* 216.
XXXVIII. *Reſciſſa unio monaſterii de Toma cum eremo Vivenſi.* 217.
XXXIX. *Res hiſtoricæ ad varia monaſteria ſpectantes.* ibid.
XL. *Statuta Trivienſia.* 218.
XLI. *Compoſitio inter epiſcopatum Portuenſem & monaſterium S. Gregorii de Urbe.* ibid.
XLII. *Abbatia S. Petri in Vincula Ravennatis territorii ſub diſciplina Camaldulenſium.* 219.
XLIII. *Guido abb. Vangaticienſis ſcribit Patavinis antianis.* ibid.
XLIV. *Depopulationes in caſtro Socii. Accuſatus de iis Frigdianus prior Camaldulenſis.* 221.
XLV. *Alia ipſi objecta. Moritur.* ibid.
XLVI. *Lites monialium S. Antonii de Tuderto cum ep. Tudertino.* 222.
XLVII. *Monaſterium de Silva diœceſis Urbe-vetanæ deperditur.* ibid.
XLVIII. *Acerrimæ lites pro monaſterio de Aqua-pagana ſubjecto Valle-caſtrenſi.* 223.
XLIX. *Confirmantur donationes factæ monaſterio SS. Gervaſii & Protaſii extra Bellunum.* 224.
L. *Eligitur prior Camaldulenſis Anſelmus.* 225.
LI. *Et poſt mortem Anſelmi David Ciſtercienſis.* 227.
LII. *Caſtrum Socii permutatur cum plebe Balnei.* 228.
LIII. *Res Trivienſes; & de Uguccione Fajolano.* 229.
LIV. *Definitio pro monaſteriis S. Crucis de Tripudio, & S. Victoris de Cluſis.* ibid.
LV. *Compoſitio inter Patavinos & Guidonem abbatem Vangaticienſem.* ibid.
LVI. *De Anna abb. S. Benedicti-veteris de Patavio.* 231.
LVII. *Bonifacii VIII. bulla pro Camaldulenſi eremo; alia pro S. Gregorii de Urbe.* 232.
LVIII. *Definitio ejuſdem de monaſterio Aquæ-paganæ pro monaſterio Vallis-caſtri.* ibid.
LIX. *Eligit Jacobum in priorem Fontis-avellanæ.* 233.
LX. *De altero Jacobo monacho Fontis-avellanæ ſanctitate celebri.* ibid.
LXI. *Acta Davidis prioris Camaldulenſis.* 234.
LXII. *Statuta ejuſdem.* ibid.
LXIII. *Transferuntur reliquiæ B. Hilarii ad eccleſiam S. Benedicti de Arretio.* 235.
LXIV. *Eccleſia S. Mariæ de Colle tradita monaſterio S. Victoris de Cluſis.* ibidem.
LXV. *Vita B. Angeli eremitæ Gualdenſis.* 236.
LXVI. *Indulgentiæ conceſſæ eccl. SS. Gervaſii & Protaſii de Belluno.* 241.
LXVII. *Statutum de referendo inter cœlites B. Pariſio.* ibid.
LXVIII. *Excommunicantur abbates Ravennates.* 242.
LXIX. *Monumenta aliquot monaſteriorum.* ibid.

LIBER QUADRAGESIMUS-SEXTUS.

Ab anno Chriſti 1301. ad annum 1310.

I. *David prior Camaldulenſis ad aliam abbatiam evocatur. Fit prior Gerardus II.* 244.
II. *Dirempta controverſia inter ep. Eugubinum, & monaſt. Avellanenſe.* 246.
III. *Eccleſia S. Laurentii de Fabriano donata monaſterio S. Victoris de Cluſis.* 247.
IV. *Profecutio litis inter epiſcopos Spoletanos & Fulginates, ac inter monaſter. Vallis-caſtri quoad Aquam-paganam.* 248.
V. *Lites pro eccleſia S. Mariæ de Colle.* ibidem.
VI. *Origines parthenonis S. Agathæ de Florentia.* 249.
VII. *De loco S. Annæ urbis Bononiæ.* 252.
VIII. *Statuta Gerardi prioris Camaldulenſis.* ibid.
IX. *Concordia inter ep. Eugubinum & monaſterium Vallis-caſtri. Iterum de Aqua-pagana.* 253.
X. *Eccleſiæ Faventinæ ſubjectæ monaſterio S. Hippolyti de Faventia.* 254.
XI. *Cardinales protectores Camaldulenſium,* ibidem.

XII.

XII. *Monaſterium S. Mariæ de Ravone Bononiæ erigitur in ſanctimonialium domicilium.* ibid.
XIII. *Statutum Arretinum pro Camaldulenſibus.* 255.
XIV. *Raynaldus de Concoregio eligitur archiep. Ravennas.* ibid.
XV. *De eccleſiis Longiani, & S. Matthæi de Accariſiis Bononiæ.* ibid.
XVI. *Abbates S. Gregorii, & S. Sabbæ de Urbe judices controverſiarum.* 256.
XVII. *Eccleſia S. Mariæ de Petroccia erecta in ſanctimonialium aſceterium.* ibid.
XVIII. *Obitus Maghinardi de Suſinana. Teſtamentum Gerardi de Camino.* 257.
XIX. *B. Johannes eremita Cryptarum Maſſaccii ad Deum tranſit.* ibid.
XX. *Res Trivienſes.* 259.
XXI. *Bulla Benedicti XI. pro Avellanenſibus.* ibid.
XXII. *Venditio facta monaſterio Pratalienſi. De abbatia Inſulana.* ibid.
XXIII. *Aliæ Benedicti XI. bullæ pro Fulinatibus & Porcilienſibus.* 260.
XXIV. *Monumenta aliquot monaſteriorum*, ibidem.
XXV. *Cœnobium de Lemmo traditum ordini militiæ Templi.* 261.
XXVI. *Alterum S. Martini de Opitergio incolitur a ſanctimonialibus.* 262.
XXVII. *Statuta Trivienſia.* ibid.
XXVIII. *Variæ vices caſtri Serra-vallis ſubjecti monaſterio Pratalienſi.* 263.
XXIX. *Eccleſiæ plures ſub monaſterio S. S. Urbani ad Æſinantem de Apiro.* ibid.
XXX. *Fridericus frater Uguccionis de Fajola monachus Trivienſis.* 264.
XXXI. *Hiſtoria monaſterii S. Mariæ Angelorum de Florentia. Indulgentiæ.* ibidem.
XXXII. *Res aliquot monaſteriorum.* 265.
XXXIII. *Angeli Gualdenſis vitæ proſecutio.* 266.
XXXIV. *Obitus Gerardi prioris Camaldulenſis. Electio Nicolai de Socio.* 267.
XXXV. *Statuta capituli Cortonenſis.* 268.
XXXVI. *Electio Venturæ in priorem S. Damiani. De Caſtri-cari eccleſiis.* ibid.
XXXVII. *Viſitatio parthenonis S. Mamiliani de Senis.* ibid.
XXXVIII. *Neapoleo card. excommunicat epiſcopos Feretranum & Sarſinatem. Obitus Junctæ abbatis Trivienſis.* 269.
XXXIX. *Vices plebis de Balneo.* 269.
XL. *Permutatio bonorum Ravennianæ facta a Claſſenſibus.* 270.
XLI. *Obitus Nicolai prioris Camald. Electio Accurſii. Conſtitutiones Poplenæ.* 271.
XLII. *Electiones abbatum Volaterrani & Claſſenſis.* 272.
XLIII. *Collatio aliquot eccleſiarum.* ibidem.
XLIV. *Electio abbatis S. Victoris de Cluſis.* ibid.
XLV. *Fridericus ep. Recanatenſis reſtituit Valle-caſtrenſibus eccleſiam S. Mariæ de Cerro.* 273.
XLVI. *Electio abbatum Galeatenſium.* ibid.
XLVII. *Chartæ Claſſenſes & Prato-veterenſes.* ibid.
XLVIII. *Et aliorum monaſteriorum*, 274.
XLIX. *De B. Matthæo eremita Cryptarum Maſſaccii.* ibid.
L. *Guido abb. Vangaticienſis intereſt concilio Bononienſi.* ibid.
LI. *Origo parthenonis Quercetani extra Florentiam.* ibid.
LII. *Acta epiſcopum Cluſinum inter, & eremum Vivenſem.* 276.
LIII. *De monaſterio Montis-muri.* ibid.
LIV. *De Gerardo abb. Claſſenſe intruſo.* 277.
LV. *Notitiæ aliquot monaſteriorum.* ibid.
LVI. *Participatio bonorum ſpiritualium conceſſa ſocietati S. Mariæ-novellæ de Florentia.* 278.

LIBER QUADRAGESIMUS-SEPTIMUS.

Ab anno Chriſti 1311. ad annum 1320.

I. *Concilia provincialia Ravennæ.* 279.
II. *Concordia inter Raynaldum archiep. & Accurſium generalem quoad monaſt. Claſſis.* ibid.
III. *Capitulum Camaldulenſe in urbe Bononia.* 282.
IV. *Res aliquot monaſteriorum.* ibid.
V. *Conſuetudines eremi S. Mathiæ de Forolivio.* ibid.
VI. *Converſio B. Silveſtri Florentini.* 286.
VII. *Monumentum hoſpitalis de Trovatellis Piſarum.* 288.
VIII. *Inveſtitura caſtri Vallialle.* ibid.
IX. *Obitus Richardi de Camino.* ibid.
X. *De anaglyphis Piſanis eccl. S. Michaelis in Burgo.* ibid.
XI. *Obitus B. Angeli de Aqua-pagana eremitæ.* 290.
XII. *De cœnobio S. Laurentii de Cæſena.* 291.
XIII. *De hoſpitali S. Chriſtinæ de Tarviſio.* 292.
XIV. *Electio abbatis Faventini.* ibidem.
XV. *De duobus Franciſcis immediatis epiſcopis Torcellanis.* 293.

XVI.

X'VI. *Caſtra ſubtracta a jure eremi Camaldulenſis.* ibidem.
XVII. *Conditur eccl. S. Luciæ Vicetiæ.* ibid.
XVIII. *Hiſtoria aliquot monaſteriorum.* 294.
XIX. *Tractatus pro canonizatione S. Pariſii.* 295.
XX. *Obitus Accurſii. Electio Bonaventuræ generalis Camald.* 296.
XXI. *Res ad plura monaſteria ſpectantes.* ibid.
XXII. *Silveſtri Florentini vita acta.* 298.
XXIII. *Electio Jacobi Camald. in abbatem Goleatenſem.* 299.
XXIV. *Eccleſia S. Michaelis de Patavia confirmata monaſterio Carcerum.* ib.
XXV. *De Matthæo abbate Claſſenſi.* ib.
XXVI. *Legatio Guecelli de Camino ad Tarviſinos.* 300.
XXVII. *De monaſterio Puteolenſi.* ib.
XXVIII. *Capitulum Vangaticienſe ſub Bonaventura priore.* 301.
XXIX. *Inventaria rerum mandata prælatis monaſteriorum.* ibid.
XXX. *De ceteris actis Bonaventuræ prioris generalis.* 302.
XXXI. *Silveſter monaſticen amplectitur in monaſterio Angelorum Florentiæ.* 303.
XXXII. *Synodus Arretina.* 304.
XXXIII. *De parthenone Domus-Dei de Bononia.* ibid.
XXXIV. *Guecellonis de Camino legatio ad Tarviſinos.* 305.
XXXV. *Inſtitutio congregationis Montis-oliveti.* 306.
XXXVI. *Capitulum ad S. Zenonem Piſarum.* 310.
XXXVII. *Deceſſus Uguccionis de Fajola.* ibid.
XXXVIII. *Conſervatores judices dati eremo Camaldulenſi.* 311.
XXXIX. *Et monaſterio Avellanenſi.* ib.
XL. *De controverſiis inter eremitas & Bonaventuram priorem generalem.* ibid.
XLI. *Alia ipſius Bonaventuræ acta.* 312.
XLII. *Obitus B. Matthæi eremitæ Maſſaccienſis.* 313.
XLIII. *De Gerardo monacho Sano-ſeratenſi.* 313

LIBER QUADRAGESIMUS-OCTAVUS.

Ab anno Chriſti 1321. ad annum 1330.

I. *Lites parthenonis S. Antonii de Tuderto cum episcopo Tudertino.* 315.
II. *Electio Raynaldi archiep. Ravennatis.* ibid.
III. *Proviſiones aliquot eccleſiarum.* 316.
IV. *Obitus Danthis poetæ. Ubaldus epiſcopus Foro-popilienſis.* ibid.
V. *Silveſtri Angelorum monachi apophthegmata.* 318.
VI. *Conſtructio monaſterii S. Johannis-baptiſtæ de Clodia.* 320.
VII. *De monaſterio S. Euſtaſii de Imola.* ibid.
VIII. *De altero Montis-Chriſti.* 321.
IX. *Guidonis abb. Vangaticienſis literæ comiti Rambaldo de Collalto.* ibid.
X. *Reformatio cœnobii Montis-Chriſti.* ib.
XI. *De Breviferario ordinis.* 323.
XII. *Privilegia confirmata monaſterio S. Savini.* ibid.
XIII. *Ubaldus ex Foro-popilienſi ad Tarviſinam eccleſiam transfertur.* 324.
XIV. *Res aliquot monaſteriorum.* ibid.
XV. *Ædificatio monaſterii Roſæ Senarum.* ibid.
XVI. *Monaſterium Quercetanum ſub cura prioris Camaldulenſis.* 325.
XVII. *Hoſpitale S. Trinitatis de Muriano erigitur.* 326.
XVIII. *De monaſteriis Bellunenſibus.* ibid.
XIX. *Electio abbatis Galeatenſis, ejuſque varia fortuna.* ibid.
XX. *Indulgentia eccleſiæ S. Hilari de Arretio.* 327.
XXI. *Obitus B. Angeli Gualdenſis eremitæ.* ibid.
XXII. *Mirabilia poſt ejus mortem.* 328.
XXIII. *Titulus abbatialis inductus in monaſt. Avellanenſe.* 329.
XXIV. *Paginæ aliquot monaſteriorum.* 330.
XXV. *Concordia inter Spoletanos epiſcopos, & monaſt. Valle-caſtrenſe pro cœnobio Aquæ-paganæ.* ibid.
XXVI. *Plura acta ſuper eodem Aquæ-paganæ monaſterio.* 331.
XXVII. *Monaſterium S. Savini de Piſis ſubtractum a congregatione Camald.* 332.
XXVIII. *Johannis XXII. pp. electiones Camaldulenſes.* 333.
XXIX. *Mutatio habitus in monaſt. S. Savini Piſarum.* ibid.
XXX. *Aliquot prælatorum electiones.* ib.
XXXI. *Miracula B. Angeli Gualdenſis.* 334.
XXXII. *Paginæ Faventinæ & Trivienſes.* 335.
XXXIII. *Monaſt. de Palma extra Faventiam datum Camaldulenſibus.* ibid.
XXXIV. *Viſitatio monaſterii S. Georgii de Apibus.* 336.

XXXV.

XXXV. *Interſectio Hugolini prioris de Vantio Paduæ.* ibid.

XXXVI. *Capitulum generale congregationis in urbe Bononia.* 337.

XXXVII. *Guido abb. Vangaticienſis fit epiſc. Polenſis.* ibid.

XXXVIII. *Monaſterium Aquæ paganæ adjunctum Valle-caſtrenſi.* 338.

XXXIX. *Permutatio terrarum inter comites de Cunio, & monaſt. S. Hippolyti de Faventia.* ibid.

XL. *Origo monaſterii S. Johannis-baptiſtæ de Faventia.* 339.

XLI. *Hiſtoria aliquot eccleſiarum Camaldulenſium.* ibid.

XLII. *Conſecratio eccleſiæ S. Chriſtinæ de Bononia.* 340.

XLIII. *Delegationes pontificiæ factæ abbatibus Camaldulenſibus.* ibid.

XLIV. *Ædificatio monaſterii Faventini S. Johannis.* ibid.

XLV. *Studia & artes introducta in monaſterio S. Mariæ Angelorum de Florentia.* 341.

XLVI. *Eccleſia Anconæ donata eremo Camaldulenſi.* 342.

XLVII. *Paginæ Inſulanæ, Galeatenſes, Vangaticienſes, Biſurcenſes.* ibid.

XLVIII. *Diviſio monialium a monachis in monaſterio Porcilienſi.* 343.

LIBER QUADRAGESIMUS-NONUS.

Ab anno Chriſti 1331. ad annum 1340.

I. E*Lectio abbatis Valle-caſtrenſis.* 344.

II. *Guido ex Polenſi transfertur ad Concordienſem eccleſiam. De Guillielmo Politienſe.* 345.

III. *Capitulum generale congregationis in monaſterio Berardingorum.* 347.

IV. *Venditiones Sardæ.* ibid.

V. *Suppreſſio aliquot monaſteriorum Bononienſium.* ibid.

VI. *Doctrina infuſa Silveſtri monachi Angelorum.* 348.

VII. *Ejus cæleſtes viſiones.* 349.

VIII. *Suſcipit regendam Paulam virginem Florentinam.* ibid.

IX. *Res aliquot monaſteriorum.* 350.

X. *De parthenone S. Benedicti oppidi S. Miniatis.* 351.

XI. *Servata libertas monaſteriis Ravennatibus.* ibid.

XII. *De Alexandro abbate Galeatenſe.* 352.

XIII. *De eccleſia S. Georgii extra Faventiam data Camaldulenſibus.* ibid.

XIV. *Paginæ Camaldulenſes, Valle-caſtrenſes, Prato-veterenſes.* 353.

XV. *Donationes factæ eremitis de monte Ruba Patavinæ diœceſis.* ibid.

XVI. *De monaſterio Bovariæ prope Trebium.* ibidem.

XVII. *De altero S. Gottardi in Utinenſi diœceſi.* 354.

XVIII. *Indulgentiæ conceſſæ eccleſiæ S. Mathiæ prope Foro-livium.* 355.

XIX. *Hieronymiani eremitæ viſitati ab abbatibus Camalduli-Florentini.* ibid.

XX. *Monumenta Vangaticienſia & aliorum monaſteriorum.* 356.

XXI. *De eccleſia S. Mariæ de Pietate Maceratæ.* ibid.

XXII. *Oblatio eccleſiæ S. Apollinaris in Claſſe.* 357.

XXIII. *Ædificatio eccleſiæ S. Joh. Baptiſtæ de Bagnacavallo.* ibid.

XXIV. *Statuta inter abbatiam S. Juſti & commune Volaterrarum.* 358.

XXV. *Paginæ Trivienſes, Avellanenſes & Pratalienſes.* ibid.

XXVI. *Bullæ Benedicti XII. pro monaſteriis Carcerum & S. Gregorii de Urbe.* 359.

XXVII. *Aliquot monaſteriorum monumenta.* ibid.

XXVIII. *Obitus, Thomaſii de Coſtacciario & miracula.* 360.

XXIX. *Capitulum generale congregationis Faventinum & conſtitutiones.* 364.

XXX. *Cœnobiorum aliquot hiſtoria.* 365.

XXXI. *De Caſtellionenſium injuriis illatis monaſterio Vivenſi.* 366.

XXXII. *De caſtris Ravennianæ in territorio Fanenſi.* 367.

XXXIII. *Obitus Bonaccurſii fundatoris monaſterii S. Johannis de Judaica.* 368.

XXXIV. *De eremo Rubenſi in Patavino territorio.* ibid.

XXXV. *Paginæ plurium monaſteriorum.* 370.

XXXVI. *Silveſtro monacho Angelorum Florentiæ tributi honores.* 371.

XXXVII. *Monaſterium Roſæ Senarum ad alium locum translatum.* ibid.

XXXVIII. *Appellatio abbatis Agnani a Boſo ep. Arretino.* ibid.

XXXIX. *Indulgentiæ eccleſiæ S. Michaelis de Muriano.* 372.

XL. *Emptum ſolum pro ædificatione eccleſiæ S. Johannis de Judaica.* ibid.

XLI. *Donatio pro erectione hoſpitalis prope Socium.* ibid.

XLII. *Res aliquot monaſteriorum.* ibid.

XLIII. *Monachi Camaldulenſes camerarii & capſarii urbium in Thuſcia.* 373.

LIBER QUINQUAGESIMUS.

Ab anno Chriſti 1341. ad annum 1350.

I. *Indulgentiæ eccleſiæ S. Chriſtinæ de Tarviſio.* 374.
II. *Appellationes prioris generalis Camald. a Boſo ep. Arretino.* 375.
III. *Res ad plura monaſteria ſpectantes.* ibid.
IV. *Miracula alia B. Thomaſii a Coſtacciario.* 376.
V. *Parthenon S. Margaritæ ſubjicitur monaſterio Angelorum de Florentia.* 380.
VI. *Permutatio villæ Trebanæ facta a monaſterio S. Hippolyti de Faventia.* 381.
VII. *Capitulum congregationis Burgenſe.* ibid.
VIII. *Abbas S. Michaelis Piſarum conſervator Studii Piſani.* ibid.
IX. *Translatio corporis B. Angeli Gualdenſis.* 382.
X. *Monumenta aliquot monaſteriorum. De muſivo S. Petri Urſeoli.* ibid.
XI. *Proſecutio miraculorum B. Thomaſii a Coſtacciario.* 383.
XII. *Paginæ plurium monaſteriorum.* 385.
XIII. *Obitus B. Jacobi Gerii monachi Angelorum.* 386.
XIV. *Geſta B. Paulæ monialis Florentinæ.* 387.
XV. *De Nicolao abbate Florentino. Chartæ cœnobiorum.* 388.
XVI. *Æſtimatio bonorum monaſterii Avellanenſis.* 389.
XVII. *Electio abbatis S. Vincentii de Petra-pertuſa.* 390.
XVIII. *Crimina impacta Bonaventuræ priori Camald.* ibid.
XIX. *Chartæ Anglarienſes, Piſanæ, Senenſes.* 391.
XX. *Monaſterium Roſæ translatum prope urbem Senenſem.* ibid.
XXI. *Tractatus pro cultu B. Pariſii.* 392.
XXII. *De beatis Silveſtro & Paula.*
XXIII. *Silveſtrinorum congregatio participationem bonorum concedit monaſterio Angelorum Florentiæ.* ibid.
XXIV. *De monaſterio S. Zenonis Piſarum.* ibid.
XXV. *Capitulum Faventinum congregationis.* ibid.
XXVI. *Chartæ Prato-veterenſes & Senenſes.* 394.
XXVII. *Obitus B. Silveſtri monachi Angelorum.* ibid.
XXVIII. *De ſorore vel conſanguinea Silveſtri.* 396.
XXIX. *Peſtis Florentiæ imminuit numerum monachorum Angelorum.* 396.
XXX. *Decedit Bonaventura prior Camaldulenſis. Eligitur Johannes.* 397.
XXXI. *De monaſterio S. Catharinæ de Burgo S. Sepulcri.* 398.
XXXII. *Appellatio monachorum S. Savini de Piſis.* ibid.
XXXIII. *Primordia parthenonis S. Trinitatis de Faventia.* ibid.
XXXIV. *Indulgentiæ aliquot eccleſiarum.* 400.
XXXV. *Res plurium monaſteriorum.* ibid.
XXXVI. *Cultus B. Thomaſii de Coſtacciario.* 401.
XXXVII. *Obitus B. Alberti monachi Saxo-ferratenſis.* ibid.
XXXVIII. *Abbatia Agnani traditur protectioni reipublicæ Florentinæ.* 402.
XXXIX. *Variæ electiones factæ a Clemente papa VI.* 403.
XL. *Electio Gabrielis in abbatem S. Andreæ in Inſula.* 404.
XLI. *De eccleſia S. Hilari de Arretio.* ibid.
XLII. *Fines eremi Camaldulenſis.* ibid.
XLIII. *& monaſterii S. Johannis inter Ambas paras.* 405.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALES
CAMALDULENSES
ORDINIS
SANCTI BENEDICTI.

LIBER QUADRAGESIMUS-PRIMUS.

Ab anno CHRISTI M. CC. LI. *ad annum* M. CC. LX.

ANN. CHR. 1251.

I. Status eccleſiæ. Bullæ Innocentii IV. pro Camaldulenſibus.

QUINTUM Annalium noſtrorum Camaldulenſium volumen ab anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo-primo auſpicamur, eo nimirum anno, quo reddita eccleſiæ pace, deſerbuit etiam bellorum furor, propter quæ tum civitates, tum monaſteria Italiæ miſerandum in modum eo uſque concuſſa ad inopiam redacta fuerant. Die ſiquidem decima-tertia decembris anni præteriti in Apulia deceſſerat Fridericus II. imperator, qui eccleſiam triginta annorum intervallo, quibus imperavit, tyrannico more divexaverat, & tam per ſeipſum, quam per miniſtros ſuos ipſius bona & jura diripuerat, internecinum bellum in urbibus Italiæ accenderat, monaſteria depopulaverat, combuſſerat, ad terram proſtraverat, Dei ſervos tum epiſcopos, tum monachos perſecutus fuerat, & nulla non mala temporalibus & ſpiritualibus eccleſiarum bonis attulerat. Audito ipſius obitu Innocentius IV. Romanus pontifex, qui jam ab anno 1244. ad effugiendas fœdifragi imperatoris perſecutiones Lugdunum ſe receperat, poſt diem feſtum Paſchæ hujus anni Italiam repetiit, & primum Januam ſe contulit, tum Mediolanum, Brixiam & Bononiam, in quibus urbibus aliquo tempore commoratus fuit, tandem anno ad finem vergente Peruſii conſtitit, ubi habitationem ſuam fixit.

Nos, relictis alienis hiſtoriis, noſtras proſequimur. Ex Mediolanenſi itaque urbe, in qua ſexaginta-quatuor dies moras traxit, & ubi etiam ex charta Fullinatis monaſterii erat XV. kalendas ſeptembris, commiſit epiſcopo Peruſino Frigerio, *ſecundo kalendas auguſti pontificatus* ſui *anno nono*, ut compelleret poteſtatem & commune Callienſis urbis per cenſuram eccleſia-

Digitized by Google

eleſiaſticam ad obedientiam mandatorum ſuorum, quibus per literas ipſis præceperat, ne homines eremo Avellanenſi vel Avellanenſibus monaſteriis ſubjectos reciperent in cives, ſed eos eiſdem monaſteriis reſtituerent, neque collectas dicto cœnobio ejuſque membris imponerent.

Ex Peruſio *ſecundo kalendas decembris* mandavit præpoſito Arretino, ne permitteret, ut quiſquam Camaldulenſes monachos ab officio prædicationis impediret, quandoquidem a priore Camaldulenſi & ab abbatibus congregationis interpellatus conceſſerat Camaldulenſibus, ut more ceterorum religioſorum cœtuum prædicationis munus adimplerent ii, qui divinam haberent eloquentiam, juxta datum eis a Domino ſcientiæ donum, de licentia ſuorum prælatorum, eum ad id ab iis, qui populorum curam gererent, fuiſſent requiſiti, & idonei judicati.

Eidem præpoſito *die ſeptima decembris* [a] commiſit, ut ſtuderet revocare bona monaſteriorum & prælatorum Camaldulenſium, contra ordinis ſtatuta ab iis diſtracta, ad ipſorum proprietatem. Et ne de cetero hoc auderent prælati, ipſa die [b] vetavit abbatibus, prioribus & conventibus Camaldulenſibus, ne vendere aut alienare præſumerent bona immobilia ſuorum monaſteriorum, ſine prioris Camaldulenſis licentia, & etiam ſine conſenſu epiſcoporum diœceſanorum, ſi de jure fuerint requirendi; alias irritæ forent bonorum diſtractiones attentatæ.

[a] *Arch. Fontis-boni §. Amiſſæ* 451. *A.* 1. 29.

[b] *Ibid.* 452. *A.* 1. 224.

Ex eadem urbe *quinto idus decembris* Guillielmino Arretino epiſcopo, Ildeprando Feſulano antiſtiti, & Philippo Fontanæ in locum Thederici electo hoc ipſo anno archiepiſcopo Ravennati dedit in mandatis, ut Camaldulenſium quieti proſpicerent, & ſub ſeveriſſimis pœnis prohiberent, ne mulieres tranſgrederentur terminos poſitos ad eremum Camaldulenſem, ultra quos fas ipſis non eſſet tranſire, innovans ſimile præceptum, quod mulieribus cujuſcumque conditionis fecerat anno 1227. Gregorius papa IX.

Eadem die Martino priori Camaldulenſi confirmavit Innocentii III. & Gregorii IX. pontificia præcepta, ne quis ſuper decimis & poſſeſſionibus a quadraginta annis obtentis auderet Camaldulenſes moleſtare. Alia renovavit privilegia eidem Martino quoad jus viſitationis monaſteriorum, & quoad facultatem abſolvendi excommunicatos & irregularitatibus inodatos, ratamque habuit facultatem alendi procuratorem, qui ordinis negotia in curia Romana pertractaret.

Poſt triduum præpoſito Arretino præcepit, quatenus daret operam, ne Camaldulenſes cogerentur ad perſolutionem proviſionum tum in penſionibus, tum in beneficiis impetratarum a ſede apoſtolica, vel ab ejus legatis, niſi ſpecialiter in apoſtolicis bullis ipſi nominarentur; impetrandas vero impediret, dummodo jus nondum acquiſitum eſſet a legatis.

Cum vero epiſcopi diœceſani, & patroni laici eccleſiarum & monaſteriorum Camaldulenſium, non ex debito juris, ſed ex mera liberalitatis gratia hoſpitio exciperentur ab iiſdem Camaldulenſibus in ſuis eccleſiis & monaſteriis; plures autem ex iis liberalitatis gratiam in debitum convertentes, procurationes illegitimas extorquerent, ſcripſit idem Romanus pontifex XVII. *kalendas januarii* præfato Martino priori & omnibus abbatibus congregationis ſe nolle, ut per talia caritatis hoſpitia aliquod eorum eccleſiis & monaſteriis præjudicium generaretur. Ipſa die facultatem fecit eidem priori Camaldulenſi recipiendi ad eremum quoſcumque venientes ab aliis congregationibus, dummodo tamen non permitterentur in ſacris ordinibus miniſtrare, niſi certus eſſet prior de ipſorum ordinatione, ſimilem Gregorii IX. facultatem innovans. Aliis pariter literis eadem die con-

ANN. CHR 1251.

confirmavit ad inſtar Innocentii III. ea monaſteria, quæ hoc ſeculo eremi Camaldulenſis diſciplinam ſuſceperant. Demum mandavit * archiepiſcopis & epiſcopis Italiæ, ut requiſiti obſervarent ac obſervari facerent ſententias excommunicationum latas a priore Camaldulenſi in monachos & converſos ſuos. Hæc Innocentii privilegia & indulta declarant, quantum erga eremum & ordinem Camaldulenſem propenſus foret idem Romanus pontifex, qui viginti ex Peruſina urbe brevia hoc anno ſui pontificatus nono dedit Camaldulenſibus, quæ extant in tabulario Fontis-boni, quorum plura integra leguntur in Appendice hujus voluminis.

* *Ibid.* 453. *A.* 1. 224.

II. Ampliſſimum privilegium pro monaſt. S. Urbani ad flumen Æſinantis.

Ex eadem Peruſina urbe per manus Guillielmi S. R. E. vice-cancellarii *indictione* x. mutata menſe ſeptembri, *anno incarnationis Dominice* M. CC. LI. *pontificatus* ſui *anno* IX. ſed nulla ab exſcriptore privilegii appoſita die, Benvenuto abbati monaſterii ſancti Urbani de Æſinante privilegium indulſit, quo ipſius monaſterium ſub beati Petri protectione ſuſcepit. In tabulario ſancti Blaſii de Fabriano, cum quo modo copulatum eſt cœnobium ſancti Urbani, extat tantummodo exemplum, & ipſum quidem igne in aliquibus lineis vaſtatum, confectum a Matthæo Gonzii de Æſio publico notario, de licentia Neapoleonis ſancti Adriani diaconi cardinalis & apoſtolici legati anno 1300. in quo ſuperſunt nomina aliquarum eccleſiarum, quæ tunc ſubjiciebantur monaſterio ſancti Urbani, & recenſitæ ſunt in dicto Innocentiano privilegio; nimirum eccleſiæ ſancti Andreæ & ſancti Silveſtri de Lapiro, hoc eſt de oppido Pyri, ſancti Petri de Lamitula, ſanctæ Mariæ de le Percicle, ſanctæ Mariæ de Crypta, ſancti Johannis de Sancto-Johanne, ſancti Viti, ſancti Johannis de ..... ſancti Stephani, & ſancti Martini de Suſiano, ſancti Nicolai de Arcu, tertia pars caſtri Rodoſſæ, quarta pars caſtri de Fajetis, & villa Sancti-Johannis cum terris, aliiſque locis. Sepulturas monaſterii liberas decrevit; facultatem fecit redimendi decimas & poſſeſſiones detentas a laicis; voluit, ut poſt abbatis deceſſum ſucceſſor eligeretur a ſaniore & majore fratrum parte juxta ſancti Benedicti regulam, & providere volens eorum paci & tranquillitati prohibuit, ne quis infra poſſeſſionum monaſterii terminos rapinam facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, homines interficere, violentias exercere præſumeret. Demum confirmavit omnes libertates & immunitates a ſuis prædeceſſoribus, vel a regibus & principibus eidem monaſterio conceſſas. Occaſionem dedit Benvenuto abbati efflagitandi hujuſmodi pontificium privilegium violentia hominum caſtri Pyri, qui contra caſtrum ſancti Urbani ejuſque incolas ſubjectos monaſterio hoſtiliter quotannis igne ferroque dimicabant; quare etiam combuſſerant domos & caſtrum ipſum, abſtulerant homines, & vi eos induxerant per dolum & metum ad promiſſionem fidelitatis faciendam communi Pyrano. Vidimus ad annum 1227. Raynaldum epiſcopum Camerinenſem idcirco Pyranos homines excommunicationis vinculo innodaſſe, & contra ipſos provocaſſe ad ultionem oppidanos ſancti Severini. Pariter in prolixo proceſſu, qui aſſervatur in eodem archivo ſancti Blaſii de Fabriano, legitur interrogatos fuiſſe plures teſtes, qui depoſuerunt hoc ipſo *anno* M. CC. LI. *nono exeunte auguſto indictione nona* caſtrum ſancti Urbani fuiſſe a tempore Virgilii abbatis ſancti Urbani ſub protectione communis Æſii, a quo etiam recipiebat poteſtates & rectores. Series ibidem habetur plurium abbatum ejuſdem monaſterii, qui fuere Acto, Abraham, Ormannus, Virgilius, Ubaldus, Guarnerius & demum Benvenutus, qui præſenti anno regimen obtinebat ejuſdem monaſterii. Acto abbas alius eſt ab Actone abbate, de quo diximus ad annum 1087. & ſub quo eo an-

ANN. CHR. 1251.

no, conſecrata fuit eccleſia ſancti Urbani ; nam Acto in proceſſu nominatus & ceteri etiam ſequentes abbates in teſtium depoſitionibus memorati paulo ante tempora Virgilii abbatis vixerunt, qui præſenti ſeculo monaſterium ſancti Urbani regebat.

III. Alterum pro abbatia Burgenſi. De Homodeo abbate.

Hoc ipſo anno idem Romanus pontifex, iterum conſpirantibus Burgenſibus habitatoribus in abbatem Burgenſem, ac volentibus jure temporalis dominii poteſtatem & capitaneum ſibi deligere, abſque licentia & auctoritate abbatis, commiſit ſupradicto Frigerio epiſcopo Peruſino, ut ſub eccleſiaſticis cenſuris cogeret eoſdem Burgenſes ad præſtandam ſolitam obedientiæ fidelitatem abbati, ſine cujus voluntate nullum ſibi ſtatuerent in Burgo rectorem; laudavitque in eam rem anteceſſoris ſui Eugenii papæ III. privilegium conceſſum abbati Burgenſi, quod deperditum conqueritur monachus, qui collegit, & jura ac privilegia ejus abbatiæ obtulit Nicolao V. anno 1454. Simile vidimus ad annum 1229. Gregorii papæ IX.

Homodeus erat abbas Burgenſis hoc anno, appellatus abbas Burgi-ſancti-Sepulcri, & ſimul ſanctæ Mariæ de Silvis, in territorio ſcilicet Urbevetano, ex charta tabularii Fontis-boni *, qua die vigeſima-nona julii hujus anni vice Martini prioris Camaldulenſis adminiſtrationem tribuit Luciæ electæ abbatiſſæ parthenonis ſancti Antonii de Tuderto ex prioriſſa Buldrnnis; erat etiam Homodeus capellanus Petri Capoccii diaconi cardinalis ſancti Georgii ad Velum-aureum, & apoſtolicæ ſedis legati; ipſi enim Homodeo abbati recipienti vice ejuſdem cardinalis Ugo Ugolini poteſtas Caſtellanæ urbis, nomine communis dictæ urbis, promiſit „ ſe curaturum, „ ut Caſtellana civitas ſtaret ad mandatum fidelitatis, & ad præcepta eccle„ ſiæ, papæ & ejuſdem cardinalis, quoad abſolutiones ab excommunica„ tione & ab interdicto, quæ incurrerant homines dicti communis, oc„ caſione *quondam principis Friderici*, & quia non perſolverant cenſum „ eccleſiæ, & quia hoſtiliter equitaverant contra Certaltum & contra „ Eugubinos. “ Hæc excerpſimus ex tabulario epiſcopatus Caſtellani, promiſſio autem facta fuit *die ſabbati*, *quinto-decimo intrante aprili* hujus anni.

a § Thecâ 50. A. 3. 20.

IV. Caſtrum Caſtellionis venditum communi Senenſi ab eremo de Vivo.

Idem cardinalis Petrus Capoccius alteri capellano ſuo præpoſito Senenſi literas dedit, quibus ſignificabat religioſos viros priorem & conventum monaſterii ſancti Petri de Vivo ordinis Camaldulenſis ſupplicem ſibi libellum obtuliſſe, ut ipſis fas eſſet vendere de poſſeſſionibus minus utilibus ad ſummam tercentarum librarum Senenſium vel Lucenſium. Quare ex urbe Fanenſi *decimo kalendas martii* hujus anni eidem præpoſito cardinalis ſcripſit, ut facultatem faceret ejus rei Vivenſibus. Contulit autem ſe perſonaliter præpoſitus Senenſis ad Vivenſe monaſterium, & copiam fecit diſtrahendi caſtrum Caſtillionis, quod olim dictum fuit Caſtellion-latronum, (Caſtillioncellum *del Trinoro* vocat Orlandus Malavoltus) ſcripto roborans permiſſionem ſignatam *anno* M. CC. L. more nimirum Florentino, anno ſcilicet præſenti Romano, *indictione nona die nonarum martii*. Eadem die Jacobus abbas monaſterii ſancti Petti in Campo, qui in Burgognoni locum electus fuerat, poſtulatione facta Benigno priori de Vivo, cui monaſterium ſancti Petri ſuberat ; ipſe vero Benignus conſenſu Aldobrandi prioris ſanctæ Muſtiolæ de Senis & aliorum ejus loci monachorum, auctoritate præfati præpoſiti Senenſis, qui in pagina appellatur Bulgarellus, & capellanus cardinalis Capoccii, vendiderunt Uguicioni quondam Bandini judicis, ſindico & actori, recipienti nomine communis Senarum dictum caſtrum Caſtillionis ſitum in epiſcopatu Cluſino, & tunc

voca-

Ann. Chr. 1251.

vocatum Caſtellionem-Senenſem cum curte & hominibus ſuis , villanis , ſervitiis &c. excepta eccleſia ſanctæ Mariæ ſita in burgo ipſius caſtri cum plateola & cœmeterio , quæ reſervata fuit monaſterio ſancti Petri , pretio centum & quinquaginta librarum denariorum Senenſium , ita tamen , ut commune Senenſe reciperet populum dicti caſtri ſub protectione & defenſione ſua , ac ut nullus prædictis hominibus moleſtias inferret aut damna. Conſenſerunt hujuſmodi traditioni Orlandus major & monachi eremi ſuperioris de Vivo. Stipulationem autem ea de cauſa confectam edimus ex tabulario archihoſpitalis Senarum in Appendice . Ex illo vero monaſterii Roſæ Senarum præfatus Jacobus abbas ratam habuit conceſſionem eccleſiæ ſanctæ Victoriæ de Satthiano, quæ ſubjecta erat monaſterio ſuo , factam clerico Gaffuccio Arlotto ab eodem apoſtolico legato cardinali . Atque ita bellorum incurſibus, deprædationibus, potentium uſurpationibus, & domeſticis neceſſitatibus ad extremam paupertatem redigebantur monaſteria olim florentiſſima ; qua adverſa fortuna magis-magiſque inſultante ſeculis ſequentibus , corruente neceſſario etiam diſciplina monaſtica , factum fuit , ut omnino cogerentur monachi alia ſibi quærere domicilia, vel unionem expetere cum proximioribus monachis aliorum cœnobiorum; & ea una fuit ex potiſſimis cauſis adnexionum plurium eccleſiarum & monaſteriorum cœnobiis florentioribus, quæ deinde frequentiſſimæ fuere, ſed præſertim ſeculo XV. ut in proſecutione horum Annalium compertum fiet.

V. Lites compoſitæ inter monaſt. Vallecaſtrenſe & commune Fabriani. Ædificatio caſtri Porcarellæ.

Lis vertebat hoc *anno* M. CC. LI. *die ſexta exeunte februario tempore domini Innocentii papæ* IV. *indictione* IX. inter Petrum abbatem & monaſterium Vallis-caſtri, & inter commune Fabriani. Repetebat Valle-caſtrenſe cœnobium a dicto communi quadraginta homines , qui violenter ablati fuerant ex jure monaſterii ; e contra commune Fabriani petebat res omnes, homines, poſſeſſiones, montes & colles eujuſdam finaitæ . Compromiſit utraque pars tn amicos arbitros , qui definierunt „ res & homi-„ nes ejuſdem finaitæ cedenda eſſe a monaſterio Vallis-caſtri dicto com-„ muni ; reſervatis tamen pro monaſterio vineis, terris, & ſilvis *guarda-„ tis* , debitalibus , uſualibus & ſervitiis , exceptis etiam *bannis* & *foliis* „ prædictorum hominum . Si autem commune Fabriani intra fines ejus „ finaitæ caſtrum faceret, liceret communi ipſum ædificare , ſed quilibet „ homo caſtri ejus habitator ſolveret duos denarios nomine penſionis , „ die feſto ſancti Romualdi, abbati Valle-caſtrenſis monaſterii pro platea, „ ubi habitaret , ac relinqueretur eidem monaſterio locus in eo caſtro , „ ubi domum & eccleſiam conſtrueret . Si abbas vellet liberare aliquem „ de ipſis hominibus, poteſtas & commune Fabriani deberet eos cogere, „ ut eidem monaſterio feuda dimitterent , nec aliquod ſervitium a dicto „ monaſterio exigeretur occaſione datiorum , vel collectarum ſive obſequio-„ rum. Pro qua concordia numeravit commune Fabriani monaſterio Val-„ le-caſtrenſi ducentas libras Ravennates vel Anconitanas, pro refutatione „ facienda domorum ejuſdem cœnobii , & viginti-quinque tabulas platea-„ rum intra cavas novas dicti caſtri , ad conſtructionem & ædificationem „ eccleſiæ & domorum , quam conſtructionem exequi inſuper ſpopondit „ prædictum commune. Demum idem commune promiſit „ ſe defenſurum „ monaſterium Vallis-caſtri cum armis intra dictam finaitam, in aliis vero „ locis cum *ambaxatoribus* & ſindicis, ac cum expenſis communis , ſicut „ conſueverat defendere & tueri alios caſtellanos ſuos majores vel mino-„ res. “ Caſtrum hocce appellatum fuit ſubinde caſtrum Porcarellæ , in quod jus ſemper exercuit Valle-caſtrenſe monaſterium. Sed de ipſo caſtro audiatur Fortunius [a]. „ Erat , inquit , tunc abbas Petrus , qui rogatus „ per-

a *P. II. lib. I. c.* 24.

Digitized by Google

Ann. Chr. 1251. „ permittere pro ſecuritate cœnobii, ut Fabrianenſes oppidum infra ſuam „ ſenaitam ædificare poſſent, annuit, icto fœdere, ut cœnobio jus ſuum „ integrum & antiquum ſemper ſalvum remaneat cum uſualibus homi„ num ſervitiis, qui habitant a plano Furcæ-lupariæ per viam Aſenariam, „ a fonte Nequili ad planum Vitis, & ab aqua Larellæ ad fontem Ci„ vitellæ, mergendo ad ſaxum Elenæ, & tendendo ad planum caſæ Mar„ tini, mergendo ad Biſcinas, & perveniendo ad primam ſenaitam, quæ „ omnia juris cœnobii exiſtunt ex donatione Farolfi comitis, exceptis „ bannis & ſollibus ferrariæ vel chartariæ officinæ. Ex quo die condere „ aggreſſi ſunt Fabrianenſes oppidum Porcarellæ, quod in vertice montis „ cœnobio ſupereminet, quaſi propugnaculum & ſpecula omnis ſui terri„ torii in montibus. In cujus item ædificatione Petrus cum illis hujuſmo„ di pepigit pacta: Ut homines ipſius caſtri ſolvant pro ſuperficie, ubi „ habitaverint, denarios duos quotannis in perpetuum penſionis nomine „ in die natalis ſancti Romualdi: Ut cœnobium ibidem habeat tabulas „ viginti-quatuor plateæ pro ædificanda baſilica & domo: Ut Fabrianenſi„ bus nullum competat jus exigendi vectigal ſeu ſervitia a monachis ſeu „ cœnobio, ſed gaudeant perpetua immunitate ab omnibus oneribus. „ Pro qua ædificandi facultate Fabrianenſes ſolverunt ipſi Petro abbati „ librarum 200. Ravennatum & Anconitanarum ſummam, in reparatio„ nem domorum & officinarum cœnobii, per manum Oratoris ſui pro„ curatoris, promiſeruntque ſollemni ſtipulatione interpoſita, cœnobium, „ homines, animalia, & loca omnia, ubicumque opus ſit, cum armis „ defendere ſemper, atque tueri ære publico. Actum manu Jacobi ta„ bellionis die ſexta exeunte februario anni Domini M. CC. LI. Igitur ex „ eo die Valle-caſtrenſes monachi cum Fabrianenſibus fœderati atque con„ juncti monaſterium ſancto parenti Romualdo ſacrum in oppido Fabria„ ni ædificant, quod poſtea acquiſito ſancto Blaſio, ſacris virginibus ſan„ cti Romualdi conceſſum ab illis etiam hodie habitatur.“ Subdit nimirum hiſtoricus noſter conſtructionem monaſterii ſub invocatione ſancti Romualdi in ipſo Fabriani oppido, quod incolunt modo ſanctimoniales atri coloris, poſtquam Valle-caſtrenſes ad cœnobium ſancti Blaſii deducti monaſterium ſancti Romualdi ſacris virginibus ceſſerunt.

VI. Invaſio parthenonis Luci; monumenta aliorum monaſteriorum.

Cum quidam improbi homines multa damna intuliſſent parthenoni ſancti Petri de Luco, & nocturno etiam tempore cum hominibus armatis monaſterium invaſiſſent, domos combuſſiſſent, ac interfeciſſent homines ſubjectos eidem monaſterio, Franca abbatiſſa dicti loci, quæ Dilectæ ſucceſſerat jam ab anno 1209. & adhuc monaſterium regebat, poſtulavit judices & arbitros, qui damna illata judicarent & extimarent, ac ſatisfactionem exigerent *anno* M. CC. LI. *quarto idus julii indictione nona*.

Urbs Ravenna etiam poſt mortem Friderici imperatoris Ghibellinæ factioni adhærebat; quare cum pontificii ſeu Guelfi nullum pro congreſſu locum haberent in urbe, congregarunt ſe hoc anno juxta Rubeum [a] in æde ſancti Petri in Vinculis, quæ erat in territorio urbis. Meminit hujus congreſſus etiam Tonduccius [b] in hiſtoria Faventina; ſcilicet „ Philippus electus archiepiſcopus Ravennas de præcepto Innocentii papæ in „ prædicti cœnobii templo mandavit congregatis, ut infra quindecim dies „ pontificis & eccleſiæ imperata demiſſi addictique facerent; alioquin in „ eos juxta formulam ſibi traditam animadverteretur.“

a *Lib. VI. pag.* 425. 427.

b *Pag.* 286.

Sexto idus octobris Caccia archidiaconus Florentinus, prior canonicæ ſancti Petri in Seradio, conſenſu canonicorum ſuorum vendidit quaſdam terras monaſterio ſancti Salvatoris Camalduli Florentini.

Ange-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1251.

Angelus prior hoſpitalis de Rovereto die decima martii [a] electus fuit prior heremi-novæ a Martino priore Camaldulenſi; vigeſima-ſeptima julii [b] Benignus monachus eremi de Vivo aſſumptus ad abbatiam ſanctæ Mariæ de Toma. [c] Braimannum autem legimus ſub hoc anno abbatem ſancti Angeli de Vergareto.

„ Decimo kalendas februarii in porticu cœnobii divi Hilari Galeatenſis, prior, præfectus & monachi procuratorem fecerunt Palmerium monachum, qui electum a conventu eorum abbatem Rainerium Ugonis Carpigni comitis filium confirmari a Philippo archiepiſcopo Ravennate peteret, cum ad eam diem Rainerius cœnobio divi Gaudentii Ariminenſis abbas præfuiſſet, ut ex Rubeo [d] intelligimus. Rainerius electus fuit abbas Galeatenſis in locum Rodulphi, qui anno præterito ſupremum diem obierat, de quo in necrologio Galeatenſi hæc habentur ad eumdem annum: *Pridie idus octobris obiit domnus Rodulphus abbas monachus frater noſter*. A. D. M. CC. L.

a §. *Electio* 48. *A.* 3. 16.
b *Ibid.* 49. *A.* 3. 19.
c §. *Emphyteuſis*.
d *Lib. VI. pag.* 425.

ANN. CHR. 1252.

VII. Innocentii bullæ pro Vivenſibus, Camaldulenſibus & Claſſenſibus.

CONSUETO ſuo favore proſequens Innocentius IV. Camaldulenſes monachos, præſenti *anno pontificatus* ſui *nono*, *ſecundo nonas januarii* ſpeciali ſuo brevi prælatis omnibus per Thuſciam conſtitutis mandavit, ut diris devoverent omnes invaſores bonorum monaſterii ſancti Petri de Vivo. Simile ex Anagnia dederat pro eodem monaſterio anno 1161. Alexander papa III.

Nonis ejuſdem menſis facultatem fecit, ſeu confirmavit Martino priori Camaldulenſi eligendi generalem procuratorem pro ſuo ordine, qui congregationis negotia in curia Romana ageret.

Idibus ipſius menſis indulſit Aymerico abbati ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennæ, ejuſque monachis, qui pluribus gravaminibus tunc erant divexati, ne de cetero amplius gravarentur, niſi in literis ab apoſtolica ſede impetratis ſpecialis mentio fieret de ipſorum monaſterio. Hoc idem indultum ad diem kalendarum februariarum extendit ad priorem Camaldulenſem & ad omnes congregationis abbates, itaut nonniſi ſpecialiter nominati imposterum collectis & impoſitionibus præſtandis ſubjicerentur.

VIII. Ejuſdem diploma pro monaſterio ſanctæ Crucis comitum de Tripudio.

OCTAVO *idus februarii indictione* X. *incarnationis Dominicæ anno* M. CC. LII. *pontificatus* ſui *anno* IX. per manum Guillielmi magiſtri ſcolarum, Parmenſis, S. R. E. vicecancellarii, idem Romanus pontifex ſub ſua & ſancti Petri protectione recepit monaſterium ſanctæ Crucis de Tripudio Camerinenſis diœceſis, eujus etiam eccleſias & bona recenſuit; ſcilicet in epiſcopatu Camerinenſi eccleſias ſancti Petri de Scorzano, ſancti Chriſtophori de Heremita Septem-fontis, ſancti Angeli de Murazzana, ſancti Nicolai de Fabriano, ſancti Johannis de Satrano, ſancti Laurentii de Trenquello, ſanctæ Crucis de Pernaculo vel Tanedolo, ſancti Martini de Colle-medio, ſancti Clementis de Genga, ſanctæ Mariæ de Gualdemaria, ſancti Blaſii & ſanctæ Mariæ de Valentana cum pertinentiis earum. In epiſcopatu Senogallienſe eccleſias ſanctæ Mariæ de Abbatiſſis cum capella ſancti Laurentii ipſi ſubjecta, ſanctæ Luciæ de Serra, ſanctæ Crucis & ſancti Laurentii de Montonis Montis-albodii. In epiſcopatu Nucerino eccleſias ſancti Angeli de Bagnaja, ſancti Stephani de Laudiſa, ſancti Antonii, vel Antimi, ſanctæ Luciæ, & ſancti Feliciſſimi, ſanctæ Mariæ de Serraſole, ſancti Laurentii de Avenali, ſancti Ciriaci de Serra, ſancti Stephani de Sementana, & ſancti Johannis de Inferno, ſancti Petri de Saxoferrato, ſanctæ Mariæ filiorum Corborum, ſanctæ Mariæ de Cerro, ſancti Severini de Serra, ſancti Laurentii de inſula Fabriani, ſanct... in campo

Mariæ,

Digitized by Google

Ann. Chr. 1252. Mariæ, ſanctæ Mariæ Almacan, ſancti Fortunati, ſancti Angeli de Collepuno, & ſancti Stephani de Boſſeto cum earumdem pertinentiis, terris vineis &c. ſolitas immunitates, exemptiones, libertates, privilegia ipſi monaſterio ejuſque abbati confirmans. Subſcripſerunt poſt Innocentium ſeptem S. R. E. cardinales in urbe Peruſina, quod privilegium integrum damus in Appendice ex tabulario monaſterii noſtri ſancti Romualdi de Urbe. Origines hujus monaſterii ignotæ ſunt, deperditis antiquiſſimis chartis. Ante vicennium Compagnus erat abbas ejus cœnobii, qui litem pro eccleſiis ſancti Blaſii & ſancti Nicolai de Fabriano ſuſtinuit coram Philippo epiſcopo Camerinenſe contra Raynaldum abbatem ſancti Victoris de Cluſis. Fundatum dicitur monaſterium hocce a comitibus Nucerinis appellatis de Tripudio. Non pigebit hic exſcribere epiſtolæ fragmentum Vincentii Patritii datæ Sentini, hoc eſt ex oppido Saxiferrati, nonis decembris anni M. D. LXVII. Franciſco Boſſio protonotario apoſtolico & ſanctiſſimi domini noſtri referendario, vicarioque in baſilica divæ Mariæ-majoris, ex hædinis chartis Mutii Realatii, quæ apud nos ſervantur. „ Conſueverunt, inquit, antiqui templum dicatum Gratiis in foro conſtituere „ &c. Inter tot templa, quæ Sentinum ornant, primum fortaſſe locum „ obtinent ædes ſanctæ Crucis comitum de Triputio, idque nedum antiquitate & ſancta quadam religione, verum etiam ſitu, ædificio ceteriſque rebus omnibus. Hoc templum extra oppidum ſitum eſt, non „ longe ab ipſius mœnibus quam circiter tricentis paſſibus; locus, ubi „ ſitum eſt, non adeo eſt eminens, ut venti illius habitatoribus magno „ eſſe poſſint nocumento, non adeo demiſſus, ut nebulis ſemper plenus, „ a dextris montem habet undequaque amœniſſimum, limpidis gelidiſque fontibus abundantem, a ſiniſtris Sentini flumen jucundiſſimum, „ & ipſum oppidum circumdant paululum eminentes ædes, hinc inde „ virentia prata, quæ ibi ſpatiantibus æſtivo tempore, præſertim ipſo „ Sole oriente tantam afferunt delectationem, quantam forſan animi noſtri capere poſſunt, hoc in loco ſenſus omnes &c. Ædificium ſanctarum ædium & monaſterii quadratis ſtructum lapidibus antiquiſſimum „ profecto eſt, erectum anno ſalutis noſtræ M. CC. & ultra a nobiliſſimis „ comitibus de Triputio, quorum caſtra hac in regione erant, & muniſſima quidem, quamvis hodie nuda tantum appareant veſtigia, quæ „ viatores eorum aſpectu compellunt cum Poeta canere:

Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitioſaque dentibus æquis
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

„ Nomina autem eorum, qui tantum templum ædificari curarunt, ampl aſque dotes illi tributas facile rependemus, niſi dira impiorum rabies „ effeciſſet, ut ſcripturæ talia continentes igne conſumptæ eſſent," (Recentiori manu ad oram epiſtolæ legitur erectum templum a Lyſio ex Athone patre beati Ugonis, cujus corpus in ſancti Johannis veneratur magna pompa Sentinatum) „ Inter illas aderant innumerabiles immunitates, „ dona, privilegia, prærogativæ, indulta, indulgentiæ conceſſæ variis „ temporibus a diverſis pontificibus monachis ibi exiſtentibus, illiſque „ omnibus, qui ſacras ædes illas viſitarent; ibi privilegia quædam aderant tributa a quodam Romanorum imperatore, qui hac tranſiliens, „ ut Romæ Chriſti vicarii pedes deoſcularetur, reliquit in hoc templo „ multa munera, maxima privilegia, una cum cadavere dilectiſſimæ filiæ, „ quæ hoc in loco infirmitate præventa vitam cum morte commutavit.

Hæc

„ Hæc omnia incremata fuere in civitate Æſina, capta infeliciſſimis temporibus Alexandri ſexti a Valentino Borgia, qui tam avide tot occiſionibus Italiæ imperium uſurpare viſus eſt, donec mors & dies & deſideria ei abſtulit. Ea omnia abbatiæ privilegia, indulta una cum pretioſiſſimis rebus aſportarunt monachi, qui cum cernerent Borgiam adverſus regionem iſtam arma parare, arbitrabantur, & male quidem, ut experientia docuit, melius tutiuſque hæc omnia in civitate munita ſervari poſſe, quam in loco quibuſve jactationibus aperto; plerumque enim fortes milites debilioribus poſthabitis munitiores locos occupare tentant, ut inde majorem ſibi ipſis nedum utilitatem, ſed gloriam comparare valeant, nam ſi illos expugnant, munitiſſima oppida ab illis capta prædicantur, ſin minus, adſunt multæ in promptu excuſationes, quibus eorum factum & excuſari & probari poteſt facillime. Hoc monaſterium incolunt monachi divi Benedicti veſtibus albis induti, qui vere beatam vitam degunt, vel degere ſaltem deberent, hic cuncta ſaluberrima ſunt, aer, aquæ, fructus omnes, hic commodiſſima adſunt clauſtra, porticus, refectorium, dormitorium, additumque capitolatum; hic cuncta ad victum neceſſaria ſatis ſuperque ſuppeditant. Templum vero in oppido eſt, ut continuo hominum concurſu illius habitatores ab orationibus diſtrahantur, & rumoribus ſemper refertum ſit; non adeo ab oppidis & civitatibus diſtat, ut illi ipſi remoti ab omni penitus hominum ſocietate in heremo vitam ducere videantur; verum ut his omnibus felicitatibus id omne adderetur, quod addi poterat, evenit, ut ſuperiori anno Pius V. pontifex maximus crearet hujus abbatiæ perpetuum commendatarium fratrem Michaelem Bonellum S. R. E. cardinalem tituli ſanctæ Mariæ ſuper Minervam pronepotem ex ſorore dilectiſſimum, cujus laudes atque præconia, quod eſt ingenium tantum, quæ tanta facultas dicendi, quæ tanta copia, qua eruditiſſimus quiſque vir & longiſſimo temporis ſpatio enarrare ſatis pro dignitate valeret „ &c. “ Hæc Patritius ad Boſſium de monaſterio ſanctæ Crucis de Tripudio ſive de Saxo-ferrato, ut hodie vocatur. Sed ad Innocentium IV. regrediamur. ANN. CHR. 1252.

IX. Exemptiones, confirmationes & privilegia ab ipſo conceſſa Camaldulenſibus

EXEMPTIONEM a gravaminibus conceſſam ab apoſtolica ſede priori & abbatibus Camaldulenſibus ſignificavit per literas præpoſito Aretinæ eccleſiæ *quintodecimo kalendas martii*, dans ipſi in mandatis, ut clericis & laicis denuntiaret Camaldulenſium monaſteria non teneri ad proviſiones, niſi de ſpeciali Romani pontificis juſſu ipſis impoſitæ forent. *Quarto* autem *kalendas martii* eidem præpoſito ſcripſit, ut daret operam, quatenus iidem Camaldulenſes moleſtiis non afficerentur a perverſis contra indulta privilegiorum a Romanis pontificibus obtentorum.

Kalendis martii mandavit Aymerico abbati ſancti Apollinaris in Claſſe, ut compelleret nobiles viros, barones, milites, poteſtates, rectores, conſules & univerſos homines Cæſenatis & Bobienſis diœceſum, ac plebatus Balneenſis, ne ullam injuriam vel gravamen inferrent nobilibus viris Johanni Aguſelli poteſtati Cervienſi & loci dicti Buccaquatuor, in quo exſurgebat parœcia ſub titulo ſanctæ Mariæ in territorio Cæſenate, & Palmerio ejus fratri civibus Cæſenatibus, qui proximis temporibus damna rerum & perſonarum diſpendia pro Romana eccleſia ſuſtinuerant, ob quæ ipſorum merita eiſdem confirmavit privilegia, quæ a Friderico II. imperatore, antequam fuiſſet ab apoſtolica ſede excommunicatione innodatus, obtinuerat Johannes eorum pater pro ſe & pro ſuis ſucceſſoribus in civitate & comitatu Cæſenate, in comitatu Bobienſe, & in plebatu Balnei, conſti-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1252.

conſtitutus cum ſuis deſcendentibus vicecomes. Quæ jura ſimul decoraque rata habuit idem Innocentius, ut fuſe legimus in præfata commiſſionis bulla, quam ex epiſcopali Cæſenæ cancellaria exſcripſimus. Anno ſequenti Buccaquatuor de Aghuſellis poteſtas caſtri ſancti Petri in Vinculis territorii Ravennatis legitur in tabulario archiepiſcopali Ravennæ [a].

Tertio nonas martii præfato abbati Claſſenſi ejuſque monaſterio renovavit privilegium, quod conceſſerat eidem loco anno 1229. Gregorius IX. ſubſcribentibus novem S. R. E. cardinalibus, ac recenſitis monaſteriis omnibus, eccleſiis & bonis, quæ erant ſubjecta dicto Ravennati cœnobio.

Ipſa *quinta martii die* archidiacono Volaterrano præcepit, ut bona monachorum ſancti Savini extra Piſanam urbem, quibus damna inferebantur, conſervaret, ac moleſtos prædones anathematis ſententia feriret.

Die ſequenti, cum conqueſti apud ipſum fuiſſent abbas & monaſterium ſanctæ Mariæ de Pratalia, quod rectores eccleſiarum de Corezzo & de Ornina, aliique homines Arretinæ & Foro-popilienſis diœceſum negotium monachis faceſſerent, dedit in mandatis electo epiſcopo Foro-popilienſi, ut quietis monachorum perturbatores compeſceret per cenſuram eccleſiaſticam. Electus Foro-popilienſis erat Johannes, qui poſt annum adhuc ad *diem tertiam exeunte aprili* apud Rubeum [b] in concilio Provinciali Ravennate appellatur electus, immo eodem ad annum 1256. titulo effertur. Is Deſignato, cujus mentionem facit ad annum 1251. idem Rubeus [c], ſucceſſerat ante diem ſextam martii hujus anni, niſi potius *Deſignati* nomen ſit adjectivum ejuſdem Johannis, qui deſignatus fuerit epiſcopus Foro-popilienſis, & immediate ſucceſſerit Ægidio epiſcopo, de quo nos ad annum 1239.

Tetgrimus & Guido ejus filius comites Mutilianæ de mandato Friderici imperatoris in Sarſinatem epiſcopum violentas manus jampridem injecerant, ipſumque in imperatoris poteſtatem tradiderant. Quia vero poſt obitum Friderici abſolutionem ab excommunicatione ob id contracta humiliter petierant ab apoſtolica ſede, commiſit *quinto idus julii* Innocentius Martino priori Camaldulenſi & Jacobo monacho ejuſdem eremi, ut aſſentiente eodem Sarſinate epiſcopo, abſolutionis beneficium juxta formam eccleſiæ eiſdem comitibus impertirent. Sarſinas epiſcopus fuit Rufinus, de quo vide Ughellium [d].

Facta fuerat impoſitio monachis ſancti Savini, ſancti Zenonis, ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, & ſancti Frigdiani de Piſis ordinis Camaldulenſis, & ſancti Pauli ad ripam Arni Vallis-umbroſanæ congregationis pro Petro Bonaccurſo judice Arretino, qui ad quadriennium provideretur de viginti-quinque libris Piſanis, eo quod tempore Friderici imperatoris dirutæ fuiſſent ejus domus, ipſeque ſpoliatus bonis in exilium miſſus fuiſſet. Henricus itaque ſancti Savini, Philippus ſancti Zenonis, Mainettus ſancti Michaelis, & Lucas ſancti Pauli abbates, necnon Urbanus prior ſancti Frigdiani obtinuerunt a Petro Capoccio diacono cardinale & legato apoſtolico exemptionem, ne poſſent cogi ad ſubſidium beneficii eccleſiaſtici. Sed quia contra indultum legati præpoſitus Arretinus & Vivianus canonicus ejuſdem eccleſiæ affirmabant ea monaſteria ad ſubventiones & proviſiones teneri, appellarunt prædicti abbates ad ſummum pontificem Innocentium IV. qui *octavo kalendas martii* hujus anni Michaeli præpoſito plebis de Pecciolis ſcripſit, ut cauſam cognoſceret. Ipſe Michael aliis negotiis præpeditus ſubdelegavit Siſmundinum plebanum plebis de Calcinaria Piſanæ diœceſis, cui literas ſubdelegationis obtulit aliorum nomine Urbanus prior ſancti Frigdiani. Michaelis præpoſiti Pecciolenſis ſigillum ſimili-

[a] Capſ. H. 3066.
[b] Lib. VI. pag. 428.
[c] Pag. 426.
[d] T. II. col. 660.

Ann. Chr. 1252.

ſimillimum erat inſigni congregationis Camaldulenſis, nam expreſſa erat in eo quædam cuppa ſeu calix cum lilio deſuper, in quo calice roſtra tenebant duæ aves cycnis vel gruibus ſimiles.

Idibus novembris archiepiſcopis & epiſcopis encyclicas literas dedit idem Romanus pontifex, ipſis præcipiens, ut juxta Camaldulenſium indulta & privilegia difficiles ſe eiſdem non exhiberent, cum forent requiſiti ad dedicationes altarium & baſilicarum, ad ordinationes clericorum ac monachorum, ſed prompto animo præſtarent ipſis hujuſmodi miniſteria.

Ampliſſimum privilegium, quod dilargitus fuit Innocentius Martino priori & toti congregationi Camaldulenſi, profert hunc incarnationis Dominicæ annum; datum eſt enim *tertio kalendas decembris indictione* XI. mutata menſe ſeptembri, *anno pontificatus* ſui *decimo*. In eo enumerantur monaſteria, quæ tunc temporis diſciplinæ Camaldulenſi parebant; inter cetera de novo leguntur, quæ non occurrunt in anterioribus Romanorum pontificum privilegiis; monaſterium ſanctæ Mariæ de Toma in agro Senenſi, in epiſcopatu Florentino monaſterium ſanctæ Mariæ-magdalenæ de Podio-bonitii; in epiſcopatu Lucano monaſterium ſancti Andreæ in Silva; in epiſcopatu Maſſano monaſterium ſancti Mamiliani; in epiſcopatu Peruſino monaſteria ſive eccleſiæ ſanctæ Agnetis, ſancti Severi & ſancti Donati; in epiſcopatu Aſſiſinate monaſterium ſancti Angeli de Boſſano ſeu de Roſſano; in Urbe-vetana urbe eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Silva, ſancti Felicis, ſanctæ Crucis & ſancti Severi; in epiſcopatu Anconitano eccleſia ſanctæ Luciæ, demum in epiſcopatu Torcellano eremus ſancti Mathiæ de Muriano. Poſt recenſionem locorum, cetera indulta, exemptiones, libertates, immunitates, quæ continentur in ſuperiorum Romanorum pontificum privilegiis, roboravit Camaldulenſi congregationi.

Denique *quarto nonas decembris* ratam habuit donationem & liberam correctionem monaſterii ſanctæ Mariæ de Vangaticia, ipſum cœnobium confirmans Martino priori & conventui Camaldulenſi, ac inſerens privilegio ſuo literas tum Innocentii III. tum Honorii III. ſuorum prædeceſſorum, qui ad id monaſterium regendum Camaldulenſes evocaverant.

X
Comes Guido Guerra tradit Camaldulenſibus monaſterium de Petra-ficta.

Comes Guido Guerra filius olim comitis Marcovaldi Thuſciæ palatinus rogavit hoc anno Martinum Camaldulenſem priorem, ut locum & eccleſiam ſanctæ Mariæ de Petraficta in Caſentino reciperet ſub protectione, viſitatione ac reformatione Camaldulenſis ordinis, reſervato tantum ſibi jurepatronatus. Martinus autem eam eccleſiam recepit de conſilio Benedicti abbatis Puteolenſis, & Pauli abbatis ſanctæ Jucundæ. Actum Sovilianæ in domo eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Soviliana. Vel Guido Guerra donationem jamdudum factam a ſuis majoribus confirmavit Martino priori, vel exemit eam eccleſiam a jure monaſterii Poplenæ, cui eatenus fuerat ſubjecta, ac immediate ſubjecit diſpoſitioni eremitarum Camaldulenſium eorumque prioris, licet etiam abbatia Poplenæ a ſeculo cum dimidio ſubjiceretur eidem eremo. Dictæ eccleſiæ Petræ-fictæ circa hæc tempora plures ſcripti fuere donationum libelli. Inter ceteras legimus *anno* M. CC. LIII. *indictione* XII. *nono kalendas martii* Berardum quondam Trabuchi de populo ſancti Silveſtri de Cajano pro remedio ſuorum peccatorum, & ut Deus liberaret Palmerium filium ſuum de captivitate, qua Piſis detinebatur, donaſſe eidem eccleſiæ, quæ poſita eſt prope caſtrum de Pomponi, terras & prata; ex autographo tabularii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia; ſcilicet inter Florentinam & Piſanam reſpublicas vigebant hac tempeſtate acerrima bella, & utrobique captivi detinebantur, qui capiebantur in præliis.

ANN. CHR. 1252. XI. Ampla juriſdictio monaſterii Prataleanſis,

ABBAS & monachi monaſterii ſanctæ Mariæ de Pratalia juriſdictionem & poſſeſſionem obtinebant conſtituendi poteſtates in caſtro Fraxinetæ & in villis ejus, hoc eſt in Pezza, in Sigiano, in Serra, in Ajole, & ubicomque babitabant fideles & homines dictæ abbatiæ, & præſertim in caſtro Banzenæ. Cum controverſia ſequentibus annis orta fuiſſet circa hujuſmodi juriſdictionem, producta fuere plura acta, quibus demonſtrabatur ipſa numquam interrupta poſſeſſio. Peregrinus de ſancto Caſſiano electus poteſtas Fraxinetæ a Marco Pratalienſe abbate hoc anno *die undecima julii* ſententiam tulit, qua condemnavit plures homines dicti loci. Idem Marcus abbas anno 1255. elegit Guidonem Stephani de Arretio in poteſtatem ejuſdem caſtri. Anno 1258. aliquot homines mulctati fuere ab Ugolino Grotto de Arretio electo poteſtate eo anno a Benvenuto abbate, qui anno 1259. eidem loco præfecit Guidonem Ildebrandini de Arretio, anno vero 1260. Renaldum de Banzena. Anno 1270. Benedictus abbas in Prataliensis poteſtatem conſtituit Finuccium Orlandini de Arretio, ut legitur in ſententia lata per Savariſium Raynaldi de Tuderto aſſeſſorem Bertaldi de filiis Urſi Romani, poteſtatis Arretii inter homines de Fraxineta & inter prædictum Finuccium ejus loci poteſtatem electum a dicto Benedicto abbate. Hæc nobis conſtant ex tabulario Fontis-boni. [a]

[a] *§. Sententia 38. A. 3. 41.*

Urbanus prior monaſterii ſancti Frigdiani de Piſis electus ex compromiſſo utriuſque partis arbiter inter Vitalem archiepiſcopum Piſanom pro ſuo archiepiſcopatu, & inter Gothifredum de Porcari præpoſitum eccleſiæ ſancti Petri ad Gradum, ad lites omnes de cetero dirimendas, definivit arcbiepiſcopum Piſanum debere permittere, ut dictus Gothifredus eam eccleſiam teneret, & poſſeſſiones ac oblationes eidem eccleſiæ factas; Gothifredus veto pateretur archiepiſcopum colligere oblationes die aſcenſionis Domini, die feſto apoſtolorum Petri & Pauli, & aliis tribus diebus ad arbitrium & electionem ipſius archiepiſcopi, qui ſtabilivit diem dominicæ carnis-privii, quæ dicitur Qoinquageſima, diem cathedræ ſancti Petri, & ſabbatum præcedens dominicam Paſſionis, relinqoendo presbytero liberas fidelium oblationes datas pro opere dictæ eccleſiæ, & alias factas occaſione votorum & aliorum legatorum. Lectum hujuſmodi arbitrium Piſis in curia dicti archiepiſcopi *anno* M. CC. LII. *indictione* X. *ſexto idus aprilis*.

ANN. CHR. 1253. XII. De conſuetudinibus, conſtitutionibus diviniſque officiis Camaldulenſium editis a Martino III. priore.

HABENS quammaxime in optatis Martinus III. generalis prior Camaldulenſis reformationem ordinis & prælatorum congregationis, juxta laudabilem conſuetudinem prædeceſſorum ſuorum, capitulum generale congregavit ad Camaldulenſem eremum, in quo conſtitutiones nonnullas propoſuit ab omnibus deinceps obſervandas, & reſecatis ſuperfluis, contrariis & obſcuris, ad confirmandum vigorem monaſticæ diſciplinæ quædam retinuit, quædam explicavit, quædam de novo addidit ſtatuta præſenti *anno* M. CC. LIII. *die kalendarum octobris*, dividens conſtitutiones ſuas appellatas *de Moribus* in tres libros, quos in capita centum quinquaginta ſex eſt partitus. Similiter eodem anno nonaginta & uno capitibus *Ordinem Divinorum officiorum* duobos libris contexuit. Atque eæ fuere conſtitutiones, quæ impoſterum viguere, tum apod eremitas tum apud monachos Camaldulenſes, nonnullis ſuppletis vel explicatis ab aliis capitulis & ab aliis generalibus præſidibus, uſque ad tempora Pii V. ſanctiſſimi Romani pontificis, cujus joſſu & hortatu editæ fuere conſtitutiones aliæ typis editæ, quæ ad hodiernam diem obſervantur. In codice ms. membranaceo Claſſenſi, qui continet exaratas hujuſmodi Martini conſtitu-

Digitized by Google

ſtitutiones, ad literam principem F.. hoc eſt *Frater Martinus*, viſitur depicta ipſius beati viri effigies, quæ caput habet infulatum, mitra tamen curtiſſimi apicis, juxta antiquorum morem.

ANN. CHR. 1253.

In his conſtitutionibus aliqua onomaſtica, & aliquæ conſuetudines merentur præ ceteris adnotari. Armarius monacbus frequentiſſime in ipſis nominatus appellabatur monachus ille, qui in choro ad atmum abbatis ſedebat vel ſtabat, primus nimirum monachus vel dignitate vel ætate poſt monaſterii priorem, qui prior ex adverſa ab abbate chori parte ſtationem ſuam ſemper habebat ſuper omnes alios. Capite primo libri II. Divinorum officiorum diſtinguitur armarius abbatis, & armarius prioris, quorum ille ad latus abbatis, hic ad latus prioris in choro, ad menſam, in capitulo & in ceteris publicis congreſſibus ſe locabant. Comicularii monachi erant ii, qui in quotidiano culparum capitulo ab utroque latere ſedebant abbatis vel prioris, quibus etiam fas erat accuſare de ſuis defectibus ceteros monachos ſedendo, dum alii id agere debebant ſtando, & ſic denominabantur, quia eorum ſedes erant cornutæ. Videantur capita II. III. XXIII. libri II. de moribus & caput X. libri primi Officiorum. Ciminilia ſæpius nominata erant vaſa deſtinata ad uſum ſacrorum, ut pelves & catini ad aquam recipiendam, qua perfundebantur digiti ſacerdotis. Veſtimenta converſorum Camaldulenſium [a] nunquam fieri debebant de panniis lineis, niſi ſolummodo *ferrabula, ad modum converſorum eremi de Salute*, nempe eremi Montalis in diœceſi Ariminenſi; videntur ferrabula veſtes exteriores totum habitum monaſticum cooperientes, quibus utebantur temporibus manualium exercitiorum. Obba erat [b] vas vinatium appoſitum menſibus; cymbalum [c] vero ſignum, ſive breviſſima ligni pulſatio, qua convocabantur monachi vel ad divina officia, vel ad refectionem, vel ad opera exteriora. Monachus ſacriſta [d] poſt ablura linteamina, & corporalia, ac diligenter exſiccata, indutus alba, cum petra, quæ vulgo lica dicebatur, ea perpoliebat & complicabat. Formæ appellabantur [e] lignea ſcabella, ſuper quæ monacbi ſe proſtrabant, vel genuflectebant. Curiæ monaſtetiorum [f] erant peculiares habitationes, ac loca, ubi recipiebantur hoſpites, qui non erant monachi. Vocabula cœnobiorum [g] dicebantur tituli Sanctorum, quibus dedicatæ erant monaſticæ eccleſiæ. Suffraganea [h] monaſteriorum erant eccleſiæ, vel etiam monaſteria minora ſubjecta majoribus. Miſericordia in cibo [i] erat id, quod præter conſuetum apponebarur menſis diebus ſollemnioribus vel majoris laboris. Diſcus [k] ſignificabat paternam, vel etiam pallam cooperientem calicem, aliquando etiam uſurpabatur pro quocumque cooperimento. Meridiana [l] dicebatur dormitio poſt prandium; ſtella vero [m] vocabatur laterna vel lumen allatum pro recitandis noctu lectionibus, vel pro decantando evangelio in matutinis. Spongia erat [n] aſperſorium ad accipiendam aquam luſtralem, cujus manubrio plures ictus faciebat is, qui monachos aſpergebat. Sextorium [o] erat pulvinaris genus. Sudarium [p] aliquando pro manipulo, aliquando pro palla calicis uſurpabatur. Cetera notiora ſunt, & cum aliis vocibus explicabuntur alibi, cum de ipſis fiet mentio.

Quoad conſuetudines, primum matutinarum vigiliarum ſignum campanæ [q] pulſabatur per ſpatium ſeptem pſalmorum pœnitentialium una cum litaniis Sanctorum. Qualibet nocte & die [r] ante regularis officii decantationem perſolvebarur in choro officium beatæ virginis Mariæ, quod ipſum dicebatur ab iter agentibus, vel ab iis, qui erant in aliquo labore conſtituti, vel ab infirmis; infirmarii autem idem officium recitabant, vel ſupplebant vel complebant pro ſuis infirmis. Inclinationes in choro

a Conſt. lib. I. cap. III.
b Ibid. cap. X.
c Ibid. cap. X. XI.
d Ibid. cap. VII.
e Ibid. cap. II.
f Lib. III. conſtit. cap. XXXII.
g Lib. I. conſt. cap. XXIX.
h Ibid. cap. XXXV.
i Ibid cap. VIII.
k Div. Off. lib. II. cap. I.
l Ibid. lib. I. cap. IIX.
m Ibid. lib. II. cap. I.
n Ibid. lib. I. cap. IX.
o Ibid. lib. II. cap. I.
p Ibid. lib. I. cap. XVI.
q Lib. I. Conſt. cap. I.
r Ibid. capp. II. V. XV. & lib. II. div. off. cap. XVI.

ANN. CHR. 1253.

ro [a] erant tam profundæ, ut articuli manuum in pugnum contractarum terram attingerent, quæ etiam inclinationes dicebantur poſitio manuum ad oram cucullæ. Quando abbates & monachi chorum ingrediebantur [b], prius lavabant manus, ita etiam antequam refectorium intrarent. Monachi [c], qui erant ad opera exteriora directi, officia regularia extra monaſterium perſolvebant cum iiſdem genuflexionibus & inclinationibus, quæ fiebant in choro. Abbates [d] tempore Sextæ vel Nonæ horarum canonicarum exeuntes e choro præparabant ſervitia refectorii diebus nativitatis Dominicæ, reſurrectionis & pentecoſtes. Confeſſio peccatorum [e] ultra hebdomadam non protrahebatur ab abbate, monachis & converſis; ſemel autem in anno monachi peccata ſua deponebant apud proprium prælatum. Præſcribitur [f] Miſſa quotidiana, vel ad minus frequens celebranda ab omnibus ſacerdotibus, communio [g] vero quolibet die Dominico, vel ſaltem omni menſe; converſis autem quater in anno. In Miſſis a dominica Septuageſimæ [h] uſque ad Sabbatum ſanctum, & ab adventu Domini uſque ad noctem Nativitatis non canebatur Gloria in excelſis. Sumpto a ſacerdote corpore Chriſti [i] tangebatur tribus vicibus calix cum patena, ad quam pulſationem adſtantes omnes ſe proſternebant. Ad pſalmos officiorum divinorum [k] dum ſedebat unus chorus, alter ſtabat, & ſic viciſſim ad alterum pſalmum ſedebat chorus, qui ſteterat ad primum. Organa [l] omnino exſulabant ab eccleſiis monaſteriorum, biſcantus firma nota permittebatur, in ſollemnitatibus eccleſiarum licebat aliorum extraneorum modulatis vocibus uti. Sacriſtæ [m] non licebat loqui cum ſocio, dum hoſtias conficiebat, quas etiam conficiebat ſemper albis indutus.

Capitulum generale Camaldulenſium [n] quolibet triennio celebrabatur, ad quod conveniebant prælati omnes majorum & minorum monaſteriorum, ſuffraganei, hoſpitalarii, capellani ſanctimonialium, & capellani eccleſiarum; ſed ſubjecti & ſuffraganei domus Camaldulenſis quotannis ad eremum ſe recipiebant ante feſtum ſancti Romualdi de menſe junii pro alio capitulo celebrando. Tempore capituli [o] tam in loco ubi fiebat congreſſus, quam in aliis monaſteriis quotidie dicebatur oratio de Spiritu ſancto. Aliud erat capitulum quotidianum, in quo dicebantur culpæ, & recipiebatur a monachis diſciplina. In monaſteriis [p], ubi erat duodenarius numerus monachorum, ſilentium a duobus lateribus clauſtri ſervabatur; ubi minor numerus, ab uno latere clauſtri. Monaſterium [q], in quo reſidebat hujuſmodi duodenarius monachorum numerus, appellabatur ordinatum. Monachos alterius profeſſionis [r] recipere vetitum erat abbatibus. Patroni quoque monaſteriorum [ſ], ſi converſionem Deo pollicebantur, profiteri vetabantur in monaſteriis, quorum erant patroni. Licitum [t] non erat abbatibus, monachis & converſis infantes baptizare. Prior monaſterii [u] juxta regulam beati Benedicti exemptus non erat ab officio coquinæ. Conſtituti erant [x] in monaſteriis magiſtri monachorum, novitiorum & converſorum. Converſi clerici [y] non morabantur cum monachis in dormitorio, in capitulo, & in refectorio; neque converſi laici [z] in clauſtris monachorum. Converſorum aliqui [aa] erant capellani eccleſiarum, & etiam monaſteriorum ſanctimonialium, quarum vel negotia gerebant, vel inſuper excipiebant confeſſionem peccatorum, quæ fiebat per feneſtram ad hoc deputatam. In monaſteriis virorum [bb] aderant converſi & converſæ. Vetitum erat [cc] mulieribus cujuſcumque gradus ingredi clauſtra ſanctimonialium, vel pernoctare etiam in earum infirmariis; monachi autem de licentia abbatis poterant divertere ad monaſteria monialium vel recluſarum; nec ipſis pueris fas erat intrare ſepta monialium, nec puellis, niſi novi-

a Ibid. cap. II. & lib. II. cap. III.
b Lib. I. div. off. cap. XLI. & lib. I. conſt. cap. XI.
c Lib. II. de off. cap. XVII.
d Lib. I. div. off. cap XXIX.
e Lib. I. conſt. cap. XXVII.
f Ibid. cap. XXX.
g Ibid. cap. XXXI.
h Lib. I. div. off. cap. XIV.
i Ibid. cap. XVIII.
k Ibid. cap. VI.
l Conſt. lib. I. cap. XXIX.
m Ibid. cap. VII.
n Ibid. lib. II. cap. I.
o Ibid. cap. IV.
p Ibid. cap. XIII.
q Ibid.
r Ibid. cap. XVII.
ſ Ibid. cap. XX.
t Ibid. lib. II. cap. XXIV.
u Ibid. lib. I. cap. V.
x Ibid. cap. L. LI. LII.
y Ibid. cap. XVIII.
z Ibid. cap. XLVIII.
aa Ibid. lib. III. cap. VII.
bb Ibid. lib. I. cap. XLIX.
cc Ibid. lib. III. cap IX. XI. XIII.

Digitized by Google

novitiæ forent ad probationem receptæ; moniales demum clauſtra monachorum ingredi non poterant, niſi pro celebrandis defunctorum obſequiis. In monaſteriis virorum [a] nutriebantur infantes, ut uſuveniebat etiam tempore ſancti patris Benedicti, quare magiſtri, quando errata committebant infantes in choro, eos cædebant palmatorio, hoc eſt flagello. Hoſpitalia [b] pro pauperibus & hoſpitibus recipiendis erant prope monaſteria, & ubi deerant, conſtitutione jubetur, ut quantocyus ædificentur. In aſceteriis monialium [c] degebant recluſæ, quæ incluſionis leges ſervabant non minus quam incluſi apud monachos & eremitas.

Carnium eſus [d] erat omnino vetitus in monaſteriis Camaldulenſibus etiam extraneis adventantibus, neque epiſcoporum diſpenſatione aut juſſu, ut etiam alibi vidimus, carnes monachis concedebantur tam intra, quam extra monaſteria morantibus. Prælati & officiales [e], quando e clauſtris egrediebantur, cappas ſuperimponebant ceteris veſtimentis monaſticis; veſtimenta [f] autem pro unoquoque monacho erant tres vel quatuor tunicæ, duæ cucullæ, duo ſcapularia, & pallium vel pelliceum, vel pannoſum. Converſi [g] ſcapularia ſtricta & uſque ad genua deferebant propter exteriora opera; aliis autem temporibus longiora & ampliora, tunicas vero uſque ad medias tibias. Manicæ tunicarum eam latitudinem habebant, ut pugnum tantummodo exciperent, capitia autem tunicarum non erant acuminata, ſed latiora, manicæ cucullarum ad medium brachium replicabantur. Illicitum [h] erat abbatibus plura ſimul retinere beneficia. Eleemoſinarum [i] præceptum omnibus prælatis inculcatur. Decimæ monaſteriorum [k] expendebantur pro alendis pauperibus & hoſpitibus. Omnibus diebus ſollemnibus [l] fiebat mandatum, & duodecim pauperibus lavabantur pedes, tribus pauperibus diebus ferialibus; mandatum autem monachorum peragebatur omni die ſabbati. Præter mandatum, refectio pauperibus miniſtrabatur. Miſſalia [m], epiſtolaria, antiphonaria, diurna, nocturna, manualia, lectionaria, liber ad aquam benedicendam, martyrologia & ſtatuta generalia ordinis debebant eſſe uniformia in omnibus monaſteriis, quibus libris nullum ipſorum poterat carere. Ter [n] vel ſaltem bis in anno fiebat a monachis omnibus ſanguinis diminutio; omni quinto-decimo die [o] raſura capillorum. Scacchorum [p], jactus lapidis & generis omnis ludi erant vetiti monachis.

Statuitur in dictis conſtitutionibus [q], ut fratres ordinis Vallis-umbroſæ & ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ quaſi uno caritatis officio, monachi cum monachis, & converſi cum converſis hilariter & benigniter ſuſcipiantur ab ordinis Camaldulenſis prælatis, & a ſubditis univerſis. Idipſum mandatum fuit per hæc eadem tempora in conſtitutionibus Vallis-umbroſæ factis ad inſtantiam ſancti Theſauri martyris & Vallumbroſani abbatis generalis, confirmatis poſtea decreto Alexandri papæ IV. ab Octaviano de Ubaldinis ſanctæ Mariæ in Via-lata cardinali, & a Petro Capoccio ſancti Georgii ad Velum-aureum diacono cardinali, in quibus præcipitur abbatibus & fratribus Vallumbroſanis, *ut foretanei, & ſpecialiter de congregatione prædicta, aut de ordine Camaldulenſi in monaſteriis & locis congregationis tamquam Chriſtus ſuſpiciantur. Datum Viterbii ſeptimo idus julii, anno Domini* M. CC. LIII.

Pro defuncto priore generali [r] triginta Miſſæ celebrabantur ab omnibus ſacerdotibus, triginta pſalteria a non ſacerdotibus, tercenti Pater-noſter a converſis. Præter Miſſas & pſalteria [s], ad annum in quolibet monaſterio pro ipſo priore defuncto alebatur pauper; pro prælatis vero defunctis & pro monachis ſimiliter paſcebatur pauper ad tempus. Corpora mona-

a *Lib. II. div. off. cap.* XV.
b *Lib. III. conſt. cap.* XXXIV.
c *Ibid. cap.* 2.
d *Ibid. lib. I. cap.* XXXVIII.
e *Lib. III. conſt. cap.* 1.
f *Ibid.*
g *Ibid.*
h *Ibid. cap.* XXXI.
i *Ibid. cap.* XXXV.
k *Ibid. cap.* XXXVI.
l *Ibid. Lib. I. capp.* XLV. *&* XLVI.
m *Ibid. cap.* XXXVI.
n *Ibid. cap.* XLIV.
o *Ibid. cap.* XLIII.
p *Ibid. cap.* XLVII.
q *Ibid. lib. III cap.* XXXII.
r *Div. offic. lib. II. cap.* XXIV.
s *Lib. I. conſt. cap.* LXV.

ANN. CHR. 1253.

monachorum non ſepeliebantur [a] in clauſtris aut capitulis, ſed in cœmeteriis. Brevia [b] mortuorum monachorum per Ordinem deportabantur a breviferario. Nomina autem eorum, qui monachi fuerant, adnotabantur in regula & in matricula, ſed nomina commiſſorum & commiſſarum ſcribebantur in ſola matricula. Patrum & matrum [c] fratrum ordinis anniverſarium ſollemniſſime peragebatur in monaſteriis feria tertia poſt purificationis beatæ Mariæ feſtum.

a Ibid. cap. lv.
b Div. Off. lib. II. cap. xxxiii.
c Lib. I conſt. cap. lvi.

Quoad ritus officiorum & ſacræ liturgiæ hæc pauca decerpſimus. Feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis [d] celebrabatur die Dominica ante Adventum. Cathedra ſancti Petri [e] menſe dumtaxat februario præſcribitur. Mirum [f], quod plena tantummodo, non pleniſſima ſollemnitas fieret a Camaldulenſibus de ſancto parente Romualdo, de quo apponitur tantum quarta lectio, cum octo lectiones eadem die apponantur de ſanctis martyribus Gervaſio & Protaſio. Sancti [g] Hilarius, Leo, Remigius, Proſper indicantur quatuor Doctores minores inter Latinos. Ad [h] benedictionem incenſi ad Miſſæ oblata Gabriel, non Michael archangelus invocatur; alibi tamen, hoc eſt in Ordine ad Miſſam invocatur ſanctus Michael. Sed ſexcenta proferri poſſent, quæ legi commode poterunt in calce Appendicis, ad quam tum Conſtitutiones de Moribus, tum Ordinem Divinorum Officiorum ex Mſs. codicibus noſtris membranaceis vetuſtiſſimis amandamus.

d Div. Off. lib. I. cap. lix.
e Ibid. lib. II. cap. iii.
f Ibid. cap. vi.
g Ibid. cap. xii.
h Ibid. cap. xiv.

Quoad arctam familiaritatem Vallumbroſanos inter cedentem & Camaldulenſes placet hic exſcribere breve antiquiſſimum monumentum, quod in codice mſs. hædino legit, & ad nos tranſmiſit humaniſſime Cl. V. Johannes Lamius, quem ex charácterum forma arbitratur pertinere ad ſeculum XII. Exaratur in eo codice inſtitutum monachorum Vallis-umbroſæ, quod jam publici juris fecit in ſua hiſtoria Paſſinianenſi benemeritus pater Fidelis Soldanius [i], ſed aliquatenus variatum initio operis, & mutilum in fine, deficientibus duabus prolixis paginis. In his paginis ſequens habetur articulus, quem cum erroribus ſuis ſubjicimus ex lectione ejuſdem Lamii. *Placuit fratribus de valle-umbroſa & fratribus camaldulenſis, ut pro fratribus Caſendi pro vivis ſive defunctis primo die* VI. *feria in quadrageſima miſſe celebrare, & vigilias cum nove lectionibus & unuſquiſque frater pſalterium & quicquid boni eodem die factum fuerit in monaſteriis & cellulis pro animabus vivorum ſive defunctorum, domnus vero abbas Caſendi idem fieri ſimiliter pro nobis per ſingulos annos celebran. & ex utraque parte obſervari ſupradicta utriſque placuit*. Hæc declarant vetuſtiſſimam neceſſitudinem Camaldulenſium & Vallumbroſanorum, de qua etiam aliqua diximus ad annum emortualem ſancti Johannis-gualberti horum inſtitutoris. Fratres *Caſendi* videntur fratres monaſterii Caſæ-Dei.

i Pag. 224.

XIII. Initia monaſterii S. Maglorii de Faventia.

PRIMA ſub hoc anno [k] mentio habetur in tabulario Fontis-boni fratris Laurentii filii magiſtri Gilii medici de Faventia, cui decima-octava octobris Fenzolus de burgo Gangæ ejuſdem urbis vendidit hortum poſitum in Saloroſa in ipſo burgo. Hæc ſunt initia monaſterii, quod primum dictum fuit cella fratris Laurentii, inde monaſterium ſancti Maglorii ejuſdem Faventinæ urbis, virorum prius, poſtea ſanctimonialium domicilium. Idem Laurentius [l] die decima-octava novembris hujus anni appellatur *Germanus* & filius magiſtri Gilii, qua die omnia ſua obtulit Martino priori Camaldulenſi, promittens ipſi caſtitatem & obedientiam, manu Gratiæ Maffei de Soci notarii. Videbimus ipſum ſequentibus annis varia monaſteria in aliis locis fundaſſe, vel congregationi acquiſiviſſe, demum habitationem ſuam fixiſſe in ipſa urbe Faventina, ubi plures habuit ſuſceptæ ſuæ profeſſionis ſocios, & ſanctos etiam viros ejus diſciplinæ oblatos.

k § Amiſſæ 459. A. 1. 200.
l § Obedientia 12. A. 3. 54.

IN-

ANN. CHR. 1253.

XIV. Monaſterium ſancti Silveſtri iterum traditum monachis Subaſianis.

INNOCENTIUS IV. hoc anno iterum conceſſit monachis Camaldulenſibus ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio prope Hiſpellum habitationem ad ipſorum vetus monaſterium, reſtituitque ipſis poſſeſſiones, quibus ſub Gregorio IX. exſpoliati fuerant, remittentibus præpoſito & clericis ſecularibus, qui in monaſterium introducti fuerant, jura omnia, quæ in bona dicti cœnobii ſibi vindicaverant, ea tamen adjecta ab Innocentio conditione, ut bona ab eodem Gregorio aſſignata ſanctimonialibus Vallis-gloriæ pro ipſarum redditu, his poſtremis illæſa remanerent. Poſt biennium Alexander IV. epiſcopo Aſſiſinati mandavit, ut ſententiam excommunicationis ferret contra occupantes bona ejuſdem monaſterii, & ea etiam, quæ iiſdem ſanctimonialibus fuerant tradita.

XV. Cœnobium vero S. Andreæ de Hiſpello fratribus Minoribus.

EODEM tempore *fratribus Minoribus, & præſertim fratri Andreæ Hiſpellati, Merico & aliis cœnobium ſancti Andreæ, jam Camaldulenſium,* ſubjectum ſcilicet præſatæ abbatiæ ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio, *fuit conceſſum, & mediante dicti fratris Merici nepote domino Menſo de Hiſpello epiſcopo Sutrino & pontificis ſecretario, a papa Innocentio IV. inſtante publico Spellano fuit confirmatum.* Hæc leguntur in ſummario fratris Thomæ de Hiſpello [a], quod continet geſta beati Andreæ Hiſpellatis, confecto anno 1322. Addit Jacobillius „ [b] communi cleri populique „ conſenſu oblatam fuiſſe religioni Minorum eam ſancti Andreæ parœciam „ medio in oppido ſitam, una cum hortis ædibuſque contiguis, quæ cum „ antea ad uſum foret monachorum Camaldulenſium, ab anno XXXI. „ hujus ſeculi commendata fuerat presbytero ſeculari, cum auxilio duo„rum clericorum adminiſtranda in iis, quæ curam animarum reſpicie„bant; quam translationem anno 1254. ut ipſe ſcribit, Innocentius pa„pa IV. die XIII. martii & Bartholomæus epiſcopus Spoletanus die VII. „ ſeptembris ratam eſſe juſſerunt, atque ad loci poſſeſſionem ineundam „ miſſus fuit Andreas magno iſthic cum indigenarum fructu uſque ad fi„nem vitæ commorans, qui ſequenti anno 1255. ad diem tertiam junii „ contigit. “ Ipſe eſt beatus Andreas Hiſpellas, cujus pietatis initia apud Camaldulenſes attigimus tomo antecedenti.

a *Act. SS. T. I. junii.*

b *T. I. pag.* 599.

XVI. Innocentii IV. delegatio Aymerico abbati Claſſenſi pro monaſt. S. Romani de Ferraria.

CUM Aſſiſii eſſet idem Innocentius IV. *kalendas ſeptembris* hujus *anni pontificatus* ſui *anno duodecimo*, ſed legendum *undecimo*, quo anno, Peruſina urbe relicta poſt Paſcha, Aſſiſium ſe recepit, ubi tota æſtate commoratus fuit, Aymerico abbati ſancti Apollinaris in Claſſe, & alteri abbati ſancti Vitalis de Ravenna commiſit cognitionem cauſæ, quæ vertebat inter monaſterium ſancti Romani de Ferraria, & inter aliquot cives Bononienſes ſuper eccleſia ſancti Petri de Suiratico, quam cauſam antea delegaverat Martino capellano ſuo & priori cujuſdam ſecularis eccleſiæ, & ante Martinum mandaverat epiſcopo Adrienſi [c] *anno pontificatus* ſui *decimo* ex Peruſio *decimo kalendas martii;* quare literas novæ delegationis eidem Aymerico abbati præſentavit hoc anno *die ſabbati menſe octobri indictione* XI. Hemerantius ſindicus dicti monaſterii ſancti Romani in civitate Cæſenæ, una cum aliis literis ſignatis a dicto magiſtro Martino, in quibus continebantur interrogatoria & articuli [d], præſente Benigno monacho Claſſenſi & camerario dicti monaſterii. Quam delegationem edimus ex apographo tabularii ſancti Franciſci Bononienſis urbis. Dicta cauſa demum definita fuit anno 1266, [e] in ſavorem monaſterii ſancti Romani ab Alberto epiſcopo Ferrarienſi.

c *Lit. R.* 35.

d *D.* 59

e *S.* 58.

Mandavit quoque *octavo idus decembris pontificatus undecimo* epiſcopo Volaterrano, ut inquireret ſuper electione Simonis monachi monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum, qui poſtulatus fuerat abbas

ANN. CHR. 1253.

cœnobii Montis-viridis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis & ordinis ſancti Benedicti, ejuſdem Volaterranæ diœceſis, compromittentibus monachis Montis-viridis in Junctam plebanum de Luſtignano dictæ diœceſis, ut legitur in epiſtola 497. regeſti Vaticani anni undecimi præfati Romani pontificis.

XVII. Monachi albi urbis Patavinæ vexati ab Eccellino de Romano.

[a] Lib. VII. cap. IX.

[b] Ibid. cap. XIII. lib. 8.

[c] Ibid. cap. IV. lib. 10.

HOC anno juxta Rolandinum [a], apud Muratorium, in chronico Patavino Eccellinus de Romano Patavii tyrannus plures Paduanos & Veronenſes cives pœnis capitalibus afflixit, inter quos *capti de fratribus Minoribus*, *de Prædicatoribus*, *de ordine ſancti Willielmi*, *& de fratribus albis*, *qui in carcere tenebantur*. Fratres albi erant monachi cœnobiorum ſancti Benedicti, ſanctæ Mariæ de Porcilia, aliique congregationis Patavinæ monachorum ordinis ſancti Benedicti. Refert idem hiſtoricus [b] anno 1256. cum apoſtolico legato pugnaſſe contra Eccellinum non tantum laicos viros, ſed & clericos, & conventuales perſonas de ſancti Benedicti ordine, & de albis; legatumque [c], qui erat Philippus archiepiſcopus Ravennas, eodem anno habitationem ſibi elegiſſe in monaſterio ſancti Benedicti de Patavio. Eadem refert in chronico Patavino monachus Paduanus.

XVIII. Concordia inter monaſt. S. Urbani, & commune Pyri.

CONCORDIA ſecuta ſuit hoc *anno* M. CC. LIII. *indictione* XII. mutata menſe ſeptembri, *intrante novembri*, *tempore domini Innocentii pape* IV. inter Benvenutum abbatem monaſterii ſancti Urbani ad Æſinantem, & inter commune Pyri, cui traditum ſuerat caſtrum ſancti Urbani cum ſuis hominibus, ut eſſent ſub juriſdictione & ſinaita caſtri Pyri, & cum hominibus etiam villæ Arſiciæ, exceptis hominibus de Retorſio, conveniente abbate & promittente ſe non facturum caſtrum aliquod, nec aliquam manſionem a caſtro Saxi, a caſtro Precicchiæ, & a Saxorecchie verſus caſtrum Pyri, concedente pariter Pyranis jus imponendi datia, collectas & obſequia, quæ dictum monaſterium conſueverat exigere a præfatis hominibus, omnemque juriſdictionem ipſis tribuente. Spoponderunt e contra Pyrani ſe defenſuros eccleſiam ſancti Andreæ de Umbriano, quæ ſubjiciebatur monaſterio ſancti Urbani. Ex antiquiſſimo ms. codice & ab exemplo Romualdi Blanci integram ipſam conventionem proferimus in Appendice.

Andreas monachus & ſindicus monaſterii ſancti Savini prope Piſas exhibuit Compagno priori ſancti Pauli ad Hortum Piſarum, præſentibus Guidone & Chriſtiano presbyteris & canonicis regularibus ejuſdem ſancti Pauli monaſterii, apoſtolicam epiſtolam Innocentii IV. datam e Peruſio *quintodecimo kalendas ſeptembris*, *pontificatus* ſui *anno decimo*, hoc eſt anno antecedenti, quæ directa erat archiepiſcopo, abbatibus & univerſo clero tum ſeculari, tum regulari civitatis & diœceſis Piſanæ, ut conſulerent malis ac detrimentis, quæ patiebantur monachi ſancti Savini, propter moleſtias & rapinas, quas ſuſtinebant in ſui monaſterii rebus & poſſeſſionibus ab invaſoribus & injuſtis detentoribus.

Ugolinus abbas monaſterii ſanctæ Trinitatis in Alpibus executor literarum apoſtolicarum taxam impoſuerat monaſteriis ſanctæ Mariæ de Pratalia, & de Saxo, ut ſolutionem facerent pecuniæ ad proviſionem magiſtri Gerardini canonici Arretini; Marcus propterea Prataliensis abbas, cui ſubjectum erat etiam cœnobium Saxi, credens ſe præter juſtitiam gravatum appellavit ab ea ſententia ad apoſtolicam ſedem *die ſecunda aprilis*. [d]

[d] §. Appellatio 7. A. 3. 48.

Anno ſequenti *die* XVI. *januarii indictione* XII. *imperio vacante*, *Innocentio papa reſidente*, Beniaminus canonicus plebis ſanctæ Mariæ in Balneo judex a ſede apoſtolica conſtitutus poſt appellationem abbatis Prata-

lien-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1253.

lienſis, monuit Ugolinum abbatem ſanctæ Trinitatis, eique mandavit, ut in dicto proviſionis negotio non procederet, & revocaret, quod fecerat. Sed cum Ugolinus monitionem Beniamini & ſummi pontificis temere contemneret, excommunicatus ſuit ab eodem Beniamino, in eccleſia ſancti Clementis ex tabulario Fontis-boni [a]. Liti tamen finis non fuit impoſitus. Subdelegatum legimus abbatem ſanctæ Floræ [b] anno 1256. expetitum quoque fuiſſe conſilium Maffei Saſſoli & Gratiæ de Fojano coram Guidaloto judice & aſſeſſore Teghiani Aldebrandini de Florentia poteſtatis Arretini; ſed exitum ignoramus.

a *Num.* 282.

b *Num.* 308.

XIX. Paginæ variorum monaſteriorum.

CUM B.. abbas ſancti Proculi Bononienſis urbis ſubſidium indixiſſet abbatibus Ravennatibus pro electo epiſcopo Rhegino, hi [c] procuratorem ſuum conſtituerunt Aymericum Ravennatem cantorem, ut oſtenderent ſe pares non eſſe ſubſidio impoſito præſtando. Ughellius poſt mortem Nicolai Maltraverſi epiſcopi Rhegienſis, quam ad annum 1244. ſtatuit, ſcribit ab Innocentio IV. patriæ datum fuiſſe epiſcopum Guillielmum Folianum, qui triginta annis eccleſiam illam adminiſtraverit, ſed in tabulario archiepiſcopali Ravennæ initiali litera epiſcopus Rhegienſis ad hunc annum appellatur J..

c *Arch. archiep. Rav. H.* 3209.

Guido [d] prior ſancti Hilari Galeatenſis monaſterii elegit Clarium monachum procuratorem ſuum, qui referret archiepiſcopo Ravennati damna, quæ eidem monaſterio attulerat Rainerius olim abbas, ac remedium apponeret. Rainerius, qui ſucceſſerat Rodulpho abbati anno 1251. intra biennium male merens de monaſterio ſuo locum fecit Ruſtico electo abbati a Galeatenſibus, qui etiam ipſe parum vivens vel regens ſucceſſorem habuit Maſſarium poſt alterum biennium. Guidonis querelæ pertinent ad hunc annum, antequam eligeretur Ruſticus in abbatem.

d *Ibid. M.* 5725.

Ildebrandus [e] abbas monaſterii ſanctæ Trinitatis de Spineto, & Bonus prior eremi de Vivo ſententiam quamdam pronuntiarunt hoc anno contra homines terræ Radicoſani. Inter teſtes legitur Ildebrandus prior abbatiæ Arcus Senarum. Die XXIV. auguſti in locum Boni electus fuit prior Vivenſis Boniſacius ex abbate ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia.

e *Excerpta Senenſia n.* 29.

Quintavallis olim Ildebrandini de Vallialla cum hominibus ejus caſtri juravit fidelitatem Martino priori Camaldulenſi, qui ipſum conſtituit caſtri vicecomitem; manu Rodulphini notarii. Die vero undecima octobris aliquot homines de Serravalle confeſſi fuere ſe fideles eſſe, ſubditos & *plebanarios* abbatis & monaſterii Prataliæ, ſuaque bona precario pro eadem abbatia in dicto territorio poſſidere.

In charta monaſterii ſanctæ Mariæ de Fullina [f] ad hunc annum nominatur Odoricus filius quondam comitis Anſediſii, qui inveſtivit Lambertum abbatem dicti monaſterii de quodam feudo, ut olim Manfredus comes, & comes Rambaldus inveſtiverant Albertum & Anſelmum abbates ejuſdem loci. Actum in caſtro Colaldi in domo hoſpitali ſancti Johannis de Colaldo. Lambertus hoc anno ſubrogatus fuerat in locum Alberti abbatis Fullinatis. Ad annum 1213. [g] in poſſeſſionem miſerat ejuſdem feudi Anſelmum abbatem comitiſſa Daria, eodem modo, quo olim inveſtiverat etiam Manfredus comes. Hi comites erant ex nobiliſſima familia Collalta; Odericus autem frater erat Schinellæ & uterque filius Anſediſii vel Enſediſii, qui poſtremus anno 1240. jam obierat, nam „ *anno* M.
„ CC. XL. [h] *indictione* XIII. *ſexto exeunte aprili* in præſentia Sulimani ab-
„ batis hoſpitalis de Plavi, & dominorum Schinellæ filii quondam comi-
„ tis Enſediſii, Guidoti de Guidotis & aliorum, dominus Biacquinus de

f *Num.* 195.

g *Num.* 1210.

h *Num.* 1421.

Digitized by Google

Ann. Chr. 1253.

„ Camino filius quondam domini Guecelli de Camino, & dominus Guecellus de Camino filius domini Biacquini de Camino fecerunt datam & „ traditionem domno Ayolfo abbati de Fullina de proprietate ſive vaſſal- „ latico Benedictæ de Dumegle dato domino Gabrieli de Camino. Actum „ Tarviſii in domo domini Agnelli & filiorum nunc habitata per eum- „ dem dominum Guecellum de Camino, “

Ann. Chr. 1254.

XX. Turbæ Vivenſes. Variæ electiones.

a §. Monitoriales 3. A. 3. 71.

b §. Locatio.

QUID ſimultatis ceſſerit inter Bonifacium electum Vivenſem priorem anno præterito, & inter Ildebrandum priorem ſanctæ Muſtiolæ de Senis incompertum. Novimus tantum ex tabulario Fontis-boni [a] die trigeſima octobris hujus anni excommunicationis vinculo innodatum fuiſſe Bonifacium Vivenſem a Martino priore Camaldulenſi, qui ejus eccleſias inſuper eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, abſoluta & relaxata e contra eccleſia ſanctæ Muſtiolæ ab eodem interdicto, una cum Ildebrando priore hujus monaſterii & cum fratribus ſuis.

In eodem tabulario mentio fit [b] ſub die prima junii Martini prioris monaſterii ſancti Benedicti Volaterranæ diœceſis ordinis Camaldulenſis, quod ſubjectum tunc erat alteri florentiori ejuſdem urbis ſub invocatione ſanctorum Juſti & Clementis.

c §. Electio 55. A. 3. 59.

d §. Ibid. 54. A. 2. 56.

e Ch. Pi. ...

Nuntium mittente abbatiæ ſancti Salvatoris de Cantiniano Paulo abbate [c] ſubrogavit Martinus prior in locum ipſius die decima-ſeptima martii Benedictum antea abbatem ſancti Petri de Puteolis, aſſentientibus Soffreduccio Ugutionis Ordelaſſi, Bonaccurſo Tinioſi & Donato ejus nepote, ac Inghiramo filio Ranuccii Ordelaſſi patronis dicti monaſterii. Vigeſima-quinta februarii [d] ſimiliter abdicante Johanne abbate Cerreti, elegit in ejus monaſterii abbatem Johannem ſcriptorem ſuum. Septimo pariter idus junii [e] viſitans monaſterium ſancti Zenonis urbis Piſarum, præſentibus Mainitto ſancti Michaelis, Michaele Morronenſi, & Compagno Cintoriæ abbatibus, Angelum monachum ſancti Savini in coadjutorem conſtituit Philippi abbatis Zenoniani, tribuens ipſi temporalium adminiſtrationem.

XXI. Venditio facta eremo Camald. a Bono abbate S. Januarii de Campo-leone.

f §. Amiſſæ 469. A. 94.

g §. Emptio 378. A. 3. 77.

h Num. 285.

Legitur quoque in excerptis a Baroncinio confectis [f] Bonum abbatem monaſterii ſancti Januarii Campi-leonis prope Arretium vendidiſſe pretio librarum centum Martino priori Camaldulenſi medietatem molendini poſiti in inſula de Cencellis in flumine Arni, cum medietate portus navis, piſcationum, & totius pedagii pro aquæ fluminis tranſitu. Bonaguidam pariter præpoſitum eccleſiæ Arretinæ canonicorum ſuorum nomine [g] integrum aliud molendinum tradidiſſe appellatum de Iſola in flumine Caſtri pretio librarum M. C. XL. quibus ſolutum fuit æs alienum, quod dicta canonica cum pluribus contraxerat.

Demum ex iiſdem [h] ſummariis Fontis-boni intelligimus eccleſiam & monaſterium ſancti Andreæ de Buſcione ſeu in Silva Lucanæ diœceſis commendata fuiſſe presbytero Henrico capellano eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Panicali de Buti, cui hoc anno *die* XVI. *martii indictione* XII. graviſſimas literas dedit Martinus prior Camaldulenſis, ipſum objurgans, quod locum deſtrueret & devaſtaret, bona ipſius monaſterii deportaret ad Butim, & monachos neceſſariis languere permitteret, minitans proinde amotionem, niſi contractus reſcinderet, & monachis neceſſaria ſubminiſtraret. Alia exempla commendationis monaſteriorum factæ a prioribus vel capitulis generalibus Camaldulenſibus in decurſu occurrent.

i Anni 1737. ... 274.

Apud Lamium in Deliciis eruditorum [i] indicatur quædam apoſtolica delegatio facta circa hæc tempora pro abbatia de Flumana ab Innocentio

ANN. CHR. 1254.

tio IV. abbatibus monaſteriorum ſancti Hippolyti, & ſanctæ Mariæ ſoris portam, & præpoſito Faventino, cujus mentio fit in ſententia Roſtandi capellani ejuſdem pontificis.

XXII. Lites epiſcopi Eugubini cum Avellanenſibus.

GRAVES lites habebat Jacobus epiſcopus Eugubinus cum monachis ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ, ut intelligimus [a] ex mandato, quod ipſi fecit hoc anno Petrus abbas ſancti Donati de Polpiano ex oppido Gualdi agri Nucerini delegatus a Richardo diacono cardinale & ducatus Spoletani rectore, ita nimirum ſe gereret impoſterum, ne moleſtias & injurias inferret priori & monachis Avellanenſibus, ceteriſque ejus inſtituti aſcetis, qui in Inſula filiorum Manfredi degebant, ad eum ſcilicet locum, ubi poſtea Colleſtacciarii oppidulum conſtructum fuit. Subjectum erat monaſterium Inſulanum cœnobio Avellanenſi. In hujus loci archivo adnotatur ſub hoc anno nomen Bartholi prioris Fontis-avellanæ, qui ſucceſſerat Berardo. Ipſe enim Bartholus a canonica Doglii recepit præſenti anno aliquot terras in diœceſi Nucerina. Obiiſſe Bartholum aſſerit Jacobillius anno 1260. Ipſius obitus in necrologio dicti loci refertur ſub die undecima ſeptembris: *Obiit domnus Bartholomæus prior heremi, monachus noſtræ congregationis*.

[a] *Arch. Avell. faſcic. IV. n. VI. ap. Sartium p. 150. de ep. Eugub.*

XXIII. De Jacobo monacho Avellanenſi abbate Peruſino. De Philippo epiſcopo Nucerino.

OBSERVAVIMUS ad annum 1227. Jacobum monachum Avellanenſem miſſum fuiſſe a Gregorio IX. abbatem ſancti Petri de Peruſio; Jacobillium autem putare ipſum deceſſiſſe anno 1230. cum tamen apud Margarinium extet bulla ejuſdem Romani pontificis data Jacobo abbati ſancti Petri de Peruſio anno 1231. admittere demum aliquos ad annum 1245. Franciſcum quemdam abbatem ex ordine Ciſtercienſi. Quidquid tandem ſit, Jacobi abbatis nomen perdurat in ſerie abbatum ejuſdem monaſterii & in chartis uſque ad annum præſentem, vel unus fuerit Jacobus, vel duo ipſius nominis abbates. Avellanenſis Jacobi mors ſignatur in necrologio veteri ejuſdem monaſterii Fontis-avellanæ ſub die XXV. maji, ad quam etiam Jacobillius refert: *Obiit domnus Jacobus abbas ſancti Petri de Peruſio ſacerdos & monachus noſtræ congregationis*.

Ex eodem Avellanenſi ſeceſſu vocatus fuit hoc anno ad implendam Nucerinam cathedram vacantem ob mortem Bernardi epiſcopi Philippus nobilis Fulginas ex comitibus Antignani, Gaiſanæ &c. & beati Raynaldi Nucerini olim epiſcopi propinquus, qui vitæ pietate morumque innocentia in ea eccleſia refulſit; ipſo anno ejus electionem probavit Innocentius IV. Romanus pontifex. Inter cetera de Philippo narratur, quod factus epiſcopus refecit eccleſiam cathedralem, quam exercitus Friderici imperatoris expilaverat & profanaverat, & inſuper reviſit corpus beati epiſcopi Raynaldi, quod honorificentius ſuper majorem baſilicæ aram tranſtulit.

XXIV. Eccleſia S. Matthæi Peruſii tradita Damianiſtis; S. Fortunati Tuderti Minoribus.

SUB hoc tempore, ait Wadingus, „ dum monaſterio Minoritarum „ Peruſino, dicto *Campo dell'horto*, cuſtodiæ Peruſinæ patrum Conventua„ lium eſſet neceſſaria eccleſia ſancti Matthæi, quæ pertinebat ad mona„ chos ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ, dedit Alexander IV. literas ad „ epiſcopum Peruſinum, ut rogaret prælatum & conventum monacho„ rum, quatenus dignarentur prædictam eccleſiam cum domibus & hor„ to contiguis eiſdem fratribus concedere, accepta ab eis compenſatione „ competenti, quod benigne præſtiterunt. “ Hæc Wadingus; ſed cum Alexander IV. ſucceſſerit Innocentio IV. in pontificatu ſub finem tantummodo præſentis anni, veriſimilius eſt traditionem & permutationem hujuſmodi factam fuiſſe ſequenti vel poſterioribus annis.

Iiſdem fratribus Minoribus conceſſum fuit hoc anno monaſterium ſancti Fortunati Tudertinæ diœceſis ab eodem Innocentio IV. Monaſterium

hocce

Digitized by Google

ANN. CHR. 1254.

a T. III. pag. 511.

hocce ad Claſſenſes monachos olim pertinens tunc temporis regebatur per monachos Vallumbroſanos; de ipſa traditione legi poſſunt Jacobillius a & Wadingus ad hunc annum.

XXV. Charta S. Severi in Claſſe.

PHILIPPUS archiepiſcopus Ravennas Guidonem electum abbatem monaſterii ſancti Severi de Claſſe inveſtivit de bonis eccleſiæ Ravennatis, præſentibus Gualterino, hoc eſt Gualterio, epiſcopo Faventino Zuliani ſucceſſore, & Johanne electo Popilienſi, *die octava martii indictione* XII. tempore domini Azonis de Pirovanis poteſtatis Ravennæ.

XXVI. De Martino epiſcopo Mantuano. De Monaſt. S. Petri de Campo majori diœceſis Lucanæ.

SEPULTUS fuit circa hunc annum in eccleſia noſtra ſancti Marci Mantuanæ urbis Martinus epiſcopus ejuſdem civitatis. Ipſius memoriam renovavit ſeculo præterito Franciſcus Gonzaga epiſcopus itidem Mantuanus, appoſita ſequenti epigraphe: *Beati Martini Parmenſis ex comitibus Caſalodis circa annum* M. CC. LIV. *olim epiſcopi Mantuani, vitæ ſanctimonia ac paſtorali prudentia, ne diutius deliteſcerent, pietate in ſanctum prædeceſſorem hoc monumento ornavit frater Franciſcus Gonzaga Mantuanus epiſcopus anno* M. D C. VII. Ea viſitur inter capellam Jeſu-Chriſti flagellis cæſi, & inter aliam ſancti Johannis-baptiſtæ, ſub brevi urna rubri marmoris duobus pedibus a terra elevata.

Poſtremo pertinet ad hunc annum bulla Innocentii IV. directa ſub *die* XXVI. *februarii* ad abbatem ſancti Petri de Campo-majore ordinis Florenſis diœceſis Lucanæ, qua ipſum abſolvit ab excommunicatione contra eum lata a magiſtro Raullo de Suſaria priore ſancti Georgii ordinis ſancti Auguſtini diœceſis Trecenſis nuntii apoſtolici, qui Lucam tranſiens, opera Gualterii canonici Lucenſis ſententiam excommunicationis in abbatem tulerat, a qua tamen hic appellaverat. Sicut etiam ad annum ſequentem, diem vero tertiam novembris ſpectat alia bulla Alexandri IV. Innocentii ſucceſſoris ad eumdem abbatem tranſmiſſa, qua ipſum ejuſque monaſterium immunitate donavit ab ordinarii juriſdictione. Sed de his agemus ad annum 1385. quo actum fuit de uniendo eodem monaſterio ordini Camaldulenſi.

ANN. CHR. 1255.

XXVII. Alexandri IV. Rom. pont. bullæ pro Camaldulenſibus.

DEFUNCTO die decima decembris anni præteriti Romano pontifice Innocentio IV. electus fuerat in ipſius locum die vigeſima-prima ejus menſis Raynaldus cardinalis epiſcopus Oſtienſis, propinquus prædeceſſorum ſuorum Innocentii III. & Gregorii IX. qui aſſumpto nomine Alexandri IV. beneficentiſſimum ſe ſemper oſtendit erga congregationem Camaldulenſem, ut ex pluribus, & iis quidem ampliſſimis & gratioſiſſimis diplomatibus ab eo conceſſis liquido colligitur. *Die* itaque *vigeſima-octava januarii* ex urbe Neapolitana, ubi ſedem ſuam fixit primo ſui pontificatus tempore, dedit in mandatis præpoſito eccleſiæ Arretinæ, ut quandoquidem priores Camaldulenſes terras, vineas, poſſeſſiones aliaque bona ipſius eremi literis, interpoſitis etiam juramentis, & adjectis pœnis, nonnullis clericis & laicis ad vitam, aliis vero ad non modicum tempus, aliquibus in perpetuum conceſſerant ſub annuo cenſu, quarum conceſſionum libellos etiam nonnullos confirmaverat ſuper iis expetita apoſtolica ſedes, quæ res vergebat in grave eremi Camaldulenſis damnum, ipſe curaret, quatenus hujuſmodi conceſſiones irritarentur, & tamquam infectæ forent, bona ejus generis ad eremum dictam revocarentur.

Idem *octavo idus aprilis* ex urbe Anagniæ abbatem ſancti Galgani Ciſtercienſis ordinis, & Maurum abbatem ſancti Salvatoris de Berardinga ordinis Camaldulenſis delegatos judices ſtatuit, ut poſſent permittere abbati ſanctæ Eugeniæ de Senis alienationem bonorum immobilium ſui monaſte-

rii pro mille libris Senenſibus, cum undique ipſum ſanctæ Eugeniæ cœnobium gravatum eſſet propter bellum Florentinos inter & Senenſes, ac extenuatum ob collectas & exactiones. Delegationem hujuſmodi publici juris ex membranis Senenſibus fecit Muratorius in Antiquitatibus medii ævi [a].

ANN. CHR. 1255.

[a] *T. VI. col.* 271.

Nonis autem *auguſti* ex eadem urbe commiſit priori ſancti Pauli ad Hortum Piſarum, ut examinaret ac decideret cauſam, quæ vertebat inter monachos ſancti Savini Piſarum, & inter Incontrum de Capraria preſbyterum Piſtorienſis diœceſis, qui contra juſtitiam occupaverat eccleſiam ſanctæ Mariæ de Fabriano Florentinæ diœceſis, cujus patroni erant monachi San-ſavinates.

Confirmavit pariter *idibus auguſti* monaſterio ſancti Gregorii de Urbe privilegium, ne monachi conveniri poſſent per literas apoſtolicas, in quibus expreſſa mentio non fieret de eodem cœnobio.

Camaldulenſi vero priori & congregationi renovavit facultatem tenendi procuratorem generalem in curia, & exemit eccleſias Camaldulenſes a ſolutione collectarum, ut ex privilegio exiſtente in tabulario monaſterii Roſæ Senarum. Demum abbati ſancti Salvii Florentinæ diœceſis *tertio idus decembris* literas dedit ex Laterano pro omnibus abbatibus & prioribus ordinis Camaldulenſis, qui cupiebant bona monaſteriorum ſuorum laicis commendata, vel ad emphyteuſim data, ad proprietatem eorumdem cœnobiorum reducere.

XXVIII. Viſitatio eccleſiæ S. Mariæ de Forolivio conceſſa Martino priori Camald.

RICHELMUS epiſcopus Foro-livienſis *die decima-tertia octobris* conceſſit Martino priori Camaldulenſi liberam viſitationem eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Camaldulo, juxta conventionem olim factam inter Albertum epiſcopum ejus prædeceſſorem, & inter Guidonem priorem Camaldulenſem, ſalvis quibuſdam capitulis, de quibus tranſactio ſecuta fuerat inter eumdem Richelmum & inter Robertum priorem Camalduli Foro-livienſis.

XXIX. Chartæ Pratalienſes.

CUM Guillielminus epiſcopus electus Arretinus ſubſidium impoſuiſſet clericis ſuis pro Romano pontifice Alexandro ad ſuſtinendum bellum in Apulia contra Saracenos, & contra principem Manfredum, qui ipſos evocaverat, Guido plebanus Partinæ, inſpecta neceſſitate ſolvendæ hujuſmodi impoſitionis, vendidit presbytero Benvenuto ſindico abbatiæ Pratalienſis redditus ſui plebanatus in villa de Fregina. Idem Guillielminus [b], qui electus adhuc dicitur ad *diem* XVI. *februarii*, jure feudi dedit Marco abbati Pratalienſi terras, domnicata, ſilvas, prata & paſcua in loco, qui dicebatur Cangirati; manu Cavalcantis capellani & notarii ſui, ſigillo proprio muniens paginam inveſtituræ ſubſcriptam ab octo canonicis Arretinæ ſuæ eccleſiæ.

[b] *§. Inveſtitura* 25. *A.* 3. 91.

XXX. Electiones novæ in pluribus monaſteriis.

ELECTUS fuit [c] a monachis Burgenſibus in locum Homodei abbatis Bonus, qui prior erat ſanctæ Agnetis de Peruſio; ipſius electionem ratam habuit Martinus prior Camaldulenſis die ſecunda januarii. Die nona ejuſdem menſis [d] idem Martinus elegit in poteſtatem & rectorem caſtri de Soci Petrum Bonaccurſum de Arretio, manu Guillielmi notarii, quem confirmarunt die decima-ſeptima aprilis Guido Jordani capitaneus Arretii & Borrus de Borris poteſtas ejuſdem urbis. Spectabat ad priores Camaldulenſes inſtitutio poteſtatis dicti caſtri; quare etiam anno 1252. decima die decembris elegerat Brachium Gerardi civem Arretinum, & anno 1265. die decima januarii Bartholomæus prior elegit Rainerium Blancum de Monte-varchio. Die trigeſima martii idem Martinus elegit [e] Joſeph ſubpriorem Fontis-boni in priorem monaſterii ſancti Michaelis de Muriano, loco moto Johanne, qui ut monachus eſſertur in charta anni ſequen-

[c] *§. Electio* 57. *A.* 3. 79.

[d] *Ibid.* 58. *A.* 3. 80.

[e] *Ibid.* 39. *A.* 3. 84.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1255.

a *Ibid. 60. A. 3. 94.*

b §. *Viſitatio 15. A. 3. 91.*

ſequentis. Quinta-decima decembris [a] per Maſſarium abbatem Uranenſem & vicarium ſuum confirmavit in abbatem ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia Raynerium, qui fuerat prior Camalduli Foro-livienſis. Demum [b] per Henricum abbatem Sacrarienſem, & per Jacobum monachum ſancti Juſti Volaterrarum, quos deputaverat viſitatores monaſterii ſancti Zenonis Piſarum, regimine & adminiſtratione privavit Philippum ejus loci abbatem. In locum Philippi electus fuit abbas ſancti Zenonis Petrus, cujus electionem examinavit Martinus prior in urbe Bononienſi *die* XXII. *ſeptembris* præſente inter ceteros Michaele electo Cæſenate, Ughellius [c] Manzinum Cæſenatem epiſcopum Michaelis prædeceſſorem defunctum facit anno 1258. quo ſtatuit electionem ejuſdem Michaelis, quæ propterea prævenienda erit ex noſtra tabularii Fontis-boni pagina.

c *T. II. col. 452.*

Eccleſiæ ſancti Nicolai de Fonto, & ſanctorum Martini & Viti, quæ erant prope Aſylum in territorio Tarviſino, collatæ fuere [d] a Lamberto abbate monaſterii ſanctæ Mariæ de Fullina, cui erant ſubjectæ, ut compertum magis fit ex aliis collationibus ipſarum eccleſiarum factis etiam ſeculo ſequenti.

d *Arch. Full. n. 484.*

In necrologio Galeatenſi v. idus aprilis legitur: *Anno* M. CC. LV. *Obiit Ruſticus presbyter & monachus atque abbas hujus cœnobii.*

ANN. CHR. 1256.

XXXI. Privilegia ab Alexandro IV. conceſſa Camaldulenſibus.

ALEXANDER IV. ex Laterano *nonis martii* hujus anni, *pontificatus* ſui *anno ſecundo*, Martino priori Camaldulenſi, abbatibus & prioribus congregationis innovavit exemptionis privilegium a beneficiorum proviſione, veſtigia ſequutus Innocentii IV. niſi ſpecialiter in bullis apoſtolicis nominarentur ipſi Camaldulenſes.

Quarto nonas aprilis ex Urbe ſimiliter confirmavit eidem Martino jus viſitandi congregationis monaſteria, vetans etiam, ne epiſcopi aut patroni ſe immiſcerent in electionibus prælatorum regularium. Declaravit pariter, quod ex admiſſione hoſpitii gratis præſtita diœceſanis epiſcopis & patronis nullum Camaldulenſibus exoriri inde deberet præjudicium, licet iidem epiſcopi multoties molirentur procurationes indebitas ab ipſis extorquere.

Poſt biduum ſcripſit epiſcopis aliiſque Thuſciæ prælatis, ut bonorum Camaldulenſium monaſteriorum curam & protectionem ſuſciperent, ac invaſores eorum anathemate percellerent.

Eadem die ratum habuit vetus aliud privilegium indultum prioribus Camaldulenſibus abſolvendi eos, qui manus violentas injeciſſent ante ingreſſum in religionem.

Die ſexta maji priori & ordini Camaldulenſi ſcribens ſtatuit, ut nulla religio vel ordo monachos & converſos Camaldulenſes, abſque ſuorum prælatorum licentia, recipere & retinere poſſet.

Mandavit *octava die* ejuſdem menſis poteſtatibus & rectoribus civitatum & locorum, ut monaſteriis & eccleſiis ordinis Camaldulenſis auxilium præberent adverſus violentias patronorum.

Confirmavit *duodecimo kalendas junii* facultatem, qua gaudebant Camaldulenſes, recipiendi ſacros ordines & baſilicarum conſecrationes a quocumque catholico epiſcopo, vetavitque epiſcopis, ne requiſiti operam ſuam denegarent.

Idibus junii erat Anagniæ, ex qua urbe prohibuit abbatibus & prioribus monaſteriorum alterius congregationis, ne ſuſciperent Camaldulenſes monachos & converſos abſque ſuorum majorum literis, ſed ſi quis aliquando monachus ad ipſos veniret habitum ab eis recepturus, eumdem

pater-

paternis adhortationibus commonitum ad priſtinum ordinem cito remitterent.

Ann. Chr. 1258.

Ex eodem loco *decimo-ſeptimo kalendas julii indictione* XIV. *anno pontificatus* ſui *ſecundo* Camaldulenſem congregationem privilegio communivit ad inſtar anteriorum Romanorum pontificum, enumeratis locis omnibus, quæ ordinis diſciplinam tunc profitebantur, cum ſubſcriptione octo S.R.E. cardinalium. Legitur etiam in noviſſima collectione bullarum Romanorum pontificum [a].

a *T. III. pag.* 374

Quarto kalendas julii ex Anagnia pariter vetavit, ne quis aſſumeretur in priorem vel prælatum in congregatione, qui non foret ordinis Camaldulenſis, ut probe ſciret aſſumptus inſtituta & conſuetudines congregationis ejuſdem, quam regere debebat.

Eadem demum die præpoſito eccleſiæ Faventinæ demandavit, ut epiſcopum Foro-cornelienſem ad diem dicendam evocaret, cur ſcilicet monaſterium de Linario & quamdam ſilvam dictam de Bonifaciis, quæ ad Camaldulenſes ſpectabant, contra juſtitiam occupata detineret, ut apud apoſtolicam ſedem querelas ſuas deportaverant prior & fratres Camaldulenſes, & cur inſuper priorem & ſorores monaſterii ſancti Euſtaſii ejuſdem urbis, & cum eis communicantes ſocietate ceterorum fidelium privaſſet, ac Foro-cornelienſis epiſcopi rationibus auditis decerneret ſecundum juſtitiam: Quem hujuſmodi cauſa finem acceperit, ex ſcripturis Camaldulenſibus minime liquet. Epiſcopus Imolenſis, Bononienſis patria, erat Thomas, qui ſicut refert Ughellius, quamdiu vixit, maximas aluit lites & ſimultates in gregem ſuum, in urbem & in populum Imolæ, vinculis utens dumtaxat, & paſſim excommunicationum & interdicti.

XXXII. Idem Rom. pont. vetat Avellanenſibus ædificium cujuſdam eccleſiæ.

Cum monachi Avellanenſes eccleſiam quamdam juxta monaſterium ſanctæ Mariæ de Pelagio Eugubinæ diœceſis, quod erat monialium ordinis ſancti Damiani, de novo conſtruere incepiſſent, per quam ſtatus & tranquillitas monialium earumdem non modicum poterat perturbari, ac cum dictæ ſanctimoniales earumque abbatiſſa confugium habuiſſent ad Romanum pontificem Alexandrum IV. præcepit is monachis Avellanenſibus, ut ob reverentiam ſedis apoſtolicæ deſiſterent a proſecutione ædificii eccleſiæ, ſcribens etiam ſuper eamdem rem rectori ducatus Spoletani ex Laterano *quinto kalendas aprilis pontificatus* ſui *anno ſecundo*. Quas literas ex autographo archivi ſancti Benedicti de Eugubio affert Sartius. Damianiſtas ad ſanctæ Mariæ de Pelagio induxerat olim Vilanus epiſcopus ejuſdem urbis.

XXXIII. Paginæ Galeatenſes.

Philippus archiepiſcopus Ravennas, qui in charta adhuc electus appellatur, caſtrum Sancti-Benedicti territorii Galeatæ conceſſit & commiſit Tivirolo de Aquabella una cum curte, juribus, ſervitiis & hominibus ad dictum caſtrum pertinentibus. Caſtrum hocce pertinebat ad monaſterium Galeatenſe, ſed ipſum Philippo archiepiſcopo obligaverat Maſſarius abbas dicti cœnobii, qui archiepiſcopo debebat quadringentas libras. Cum autem Ubaldus abbas, qui poſtea ſucceſſit Maſſario, par non eſſet reddendæ hujuſmodi pecuniæ, caſtrum omnino ceſſit eidem Tivirolo anno 1261. Sed Guido electus abbas poſt Ubaldum conſtituit anno 1265. Bonaccurſum monachum procuratorem ſuum pro ſolvendis quadringentis libris Philippo archiepiſcopo, & pro caſtro recuperando. Hæc nobis innoteſcunt ex chartis tabularii archiepiſcopalis Ravennatis. Rubeus [b] ad annum 1260. ſcribit „ Philippum Ravennatem archiepiſcopum ære alieno preſſum, „ quod contraxerat, ut ſe ab Ezellino redimeret, oppidum ſancti Bene„ dicti Galeatenſe Timeolo Aquabello, ut quadraginta Ravennatis monetæ

b *Lib. VI pag.* 435.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1256.

„ (errore pro *quadringentas*) acciperet libras , pignori dediſſe , & Timeolum deinde (fuit autem anno M. CC. LX. decimo-quinto kalendas junii) in epiſcopio ante ſacellum domeſticum, inſpectante Johanne epiſcopo Foro-popiliano, Alidoſio judice & aliis Ravennæ obnuntiaſſe multam ſe ad eam diem in ejus præſidium oppidi impenſam feciſſe, & in poſterum facturum, quibus ſe ſatisfacturum Philippus pollicitus eſt. “ Quæ Rubei verba componi debent cum paginis dicti tabularii a nobis excerptis. Inter ceteros præſentes primæ conceſſionis chartæ leguntur Johannes adhuc nominatus electus epiſcopus Popilienſis , Aldrevandinus archipresbyter plebis Meldulæ , & Johannes monachus ordinis Camaldulenſis quondam prior de Venetiis , prior nimirum monaſterii ſancti Michaelis de Muriano. Epiſcopi his temporibus ad plures annos *electi* titulum retinebant, vel prohibiti conſecrationis gratiam recipere a parte ipſis inſenſa civitatum , vel rejecti ab apoſtolica ſede . Philippus archiepiſcopus Ravennas ſubrogatus in locum Thederici defuncti anno 1251., Johannes Foro-popilienſis epiſcopus , quem electum laudavimus ad annos 1252. & 1254., epiſcopus Rheginus; Arretinus epiſcopus Guillielminus; Patavinus epiſcopus Johannes , quos inferius in medium producemus , licet annis antecedentibus ad implendas vacantes urbium cathedras aſſumpti fuiſſent eligentium votis , quia tamen nondum conſecrati & confirmati fuerant a Romano pontifice , vel quia pacificam epiſcopatuum ſuorum poſſeſſionem non obtinebant, electorum nomen uſurpabant ad plures annos , eoque titulo efferebantur in publicis paginis.

XXXIV. Initia monaſterii S. Mariæ de Prodano.

FRATRI Laurentio Faventino de ordine Camaldulenſi , de quo primum mentionem fecimus ad annum 1253. hoc *anno* M. CC. LVI. *die tertia januarii* Albericus olim domini Berardi Liborum de Sogliano donavit ſilvam & terram poſita in territorio Ariminenſi in plebatu ſanctæ Paulæ, & capellam ſancti Bartholi de Vergnano in fundo Prodano , juxta viam a tribus partibus & rivum Prodani ; manu Aimerici notarii . Hæc ſunt initia monaſterii ſeu prioratus ſanctæ Mariæ de Prodano fundati ab eodem Laurentio in Arimini territorio.

XXXV. Eccleſiæ plures ſubjectæ monaſt. S. Victoris de Cluſis.

IN charta , qua Moricus abbas ſancti Victoris de Cluſis , aſſenſu & voluntate ſuorum monachorum , inſtituit Bentevegnam ſindicum monaſterii ſui pro omnibus litibus & quæſtionibus, quæ tam monaſterium Victorianum, quam eccleſiæ ipſi ſubjectæ habere poſſent, ſequentes eccleſiæ numerantur; eccleſia ſancti Blaſii, eccleſia ſancti Laurentii in Collina, ſancti Petri in Muſcano, ſancti Salvatoris de Valle , ſanctæ Mariæ de Plebe, ſancti Severini de Serra, ſancti Victoris de Rubiano, ſancti Paterniani de Clavi, ſancti Petri de Colcello, ſancti Angeli de Roſenga , ſancti .... de Pleroſaria, ſancti Stephani de Ginga , ſanctæ Mariæ in Cappa , ſancti Petri de Lappurano , ſancti Michaelis de Lappurano , ſancti Stephani de Aventia. Paginam producimus ex tabulario ſancti Romualdi de Urbe ad memoriam earum eccleſiarum , quarum plures adhuc ſuperſunt ſub jure abbatiæ noſtræ ſancti Blaſii de Fabriano.

XXXVI. Juspatronatus in aliquot monaſteria & eccleſias Lucanæ diœceſis conceſſum Camaldulenſibus.

HOC anno *die vigeſima-octava octobris* Johannes filius domini Bonaccurſii de Urno Lucanæ diœceſis donavit inter vivos Martino priori Camaldulenſi omnia ſua bona conſtituta infra Lucanum territorium una cum juribus patronatus in monaſteria ſancti Andreæ in Silva, & ſancti Salvatoris de Cantiniano, in eccleſiam ſanctæ Mariæ de Colle, & in hoſpitale ſancti Leonardi in Tripuntio ; Martinus vero Johannem recepit ad ordinem Camaldulenſem cum promiſſione obedientiæ. De Tripuntio vetuſtiſſima memoria extat in tabulario archiepiſcopali Lucenſi ad annum primum

mum Deſiderii Langobardorum regis, *menſe octobri indictione undecima*, hoc eſt ad annum 757. quo Ennandulus clericus donat eccleſiæ ſanctæ Mariæ, ubi Leonacus eſt abbas, bona prope Tripuntium cum obligatione facta ſacerdoti, qui ibidem commoratus fuerit, orandi Deum pro anima ſua. In eodem archivo nominatur hoſpitale ſancti Leonardi ad annum 1209. quo loci rector cum ſuis converſis vendit bona poſita in Turringo. Reperimus in archivo ſancti Pontiani *anno* M. CCC. LXXXV. *indictione octava* XXIII. *februarii*, vacante eccleſia hoſpitalis ſancti Leonardi *intraponſo* ſita in plebatu Computi, *ſer Conte* olim Puccini Albizotti cum aliis patronis elegiſſe nuntium ad convocandos omnes patronos dicti hoſpitalis, & omnes & ſingulas *ambaxiatas* faciendas pro electione novi rectoris. Unitum modo eſt canonicæ domui de Friſonaria Lucenſis diœceſis. Eccleſia ſanctæ Mariæ de loco & finibus, ubi dicitur *a Colle* memoratur ad annum 1109. in charta alia tabularii ſancti Pontiani ejuſdem Lucenſis urbis. De monaſterio ſancti Salvatoris in Cantiniano primam mentionem fecimus ad annum 1064. quod jam ab initiis præteriti ſeculi diſciplinam eremi Camaldulenſis receperat. Demum monaſterium ſancti Andreæ in Silva ſeu de Buſcione ad plures annos tum in pontificiis, tum in imperialibus diplomatibus legitur ſubjectum diſciplinæ congregationis Camaldulenſis, de eoque memoria ſupereſt ad annum 1212. quo ejus eccleſiæ traduntur ad cenſum terræ nonnullæ emptæ pecuniis eremi, manu Rainerii Valliconis notarii. Anno 1236. Brunita de Vico omnia bona ſua obtulit eidem monaſterio manu Petri notarii, & anno 1227. Ruſticus vicarius conventus Camaldulenſis elegit Petrum in priorem & adminiſtratorem præfati monaſterii, qui obedientiam promiſit ſecundum regulam beati Benedicti, & conſuetudines Camaldulenſis conventus.

ANN. CHR. 1256.

XXXVII. Indulgentiæ conceſſæ a Guillielmino epiſc. Arretino reparantibus eremum Camaldulenſem.

GUILLIELMINUS epiſcopus Arretinus (in cujus eccleſiæ ſede confirmatus fuit per hæc tempora ab Alexandro IV.) hoc anno *die quinta-decima octobris* „ univerſis Chriſti-fidelibus tam clericis, quam laicis epiſcopatus Ar„ retini largientibus eleemoſinas fratribus eremi Camaldulenſis ſitæ juxta „ ſummitatem Alpium Thuſciam & Romaniam dividentium, in qua erant „ viginti-octo cellulæ, eccleſia, capitulum & refectorium, quæ ne cor„ ruerent, annuatim erant reparanda, tum circumcluſio ipſius eremi gra„ vi labore & ſumptuoſo diſpendio erat reficienda, indulſit, ut ſpiritua„ lium beneficiorum, videlicet Miſſarum, pſalmodiæ, jejuniorum, elee„ moſinarum & ceterorum bonorum dictæ eremi, & totius conventus „ Camaldulenſis evaderent participes, eiſdem pariter relaxans quadraginta „ dies criminalium, & quartam partem venialium de injuncta pœniten„ tia, & facientibus ſe collegas dictæ fraternitatis alios quadraginta dies, „ & omnes corruptas pœnitentias ad libitum prædictorum fratrum in Do„ mino condonans. “ Inſuper Jacobo eremitæ Camaldulenſi plenam facultatem fecit injungendarum pœnitentiarum clericis & laicis omnibus Arretinæ diœceſis, cui totaliter vices ſuas commiſit; prælatiſque eccleſiarum Arretinarum mandavit, ut nuntios eremi tamquam perſonam ſuam reciperent, nullumque interea admitterent alterius religionis, & ſi quod interdictum viguerit aliquando in eorum eccleſiis, conceſſit, ut ea die celebrare ſacra poſſent pro colligendis eleemoſinis in ſubventionem eorumdem Camaldulenſium eremitarum.

XXXVIII. De Jacobo eremita pœnitentiario, & de donariis factis eidem eremo.

PRÆFATUS Jacobus eremita pœnitentiarii munere fungebatur in cremo Camaldulenſi ante hæc tempora, ipſius meminimus etiam ad annum 1252. quo ex mandato Innocentii IV. abſolvit Guidonem & Tegrimum comites; ipſum videbimus ex eo munere ad prioratus generalis Camal-

Digitized by Google

Ann. Chr. 1256.

dulenſis gubernium aſſumptum. Porro multi per hæc tempora donationibus & oblationibus benemerebantur de Camaldulenſi eremo. Hinc ſub hoc anno in codice membranaceo ſignato litera Q. V. 4. ſequentia leguntur: *Anno ab incarnatione Domini* M. CC. LVI. *indictione* XIV. *octavo idus julii in cella domni Jacobi pœnitentiarii & heremitæ Camaldulenſis heremi, inclytus comes Rogerius inſpiratione afflatus divina, ſpontanea liberalitate ſpopondit in manibus venerabilis prioris Martini Camaldulenſis heremi, præſentibus domno Guidone ſacriſta heremi jam factæ, ipſo domno Jacobo pœnitentiario, domno Benvenuto operario, & domno Johanne Piſano ſcriptore prioris præfati, annuatim dare toto tempore vitæ ſuæ in feſto ſanctæ Mariæ de auguſto unum modium frumenti, & ſeptem libras Piſanorum parvorum apud Fontem-bonum pro uno heremita morante in dicta heremo, ut ex hiis victum habeat & veſtitum, pro ipſo domino comite Rogerio, & filiis & filiabus & uxore ſua, ſpecialiter & aſſidue altiſſimum Dominum rogaturus. Quem dictus prior Camaldulenſis inſpiciens fidem & devotionem ejus, de conſilio fratrum ſuorum & heremitarum, omnium beneficiorum dictæ heremi, & ſingulariter & generaliter totius ordinis Camaldulenſis, præſertim Miſſarum, orationum, jejuniorum, pſalmodiarum, diſciplinarum, & eleemoſynarum, ſicut unius heremitæ, fecit per librum & manuum impoſitionem participem perpetuo & conſortem, præcipiens & imponens omnibus heremitis dictæ heremi, ut ſpecialiter jugiter pro ipſo comite apud Deum debeant eorum fundere preces gratas, ut ipſum comitem ab omni malo protegens & defendens, pacem, tranquillitatem, proſperitatem in vita ſua & hæredum ejus, cum incremento honoris Deus omnipotens largiri ei dignetur, & in futuro vitam tribuat ſempiternam. Amen. Poſtremo in generali capitulo, ubi omnes prælati Camaldulenſis ordinis convenerant, ipſe domnus prior Camaldulenſis coram ipſis prælatis & fratribus dictum dominum comitem omnium ſupradictorum ſimiliter fecit participem & conſortem, qui prælati ad ſua monaſteria revertentes pro ipſo comite iſta faciant & obſervent.*

In eodem codice legitur: *Nos fratres heremitæ Camaldulenſis heremi recipimus in noſtris orationibus, miſſis & beneficiis egregiam comitiſſam de Porciano, eo quod Camaldulenſis heremi ſacriſtiæ dedit quoddam petium terræ viginti librarum denariorum Piſanorum pretio comparatam; cujus terræ redditum vult expendi in veneratione reliquiarum ſanctarum eccleſiæ Camaldulenſis.*

XXXIX. Monumenta plurium monaſteriorum.

Cum poſt depoſitionem Philippi abbatis ſancti Zenonis Piſarum, Petrus quidam Pulſanenſis monachus cœnobii ſancti Michaelis diſcalceatorum ejuſdem urbis ſe intruſiſſet ad regimen ejuſdem monaſterii ſancti Zenonis, ut vidimus anno antecedenti, Martinus prior Camaldulenſis, qui *die* [a] *vigeſima-quinta julii* Bartholomæum abbatem Montis-muri in Romana curia procuratorem contra ipſum elegerat, qui jus haberet eumdem loco movendi, dedit in mandatis Mainetto abbati ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, ut novum ibidem præficeret abbatem; qui propterea *die* IV. *ſeptembris* inſtituit in abbatem ſancti Zenonis Michaelem translatum ex regimine abbatiæ de Morrona, cui adminiſtrationem tradidit, cum tactu murorum dictæ eccleſiæ, & portæ monaſterii, quam clauſerat Petrus intruſus; *die* vero *decima-ſexta ſeptembris* Michael abbas illegitimum Petrum cum fautoribus ſuis diris devovit. *Quinta-decima martii* idem Martinus prior generalis elegit in priorem ſanctæ Trinitatis de Peruſio Nenenum abbatem Decianenſem, electo in Decianenſem Placido. Locum etiam viduatum ſanctæ Mariæ Montis-Teuzonis Peruſinæ diœceſis provi-

dere

[a] §. *Mandatum* 14. *A.* 3. 100.

dere volens Fridericum monachum in priorem conſtituit. Ipſa eſt eremus Salimbene, de qua ad annum 1214. ANN. CHR. 1256.

Benvenuto monacho Pratalienſi prioratum ſancti Clementis de Arretio contulit *die* XXI. *januarii* Marcus abbas Pratalienſis, qui etiam *die* IX. *februarii* ad honorem Dei & Guillielmini epiſcopi Arretini, & plebani de Partina elegit in rectorem hoſpitalis ſancti Leonardi de Ajole presbyterum, qui erat rector eccleſiæ ſanctorum Jacobi & Chriſtophori de Serra; manu Guillielmi notarii. Subjecta erant tum monaſterium ſancti Clementis, tum eccleſia de Ajole monaſterio Prataliæ.

In charta emphyteutica [a] hujus anni *die ſeptima decembris* Johannes prior monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ Cellarum inter Ambas-paras locationem quamdam fecit *tempore Alexandri papæ & Guillielmi regis*. Scilicet poſt mortem Friderici II. imperatoris Innocentius IV. Romanus pontifex Guillielmum Hollandiæ comitem, creatumque Romanorum regem jam ab anno 1247. contra Conradum promoverat & confirmaverat. Parum tamen ſe in rebus Italiæ miſcuerat Guillielmus, bellis in Flandria & in Friſia diſtentus, ac inſidiis Friſonum interceptus miſere hoc anno obierat; quare nuntius ejus mortis nondum in Romandiola innotuerat die ſeptima decembris ejus nomine ſignata.

[a] *Arch. Fontisboni §. Emphyteuſis.*

Angelum abbatem monaſterii ſancti Michaelis de Caſtro Brittorum exhibent nobis chartæ Bononienſes ad hunc annum. Alterum autem Angelum electum abbatem cœnobii ſanctæ Helenæ ad flumen Æſinum chartæ Fabrianenſes.

XL. Diviſiones monialium a monachis in congregatione alba S. Benedicti urbis Patavinæ.

JOHANNES epiſcopus Patavinus, qui hoc anno veniebat a Romana curia, ubi paſtoralem promeruerat dignitatem, & licet electus ante plures annos fuiſſet, poſt diuturniorem vacationem Patavini epiſcopatus, poſſeſſionem tamen epiſcopatus inire non potuerat ob tyrannidem Ecœllini de Romano Paduæ tyranni, diviſit hoc anno *indictione* XIV. *die* VII. *exeunte novembri*, inſtante Paduano priore monaſterii Omnium Sanctorum, monachos & ſanctimoniales monaſterii ſanctæ Mariæ de Fiſtumba Patavinæ diœceſis, ita ut de cetero moniales in ipſo ſanctæ Mariæ parthenone reſiderent, monachi vero & fratres in cœnobio Omnium-Sanctorum ejuſdem urbis morarentur, diviſis inſuper inter ſe bonis mobilibus & immobilibus, & ea conditione appoſita, ut epiſcopus de cetero abbatiſſam ſanctæ Mariæ de Fiſtumba eligeret. Monaſterium Omnium-Sanctorum ad congregationem monachorum alborum ejuſdem urbis pertinebat. Chartam integram habemus ex ms. locuplete collectione Brunatii noſtri [b].

[b] *Pag.* 1724.

In necrologio ſanctæ Mariæ de Carceribus adnotatur ſub die XII. junii hujus anni obitus Savariſii vel Zavariſii prioris ejuſdem monaſterii.

ANN. CHR. 1257. XLI. Gratioſa indulta Alexandri IV. Camaldulenſibus.

TERTIO ſui *pontificatus anno*, *quinto idus januarii* Alexander III. ex Laterano Martino priori Camaldulenſi indulſit, ne tenerentur ejus ordinis monachi reſpondere ſuper iis, quæ ipſis a ſede apoſtolica fuerant conceſſa, ſi quando literis pontificiis cogerentur, niſi expreſſum in iis epiſtolis foret Camaldulenſe nomen.

Nonis martii abbati & monachis cœnobii ſanctæ Mariæ de Urano Camaldulenſis ordinis & Foro-popilienſis diœceſis confirmavit eccleſias ſancti Benedicti, ſancti Petri de Campo-gallano, & ſanctæ Mariæ de Lacu, una cum libertatibus & immunitatibus eiſdem capellis conceſſis ab epiſcopo Foro-popilienſi Ægidio, cujus etiam donationis integram paginam inſeruit ſuæ apoſtolicæ bullæ; de qua largitione diximus ad annum 1228. Abbas monaſterii Uranenſis Maſtarius hoc eodem anno cum conſenſu monacho-

rum

ANN. CHR. 1257.

rum ſuorum renuntiavit Martino priori Camaldulenſi omne jus, quod obtinebat in hoſpitale Cavedecollis, & in eccleſiam ſanctorum Jacobi & Sigiſmundi ejuſdem Foro-popilienſis diœceſis, quod jus ipſi Maſſario conceſſerat olim Guido prior Martini prædeceſſor.

Viterbii erat Romanus pontifex Alexander *quinto kalendas junii*, ex quo loco ea die conceſſit abbatibus, prioribus, aliiſque prælatis & fratribus Camaldulenſis ordinis, ut circa poſſeſſiones ſuorum monaſteriorum ſecularibus in emphyteuſim datas nullum paterentur detrimentum, quod indultum ex exemplo Vangaticienſi anni 1318. integrum proferimus in Appendice.

Ex eodem loco *ſecundo nonas julii* præpoſito eccleſiæ Arretinæ mandavit, ut compeſceret injurias, quas Camaldulenſi eremo inferebant homines de Agna, de Puppio, de Siruma, de ſancto Donato, de Largnano, aliique Arretinæ & Feſulanæ diœceſum ſuper eorum decimis & bonis. Similes verſus anni finem, hoc oſt *quarto kalendas januarii pontificatus ſui anno* IV. ſcripſit abbati ſanctæ Trinitatis urbis Florentiæ ordinis Vallis-umbroſani contra plebanos & rectores eccleſiarum Biblenæ, Bujani, Partinæ, Agnæ, ſancti Donati & Largnani.

Indulſerat idem Romanus pontifex prælatis Camaldulenſibus, ut per quinquennium procurationes non ſolverent legatis & nuntiis apoſtolicis, qui non eſſent de latere pontificis miſſi, niſi accederent ii ad eorum monaſteria; quia tamen indebitas has procurationes a Camaldulenſibus exigebant plures legati non miſſi a latere, licet quinquennium nondum excurriſſet, literis datis ad omnes abbates, priores & fratres Camaldulenſes, inhibuit *decimo kalendas octobris* legatis hujuſmodi extorſionem procurationum, irritas quoque declarans ſententias qualcumque excommunicationum latas in eam rem a prædictis legatis adverſus eorum monaſteria. Idem indultum Camaldulenſibus ut conſervari faceret, ſcripſit rurſus *tertio nonas novembris* priori ſancti Bartholomæi de porta Ravennate urbis Bononienſis, & ei præcipiens, ut relaxaret ſententias omnes latas contra eos, ipſorumque eccleſias.

XLII. De hoſpitale Piſano Alexandri IV. Hoſpitalia Camaldulenſia declarata exempta.

HAC ipſa *die tertia novembris* ex eadem Viterbienſi urbe archiepiſcopo Piſano Friderico Vicecomiti, quem electum nominat, inhibuit idem Alexander, ne hoſpitalia Camaldulenſia ejuſdem urbis & diœceſis copularet eum hoſpitali novo, quod tunc conſtruebatur in urbe Piſana. Piſanus ſiquidem populus in gratiam Friderici II. imperatoris ſua triremium claſſe duos S. R. E. cardinales apoſtolicæ ſedis legatos una cum pluribus epiſcopis & prælatis ex partibus Galliarum & Hiſpaniæ Romam ad concilium venientibus, devicta claſſe Ligurum illos deducente, captos retinuerat, carcerique mancipandos tradiderat, ut obſervavimus ad annum 1241. propterea excommunicationis jaculo fuerat perculſus, ſed pœnitentia ductus per legatos ſummo pontifici Alexandro IV. inſtiterat, ut abſolutionis beneficio donaretur. Quare pontifex Piſanam civitatem pœna decem millium librarum mulctaverat erogandarum in ædificationem xenodochii, quod Alexandri nomen referret. Poteſtas itaque & commune Piſarum occaſione hujus compoſitionis nuperrime Piſanos inter & Romanam eccleſiam initæ idem hoſpitale inceperant, ac tenebantur ædificare, ipſumque dotare de bonis propriis; archiepiſcopus autem Piſanus, inſtante fratre Manſueto de ordine Minorum capellano, pœnitentiario & nuncio domini papæ Alexandri, omnia hoſpitalia jam erecta & exiſtentia intra urbem & diœceſim Piſanam ſubjecerat novo hoſpitali conſtruendo, ac unierat auctoritate propria, ipſorum redditus etiam aſſignando; impetra-

traverat poſtea literas apoſtolicas, ut eadem confirmarentur præfato hoſpitali & ſuo magiſtro. Cum autem Camaldulenſes monachi, quorum etiam exempta hoſpitalia ceterorum numero comprehenſa fuerant, ad Romanam ſedem confugiſſent, læſaque jura & bona ſua conqueſti fuiſſent, mandavit idem Romanus pontifex archiepiſcopo, ut revocaret conceſſionem factam, nec hoſpitalia ſancti Frigdiani, ſancti Zenonis, ſancti Michaelis, ſancti Savini, ſancti Stephani de Cintoria, neque alia adjuncta monaſteriis Camaldulenſibus adnecterentur recenti hoſpitali; alioquin injunxit P.. priori ſancti Petri-majoris Lucanæ diœceſis, ut noviſſimum mandatum ſuum apoſtolicum contra archiepiſcopum exequeretur. Hoſpitale hocce in honorem ejuſdem Romani pontificis appellatum poſtea fuit Alexandri papæ. Non recte igitur ipſius hoſpitalis fundationem ad ſecula remotiora deduxit Edmundus Martene [a] referens ad annum circiter 1100. diploma Hugonis Calaritani archiepiſcopi, in quo mentio fit novi hoſpitalis de Piſis, quod dicitur *Alexandri papæ*, cum exploratum ſit ipſum ad nomen & ad tempora referendum eſſe Alexandri papæ IV. Idem Manſuetus nominatur apud Ughellium [b] ex anonymo chronographo Piſano, quod reconciliaverit eccleſiam Piſanam cum Romana anno 1255. primo præſulatus Friderici Vicecomitis archiepiſcopi Piſani, qui Vitali ſucceſſit anno 1254. *Sexto idus novembris* confirmavit idem Romanus pontifex Camaldulenſibus facultatem eligendi procuratorem generalem, qui in curia Romana eorum negotia gereret.

ANN. CHR. 1257.

[a] Veter. Monum. T. I. col. 583.

[b] T. III. col. 434.

Undecimo kalendas decembris ratam habuit donationem monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennæ factam olim Camaldulenſibus monachis a Gualterio archiepiſcopo Ravennate, integram privilegio ſuo inſerens chartam donationis ejuſdem archiepiſcopi, ipſamque confirmatam voluit Martino priori.

Scripſit etiam ex eadem Viterbienſi urbe *duodecimo kalendas novembris* præpoſito Arretino, quod cum prior Camaldulenſis jus haberet approbandi electionem abbatis Prataleinſis, ipſumque confirmandi, & recipiendi ab eo obedientiam & ſubjectionem, Beneventus tamen monachus ejuſdem loci nuper electus in abbatem a monachis Prataleinſibus adminiſtraverat, minime expectata confirmatione prioris Camaldulenſis, qui proinde prior poſt debitas admonitiones ipſum, ejuſque monachos excommunicationis ſententia ferierat, & monaſterium ſuppoſuerat eccleſiaſtico interdicto. Quare mandavit eidem præpoſito, ut ſententiæ jam latæ executionem curaret contra Prataleinſes.

XLIII. Octavianus Ubaldinius cardin. datus protector Camaldulenſibus.

DEMUM hoc ipſo „ anno M. CC. LVII. idem Alexander, inquit For-
„ tunius, ſtudens magis ac magis amplificationem Camaldulenſis ordinis
„ ſtabilire, ſacram eremum & univerſum ordinem fidei, tutelæ ac præ-
„ ſidio Octaviani Ubaldinii ſanctæ Mariæ in Via-lata diaconi cardinalis
„ apoſtolica poteſtate commiſit, eumque Camaldulenſium protectorem
„ declaravit. Qui quidem maximo totius ordinis ſplendore eos ſub um-
„ bra cardineæ celſitudinis protegendos per ſuas literas ad Martinum ge-
„ neralem, & ad reliquos prælatos ac monachos exaratas ſuſcepit. *Da-*
„ *tum Viterbii* XI. *kalendas decembris*. Subinde ordinem quammaximis
„ honoribus excelſioribuſque beneficiis in ſancto Dei ſamulatu ſine alicujus
„ moleſtia proficere cupiens, Martino generale maxime ſuffragante, pon-
„ tifici ſtudioſiſſime ſuggeſſit, ut Camaldulenſe genus perpetuæ liberta-
„ tis memorabili illo privilegio donaretur, quod *Tuba* vulgo dicitur, &
„ quo quidem omnium litium anſa præciſa eſt, quæ ob ordinariorum
„ poteſtatem vel patronorum jura in locis ac perſonis ordinis prætenſa

„ ca-

ANN. CHR. 1257.

„ eatenus quotidie agitari conſueverant. “ Editum eſt tum apud Fortunium, tum in libro Privilegiorum ordinis Alexandri IV. hujuſmodi diploma, quo vice ſubjectionis, quam epiſcopis præſtare tenebantur Camaldulenſes, impoſuit annuum *cenſum eccleſiæ Romanæ unius unciæ auri in ſignum perpetuæ libertatis, ut vos in ſpeciales filios & apoſtolicæ ſedis aſſumpti, nullius alterius judicium ſubeatis*. Sed de Alexandrino privilegio anno ſequenti. Interim animadvertimus novum protectoris cardinalis officium tunc primum in ordinibus regularibus locum habuiſſe, cum ſanctus Franciſcus capitulo duodecimo Minoriticæ Regulæ fratribus ſuis præſcripſit, ut cardinalem protectorem a Romano pontifice exquirerent. *Ad hoc*, inquit, *injungo per obedientiam miniſtris, ut a domino papa petant unum ex cardinalibus S. R. E. qui ſit gubernator, protector & corrector iſtius fraternitatis*. Itaque Honorius III. ſummus pontifex cardinali Ugolino protectionem & auctoritatem in Minoriticum cœtum commiſit. Pontifex renuntiatus Ugolinus alteri cardinali ſummam illam protectoris poteſtatem, ſed aliquanto moderatam, demandavit. Exemplo itaque familiæ Minorum Ubaldinius cardinalis Camaldulenſium eremitarum & monachorum protector deſignatus ampliſſimam in ipſos juriſdictionem exercuit, impoſitis etiam toti ordini anno 1271. ſuis peculiaribus conſtitutionibus, dictis *Cardinalis*, ut ſuo loco videbimus. Per hæc eadem tempora idem cardinalis etiam Vallumbroſanorum monachorum protectionem gerebat.

a T. IV. pag. 444.

Refert Wadingus [a] eumdem Romanum pontificem præſenti anno *quarto kalendas februarii* ratam habuiſſe donationem quorumdam bonorum jamdudum factam parthenoni ſanctæ Mariæ Vallis-gloriæ a Bartholomæo epiſcopo Spoletano ex iis bonis, quæ fuerant monaſterii ſancti Silveſtri de Monte-Subaſio. Idem illuſtris Annalium ſcriptor [b] aſſerit *nonis februarii* eumdem ſummum antiſtitem decreviſſe, ut Camaldulenſes, Vallumbroſani, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes monachi & canonici reſtituerent fratres Minores, quos in ſuis ordinibus receperant ad habitum, irrequiſita miniſtri generalis licentia; vetaſſe inſuper, ne id præſumeretur de cetero. Eamdem inhibitionem factam ſcribit Wadingus etiam ad annum 1261. & demum aſſerit [c] Martinum IV. Romanum pontificem idipſum vetaſſe anno 1281.

b Ibid. pag. 435.

c T. V. pag. 105.

XLIV. Expoſtulationes archiep. Ravenn. contra Ugonem abbatem Vangaticienſem.

DIE *decimo exeunte decembri* hujus anni, ex parte P.. prioris monaſterii ſancti Romani de Ferraria delegati judicis ab archiepiſcopo Ravennate electo Philippo & apoſtolicæ ſedis legato, datæ fuere literæ Ugoni abbati ſanctæ Mariæ de Vangaticia, archipresbytero & capitulo plebis de Rhodigio Adrienſis diœceſis, abbati ſancti Bartholomæi ejuſdem loci, archipresbytero & capitulo plebis de Contrapado, rectori & clericis eccleſiæ de Saleta Ferrarienſis diœceſis, abbati & conventui ſancti Nicolai de Litore Caſtellanæ diœceſis, aliiſque viris laicis, qui damna inferebant eccleſiæ Ravennati, uti ſignificaverat Drudo cantor & ſindicus ejuſdem eccleſiæ, & ut imperaverat idem Philippus ſuis literis datis eidem priori ſancti Romani idibus novembris ex loco dicto plebs Portus-majoris; evocatuſque ipſis literis fuit Ugo Vangaticienſis abbas ad diem dicendam ſuper iis.

XLV. Monaſterium S. Mathiæ de Muriano confirmatur Camaldulenſibus.

GOTIFREDUS epiſcopus Torcellanus ſubmiſit monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano Martino priori Camaldulenſi, plenam ipſi tribuens ejuſdem loci ordinationem *die ultimo exeunte menſe novembri* hujus anni *indictione quinta-decima*. Confirmavit ſcilicet ſubjectionem ejuſdem cœnobii eremo Camaldulenſi, quam fecerat Stephanus epiſcopus ejus prædeceſſor;

nam

nam vidimus longe antea, nimirum ad annum 1249. conſtitutiones ab eodem Martino priore Camaldulenſi jam efformatas pro regimine monaſterii ſancti Mathiæ, cui etiam præfecerat in priorem Johannem.

Ann. Chr. 1257.

XLVI. Chartæ Camaldulenſis eremi.

Idem Martinus prior Angelo abbati monaſterii ſanctæ Helenæ ad flumen Æſinum liberam poteſtatem conceſſit locandi aliquot bona monaſterii ſancti Jacobi de Eremita. Actum in palatio curiæ Camaldulenſis de Soci, & in præſentia Deodati prioris ſanctæ Mariæ de Serra, & Rodulphi prioris ſanctæ Luciæ de Ancona.

Eidem priori Camaldulenſi Rogerius comes palatinus Thuſciæ juravit ſe refecturum damna & injurias per ſe vel per ſuos fautores facta in locis & in rebus prioris & fratrum Camaldulenſium, familiarium aut aliorum hominum, & emendaturum ſub pœna mille librarum argenti, cujus promiſſionis fidejuſſores adhibiti fuere Guido quondam Lamberti de Polenta, Ghitolinus de Glutis de Brittonorio, Guido Ravignanus de Ravaldino, Baceolus judex de Ravenna, Jous de Boccaziis de Foro-popilio, Ildevrandinus archipresbyter Meldulenſis plebis, & Saracenus quondam Muzoli de Meldula, quos interpellavit idem Rogerius comes, ut fidem pro ſe facerent.

Alter comes in Thuſcia palatinus Guido de Romena litem, quam habebat cum priore Camaldulenſi, occaſione juriſdictionis in caſtrum Partinæ, compromiſit in priorem Camalduli-Florentini, & in Calcagnum plebanum de Romena [a] *die vigeſima-ſeptima junii*, ut legitur in tabulario Fontis-boni.

a §. *Amiſſa* 89. *A.* 1. 52. 4

XLVII. Ædificatur eremus S. Salvatoris de Vico-livienſi. Pagina monaſt. S. Zenonis Piſarum.

Recepit hoc anno Martinus prior ad ordinem Camaldulenſem fratrem Deumoldem olim Rodulphi, & Zibedeum filium Berardi de Foro-livio, eiſque poteſtatem fecit admittendi alios fratres, & morandi vitæ ſuæ tempore in eremo ædificata vel ædificanda in civitate aut territorio Foro-livii, ita tamen, ut dicta eremus poſt ipſorum fundatorum obitum libere deveniret ad jus eremi Camaldulenſis. Appellata fuit hæc eremus monaſterium ſancti Salvatoris de Vico Foro-livii, quod brevi tranſiit ad cœnobitarum Camaldulenſium domicilium, monialibus aliquo tempore inſerviens, inde monachis.

Jacobus abbas ſancti Zenonis Piſarum, ſuffectus in locum Michaelis, pro exſolvendo debito quinquaginta-quinque librarum monetæ Piſanæ, quas debebat P.. Piſtorienſi epiſcopo pro impoſitione facta ab eodem epiſcopo monaſteriis Piſanis, & ab ipſo impetrata olim ab Innocentio IV. *quando dictus epiſcopus cum honorabili militum comitiva Romanum pontificem adivit*, aliquot bona monaſterii ſui vendere coactus eſt. Quis ſit Piſtorienſis epiſcopus initiali litera P.. indicatus, nos latet, cum temporibus Innocentii IV. & Alexandri IV. Piſtorienſes epiſcopi eſſent Gratiadeus Berlingerii, & Guidalaſtes Vergelleſius. Aut illud ergo dicendum notarium vitiaſſe initialem literam, vel etiam inter Gratiadeum & Guidalaſtem locandum eſſe medium P.. ac proinde epiſcopum illum, cujus electionis curam idem Innocentius IV. demandavit epiſcopo Mutinenſi, & quem electum confirmavit anno pontificatus ſui nono, eſſe epiſcopum P.. quem nominat charta Zenoniana. Videatur Ughellii nova Italiæ ſacræ editio [b]. Salvius certe apud ipſum ſtatuit alium Piſtorienſem epiſcopum Johannem nomine inter ſupradictorum utrumque.

b T. *III. col.* 303.

XLVIII. Exordium litium inter eccleſias Camaldulenſes, & Guilielminum ep. Aretinum.

Die trigeſima martii [c] abbates ſancti Petri de Rotis, ſancti Salvatoris de Silva-munda, & ſancti Viriani, priores quoque ſancti Bartholomæi de Anglario, eremi de Fleri, ſancti Andreæ de Caſtellione-arretino, ſancti Savini de valle Chii, ſancti Quirici de Roſis, ſanctæ Mariæ de Paterno,

c §. *Mandatum* 15. *A.* 3. 134.

ANN. CHR. 1257.

terno, & Cambius ſindicus abbatiæ Berardingorum conſtituerunt in ſuum procuratorem Albertum priorem ſancti Quirici ad appellandum contra Guillielminum epiſcopum Arretinum & contra Raynerium plebanum Biblenæ ad Romanum pontificem, occaſione cujuſdam collectæ monaſteriis ipſorum impoſitæ ab iiſdem epiſcopo & plebano pro Octaviano S. R. E. cardinale diacono ſanctæ Mariæ in Via-lata. Eodem tempore ſuſcitatæ fuere plures lites inter Arretinum epiſcopum, & inter præfata monaſteria, aliaque Arretini territorii; quare coram dicto epiſcopo idem prior ſancti Quirici [a] *die tertia januarii anni* M. CC. LVII. facile ſtilo Florentino, hoc eſt ſequentis, proteſtatus eſt eccleſiam ſuam non teneri procurationi, nec hoſpitio dando eidem epiſcopo, ſed ex privilegiis apoſtolicis liberam eſſe, & ſi quid contrarium attentaret epiſcopus, iterum appellavit ad ſanctam ſedem. Epiſcopus reſpondit ſe paratum eſſe deferre appellationi, ſi intra triduum prior præfatus privilegia hujuſmodi oſtenderet.

In honorem ejuſdem epiſcopi abbas Pratalienſis [b] elegit rectorem eccleſiæ ſancti Ægidii de Fraſſineta, quæ ſubjiciebatur monaſterio ſuo. Vacante quoque prioratu abbatiæ ſanctæ Mariæ de Paterno, converſi & familiares ejuſdem abbatiæ una cum patronis elegerunt compromiſſarios, qui priorem eligerent ad honorem Dei, beatæ Mariæ, patronorum atque ejuſdem epiſcopi Guillielmini, & Amati abbatis ſancti Petri de Rotis, cui ſubjecta erat abbatia de Paterno, ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus [c].

Martinus vero prior Camaldulenſis elegit [d] in rectorem & vicarium ſancti Nicolai de Trulla in Sardinia Andream filium comitis de Saſſari monachum Camaldulenſem. Venturam autem electum priorem eremi de Vivo ex abbate ſanctæ Mariæ de Toma confirmavit [e] die ſeptima februarii abque præjudicio juris ſui.

Sequens monumentum reperitur in archivo epiſcopali Caſtellano. *Die decima-quarta intrantis novembris anni* M. CC. LVII. *monachi & converſi monaſterii ſancti Johannis de Marzano diœceſis Caſtellanæ ob mortem Ægidii abbatis elegerunt in eorum abbatem abbatem monaſterii de Scaloccbiis, inde Rainerium priorem monaſterii de Oſellis, tertio Paulum monachum burgi ſancti Sepulcri. Quas electiones irritas declaravit epiſcopus Caſtellanus Petrus, & elegit Rainerium priorem de Oſellis. Fortis rector eccleſiæ ſanctæ Mariæ-novæ de Burgo-ſancti-ſepulcri erat tunc procurator monaſterii de Marzano.* Hæc illuſtrant urbis & territorii Caſtellani monaſticam rem paucis cognitam.

[a] §. *Appellatio* 8. *A.* 3. 153.
[b] §. *Electio* 68. *A.* 3. 129.
[c] *Num.* 217.
[d] §. *Electio* 71. *A.* 3. 142.
[e] *Ibid.* 66. *A.* 3. 125.

ANN. CHR. 1258.

XLIX. Ampliſſimum exemptionis privilegium Camaldulenſibus conceſſum ab Alexandro IV.

AMPLISSIMUM hoc *anno*, *pontificatus* ſui *quarto die vigeſima-tertia julii* ex Viterbio, per manum Jordani S. R. E. vicecancellarii & notarii, diploma illud largitus fuit Camaldulenſi congregationi & Martino priori generali Alexander papa IV. quod legitur in editis congregationis noſtræ privilegiis, & in bullario etiam Romanorum pontificum; ſed in editis deficiunt ſubſcriptiones quinque cardinalium, quas proferimus in Appendice. Appellatur hocce privilegium vulgariter *Mare magnum*, *Tuba*, quibus nominibus delectabantur veteres. Recenſuit in ipſo loca, quæ tunc temporis diſciplinæ Camaldulenſis eremi parebant, ſed non omnia; aliqua enim deſiderantur, quæ tamen exploratiſſimum eſt ordinationi Camaldulenſis præſidis generalis paruiſſe, vel Camaldulenſe inſtitutum ſectata fuiſſe. Aliqua hic, & inferius de locis novis nominatis, prætermiſſis veteribus, quæ alibi illuſtravimus. In urbe Arretina recenſetur monaſterium ſancti Petri in Picculo, quod propterea denuo venerat in con-

congregationem, ex quo commutatum fuerat cum aliis eccleſiis inter eremum Camaldulenſem & monaſterium ſanctæ Floræ & Lucillæ, & nondum a Guillielmino epiſcopo Arretino datum fuerat patribus ordinis Servorum Mariæ. Recenſentur monaſterium ſanctæ Mariæ de Toma in agro Senenſi; in epiſcopatu Florentino monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Podio-bonitio; in diœceſi Lucana monaſterium ſancti Andreæ de Silva; in epiſcopatu Maſſanenſi monaſterium ſancti Mamiliani cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Peruſino monaſteria ſanctæ Mariæ de Monte-tetio, ſanctæ Agnetis, ſancti Severi, & ſancti Donati, eorumque eccleſiæ. In epiſcopatu Aſſiſinate monaſterium ſancti Angeli de Roſano; in epiſcopatu Urbe-vetano monaſterium ſanctæ Mariæ in Silva, cum ſancti Felicis & ſanctæ Crucis, ſanctique Severi eccleſiis; In epiſcopatu Tarviſino, ſed melius Torcellano, eremus ſancti Mathiæ de Muriano. In epiſcopatu Camerinenſi eremus Aquæ-perellis, & eremus de Quadrigaria, de quibus nonnulla diximus annis antecedentibus, dicturi alia tum hoc ipſo anno inferius, vel annis ſequentibus. Enumeratis locis, & exemptis iis ab omni juriſdictione diœceſanorum epiſcoporum, ac impoſito annuo cenſu unius unciæ auri perſolvendo eccleſiæ Romanæ in ſignum perpetuæ libertatis, & ſubjectionis uni Romano pontifici, inhibuit, ne quis archiepiſcopus, epiſcopus, ſeu judex ordinarius contra loca prædicta & perſonas vel excommunicationum ſententias, vel viſitationis & correctionis officium aut juriſdictionem exercere, ad ſynodum evocare, exactiones & collectas extorquere præſumerent, non obſtante quacumque lite, quæ nedum judicata fuiſſet pro ſubjectione, vel pro negatione ſubjectionis, irritas decernens quaſcumque ſententias, quæ de cetero pro ſubjectione judicarent, ad quas minime tenerentur Camaldulenſes. Sancivit, ut prior generalis viſitationis, reformationis, inſtitutionis & confirmationis ſuorum prælatorum integrum jus haberet, a quo etiam degradari poſſent immeriti utriuſque ſexus; fas eſſet monachis & converſis presbyteris Divina celebrare, Pœnitentias injungere, Verbum Dei proferre, & Sacramenta exhibere, licet repugnarent ordinarii epiſcopi; chriſma quoque, ordinationes & benedictiones a quocumque epiſcopo recipere, & tempore interdicti Divina facere valerent januis clauſis. Nemo ab ipſis decimas extorquere auderet. Nullus prælatus ordinis alienationes bonorum irrequiſita licentia prioris generalis faceret. Sententiæ excommunicationum latæ ab epiſcopis contra mercenarios vel familiares ordinis, qui Camaldulenſes adjuvarent ad laborandum diebus, quibus alii feriarentur, nullius roboris eſſent; non tenerentur Camaldulenſes præceptis apoſtolicis, in quibus ſpecialis ipſorum mentio non fieret; nullus capellas conſtrueret intra fines parœciarum Camaldulenſium; libera foret ſepultura. Inhibuit, ne quis monaſteria vel eccleſias Camaldulenſes a congregatione removere præſumeret, & paci eorumque tranquillitati ſtudens prohibuit, ne ullus rapinam facere, ſanguinem fundere, hominem capere, violentiam exercere infra clauſuram locorum & bonorum Camaldulenſium attentaret. Confirmavit denique libertates, immunitates, conſuetudines veteres, omniaque ſuperiorum temporum privilegia pontificia, imperialia, & regia. Ann. Chr. 1258.

Decimo autem *kalendas martii* ad favorem Claſſenſium ſancti Apollinaris monachorum ſequentes dedit literas Aymerico abbati ejuſdem monaſterii ex autographo tabularii ejuſdem loci, ex quibus etiam intelligimus Aymericum abbatem inter cetera promeritum fuiſſe de reſtauratione inſignis baſilicæ ſancti Apollinaris in Claſſe. L. Permittente & adjuvante eodem Rom. pontifice reſtauratur baſilica Claſſenſis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati & con-

 ven-

ANN. CHR. 1258.

ventui monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe Camaldulenſis ordinis Ravennatis diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veſtræ meritis religionis inducimur, ut vos proſequamur gratia, quæ veſtris aſſe dinoſcitur neceſſitatibus opportuna. Cum igitur ſicut ex parte veſtra ſuis propoſitum coram nobis, eccleſia monaſterii veſtri, quæ nobili ædificio marmoreo conſtructa extitit, adeo ſit vetuſtate conſumpta, ut ruinam manifeſte minitetur, & ad tanti operis fabricam vobis non ſuppetant facultates, nos veſtris inclinati precibus nobis ſuper hoc opportuno remedio providere volentes, ut de uſuris, rapinis & aliis male acquiſitis, dummodo .... quilibet eorum reſtitutio fieri debeat omnino ..... non poſſint .... quibuslibet legatis .... in pios .... prædictis dummodo executorum .... ad id accedat aſſenſus, & commutatione ac redemptione votorum diœceſana auctoritate prius factis .... limitan.. dumtaxat excepto, uſque ad ſummam ſexcentarum librarum imperialium convertendam in opus hujuſmodi fabricæ recipere valeatis, auctoritate vobis præſentium duximus concedendum ...., pro ſimilium recepsione aliat non factis a nobis hujuſmodi gratiam conſecuti; ita tamen quod ſi aliquid de ipſis ſexcentis libris diviſeritis vel reſtitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujuſmodi dimiſſum vel reſtitutum ſeu datum nihil ad liberationem eorum proſit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo &c. *Datum Viterbii* X. *kalendas martii pontificatus noſtri anno quarto*,

Ex alia ejuſdem Romani pontificis epiſtola, quæ numero eſt 276. & ante biennium data, hoc eſt *anno* M. CC. LVI. *ſecundo kalendas ſeptembris pontificatus* ſui *anno ſecundo* intelligimus Aymericum abbatem, & monachos Claſſenſes tribus annis perſecutiones exiliumque ſuſtinuiſſe, quibus proinde condonavit quamdam pecuniarum ſummam a monaſterio debitam archiepiſcopo Ravennati.

LI Claſſenſibus monachis traditur eccleſia S. Andreæ foris portam Arimini.

EIDEM Aymerico Claſſenſi abbati Jacobus epiſcopus Ariminenſis hoc anno donavit eccleſiam ſancti Andreæ *foris* portam Arimini, ut ipſam reformare ſtuderet, quæ propter defectum & negligentiam rectoris ad deſtructionem & inopiam erat redacta; ipſam vero eccleſiam una cum libris, teſtamentis & omnibus ſuis juribus liberam & exemptam ab omni jure epiſcopali ceſſit Claſſenſibus monachis, penſione libræ unius ceræ in feſto ſancti Andreæ inſerendæ epiſcopatui: *Anno* M. CC. LVIII. *indictione prima, tempore Alexandri pape* IV. *die* XVI. *intrante januario*; ipſaque die accedens epiſcopus ad dictam eccleſiam Petro monacho & ſindico monaſterii Claſſenſis poſſeſſionem corporalem tribuit ipſius; quam donationem calculo ſuo probavere *die* XVI. *junii* ejuſdem anni præpoſitus & canonici Ariminenſes. De eccleſia ſancti Andreæ extra Ariminenſem urbem, cui a Claſſenſibus poſtmodum adjunctum fuit monaſterium, videantur, quæ attulimus ad annum 1160.

LII. Monaſteriom Camalduli Bononienſis ad tempus a congregatione abenatur.

CUM monaſterium ſanctæ Mariæ de Camaldulo Bononienſis diœceſis, cujus primordia produximus ſub finem elapſi ſeculi, temporalium bonorum jacturam ſubiiſſet, Martinus prior Camaldulenſis ipſum una cum eccleſia, ſed non cum hoſpitali, anno antecedenti conceſſerat reformandum, & in ſuis juribus confovendum Alberto capellano pontificio, & canonico Bononienſi, qui erat conſobrinus Octaviani ſanctæ Mariæ in Via-lata diaconi cardinalis & ordinis protectoris, ita tamen ut prior ibidem una cum monacho ex congregatione Camaldulenſi & duobus ſervientibus ſtatueretur, qui curam haberent eccleſiæ, quibuſque de neceſſariis omnino provideret Albertus; mulieres ſemper arcerentur ab ingreſſu clauſtri & horti, eccleſia provideretur ab ipſo Alberto debitis luminaribus ceteriſque neceſſariis,

juxta

juxta beati Benedicti regulam & Camaldulenſis ordinis inſtituta; ſemel in anno viſitationem prioris Camaldulenſis reciperet, & hoſpitalitatem ſer- Ann. Chr. varet; de cetero fructus omnes perciperet ipſe Albertus ejuſdem monaſte- 1258. rii in vita ſua, poſt cujus obitum in meliorem ſtatum redactum ad congregationem reverteretur. Alexander IV. papa inſertis bullæ ſuæ dictis inſtrumentis, ex Viterbio *idibus julii* hujus anni rata omnia habuit, & apoſtolica confirmatione communivit.

Aliis literis datis *quarto nonas decembris pontificatus* ſui *anno quarto* LIII. inſtituit idem Romanus pontifex in conſervatores privilegiorum & jurium Electi a Romano pontifice conſervatores privilegiorum Camaldulenſium. Camaldulenſis congregationis, abbates monaſteriorum ſancti Felicis Bononienſis urbis, & ſancti Petri Peruſinæ urbis, quibus dedit in mandatis, ut quotieſcumque requiſiti forent ab abbatibus, abbatiſſis, prioribus, monachis, & ſanctimonialibus Camaldulenſibus, ipſis præſidium & favorem exhiberent, nec permitterent moleſtiis, damnis & privilegiorum jacturis ſubjacere.

Demum hoc anno Maſſano epiſcopo mandavit, ut judicaret cauſam monaſterii ſancti Savini Piſanæ diœceſis, cui epiſcopus Piſtorienſis quamdam impoſitionem fecerat.

Cum homines de Partina, bellorum profecto occaſione, multis tribu- LIV. lationibus & moleſtiis divexarentur, ſequentes literas ipſis, qui erant fi- Literæ Martini III. prioris Camald. hominibus fidelibus ſuis de Partina. deles eremi Camaldulenſis, dedit Martinus prior Camaldulenſis, quas ſubjicimus ex tabulario Fontis-boni [a].

In nomine Domini, amen. Anno a nativitate ejus M. CC. LVIII. *indictione prima die* XIII. *menſis januarii. Cum eſſent coadunati in eccleſia de* a §. Preceptum n. 2. *Soci Rozerius quondam Ranucini, Chriſtophorus Benaduci, Guido Gianelli, Bonavitus quondam Laurentii, Carnajolus, Riſtorius ejus frater, Johannucius quondam Landini. Servorellus Guillielmi & Giunta quondam Boninsegni, omnes de Partina, & Johannes Giuncta Guidarelli, & Cambins Rigolioli, Carlerius, R...li Guillielmi in præſentia omnium prædictorum ex parte M., venerabilis prioris Camaldulenſis porrectas literas dicto Rozerio conſuli ſigillo dicti domni prioris munitas continentes in hac forma.*

Frater Martinus peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus dilectis in Chriſto filiis Rozerio conſuli de Partina, Jacobo Scalcialupi, Struſaldo, Tebaldino, Bonajuto, Riſtoro, Rodulpho, Johanni Orlandini, Carnajolo, Cavalero, Maſeo, Johanni de plebe, Giunse Guidarelli, Cambio Rigolioli, Benvenuto Alberti, Giunse Incont.. Aldobrandino Fede, Guiduccio Bonajuti, Ugolino Gianelli, Seniorello Guillielmi, Fabiano Guidarelli, Guidarello, Guillielmo & Balducio Maſei aliiſque fidelibus Camaldulenſis heremi de Partina ſalutem cum benedictione perenni. Quia perſecutiones & tribulationes, quas injuſte patimini pro .... heremi Camaldulenſis ſervanda, cito auxiliante Domino in conſolationes miſericorditer convertentur, lætari debetis potius quam triſtari; nam beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Nos q..... cum perſonis & rebus, terris & vineis, caſtris & villis noſtris paras .... in veſtris conſolationibus & commodis, nos & noſtros utiliter in omnibus operari, vos autem cariſſimi nolite formidare in aliquo vel timere, quia Dominus ultionum Dominus, Deus ultionum libere agens, vel in proximo de veſtris injuriis terribiliter vindicabit, conturbando, torquendo, & perſequendo veſtros perſecutores, qui ſine cauſa vos cruciant & affligunt, ait enim Dominus: Mihi vindictam & ego retribuam, dicit Dominus. Cupientes igitur cum civitate Arresina ſuper veſtris injuriis conſilium & auxilium favorabiliter obtinere, univerſitati veſtræ, atque cuilibet veſtrum firmiter

miser

ANN. CHR. 1258. *miter præcipiendo mandamus nomine juramenti, & ſub pœna noſtro arbitrio tollenda, quatinus die lunæ proximo venturo Arretium generaliter veniatis. Qui vero non venerit, vel pactum aliquod ſive compoſitionem cum comite fecit vel fecerit, ipſum omnibus bonis mobilibus & immobilibus, quæ a Camaldulenſi heremo tenet, vel... pro eo ſententialiter privamus, ipſum mediante juſtitia condempnantes, tibi vero, Rogeri cariſſime conſul, præcipimus firmiter & diſtricte nomine præſtiti juramenti, ut prædictas literas recipiens, eas legas noſtris fidelibus de Partina, univerſaliter præcipiens eis viva voce ſecundum tenorem ſuperius declaratum. Datum Arretii .... januarii.*

Et ego Julianus notarius infraſcriptus cupiens mandatum dicti domini mei prætoris fideliter adimplere, cum predictæ literæ eſſent, ut dictum eſt, dicto Rozerio in præſentia prædictorum porrectæ, eas diligenter coram eis perlegi, & materialiter eis intelligere tenorem earum feci. Porrectæ fuerunt & perlectæ ſupraſcriptæ literæ in eccleſia de Soci, præſentibus & audientibus prædictis omnibus de Partina, qui in dicta eccleſia erant, & præſentibus teſtibus de Azone Fabro & Benciarone.

Ego Julianus ſacri palatii notarius & domini Friderici Romanorum imperatoris judex ordinarius atque notarius prædictæ porrectioni interfui, & tenorem prædictarum literarum fideliter ſcripſi & publicavi.

LV. Origines monaſterii S. Jo: evang. de Foro-livio.

FOEDUS initum anno 1239. inter abbatiam ſancti Mercurialis de Foro-livio, & inter monachos monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſale ſive de Camaldulo ejuſdem urbis præſenti anno finitum eſt; nam Jacobus abbas ſancti Mercurialis tradidit hoc anno Antonio priori eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Camaldulo juxta Foro-livium parœciam ad ſuum monaſterium pertinentem, poſitam in burgo Ravaldini retro urbem, & in plebatu ſancti Martini in Strata cum omnibus ſuis juribus ſacramentorum, ſepulturarum aliorumque parœcialium officiorum, reſervans tantum eum approbatione ſuorum monachorum monaſterio ſuo penſionem unius libræ ceræ. Ipſa eſt parœcia ſancti Johannis-evangeliſtæ in burgo Ravaldini Foro-livii, unita poſtea cum cœnobio ſanctæ Mariæ de Caſale, & appellata etiam ſequentibus annis monaſterium, in quo religioſa Camaldulenſium monachorum familia coaluit.

LVI. Paginæ Pratalienſes.

GUILLIELMINUS epiſcopus Arretinus Benvenuto abbati Pratalienſi & ipſius ſucceſſoribus confirmavit hoc anno die XXVIII. junii, & ratam habuit donationem factam a Guidone ſuo prædeceſſore Johanni abbati & monaſterio Pratalienſi anno 1124. de eccleſiis ſancti Donati de Marciano, & ſancti Georgii de Contra cum ſuis juribus, excepta domo dominicali epiſcopi, cujus donationem nullatenus approbavit, inferens ſuo diplomati integrum Guidonis diploma.

Idem Benvenutus abbas præcepit hominibus caſtri de Serravalle, ne quis venderet vel alienaret, aut emeret terras, quas habebant a dicto monaſterio, ſine licentia abbatis, ſub pœna jacturæ feudi. Idipſum ſtatuerat anno antecedenti die XVI. julii Marcus ipſius prædeceſſor hominibus caſtri Fraſſinetæ. Eidem Benvenuto die prima decembris vendita fuit quarta pars juris-patronatus eccleſiæ ſanctæ Felicitatis de Fregina a Piero de Nigro & a Gualterio ejus fratre, quam aſſerebant per longiſſimum tempus fuiſſe ſuam, & ſuorum majorum. Idem præſtitit anno 1260. Riccinacchius Griſoli de Greſſa; proinde abbas Prataliæ uti patronus ejuſdem eccleſiæ rectores pluries elegit annis 1279. 1287. & 1314. confirmatos a plebanis de Partina. Anno 1321. electio fuit controverſa coram epiſcopo Arretino ab altero rectore poſtulato a parœcianis, qui etiam anno 1326. recto-

ANN. CHR. 1258.

rectorem ſibi conſtituere, illæſis tamen juribus abbatiæ Pratalienſis. At impoſterum neque ab abbatibus Pratalienſibus, neque ab aliis patronis, neque a parœcianis, ſed ab epiſcopo collata fuit ea eccleſia una cum altera ſancti Nicolai de Serravalle eidem adnexa, velut nunc etiam confertur. Benvenutus abbas *electus* nominatur etiam menſe ſeptembri, confirmatus tantummodo menſe ſequenti a Martino priore Camaldulenſi, ob mortem Marci ultimi ſui prædeceſſoris.

LVII. Eccleſia S. Proſperi Faventinæ urbis data monachis Aceretanis.

JACOBUS electus epiſcopus Faventinus, hoc *anno*, *die jovis*, *decimo-octavo intrante octobri indictione prima*, eccleſiam ſancti Proſperi ſuæ diœceſis, ordinis autem ſancti Auguſtini, tradidit Guidoni abbati ſancti Johannis-baptiſtæ de Acereta. Eccleſia ſancti Proſperi a tempore prædeceſſoris ſui Gualterii epiſcopi erat deſtituta priore, clericis & converſis. Hujus conceſſionis paginæ initium produxit Tonduccius [a]. Quod poſtea ſancti Proſperi monaſterium anno M. CC. XCI. die ultima februarii ab abbate Aceretano datum fuit in commendam & ſub protectione nobilis & potentis equitis Philippi de Barberino Florentini, nepotis ex ſorore Lotherii de la Toſa epiſcopi Faventini, ut ipſum tueretur ab inſultibus, quibus eo tempore ipſius bona eccleſiaſtica obnoxia erant, cum annua recognitione ſacienda abbatibus Aceretanis librarum viginti-quinque Bononienſium parvorum. De Jacobo Faventino epiſcopo alia dicemus aliis annis; animadvertimus interea ex hoc documento conſtare Jacobum non anno 1259. ut vult Ughellius, ſed hoc ſaltem anno ſucceſſiſſe Gualterio, qui fuit ipſius immediatus prædeceſſor, excluſo Arduino vel Adiuto, qui non ad Faventinam, ſed ad Fanenſem pertinet eccleſiam, ut adnotavit ad eamdem Ughellii Italiam Cannetus noſter [b].

[a] *Pag.* 195.

[b] *T. II. col.* 500.

LVIII. De cruce antiqua monaſt. S. Helenæ ad flumen Æſinum, & de Angelo abbate.

IN eccleſia ſanctæ Helenæ ad flumen Æſinum viſitur crux antiqua argentea, in cujus antica parte eſt Chriſti Domini Crucifixi imago cum titulo græcis literis exarato in hunc modum IHC. XPC., qui e cruce pendet pedibus ſeorſim poſitis, ac duplici clavo terebratis, & tranſverſæ tabellæ affixis, ſub quibus legitur A. D. M. CC. XXXXXVIII. TPB. DOP. ANGELI AB. hoc eſt *temporibus dompni Angeli abbatis*. In ſingulis crucis capitibus quatuor myſtica Ezechielis animalia conſpiciuntur. In poſtica vero parte viſuntur quinque capſulæ vacuæ, ſed olim ſacris reliquiis plenæ, in orbem conformatæ, & in ipſis orbiculis deſcribuntur beatiſſima Virgo Maria puerum Jeſum in ſinu geſtans, ſancta Helena, ſanctus pater Benedictus cum longo capitio ad humeros deſinente, qui librum geſtat, & demum ſanctus Michael archangelus, ad cujus pedes duo alii angeli; infra vero monachus manibus ad invicem junctis, & genibus flexis, qui eſt ipſe Angelus abbas.

LIX. Locus S. Mariæ magdalenæ de Saltu Mutinenſis diœc. aggregatus congregationi Camald.

JOHANES & Mutinenſis fratres loci ſanctæ Mariæ-magdalenæ poſiti in plebatu de Saltu Mutinenſis diœceſis conſtituti coram Martino priore Camaldulenſi hoc anno *papa Alexandro reſidente*, *duodecimo kalendas februarii indictione prima* ſupplicem libellum ipſi obtulerunt, ut tam perſonas ſuas, quam aliorum fratrum manentium in dicto loco ad Camaldulenſem ordinem recipere dignaretur, *propter ſuavem odorem & famam Camaldulenſis ordinis*, qua fuerant allecti. Qui Martinus eos ad obedientiam admiſit, recepto etiam eorum loco ſub diſciplina Camaldulenſis ordinis, & conſtituens dictum Johannem ſuum procuratorem ad recipiendos reliquos fratres.

Ad annum 1214. aliqua de eremo Salimbene diximus, quæ fundata fuerat in territorio Peruſino a monacho Camaldulenſi ejuſdem nominis, cuique a Communi Peruſii plura bona donata fuerant juxta montem Teuzi

ANN. CHR. 1258. zi & podium Mortarii. Confirmata ipſa fuit cum ſuis bonis tum a Romanis pontificibus Gregorio IX. anno 1227. Innocentio IV. annis 1251. & 1252. & Alexandro IV. annis 1256. & præſenti, tum etiam a Romanis imperatoribus; ſed hoc ipſo anno Martinus prior Camaldulenſis monialibus ſanctæ Catharinæ prope Peruſium conceſſit in perpetuum ad locationem renovandam quolibet vigeſimo-nono anno dictum podium Mortarii cum ſuis finibus, totumque id, quod Salimbene ejuſque ſucceſſores habebant in curia Montis-nigri, & ad montem Teuzi, & in civitate Peruſii pro annuo cenſu ſolidorum centum, & libræ unius ceræ perſolvendæ die feſto ſancti Romualdi priori Camaldulenſi, ejuſque ſucceſſoribus, manu Rubei notarii. Eaque bona pluries dictis ſanctimonialibus renovata fuere. Locus tamen monachorum contubernio addictus remanſit, & Rainerium eremi Salimbene priorem ſequenti anno fuiſſe legimus in codice membranaceo, quod aſſeremus.

Privilegium ſive indulgentia conceſſa ab Alexandro IV. Romano pontifice eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ de Bononia ſub hoc anno legitur in tabulario [a] ipſarum monialium.

LX. De monaſteriis Senenſibus olim Camaldulenſia inſtituta profeſſis.

VIDIMUS ſuperius in ampliſſimo Alexandri IV. diplomate, & ante ipſum ab Innocentio IV. nominatum aſceterium monialium ſanctæ Mariæ-magdalenæ caſtri Podii-bonitii. Domicilium tamen ipſarum bellorum furore, quæ exarſerant Senenſes inter & Florentinos proxime ad hæc tempora, pene diſſipatum fuerat, ac coactus Martinus prior Camaldulenſis tum ob deſtructionem oppidi, tum quia gravem moniales patiebantur neceſſariorum defectum, eas transferre ad eccleſiam ſancti Mamiliani extra portam urbis Senenſis, quæ tunc temporis pertinebat ad epiſcopum Senenſem. Verum, ne ulterius epiſcopo Senenſi ſubjicerentur, & ut majori rerum copia abundarent, commiſit hoc anno, *quinto kalendas februarii* ex Viterbio idem Romanus pontifex Martino Camaldulenſi priori, ut eas reduceret ad eccleſiam & ad monaſterium ſancti Georgii de Apibus, ubi decenter & commode juxta ſtatuta Camaldulenſis ordinis degere valerent; licet quidam abbas, prior quondam ejuſdem ſancti Georgii eccleſiæ, vel auctoritate apoſtolica, vel collatione prioris Martini dictum monaſterium obtineret. Libenter in hunc locum aliqua colligimus, quæ illuſtrant dicta monaſteria funditus ad præſentem diem ſolo æquata. Monaſterium ſanctæ Mariæ-magdalenæ de Podio-bonitio acquiſitum fuerat congregationi paulo ante hæc tempora, ipſum inter cetera Camaldulenſia recenſuerat Innocentius IV. ſed poſt deſtructionem oppidi Podii-bonitii nulla ſupereſt ipſius memoria. Parthenonis vero ſancti Georgii de Apibus primam mentionem fecimus ad annum 1119. quod tribus milliaribus diſtabat ab urbe Senenſi; primum monaſterio Rotenſi fuit ſubjectum, introductæ deinde in ipſum ſanctimoniales. Ad annum 1266. abbatiſſa hujus loci erat Margarita, cui viſitationis munus impendit Angelus prior Camaldulenſis [b]. Extant de ipſo monumenta uſque ad initia ſeculi XV. eo tempore adjunctum fuit parthenoni ſancti Mamiliani circa annum 1409. quo die XXVII. februarii Evangeliſta Johannis abbatiſſa ſancti Mamiliani, & Liſa Johannis abbatiſſa ſancti Georgii elegerunt ſibi procuratores ex charta cœnobii Roſæ Senarum. Monaſterium autem ſancti Mamiliani non eo dumtaxat ſeculo XV. moniales Camaldulenſes incolebant, ſed hoc ipſo ſeculo XIII. & proximis his temporibus, ceſſione facile epiſcopi Senenſis, habitabant ſub regimine & inſtituto Camaldulenſium; nam legimus in excerptis veterum paginarum archinoſocomii Scalæ Senenſis urbis, quæ nobiſcum communia ſumma humanitate voluit Cl. V. eques

a *O. num.* 19.

b *Reg. I. pag.* 31.

eques & patritius Senenſis Johannes Peccius, Luciam abbatiſſam ſancti Mamiliani auctoritate Gerardi prioris generalis Camaldulenſis, cui parebat dictum aſceterium, procuratores elegiſſe [a] anno 1282. ad vendenda eidem hoſpitali aliquot bona ſita prope fluvium Arbiam. Eadem leguntur etiam ad annum 1286. in tabulario monaſterii Roſæ Senarum. Ad ipſarum monialium reformationem nonnulla præcepta dedit ſervanda anno 1288. idem Gerardus, & aliqua eorum producemus in his Annalibus ex ipſius regeſtis. Vetuſtior memoria ſupralaudatæ Luciæ abbatiſſæ habetur ad annum 1268. [b] quo vices ſuas ad eligendum novum priorem Camalduli in locum Angeli prioris defuncti commiſit ipſa Compagno majori Fontis-boni, Habetur ſub numero 307. ejuſdem archivi noſocomii tributam fuiſſe parthenoni ſancti Mamiliani quamdam eleemoſynarum portionem anno 1257. aliam viginti librarum donatam fuiſſe anno 1284. die octava maji monaſterio ſancti Mamiliani, & alteri Omnium-Sanctorum urbis Senenſis ſub numero 123. Numero 348. nominatur Nicoluccia Miniati abbatiſſa ſancti Mamiliani ad annum 1381. Ante ipſam in chartulario Roſæ Senarum Splendida abbatiſſa legitur ad annum 1305. Philippa ad annum 1323. & anno 1372. Bartholomæa quondam Franciſci Landi. In necrologio Vangaticienſi (quod mirum eſt ob maximam locorum diſtantiam) refertur obitus aliquot abbatiſſarum & monialium ſancti Mamiliani. *Die* XXV. *januarii obiit ſoror Bereguzza monacha ſancti Mamiliani. Tertio kalendas januarii obiit ſoror Agnes monacha ſancti Mamiliani*, ſicut etiam indicitur obitus aliquot monialium ſancti Georgii de Apibus: *Idibus martii obiit domna Jacoba abbatiſſa ſancti Georgii de Apibus*. Depoſita fuit prædicta Bereguzza abbatiſſa ex chartis Fontis-boni ab Accurſio priore generali anno 1314. ſuffecta in ejus locum Agatha ſanctimoniali Prati-veteris. In chronico Andreæ Dei Senenſis apud Muratorium inter Scriptores rerum Italicarum [c] nominatur ad annum 1372. monaſterium ſancti Mamiliani, in quod quidam prædones ſacrilegi Populi majoris ſcalis applicitis ingreſſi fuerant, ob id propterea ſevere puniti. Floruit in hoc ſancti Mamiliani, vel ut alii, Omnium-Sanctorum monaſterio anno 1446. Maria Margarita Credi femina ſingularis pietatis & devotionis, quæ meruit divinitus ab incognito viro obtinere ſimulacrum beatæ Virginis primogenitum ſuum in præſepe adorantis, celebris etiam mulier miraculorum & gratiarum dono, ſuper quibus inſtitutum fuit examen coram Franciſco Ballati vicario generali tempore archiepiſcopi Senenſis Aſcanii Piccolhominei.

Monialibus ſancti Mamiliani copulatæ fuere, ut fertur, anno 1412. moniales Senenſes ordinis Ciſtercienſis ſub titulo ſancti Barnabæ, quarum aſceterium erat e regione illarum ſancti Mamiliani. Eidem parthenoni ſancti Mamiliani ipſo ſeculo XV. aggregatæ dicuntur aliæ moniales, quæ degebant in Caſciano Epiſcopatus. De hoc poſtremo ſacrarum virginum domicilio hæc extat vetus memoria

† DNA. ADE.. M
ATHEI. ABBATIS
SA. MONASTE
RII. DE. CASCIA
NO. HOIVS. CUOA..
CLAVSTRO. PIE. REF.
CIT. IN. A. DN. M.
CC. XXXXIIII. M.

ANN. CHR. 1258.

[a] Num. 323.

[b] Reg. I. pag. 181.

[c] T. XV. col. 235.

ANN. CHR. 1258. Cum marmor fractum ſit, non liquet, an legendum ſit anno M. CC. XXXIIII. vel M. CCC.XXXIIII. licet tamen inſcriptionis literarum forma redoleat potius ſeculum decimum-tertium. Appellabatur hoc monaſterium ſancti Juſti de Calciano & terræ Epiſcopatus, ac erat ſitum extra portam Romanam ad lævam manum, ſed ex illo ſancti Mamiliani moniales tum ſancti Barnabæ, tum loci de Caſciano iterum translatæ fuere eodem ſeculo ad aliud Omnium Sanctorum, ut mox dicemus.

Solo æquatum fuit monaſterium ſancti Mamiliani anno 1508. vel ſaltem eo ſeculo, nam inferius videbimus extitiſſe etiam ad annum 1565. & moniales deſtructi aſceterii ſe receperunt ad alterum ſanctæ Mariæ-magdalenæ, applicatis bonis parthenonis curæ ſuburbanæ eccleſiæ, quæ retinuit nomen ſancti Mamiliani. Locus ſanctæ Mariæ-magdalenæ erat anno 1220. hoſpitale, ubi hoſpitio etiam receptus fuit ſanctus Dominicus cum fratribus ſuis, concedente eidem dictum locum Rainerio Ruſtichini Piccolhomineo; verum cum tunc temporis locus eſſet extra urbem Senenſem, Fortebraccius Malavolti ſanctum Dominicum invitavit intra urbem ſuper collem Campi-regii. In eodem hoſpitali eidem ſancto Dominico oblatus fuit beatus Ambroſius Sanſedonius, ubi ex deformi in liberalem figuram & formam mirificæ curationis gratia reſtitutus fuit. Incoluerunt locum & hoſpitale ſanctæ Mariæ-magdalenæ Ciſtercienſes monachi ab anno 1225. ad annum 1339. quo ſe contulerunt ad novam Quarti abbatiam.

Sed ut aliqua dicamus etiam de monaſterio Omnium Sanctorum, in quod progreſſu temporis coaluere ea omnia monaſteria, eccleſia ejus loci condita fuit anno 1213. ac pertinebat primum ad monachos ſancti Galgani; depoſitum ſiquidem in ea fuerat caput ejuſdem ſancti viri; translatum poſtea ad eccleſiam ſanctimonialium Santucciarum. Monaſterio Omnium Sanctorum, ut ex chartulis liquet tabularii dicti parthenonis, anno 1403. die vigeſima prima novembris [a] Franciſcus epiſcopus Senenſis eremitorium adjunxit ſanctiſſimæ Annuntiatæ, quod anno 1318. die XIII. februarii [b] Minus Accarigius Senenſis extra portam caſtelli Montenſis prope idem monaſterium Omnium Sanctorum fundaverat pro domicilio aliquot devotarum feminarum, donans domos ſuas ipſis, & pro ipſis fratri Matthæo Bononi. Approbavit dictam unionem [c] anno 1408. die XV. novembris magiſtratus ſupremus Senenſis. Eidem monaſterio Omnium Sanctorum adnexum fuit alterum, quod extra portam Senenſem, deſtructum poſtea cauſa bellorum, exſurgebat olim ſub titulo ſanctæ Reginæ, a cujus monialibus putatur erectum illud, quod ſuperius diximus, ſancti Juſti de Caſciano, quod poſtremum etiam anno 1439. juspatronatus obtinebat in eccleſiam ſanctæ Reginæ, quæ modo parœcialis eſt. Pius II. Romanus pontifex aggregavit prædicto Omnium-Sanctorum parthenoni anno 1463. die XXIX. ſeptembris [d] monaſterium ſacrarum virginum ſancti Barnabæ, cujus moniales bullæ pontificiæ parere detrectantes diris devotæ fuere anno ſequenti die tertia martii [e]. Confirmavit hanc unionem Paulus II. Pii ſucceſſor anno 1467. die quarta-decima maji, [f] notum etiam faciente pontificio auditore imperatori Friderico III. aliiſque principibus & eccleſiaſticis viris, ac toti dominio Senenſi, quatenus [g] obedire cogerent moniales apoſtolicæ translationi. Impedita fuit tamen etiam eo anno die XXIX. julii [h] a monialibus ſancti Barnabæ poſſeſſio, quam accipere quærebant moniales Omnium-Sanctorum. Anno 1481. die XXVI. februarii [i] Sixtus IV. abſolvit moniales Omnium-Sanctorum a gravaminibus Miſſarum & divinorum officiorum, quibus obnoxia erat eccleſia ſancti Barnabæ; ex quo

a *Num.* 16.
b *Num.* 2.
c *Num.* 19.
d *Num.* 32.
e *Num.* 38.
f *Num.* 42.
g *Num.* 44.
h *Num.* 45.
i *Num.* 48.

Digitized by Google

quo indulto colligitur eo anno moniales ſancti Barnabæ acquieviſſe mandatis pontificiis, & moniales Omnium Sanctorum pacificam jam obtinuiſſe poſſeſſionem dicti monaſterii. Hinc diſcimus, cur in monaſterio Omnium-Sanctorum altare conſtructum extaret in honorem ſancti apoſtoli Barnabæ, ut conſtat præſertim ex viſitatione epiſcopali anni 1575. Demum [a] anno 1565. die XVII. januarii Pius V. conceſſit monialibus Omnium-Sanctorum, ut transferre ſe poſſent ex monaſterio noſtro ſancti Vigilii, ubi confugerant anno 1552. cauſa bellorum, ad illud ſancti Mamiliani; ſed & hoc ruinam minitante ſe receperunt octuaginta tres numero ad illud ſanctæ Mariæ-magdalenæ, quod tunc erat hoſpitium monachorum Ciſtercienſium ſancti Galgani, ubi modo ipſæ reſident, & relicto ſanctæ Mariæ-magdalenæ titulo, veterem retinent titulum Omnium-Sanctorum. Anno 1497. [b] Dominicus Leucenſis abbas generalis Montis-oliveti cum percepiſſet Celidoniam abbatiſſam Omnium-Sanctorum cum ſuis monialibus cupere aggregationem fieri ſui parthenonis congregationi Montis-olivetanæ, participes ipſas fecit Miſſarum, pſalmodiarum aliorumque ſpiritualium bonorum, committens monachis ſancti Benedicti Senenſis urbis, ut pro qualibet defuncta moniali ſacerdotes tres Miſſas, clerici tria Defunctorum officia, oblati tercentum Pater, & Ave perſolverent & viciſſim moniales Deo commendarent monachos Olivetanos ſancti Benedicti. Induunt modo hæ ſanctimoniales veſtes albas, vel ex Olivetanorum, vel ex vetuſtiore Camaldulenſium exemplo. Libenter ex ſcriptoribus Senenſibus & ex veteribus paginis, ſed potiſſimum ex diario Senenſi Hieronymi Gilii, has omnes notitias conſarcinavimus, ut compertum fieret, quo demum loco ſuperſint noſtro tempore collectæ reliquiæ tot monaſteriorum ſanctimonialium Senenſium conflatæ tum ex Camaldulenſi, tum ex Ciſtercienſi congregationibus.

Ann. Chr. 1258.

a Num. 63.

b Num. 14.

LXI. Similiter de monaſteriis & eccleſiis Urbevetanis.

Quoad vero monaſteria & eccleſias, quæ obtinebat congregatio Camaldulenſis in epiſcopatu Urbe-vetano, quæque recenſentur in ſuperiori Alexandri diplomate, reperimus in archivo epiſcopali ejuſdem urbis libro ſignato B. pagina 140. abbatem monaſterii ſanctæ Mariæ in Silva fuiſſe hoc anno Gentianum, qui epiſcopo Urbe-vetano ipſo anno dedit omnia ſua jura, quæ habebat in eccleſiam ſanctæ Crucis in contrata Racæ, ut ipſa epiſcopus contra moleſtos invaſores tueretur. Ad annum 1251. vidimus Homodeum abbatem monaſterii Burgi-ſancti-ſepulcri abbatem fuiſſe ſimul ſanctæ Mariæ in Silvis. Monaſterium hocce exſurgebat ſupra montem, qui extenditur verſus Tudertum & Peruſium. In alio libro C. paginis 87. & 92. legitur abbatem Silvæ juramentum fidelitatis præſtitiſſe epiſcopo Urbe-vetano. Referemus ad annum 1297. ſuppreſſionem ejus monaſterii factam a Bonifacio papa VIII. & unionem ipſius menſæ epiſcopali Urbis-veteris. Hinc in libro Taxarum ad annum 1355. non amplius reperitur nomen monaſterii ſanctæ Mariæ in Silva, & anno 1472. in libro *Pleberiorum* adnotatur pleberium ſanctæ Mariæ in Silva, quod taxas ſolvebat pro eccleſiis etiam ſancti Angeli de Civitella, ſancti Johannis dicti loci, & ſanctæ Mariæ de Oliveto. In tabulario Fontis-boni extat pagina electionis abbatiſſæ ſanctæ Mariæ Montis-oliveti facta ab Angelo priore Camaldulenſi die duodecima januarii anni 1268. cui dicta electio aſſeritur de jure competere; ſed ibidem dicitur monaſterium hocce ordinis Camaldulenſis fuiſſe in diœceſi Florentina, aliudque proinde erat ab Urbe-vetano ejuſdem nominis.

Eccleſia ſanctæ Crucis nominata in Alexandrino privilegio exiſtebat ad annum 1154. etenim in pagina concordiæ inter epiſcopum Urbe-veranum, & in-

Ann. Chr. 1258. & inter canonicos eccleſiæ ſancti Conſtantij ſubſcripſit actui etiam prior ſanctæ Crucis, Anno 1230. membrum erat ea eccleſia monaſterij ſanctæ Mariæ in Silva. In libro A. pagina 331. ejuſdem epiſcopalis tabularii ad annum 1276. habetur electio prioris eremi ſanctæ Crucis de Cugnolo facta a fratribus & ab oblatis dictæ eremi. In eodem libro pagina 33. & libro C. pagina 36. refertur confirmatio prioris ſanctæ Crucis de Cugnolo, quæ erat eremus, facta ab epiſcopo Urbevetano.

Eccleſia ſancti Felicis etiam ipſa recenſita in ſuperiori Alexandri privilegio, ad annum 1472. erat pleberium, in quo reſidebant plebanus & duo canonici.

Quoad ſancti Severi Urbe-vetanam eccleſiam, ſi eadem eſt cum abbatia ſancti Severi ejuſdem urbis, paucis annis ipſam obtinuerunt Camaldulenſes. Relicto Bonizone grandævo viro & abbate ejuſdem loci tempore Petri Damiani, cujus mentionem ingerit in ſuo opuſculo *de Eleemoſyna* ad Mainardum epiſcopum Urbinatem, abbas ejus monaſterii hoc anno erat canonicus ordinis Præmonſtratenſis, cui idem Alexander papa IV. tertio nonas octobris præſentis anni mandavit, ut curaret, quatenus domus religioſa vel templum quoddam conſtruendum in ea urbe diſtaret ducentis paſſibus a cœnobio fratrum Prædicatorum, ut legitur in Bullario hujus Ordinis [a]. Martinus pariter abbas ordinis Præmonſtratenſis anno 1265. juramentum fidelitatis præſtitit pro ſe & pro collegio ſuo epiſcopo Urbe-vetano ex libro archivi epiſcopatus ejuſdem urbis ſignato A. pagina 66. Is ſucceſſerat Nicolao eodem anno electo epiſcopo Civitatis-Falaritanæ. In Annalibus fratrum Servorum beatæ Mariæ virginis [b] ad eumdem annum 1265. reperitur Bartholomæus abbas ſancti Severi Urbis-veteris, qui mandante Clemente IV. permiſit conſtructionem conventus eorumdem Servorum Mariæ in loco & poſſeſſione ſui monaſterij. Eidem cœnobio & Jacobo præpoſito anno 1262. ex libro *Donationum* pagina tertia Offreduccius Girardi Tudertinus jura donavit ſuper bona Rinaldi Uguccionis e Peruſio & Iſabellæ uxoris ſuæ in caſtro Collelungi & ſanctæ Crucis. Ex eodem libro A. pagina prima ad annum 1274. quotannis abbatia ſancti Severi prandium parabat epiſcopo Urbe-vetano ejuſque familiaribus pro eccleſia ſancti Jacobi de Balneoregio. Jus quoque obtinebat in monaſterium ſancti Petri de Aqua-alta ejuſdem diœceſis, & anno 1296. in monaſterium ſanctæ Luciæ & in plebérium Riſæ prope caſtra Montisjovis & Frattucciæ, cujus poſtremi cœnobii bona nunc poſſidet capitulum canonicorum Urbe-vetanorum. Abbatem monaſterii ſanctæ Luciæ confirmatum ab epiſcopo Urbe-vetano legimus libro ſignato C. pagina 31. Præter titulum ſancti Severi alium ſancti Martyrii gerebat ſuperius dictum Urbe-vetanum ſancti Severi cœnobium; ſuppreſſo demum monaſterio ipſius bona menſæ epiſcopali fuere attributa. Sed veri ſpeciem habet eccleſiam ſancti Severi Camaldulenſium aliam fuiſſe ab abbatia ſancti Severi ejuſdem Urbe-vetanæ urbis.

a T. I. pag. 355.

b T. I. pag. 95.

LXII. Chartæ Piſanæ, Vivenſes, Claſſenſes. **Defuncto** Mainitto abbate ſancti Michaelis de Burgo Piſarum [c] electus fuit in ejus locum Savinus, confirmatus ab Urbano priore ſancti Frigdiani, & a Guidone ſacriſta Camaldulenſi vicem-agentibus Martini prioris Camaldulenſis, conſenſum etiam præſtantibus nobilibus de domo Baldovinaſcorum patronis dicti monaſterii die ſexta ſeptembris.

Idem Martinus die quinta aprilis [d] confirmavit ſententiam latam per Conſilium viſitatorem & inquiſitorem a ſe deputatum ad monaſterium de Vivo, attentis clamoribus, qui ferebantur contra Venturam priorem dicti monaſterii ejuſque exceſſus, intruſionem nimirum in dictum prioratum,

c §. *Electio* 73. *A.* 3. 178.

d §. *Electio* 72. *A.* 3. 165.

ANN. CHR. 1258.

tum, cujus confirmationem acceperat ab epiſcopo Arretino in præjudicium ordinis, vitam diſſolutam, quam ducebat, dilapidationem bonorum ejuſdem monaſterii & membrorum ejus, nec non violentiam & injurias, quas intulerat nuntiis præfati prioris, & fratribus ſui monaſterii & eremi, ne capitulum congregarent, declaravit proinde Venturam depoſitum ab adminiſtratione prioratus, abſolvitque monachos & eremitas Vivenſes ab obedieotia, quam eidem juraverant, & mandavit, ut ad novam prioris electionem de jure procederent; manu Guillielmini notarii. Contra Martinum eumdem priorem Camalduleoſem & contra Bonum abbatem ſancti Januarii de Campo-leone delegatum Romani pontificis præfatus Ventura Vivenſis prior [a] procuratorem creavit die decima junii Volliam olim Guidonis de Monte-ſancti-ſabini. Additur commiſſio cauſæ delegatæ ab eodem Alexandro papa Bartholomæo præpoſito eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Podio-bonitio Florentinæ diœceſis, qui Bartholomæus ſubdelegavit Bonum abbatem Campi-leonis, ut ſimul cum abbate de Spongia congregationis Vallis-umbroſanæ condelegato, atque cum priore de Monticciano ex dicto reſcripto ſummi pontificis obtento a Martino priore Camaldulenſi contra eumdem Venturam juriſdictionem obtineret. Actum in Podio-bonitio die quinta-decima junii.

a §. Mandatum 28. A. 37.

Arduinum abbatem ſancti Petri ad Vincula in Ravennate territorio exhibent ad hunc annum paginæ monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe ſignatæ *indictione prima die* v. *exeunte decembri apud Turriſellam ſancti Petri ad Vincula*. Erat is abbas ejuſdem monaſterii etiam anno 1255. ex tabulario archiepiſcopali Ravennæ. Succeſſit autem ipſi Guillielmus.

LXIII. Aliæ Patavinæ.

„ Ab archipresbytero Patavino miſſi fuere Venetias priores ſancti Johannis de Viridaria, & ſancti Johannis de Monte-vinearum, & Johannes olim prior ſanctæ Mariæ de Vantio una cum archidiacono Patavino ad priorem & conventum ſanctæ Mariæ de Virginibus ordinis ſancti Marci, pro tractanda compoſitione inter utramque partem juxta pontificis Romani voluntatem, ſed quia compoſitio erat præter mentem ejuſdem pontificis, nec tolerabilis videbatur, archidiaconus Patavinus ad ſedem apoſtolicam appellavit; eadem occaſione appellavit etiam, quia ſub excommunicationis pœna per legatum apoſtolicum epiſcopus & canonici Patavini vocati fuerant perſonaliter ad ſumenda arma in exercitu. “ Hæc ergo exponi mandavit archipresbyter præfatus domino Ottobono (cardinali nimirum Fliſco Innocentii IV. nepoti, & diacono ſancti Hadriani), qui ea nota faceret pontifici Romano, ut ex collectione ampliſſima Brunatii [b] diſcimus; ex iis monumentis aliquantum illuſtrari poteſt hiſtoria Patavinæ eccleſiæ ad hæc tempora.

b Pag. 1524.

ANN. CHR. 1259.

LXIV. Bullæ Alexandri IV. pro Uranenſibus monachis, S. Severi in Claſſe, S. Frigdiani Piſarum, & pro Burgenſibus.

Mandavit hoc anno Alexander IV. abbati ſancti Mercurialis de Foro livio, ut revocare curaret bona diſtracta monaſterii ſanctæ Mariæ de Urano ad proprietatem monachorum ipſius loci, non obſtantibus literis confirmationis ſuper iis in forma communi a poſſeſſoribus per ſedem apoſtolicam obtentis. Datum Anagniæ *anno pontificatus* ſui *quinto*. Item *die vigeſima-prima martii*, ut non fineret Uranenſes monachos indebite moleſtari, ſed eorum bona injuriantes juſta cenſura coerceret. Similiter *quinto kalendas aprilis* ſcripſit abbati ſancti Laurentii de Cæſena ad favorem abbatis ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis pro bonis monaſterii ejus ad emphyteuſim traditis.

Confirmavit etiam privilegia monaſterii ſancti Severi in Claſſe Ravennæ, enumeratis ipſius cœnobii eccleſiis & bonis. Introductus in ipſum fuerat or-

do

do Ciſtercienſis ab abbate monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſtagnola territorii Æſini, quod cum antea ſubjectum eſſet cœnobio ſancti Severi, evaſit ipſius caput. Reformatio ejuſdem monaſterii contigerat ante concilium generale, poſtremum nimirum, ut exiſtimamus, Lugdunenſe ab Innocentio IV. celebratum anno 1245. Subſcripſere novem S. R. E. cardinales, datumque fuit privilegium Anagniæ per manum magiſtri Jordani S. R. E. notarii & vicecancellarii *ſecundo kalendas maji indictione* II. *incarnationis Dominicæ anno* M. CC. LIX. *pontificatus* ſui *anno* V. Rata quoque habuit bona præfati monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſtagnola, & inter cetera loca, quæ confirmavit ejus cœnobii abbati, legitur locus appellatus ſancti Benedicti de Caſtagnola, qui a Conradi I. imperatoris tempore ſubjectus erat monaſterio ſancti Severi.

Pariter *decimo-ſexto kalendas januarii pontificatus* ſui *anno ſexto* brevi ſuo dato ex Anagnia exemit hoſpitale ſancti Frigdiani urbis Piſarum a præſtatione procurationum ſolvendarum legatis ſedis apoſtolicæ vel nuntiis ejus, niſi eſſent S. R. E. cardinales. Quam exemptionem die ſequenti communem fecit priori Camaldulenſi & omnibus abbatibus ac prælatis congregationis. Ex his duobus brevibus liquet non die 21. decembris anni 1254. ut putavit Raynaldus in Annalibus, ſed die 12. ejuſdem menſis, ut ſcribit Petrus a Curbio, Alexandrum IV. ſuffectum fuiſſe in locum Innocentii IV. cum diebus XVII. & XVIII. decembris ſextum ſui pontificatus annum inchoaſſet.

Alterum privilegium ipſius Alexandri conceſſum hoc anno abbati Burgenſi contra epiſcopum Caſtellanum, qui jura dicti monaſterii occupare contendebat, laudat collector ipſorum jurium in expoſitione ad Nicolaum V. ſub anno 1454.

LXV. Transfertur eremus ad Vivum in urbem Senenſem ad monaſt. S. Muſtiolæ.

Ventura olim prior monaſterii de Vivo, ſed depoſitus anno præcedenti a Martino priore Camaldulenſi, ad concordiam cum ipſo venit, & pacificam obtinuit ab eodem confirmationem ſui prioratus Vivenſis, nam attentis literis Alexandri IV. datis Anagniæ XIII. *kalendas aprilis pontificatus* ſui *anno quinto*, quibus Martino priori fiebat copia alibi transferendi prioratum de Vivo, recipienteque Ventura ab eodem Martino facultatem peragendi hujuſmodi translationem ex eo loco ad locum ſanctæ Muſtiolæ de Senis, tranſtulit hoc ipſo anno ſuum Vivenſem prioratum ad dictum ſanctæ Muſtiolæ monaſterium, ita ut de cetero eremus & monaſterium de Vivo evaderent membra cœnobii ſanctæ Muſtiolæ, quod omnium aliorum princeps & caput fuit declaratum. Ventura ſe inſcribit in pagina hujus translationis capellanum Petri cardinalis ſancti Georgii ad Velum-aureum. Id actum ſcribit Fortunius die vigeſima octobris hujus anni, qua cum triginta duobus monachis aſſerit ipſum priorem ex monte Ochiello, quo primum ſe receperat, commigraſſe ad ſanctæ Muſtiolæ in urbem Senarum; verum fallitur, cum ſubdit eam translationem probatam fuiſſe a Johanne priore generali, cum ante Johannem confirmata fuerit a Jacobo, qui locum Martini prioris præſenti anno defuncti, ut mox dicemus, immediate implevit. Fallitur etiam quoad tempus ſeu menſem translationis, quia charta translationis facta manu Ugerii notarii ſignata eſt *die vigeſima decembris*; & anno ſequenti *die veneris & octava die octobris indictione* III. Jacobus prior Camaldulenſis approbavit, ratamque habuit conceſſionem a Martino prædeceſſore ſuo factam hujus translationis, rogata charta [a] per manum Bonaventuræ de Feſulis. Idem Ventura tamquam prior Vivenſis ſimul & abbas ſanctæ Muſtiolæ eodem ſequenti anno die ſecunda novembris obedientiam præſtitit prædicto Jacobo priori Camaldulenſi.

[a] *Arch. Roſæ S. ... ann. 55.*

Anno

Anno M. CC. LVIIII. *indictione* II. *decimo-ſeptimo kalendas martii* idem Martinus eligendo poſtulavit, & poſtulando elegit in abbatem ſancti Savini diœceſis Piſanæ Urbanum priorem ſancti Frigdiani ejuſdem urbis, qui die ſequenti confirmatione accepta in poſſeſſionem monaſterii & dignitatis immiſſus fuit. Succeſſit ipſe Henrico ob ſenectutem abbatiæ valedicenti. ANN. CHR. 1258.

AD Deum itaque evolavit hoc anno beatus Martinus III. prior Camaldulenſis, qui *indictione ſecunda menſe auguſto die vigeſima-quinta* in extremis agebat apud monaſterium Camalduli-Florentini, ut fidem facit charta manu Octaviani notarii, qua fatetur ipſe recepiſſe olim a Mainitto abbate ſancti Michaelis in Burgo Piſarum libras M. M. poſtquam ex eodem ſancti Michaelis monaſterio, cujus extiterat abbas, aſſumptus fuerat ad generalem Camaldulenſem prioratum, pro emendis domibus, ipſorumque reſtitutionem agnoſcit faciendam eſſe Savino Mainitti ſucceſſori in eodem monaſterio. Fortunius Martinum obiiſſe tradit idibus ſeptembris, ſepultumque fuiſſe in eodem Camalduli monaſterio. In necrologio Vangaticienſi ſub die III. idus ſeptembris refertur: *Obiit domnus Martinus venerabilis prior Camaldulenſis*. In alio parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia ſignatur Martini deceſſus ad VIII. kalendas novembris. Sed facile hic poſtremus eſt alius Martinus, & ſecundus hujus nominis, qui obierat anno 1205. Refert Germanus Botta Martinum III. priorem „ ad inſtar „ ſancti patris Benedicti in cœnobio Camalduli-Florentini infirmatum, „ & ſentientem ſe brevi moriturum, in eccleſiam a diſcipulis ſe comportari feciſſe, ubi receptis cum maxima lacrymarum copia ſanctiſſimis „ ſacramentis, & decantato pſalmo: *Judica me Deus, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum*, ad verſiculum: *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*, die decima-quarta ſeptembris placidiſſime expiravit inter manus filiorum ſuorum, quorum corona ſtipabatur. “ Poſt ejus obitum fama pervagata eſt per ora omnium, „ & univerſa fere civitas Florentina ad cœleſtem odorem attracta ſacro „ corpori Divina religioſiſſime obivit obſequia. “ „ Ad cujus contactum „ cum multi languidi ſoſpitati meritis viri beati donarentur, factum eſt, „ ut u'queque cœnobium ſtetit, Florentina civitas ejus mauſoleum ſumma religione frequenter adire conſueverit; “ verba ſunt, quæ ſubdit Fortunius. De Martino III. agit etiam noviſſime Joſeph-maria Brocchius pereruditus ſacerdos Florentinus in vitis Sanctorum & Beatorum Florentinorum pagina 288. partis II. ubi affirmat quoque ipſius ſacras reliquias cultum & venerationem apud omnes retinere, licet deperditus ſit modo locus ipſius ſepulcri. LXVI. Obitus beati Martini III. prioris Camald.

SUFFECTUM in locum Martini Maſſarium abbatem Uranenſem ſcribit idem Fortunius contra fidem ſequentis paginæ, in qua refertur electio in ejus locum Jacobi monachi & eremitæ pœnitentiarii, quem omnino ipſe ignoravit. Libenter paginam ſubjicimus ex codice membranaceo, qui olim monaſterii ſancti Savini Piſarum pervenit ad manus Grandii noſtri, tum quia nomina eorum, qui generali conventui interfuerunt, & monaſteriorum jus ſuffragii habentium exprimuntur, tum etiam ut modus addiſcatur, quo fiebat nova prioris electio. LXVII. Jacobus pœnitentiarius in ejus locum ſufficitur.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno a nativitate ejus M. CC. LVIIII. *die* IIII. *kalendas novembris indictione ſecunda. Cum in capitulo Camaldulenſis heremi fratres heremitæ ejuſdem heremi, ſcilicet domnus Jacobus II. D. Johannes, D. Ventura, D. Petrus & D. Rainerius fratres incluſi ejuſdem heremi, & D. Philippus major heremi, D. Raynaldus*

Ann. Chr. 1259.

naldus ſacriſta, D. Mainectus cellerarius, D. Rodulphus operarius, D. Rainerius II. D. Fridericus, D. Jacobus I. & II. D. Finus, & D. Maffeus I. & II. fratres heremitæ diſclnſi, & D. Benignus vicecomes, D. Pace ſacriſta, & D. Nicholaus, D. Peregrinus, atque D. Michael fratres Fontis-boni, & infraſcripti prælati ordinis Camaldulenſis, videlicet D. Jacobus abbas S. Zenonis Piſarum, D. Savinus abbas S. Michaelis Piſarum, D. Urbanus abbas S. Savini Piſarum, D. Bartholomæus prior S. Salvatoris de Florentia, & S. Frigdiani Piſarum, & qni etiam habebae recommendatum monaſterium de Candiculis, D. Michael abbas de Morrona, D. Compagnus abbas de Cintoja, D. Benedictus abbas de Cantignano, D. Johannes abbas de Puteolis, D. Reſtaurus abbas de Cerreto, D. Dominicus abbas de Elmi, D. Salvi prior de Mucchio, D. Henricus abbas de Monse-murlo, D. Petrus prior de Poppiena, D. Henricus abbas S. Jucundæ, D. Amicus prior S. Vigilii Senenſis gerens vices abbatis monaſterii Berardingorum, D. Maffeus abbas de Rotis, D. Ugo abbas S. Andreæ in Silva, D. Petrus monachus vice abbatis monaſterii S. Sepulcri, D. Johannes prior S. Quirici, D. Guido prior S. Michaelis de Arresio, D. Gnido abbas Silvæ-mundæ, D. Diodatus prior S. Savini de Chio ſua vice & prioris monaſterii de Fieri, D. Rainerius prior de Planetulo, D. Michael prior S. Andreæ de Caſtello; & infraſcripti prælati de Romania, videlicet D. Angelus abbas S. Michaelis de caſtro Brittorum, D. Raynerius abbas S. Hippolyti de Faventia, D. Ventura abbas monaſterii de Inſula, D. Raynaldus prior heremi de Salimbene, D. Angelus prior Heremi-novæ, D. Antonius prior monaſterii Camaldnli de Foro-livio, D. Michael prior de Ravone, D. Johannes prior monaſterii Aquæ de Perellis & rector Quadrigariæ, D. Benvenutus prior Cave de Co'le, D. Guillielmus monachus monaſterii S. Apollinaris in Claſſe vice ſui abbatis, & D. Maſſarius abbas monaſterii de Urano eſſent coadunati pro electione prioris ordinis Camaldulenſis canonica celebranda, volentes ſecundnm formam juris in eadem procedere, ſupradicti fratres heremi unanimiter & concorditer eorum vice & nomine, & totius capituli Camaldulenſis heremi elegerunt & conſtituerunt D. Guidonem eorum fratrem incluſum ad celebrandum ſcrutinium dictæ electionis, & ſupraſcripti prælati de Thuſcia elegerunt & conſtituerunt D. Urbanum abbatem S. Savini Piſarum ad ipſum ſcrutinium celebrandum, & ſupraſcripti prælati de Romania & de Marchia elegerunt & conſtituerunt D. Maſſarium abbatem monaſterii de Urano ad ipſum ſcrutinium faciendum. Quibus ſic electis & conſtitutis eadem die modico intervallo, volentes ſecundum juſtitiam & jus canonicum procedere, adhibitis ſecum teſtibus infraſcriptis intraverunt in cellam D. Jacobi Pœnitentiarii, & ibi ſecrete & prudenter convocaverunt omnes prædictos fratres & prælatos ſegregatim, & ſingulos per ſe & diligenter eorum vota exquiſierunt, quæ talia, ut infra legitur, fuernnt. Scilicet D. Jacobus II. D. Ventura, D. Johannes, D. Petrus, D. Raynerius incluſi, & D. Maffeus heremita & D. Mainettus cellerarius, D. Petrus II. D. Jacobus, D. Rainerius, D. Finus, D. Fridericus, D. Michael fratres heremitæ, & D. Jacobus Pœnitentiarius & incluſus pro ſe & vice & nomine omnium infraſcriptorum, vices quorum dicebat habere, videlicat prioris de Vivo, prioris de Anglari, prioris S. Laurentini, abbatis de Diciano, abbatiſſæ Prati-veteris, abbatis S. Viriani, abbatis S. Juſti de Vulterris, prioris S. Mariæ in Peretulo, abbatis monaſterii de Vangaticia, prioris Camalduli de Vicentia, prioris S. Trinitatis de Peruſio, prioris S. Georgii, abbatis S. Helenæ, prioris S. Mariæ de Serra, prioris S. Euſtaſii de Imola, prioris S. Michaelis de Murano, prioris S. Mariæ de Verona, & D. Pace ſacri-

ſta,

Ann. Chr. 1259.

ſta, D. Benignus vicecomes, D. Peregrinus cellerarius fratres monaſterii Fontis-boni, & D. Savinus abbas monaſterii S. Michaelis Piſarum, D. Michael abbas de Morrona, D. Dominicus abbas de Elmi, D. Guido abbas Silvæ-mundæ, D. Amicus prior S. Vigilii Senenſis, qui dicebat ſe habere vicem abbatis monaſterii Berardingorum, D. Michael prior Camalduli de Bononia, D. Angelus prior Heremi-novæ, D. Guido prior S. Michaelis de Aretio, & D. Rainerius prior de Planetulo. Omnes vero ſupraſcripti fratres & prælati diligenter interrogati a prædictis, quibus commiſſa fuit celebratio ſcrutinii, quem volebant & petebant eligi & denominari in priorem & miniſtrum atque rectorem totius ordinis Camaldulenſis, & in quem præſtabant eorum aſſenſum, qui omnes & ſinguli ſegregati & ſeparati reſponderunt & dixerunt ſe velle & petere D. Johannem priorem S. Mathiæ de Venetiis in priorem, miniſtrum & rectorem totius ordinis Camaldulenſis, & in eum conſentiebant. Et iſti alii infraſcripti fratres & prælati, ſcilicet D. Philippus major heremi, D. Jacobus abbas S. Zenonis, D. Benedictus abbas de Cantignano, abbas de Puteolis, prior S. Andreæ, prior Camalduli de Florentia pro ipſo monaſterio, & pro monaſterio de Candiculis, abbas de Cerreto, prior de Mucchio, abbas de Monte-muro pro ſuo monaſterio, & vice abbatiſſæ de Buldrone, abbas S. Jucundæ, abbas monaſterii de Rotis, quidam monachus monaſterii S. Sepulcri vice ſui abbatis, prior S. Savini in Chio, prior de Poppiena, Guillielmus monachus Claſſenſis vice ſui abbatis, prior eremi de Salimbene, abbas de Inſula, prior de Foro-livio, prior de Ravone, prior Cave de colle, abbas de caſtro Brittorum, abbas S. Hippolyti Faventini, prior Aquæ de Perellis ſua vice & Quadrigariæ, D. Rodulphus operarius heremi, D. Rainaldus ſacriſta heremi, D. Jacobus heremita, & D. Paulus interrogati & examinati diligenter & ſecrete, & ſeparati a prædictis, qui electi fuerant ad celebrandum ſcrutinium, quem volebant, & petebant eligi in priorem, rectorem & miniſtrum ordinis Camaldulenſis, & in quem poſtulabant eorum aſſenſum, qui omnes & ſinguli tamen ſeparati reſponderunt, quod volebant & petebant D. Jacobum pœnitentiarium heremi in priorem, miniſtrum & rectorem totius ordinis Camaldulenſis, & ei eorum aſſenſum præſtabant, & poſtmodum interrogatus D. Maſſarius abbas de Urano a prædictis abbate S. Savini, & D. Guidone, quem volebat & poſtulabat eligi in priorem & miniſtrum totius ordinis Camaldulenſis, & in quem ſuum præſtabat aſſenſum, reſpondit in D. Jacobum pœnitentiarum. Eodem modo interrogatus D. abbas S. Savini a prædictis abbate de Urano & D. Guidone, reſpondit, quod volebat & poſtulabat D. Jacobum pœnitentiarium in priorem & miniſtrum totius ordinis Camaldulenſis, & in eum ſuum præſtabat aſſenſum. Eodem modo interrogatus D. Guido a prædictis abbatibus S. Savini, & de Urano, quem volebat & poſtulabat eligi in priorem totius ordinis Camaldulenſis & miniſtrum, & in quem ſuum aſſenſum præſtabat, reſpondit in D. Johannem S. Mathiæ de Venetiis. Quo ſcrutinio ſecundum formam juris diligenter celebrato, ſtatim intraverunt in capitulo heremi, & convocatis prædictis prælatis & fratribus omnibus, & eis præſentibus & coadunatis, excepto D. Jacobo pœnitentiario, qui ſtetit in cella ſua, dictum ſcrutinium videntibus & audientibus prædictis fratribus & prælatis omnibus, ſcriptum per me Julianum notarium & judicem ordinarium integre & per ordinem legi clara voce fecerunt. Et cum perlecto ſcrutinio aliquantulum diſcordiæ orta eſſet inter fratres & prælatos, poſtmodum ad concordiam revocati, unanimiter & concorditer omnes & ſinguli fratres & prælati concordaverunt in D. Jacobum pœnitentiarium prædictum, & in eum conſenſe-

 runt,

ANN. CHR. 1259.

runt, & tam D. Johannes prior S. Mathiæ de Venetiis, quam omnes alii prædicti. Et ipſum una voce in priorem & miniſtrum totius ordinis Camaldulenſis poſtulaveruns, & ſuas vices D. Philippo majori heremi ad electionem ipſius D. Jacobi pronunsiandam, & ad ipſum poſtulandum & denominandum commiſerunt. Qui D. Philippus ſtans in capitulo heremi dictam electionem, præſentibus & conſenſientibus omnibus prædictis fratribus tam prælasis quam monachis, dictam electionem pronuntiavit in hac forma. Ad honorem Dei & beatæ virginis Mariæ & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & beati Romualdi, & domini pape, & domini epiſcopi Aretini, & heremi & totius ordinis Camaldulenſis, ego vice & nomine heremi & totius ejus capituli & totius ordinis Camaldulenſis eligo & poſtulando denomino D. Jacobum pœnitentiarium heremi in priorem, rectorem & miniſtrum heremi, & rotius ordinis Camaldulenſis; *quo ſic electo ſtatim omnes frasres prædicti tam monachi quam prælati ſumentes eum, cansando* Te Deum laudamus *portaverunt eum in choro eccleſiæ heremi, & poſuerunt eum in ſede prioris, de qua ſede ſurrexit, & proſtravit ſe coram altare heremi, & eo ſic proſtrato fratres incenſantes eum cum thuribulo dixerunt ſuper eum orassonem* Actiones noſtras, *& expleta oratione reduxerunt in capitulo, & poſuerunt eum in ſede prioris, & tunc ſedendo dictus domnus Jacobus ſic factus prior, omnes & ſinguli ſupraſcripsi fratres, & qui in præſenti pagina continensur, flexis genibus & vinctis manibus inclinantes ſe ad pedes dicti D. Jacobi ſic facti prioris promiſerunt ei obedientiam ſecundum regulam beati Benedicti, & conſuetudinem Camaldulenſis ordinis.*

Facta fuerunt omnia prædicta & ſingula in Camaldulenſi heremo, in præſentia & teſtimonio Benevoliæ filii Macii, & Junctæ nosaris filii Vacucii, qui ad omnia prædicta & ſingula teſtes rogati fuere.

Ego Julianus notarius & D. Friderici Romanorum imperatoris judex ordinarius atque notarius prædictis omnibus & ſingulis, dum agerentur, interfui, & rogatus ſcripſi, & publicavi & ſubſcripſi.

LXVIII. Agitur cauſa inter Guillielminum epiſcopum Arretinum, & inter monaſteria Camaldulenſia.

CONTROVERSIA circa juriſdictionem, quam ſibi aſſerebat Guillielminus epiſcopus Arretinus in eccleſias & monaſteria Camaldulenſia, remiſſa fuit hoc anno ad Petrum S. R. E. cardinalem diaconum ſancti Georgii ad Velum-aureum. Inſtitit coram cardinale Guillielmus prior monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe tamquam procurator prioris eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Paterno, & abbatiæ Rotenſis epiſcopum non poſſe eccleſias Camaldulenſes viſitare, cum id cederet in præjudicium privilegiorum ordinis, & petiit revocarionem excommunicationum latarum ab eodem epiſcopo velut injuſtarum, præſertim in monaſterium & in eccleſias caſtri Anglarii, atque impoſitionem perpetui ſilentii eidem epiſcopo ſuper viſitatione. Extant in tabulario Fontis-boni allegationes juris & facti productæ hoc anno contra dictum epiſcopum, quæ etiam verſantur circa diſpenſationem eremi ab epiſcopalibus procurationibus, & ab annua præſtatione, quæ per tranſactionem in procurationis locum ſucceſſerat, ex quo exempta jam fuerat anno præterito per ſummum pontificem Alexandrum IV. tam in capite, quam in ſuis membris ab omni epiſcopi juriſdictione. Quod non ſolum poſſent eccleſiæ ſeu membra exempta impedire, ne præſtarentur, quæ epiſcopus ſibi competere credebar, ſed abbates etiam petere poſſent & colligere ea, quæ epiſcopus vindicare ſibi præſumpſiſſet. Item quod in eccleſiis exemptis ſacramenta baptiſmi ceteraque conſerri licerer capellanis. Item quod parœciani ad illa monaſteria pertinerent, in quorum locis a tempore remotiſſimo habitarent. Item quod exempta mo-

naſte-

naſteria deberent percipere ſervitia, quæ ante exemptionem percipiebantur ab epiſcopo. Res tamdem poſt plures agitatas lites pacifice convenit inter epiſcopum Arretinum & inter eremum Camaldulenſem, admittente epiſcopo bullam Alexandrinam, ut ſequentibus annis oſtendemus. Ann. Chr. 1259.

Thomas epiſcopus Senenſis [a] cum conſenſu ſuorum canonicorum indulſit Venturæ priori monaſterii ſanctæ Muſtiolæ Senarum quartam partem reſtamentorum & oblationum pro annuo cenſu libræ unius ceræ ſolvendæ epiſcopo. Actum apud ſanctum Vigilium. Gofredus de Inſula [b] capitaneus populi Senenſis cum voluntate generalis conſilii collecti in eccleſia ſancti Chriſtophori promiſit ſindico ejuſdem monaſterii ſanctæ Muſtiolæ, populum ejus urbis opem laturum eremo ad Vivum, ejuſque bona & ſubditos, caſtra, monaſteria & eccleſias defenſurum; ex tabulario Roſæ Senarum.

a Num. 203.
b Num. 263.

LXIX. Acerrimæ lites inter monachos & moniales S. Benedicti de Patavio.

Enarravimus ad annum 1195. conſtructionem celebris monaſterii ſub titulo ſancti Benedicti factam a beato Jordano Forzateo Patavino in eadem urbe pro monachis, & ædificationem alterius parthenonis prope ipſum pro ſacris virginibus; utrique autem monaſterio una eademque eccleſia inſerviebat ad perſolvenda divina officia. Aliquot annis concordia & mirifica pax in utraque domo perſeveravit; verum poſt Jordani mortem, quam retulimus ad annum 1248 diſſenſiones plures exortæ fuere monachos inter & moniales, quæ demum eruperunt in aperta ſcandala. In chartis Patavinis ſumma diligentia & labore collectis a Cl Brunatio noſtri amantiſſimo reperimus ad annum 1256. ſub die XXVIII. julii priorem loci ſancti Benedicti fuiſſe Benedictum, qui inſuper ut vicarius Johannis Patavini epiſcopi ea die confirmavit electionem Luciæ abbatiſſæ monaſterii ſanctæ Mariæ Matris Domini de Pernumia; præſentibus Valentino abbate Brunduli aliiſque. Poſt Benedictum legitur prior ejuſdem cœnobii Willielmus, quem inter & aliquot ſuos monachos, quorum præcipui nominantur Bartholomæus & Ægidius, non leve ortum eſt diffidium anno 1257. ſubterfugientibus monachis debitam ſubjectionem; immo inter utrumque virorum & mulierum monaſterium, quibus poſtremis præsidebat Anna abbatiſſa, contentionum ignis exarſit, adeo ut coactus fuerit Willielmus prior apoſtolicam adire ſedem, quæ litibus acerrimis finem imponeret. Alexander itaque IV. Romanus pontifex hujuſmodi cauſam cognoſcendam mandavit prioribus ſanctæ Mariæ de Vantio & de Monte-vinearum ejuſdem Patavini ſancti Benedicti ordinis. Cum autem monachi etiam poſt delegatorum judicum ſententiam obedientiam præſtare detrectarent priori ſancti Benedicti, cauſa denuo delegata fuit priori de Villa ejuſdem ordinis. Sed turbæ & diſſenſiones magis magiſque recrudeſcebant; propterea Bartholomæo epiſcopo Vicetino, & Florio electo epiſcopo Adrienſi dedit in mandatis idem Romanus pontifex, ut cauſam debito fine & optata quiete terminarent. Ii accito in judicii partem Johanne epiſcopo Patavino, in cujus urbe erat ſancti Benedicti monaſterium, coram Henrico Ebredunenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, & in præſentia plurium canonicorum Patavinorum, ſententiam tulere, ut perpetuo diſſociaretur locus virorum monachorum a loco feminarum ſanctimonialium, relicto pro monialibus loco veteri, qui deinceps appellatus fuit ſancti Benedicti-Veteris, nullamque moniales de cetero communionem haberent cum monachis, ut actum fuerat prope hæc tempora cum aliquibus aliis Patavinis monaſteriis; abbatiſſam perpetuam novo collegio dedere, qua cedente vel decedente ſanctimoniales ſibi alteram præficerent juxta canonicas ſanctiones; eccleſia pariter jam ædificata eiſdem monialibus ce-

Ann. Chr. 1259. derer, monachi vero alio in loco monaſterium ſibi ædificarent & eccleſiam. Removerunt etiam ob pacis bonum, ſine læſione tamen ipſius famæ, Willielmum ab officio prioratus, ipſum conſtituentes in alio ordinis monaſterio, novumque priorem elegerunt; poſſeſſiones demum, jura, teſtamenta, debita, omniaque alia communia bona affatim juſte diviſa voluerunt; ſicque pacem utrique loco reſtituere *die ſecundo intrante julio* hujus anni. Sequenti die lecta fuit epiſcoporum ſententia in capitulo monacharum, præſentibus Guiberto abbate ſancti Felicis de Vicetia, Jordano abbate ſanctæ Euphemiæ de Villa-nova diœceſis Tarviſinæ aliiſque, coram eodem legato Henrico Ebredunenſi archiepiſcopo, & decretum fuit, ut ſub pœna excommunicationis obſervarentur, quæcumque apoſtolica auctoritate fuerant determinata. Paginam, quæ totam exhibet hiſtoriam hujus diviſionis, damus in Appendice ex tabulario monaſterii Vangaticienſis. Electus fuit prior novi monaſterii conſtruendi Paduanus, & pro ſanctimonialibus decretum inſuper eſt inter cetera, ut fieret diviſio ſacrarum veſtium & ornamentorum ad eccleſiæ ſervitium ſpectantium, *templum vero Dominici corporis* iiſdem ſororibus reſtitueretur, & ſuper ipſarum altare reverenter & honorifice reponeretur. Stabiliti fuere a ſupradictis epiſcopis diviſores bonorum ipſe Paduanus novus ſancti Benedicti prior, & Johannes olim prior de Vantio.

Monaſterium ſancti Bartholomæi de ſancto Mariano ſubjectum erat alteri nobiliori ſanctæ Mariæ de Adelmo in territorio Volaterrano, ut conſtat ex electione Junctæ monachi Merronenſis in rectorem illius facta hoc anno a Dominico Adelmenſi abbate.

Cum Armaninus presbyter ſancti Andreæ de Zagonaria Imolenſis diœceſis poſt excommunicationem in ipſum latam a Rainerio abbate ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia celebrare præſumpſiſſet in ſua eccleſia ab eodem abbate interdicta, & irregularitatis proinde notam incurriſſet & perjurii reatum, ab officio tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus remotus fuit ab ipſo ſancti Hippolyti abbate, cui eccleſia ſancti Andreæ ſubjiciebatur.

Ann. Chr. 1260. LXX. AlexanderIV. reparari mandat injurias illatas eremo Camald.

Jacobo priori Camaldulenſi & eremitis conceſſit præſenti anno, *duodecimo kalendas maji pontificatus* ſui *anno ſexto*, Alexander Romanus pontifex ex urbe Anagnia, ut de uſuris, rapinis aliiſque male acquiſitis, de quibus ignoraretur cuinam juſta reſtitutio foret facienda, ac de redemptionibus votorum lege diœceſana indultis, excepto dumtaxat voto Jeroſolymitano, ad ſummam mille librarum Senenſium recipere valerent, pro reparandis cellis & officinis eremi Camaldulenſis. Ex eodem loco die *vigeſima maji* permiſit dicto priori liberam viſitationem domorum & perſonarum ſui ordinis. Qua etiam die mandavit abbati Vallis-umbroſæ, ut auctoritate apoſtolica admoneret epiſcopum Arretinum Guillielminum, quatenus res male ablatas Camaldulenſibus reſtitueret; & eidem epiſcopo ſcribens præcepit, ut quantocius reddi curaret eiſdem calices, libros, pecuniam, omniaque alia, quæ direpta fuerant a ſuis ſatellitibus, qui non improbante ipſo epiſcopo ad eremum acceſſerant, & poſt percuſſos atrociter monachos, tam ipſorum ſubſtantias, quam illas hominum caſtri de Soci, quod ad eamdem eremum pertinebat, aſportaverant, hominesque vel percuſſerant, vel carceri mancipaverant, neque aliquorum bonorum reſtitutionem obtinere meruerant Camaldulenſes & homines ipſis addicti, niſi poſt ſolutionem cujuſdam ſummæ pecuniæ.

LXXI. Literæ Jacobi prioris Camald. ad eumdem Rom. pont. de damnis, quæ ſuſtinuerat eremus Camald.

Insuper cum commune Arretii, ſive melius ipſe epiſcopus, qui ar-

ma

ma libenter gerens dux erat eorum exercitus, quamdam tritici menſuram iiſdem Camaldulenſibus abſtuliſſent, & præterea combuſſiſſent domos plebis de Micciano, curiæ de Motina, aliaque, quæ juris erant præfatæ eremi, denuo ſcripſit idem Alexander ex Laterano *undecimo kalendas januarii* hujus deſinentis anni *pontificatus* ſui *anno ſeptimo* præpoſito eccleſiæ Feſulanæ, ut cogeret Arretinos ad reparationem damnorum, & ad integram reſtitutionem; alias eos anathemate percelleret. ANN. CHR. 1260.

Audiatur de his injuriis & damnis idem Jacobus prior Camaldulenſis querulas literas ſcribens eidem Romano pontifici, quas exſcripſimus ex codice O. numero 180. bibliothecæ monaſterii Fontis-boni.

„ *Sanctiſſimo patri domino A.. ſummo pontifici frater Jacobus peccator* „ *monachus Camaldulenſium fratrum ſervus, eremitæ omnes, nec non uni-* „ *verſus conventus ſe ipſos ad pedum oſcula beatorum. Si paternæ elemen-* „ *tiæ pietatique veſtræ domine in Chriſto ſanctiſſime ſtilo lacrymabili, ſi-* „ *cuti eſt, literas noſtri naufragii mitteremus, quibus ſiquidem ventis ex-* „ *poſiti, quibus procellis marinis impulſi, quibuſve earinarum fluctibus in-* „ *voluti, quæ rerum gravamina, quæ perſonarum diſcrimina, quæ ſpiri-* „ *tualium detrimenta temporibus iſtis periculoſis inſtantibus veſtris devotis* „ *ſervulis ſunt illata; ſiquidem credimus, quod nec lingua dici, nec lite-* „ *ris exprimi, nec intelligentiæ noſtræ contuitu plena rationis indagine* „ *poſſint capi. Nam ut magnificentiæ veſtræ breviter fateamur, quod ve-* „ *rum eſt, mala, quæ patimur, adeo multa ſunt, quod licet cor durum* „ *illud eſſe dicatur, quod ad compunctionem non ſcinditur, pietatis affectibus* „ *non mollitur, nec etiam afflictorum precibus inclinatur, ipſi tamen, qui-* „ *bus cordis duritia dominari creditur, ad nos ſanctiſſime domine, pluri-* „ *ma compaſſione moventur. Dum enim eremum noſtram, quæ tanti deco-* „ *ris conſueverat eſſe, conſpiciunt, quam nunc ſic affectam meroreque confe-* „ *ctam oculo luminis clarioris advertunt, etiam crudeliſſimi non dolere non* „ *poſſunt; quis eſt enim adeo immanis, qui hominum tantæ feritatis eſſe* „ *potuit, qui ad rei mutationem tam celerem ad compatiendum ex intimo* „ *medullarum mentem humanam non flexerit. Legimus enim homines bel-* „ *luis acriores futura civitatum excidia doluiſſe, verum non ſuper diſcri-* „ *minibus tantis copioſa lacrymarum flumina effudiſſe. Nos igitur, ſanctiſ-* „ *ſime domine, veſtri devotiſſimi ſervuli licet immeriti, ſicut rebus atte-* „ *nuati, ſic doloribus anxii, ſic & verberum injuriis provocati, nec haben-* „ *tes poſt Deum tutum ſanumque refugium, niſi veſtrum, ad vos elemen-* „ *tiſſimum dominum, ſicut ad patrem unicum, noſtrique doloris ſingulare* „ *ſolatium; nec non & naufragii tutum portum, recurrendum eſſe ſtatui-* „ *mus, de ſola veſtra miſericordia præſumentes; vere enim credimus, fir-* „ *maque ratione cognoſcimus, quod ſi ſumma elementia veſtra, quæ oculus* „ *obſervantium, ſpes claudicantium, ſpes deſperantium ac periclitantium* „ *ſalus eſſe dignoſcitur, videlicet manum ſuam ad filiorum liberationem* „ *porrexerit, omnium inimicantium virtus eliſa ſe funditus inclinabit. Cu-* „ *jus rei gratia excellentiſſimæ ſanctitati veſtræ, cujus inclyta ſapientia* „ *gubernatur & regitur mundus, elevatur ad arduum humilis, dejectus ſu-* „ *blevatur, & confunditur atque conteritur omnis inſidians inimicus fle-* „ *xis in terra genibus, lacrymabilibus oculis, omni, qua poſſumus, reve-* „ *rentia ſupplicamus, quatenus per divini numinis reverentiam, propter fi-* „ *liorum indigentiam tantam, ſimulque cum hoc habentes memoriam illius* „ *ſacræ cellæ in eremo noſtra veſtro venerabili nomini fabricata, manum* „ *veſtram pariterque potentem intendentes ad fortia, nos ab incurſibus ho-* „ *minum pietate ſolita defenſare velitis. Hæc autem nobis illata gravami-*

„ *na*

„ *na dilecti fratres noſtri præſentium portitores, quos ſuper pluribus a ve-* „ *ſtra gratia poſtulandis ad pedes veſtros dirigimus, vobis plene intimabunt* „ *omnia vota noſtra. Veniſſem autem, pater beatiſſime, perſonaliter ipſe ad* „ *pedes veſtros, ſi perſonæ incommoditas & viarum diſcrimina non fuiſ-* „ *ſent.* “ Refert præfata damna ad tempora Maſſarii prioris generalis Fortunius, qui ignorans Martino priori ſucceſſiſſe Jacobum, Maſſarium ab anno 1258. ad 1263. prioratus Camaldulenſis regimen tenuiſſe affirmavit.

LXXII. Ejuſdem pontificis alia indulta & bullæ pro Camald.

Idem Romanus pontifex die ſequenti, hoc eſt *decimo kalendas januarii, pontificatus anno ſeptimo* ex Laterano ſcripſit plebano de Biblena, ut non ſineret cogi Camaldulenſes ad procurationes legatorum impoſitas a clero Florentino & Feſulano, qui iis gravantes ceteros clericos regulares includebant etiam contra privilegiorum jura Camaldulenſes.

Ex Anagnia *idibus maji* hujus anni literas dedit Raynerio Zeno duci & communi Venetorum, quos oravit, ut commendatam haberent eremum ſive monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano Torcellanæ diœceſis, neque permitterent ipſum a quoquam moleſtari. *Vigeſima* autem *ſexta die* ejuſdem menſis indulgentiam centum annorum conceſſit viſitantibus eccleſiam ejuſdem monaſterii die feſto ipſius ſancti Apoſtoli.

Pariter, cum monaſterium ſancti Savini Piſanæ diœceſis detrectaret recipere correctionem & viſitationem prioris Camaldulenſis, quam hactenus receperat, eo quod in bulla confirmationis abbatiæ collatæ abbati Urbano, qui anno præterito a Martino III. ex priore ſancti Frigdiani electus fuerat ſancti Savini abbas, ipſe Alexander ſcripſerat monachis dicti cœnobii, ut prædicto abbati obedientiam & reverentiam impenderent; literas dedit idem Romanus pontifex ex eodem loco XIII. *kalendas junii pontificatus* ſui *anno ſexto* Jacobo priori Camaldulenſi, quibus ſignificavit, ſe per hujuſmodi confirmationem nunquam in mente habuiſſe derogare juribus prioris Camaldulenſis, quinimmo, licet immediate ſubjectum apoſtolicæ ſedi, declaravit obnoxium viſitationi & reformationi ejuſdem Camaldulenſis præſidis. Sed de San-ſavinatum monachorum defectione alibi.

Demum *die decima-octava julii* hoſpitale ſancti Frigdiani de Piſis pertinens ad eremum Camaldulenſem, liberum pronuntiavit ab omnibus procurationibus ſolvendis legatis apoſtolicis, cardinalibus S. R. E. exceptis; idemque indultum extendit *die decima-octava decembris* omnibus abbatibus & prælatis utriuſque ſexus ordinis Camaldulenſis, ne gravarentur legatorum pontificiorum proviſionibus, niſi forent legati a latere, & niſi ſpecialis mentio Camaldulenſium in literis apoſtolicis fieret.

LXXIII. Monaſterium S. Theoniſti Ariminenſis diœceſis traditur reformandum monachis Claſſenſibus.

Jacobus epiſcopus Ariminenſis, qui monaſterium ſancti Andreæ monachis Claſſenſibus ſancti Apollinaris ante biennium donaverat, præſenti *anno* M. CC. LX. *indictione* III. *die undecima auguſti intrantis* Aymerico abbati ejuſdem Claſſenſis monaſterii conceſſit & ſubmiſit, ejuſque cœnobio adnexuit monaſterium ſancti Theoniſti cum conſenſu Homodei, qui erat abbas dicti loci, una cum omnibus ornamentis & juribus ad ipſum ſpectanribus, cum poteſtate inſuper eligendi & ſtatuendi in ipſo abbatem, monachos & converſos de familia Claſſenſis cœnobii, atque removendi, cum opportunitas tulerit, demum in omnibus ordinandi, eo quod ipſum monaſterium eſſet tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus collapſum, renuntians etiam omni juri & poſſeſſioni, quæ ad ſe pertineret, vel ad epiſcopatum ſuum, ſtabilita annua penſione trium ſtariorum grani deferenda ad epiſcopum Ariminenſem, & aliorum trium ſolvenda archipreſbytero ſancti Petri in Compedo, exceptis temporibus belli vel tempeſtatis, & ut capellanus, vel monachus ſacerdos, qui ibidem fuerit cum ab-

bate,

bate, intereſſe deberet litaniis & ſollemni baptiſmo, ac abbas archipresbytero teneretur contribuere in collectis & in procurationibus legatorum. Subſcripſere canonici ejuſdem Ariminenſis eccleſiæ; quam conceſſionem ad Appendicem remittimus ex autographo Claſſenſi. Hujus monaſterii abbates ex ejuſdem loci chartulario Johannes erat ad annum 1187. Ugo ad annum 1253. hoc anno Homodeus; Chriſtophorus ad annum 1266. Jacobinus reperitur ad annos 1270. & 1280. Octavianus ad annos 1287. 1295. Juſtus ad annum 1320. Johannes ad 1325. Petrus ad 1332. Nicolettus ad annos 1336. & 1338. Benedictus ad annum 1349. & Sanctes ad annum 1372. ANN. CHR. 1260.

EODEM *anno* M. CC. LX. *indictione tertia*, *tempore domini Manfredi ſereniſſimi regis Siciliæ*, *die decimo intrante novembri* Angelus abbas ſanctæ Helenæ ad flumen Æſinum arbiter electus compoſuit inter Moricam abbatem ſancti Victoris de Clufis ejuſque monaſterium, & inter illud ſancti Savini de Æſio lites, quæ vertebant inter utrumque monaſterium quoad eccleſiam ſancti Petri de Lapurano, ejuſque poſſeſſiones & bona; quam eccleſiam ſibi unum & alterum cœnobium aſſerebant. Benedictus erat abbas monaſterii ſancti Savini de Æſio, qui hoc anno in procuratorem creavit Franciſcum monachum ſui cœnobii ad concordiam firmandam cum abbate ſancti Victoris juxta mandata & præcepta ejuſdem Angeli abbatis ſanctæ Helenæ. LXXIV. Monumenta ſpectantia ad plura monaſteria Camaldulenſia.

Marinus abbas ſancti Romualdi Vallis-caſtri innoteſcit ex altera charta, qua creavit rectorem eccleſiæ ſancti Andreæ de Foſſis diſtrictus Saxi-ferrati, quæ ad Valle-caſtrenſe monaſterium pertinebat.

Alteram novimus nullo alio in loco nominatam Camaldulenſium monachorum eremum ſub titulo ſancti Ægidii de Quercu in territorio Arretino ex chartula ſub numero 225. archivi monaſterii noſtri Roſæ Senarum, ex qua in notitiam venimus Vivianum archidiaconum Arretinum cum conſenſu fratris Benedicti & fratris Matthæi clericorum & monachorum Camaldulenſium dictæ eremi elegiſſe in priorem ipſius fratrem Bartholomæum filium Berardini, tempore epiſcopi Guillielmini; manu Benvenuti filii Ægidii filii Angeli.

Vacante monaſterio ſancti Michaelis de caſtro Brittorum Jacobus prior Camaldulenſis die ſexta julii vices ſuas commiſit Friderico priori Livienſi, ut abbatem eligeret, qui auditis votantibus monachorum elegit & confirmavit [a] in abbatem dicti loci Hieremiam de Malavoltis priorem ſancti Euſtaſii de Imola. A quibuſdam tamen monachis dicti cœnobii altera poſtea electio facta fuit Michaelis prioris ſanctæ Mariæ de Ravone, poſthabito Hieremia, delataque fuit controverſia ad Jacobum generalem præſidem, qui ſecundam electionem irritam decrevit, approbata prima. Appellavit Michael ſecundo electus a ſententia Jacobi prioris, qui propterea coactus conſilium mutare, ſecundam electionem habuit ratam, caſſata prima. Sed appellante etiam Hieremia abbate primitus electo, & ſedem apoſtolicam poſtulante, Alexander IV. cauſæ cognitionem commiſit magiſtro Matthæo de Alpino capellano ſuo, qui anno ſequenti *die* XXV. *februarii pontificatus domini Alexandri papæ* IV. *anno* VII. *indictione* IV. una cum Johanne cardinale tituli ſancti Laurentii in Lucina definitivam ſententiam tulit ad favorem Hieremiæ, qui ea propter confirmatus fuit in abbatem prædicti monaſterii a Jacobo priore. Verum cum non ceſſaret a litibus Michael, Hieremias [b] die quinta februarii anni 1261. in manus Maſſarii prioris generalis & ſucceſſoris Jacobi abbatiam dimiſit, qui tamen viſa confirmatione & ſententia pro ipſo lata, eumdem verum

a §. *Electio* 78. *A.* 3. 9.

b §. *Ratificatio* 6. *A.* 3. 38.

Digitized by Google

Ann. Chr. 1260.

rum & legitimum agnovit monaſterii ſancti Michaelis abbatem, reſervans dumtaxat ſibi collationem eccleſiæ ſubjectæ ſancti Damiani urbis Bononiæ, a ſe committendæ, cui ſibi placuerit.

Michael abbas Morronenſis translatus fuit hoc anno ad regimen abbatiæ ſancti Juſti urbis Volaterrarum; verum quia paſſus erat ſe confirmari a Jacobo vicario Raynerii electi epiſcopi Volaterrani, ejus electio probata non fuit, & a munere abdicare coactus; ſed anno ſequenti die vigeſima-octava maji iterum juridice fuit electus & confirmatus, traditaque fuit ipſi adminiſtratio monaſterii ſancti Juſti. Electus fuit etiam Ildebrandus abbas Silvæ-mundanus.

a *Ap. Brunat. pag.* 1977.

Reformatum [a] eſt monaſterium ſanctæ Agnetis de Pulveraria *die ſexto exeunte ſeptembri* hujus anni, depoſita abbatiſſa, & nova electa, ac ad alium locum translatis aliquot monialibus per Paduanum priorem ſancti Benedicti, Bon-johannem priorem Montis-crucum, Juſtum ſancti Johannis-evangeliſtæ alioſque viſitatores ordinis ſancti Benedicti Patavinæ urbis, de conſenſu capituli generalis, & de licentia Johannis epiſcopi Patavini.

Petrum abbatem ſanctorum Andreæ & Gregorii de Urbe exhibet pagina ejuſdem monaſterii, in qua etiam nominatur Senobaldus monachus cœnobii ſancti Sabbæ de Urbe.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-SECUNDUS.

Ab anno CHRISTI M. CC. LXI. *ad annum* M. CC. LXX.

ITERUM ſub hoc anno impetratum fuit ab apoſtolica ſede per epiſcopum Spoletanum breve contra monachos Subaſianos monaſterii ſancti Silveſtri de Hiſpello, ut cœnobitæ monaſterium & eccleſiam cederent clericis Hiſpellatibus, licet ante octennium Innocentius IV. monachos loco & prædiis ſpoliatos ſub Gregorio IX. reſtituiſſet in poſſeſſionem cœnobii & eccleſiæ. Verum Subaſiani vel querelas ſuas deponentes apud Romanum pontificem, vel alia de cauſa, in monaſterio perſeverarunt, & de ipſis ac de litibus habitis annis ſequentibus cum epiſcopo Spoletano, qui monaſterium ad ſe devolutum mordicus aſſerebat, alia in medium proferemus.

ANN. CHR. 1261.

I. Excitati iterum motus contra monachos Subaſianos.

Eodem anno ex Laterano *decimo kalendas aprilis pontificatus* ſui *anno* VII. Alexander IV. priori ſancti Salvatoris Camalduli Florentini mandavit, ut bona, quæ abbatiſſa & moniales ſancti Hilari Feſulanæ diœceſis alienaverant a ſuo parthenone, recuperare ſtuderet, ad hoc ut adjicerentur cœnobio Vallis-umbroſæ, cui aſceterium ſancti Hilari fuerat ab apoſtolica ſede adjunctum. Delegationem pontificiam affert Soldanius [a] in hiſtoria Paſſinianenſi.

[a] *Pag.* 143.

REFERENDA ſunt ad præſentem annum initia monaſterii ſancti Martini de Opitergio. Locus rectus hucuſque a fratribus, qui piam ſocietatem in eccleſia ejuſdem loci conſtituebant, reformatus fuit a quodam preſbytero Auliverio nomine, qui poſt duodecim annos eccleſiam & monaſterium Camaldulenſium diſciplinæ tradidit. Primum ipſe Auliverius ſe recepir in quamdam capellam ſeu oratorium dictum ſancti Petri, ſitum in confinibus Opitergii, & milliarii quadrante diſſitum ab eccleſia ſancti Martini, quodque ſpectabat ad eccleſiam Aquilejenſem. Die decima-tertia auguſti hujus anni indictione IV. Gregorius de Monte-longo patriarcha Aquilejenſis mandavit Bono plebano eccleſiæ ſancti Nicolai de Sacilo, ut dictum Auliverium auctoritate ſua inſtitueret in rectorem ejus eccle-

II. Initia monaſterii S. Martini de Opitergio.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1261.

ſiæ ; die vero duodecima novembris ejuſdem anni commiſit idem plebanus Bonus presbytero Gilio plebano eccleſiæ majoris Opiterginæ , ut eumdem Auliverium in poſſeſſionem induceret dictæ eccleſiæ ſancti Petri , Sed de eccleſia ſancti Petri , quæ unita monaſterio ſancti Martini , una cum hoc & cum pluribus laiiſundiis conceſſa fuit Camaldulenſibus , iterum ad annum 1273. Utraque ſancti Petri , & ſancti Martini eccleſia legitur ad annum 1185. confirmata a Lucio III. Romano pontifice Gerardo epiſcopo Bellunenſi , in cujus diœceſi erant dictæ capellæ ſ. Videantur Ughellius , & noviſſima collectio apoſtolicarum bullarum Romana , ubi extat Lucii bulla.

III. Alterius cœnobii S. Mariæ de Iſola in diœceſi Faventiona.

ALTERIUS loci donatio facta fuit hoc anno *die undecima octobris indictione IV. Romanorum imperio imperatore vacante*, congregationi Camaldulenſi . Guido de Rio quondam Bencivenne notarii de ſancto Caſſiano territorii Foro-popilienſis exiſtens in villa ſancti Petri de Duxino donavit pro anima ſua, & tradidit fratribus Petro & Johanni , qui erant de civitate Verona, terras pro religioſo loco faciendo in honorem ſanctæ Mariæ *de Iſola* , quem ſupponere poſſent cuicumque ordini ipſi vellent pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in dicto loco permanſuris . Terræ & ſilvæ erant ſitæ in inſula de Albenello juxta alias terras ejuſdem Guidonis & fratris ſui , & juxta rivum Albenelli , in epiſcopatu Faventino , &. in pleberio ſancti Cypriani, unde facile nomen ab inſula de Albenello factum eſt monaſterio ſanctæ Marie *de Iſola* conſtruendo. Promiſit Guido, quod frater ſuus Blancus ratam habiturus eſſet dictam donationem, ea conditione firmatam, ut ſi aliquo tempore in dicto loco perſonæ religioſæ defeciſſent , vel ſub aliquo ordine non militaſſent , ſive ipſi aut ordo , cui ſe ſupponerent , religioſos viros non conſervaſſent , reverteretur ad ipſum Blancum , aut ad hæredes ſuos donatio . Eodem die frater Petrus conſtituit in procuratorem ſuum fratrem alterum Johannem ad componendum cum Jacobo priore Camaldulenſi , pro ſupponendo diſciplinæ eremi Camaldulenſis dicto loco ſanctæ Mariæ , & ad ſubjiciendum ſe & confratres ſuos ordini Camaldulenſi, atque ad regulam & habitum recipiendum cum promiſſione obedientiæ ſtatutis ejuſdem ordinis,

IV. Confirmata vetera epiſcoporum Arretinorum privilegia monaſterio Prataljenſi.

DIE vigeſima-nona auguſti hujus anni Guillielminus epiſcopus Arretinus precibus Benvenuti abbatis ſanctæ Mariæ de Prataglia confirmavit & innovavit privilegium , quod integrum ſuo inſeruit , Theodaldi epiſcopi Arretini , ſpectans ad annum M. XXX. indictionem XV. menſem decembrem, regni Conradi imperatoris annum IV. quo largitus fuerat redditum integrum omnium decimationum, quæ deberentur epiſcopatui Arretino de omnibus domibus, rebus , vineis, domnicatis & manſis, quæque de cetero pertinere deberent in perpetuum eccleſiæ & monaſterio ſanctæ Mariæ de loco Bidente in comitatu Arretino exiſtenti , & abbati ipſius monaſterii Sigizoni ejuſque ſucceſſoribus , cui ſubſcripſit ipſe epiſcopus Theodaldus, & poſt eum Gerardus primicerius , & Petrus præpoſitus , manu Andreæ notarii , quod privilegium ratum habuit Guillielminus manu Uguccionis Bonaventuræ Villani notarii & ſcribæ ſui. Idem Benvenutus hoc anno elegit rectorem eccleſiæ ſancti Nicolai de Serravalle , quæ eccleſia juris erat Pratagliæ.

V. Res Galeatenſes & Vangatieienſes.

PRO caſtro ſancti Benedicti de territorio Galeatæ , quod olim datum fuerat a Maſſario abbate Galeatenſe Philippo archiepiſcopo Ravennati pro quadam pecuniæ ſumma , idem Philippus archiepiſcopus hoc anno pactam pecuniam requiſivit ab Ubaldo abbate Maſſarii ſucceſſore coram Johanne epiſcopo Foro-popilienſi , Gratia cardinale , & Drudone cantore

eccle-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1261.

eccleſiæ Ravennatis, Sed cum Ubaldus par non eſſet ſolvendo debito, prædictum ſancti Benedicti caſtrum ceſſit in jus Tivirolt de Aquabelli, cui fuerat oppigneratum.

Guidoni abbati Vangaticienſi ſucceſſor electus ante annum 1243. fuerat Ugo, qui eo anno *indictione prima die decima januarii* ſententiam tulit inter Johannem Bartholomæi a Villa-fora & inter Petrabonam. Ejuſdem Ugonis obitus refertur ad hunc annum a Seneſio ex libro pecudineo, in quo adnotabantur nomina monachorum & benefactorum monaſterii defunctorum, & hæc de Ugone ſubjiciebantur: VIII. *idus auguſti: Obiit reverendiſſimus pater domnus Ugo abbas hujus monaſterii, qui lucerna, ſpeculum, norma pariter & forma omni ſempore ſuo extitit monachorum. Anno* M. CC. LXI. In noſtro Vangaticienſi necrologio, quod exſcripſimus, non legitur, niſi *obiit domnus Ugo abbas hujus loci*. Succeſſit Ugoni Johannes, cujus nomen apparet in quodam inſtrumento anni ſequentis ſub *die duodecima junii indictione* V. In præſato pecudineo codice legebatur præterea: *Eodem anno currente die lunæ kalendis martii obiit domnus Bonacoſa, qui vocabatur Muſius, frater venerabilis abbatis Johannis de Vangaticia.*

VI. Obit Alexander IV. pont. max. optime de Camaldulenſibus meritus.

SUPREMUM etiam diem clauſit hoc anno vigeſima-quinta maji die ſummus eccleſiæ antiſtes Alexander IV. quem neſcimus, quanam auctoritate & monumento nixus Grandius faciat monachum monaſterii ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio. Cellam de ſuo nomine dictam *papæ Alexandri* conſtruxit in eremo Camaldulenſi, de qua, immo de tota Camaldulenſi congregatione, fuit optime meritus, quod ex bullis, privilegiis & indultis in medium prolatis ſub annis antecedentibus liquet.

Quo anno in pago Aquæ-paganæ, quæ nunc Copanæ dicitur, ad lucem venit beatus Angelus, ideo dictus de Aqua-pagana, qui in laicali habitu ſolitariam vitam eligens, poſt impetratam ab abbate Valle-caſtrenſe, cui ſuberat monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, licentiam, ſanctiſſime deceſſit anno 1313. Sed de ipſo aliqua ſuis annis.

VII. Multa ad varia monaſteria ſpectantia.

STATUTUM fuit præſenti anno, ut plebis de Micciano eccleſia, quæ igne vaſtata fuerat, occaſione facile bellorum Arretini territorii, reficeretur per commune Arretii juxta bullam Alexandri papæ IV. Hæc plebs, poſtquam pluribus ſeculis ſub jure Camaldulenſis eremi perſeveravit, hodie ſpectat ad dominos Lotteringos de Stufa Florentinos marchiones Calcionis, qui jus patronatus in ipſam obtinent; pervenit autem ad Lotteringos anno 1470. a Schianteſchis comitibus Montis-dolii, cum quibus neceſſitudinem Lotteringi contraxerant.

Ventura prior eremi de Vivo procuratores inſtituit pro vendenda abbatia ſancti Benedicti de Mojano ſita in epiſcopatu Cluſino una cum ſuis domibus, prædiis & eccleſiis, quæ pertinebat ad dictum prioratum Vivenſem.

Cum Jacobus prior Camaldulenſis plurimis ordinis negotiis diſtentus eſſet, ac inſuper debilitate pedum laboraret, die duodecima aprilis [a] ſtatuit in vicarium generalem congregationis Bartholomæum priorem Camalduli Florentini, qui die XXVIII. maji Michaelem abbatem Morronenſem elegit in abbatem ſancti Juſti Volaterrarum.

[a] §. *Electio* 81. *A.* 3. 20.

Guido epiſcopus Camerinenſis, qui electus fuerat ad eam eccleſiam regendam anno 1259. propter calamitates ſuæ urbis coactus ſecedere ad eremum Avellanenſem, ibidem hoc anno, ut quieti ſuæ proſpiceret, morabatur ex [b] Lilio in hiſtoria Camerini. Sed Guido ſerius factus fuit epiſcopus.

[b] *Pagg.* 99. & *P. II. pag.* 34.

Clerus ſecularis & regularis Patavinus, *die* XII. *intranſe julio* procuratorem elegit, qui ſe ſiſteret coram Guala domini papæ notario & lega-

Ann. Chr. 1261.

to, ad deprecandam gravem impoſitionem factam librarum 350. imperialium utrique clero contra eccleſiæ hoſtes, ex Brunatio [a]. Poſt canonicos nominantur Jacobus abbas monaſterii ſanctæ Juſtinæ, Arthuſius abbas Carrariæ, Gandulfus abbas Prataliæ, Albertus prior ſancti Johannis-evangeliſtæ, Rolandus prior ſancti Leonardi, Albertus prior de Vantio, Gerardus prior ſanctæ Sophiæ cum ceteris prioribus urbis & territorii Patavini, & cum ſindicis monialium.

a Pag. 1304.

Exemplum Ziliæ ſeu Cæciliæ profitentis in monaſterio Porcilienſi extra Patavium coram Compagno priore loci affert idem Brunatius in ſuo de Canoniciſſis tractatu in comprobationem, quod monaſterium Porciliæ foret de genere duplicium, quod mares & feminas admittebat.

Albertus Scholarius nobilis Florentinus Octaviani cardinalis in Via-lata conſobrinus ex archidiacono Bononienſe poſtulatus fuit hoc anno ad cathedram Volaterranam ceſſione Rainerii epiſcopi electi Volaterrani. Is commendam obtinebat monaſterii Camalduli Bononienſis, quam facile depoſuit factus epiſcopus; præſertim, quia monachorum Camaldulenſium ſtudium fuit in eo paulopoſt erectum. Rainerii electi Volaterrani monumenta occurrunt uſque ad annum 1260. diem autem XXII. julii in tabulario Fontis-boni. Quanto tempore, & an pacifice præfuerit Albertus, incompertum, cum factionibus, bellis, diviſionibus æſtuaret his temporibus Volaterrana civitas. Succeſſit ipſi alter Rainerius de Ubertinis.

Ann. Chr. 1262.

VIII. Maſſarius fit prior generalis Camaldulenſium.

Electus fuit hoc anno die quarta-decima menſis januarii ab abbatibus congregationis, qui convenerant in monaſterium ſanctæ Mariæ de Urano, in priorem generalem ejuſdem Camaldulenſis congregationis Maſſarius abbas dicti monaſterii, non per mortem Jacobi, qui in hac electione vices ſuas tradidit Thaddæo eremitæ, ſed per dimiſſionem magiſtratus, quam fecit vel ob ſuam debilitatem, vel etiam ob ſolitudinis amorem, nam ſtatim ſe includi flagitavit, & ut incluſus nominatur etiam in charta anni 1264. facta ab eremitis concedentibus Bartholomæo priori Camaldulenſi facultatem contrahendi quoddam debitum, Subſtituit autem Maſſarius *die decima-tertia julii* in ſui locum & in Urani abbatem Romualdum, quem priorem ante conſtituerat ſanctæ Mariæ Camalduli Foro-vienſis.

IX. Aymericus abbas Claſſenſis fit epiſcopus Foro-popilienſis.

Die *octavo intrante februario indictione quinta*, præſentibus Floro præpoſito Foro-popilienſi, Guillielmo abbate monaſterii ſancti Petri in Vinculis, Guidone quondam Alberici de Polenta, comite Rogerio de Bagnacavallo aliiſque, Philippus archiepiſcopus Ravennas voluntate cardinalium & cantorum eccleſiæ Ravennatis confirmavit electionem Aymerici abbatis Claſſenſis ſancti Apollinaris in epiſcopum Foro-popilienſem, cujus eccleſiæ cathedra vacabat per obitum Johannis epiſcopi, tribuens ei omnem epiſcopalem poteſtatem in ſpiritualibus & temporalibus, Eam quoque diem confirmationis habet Rubeus [b].

b Lib. VI. pag. 437.

„ Inito epiſcopatu videns Aymericus, inquit Fortunius, Camaldulenſes turbatos eſſe in ſuo jure ad cœnobium ſanctæ Mariæ Urani apud „ Brittonorium, non ſemel poſſeſſione amiſſa, reſtituit illos magno affe„ ctu in potiorem locum, largitiones & privilegia Ægidii aliorumque „ ſuorum anteceſſorum ampliſſimo diplomate atque gratioſiſſimo confir„ mans. “

c §. Electio 89. A. 3. 40.

In locum vero Aymerici Maſſarius prior Camaldulenſis [c], præhabitis monachorum ſuffragiis, elegit in abbatem Claſſenſem Guillielmum, qui abbas erat ſancti Petri in Vinculis, conſtituendo ipſum ſuum vicarium

in

in membris ejuſdem monaſterii ad viſitandum, & reformandum; manu Bartholomæi notarii Brittonorienſis.

ANN. CHR. 1262.

X. Variæ electiones prælatorum Camaldulenſium.

Hæ pariter ſunt electiones, quæ reperiuntur in tabulario Fontis-boni, factæ præſenti anno a Maſſario priore generali Camaldulenſi. Michael[a] prior ſanctæ Mariæ de Ravone Bononienſis urbis electus fuit *die decima-ſexta februarii* prior ſimul ſancti Damiani ejuſdem urbis, commendata ipſi eccleſia de Ravone, & impoſito ſilentio abbatibus ſancti Michaelis de Caſtro-Brittorum in futurum ſuper prioratu ſancti Damiani, quem ſibi ex conceſſione Placidi generalis vindicabant. Quarta julii[b] conſtitutus fuit prior eremi ſancti Ægidii de Fleri Ildebrandus eremita Camaldulenſis. Die undecima auguſti[c], præſente Aymerico epiſcopo Foro-popilienſi, electus fuit abbas ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia Braimanus abbas Vergaretanus. Decima-ſexta octobris[d] Maſſarius, cognita nullitate electionis Benedicti monachi de Cantiniano in abbatem ejuſdem monaſterii, quia contra conſuetudinem Camaldulenſem fuerat celebrata, ſine interventu prioris generalis vel ejus nuntii, illam caſſavit; verum cum ſe Benedictus abdicaſſet a regimine, denuo legitime electus fuit ejus monaſterii abbas.

a §. *Electio* 88. *A.* 3. 40.
b §. *Ibid.* 90. *A.* 3 45.
c §. *Ibid.* 92. *A.* 3. 47.
d §. *Ibid.* 93. *A.* 3. 48.

XI. Confirmatur eccleſia de Vertighe cœnobio A[illegible]nienſi. Alia ad plura cœnobia ſpectantia.

GUILLIELMINUS epiſcopus Arretinus[e] *pridie kalendas octobris* innovavit Guidoni abbati ſanctæ Mariæ de Agnano poſſeſſionem capellæ ſanctæ Mariæ de Vertighe Montis-ſancti-Sabini una cum eccleſia ſanctæ Agathæ ejuſdem oppidi, quas eidem cœnobio conceſſerat olim Martinus ejus prædeceſſor epiſcopus, dans eidem jus-patronatus ipſarum & relaxans cenſum ſibi debitum, & omnia jura, præter epiſcopalia, & committens Raynerio camerario ſuo, ut abbatem de ipſis in poſſeſſionem mitteret, ſalva debita reverentia plebis Montis-ſancti-Sabini. Datum Civitellæ in palatio epiſcopi, cum ſubſcriptione canonicorum Arretinorum ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus[f].

e *Fortun. P. II. pag.* 54.
f *Num.* 227.

Laurentius de Faventia converſus Camaldulenſis, qui plura nova loca fundaverat, cum conſtruxiſſet monaſterium in diœceſi Ariminenſi in loco dicto Prodano, ubi terras & bona receperat, ut diximus anno 1256. electus fuit a Maſſario priore Camaldulenſi die nona februarii primus rector & adminiſtrator ejus loci, qui eremo Camaldulenſi fuit ſuppoſitus.

Octavianus cardinalis ſanctæ Mariæ in via lata, & ordinis Camaldulenſis protector transferre ſatagebat ad alium ordinem, nimirum ad recens inſtitutum in urbe Bononienſi ordinem equitum Gaudentium, monaſterium ſancti Michaelis de Caſtro-Brittorum diœceſis Bononienſis; quare *die decima-nona octobris*[g] hujus anni Guido ſacriſta eremi Camaldulenſis de conſenſu eremitarum tam incluſorum, quam excluſorum elegit Rainerium monachum in eremi & congregationis procuratorem, qui ſe ſiſteret coram cardinale, & ab ipſo peteret ſibi oſtendi literas Romani pontificis, quæ permitterent hujuſmodi translationem. Verum cum die vigeſima-prima ejuſdem menſis renuiſſet cardinalis Rainerium ad præſentiam ſuam admittere, hic ad apoſtolicam ſedem appellavit.

g §. *Mandatum* 21. *A.* 3. 49

Hoc *anno* M. CC. LXII. *indictione* V. *regnante domino noſtro Manfredo rege Sicilie anno regni ejus quarto die ſecunda intrante julio*, Moricus abbas ſancti Victoris de Cluſis contulit Rolando monacho ſui monaſterii cœnobium ſanctæ Mariæ inter Saxa cum libera poteſtate ipſum regendi, tamquam adminiſtratori ejus eccleſiæ. Si tamen ipſe nollet reſidere in monaſterio ſancti Victoris, haberet omnia victualia velut monachus reſidens. Sed *anno* M. CC. XCV. *indictione* VIII. *tempore domini Bonifacii pape* VIII. *die* VIII. *ſeptembris* in eo loco reſidebant ſanctimoniales, *Sorebona*, hoc

eſt

Digitized by Google

ANN. CHR. 1262.

eſt ſorore Bona, abbatiſſa ejuſdem monaſterii exiſtente. Manfredus filius nothus Friderici II. imperatoris ex principe Tarentino coronatus fuerat rex Siciliæ anno 1258. die undecima auguſti; quare die ſecunda julii adhuc perſeverabat quartus ejus regni annus.

In necrologio Galeatenſi apponitur ſub nonis januarii: *Obiit dompnus Ubaldus monachus atque abbas anno Domini* M. CC. LXII. *Deceſſit autem in prælio.* „ Cum vero, ſubdit Rubeus [a], per hos dies abbas Galeatæ „ fuiſſet interfectus, Ubaldus nomine, miſerunt monachi Bentivegnam ex „ hoſpitali de Rivo ſacerdotem, qui hæc vicario Philippi archiepiſcopi „ & choro eccleſiæ Ravennatis renuntiaret, adderetque, monachos, ut „ novum abbatem eligerent, in ſuffragium ituros. “ Electus fuit Guido.

a *Lib. VI. pag.* 437.

XII. Celebre prodigium Pariſii monachi Camaldulenſis.

REFERTUR ad hunc annum celebre prodigium Pariſii Camaldulenſis monachi, qui Tarviſii curam animarum ſanctimonialium ſanctæ Chriſtinæ gerebat. Albertus epiſcopus Tarviſinus ex ordine Minorum Romam vocatus fuit præſenti anno, ut ſe purgaret a criminationibus, quas ipſi impegerant Ruffinus & Bartholomæus fratres Minores. Cum anceps eſſet antiſtes, an Romam iret, metuens, ne epiſcopatum amitteret, animo fluctuabatur, neque quid ſibi conſilii capiendum eſſe ſciebat. Quare accito Pariſio, ad cujus aures ſolitus erat peccata ſua detegere, ipſius voluntatem exquiſivit, ac de conſilio interpellavit. Pariſius illi ſubdidit, ut ſine metu vel dubio morem gereret præcepto Romani pontificis, Romamque ſe conferret, pollicens ipſum honorifice & incolumiter ſedem ſuam repetiturum. Credidit homini Dei Albertus, & duobus legatis Tarviſinis comitatus Romam petiit ad cauſam dicendam; verum prædicti fratres Minores infidelitatis criminantes legatos, qui ad eum defendendum miſſi fuerant, obtinuerant a Romano pontifice procraſtinationem cauſæ, & liberationi Alberti impedimento erant. Ea propter aucti timores epiſcopi de amittenda dignitate; ſed in ejus anguſtiis conſpiciendum ſe præbuit ipſi Pariſius, qui eum confortans dixit: Ne timeas, te ſecurum volo quam primum de tuo reditu honorifico ad epiſcopatum. Reapſe id contigit, quod prædixit ſanctus vir; nam poſt paucos dies agnitis fratrum Minorum calumniis, ipſiſque damnatis abſolutus fuit epiſcopus, qui lætanter jam declaratus innocens ad urbem ſuam remeavit. Verum cum de viſione cogitans epiſcopus doleret, rimens, ne reperiret jam defunctum Pariſium, maximo gaudio poſtea repletus eſt, cum domum perveniens ipſum adhuc inter vivos degere compertum habuit, cui plus quam antea, ſemper, quoad vixit, detulit.

XIII. Monumenta aliquot monaſteriorum. Obitus B. Julianæ Collaltæ.

MASSARIUS prior generalis Camaldulenſis, cum conſenſu Mauri abbatis Berardingorum, Orlandi abbatis ſanctæ Mariæ de Monte-cerpi, Amati abbatis ſancti Petri in Campo diœceſis Cluſinæ, Amici prioris ſancti Vigilii Senarum, Pauli prioris ſanctæ Trinitatis de Peruſio, Mauri prioris ſancti Alberti de Monte-alceto, alias Monticello, & Gregorii abbatis ſanctiſſimæ Annuntiatæ de Monte-Fellonico approbavit & confirmavit translationem eremi de Vivo ad ſanctæ Muſtiolæ Arcus Senarum factam auctoritate apoſtolica a ſuis prædeceſſoribus Martino & Jacobo. Actum per manus Ildebrandi filii Guillielmi notarii ex tabulario [b] Roſæ Senarum. Novimus ex hac confirmationis pagina plura monaſteria provinciæ Senenſis ſubjecta diſciplinæ Camaldulenſis ſive Vivenſis eremi.

b *Num.* 55.

Rainerius de Greſſa plebanus Biblenæ arbiter electus fuit [c] ſuper quæſtione caſtri Fraſſinetæ inter epiſcopum Arretinum Guillielminum & inter Benvenutum abbatem Pratalienſem.

c *§. Sententia* 40. *A.* 3. 42.

„ Presbyter Ubertinus rector eccleſiæ ſancti Hilari in plano civitatis

Arretii

„ Aretii prope Puleam, quaſi juxta ſtratam publicam, qua itur de civi- ANN. CHR. 1262.
„ tate Arretina ad Subianum & Balneum, coram Deodato archipresbyte-
„ ro plebis ſanctæ Mariæ de Arretio, profeſſus fuit in manibus Benve-
„ nuti ſindici parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, ec-
„ cleſiam dictam eſſe manualem præfati monaſterii, rectoriſque in ea in-
„ ſtitutionem pertinere ad abbatiſſam ejuſdem loci, quæ appellatur vene-
„ rabilis femina Sophia abbatiſſa Prati-veteris, & eidem ſindico pro mo-
„ naſterio recipienti promiſit omne ſervitiorum genus, quod debetur a
„ membro capiti. Actum in civitate Arretii in palatio Communis; " ut habetur in excerptis tabularii monaſterii ſanctæ Mariæ in Gradibus [a]. Ipſa Sophia ad annum 1267. [b] dicitur filia quondam comitis Aghinolfi. Similiter ex iiſdem excerptis Guido, Jacobus, Raynerius & Rogerius fratres filii domini Guidonis nobilis viri de ſancto Pancratio mandarunt probo viro Vogliæ olim Ongani, ut immitteret in actualem & corporalem poſſeſſionem ejuſdem caſtri & ipſius diſtrictus & curtis Guidonem abbatem Agnani vel ejus ſindicum, quandoquidem caſtrum ſancti Pancratii ad monaſterium Agnani pertinebat. Ipſe propterea Guido abbas elegit Raynerium camerarium Guillielmi epiſcopi Arretini in poteſtatem caſtri & curiæ ſancti Pancratii ad unum annum cum feudo & ſalario conſueto, ad honorem ſancti Ægidii.

a Num. 30.
b Num. 35.

Aldegarius ſive Adalgerius, ut in omnibus veteribus paginis effertur, epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis hoc anno die octava decembris Aulivefio rectori eccleſiæ ſancti Petri de Opitergio tradidit eccleſiam ſancti Martini ejuſdem loci cum omnibus redditibus ſuis ſub penſione ſolvenda epiſcopo unius libræ ceræ ex tabulario noſtro ſancti Michaelis de Muriano [c].

c Capſ. 61. ſ.

Reſtaurata fuit hoc anno vetuſtate ſua fatiſcens eccleſia ſancti Salvatoris & ſancti Romualdi Vallis-caſtri a Marino abbate, cujus monumenta ex paginis monaſterii ſancti Blaſii de Fabriano protulimus etiam ad annum 1260. extantque inter acta Petri & Guillielmi abbatum. Legitur, ſed ægre, in eminenti arcu ad aram templi majorem hujuſmodi inſcriptio:

IN. NOMINE. DOMINI. NOSTRI. IHESV. CHRISTI. BEATEQVE. VIRGINIS
MARIE. ET. BEATI. ROMVALDI. . . . .
SOPHIE. NVMEN. PRESENTI. LOCO. COLENDVM
POSTERIS. IL... ERAM. MIRA. HIS. MAJORA. SEQVANTVR
DIRVTVM. OPVS. RESTAVRAT. GRATIA. CHRISTI
DECORE. PRESTANTI. QVOD. NON. SINE. MAGNO. LABORE
TEMPORE. CONFICITVR. VRBANI. PRESVLIS. QVARTI
GVIDONIS. EPISCOPI. ABBATIS. DONNI. MARINI
ANNO. MIL.-NO. DVCENTENO. BISQVE. TRICENO
JVNCTIS. HIS. DVOBVS. INDICTIONE. QVINTA
DVCITVR. AD. METAS. MANIBVS. MAGISTRI. TEBALDI
DEO. GRATIAS. AMEN.

Ex hoc monumento rectius ſupputari poſſunt tempora Guidonis epiſcopi Camerinenſis. [d] Ughellius exiſtimat ejus prædeceſſorem Petrum circa annum 1264. ab Urbano IV. translatum fuiſſe ex Camerinenſi ad eccle-

d T. I. col. 559.

ſiam

Ann. Chr. 1262. ſiam Firmanam. Cum autem poſt tranſlationem Petri cathedra Camerinenſis per annum. & amplius vacaverit ex epiſtola ejuſdem Romani pontificis, quam laudat, data capitulo Camerino, reliquum eſſet Guidonem ipſius ſucceſſorem electum fuiſſe anno 1265. adeoque ipſius electio ſtatuenda foret poſt obitum Urbani, immo ipſa Urbani epiſtola data foret poſt ipſius Romani pontificis deceſſum. Ad fidem itaque monumenti Valle-caſtrenſis Petrus tranſlatus fuit ab Urbano IV. anno 1261. primo ſui pontificatus; vacavit ſedes Camerinenſis uno & amplius anno; poſt quam vacationem ſcripſit Urbanus capitulo Camerinenſi, ut idoneam perſonam poſtularent ſibi præficiendam, qui communi ſuffragio elegere Guidonem anno 1262. tempore Urbani IV. indictione quinta, quæ chronicæ notæ exprimuntur in laudata inſcriptione Valle-caſtrenſi.

Ad Deum evolavit hoc anno kalendis ſeptembris beata Juliana ex nobiliſſima Collaltorum familia, quæ poſteaquam beatæ Beatrici Eſtenſi adhæſerat tum in Salarolenſi, tum in Gemmulenſi parthenone, ſub ductibus congregationis monachorum Alborum urbis Patavinæ & ordinis ſancti Benedicti, anno 1222. Venetias profecta, in inſula Judaicæ, tunc dicta Spinæ-longæ, aſceterium pro ſacris virginibus ædificaverat in honorem ſancti Blaſii martyris & ſancti Cataldi epiſcopi Tarentini. Septuageſimumſextum ætatis annum numerans placidiſſime exſpiravit. Cœleſtium ſplendorum ſignis decoratus fuit locus ejus ſepulcri; quare poſt triginta & quinque annos e communi cœmeterio tranſlata fuere anno 1297. ſacra ejus lipſana ſuper altare eccleſiæ ipſi dicatum. Ejus imaginem, capſam quoque ſepulcri, alteram imaginem ipſius orantis ante ſanctos Blaſium & Cataldum antiquitate ſua venerabiles æri incidi juſſit Cl. Senator Flaminius Cornelius, qui eas publici juris fecit in ſuis Notitiis [a] Italica lingua digeſtis eccleſiarum & monaſteriorum Venetorum. In prima imagine beata Juliana induitur tunica alba, ſcapulari & velo nigro; in poſtrema, qua ad orantis formam deſcribitur, pro velo capitium habet ad ſcapulas deſcendens, capite diſcooperto cum raſura monaſtica, ad inſtar virorum. Incorruptum ad hodiernam diem viſitur ſacrum Julianæ corpus, prodigia quoque ejus interceſſione patrantur, ob quæ paucis ab hinc annis officium ipſius cum lectionibus & oratione propriis, Miſſam quoque in tota Venetiarum diœceſi, & in ditione comitum Collaltorum probavit & indulſit Benedictus papa XIV.

[a] Pag. 528.

Ann. Chr. 1263. XIV. Urbani IV. bullæ pro Camaldulenſibus.

Post mortem Alexandri IV. Romani pontificis electus fuerat die vigeſima-nona auguſti anni 1261. Jacobus patriarcha Hieroſolymitanus, qui Urbani IV. nomine aſſumpto, temporibus his calamitoſis eccleſiæ univerſali præerat. Is hoc anno die *decima-tertia ſeptembris* apud Montemflaſconem exiſtens indulſit priori Maſſario & prælatis Camaldulenſibus, ut tempore interdicti alicujus regionis vel urbis, divina myſteria poſſent celebrare, ſine pulſatione tamen campanarum; immo eum frequentia per hæc tempora forent interdicta, quibus coercebantur urbium flagitia, anno ſequenti legem univerſalem tulit idem Romanus antiſtes, ne innocentes eidem pœnæ ſubjicerentur, ut januis clauſis liceret eccleſiis ſacra facere. Videatur Rainaldus in Annalibus eccleſiaſticis ad annum 1264.

Idem *quinto kalendas aprilis pontificatus* ſui *anno ſecundo* conventui monaſterii ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis, examinata prius electione, confirmavit in abbatem Anſelmum monachum cœnobii ſancti Johannis-evangeliſtæ urbis Ravennæ, quem monachi ſancti Petri ſuffecerant in locum facile Guillielmi, electi abbatis Claſſenſis ſancti Apollina-

tis,

ris, ut vidimus anno præterito, VIII. *kalendas* ejuſdem *menſis* literas dedit etiam eidem electo. Celebris eſt Anſelmus, qui diu perſtitit in regimine ipſius monaſterii, & omnem operam dedit, ut præſatum cœnobium ſubderetur diſciplinæ Camaldulenſis eremi.

ANN. CHR. 1263.

Andriotus filius Albertefchi [a] poſſidens medietatem vicariatus & eccleſiæ ſancti Nicolai de Trulla in Sardinia una cum ſervis & ancillis, animalibus & juribus ad eamdem eccleſiam pertinentibus, rediens ad cor, & agnoſcens ea bona ſpectare ad congregationem Camaldulenſem, vicariatu ſe exuit die decima-tertia ſeptembris, & reſtituit omnia bona dictæ eccleſiæ Jacobo ſindico Maſſarii prioris Camaldulenſis, aſſerens ſe nihil aliud de ejus eccleſiæ bonis alienaſſe, niſi redditus de Controniano.

[a] §. Renuntiatio 97 A. 3. 60.

XV. Obitus Maſſarii prioris, electio Bartholomæi. De abbatia S. Petri in Campo.

PARUM tamen ſupervixit in congregationis regimine ipſe Maſſarius anno antecedenti electus prior generalis, neque biennium complevit, deſunctus hoc anno circa menſem octobris. Poſt cujus deceſſum convenientes eremitæ, abbates & priores in monaſterium ſanctæ Mariæ de Urano, die prima novembris unanimiter compromiſſum fecere in Bonum Majorem eremi, & in Johannem ac Petrum eremitas; in Johannem pariter Vangaticienſem abbatem, Guillielmum Claſſenſem, Angelum ſanctæ Helenæ de Æſio, & Gerardum ſanctæ Jucundæ de Obacula abbates, & in Bene priorem ſancti Frigdiani de Piſis, ac in Jacobum priorem ſancti Michaelis de Arretio, qui concordi voluntate poſtulaverunt & elegerunt in locum defuncti Maſſarii Bartholomæum priorem ſancti Salvatoris Camalduli Florentini, & olim vicarium generalem Jacobi prioris. Præſens inter alios adſuit electioni novi generalis præſidis Aymericus epiſcopus Foro-popilienſis, in cujus diœceſi erat dictum monaſterium Uranenſe.

Commiſerat Camaldulenſibus idem Urbanus reformationem & curam monaſterii ſancti Petri in Campo, ac ſubtractum a prioratu Vivenſi, cui eatenus paruerat, ſuppoſuerat idem cœnobium immediate eremo Camaldulenſi. Quare Bartholomæus recens electus prior generalis, mandatis Romani pontificis obſequi cupiens, ad honorem Cluſini epiſcopi, in cujus comitatu ſitum erat monaſterium, die ſexta decembris de conſenſu fratrum ſuorum elegit in abbatem dicti loci Bonum Majorem eremi [b]. Interea Johannes de Trebis roccæ Radicoſani caſtellanus ſub ſua cuſtodia receperat dictum ſancti Petri monaſterium juxta præceptum, quod ipſi oretenus fecerat idem Urbanus, & juxta literas Petri archidiaconi Senonenſis & ejuſdem papæ camerarii; ſed die ſexta julii anni ſequentis eidem Bono eremitæ Camaldulenſi poſſeſſionem monaſterii liberam dimiſit. Petri archidiaconi Senonenſis & Urbani IV. camerarii fit mentio etiam in charta Camaldulenſi hujus anni [c], qua die XVII. martii fatetur ſe recepiſſe a Maſſario priore generali Camaldulenſis congregationis duas uncias auri Tarenorum ad pondus Romanum pro cenſu duorum annorum, unius unciæ auri quolibet anno ſolvendo cameræ apoſtolicæ. Monaſterium vero ſancti Petri in Campo exſurgebat extra caſtrum Radicoſani; anno autem 1284. generale capitulum Claſſenſe literis ſuis poteſtatem fecit Guillielmo Petri de Balneoregio poteſtati atque communi ejuſdem caſtri transferendi ipſum monaſterium intra caſtrum, aſſenſum præbente etiam abbate monaſterii.

[b] §. Electio 98. A. 3. 64.

[c] §. Finis 1. A. 3. 56.

XVI. Confirmatur protectio communis Senarum prioratui de Vivo.

GENTILIS a ſancto Geminiano judex & aſſeſſor communis Senarum, & Guido Rannuccii camerarius ejuſdem, & vicarius Ventrilii Guidonis Ventrilii a Piſis poteſtatis Senarum, conſentiente generali conſilio urbis collecto in eccleſia ſancti Chriſtophori die tertia februarii hujus anni conſtituerunt in procuratorem ſuum Uguccium Bandini judicis ad emendum ab eodem ſancti Petri

ANN. CHR. 1263. Petri monaſterio & ab eremo Vivenſi, ac a rectoribus dictorum locorum caſtrum Caſtillionis Senenſis cum ſua curte, diſtrictu, hominibus, terris, poſſeſſionibus, plateis, burgis & vineis, excepta eccleſia dicti caſtri, & una ejuſdem eccleſiæ poſſeſſione, ſub pœna ducentarum marcarum argenti, promittendo cuſtodiam & protectionem prioris Vivenſis, & communis dicti caſtri, ſpondendo etiam, quod quotannis per urbem Senenſem voce præconis publicabunt idem caſtrum perſiſtere ſub fide communis Senenſis. Pacta olim cum Vivenſibus facta confirmata fuere Camaldulenſibus, cum ad immediatam ſubjectionem eremi Camaldulenſis tranſiit idem monaſterium.

Pertinent ad hunc annum alia Urbani IV. bulla data *decimo kalendas aprilis pontificatus* ſui *anno ſecundo* ex Urbe-vetere, qua protectionis apoſtolicæ robore munivit monaſterium ſanctæ Mariæ de Carceribus ejuſque bona. Prior dicti cœnobii erat Jacobus, qui diu regimen tenuit.

In necrologio parvo ejuſdem monaſterii adnotatur ſub hoc anno ad diem decimam-ſeptimam februarii obitus Azzonis marchionis Eſtenſis; ſed cum monachus Patavinus, Ricobaldus, aliique veteres ſcriptores apud Muratorium ejus deceſſum aſſignent ad annum ſequentem, uſurpatus fuerit in necrologio annus Venetus 1263. qui erat Romanus & communis 1264.

Super januam domus ſanctæ Luciæ in territorio comitum de Collalto diœceſis Cenetenſis, quæ domus una cum adjuncta eccleſia ſubjecta eſt monaſterio ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis de Fullina, cælata eſt ſequens inſcriptio:

ANN. DOM. M. CC. LXIII. INDICTIONE. VI.
DNO. GALVANIO. EXISTENTE. ABBATE
HOC. OPVS. . . . .

Galvanii nomine inſtrumenta ejus loci ſignantur ab anno 1261. ad annum 1264. Ad annum vero 1268. nomen apparet Tarini ipſius ſucceſſoris, cujus extat ad eum annum in clauſtro ejuſdem abbatiæ altera inſcriptio hujuſmodi:

ANNO. DNI. MILLESIMO. CC. SEXAGESIMO. OCTAVO. HOC. OPVS
FACTVM. EST. SVB. DONNO. TARINO. ABBATE. PER. FRATRES
AER. ET. AN. ET. PER. MAGISTROS. AER. ET. ARMAN.

Cum Adalgerius epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis conceſſiſſet ſub finem anni elapſi Oliverio ſeu Auliverio presbytero Opitergino, qui morabatur apud oratorium ſancti Petri ejuſdem oppidi, locum & eccleſiam ſancti Martini de Opitergio, quæ ad ſuam diœceſim ſpectabat, eam donationem *die trigeſima januarii indictione ſexta* laudaverunt decanus & canonici Bellunenſes; *die* vero *prima menſis februarii*, in præſentia Perſavii Cenetenſis epiſcopi, approbavit etiam Odoricus de Paldulfino canonicus itidem Bellunenſis. Confirmatur ex hoc documento Perſavium ſeu Profavium de Novello electum fuiſſe epiſcopum Cenetenſem ante annum 1264. quo ejus electionem ſtatuit Ughellius [a].

Hoc anno Paduæ decretum eſt, „ ut quatuor libri ſtatutorum fiant „ unius tenoris, unum quod ſit apud poteſtatem, alind apud procurato„ rem, tertium ad catenam in eccleſia palatii, & quartum ubi ſtabunt „ libri communis. Statuta autem vetera collocentur pro communi Pa-„ duæ,

[a] T. V. col. 191.

„ duæ, unum penes monaſterium ſancti Benedicti, aliud penes monaſte- „ rium ſancti Johannis de Verdaria, tertium penes ſanctam Mariam de „ Vantio, & quartum penes monaſterium ſanctæ Mariæ de Porcilia. In libris „ ſtatutorum Paduæ ita continue in omnibus locis ſcribantur numeri & di- „ ctiones, & ſimile, quod in aliquo loco litera ad ſignandum numerum non „ ponatur, ſcilicet v. pro quinque, vel L. pro quinquaginta, aut C. pro „ centum, nec M. pro mille, vel ſimili modo aliqua litera apponatur.“

ANN. CHR. 1263.

CUM lites eſſent inter Richelmum epiſcopum Livienſem, & inter Jacobum priorem ſanctæ Mariæ Camalduli ejuſdem urbis ſuper ſynodo, penſione, quarta mortuorum & teſtamentis, talis inter ipſos concordia ſecuta eſt, ut prior quotannis præſtaret epiſcopatui de teſtamentis & mortuariis quartam partem, præter ea, quæ dictæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ relinquerentur pro ornamentis & anniverſariis. Pro ſynodo & penſione prior nihil ſolvere teneretur, ratione privilegiorum ab Alexandro IV. ordini Camaldulenſi conceſſorum. Hæc acta fuere, præſente & conſentiente Braimano abbate monaſterii ſancti Hippolyti de Faventia, quem delegaverat Bartholomæus prior generalis, & pro quarta hactenus retenta teſtamentorum & mortuorum ſoluti fuere epiſcopo a priore Foro-livienſi centum ſolidi Ravennates.

ANN. CHR. 1264. XVII. Compoſitæ lites inter epiſcopum Livienſem & monaſt. Camalduli de Foro-livio.

PHILIPPUS archiepiſcopus Ravennas abbati ſancti Hilari de Galeata Guidoni confirmavit hoc anno plura oppida, quæ eidem cœnobio Simeon archiepiſcopus ejus anteceſſor donaverat; nam teſte Rubeo [a] „ Philippus „ ea oppida a quibuſdam diſtracta occupataque tyrannis comparato exer- „ citu receperat.“

XVIII. De Galeatenſi & Inſulano monaſteriis. [a] Lib. VI. pag. 440.

Cum electio rectoris eccleſiæ ſancti Johannis de villa Campo-ſonaldi ſpectaret ad abbatem ſanctæ Mariæ de Inſula, & ſimul ad parœcianos, Ventura abbas Inſulanus parœcianos in eamdem eccleſiam convocavit, ut electioni intereſſent, qui venire renuerunt, affirmantes ſe metuere coarctari in libertate ſuffragiorum [b]. Aſſignavit idcirco eis pro electionis loco caſtrum ſanctæ Sophiæ, quem grate quidem ſuſcepere, ſed tamen accedere detrectarunt; palam proinde omnibus fecit abbas ſe ad electionem ſingulariter venturum, ſi diutius ipſi præſentiam ſuam ſubtraherent.

[b] Append. 10. A. 3. 67.

HOC anno *die decima-tertia martii* Beccarellus olim domini Rigetti de Flumine donavit fratri Laurentio de ordine Camaldulenſi & ejus ſociis terras & ſilvas poſitas in comitatu Peruſii & diſtrictu Caſtri fluminis in loco dicto Vallis. Laurentius autem, habita licentia Bartholomæi prioris generalis, plures ibidem recepit ad habitum monaſticum. Hæc eſt fundatio monaſterii ſanctæ Mariæ de Vallibus in agro Peruſino, quæ tribuenda eſt eidem Laurentio, qui nunquam fatigabatur pro promovenda ordinis dilatatione.

XIX. Origo cœnobii S. Mariæ de Vallibus in diœceſi Peruſina.

GUILLIELMINUS epiſcopus Arretinus [c] confirmavit electionem Raynerii monachi de Agnano in priorem abbatiæ ſancti Gaudentii prope montem ſancti Sabini, quæ ſubjiciebatur monaſterio Agnanenſi. Modo eccleſia ſancti Gaudentii omnino eſt diruta; dominium tamen directum ejus prioratus vel abbatiæ adhuc retinet cœnobium Agnani, ſive monaſterium ſanctæ Mariæ in Gradibus Arretii, cui copulata fuit abbatia Agnani. Bartholomæus pariter prior generalis Camaldulenſis [d] elegit Henricum ex monacho ſancti Salvatoris Camalduli Florentini in abbatem ſancti Petri de Cerreto. Ipſi Bartholomæo fidelitatem jurarunt Albertus de Monteacuto & Iſachinus filius Ubertini pro caſtro Caſtillionis de Fatalbecco die duodecima ſeptembris [e].

XX. Confirmata ab epiſcopo Arretino electio prioris abbatiæ S. Gaudentii. [c] Arch. Cath. Arr. n. 103. [d] §. Elrilio 99 A 3. 65. [e] Regeſto I. pag. 9.

ANN. CHR. 1264.

XXI. Obitus beati Compagni primi prioris Porcilienſis.

Coelum petiit præſenti anno Compagnus primus prior monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia extra Patavinam urbem poſt quadraginta-quatuor regiminis annos, quibus locum mirifice auxit, Sanctiſſime vixit, & præfuit, ejuſque laudem brevi oratione complexus eſt Scardeonius. Oſtenditur ipſius ſacrum corpus penitus incorruptum in templo ſanctimonialium, quæ olim habitantes una cum monachis in Porcilia, nunc a nomine beati Antonii Peregrini Porcilienſis oblati, in urbem translatæ appellantur moniales beati Antonii Peregrini. Poſt Porcilienſis monaſterii deſtructionem initiis ſeculi XVI. utriuſque ſacra lipſana delata primum fuere ad eccleſiam urbanam ſancti Petri, inde ad novum ſacrarum virginum aſceterium; legiturque ad urnam de beato Compagno hæc inſcriptio, *Hic in hac capſa jacent oſſa domni Compagni ſanctæ Mariæ de Porcilia, qui obiit* M. CC. LXIV. Celebratur ejus natalitia dies octavo idus octobris. De ipſo agunt Fortunius, Ractius, Minius, Botta, Grandius, Buccellinus & veteres Sanctorum catalogi præpoſiti officiis Camaldulenſibus. Funus ſancti viri curarunt tum monachi, tum moniales idem Porcilienſe monaſterium incolentes, & originem ſuam ab ipſo ducentes. Compagno ſucceſſor datus fuit Caſtellanus.

XXII. Profecutio litium inter moniales S. Benedicti de Patavio.

In eadem Patavina urbe ſuſcitatæ fuerant novæ lites inter monachos ſancti Benedicti Novelli, & moniales ſancti Benedicti Veteris. Movorant quippe controverſiam moniales, eo quod monachi poſt diviſionem factam utriuſque ſexus per epiſcopos delegatos ab apoſtolica ſede anno 1259. ædificaſſent ſibi eccleſiam novam appellatam ſancti Benedicti Novelli. Nomine itaque monialium primicerius ſancti Marci Venetiarum monachis dedit in mandatis, ut deſiſterent ab opere incepto. Appellavit ab ejus decreto Paduanus prior ad Urbanum Romanum pontificem. qui Simoni titulo ſancti Martini in Montibus presbytero cardinali & apoſtolicæ ſedis legato in Venetiarum partibus commiſit, ut concordiam curaret inter utramque partem litigantem. Subdelegavit cardinalis abbatem monaſterii ſancti Nicolai de Litore Venetiarum, & archipresbyterum majoris eccleſiæ Patavinæ, inde etiam Johannem priorem ſanctæ Mariæ de Vantio. Coram his judicibus protulerunt monachi ſancti Benedicti prohibitionem ſibi factam a primicerio Veneto adverſari ſententiæ epiſcoporum Patavini, Vicetini & Adrienſis latæ anno 1259. qua permittebatur hujuſmodi novæ eccleſiæ conſtructio; immo de conſenſu Johannis epiſcopi Patavini deſignatus fuerat locus conſtructionis ipſius. Quare iterum poſt plura acta monachi ſancti Benedicti appellarunt ad Simonem cardinalem, & cardinale nolente cauſam ad ſe revocare, appellarunt ad Clementem IV. Romanum pontificem, qui locum repleverat Urbani IV. quique proinde ex Peruſio *idibus martii pontificatus* ſui *anno ſecundo* archipresbyteris plebium de Sacco & de Monte-ſilice Patavinæ diœceſis commiſit, ut in cauſa ſupradicta procederent, vel partes ad eumdem cardinalem remitterent. Quas Clementis literas *anno* M. CC. LXVI. *indictione* IX. *die quinto-decimo exeunte junio* Gerardo archipresbytero Montis-ſilicis exhibuit Dinus monachus ſancti Benedicti Novelli & electus procurator monaſterii *anno* M. CC. LXV. *quarto exeunte novembri* a capitulo ejuſdem monaſterii, coram Haamo priore ſanctæ Juſtinæ de Serravalle. Res contentioſe agitata fuit per quadriennium, & tandem pro monachis deciſa, qui non eccleſiam dumtaxat, ſed monaſterium novum ædificarunt ad veteris diſcrimen appellatum ſancti Benedicti Novelli.

DE-

ANN. CHR. 1265.

XXIII. Concedit Clemens IV. Camaldulenſibus liberam erectionem eccleſiarum.

DEFUNCTO Urbano IV. die ſecunda octobris anni præcedentis, poſt quatuor interregni menſes ad Romanum pontificatum promotus fuerat menſe februario hujus anni Guido epiſcopus Sabinenſis, qui nomen aſſumpſerat Clementis IV. Is Peruſii conſiſtens hoc *anno* ſui *pontificatus primo*, *quinto kalendas novembris* ad inſtar Alexandri IV. qui ſimile privilegium indulſerat, conceſſit priori, & omnibus abbatibus ac prælatis Camaldulenſibus, ut in locis & in domibus ſuis poſſent libere, ſine epiſcoporum diœceſanorum contradictione, conſtruere oratoria & capellas, & ſimul ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare parœcianis ſuis. Bullam edimus ex veteri apographo monaſterii ſancti Mathiæ de Muriano, confecto anno 1308. auctoritate & decreto Antonii epiſcopi Feſulani.

Idem die decima-tertia novembris mandavit abbati ſanctæ Trinitatis de Florentia congregationis Vallis-umbroſæ, ut adjutorium impenderet iiſdem Camaldulenſibus contra prædonum, raptorum & invaſorum audaciam, nec permitteret eos moleſtari ab ipſis.

XXIV. Compoſitæ lites inter monaſter. Avellanenſe & commune Eugubii.

CUM lites forent inter commune Eugubii & inter eremum ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ ſuper caſtris Montis-ſocli vel Sicci Callienſis diœceſis, Licciæ Nucerinæ, Inſulæ, Campetri, Capitalis & villæ Sortis Eugubini territorii, ratione quoque deprædationum, incendiorum, deſtructionum, aliorumque damnorum, quæ in dictis caſtris ſuſtinuerat monaſterium Avellanenſe, Ubertus, & non Ubaldus, ſancti Euſtachii diaconus cardinalis eas compoſuit inter utramque partem *anno* præſenti *die decimo intrante novembri indictione* VIII. *pontificatus Clementis papæ* IV. *anno primo*, ut colligitur ex archivo ſecreto Eugubii. Plura etiam caſtra juris Avellanenſis circa hæc tempora ceſſerunt in jus Eugubinorum, Callienſium & Nucerinorum. Anno 1268. rurſus nova diſſidia excitata fuere inter Callienſes & Eugubinos, ſed pax convenit inter utramque civitatem, cedentibus Callienſibus jus omne, quod in caſtrum Montis-ſiconis ſibi eſſe putaverant. Quamquam potiori jure ad Avellanitas caſtrum illud pertinebat, a quibus illud recepere Eugubini cum caſtris Inſulæ filiorum Manfredi, Licciæ, Campetri & pagis aliquot. Caſtrum quoque Alfiolum ex tertia parte communi Eugubinorum vendidere abbas & monachi ſanctæ Mariæ de Alfiolo. Addatur & caſtrum Branchæ, quod pro tertia item parte communi Eugubinorum ad annum 1277. acceſſit cum juriſdictione & tertia etiam turris munitiſſimæ parte, quæ ibidem erat. Hæc novimus ex Sartio noſtro [a] in epiſcopis Eugubinis. Hoc ipſo anno Eugubinis confirmavit horum caſtrorum poſſeſſionem Clemens IV. ut confirmaverat ante biennium Urbanus IV. Rurſus ſequenti anno idem Clemens bulla ſua Eugubinorum jus ratum habuit. Eugubinus epiſcopus his temporibus erat Jacobus, inter quem & Avellanitas nonnulla diſſidia fuere, poſtremis præſertim ſui epiſcopatus annis, & primo Albertini Avellanenſis præfecti regiminis tempore.

XXV. Exemptio conceſſa monaſterio S. Severi in Claſſe.

PHILIPPUS archiepiſcopus Ravennas Andreæ abbati monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſtagnola Claræ-vallenſis ordinis, cum conſenſu cardinalium & cantorum ſuæ eccleſiæ, remiſit omne jus inſtitutionis, fideiitatis, correctionis, viſitationis, impoſitionis collectarum, proviſionum, omniumque conſuetudinum & ſervitiorum monaſterii ſancti Severi Claſſis, eo dumtaxat excepto, quod abbas inſtitutus vel inſtituendus quotannis ad ſanctam Ravennatem eccleſiam ſe conferret in ſollemnitatibus ſancti Apollinaris & ſancti Vitalis, ut faciebant ſuffraganei provinciæ Ravennatis & ceteri abbates. Idque præſtitit ob reverentiam ſancti Severi confeſſoris Chriſti olim archipræſulis Ravennatis, revocando reſervationes

&ex-

[a] *Pag.* 156.

Ann. Chr. 1265. & exceptiones, quas fecerat de prædictis juribus Oddoni abbati Claræ-vallis de Caſtagnola. Actum Ravennæ, præſentibus Benvenuto abbate ſancti Johannis-evangeliſtæ de Ravenna, Bartholomæo archidiacono Tripolitano, Guidone quondam Alberici de Polenta aliiſque *anno* M. CC. LXV. *die duodecimo intrante februario indictione* VIII. Benvenuti abbatis exſtat lapidea ſedes abbatialis in eadem ſancti Johannis eccleſia cum epigraphe: *Anno* M. CC. LXVIII. *abbas Benvenutus F. F. hoc opus*.

Eadem die idem archiepiſcopus Guidoni abbati ejuſdem monaſterii ſancti Severi remiſit albergarias, comeſtiones, dationes, omniaque uſualia, omneque jus ſuum, pro eo quia dictus Guido abbas quamdam portionem terrarum & vinearum in territorio Cæſenate plebe ſancti Thomæ in fundo Caſameruli aſſignaverat menſæ archiepiſcopali Ravennæ, approbante Andrea abbate Clara-vallenſe. Hæc omnia leguntur in tabulario Claſſenſi, in quo ſequens etiam monumentum aſſervatur pro altero Claſſenſi monaſterio ſancti Apollinaris, quoad electionem Benedicti abbatis Piſaurenſis aſſumpti ad regimen Claſſenſis cœnobii in locum Guillielmi.

XXVI. Electio abbatis S. Apollinaris in Claſſe. In *nomine Domini. Anno a nativitate ejus milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, die tertio exeunte aprili indictione octava apud monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe. Cum domnus Benedictus electus in abbatem monaſterii Claſſis debeat intronizari, domni Gratia archidiaconus & Gerardus prepoſitus ſancte eccleſie Ravennatis de mandato & voluntate expreſſa venerabilis patris domni Philippi ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopi, ejus nomine & vice, ſequentes & ducentes de capitulo dicti monaſterii ipſum domnum Benedictum electum in abbatem monaſterii Claſſenſis ad ponendum in ſedem, una cum domno Aymerico Populienſe epiſcopo, & domno Romoaldo abbate monaſterii de Urano vicariis prioris Camaldulenſis, uſque ad ſedem, in qua ponendus erat abbas, dicti vicarii appoſuerunt manum abbati ponendo ipſum in ſedem cum predicto archidiacono & prepoſito, ſeu canonicis & cantore, & relicto loco vacuo juxta ipſum abbatem, ut moris eſt, ibidem dicti archidiaconus & prepoſitus ſteterunt & ſederunt, donec cantatum fuit Te Deum laudamus, et Dominum confitemur &c. & hoc factum eſt ſecundum inſtrumentum factum quondam manu Speni notarii eccleſie Ravennatis.*

Item cum redierunt ad capitulum, dictus dominus Benedictus abbas Claſſenſis jura it ad ſancta Dei evangelia dictis dominis archidiacono & prepoſito recipientibus pro dicto dompno archiepiſcopo, & dominis epiſcopo & abbate de Urano predictis pro predicto priore Camaldulenſe recipientibus non vendere, nec diſtraere aut donare terras poſſeſſiones vel bona immobilia ipſius monaſterii, vel aliquo modo dominium ipſarum rerum in aliquo vel aliquis alienare, ſine licentia dictorum domini archiepiſcopi, vel chori, quando ſedes archiepiſcopalis vacaret, & prioris Camaldulenſis, vel ejus vicarii, & hoc ſecundum arbitrium ſcriptum manu Artuſii notarii eccleſie Ravennatis. Teſtes interfuerunt preſentes ad omnia predicta rogati, dominus Aymericus canonicus Ravennas, dominus Giraldus judex, & Petrus Ruſtizelli de Ceſena, dominus Luitius de Rovero, Peppus de Nigro, Guillielmus ſiniſtalcus domini epiſcopi Populienſis, Curcurellus & alii multi.

Ego Artuſinus filius quondam domini Cambii imperiali auctoritate ſancte Ravennatis eccleſie & Ravenne notarius ſupradictis preſens fui, ut ſuperius legitur, rogatus ſcripſi & publicavi.

Die ſcilicet duodecima aprilis, ut habetur in tabulario Fontis-boni, monachi & fratres ſancti Apollinaris in locum Guillielmi abbatis elegerunt unanimiter in abbatem Benedictum abbatem Piſaurenſem, & ſequenti

ANN. CHR. 1265.

ti die perlatæ fuerunt literæ Bartolomæi prioris Camaldulenſis, qui vicem ſuam delegabat Aymerico epiſcopo Popilienſi & Romualdo abbati Uranenſi, coram quibus proinde vicariis Benedictus electioni ſuæ tamquam illegitime peractæ ſine ſcientia & voluntate prioris Camaldulenſis renuntiavit. Sed ordinatis iterum ſuffragiis monachorum a prædictis vicariis, electus fuit denuo ſollemniter & juridice idem Benedictus, qui die ſequenti a Gratia archidiacono & a Gerardo præpoſito eccleſiæ Ravennatis in ſedem miſſus fuit.

XXVII. Hiſtoria plurium monaſteriorum.

HOC *anno* M.CC.LXV. *die nona aprilis indictione* IX. approbata fuit translatio eremi de Vivo ad monaſterium ſanctæ Muſtiolæ Senenſis urbis a Ptolomæo principe & poteſtate ejuſdem civitatis in palatio Ricoveri Bonaguidi; & Thomas Senenſis epiſcopus, cum conſenſu Laurentii archidiaconi & Martini archipresbyteri & Cavalcantis plebani Luciniani, & Ricoveri Scaclini, & Johannis Rinardi plebani ſancti Innocentii, & Petri canonici dimiſit Venturæ priori ejuſdem monaſterii ſanctæ Muſtiolæ porſionem teſtamentorum & ſpoliorum ſibi competentem, Actum Senis per Zenonem de Burgo-ſancti-ſepulcri notarium, ut legitur in tabulario monaſterii Roſæ Senarum. [a] Conceſſerat idem epiſcopus anno 1259. quartam partem teſtamentorum & oblationum pro annuo cenſu libræ unius ceræ ſibi & ſucceſſoribus ſuis a monaſterio perſolvendo. Actum apud ſanctum. Vigilium Corrigenda eſt in ſuperiori approbatione indictio, quæ hoc anno erat VIII.

Monachi ſancti Savini Piſanæ diœceſis elegerant ſibi in abbatem Savinum, qui eouſque præfuerat monaſterio ſancti Michaelis in Burgo ejuſdem urbis; ſed reprobata & irrita declarata fuit ejus electio utpote facta in loco interdicto; quare Clemens IV. auctoritate ſua interpoſita, ac electione ſanata, eumdem præfecit dicto monaſterio, datis literis *duodecimo kalendas octobris pontificatus* ſui *anno primo*, quæ extant in regeſto Vaticano ſub numero 144. anni primi [b]. Vacante itaque monaſterio ſancti Michaelis per hujuſmodi translationem, Bartholomæus prior Camaldulenſis [c] capitulo ejuſdem monaſterii legendas exhibuit literas Octaviani cardinalis ſanctæ Mariæ in Via-lata, & congregationis protectoris, quibus dicto capitulo ex oraculo papæ mandabatur electio abbatis cum conſenſu prioris Camaldulenſis, itaut electus poſt confirmationem juraret eidem priori nomine eccleſiæ Romanæ recipienti fidelitatem, & quod Manfredo & nuntiis ejus non præſtabit in aliquo auxilium vel favorem; alias irritum foret, quidquid contigerit attentari. Proponente igitur & rogante dicto priore, ut eligerent & reciperent in præſulem ſuum priorem Anglarienſem, penitus renuerunt, neque recipere voluerunt. Actum Piſis, præſente Angelo priore ſancti Salvatoris de Florentia. Demum electus fuit Guido II. hujus nominis. Contra Manfredum regem eccleſiæ hoſtem vocatus fuerat hoc anno in Italiam Carolus comes Andegavenſis, a cujus exercitu etiam anno ſequenti menſe februario vita orbatus fuit ipſe Manfredus.

Compagnus abbas ſancti Stephani de Cintoria electus eſt abbas ſancti Salvatoris de Cantiniano, aſſenſum ſuum præbentibus Donato & Lamberto fratribus filiis Gualandi de Urno patronis ejuſdem monaſterii [d] die XXX. martii. Suffecta quoque fuit in locum defunctæ Imiliæ abbatiſſæ ſanctæ Chriſtinæ de Bononia [e] Raimbarchina ſeu Remborgina.

Paulus Troncia in ſuis Memoriis Piſanis [f] nominat ad hunc annum Rubertum Minucci monachum ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum tamquam compromiſſarium inter communitates Volaterranam & Piſanam. Is poſt multos congreſſus habitos in eccleſia ſancti Frigdiani Piſarum cum Reinerio Banchini Banca capellano ſanctæ Margaritæ nuntioque Piſanæ urbis,

a *Numm.* 55. 65. 203.

b *Tom. III.*

c §. *Electio* 108. *A* 3. 99.

d *Ibid.* 100. *A.* 3. 78.

e *Ibid.* 103. *A.* 3. 83.

f *Pag.* 221.

ANN. CHR. 1265.

urbis, pacem firmavit inter utramque civitatem, & capitula condidit pro perpetua concordia. Mentionem Ruberti facit idem Troncia etiam ad annum 1275. [a] quo iterum eadem pacta renovata fuere inter utramque urbem.

a Pag. 231.

Johannes abbas Vangaticienſis adſtitit hoc anno inveſtituræ factæ a Florio epiſcopo Adrienſe Obizoni marchioni Eſtenſi & Anconitano, qui Azzoni ſucceſſerat; quam poſſeſſionis paginam affert in Paludibus Adrianis comes Silveſtrius [b].

b Pag. 166.

Artuicus decanus Juſtinopolitanus ceterique canonici aſſentiente Conrado eorum epiſcopo, [c] confirmarunt hoc *anno indictione* VIII. *die quarto exeunte octobri* monaſterio ſancti Michaelis de Muriano jus decimarum in tota urbe & confinio Juſtinopolitanæ urbis, quod eidem cœnobio prædonaverat anno 1247. idem epiſcopus Conradus. Guido prior erat ejus monaſterii anno 1260. ex pagina poſſeſſionis terrarum ipſo anno in eodem Juſtinopolitano territorio [d].

c Capſ. 68. S. Michaelis.

d Capſ. 13. n. 36.

Præcepit fidelibus de Soci congregatis in palatio ejuſdem caſtri Bartholomæus prior Camaldulenſis, ne quis venderet, emeret, alienaret terras, quas habebat ab eremo, ſub pœna fundi perdendi [e].

e §. Baunum 4. A. 1. 18.

Pridie kalendas ſeptembris in necrologio Galeatenſi adnotatur: *Obiit dompnus Guido monachus atque abbas* M.CC.LXV. Poſt Guidonem reperitur abbas Galeatenſis Ubertus, qui anno 1270. [f] interfuit electioni archiepiſcopi Ravennatis; in alia quoque pagina tabularii archiepiſcopalis Ravennatis appellatur abbas Galliatenſis ad annum 1275. Anno 1279. [g] præſens fuit ſynodo Imolenſi, & facultatem dedit archiepiſcopo Ravennati excommunicandi occupatores bonorum eccleſiarum provinciæ Romandiolæ; erat enim tum ſimul epiſcopus Feretranus, & abbatiæ Galeatenſis adminiſtrator. Anno 1296. [h] prior & vicarius ipſius in abbatia nominatur Benedictus. Unus fuit ex electoribus Raynaldi in archiepiſcopum Ravennatem anno 1303 [i]. Abbatiam dimiſit circa annum 1308. Vivebat anno 1311. immo juxta Ughellium defunctus eſt anno 1318. Hæc nobis conſtant ex paginis ejuſdem archiepiſcopalis chartophylacii.

f Capſ. Q. 9314.

g Capſ. N. 6445.

h F. 2312.

i N. 6711.

Johannem monachum Avellanenſem creatum epiſcopum Fanenſem anno 1250. ab Innocentio IV. ſcribit Jacobillius [k] obiiſſe hoc anno die nona octobris. In necrologio Avellanenſi ſub ea die legitur: *Obiit domnus Johannes de Fano epiſcopus monachus noſtræ congregationis*. Inter epiſcopos Fanenſes nullus per hæc tempora Johannes; Adjutum & Arduinum ab eo anno memorant Ughellius & Lucentius, quibus hoc anno ſuffectus fuerit Monaldus. Facile Johannes Avellanenſis monachus ex urbe Fano oriundus alteri præfuit eccleſiæ, vel ſi Fanenſi, non ab anno 1250. ut vult Jacobillius, ſed poſt Adjutum & Arduinum, quorum monumenta ſuperſunt annis intermediis, præfuit.

k T. III. pag. 352.

ANN. CHR. 1266.

XXVIII. Conſecratio ſollemnis eccleſiæ S. Mariæ de Camaldulo Forolivienſi.

CONSECRATA fuit hoc anno eccleſia ſanctæ Mariæ Camalduli de Foro-livio a Richelmo epiſcopo Livienſi, ut ex ſequenti pagina tabularii monaſterii ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia addiſcimus:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab ejuſdem nativitate M.CC.LXVI. *tempore domini Clementis papæ* IV. *indictione* IX. *die dominico ſeptimo intrante martii apud eccleſiam ſanctæ Mariæ de Camaldolis de Forlivio, præſentibus ibi ven. patre domno Aymerico Dei gratia epiſcopo Popilienſi, dompno Benedicto ven. abbate monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe, domno Romualdo ven. abbate monaſterii ſanctæ Mariæ de Urano,*

domno

domno Martino ſacriſta heremi Camaldulenſis, domno Stephano heremita ordinis Camaldulenſis, domno Romualdo heremita dicti ordinis, domno Ugolino heremita dicti ordinis, domno Paulo abbate ſancti Hippolyti de Faventia, domno Jacobo abbate ſancti Mercurialis de Forlivio, domno Benvenuto abbate monaſterii ſanctæ Mariæ de Flumana, domno Benedicto priore eccleſiæ de Ferazano, & domno Angelo priore Heremi-novæ, & domno Chriſtophoro abbate ſancti Theoneſti, domino Marcheſio quondam Dominici de contracta ſancti Guillielmi, & Demuldeo Perſebruni de contrata Turris Florentinæ, domino Albertino quondam domini Sibaldi de contrata ſancti Guillielmi, & domino Saxono quondam domini Scyſoncini de contrata ſancti Petri, domino Glazeſio comite de Caſtrocario &c. & aliis multis. Ven. pater dominus Richelmus epiſcopus Livienſis ad honorem Dei & beatæ Mariæ virginis, beati Benedicti & beati Romualdi confeſſorum conſecravit eccleſiam ſanctæ Mariæ de Camaldolis ordinis Camaldulenſis, & altare majus, quorum reliquiæ & aliorum Sanctorum multorum in dicto altari majori requieſcunt, & ad honorem beatæ Agathæ, ſancti Mathiæ apoſtoli & ſanctæ Catharinæ virginis, altare, quod eſt ad chorum ex latere clauſtri ſimiliter conſecravit, quorum reliquiæ ſcilicet beatæ Agathæ virginis, ſanctæ Catharinæ virginis, ſancti Georgii, ſancti Chriſtophori, ſancti Timothei, ſancti Proculi, ſanctorum Nerei & Achillei, de tunica ſancti Petri martyris, ſancti Lucæ evangeliſtæ, ſancti Arculani, ſancti Franciſci, ſancti Bedæ presbyteri, ſancti Antonini, de capillis ſanctæ Claræ & aliorum multorum Sanctorum in dicto altari requieſcunt. Et ibidem dictus dominus epiſcopus Livienſis, ubi magna multitudo clericorum, virorum & mulierum erat congregata, omnibus in quarta Dominica quadrageſimæ adnuatim confluentibus ad eccleſiam eamdem, & per octo dies, tam auctoritate ven. patris domini Philippi archiepiſcopi ſanctæ eccleſiæ Ravennæ, quam dominorum Faventini, Popilienſis, Ariminenſis epiſcoporum, & domini electi Ceſenæ, atque ſua novem annorum indulgentiam ſuorum peccatorum relaxavit, tribuit atque dedit. Hanc denique conſecrationem tam eccleſiæ, quam altarium domnus Jacobus de Aſpinis prior eccleſiæ ſupradictæ non ſine magnis expenſis fecit. Ad hujus autem rei majorem evidentiam dictus dominus epiſcopus fecit hoc inſtrumentum, & juſſit ſui ſigilli munimine roborari.

Ego Ivanus Caſotti de contrata Turris Florentinæ imperiali auctoritate Livienſis & notarius dicti domini epiſcopi prædictæ conſecrationi & omnibus prædictis interfui, & ut ſuperius legitur, mandato ejuſdem domini epiſcopi ſcripſi & publicavi.

Electus Cæſenas, qui indulgentiam conceſſit in dedicatione Foro-livienſis eccleſiæ præfatæ, videretur fuiſſe Franciſcus ordinis Prædicatorum, qui ſederit poſt Michaelem, & ante Honerardum, cujus ſucceſſio ponitur ad annum 1270. Verum cum apud Ughellium [a] Michael Pius libro de Viris illuſtribus ejuſdem ordinis, & auctor chronologiæ, quem laudat, ſtatuant Franciſci ſedem ad annum 1263. & nulla, ut animadvertit idem Ughellius, ipſius Franciſci mentio habeatur in regeſtis Vaticanis, videtur potius antevertenda electio Honerardi, qui circa hunc annum electus fuerit epiſcopus Cæſenas, cuique proinde ſit referenda prædicta indulgentiæ conceſſio. Michaelis enim prædeceſſoris monumenta habentur ſub annis 1258. & 1259. & quidem ut epiſcopi confirmati & conſecrationis gratia ſignati, & propterea de ipſo nequit dici, quod hoc anno fuerit electus. Faventinus epiſcopus erat Jacobus, Ariminenſis autem Ambroſius ex eodem Prædicatorum ordine, Popilienſis Aymericus noſter.

ANN. CHR. 1266.

a T. II. pag. 452.

ſter. Foro-livienſis ab Ughellio appellatur Richelinus, qui in pagina noſtra dicitur Richelmus.

Ann. Chr. 1266.

XXIX. Reconciliata eccleſia S. Sepulcri de Burgo. Res S. Severi in Claſſe cum epiſcopo Caſtellano.

Reconciliatum fuit hoc anno monaſterium ſeu eccleſia ſancti Ægidii & ſancti Sepulcri de Burgo a Nicolao epiſcopo Caſtellanæ civitatis, ut legimus in archivo [a] ejuſdem epiſcopatus his verbis:

„ In Dei nomine amen. Anno Dominicæ incarnationis M. CC. LXVI. „ die dominica XV. exeunte menſis octubris, præſentibus fratre Petro „ capellano & camerario domini epiſcopi, domino Petro archidiacono „ Caſtellano, domino Guidone de Villiorbana, & domino Guidone do„ mini Jacobi canonicis Caſtellanis, domino Thedaldo Signorelli & aliis „ pluribus teſtibus vocatis. Omnibus hanc paginam inſpecturis pateat „ evidenter, quod nos frater Nicolaus epiſcopus Caſtellanus reconcilia„ vimus monaſterium ſeu abbatiam ſancti Ægidii & ſancti Sepulcri de „ Burgo Caſtellanæ diœceſis cum aqua benedicta & cinere, dicendo quaſ„ dam orationes, prout jura volunt, & Miſſam ſolemnem in abba„ tia præfata, & populo ibidem congregato annuntiavimus verbum „ Dei *&c.*

„ Et ego ſer Petrus de Canuſio notarius epiſcopalis *&c.* “

Sequentem etiam notitiam ad monaſterium ſancti Severi de Claſſe Ravennæ ſpectantem reperimus in eodem Caſtellano epiſcopali tabulario, favente in primis erudito viro Dominico Pactio.

„ In Dei nomine, Anno Dominice incarnationis M. CC. LXVI. indi„ ctione VIIII. duodecimo exeunte menſe aprilis. Pro monaſterio ſancti „ Severi de Ravenna frater Oddo ſindicus ejus & monachus tradidit fra„ tri Nicolao epiſcopo Caſtellano omnes terras juxta caſtrum & eccle„ ſiam de Curio cum jure patronatus, quod dictum monaſterium habe„ re videtur in eccleſia ſanctæ Mariæ de Curio, in eccleſia ſancti Lau„ rentii de Valle-lovara, in eccleſia ſanctæ Mariæ de Falcino, & in ec„ cleſia ſanctæ Mariæ de Elſe cum omnibus rebus ad dictas eccleſias ſpe„ ctantibus, pro pretio centum librarum bonorum denariorum Raven„ natum *&c.*

„ Acta ſunt hæc in balchione domus epiſcopatus, præſentibus fratre „ Petro capellano dicti domini epiſcopi, domino Ugolino Philippi judice „ & vicario dicti domini epiſcopi &c.

„ Petrus de Canuſio notarius &c. “

Ex his duobus monumentis confirmatur Nicolaum non anno dumtaxat 1270. fuiſſe epiſcopum Tiphernatem ſeu Caſtellanum, ſed anno 1265. ſucceſſiſſe Petro, ut innuitur etiam in correctionibus factis ad Italiam Ughellii in epiſcopis Tiphernatibus.

XXX. Compoſita controverſia inter monaſterium S. Severi & comune Foro-livii.

Suborta lite inter prædictum ſancti Severi monaſterium, & inter commune Foro-livii coram ſuperius dicto Richelmo Livienſe epiſcopo, & Jacobo abbate ſancti Mercurialis, qui electi fuerant arbitri ab utraque parte, eo quod Ardizonus vel Azonus olim poteſtas Foro-livii, & prædictum commune cum armis & vexillis inſultum fecerant contra villam Sclovæ plebatus Quinti, quæ ſpectabat ad præfatum monaſterium, & inſuper abbatem ejuſque ſindicos & vaſſallos vi ceperant, ac detinuerant in vinculis; quæ injuria computabatur damnum attuliſſe monaſterio mille librarum Ravennatum, præter alia detrimenta, quæ idem cœnobium ſenſerat, tum ratione mulctæ pecuniæ indictæ iiſdem ſindicis & vaſſallis, tum ratione inhumanarum exactionum impoſitarum iis Sclovæ hominibus, qui quartum-decimum ætatis annum ſuperabant, tum demum ratione privationis aliquot terrarum, quæ juris erant dicti monaſterii, alia

veto

[a] Lib. III. p. 36.

vero ex parte commune Foro-livii referebat plures ſibi injurias allatas fuiſſe tempore ejuſdem Azonis poteſtatis ad ſummam mille marcarum argenti ſpatio decem annorum tum armis, tum conſpiratione hominum ejuſdem cœnobii, qui etiam Foro-livienſe commune traxerant ad cauſam dicendam coram epiſcopo Sarſinate, & coram Dalfinate generali curiæ auditore, qui judices fuerant delegati ſuper his ab apoſtolica ſede. Hujuſmodi propterea querelis uttinque expoſitis & probatis, prædicti arbitri rem ita compoſuerunt, ut utraque pars damna reficeret, & viciſſim una alteri quamdam pecuniæ ſummam numeraret, & ut abbas ac monaſterium ſancti Severi civitate urbis Foro-livienſis donarentur, atque ea compoſitio adnotaretur in publico libro Statutorum Foro-livii. Lata fuit hæc ſententia *tempore Clementis papæ* IV. *indictione nona die primo intrante menſe junio*; quam integram ex tabulario Claſſenſi ſancti Apollinaris edimus in Appendice.

XXXI.
Vendita plura bona monaſterii S. Michaelis de Lemmo in Hiſtria.

Die *duodecimo exeunte ſeptembri*, præſente Bregogna abbate ſancti Michaelis de Subterra aliiſque Matthæus abbas ſanctæ Petronillæ de Duobuscaſtellis, aſſentiente Ottone Parentino Epiſcopo, in cujus territorio erant dicta monaſteria, dedit & vendidit Semperbono abbati ſancti Petri de Silva, ejuſque monaſterio medietatem totius territorii ſancti Michaelis de Lemmo, quæ medietas erat verſus caſtellum Urſariæ, ea appoſita conditione, ut abbas de Silva nomine cenſus anniculum ſuem epiſcopo Parentino quotannis tribueret, & ſi dictus abbas in eo territorio ædificare voluerit aliquam eccleſiam, ſpiritualia pertinerent ad epiſcopum Parentinum, ad quem etiam ſpectare deberent ordinatio clericorum, & conſecratio eccleſiarum, abbas autem jus haberet conſtituendi ibidem rectorem. Dedit inſuper Matthæus abbas ſanctæ Petronillæ Bregognæ abbati de Subterra poteſtatem ponendi Semperbonum abbatem de Silva in poſſeſſionem ejuſdem territorii Lemmi, ſolvente Semperbono pretium tercentarum librarum denariorum Venetorum parvorum. Anne medietas territorii ſancti Michaelis de Lemmo vendita fuit prius abbati ſanctæ Petronillæ, & abbas ſanctæ Petronillæ, cujus juris ea eſſe dicitur, ipſam vendidit abbati de Silva? Ignota eſt per hæc tempora hiſtoria monaſterii noſtri ſancti Michaelis, quod etiam initiis ſeculi ſequentis ad tempus datum fuit ordini militiæ Templi. Ratam habuit venditionem hujuſmodi Gregorius patriarcha Aquilejenſis & Hiſtriæ ac Carniolæ marchio, datis literis apud Civitatem XII. *exeunte novembri anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto indictione nona*. Hæc documenta exſcripſimus ex libro ſignato A. tabularii ſancti Mathiæ de Muriano.

XXXII.
Locus S. Gervaſii in diœceſi Bellunenſi erectus in ſanctimonialium monaſterium.

Primum ſub hoc anno habetur notitia mutationis loci ſanctorum Gervaſii & Protaſii diœceſis Bellunenſis ex virorum domicilio in ſanctimonialium monaſterium. Poſt Salomonem loci priorem anno 1233. Johannem priorem ad annum 1245. ac Julianum priorem ſub anno 1253. nomen legitur Benedictæ miniſtræ prædicti monaſterii, quæ hoc anno *die undecima intrante majo* una cum ſuis monialibus congregatis coram Adalgerio epiſcopo Bellunenſe & Feltrenſe permutationis libellum confecit. *Anno* pariter M.CC.LXIX. *indictione* XII. *penultimo exeunte ſeptembri*, ad petitionem ejuſdem Benedictæ, exemit idem epiſcopus locum ſancti Gervaſii ab onere cuſtodiæ caſtri de Zumellis. Reperitur tamen ante triennium ad *annum* M.CC.LXIII. *indictione* VI. *quinto intrante ſeptembri* donatio facta domnæ Comitiſſæ monachæ devotæ in loco beatorum Gervaſii & Protaſii de Belluno, & inſuper facta converſis viris, & converſis mulieribus ejuſdem loci; quæ demoſtrant locum olim pro ſolis viris deſtinatum, communem etiam factum mulieribus circa hæc tempora. Eadem Benedicta nomina-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1266.

tur quoque ad annum 1272. in alia permutationis pagina ſcripta coram prædicto Adalgerio epiſcopo; anno 1273. legitur Manfredinus monachus ſancti Gervaſii emens bona pro fratribus & ſororibus omnibus domus & eccleſiæ ſancti Gervaſii. Eodem modo fit mentio fratrum & ſororum ſancti Gervaſii in ſententia Odolrici decani Bellunenſis delegati ejuſdem epiſcopi ad annum 1277. Ita etiam ſub anno 1281. nominantur Manfredinus converſus, Michael & fratres domus ſancti Gervaſii, & Franciſca abbatiſſa dicti loci cum decem ſororibus, quæ venditionis libellum ſcribunt; eadem abbatiſſa legitur quoque ad annum 1288. ut propterea affirmare poſſimus monaſterium ſancti Gervaſii fuiſſe unum ex duplicibus, in quo & monachi, & moniales degerent. Quando commiſſæ fuerint ſanctimoniales ſancti Gervaſii directioni & regimini abbatis Sanæ-vallis de Fullina, ſub quo ad hodiernam diem perdurant, videbimus ſuo loco. Interea hic loci vetus ſigillum ſubjicimus abbatiſſæ hujus monaſterii, quæ pallio potius, & non cuculla ſuperinduitur, licet cuculla veſtis communior & potior fuerit tum monachorum, tum ſanctimonialium ordinis ſancti Benedicti, & potiſſimum Ciſtercienſium, quorum inſtituta a ſuis primordiis viguiſſe in monaſterio ſanctorum Gervaſii & Protaſii de Belluno novimus.



XXXIII. Per mortem Bartholomæi electus Angelus prior generalis Camald. Varia ejus acta.

OBIERAT ſub finem anni elapſi Bartholomæus prior generalis Camaldulenſis; ad diem XVIII. kalendas januarii refert ipſius deceſſum necrologium Vangaticienſe. Congregati itaque eremitæ, abbates & priores, ad quos ſpectabat, in monaſterio ſanctæ Mariæ de Vangaticia poſtularunt, & elegerunt die ſeptima januarii hujus anni [a] in generalem præſidem Angelum, qui prioris titulo regebat monaſterium ſancti Salvatoris de Florentia; manu Joannis de Altadura notarii. Is ad eam dignitatem evectus, ſcrutatis votis monachorum ſui cœnobii ob electionem ſuam vacantis ſuffecit Henricum abbatem ſancti Stephani de Cintoria die decima-tertia februarii anni M.CC.LXV. [b] qui intelligendus eſt *ab Incarnatione* ſtylo Florentino. Sed Angeli acta ex variis tabulariis & potiſſimum ex illo Fontis-boni proſequamur. „ Quinto nonas martii manu presbyteri Jacobi rectoris eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Ponte Piſarum inter ipſum Angelum priorem, & inter Savinum abbatem monaſterii ſancti Savini Piſarum ſtatuta fuit conventio quædam circa juriſdictionem prioris Camaldulenſis in dictum monaſterium. Actum apud Calcim in canonica ſancti Auguſtini in camera, in qua inhabitat archiepiſcopus Nicoſienſis, præſentibus dicto archiepiſcopo, qui erant Ugo, plebano de Caprona, Guidone abbate ſancti Michaelis, Bartholo ſancti Zenonis, Compagno de Cantiniano abbatibus & Bene priore ſancti Frigdiani. Die vigeſima-tertia aprilis [c] caſſata electione Gerardi nulliter electi, ſubſtituit in priorem ſancti Michaelis de Muriano Martinum ſacriſtam eremi Camaldulenſis. Die octava maji [d] accedens ad plebem Micciani receptus fuit a Mercato plebano dictæ plebis tamquam dominus & patronus cum pro-„ ceſſio-

a §. *Electio* 105. *A.* 3. 88.

b *Ibid. A.* 3. 89.

c §. *Electio* 106. *A.* 3. 95.

d §. *Bannum* 5. *A.* 3. 95. & *Obedientia* 10. *A.* 3. 76.

„ ceſſione, cruce, thuribulo, aqua luſtrali, aliiſque reverentiis & procurationi- Ann. Chr
„ bus opportunis. Eadem die hominibus Caſtillionis Fatalbecci congregatis 1266.
„ in eadem plebe Micciani præcepit, ut ſibi jurarent fidelitatem, quemad-
„ modum juraverant Maſtario priori; renuentes pœna centum librarum
„ mulctavit exigendarum per Baldum de Monte-acuto, qui nomine eremi
„ juriſdictionem obtinebat in dictum caſtrum. Vigeſima-nona maji [a] a §. Obedientia
„ a Braimano abbate ſancti Sepulcri recepit obedientiam, locans ſe in ejus 11.12. & ſeqq.
„ ſede. Septima junii receptus fuit a Guidone priore ſancti Savini de
„ Chio, & a Johanne priore ſancti Andreæ de Puteo. Die undecima a
„ Bono priore ſancti Nicolai de Cutte-luponis. Vigeſima julii cum Tar-
„ latus de Petra-mala capitaneus populi & communis Arretii decreviſſet,
„ ut homines plebis Micciani & Caſtillionis de Fatalbecco cum eorum
„ curiis fidelitatem exhiberent eidem priori Camaldulenſi, & ejus vice
„ Nicolao vicecomiti eremi, quadraginta homines congregati una cum
„ eodem capitaneo fidelitatem jurarunt eidem Nicolao. Actum in palatio
„ Albergotti, in quo capitaneus populi morabatur. “

„ Die octava octobris [b] cum vicarius epiſcopi Senenſis obſiſteret eidem b §. Electio 12.
„ generali præſidi Angelo, ne accederet ad monaſterium ſanctæ Muſtiolæ A. 44. uſq. 51.
„ de Arcu in præjudicium epiſcopatus, repoſuit idem Angelus, quod tam-
„ quam prior Camaldulenſis tenebatur ad correctionem & reformationem
„ ejus monaſterii, quod erat ſui ordinis. Quare conſiſtens in monaſte-
„ rio ſancti Vigilii urbis Senenſis per literas diem dixit Venturæ priori olim
„ de Vivo, tunc vero poſt translationem monaſterii de Vivo ad urbem
„ Senenſem reſidenti apud ſanctam Muſtiolam, ut ſe purgaret de crimi-
„ nibus illi impactis dilapidationis bonorum, diſtractionis ultra bis mille
„ libras, excommunicationis contemptæ, aliorumque exceſſuum. Poſt va-
„ rios conceſſos terminos multumque examinis die vigeſima ejuſdem men-
„ ſis ſententiam protulit Angelus, & præterita judicia confirmavit depo-
„ ſitionis, quæ tulerant Martinus & Jacobus priores Camaldulenſes, ipſumque
„ omni monaſterii adminiſtratione privavit; manu Bruni notarii. Com-
„ promittentibus poſtea in ipſum monachis Vivenſibus elegit die tertia
„ januarii anni ſequentis in priorem Vivi Johannem de Piſis, qui erat
„ Anglarienſis prior, ipſique facultatem fecit agendi contra depoſitum Ven-
„ turam, qui ſchiſma fovens, neque repetitis ſententiis perterrefactus ad
„ multum temporis adhuc ſe geſſit pro priore Vivenſi.

„ Die decima-tertia novembris [c] viſitavit monaſterium Silvæ-munda- c §. Obedientia
„ num; trigeſima Petrum abbatem ejuſque monaſterium de Rota; un- 14. & ſeq.
„ decima decembris abbatiſſam & moniales ſancti Georgii de Apibus. An-
„ no ſequenti die ſecunda januarii præcepit hominibus caſtri Soci, ut ad-
„ librarent ac æſtimarent bona ejuſdem caſtri, ac dividerent per gradus.
„ Undecima ejus menſis receptus fuit ab abbate ſancti Petri de Cerreto;
„ die tertia maji comitatus pluribus nobilibus civibus Faventinis tamquam pa-
„ tronus & generalis admiſſus fuit in monaſterium ſancti Hippolyti de Fa-
„ ventia; ſexta martii in cœnobium ſanctæ Mariæ Camalduli Foro-li-
„ vienſis, & ſanctæ Chriſtinæ apud eamdem urbem ab abbatiſſa & ſan-
„ ctimonialibus, præſentibus quamplurimis nobilibus Foro-livienſibus. Ac-
„ ceſſit etiam ad eremum ſancti Salvatoris de Vico prope eam urbem;
„ inde ad monaſterium ſancti Maglorii di Faventia, ubi frater Lauren-
„ tius prior loci obedientiam ſpopondit. Nona martii viſitavit eremum
„ Montalis de Salute; decima-ſexta die exceptus fuit ab abbate de Ura-
„ no ſtipatus multis nobilibus caſtri Brittonorii. Prima die aprilis inviſit
„ monaſterium ſanctæ Crucis de Subolis Imolenſis diœceſis; die ſecunda

„ rece-

Digitized by Google

Ann. Chr. 1266. „ receptus eſt ab abbatiſſa ſanctæ Mariæ de Bethleem prope Bononiam; „ die quarta ab altera ſanctæ Chriſtinæ de Bononia. Die decima-nona proceſſit ad monaſterium Vangaticienſe, & die quarta ejuſdem menſis exeuntis ad aſceterium ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio. Die tertia junii infirmitate præpeditus viſitatores deſtinavit ad monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano, & die ſexta per ſeipſum viſitavit monaſterium ſancti Michaelis de Muriano. Decima nona ejuſdem menſis progreſſus eſt ad monaſterium ſancti Martini de Prata in Foro-julio diœceſis Concordienſis. Menſe julio die decima-tertia viſitationis officium geſſit ad monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe, & die ſequenti ad alterum ſancti Paterniani de Ferracciano, ubi etiam obedientiam excepit abbatis Inſulani. Quarta auguſti iterum viſitavit monaſterium Burgi-ſancti-Sepulcri & Braimanum abbatem, & menſe novembri monaſterium Silvæmundanum. Secunda decembris receptus honorifice fuit ad cœnobium Deciani ab abbate noviter electo, die decima-octava decembris ab altero abbate Montis-muri. Septima januarii anni 1268. acceſſit ad monaſterium ſancti Juſti de Volaterris, Michaele abbate obedientiam præſtante. Die nona eamdem obedientiam exhibuere prior de Mucchio, & Juncta abbas ſanctæ Mariæ de Adelmo, qui etiam attenta ſua infirmitate abbatiæ nuntium remiſit. Die undecima inviſit Peregrinum abbatem ſancti Petri de Cerreto, & die ſexta februarii Reſtaurum abbatem ſancti Petri de Puteolis; die nona Matthæum abbatem ſancti Stephani de Cintoria; die decima-tertia Compagnum abbatem Cantiniani, & die ſecunda martii Guidonem abbatem ſancti Michaelis de Burgo Piſarum; die autem quarta Bartholum abbatem ſancti Zenonis, & die nona monaſterium ſancti Frigdiani ejuſdem urbis. “ Hæc eduximus ex actis viſitationum ipſius Angeli prioris exiſtentibus in tabulario Fontis-boni §. *Viſitatio*, *Obedientiæ & Fidelitates*. Inter electiones ab ipſo per biennium factas nominatur proviſio monaſterii ſanctæ Mariæ de Peretulo, ſancti Matthæi de Aqua-perelis, ſanctæ Luciæ de Ancona, ſancti Michaelis de Quadrigaria, ſanctæ Trinitatis de Peruſio, ſancti Euſtaſii de Imola, cellæ Imolenſis de Pogiolo, ſancti Benedicti de Fileto, ſanctæ Helenæ de Æſino, & Eremi novæ, hoſpitalis de Rovereto, Camalduli Florentini, ſancti Petri de Planetulo, ſanctæ Margaritæ de Toſina, ſanctæ Mariæ de Monte-oliveto monialium, Camalduli Veronenſis & aliorum. §. *Electio*. Legitur etiam in §. *Statuta* ipſum Angelum priorem ſtatuta caſtri Soci condidiſſe, & obſervanda ea hominibus dicti loci demandaſſe.

Die XIX. auguſti hujus anni habetur in [a] excerptis Baroncinii Angelum priorem Camaldulenſem, Bonum abbatem ſancti Januarii Campileonis, & Tarlatum olim Tarlati de Petra-mala ac Gabrielem filium Guidonis Alberti, & Guidonem olim Nerboti pro ſe & pro clerico Ranucino, & Martio Servo-Dei, pro concordia litis diviſiſſe inter ſe unanimiter molendinum ſitum ad flumen Arni, loco dicto Saxus-folcarius, & ejus Beregnum, & omnia jura & expenſas factas cum proventibus ad dictum molendinum pertinentibus. “

[a] Amiſſ. 520. A. 104.

XXXIV. Obitus Ubaldi epiſcopi Cervienſis.

MORTEM oppetiiſſe hoc anno Ubaldum ex monacho Avellanenſi factum epiſcopum Cervienſem anno 1256. ſcribit Jacobillius, aſſignans ejus obitum ad diem XXV. martii. In necrologio Avellanenſi ad eamdem diem, ſuppreſſo nomine cathedræ, habetur: *Obiit domnus Ubaldus epiſcopus noſtræ congregationis*. Ipſum a ſacrificiis fuiſſe Alexandri. IV. Romani pontificis aſſerit Ughellius, [b] qui epiſtolam laudat numero 384. fol.

[b] T. II. col. 473.

fol. 50. regeſti Vaticani , *pontificatus anno tertio* , *quinto kalendas julii* datam ex Viterbio , qua Alexander capitulo Cervienſi commendat Ubaldum a ſe electum in epiſcopum . Alexandri pontificatus annus tertius menſe junii ſpectat ad annum 1257. ANN. CHR. 1266.

ANN. CHR. 1267. XXXV.

Pretioſa mors beati Antonii Peregrini oblati Porcilienſis.

MORTALEM vitam, ut immottalem perciperent, reliquere hoc anno duo inſignes aſcetæ, Antonius cognomento Peregrinus, & Pariſius, quorum ille Patavinam, hic Tarviſinam urbem vitæ ſuæ ſingularis & innocentis genere illuſtraverant. Ptimus, qui ad Deum evolavit, fuit Antonius. Is Patavii ex nobili Manzoniorum vel Manziorum familia natus, poſt plures ſuſceptas flore juventutis ſuæ laborioſas peregrinationes, incognitus in patria ſubſtitit , vixitque ſumma morum integritate prope monaſterium ſanctæ Mariæ de Porcilia , Peregrini nomine donatus tum ratione anteriorum peregrinationum, tum ad diſcrimen celebrioris ejuſdem nominis ordinis fratrum Minorum, qui Patavii in honore habetur. Antonii Peregrini obitus annum varie aſſignanr ſcriptores. Breve chronicon rerum Patavinarum poſt alterum Rolandini chronicon editum, quod res amplectitur ab 1189. ad 1325. ejus mortem refert ad annum 1267. Ita etiam Scardeonius & Portenarius. Rolandinus autem, Guillielmus & Albricetus Cortuſii ad annum 1266. Inſcriprio extans in eccleſia, quæ nomine ipſius inſignitur in urbe Patavina, quia ibidem ſacrum ejus corpus requieſcit, quæque fundata fuit ſeculo XVI. annum 1266. profert : *Hic jacet beatus Antonius Peregrinus Patavinus Manziorum familia natus*, *qui omnia loca ſancta viſitavit*. *Obiit anno Domini* M.CC.LXVI. *die* XXX. *januarii*. Sed anni diverſitas facile conciliatur beneficio anni Veneti , qui primis menſibus anni 1267. erat adhuc 1266. Romanus vero & communis erat 1267. Licet vero obierit die XXX. januarii , ad diem tamen primam februarii frequentius in martyrologiis affertur ipſius elogium, quia ea die forte tumulatus fuit , vel coli ſolitus majori populorum concurſu, donariis , aliiſque ptivatæ & publicæ pietatis inſignibus. Molanus ad diem trigeſimam januarii ejus meminir, Scardeonius, qui ſuperiorem inſcriptionem edidit, mutat de ſuo penu in ea annum & diem, aſſignans obitum ad kalendas februarii anni 1267. Ferrarius quoque ad diem primam februarii ait : „ Patavii beati Antonii cognomento Peregrini ordinis Ca„ maldulenſis. “ Caniſius errore Papienſem vel Paphienſem pro Patavino facir. Wion mutato nomine *Auſonium* appellat ; ſed in adnotationibus recte Antonii ordinis Camaldulenſis nomen tribuit, ut etiam Menardus. Bollandus inquirit , quomodo , ſi Antonius ordinis Camaldulenſis monachus erat, degeret in porricu ſanctæ Mariæ, & non potius in propinquo Camaldulenſium ſeu Porcilienſium cœnobio . Sed Bollando ſatisfacimus , affirmando porticum ſanctæ Mariæ fuiſſe porticum ejus eccleſiæ, cui a Porcilienſibus ram monachis, quam ſanctimonialibus extra urbem Patavinam promiſcue inſerviebatur. Qui Camaldulenſem Antonium faciunt, per anticipationem ſic appellant; non enim ſtricte loquendo Camaldulenſis fuit, ſed Porcilienſis, immo nec monachus, ſed oblatus ex ordine converſorum ejus monaſterii, quod licet monachorum alborum , ſeculo dumtaxat ſequenti Camaldulenſibus reformandum fuit traditum, & demum poſtquam pluribus annis ſui juris fuit, copulatum fuit circa finem ſeculi XV. cum monaſterio noſtro ſancti Michaelis de Muriano, quod ad hanc diem deſtructo Porcilienſi cœnobio jura & bona ipſius obtinet, monialibus cum medietate jurium , & bonorum translatis intra urbem. Quare non monaſticam clericorum veſtem aſſumpſit Antonius , ſed tamquam hoſpes & incogni-

ANN. CHR. 1267. cognitus ſe obtulit monaſterio Porcilienſi, in quo, ut vidimus ad annum 1219. præter monachos & ſanctimoniales, multus degebat converſorum & converſarum, oblatorum & oblatarum numerus. Sed Antonii vitæ auctorem audiamus, ſive proſequamur narrationem eorum, quæ a nobis exſcripta fuere ad annum 1246.

Cum igitur ſervus Domini Antonius ad civitatem propriam poſt quinquennium remearet, luſtratis pluribus locis cum ſumma devotione ad propria venit, & ſui eum non receperunt, ſed ut ignorantes aut penitus denegantes abjecerunt. Adhæſit famulus Domini in Padua monaſterio ſanctæ Mariæ de Porcilia; habebat enim in eodem ſorores duas, quæ illum quaſi alienum a ſtirpe propria penitus habuerunt. Placuit Domino ſomnum quietis & pacis dare dilecto ſuo, & in magna paupertate patienter infirmanti dicere, ut amodo requieſceret a laboribus ſuis. Devote ergo devotus Dominica ſacramenta requirens, & ſincere ſuſcipiens, mente ſanus, corpore moribundus, exultans, expectans calicem illum, quem Dominus bibit, lætanter aſſumere. Affuit ei dies optatæ quietis, in quo Dominus animam ſervi ſui vocavit pariter & aſſumpſit, jucunditatem & exultationem ſuper eum benigniſſime theſaurizans. Tandem viri religioſi dicti cœnobii una cum fidelibus glebam corporis famuli Dei tradunt eccleſiaſticæ ſepulturæ juxta locum præfatum, quem ſervo ſuo Dominus præparavit, cui gloriam & laudem Jeſu-chriſti ad famuli ſui meritum oſtendendum clare miracula clara crebreſcunt.

Totus deinde eſt auctor in enarratione miraculorum, qui melius de poſteritate ſuiſſet promeritus, ſi majora de Antonii geſtis, dum viveret, enuntiaſſet. Quod autem ſcribit in eo monaſterio ipſum Antonium habuiſſe duas ſorores, defunctum vero terræ humatum fuiſſe a viris religioſis dicti cœnobii; declarat aperte monaſterium Porcilienſe fuiſſe unum ex iis, quæ appellabantur duplicia, in quo ex uno latere viri monachi, ex alio mulieres ſanctimoniales reſidebant. Neque enim id intelligendum eſt de monaſterio ſancti Marci ſimiliter de Porcilia, quod ſpecialiter domicilium erat ſacrarum virginum, licet etiam in eo viri converſi degerent, cum auctor conceptis verbis affirmet Antonium moratum fuiſſe apud monaſterium ſanctæ Mariæ de Porcilia, quod ſpecialiter & primario erat monachorum, ſive ædificatum primo pro monachis, & ſucceſſu temporis commune factum etiam ſanctimonialibus, ut a Jordano actum fuerat in monaſterio ſancti Benedicti ejuſdem urbis.

In altera vita ejuſdem beati Antonii, quæ ſimiliter aſſervatur in tabulario monaſterii Patavini homonymi, *repulſus*, dicitur, *a cunctis noſter hic pauper ac peregrinus Antonius, patienter divertit in porticum eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Porcilia. Olitorum eſt locus extra civitatem mœniis proximus. Hic quoad vixit, manſit beatus Antonius, nec quid perdiu vixit, quippe defunctus eſt anno* M. CC. LXVII. *tertio kalendas februarias*. Poſtrema hæc vita ex prima excerpta ſeculo XV. confecta fuit, ut ſe prodit ſcriptor his verbis: *Præſens vita cum miraculis beati Antonii Peregrini ſcripta fuit ſub regimine abbatiæ venerabilis dominæ dominæ ſororis Margaritæ de Abbatia tunc abbatiſſæ monaſterii ejuſdem beati Antonii anno* M. CCCC. XLVI. *menſis aprilis*.

Quoad primum vitæ ſcriptorem, quem in noſtris Annalibus integre produximus, obſervat Brunatius noſter, ipſum eam vitam protuliſſe ante annum 1324. qui annus eſt, quo Bartholomæus Cheregarius notarius ſeriem inſtrumentorum compilavit, in quibus miracula beati viri deſcribuntur ex chartis notarii Thealdi filii Fini, qui ea exſcripſerat ex antiquioribus

Digitized by Google

bus avi ſui Thealdi de Soligo, ut colligitur ex ſequenti adnotatione: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ad præſentium æternam rei certitudinem & memoriam futurorum, ad honorem omnipotentis Dei, ac beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, nec non beati Antonii Peregrini, qui per multas & varias turbines hujus ſeculi tranſiens vitam ſuam in ſancta & honeſta converſatione ducens migravit ad Dominum, & per virtutem ſummi Dei, & meritis & interceſſionibus ipſius beati Antonii Peregrini miracula infraſcripta fuerunt in tranſitu & migratione ipſius, quæ quilibet verus & bonus chriſtianus ipſa veraciter ita facta poterit intueri; & facta fuerunt ſub milleſimo ducenteſimo ſexageſimo-ſeptimo indictione decima, & ſcripta per manum Thealdi notarii de Soligo, & tranſcripta per me Thealdum notarium infraſcriptum ex imbreviaturis prædicti Thealdi de Soligo avi mei, mihi conceſſis per majus conſilium communis Paduæ. In nomine Chriſti. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo-ſeptimo indictione decima die mercurii ſecundo intrante februario Paduæ in platea ſive ziniterio &c.* ANN. CHR. 1267.

REAPSE primus vitæ ſcriptor per compendium refert ſtatim, poſt narratum obitum ſancti viri, omnia ipſius miracula, quæ copioſe leguntur in quinque veteribus rotulis, quibus ſubſcripſit ſupradictus notarius Bartholomæus Cheregarius. Uberiora acta cum nominibus teſtium, & cum notis temporariis amandamus ad Appendicem, proſequentes in noſtris hiſtoricis Annalibus narrationem ſcriptoris, qui eadem miracula breviori calamo retulit, quæ hoc ipſo anno meritis beati Antonii contigere, aliqua ex ipſis remittentes ad ſequentes annos, quibus patrata fuere, ſed primum potiſſimum miraculum ſcriptis conſignamus, quod neque in inſtrumentis utriuſque Thealdi, neque in illis Cheregarii reperitur. Sic itaque auctor hiſtoriam ſuam poſt obitum beati Antonii Peregrini proſequitur. XXXVI. Miracula ad ejus tumulum patrata.

Confluit populus Paduanus concivi proprio lætabundus & laudans. De remotis etiam partibus populi confluunt catervatim circumjacentium civitatum, in ſollemnes ſermones (ſic in ms. codice) *cervi ſtudentium & clero, inde prædicatores ad populos utriuſque ſexus, inde confeſſores recipientes confeſſiones fidelium. Qui felleos humores de conſcientiis propriis evomentes puriores ad gratiam ſervi Dei ſe votis omnibus præſentabant. Inter cetera ergo miracula, quæ Dominus tunc oſtendit meritis Peregrini, hoc primo ponitur in numero, primum licet non fuerit, ſed auctoritatis gratia, quia ſcilicet in perſona valde nota pariter & ſollempni fuerit demonſtratum. Abbas enim quidam monaſterii de Columba ordinis Ciſtercienſis & diœceſis Placentinæ, dum graviſſimam peſtem in tibia pateretur, immenſas expenſas pro ſalute diutiſſime faciens, quamvis fruſtra ad balnea, quæ juxta Paduam ſunt, dirigit greſſus ſuos pluribus ſociatus, ut ibidem ſalutis remedia reperiret. Cum enim tibiam valde tumentem haberet, etiam in eadem plura foramina inſtar fiſtularum habebat, nec remedium aliquod poterat invenire, ſed aſſidue ſanies effluebat, & cum pruritu valido, & ſanguis & ſanies de ſub ſcabra cute manabant. Audit iſte, quod divina gratia quampluribus dona ſanitatum contulerit meritis Peregrini, & ſpe bona concepta Paduam properat & advenit. Quærit locum & reperit, quo theſaurus fuerat humatus, & cum reverentia a priore & fratribus plurimum humanitatis accipiens ſciſcitatur, quod longius audierat, & ultra famam certa veritate comperta, ſpem conceptam in veræ fidei claritatem immutat. Deliberato ergo conſilio ſupraſcripto votum Domino cum ſumma devotione devovit; poſt votum facto mane ſequenti perfectam Domino largiente ſoſpitatem re-*

 cepit,

ANN. CHR. 1267. cepit, & plagis optime ſolidatis, & ſanguis, & ſanies penitus ceſſaverunt. Beneficium igitur recognoſcens, factus Peregrini veriſſimus relator & teſtis, & pluribus aliis in aliis miraculis viſis conſtanter populis prædicabat; qui in ſe fuerat expertus. Sanus igitur & incolumis gaudenſque in Domino remeavit ad propria.

Gratiam Domini Maria quædam experta eſt de contrata ſancti Bartholomæi de Padua, quæ dum ad tumbam Peregrini venit, manu & pede dextris contractis, divinam miſericordiam imploraret, manus primo ſtatim conſecuta eſt ſanitatem, & ſequenti aurora illuceſcente continuata oratione geminam pedis ac manus ſalutem perfectam optinuit, ut optavit.

Domini Jeſu gratiam & merita Peregrini cognovit Beatrix de Padua de contrata Arenæ, contractam habens manum, quæ ſe cum multa devotione ſuper ſepulcrum expandens, gratiam, quam quæſivit, ſalutis, celeriter meruit obtinere.

Ad famam ejuſdem properans Amizolus Mediolanenſis manum contractam habens, dum ſuper ſepulcrum ejus exsentus oraret, in præſentia plurium orationis ſuæ fructum adeptus eſt, gratiam ſcilicet ſanitatis Domini gratia & meritis Peregrini.

Guelsruda Teutonica de partibus Aquilejæ veniens ad ſepulcrum viri Dei guttam patiens in latere dextro, nec valens in aliquo ſe juvare a brachio uſque ad tibiam, oratione facta reſtituta eſt ſanitati, gaudenſque remeavit ad propria.

Virtus etiam Domini claruit in meritis Peregrini, nam Helicha de Bredepaja Paduanæ, dum ad tumulum ejus oraret, confracta ſchina, & guttam patiens in genu & pede ſiniſtris, quæ nec baculo ſuſtentante repere poterat, per gratiam Domini & meritis Peregrini obtinuit optatam ſanitatem.

Miſericordia etiam Domini per merita Peregrini non defuit Ricaldinæ Paduanæ de contrata ſancti Leonardi, patienti in genibus & renibus guttam magnam, dum enim tumbam ejus viſitat & orat, perfectam recipit ſanitatem.

Nicolaus Paduanus de contrata ſanctæ Catharinæ manum dexteram contractam habens, itaut nullum opus facere vel ſe juvare poſſet, ſtans ſuper ſepulcrum, & Dei gratiam & Peregrini merita per ſalutem obtentam coram pluribus recognovit.

Anna de Padua de contrata ſanctæ Euphemiæ confractam ſchinam habens & gibboſam, quod numquam erigi valuit nec ambulare, fuſa oratione per Domini gratiam, & dilecti Peregrini merita, obtenta ſalute perfecta, gaudens ad propria remeavit.

Quidam Franciſcus nomine de contrata ſancti Bartholomæi de Padua, per quamdam inciſionem apoſtematis contractum habens genu ſiniſtrum, valde claudicans venit ad ſepulcrum ejus, & ibi fideliter orat per Dei gratiam, & meritis Peregrini ſanitatem meruit obtinere.

Dei gratiam ſenſit quædam nomine Adelecta de Padua de contrata Caudæ-longæ, quæ per annos viginti curvata ſemper ambulaverat, hæc dum devote ſuper tumbam Peregrini maneret, plenam obtinuit ſoſpitatem.

Triſtanus Teutonicus de Viderdef confractam habens ſchinam, & genua per terram trahens, nec ſe in aliquo regere valens, ad tumbam venit Peregrini, & orans perfectam ſoſpitatem recepit.

Naſcimbene de Perarolo Paduanæ brachium & crus habens contractum, ductus per alios ad glebam Peregrini, ſuæ fidei fructum promeruit per gratiam Dei, & meritis Peregrini per ſe ipſum ad propria receptis viribus ſoſpitati rediit.

Andreas

Andreas de Padua de contrata Capitis-pontis genu ſiniſtrum contractum habens omnem poſtulatam ſalutem recepit. ANN. CHR. 1267.

Addidit gratia Domini gratiam meritis Peregrini. Albertus enim de Camurada Paduanæ veniens ad tumulum ejus, habens pedem & genu dextrum contractum duriſſime, ita ut nullo modo ambulare valeret, facta oratione devota incolumis remeavit ad ſuos.

Simile quod quidam Corteſe nomine de Padua de contrata ſancti Matthæi contractos habens pedem & manum ſiniſtram, graviter claudicans, fuſis precibus per ipſius Domini gratiam ſanatus cognoſcitur ex meritis Peregrini.

Cernitur miſericordia Domini in Anſoina de Bredepaja Paduanæ de contrata ſancti Salvatoris, quæ per octo annos paralitica jacens, & corpus habens tumidum inſtar prægnantis, & tibias inflatas, fluenteſque putredinem, cicatrices, & vulnera patiens in eiſdem, & cum baculis ſeipſam portans, dum devote viſitat tumbam ejus, gratia Dei fuſa ſuper illam, merita Peregrini experta ſaluti perfecta & integræ reſtituta lætatur.

Affuit Dei benignitas Nicolectæ de Turre Paduanæ, quæ os anchæ cruſque ſiniſtrum contracta & tam valide, ut nec calcaneum terræ poſſet imprimere, nec ſine baculis incedere, ſet dum ſe corpore & mente ſuper tumulum ponit, perfectam & optatam conſequitur ſui corporis ſoſpitatem.

De Tombolo quædam nomine Adelmota manum dextram contractam habens, nullumque uſum per illam valens aliqualiter exercere, voto emiſſo cum precibus reſtituta eſt ſanitati per gratiam Domini & meritis Peregrini.

Probantur etiam merita Peregrini per gratiam Domini in Bonaventura de Padua de contrata Pontis-contarinorum, quæ ancham dextram cum nervis contractam habens a nativitate, ſuper tumulum [illegible] *Peregrini perfecta ſoſpitate donatur.*

Clares etiam Domini gratia per merita Peregrini. Benvenuta enim de Cerreda Veronenſis diœceſis ambas anchas contractas habens, dum graviter claudicans tumbam ejus viſitat, ſuæ devotionis fructum recipiens liberatur plenariter juxta votum.

De Foro-julii adducta quædam nomine Capriola geminis anchis contractis, & ſiniſtrum genu nervoſque contractos habens, ut ſibi nullum poſſet auxilium exhibere, dum ſuper tumbam ejus corporaliter jaceret, exorans perfecta ſanitate donatur.

Meritum Peregrini Domini gratia demonſtravit in quadam nomine Floria de Tyenne diœceſis Vicentinæ, quæ ambas manus & pedes habens contractos, amplexam glebam dilecti Domini, cum nullo modo poſſet incedere primum, ſanitatis gratiam tandem adepta eſt.

Dignoſcitur quoque Domini gratia in meritis Peregrini; Petrus enim de Abano Paduanæ cum baculis veniens ad ſepulcrum Antonii, nervos contractos habens anchæ ſiniſtræ, & os ipſius anchæ extra locum proprium per tres digitos excedens, dum turpiter claudicaret per annos quatuor, ſtans ſuper ſepulcrum firmato greſſu, per ſe & ſine baculi ſuſtentatione graditur ſolidatus.

Patuit miſericordia Domini Palmæ de Camurada, quæ dum guttam magnam in ambabus anchis perinde claudicans, gradiens tandem, ut valuit, venit ad ſepulcrum, & merita cognoſcens gratias egit ſanata perfecte per gratiam Domini.

Jacobus de Pianiga guttam patiens in anchis, & ideo turpiter claudicans, cum fide ſupra tumbam ſtetis, & ſalutem obtinuit, cum a nativitate uſque ad illud tempus æger fuerit.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1267.

Deſiderata de Padua deſideratam diu gratiam per Dei miſericordiam promeruit obtinere; habens enim os anchæ ſiniſtræ extra ſuum locum per decennium, & ob hoc turpiter claudicans, nec ad terram valens calcaneum ponere, dum ſuper tumbam ſtetit, de dicta infirmitate convaluit.

A villa Soleſini Paduanæ quædam nomine Blanca habens os anchæ de ſuo loco remotum, a cunabulis turpiter claudicando, viſitato tumulo Peregrini, per Dei gratiam & meritis ejus optata ſoſpitate lætatur perfecte ſanata.

Armerina de Barbarano diœceſis Vicentinæ ad tumulum veniens Peregrini, ſiniſtrum crus contractum habebat, & nervos contractos anchæ ſiniſtræ, nec pedem terræ ponere poterat, repens tamen viſitavit Peregrinum, ibique perfecte liberatur.

De Venetiis veniens Bartholomæus de contrata ſancti Jacobi de Luprio ſchinam confractam habens, nec ſe valens erigere, nec ambulare, niſi poſitis ad terram manibus & ſuper genua, per gratiam Chriſti perfecte liberatur, & meritis Peregrini, ipſius viſitato ſepulcro.

Similiter de Parmenſi diœceſi veniens Albertinus de Palaxolo, dum Paduæ intra ſcholas domini Giberti doctoris legum tum celebris adſtaret ſcholaris, amiſit loquelam, & nervis contractis manuum, redditur loquela, votum vovit, quod ſtatuam eeream offerret, ſi ſanitatis gratiam haberet; quod ſtatim emiſſo voto meruit obtinere.

Fuit etiam quædam nomine Gisla de Baſſano, quæ per amos octo guttam patiens, claudicando venit ad tumulum Peregrini, quo cum devotione complexo, ſanatur per gratiam Domini & meritis ſervi ſui

Aicarda de Scandolato turpiter claudicans venit ad tumbam ejus nervis manuum contractis, ut nec ſe cingere, nec per ſe poterat ire; dum ſuper glebas jaceret, per gratiam Domini merita Peregrini experta incolumit gloriatur.

Mira virtus Domini claruit in Maria de Noenta Paduanæ, nam dum retorta genua ac verſa retrorſum cum afflictione portaret, pœnaliter claudicans venit ad locum viri Dei, ubi per gratiam Domini & meritis Peregrini plena ſanitatis gratia gratulatur.

Quædam ejuſdem nominis, quæ per annos novem contractam habens ancham ſiniſtram & nervos ejus, ſuper tumulum Peregrini decumbens, liberata cum virtute Chriſti ſenſit merita Peregrini.

Virtus etiam Domini patuit in Verderia de Cologna per merita viri Dei, quæ contractum habens per annum unum brachium, per quod nullum uſum poterat habere, dum ad locum orat, gratiam conſequitur ſanitatis.

Per Domini gratiam & merita Peregrini Domenegolda de plebe Sacci Paduanæ contractam habens ancham ſiniſtram, claudicans venit ad tumulum, & cum devotione dum orat, donum ſalutis optatæ conquirit.

A viginti annis citra quædam de Meſtre patiens Benvenuta diœceſis Tarviſinæ ancham habens contractam & nervos ejus, ſepulchrum viſitat Peregrini, cujus meritis per gratiam Domini liberatur.

Sanitatem obtinuit Lucia de contrata Omnium-ſanctorum, contractis ancha & nervis & induratis, orat ſuper tumbam viri Dei, & per gratiam Domini & meritis Peregrini perfecte ſanatur.

Prædictis interfuerunt fideles teſtes veritatis, viri inquam fide digni, prælati, religioſi, ſacerdotes, clerici & laici, qui aſſidue cum devotione apud locum ſanctæ Mariæ de Porcilia ordinis monachorum alborum de Padua, & aliqui de remotis partibus advenerant, excitati fama glorioſorum miraculorum, quæ Deus omnipotens ad ſui nominis laudem & gloriam oſtendere

dere dignatus eſt in civitate Paduæ, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum, amen.

ANN. CHR. 1267. XXXVII. Proſecutio eorum miraculorum.

SEQUENTIA etiam beati Antonii Peregrini miracula ad præſentem annum ſpectantia, extra ordinem, & aliorum notariorum manibus roborata, reperiuntur in eodem tabulario ſanctimonialium.

Anno M. CC. LXVII..... *qui fuit* X...... *Petri de Conſilve, Michaele filio Johannis Bruti & aliis multis. Ibique domina Herengina uxor Marchi Trivixani de Venetiis de contrata ſancti Nicholai de Mendigolis, coram domno Caſtellano Dei gratia priore monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia, perbibendo teſtimonium veritatis proteſtata fuit, atque manifeſtum fecit dicto dompno Caſtellano priori, quod filium ſuum Stephanum habentem manus contractas cum voto & magna devotione duxerat eum ad ſepulcrum beati Antonii Peregrini, factaque ibi more ſuo oratione, in brevi ſpatio meritis beati Antonii Peregrini manus dicti Stephani, quæ erant contractæ, videntibus cunctis fuerunt extenſæ, & de hoc ſupradicti teſtes, qui eum viderunt contractum, poſt liberationem pueri de hoc perhibuerunt teſtimonium.*

Ego Albertus quondam Paſchalini imperialis aulæ notarius bis interfui, & juſſu dicti prioris & dictæ dominæ matris ipſius pueri hoc ſcripſi & publicavi.

In nomine Dei æterni, Amen. Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo-ſeptimo menſe auguſti die duodecima intrante indictione decima Rivoalti. Præſentibus presbytero Nicholao ſanctæ Mariæ-novæ, Bartholomæo de Varino & uxore ejus Lena, Jacobina de Juſtiniano, Cæcilia Tervisana, Benvenuta de Tarviſio, quæ nunc moratur Venetiis in contrata eccleſiæ ſanctæ Mariæ-novæ, Palma Furlana, quæ & ipſa moratur in dicta contrata ſanctæ Mariæ-novæ, & aliis quampluribus. Benvenuta quondam Sarazena, ſed nunc ad fidem Chriſti converſa, & ancilla facta domini Bartholomæi de Varino confeſſa eſt ſe habuiſſe os brachii ſciſſum, ita ut a medicis vix perfectum ſperaretur remedium; apparuit autem ei, ſicut ipſa teſtatur, quædam Domina monens & hortans eam, ut ad Antonii Peregrini recurreret, & ejus meritis a Domino curaretur. Factum eſt hoc tribus noctibus immediatis. Ipſa autem ſe Dominæ excuſabat hoc non poſſe facere, cum eſſet ſub poteſtate alterius. Quarta autem nocte apparuit ei Antonius Peregrinus accedens ad eam, & brachium diſſolvens integraliter eam curavit, & os ſciſſum conſolidavit perfecte. Hoc totum teſtificantur tam prædictus Bartholomæus de Varino, tam uxor ejus Lena, quarum erat ancilla, quam etiam Cæcilia Terviſana, memorata Benvenuta de Tarviſio ſupradicta, & Palma Furlana, & etiam Tarſia ſanctæ Mariæ-novæ prælibatæ; in cujus etiam rei teſtimonium & gratiarum actione prædicta Benvenuta portavit ad ſepulcrum Antonii Peregrini brachium cereum, & cingulum. Actum eſt hoc in domo ſupradicti Bartholomæi de Varino.

Ego Johannes Fradello ſanctæ Mariæ-novæ plebanus & notarius, ut audivi ab ore ſupradictæ Benvenutæ, ita ſcripſi, complevi & roboravi.

Cetera beati Antonii Peregrini miracula ad ſequentes annos, quibus patrata fuere, reſervamus. Illud unum hic ſuperaddimus, quod etiam poſterioribus temporibus, & ad hodiernam diem Patavina urbs ſancti ſui concivis experta eſt juge beneficium & patrocinium, concurrentibus populis continuo cultu ad tumulum beati viri. Quando bellorum incurſibus exciſum fuit ſuburbanum Porcilienſe monaſterium initiis ſeculi XVI. corpus beati Antonii, & illud beati Compagni Porcilienſis primi prioris delata fuere intra urbem ad eccleſiam ſancti Petri; cum vero ædificatum

fuit

ANN. CHR. 1267.

fuit domicilium pro ſanctimonialibus Porcilienſibus, utrumque ſacrum corpus translatum fuit ad novam eccleſiam. Oblationes ad Antonii tumulum factæ pro medietate dividebantur inter moniales, & inter monachos ſancti Michaelis de Muriano, penes quos deducti fuere monachi Porcilienſes; donec anno 1510. concordia & compoſitio facta fuit inter utrumque monachorum & monia'ium monaſterium, ſcilicet ut quorannis ſanctimoniales numerarent qua ndam taxatam pecuniæ ſummam loco dimidiæ oblationis ceræ, olei, aliorumque donariorum, quæ faciebant Patavinæ confraternitates. Renovata fuit hæc compoſitio anno 1562. indictione quinta ad diem XXIV. februarii. Sed de his ſuo loco. Ad Pariſium hoc ipſo anno defunctum tranſeamus.

XXXVIII. Obitus etiam beati Pariſii, & prodigia.

ALTER itaque, qui cœlo invectus eſt, fuit Pariſius, qui centum & ſexdecim vitæ annos numerans, & octuaginta in officio moderatoris ſpiritus ſanctimonialium Tarviſinarum ſanctæ Chriſtinæ, effœtæ ſenectuti potiuſquam morbo cedens, Deo ſpiritum reddidit in Tarviſina urbe. Cum lecto jaceret, deportatus fuit ad ejus præſentiam puer Feltrenſis, qui pede attractus incedere nequibat; hunc benedictionis ſigno munitum integrum & ſanum reddidit genitoribus ſuis. „ Poſt paucos dies, ſubdit Fortu-„ nius [a], vir Dei febri abſumptus, innumera multitudine circumſtante, „ animam glorioſam virgo Deo reddidit. Obiit die undecima junii, „ Sabbati die hujus anni. " Anonimus Fuſcarenianus, vel Turrianus in ſuo chronico Tarviſino ſtatuit ipſius obitum ad annum 1263. & diem duodecimam junii his verbis: *Datus fuerat rector ſanctimonialium ſanctæ Chriſtinæ extra & prope Tarviſium devotiſſimus monachus Bononienſis appellatus Pariſius, maxima ſanctimonia dum viveret conſpicuus, qui ætatis anno centeſimodecimo-ſexto* [illegible] (M. CC. LXIII.) *die duodecima junii ad æternam gloriam tranſiit cum beatitudinis declaratione propter multa miracula. Ipſius corpus locatum fuit in arca marmorea prope dictas ſanctimoniales, & adhuc Tarviſii viſitur*. Sed auctor hic diſſentit ab omnibus ſcriptoribus vitæ Pariſii tum Camaldulenſibus, tum Tarviſinis, tum Bononienſibus, qui Pariſii tranſitum ſtatuunt ad diem undecimam junii anni 1267. Quod corroboratur etiam fide duarum veterum inſcriptionum, quas produximus ad annum 1190.

a *Lib. II. cap. 20.*

Flebant ſanctimoniales amiſſum magiſtrum & paſtorem, immo tota urbs Tarviſina lugebat præreptum ſibi fuiſſe dulciſſimum patrem, conſolatorem & protectorem apud Deum in ſuis neceſſitatibus. Populus accurrebat juxta pium morem, & oſcula imprimebat ſacro corpori. Inter eos, qui funeri præſentes erant, aderat hæreticus quidam, qui candelam accenſam manu gerens erupit in hæc verba: *Si Sanctus eſt iſte, Deum precor, ut ardeat manus mea, quodammodo ardet candela hæc*. Vix hæc verba protulerat impius ille; manus ſtatim ipſius ardens tamquam cera ululatus & ſingultus præ dolore extorquebat ab ejus ore. Quare pœnitens temeritatis ſuæ cœpit præſentes omnes precari, ut Deum flagitarent, quatenus interventu Sancti ſui dignaretur ipſum a dolore & a formidine mortis liberare. Exaudivit Deus adſtantium fidem & preces, ac ſtatim manus ipſius integræ incolumitati reſtituta fuit, & mens inſuper ab errore liberata. Sepultum fuit ſacrum Pariſii cadaver in urna marmorea in eccleſia ſuarum ſanctimonialium. Quidam Donatus Floriani a Feltrio filium ſuum Buccam vocatum, cui cadenti oculus contuſus fuerat, votum vovit ad ejus tumulum offerendi tantam quantitatem tritici, quanti pendebat filii corpus, & ſtatim priſtinam ſoſpitatem oculus filii adeptus fuit. Sed de Pariſii prodigiis, ac de proceſſu elaborato pro reddendis ipſi divinis honori-

bus

bus fuſius anno ſequenti. Hæc de Pariſio ad hunc annum in Annalibus eccleſiaſticis Odoricus Raynaldus patria Tarviſinus [a]: „ Addemus religio- „ ſum virum Pariſium nomine, Bononia oriundum, poſt exactos centum „ & VII. vel VI. annos (rectius centum decem & ſex) quorum longe „ majorem partem in Camaldulenſi familia illuſtri omnium virtutum e- „ xemplo duxerat, hoc anno ad meliorem vitam evolaſſe, pluribuſque „ miraculis in vita & poſt mortem inclaruiſſe. Cujus corpus Tarviſii in „ templo ſanctimonialium Camaldulenſium ipſius nomini ſacro conditum „ magna religione colitur, mihique ſuperioribus annis oſtenſum fuit. “

ANN. CHR. 1267.

a *Pag.* 158.

XXXIX. Turbæ in monaſterio Vivenſi.

JOHANNES prior eremi de Vivo, & ſanctæ Muſtiolæ Arcus Senarum electus initio hujus anni ab Angelo priore Camaldulenſi contra Venturam priorem depoſitum, *die decima-tertia martii* [b] coram Ranuccio ordinis Prædicatorum, & Jacobo priore canonicæ de Montorio & canonico eccleſiæ majoris, qui erant vicarii Thomæ Senenſis epiſcopi, in medium protulit literas & privilegia Romanorum pontificum Camaldulenſibus conceſſa, & requiſivit, ut candelis accenſis ipſi per eccleſias dictæ civitatis Venturam olim priorem, excommunicatum ab Angelo præſide generali, & contumacem, publicari & denuntiari facerent, offerens ſe probaturum fuiſſe vere ab ipſo excommunicationis vinculo innodatum.

b §. *Monitoriales* 4. *A.* 3. 90.

Item *die ſeptima julii* [c] cum commode idem Johannes capitulum eremi Vivenſis congregare nequiret, nonnullos fratres & monachos coadunavit in domo de Canneto Montis-politiani, qui unanimiter ipſius electionem ratam habuerunt, & quamplura capitula ordinationum decreverunt ad regimen & utilitatem dictæ eremi, & ſuffraganeorum ejus locorum, eaque promiſerunt omnes monachi & converſi ſe obſervaturos; manu Gentilis notarii. Reformavit quoque abbatiam ſancti Benedicti de Mojano membrum dictæ eremi, eligendo die prima ſeptembris [d] in abbatem Nicolaum fratrem & converſum vita ipſius durante. Ventura e contra licet gradu motus, habens tamen aliquos ſui ſchiſmatis fautores, *die vigeſima-tertia novembris* [e] elegit in priorem & rectorem ſancti Petri de Vivo Benedictum quemdam, qui ſtatim conſentiens obedientiam ipſi promiſit, ſicut etiam cum eo convenit, ut nunquam ageret, quatenus dictum monaſterium ſancti Petri foret exemptum, vel caput loci, vel ſubtraheretur monaſterio ſanctæ Muſtiolæ, in præjudicium decreti domini papæ. Cum eſſet Benedictus ordinis ſancti Auguſtini, profeſſus ſtatim eſt ordinem monaſticum, induitque veſtes albas. Inter ceteros [f], qui parti Johannis legitimi prioris adhærebant, quique convenere in Montem-politianum, leguntur Benvenutus prior eccleſiæ de Petra de Caſtillione Vallis-urciæ, Ildebrandus prior ſancti Proculi ultra Clanas, & Andreas converſus parochus ſanctæ Mariæ de Pacciano, qui ſubjecti erant eremo Vivenſi, ſive monaſterio ſanctæ Muſtiolæ. Ibidem præfatus Andreas parœciæ onus dimiſit ob violentias comitum de Sarthiano, qui in eo loco commorabantur, & ejus parœciam divexabant.

c §. *Statuta* 7. *A.* 3. 124.

d §. *Electio* 114. *A.* 3. 116.

e *Ibid.* 118. *A.* 3. 131.

f §. *Conceſſio* *A.* 3. 125.

Supralaudatus Angelus prior Camaldulenſis die decima-quarta ſeptembris hujus anni præcepit [g], ut quilibet vicarius abbatiæ Sardiniæ teneretur quotannis ſolvere eremo Camaldulenſi triginta libras Januenſes, octo furganas laneas, & ducentos caſeos caballinos.

g §. *Amiſſa* 534. *A.* 189.

Benvenutus abbas Prataljenſis tamquam patronus eccleſiæ ſancti Laurentii de Ceresciolo una cum parœcianis ejus eccleſiæ elegit [h] ibidem in rectorem presbyterum Andream ex rectore eccleſiæ de Veſpro; quam electionem confirmavit Raynerius plebanus Biblenæ.

h §. *Electio* 116. *A.* 3. 128.

Margarita prioriſſa parthenonis ſancti Benedicti de Arretio legitur in charta

ANN. CHR. 1267.

charta locationis ab ipſa factæ , ex tabulario ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, cui ſubjiciebatur illud ſancti Benedicti.

Juncta abbas Trivienſis cum monachis ſuis præcepit fidelibus ſui monaſterii , ut nemo venderet , aut daret bona ſpectantia ad dictam abbatiam ſine ſui licentia. Inter ceteros monachos ſubſcribentes legitur Angajalis prior monaſterii ſancti Salvatoris. *Anno* M. CC. LXVII. *indictione* X. *tempore domini Clementis pape*, & *nullius imperatoris regnantis die* XXVI. *menſis novembris*.

In necrologio Galeatenſi ad XVI. kalendas octobris ponitur. *Obiit dompnus Bartholus monachus atque abbas Vultræ*. A. D. M. CC. LXVII.

ANN. CHR. 1268.

XL

Jacobus de Certaldo fit abbas SS. Juſti & Clementis Volaterrarum.

JACOBUS de Certaldo, qui jam ab anno 1239. parœciæ curam exercebat in monaſterio ſanctorum Juſti & Clementis urbis Volaterrarum, quam etiam ita exequutus fuit, ut plebs univerſa nunquam nec melius in ſpiritualibus profecerit, nec paſtorem in terris talem invenerit , unde & felicius regeretur , & ſalubriora conſilia ſuſciperet , poſt æditui quoque munus in eodem cœnobio ſuſceptum, quod libenter & ſancte plurium annorum ſpatio adimplevit , poſt viſitatoris officium , quod ſtrenue adimplevit anno 1258. hoc anno coactus fuit regimini abbatiæ ejuſdem monaſterii humeros ſupponere. Id novimus ex charta Fontis-boni, in qua [a] ſub die tertia januarii hujus anni legitur Angelum priorem Camaldulenſem , præhabito monachorum ſcrutinio, elegiſſe Jacobum ſacriſtam in abbatem dicti cœnobii, manu Bruni notarii. Idipſum aſſerit Fortunius hæc ſcribens [b] : „ Fratres vero venerabilis viri ſanctis moribus atque ex m- „ plis magis ac magis in dies affecti, ubi Martinus primum, deinde Ni- „ colaus abbates morti occubuiſſent, cum bis elegiſſent illum ſibi in pa- „ trem, ille honorem tunc pariter & onus detrectans, obſtinate bis re- „ nuit, nimirum otium contemplationis dulciſſimum anxio periculoſoque „ negotio præſerens , tutiuſque ſecum actum iri putans , ſi inglorius & „ ignobilis in cellula tantum, Deo teſte, ſeſe ſancte exercendo latitaret, „ quam ſi populo ſpectante virtutis ſuæ fama cum gloriæ periculo dif- „ funderetur. Poſtremo Michaele abbate decedente , tertiam electionem „ urgente epiſcopo ſubterfugere nulla vi nullaque ratione valens, mona- „ ſterii quidem regimen accepit , ac aliquamdiu adminiſtravit , ſicut ex „ variis donationibus conſtat, ſed paulo poſt dignitatem ſic repudiavit , „ projecta virga & anulo, ut nec epiſcopi, nec congregationis ullis omni- „ bus precatibus ulterius præeſſe voluerit . “ In eo tamen fallitur Fortunius, vel Raphael Maphæjus , ex quo iſta deſumpſit Fortunius , dum ſcribit Jacobi electionem contigiſſe poſt mortem Michaelis abbatis , qui non deceſſit, ſed officio cedere coactus fuit ab eodem Angelo priore poſt biduum ab electione Jacobi cum promiſſione , quod de cetero nunquam ſe amplius immiſcebit, vel quidquam aget in damnum prædicti monaſterii. Scilicet Martinus erat abbas ejuſdem cœnobii etiam anno 1240. [c] quo interfuit electioni alterius Jacobi monachi in abbatem ſanctæ Mariæ de Adelmo cum Lanfranco archidiacono Volaterrano pro Martino priore Camaldulenſi. Nicolaus Martino ſucceſſit [d] anno M. CC. XLVIII. ab incarnatione , die decima martii indictione VII. Poſt Nicolaum [e] Jacobo archipresbytero Volaterrano & vicario Rainerii epiſcopi electi ejuſdem urbis, & monachis ſancti Juſti committentibus vices ſuas pro electione abbatis domno Bene monacho & majori clauſtrali dicti monaſterii , electus fuit Michael abbas olim ſanctæ Mariæ de Morrona *die vigeſima-ſecunda julii anni* M. CC. LX. qui trigeſima-prima julii ejuſdem anni humiliter

petiit

a §. *Electio* 125. *A.* 3. 144.

b *P. II. lib. II. cap.* 7.

c §. *Electio* 17. *A.* 3. 90.

d *Ibid.* 43. *A.* 3. 112.

e *Ibid.* 79. *A.* 3. 12.

ANN. CHR. 1268.

petiit ſui confirmationem a Martino abbate ſancti Petri de Cerreto vicario ſeu delegato Jacobi prioris Camaldulenſis; verum [a] quia contra privilegia ordinis confirmationem prius receperat a vicario epiſcopi Volaterrani, die vigeſima-octava maji officium dimiſit in manus Bartholomæi prioris Camalduli de Florentia & vicarii generalis ejuſdem Jacobi prioris, qui ipſum eadem die denuo ad abbatiam ſancti Juſti elegit. Sed præſenti anno iterum nuntium remittere abbatiæ coactus locum fecit Jacobo de Certaldo, qui in regeſto primo [b] archivi Fontis-boni electus dicitur die XXIX. januarii ab Angelo priore Camaldulenſi & a Barone canonico Volaterrano pro capitulo ejuſdem eccleſiæ; manu Bruni notarii. Forte hæc fuit dies confirmationis Jacobi in abbatem. Ante annum 1274. Jacobus dignitate abbatiali & officio ſe ſpoliaverat; ipſo enim anno reperimus dicti monaſterii fuiſſe abbatem Bartholomæum, qui unus fuit ex electoribus Gerardi in priorem Camaldulenſem; immo ante annum 1273. quo eidem Bartholomæo vel Bartholo abbati indictum fuit ab apoſtolica ſede iter ad concilium Lugdunenſe. Sub Martino abbate Jacobi prædeceſſore Urbanus IV. Romanus pontifex abbatibus Volaterranis ejus monaſterii mitræ, anuli, ſandaliorum & aliorum ornamentorum inſignia pontificalia conceſſit, & impartitionem benedictionis ſollemnis poſt Veſperarum & Matutinorum divina officia.

a Ibid. 82. A. 3. 21.

b Pag. 130.

Depoſito honore regiminis Jacobus onus animarum non depoſuit, „ in
„ eo ſolummodo, ſubjungit Fortunius, parœciæ populis rem gratam fa-
„ ciens, quod animarum curationem libenter reaſſumpſit. Quos dum
„ frequenter commoneſaceret patrio affectu, ut a ſcelerum flagitiis quiſ-
„ que abſtinere ſatageret, ſinguli vero mandata Dei in vero ſanctoque
„ timore cuſtodirent, factum eſt brevi temporis intervallo, ut non ſo-
„ lum ſceleroſi per incentiva vitiorum declinantes, in via eloquiorum
„ Dei ſeſe fideliter exercere viſi ſint mirabili vi ſacroſanctæ doctrinæ,
„ cujus pocula vir ſanctus propinaret, verum ut multi quoque e ſeculo
„ ad ſanctæ converſationis ordinem ſpiritu fervido feſtinaverint; nec de-
„ fuerunt, qui cœnobium propterea ſuis bonis donatum eſſe voluerint,
„ & prædium, quod ad Planum dicitur, adhuc ejus memoriam in dies
„ recentiorem facit. “

XLI. Concordia inter epiſcopum Portuenſem & monaſterium S. Gregorii de Urbe.

PETRUS abbas ſanctorum Andreæ & Gregorii de Urbe una cum monachis ſuis ex una parte, & Gentilis Aprutinus electus epiſcopus, procurator & capellanus Johannis Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopi & cardinalis anno antecedenti compromiſerant in magiſtrum Nicolaum de Terracina capellanum Clementis papæ IV. tamquam in arbitrum pro decidendis quæſtionibus vertentibus inter utramque partem circa ſtagnum majus & terram ſiccatam poſita prope mare, conditione ſtandi ipſius arbitrio ſub poena mille librarum Proviſinorum Senatus. *Actum in palatio ſancti Spiritus de Urbe*, *anno* M. CC. LXVII. *pontificatus domini Clementis* IV. *pape anno ejus* III. *indictione* X. *menſis auguſti die undecimo*. Porro magiſter Nicolaus XII. *kalendas octobris* hujus anni ex Viterbio ſententiam tulerat, medietatem ejus ſtagni pertinere ad epiſcopum Portuenſem, medietatem vero ad monaſterium San-gregorianum, in præſentia Gualterii Pennenſis epiſcopi, & Jacobi de ſancto Donato capellani papæ & Senonenſis canonici aliorumque. Quare Romanus pontifex ad inſtantiam Johannis Portuenſis epiſcopi calculo ſuo approbavit ex Viterbio *quarta die octobris* hujus *anni pontificatus* ſui *quarto* definitionem factam ab eodem magiſtro Nicolao capellano ſuo, mandans executionem ipſius epiſcopo Nepeſino. Gentilis de Sulmona electus fuerat menſe julio die

ANN. CHR. 1268. XXIII. Aprutinus epiſcopus a Clemente IV. Gualterius epiſcopus Pennenſis ſupererat ex pagina Gregoriana die vigeſima ſeptembris; Berallum tamen quemdam epiſcopum Pennenſem poſt Gualterium memorari anno a T. I, col, 1147. 1268. in monumentis baſilicæ ſancti Petri de Urbe ſcribit Ughellius [a]. Petro abbati ſancti Gregorii ſucceſſit hoc eodem anno Gregorius ex abbate monaſterii ſancti Silveſtri in Capite poſtulatus a monachis ſancti Gregorii, & confirmatus *ſecundo idus novembris pontificatus* ſui *anno* IV. ab eodem Romano pontifice Clemente IV. ut legitur epiſtola 81. tomi III. regeſti ejuſdem pontificis. Obiter obſervamus non ſolum abbates, ſed & epiſcopos conſueviſſe his temporibus capellani munus gerere S. R. E. cardinalium. Sententiam Nicolai Terracinenſis, & bullam Clementis IV. damus in Appendice ex codice Gregoriano.

XLII. Chartæ Prataliensſes, Valle-caſtrenſes, aliorumque monaſteriorum. GUILLIELMINUS Arretinus epiſcopus attendens, quod res fructus, redditus & jura, quæ babebat eccleſia Arretina in curia & diſtrictu caſtri Serravallis, poſſent plenius conſervari & meliora reddi opera Pratalienſis monaſterii, conceſſit hoc anno Benvenuto abbati dicti loci jure feudi omnes & ſingulas *domnicarias* & terras, quas tenebat Arretii eccleſia in dicto caſtro; item omnes fructus cenſuales & affictus annuos epiſcopatui Arretino a quavis perſona ejuſdem caſtri debitos, omnes decimas pariter & jura decimationum, ſalvis tamen & reſervatis proprietate eccleſiæ ſancti Donati, & jure percipiendi ſalaria, banna & pœnas, & jure aquæ-ductuum; de ſuperioribus vero omnibus inveſtivit dictum abbatem, qui promiſit quotannis ſe præſtiturum nomine cenſus epiſcopatui 450. ſcutellas, 300. inciſoria, & 50. ſcyphos ligneos.

Monaſterio ſancti Romualdi Vallis-caſtri ſubiiciebatur eccleſia ſancti Paſchaſii de Appongiano. Ipſi enim eccleſiæ præſenti *anno* M. CC. LXVIII. *indictione* XI. *die* XII. *exeunte februario* Guillielmus abbas Valle-caſtrenſis qui Marini abbatis locum repleverat poſt annum 1262. præfecit Junctam ſacerdotem in capellanum & rectorem. Similiter monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia parebat eccleſia ſanctæ Mariæ de Antignana, quam Zeno abbas contulit Bernardo, qui regimen accipiens ſpopondit obedientiam. Ubaldinus prior & rector canonicæ ſanctæ Margaritæ de Toſina prioratui nuntium remiſit, creans Raynerium canonicum in ſuum ſindicum ad poſtulandam a priore Camaldulenſi electionem al-
b §. *Electio* 126. 144. terius prioris; quare die quinta maji [b] electus fuit Matthæus in priorem ex monacho Camalduli Florentini. Aſceterium ſanctæ Mariæ Montis-oliveti diœceſis Florentinæ pertinebat ad Camaldulenſem congregationem; nam legimus in tabulario Fontis-boni die duodecima maji hujus an-
c *Ibid.* 126. *A.* 142. ni [c] Angelum præſidem generalem vacante eo monaſterio tranſtuliſſe Adalaſiam monialem ſancti Petri de Luco ad abbatiſſatum dicti loci. Paulus de Peruſio electus eſt abbas ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faven-
d *Ibid.* 123. *A.* 3. 139. tia; poſt Paulum vero die tertia ſeptembris [d] poſtulatus fuit Zeno, qui erat ſcriptor ipſius Angeli prioris. Idem Angelus [e] confirmavit Bartbo-
e *Ibid.* 120. *A.* 3. 133. lum in abbatem ſancti Zenonis Piſarum; ſuffecit in locum Compagni ab-
f *Ibid.* 122. *A.* 3. 136. batis Cantiniani officium dimittentis [f] Matthæum monachum ejuſdem monaſterii; & in locum Junctæ abbatis Adelmenſis æque abdicantis [g] ſubro-
g *Ibid.* 126. *A.* 127. gavit Nicolaum Camaldulenſem vicecomitem. Die ſecunda auguſti poſt acceptam regiminis renuntiationem factam a Benedicto priore Vivenſi,
h *Ibid.* 127. *A.* 96. 97. quem Ventura excommunicatus creaverat [h], ipſum legitima electione conſtituit Vivi priorem, Johanne de Piſis Vivenſe & ſanctæ Muſtiolæ prio-
i *Ibid.* 98. re ad ſuum Anglarienſem prioratum revertente. Die tertia junji [i] conſtituit Gualterium quondam Aldebrandini nobilem Arretinum de Petrama-

la

Digitized by Google

ANN. CHR. 1268.

la in poteſtatem caſtri Socli, cujus juriſdictio ad eremum Camaldulenſem ſpectabat. Braimano abbati Burgi-ſancti-ſepulcri ex abbate ſancti Hippolyti de Faventia copiam ſecit die xxx. aprilis [a] vendendi quædam bona hoſpitalis de Caſalechio, quod pertinebat ad idem Burgenſe monaſterium. Juramentum præſtitit eidem Angelo priori Johannes capellanus monialium ſancti Petri de Luco nomine Adalinæ abbatiſſæ, & presbyterorum & converſorum ejus parthenonis, ſe non recepturum in dicto monaſterio mulierem aliquam vel de ſeculo venientem, vel etiam cujuſcumque alterius regularis ordinis, ſine ejuſdem prioris prævia licentia [b].

a Reg. I. pag. 145.

b Sacc. B. 10.

XLIII. Obitus Angeli prioris Camaldulenſis. Sufficitur Jo: de Piſis.

Ceterum ipſe Angelus prior Camaldulenſis triennio nondum expleto naturæ conceſſit verſus finem hujus anni. Ipſius obitus in necrologio Vangaticienſi adnotatur ſub die tertio nonas novembris. Subſtitutus fuit in ejus locum die decima-tertia decembris [c] in capitulo eremi Johannes de Piſis ex familia de Boccis, idem, qui ex Vivenſis & ſanctæ Muſtiolæ de Senis monaſteriorum regimine redierat paulo ante ad Anglarienſem ſancti Bartholomæi prioratum. Ad eumdem Angelum priorem extat inſcripta epiſtola Guittonis de Arretio poetæ & equitis Gaudentis, quæ eſt xxviii. inter editas a Cl. V. & præſule Johanne Bottario; ex qua tamen, præter verba laudatoria, nil ſingulare addiſcimus. Inter præſules Camaldulenſes, qui convenerunt ad electionem Johannis in præſidem generalem, nominatur Frigdianus abbas de Monterchio [d], quod monaſterium ſub hoc primum anno inter Camaldulenſia recenſetur, neque deinceps ulterius memoratur in paginis Fontis-boni vel aliorum monaſteriorum, quæ percurrimus.

c §. Electio 128. A. 180.

d Reg. I. pag. 184.

XLIV. Sequuntur prodigia beati Pariſii.

Prosequimur hoc anno ex Fortunii relatione miracula Pariſii defuncti: „ Tranquillina Albertini incurabili infirmitate agitata in pede dex-
„ tero, adeout nec die, nec nocte quieſcere poſſet, baculo innixa iter ar-
„ ripuit, & ſtatim ſe in corpore nullam læſionem habere gratias agens
„ Deo perſenſit. Puella mendicans manum ſtupidam habens, voto facto,
„ ad corpus beati Pariſii ſanitatem repente recepit. Cum puella Teuto-
„ nica & alia mulier cæcitate oculorum laborantes ad altare veniſſent,
„ & Deum adoraſſent, ambæ maximo omnium ſtupore viſum recepere.
„ Alia item puella Veronenſis, quæ oculorum beneficio carebat, audita
„ fama miraculorum beati Pariſii, ad ejus corpus veniens, voti compos
„ effecta cum gaudio remeavit ad propria. Agnes Marcheſinæ de paro-
„ chia ſanctæ Agnetis Venetiarum apoſtemate ſe manum amittere videns,
„ cum matre ad mauſoleum beati Pariſii veniens, libera ad lacunas re-
„ diit. Venetus item alius nobiliſſimus vir cum uxore graviſſima infirmi-
„ tate illa, quæ vulgo Vermiſcanis dicitur, circum guttura corrodeban-
„ tur. Itaque voto ad ſanctum Pariſium facto, uterque ab eo morbo li-
„ beratus eſt, & Dei in Sanctis ſuis magnalia celebravit. Mulier Teuto-
„ nica a dæmone vexabatur; cum hanc exorciſtæ ſacerdotes de more li-
„ berare operam navarent, clamabat per os dæmon ſe nonniſi in Pariſio
„ egreſſurum. Conſanguinei ergo Pariſiorum urbis Galliæ pro ejus ſalute
„ iter ineuntes in Forum-julii regionem deſcendunt; ubi audita æquivo-
„ ci ſancti Pariſii fama, dæmoniſque mendacium cognitum habentes, in
„ die natalis viri Dei ad ejus corpus dæmoniacam præſentant, eamque
„ magnis dæmonis cruciatibus in conſpectu omnium liberam recipiunt.
„ Quædam navis ab Alexandria veniens horridam patiebatur maris tem-
„ peſtatem. Erat in ea homo beato Pariſio devotus, qui Deo ejus me-
„ ritis ſuam ſalutem devotiſſime commendabat. Is cum alios, qui navi

Ann. Chr. 1268.

,, vehebantur, ad idem faciendum hortaretur , mox omnis procella pla-
,, catur, & navis licet ventis quaſſata ſecurum portum tenuit.

XLV. Divini honores ſtatim decreti beato Pariſio ab epiſcopo Tarviſino.

Iis prodigiis aliiſque bene multis, quæ ad poſterorum memoriam non
pervenere, ratione etiam habita eorum , quæ vivens patraverat, vix de-
functo Pariſio divini decreti fuerunt honores . Relatione itaque collecta
plurimorum prodigiorum , quæ qualibet die fiebant interceſſione beati
Pariſii , ſua inſuper peculiari devotione erga ſanctum virum motus Al-
bertus Riccus Tarviſinus epiſcopus decrevit ad examen revocare ipſa mi-
racula & res geſtas ipſius , teſtibus proinde ejus ſanctæ vitæ & innocen-
tis converſationis coram ſe invitatis . Certo fundamento nequit ſtatui ,
an hoc acciderit eodem anno mortis Pariſii , vel proximis ſequentibus
annis . Fortunius dumtaxat habet Albertum poſt ejus mortem cœlitum
gloriam illi ſtatuiſſe . Malerbius vero diem & menſem tantum examinis
aſſignat , annum præteriens, menſem nimirum julii, & diem ſabbati pro-
pe finem ejus menſis. Anno 1267. ultima ſabbati dies menſis julii occur-
rit die trigeſima; anno 1268. die vigeſima-octava, quia annus erat biſſex-
tilis; anno 1269. die vigeſima-ſeptima ; anno 1270. die vigeſima-ſexta ;
& demum anno 1271. die vigeſima-quinta . A ratione igitur non abludit
examen hoc inſtitutum fuiſſe vel eodem anno 1267. qui fuerat Pariſii
emortualis, vel 1268. qui fuit annus poſt obitum , quibus ſabbatum ju-
lii ultimum occurrebat diebus proximioribus fini ejuſdem menſis . Fortu-
nius examen hoc factum ſcribit die dominica intrantis januarii, quæ con-
tigit anno 1268. prima die ejuſdem menſis . Facile examen a fine men-
ſis julii anni 1267. productum fuit uſque ad finem anni , & ad initium
ſequentis, quo proinde anno ipſum referimus; & quidem ex Malerbio ,
qui hæc habet: ,, Prope finem menſis julii epiſcopus die ſabbati congre-
,, gavit in locutorio monaſterii ſanctæ Chriſtinæ omnes moniales ipſius ,
,, poſtea plures religioſos ſeculares & regulares, & amplum numerum lai-
,, corum. Cum epiſcopo erant Anſelmus archidiaconus , Taranchedus a
,, Millemarchis, Leonardus canonicus cathedralis, Tarviſius ſubprior ſan-
,, cti Nicolai ordinis Prædicatorum , cum alio religioſo viro ejuſdem or-
,, dinis appellaro Friderico, Jacobus cuſtos patrum Minorum de Tarviſio,
,, & primo loco ad examen vocavit Luciam abbatiſſam', quæ depoſuit Pa-
,, riſium obſervatorem fuiſſe ſuæ regulæ, & irreprehenſibiliter obedientiam
,, præſtitiſſe prioribus Camaldulenſibus & ipſi abbatiſſæ , vixiſſe honeſte
,, & caſte abſque ulla ſuſpicionis nota ; " & alia plura depoſuit , quæ
nos, ut ſeriatim ordinem vitæ Pariſii texeremus , attigimus anno 1241.
Poſt quæ verba interrogata, ,, an fama publica de his vigeret in ſuo par-
,, thenone? reſpondit utique eam famam vigere, imo majorem de Pariſio
,, & laudabiliora prædicari; ſe ſupra ſexaginta annos cum ipſo convixiſ-
,, ſe in monaſterio, & nullo non tempore audiviſſe & ſciviſſe res, quas
,, retulerat. Interrogatæ fuere poſtea ceteræ moniales; ideſt Villana, quæ
,, quinquaginta annis, Margarita, quæ quadraginta, Sophia, quæ iiſdem
,, annis, Patientia, quæ ad multos annos , Frixina, quæ quadraginta ,
,, Giſia, quæ tredecim, Girardina, quæ duodecim, & Zacheria, quæ un-
,, decim annis commoratæ fuerant cum viro Dei . Et omnes juramento
,, ſuo teſtatæ fuerunt, verum dixiſſe abbatiſſam Luciam , immo mirabi-
,, liora de Pariſio depoſuerunt. Poſt moniales examen ſubiere digniſſimi
,, & clariſſimi viri , ideſt ſuprarelatus Anſelmus archidiaconus cathedra-
,, lis eccleſiæ, Boniſacius a Piro canonicus , Odoricus comes canonicus
,, ejuſdem baſilicæ, Odoricus prior hoſpitalis ſancti Jacobi, Johannes Fa-
,, ſella vicarius epiſcopalis, Boniſacius manſionarius majoris eccleſiæ, Dul-

,, cerius

Digitized by Google

ANN. CHR. 1268.

„ cerius primicerius capellanorum Tarviſii, qui ſpatio quadraginta anno-
„ rum notitiam habuerat & amicitiam Pariſii, & plures alii religioſi vi-
„ ri & ſacerdotes interpellati fuere, qui ſacramento affirmarunt, ſe Pa-
„ riſium cognoviſſe, & ipſum ſanctiſſimam & exemplariſſimam vitam ſem-
„ per duxiſſe. Demum introducti fuere laici, ideſt Andreas a Piro, Lu-
„ cas de Bucis, magiſter Abrianus medicus chirurgicus, magiſter Mam-
„ brinus phyſicus, Sebaſtianus a Villaorba notarius, presbyter Paulus ſan-
„ cti Viti de Tarviſio & plures alii, qui teſtimonium dixerunt innocen-
„ tiæ ſanctæque converſationis Pariſii, cujus etiam maximum indicium
„ erant frequentiſſima miracula, quæ tum vivens, tum ſtatim ab obitu
„ virtute divina patraverat. “ In monumentis vitæ beati Pariſii, quæ edidimus anno 1748. oſtendimus perſonas in hoc examine interrogatas hiſce temporibus reapſe vixiſſe, ut proinde de examinis veritate & authenticitate nullum omnino ſuboriri queat dubium. Lucia abbatiſſa hoc ipſo anno die tertia aprilis [a] facultatem obtinuerat ab Angelo priore Camaldulenſi conſtituendi procuratores, qui agerent negotia monaſterii ſui. Et in viſitatione [b] ejuſdem parthenonis peracta die trigeſima aprilis hujus anni a dicto præſide generali nomina leguntur Luciæ abbatiſſæ, Suffiæ, Villanellæ, Margaritæ, Euphroſynæ, Riccardæ, Giſlæ, Patientiæ, Zachariæ, Gerardinæ, Conſtantiæ, Albæ, Donellæ, Venedotæ, Johannæ & Agnetis.

a S. Conceſ. ſiones A. 142.

b Regeſt. I. pag. 141.

XLVI. Cur in eam rem ſollicitus fuerit epiſcopus Tarviſinus?

PERACTO examine epiſcopus cum interventu populi, quem invitaverat, ſe contulit ad monaſterium ſanctæ Chriſtinæ, ibique ſuper altare, ſub quo jacebat ſacrum Pariſii corpus, pontificali ritu Miſſam celebravit, & juxta diœceſanum jus Sanctorum honores detulit Pariſio, ac domum rediens conſilium nobilium virorum congregavit, in quo decretum fieri ſtatuit, ut quotannis rector urbis cum populo ſe conferre deberet ſuppliciter ad oblationem faciendam ad ejus ſacrum altare die feſto ipſius, & ut communitas centum libras enumeraret pro petenda a Romano pontifice relatione ejuſdem Pariſii in Sanctorum canonem. Anonymus Turrianus vel Fuſcarenus alibi laudatus ſollemnem hanc epiſcopi ſupplicationem ad templum ſanctæ Chriſtinæ contigiſſe ſcribit *die Dominico decimo exeunte novembri*. Porro, ut alibi animadvertimus, dies dominicus non incidit in diem vigeſimam-primam novembris ab anno 1268. niſi annis 1277. & 1283. quo poſtremo Bonifacius, Burchellatus, & alii auctores Tarviſini canonizationem ſtatuunt ſancti Pariſii, factam ab epiſcopo. Verum ipſorum pace dicto anno 1283. non contigit hæc epiſcopi declaratio, cum eo anno jam obiiſſet Albertus epiſcopus, immo obiiſſet etiam anno 1277. etenim jam ab anno 1275. Gregorius papa X. ſcripſerat epiſtolam præpoſito Feltrenſi, qua ei commendavit Victorem Feltrenſem presbyterum, ut ipſum de beneficio aliquo provideret eccleſiæ Tarviſinæ vacantis tunc epiſcopo. Multo minus ſibi conſtat Bonifacius, qui ad annum 1274. agnoſcit in epiſcopum Tarviſinum Thomam Traverſarium, & poſtea exiſtimat adhuc viventem anno 1283. Albertum. Quare potius dicendum videtur anonymum Turrianum vel erraſſe ponendo diem dominicam, vel non recte conſignaſſe diem dominicam diei decimæ exeuntis novembris. Præterquamquod altera ex cauſis ſollemnis adventus Alberti ad eccleſiam ſanctæ Chriſtinæ fuit, ut grates redderet Deo & ſancto Pariſio pro conſecuta liberatione ab hoſtibus ſuis; ſed hæc contigit ante annos 1277. & 1283. Et ut ab ovo factum repetamus, ſciendum eſt familias Riccorum & comitum Caſtellorum, ut potentiores Tarviſinæ urbis, mutuis diſcordiis inter ſe inimicitias foviſſe. Gherardus Caſtellus filius comitis Corradi, amore factionis Ghibellinæ, ac conſanguinitate junctus cum Albertino

& Mar-

Ann. Chr. 1268.

& Marſilio Jacobi a Carraria, poſteaquam injurioſe in conſiliis exceperat, & invexerat in Brancaleonem Riccum epiſcopi fratrem, feria ſecunda Paſchatis, die autem ſecundo aprilis, ipſum interemerat cum aliis ejuſdem familiæ. Idem Anonymus Turrianus & Bonifacius aſſignant hanc cædem anno 1268. verum hoc anno Paſcha celebratum fuit die octava aprilis, neque in diem primam aprilis incidit ſacrum Paſcha, niſi annis 1263. & 1274. propemodum itaque certum eſt cædem hanc contigiſſe anno 1263. Epiſcopus propterea poſt fratris occiſionem metuens, ne & ſibi inſultaretur, ſeceſſerat in arcem Cornudæ, ubi fœderatus cum Gherardo a Camino, & cum Biacquino ejus patre ſe ad defenſionem paravit contra comites Caſtellos quotidie formidabiliores. Illorum idcirco auxilio & plurium aliorum civium epiſcopus ſuæ dignitati reſtitutus fuit, & repreſſa Caſtellorum factio. Temporibus ærumnarum ſuarum, & viventi & recens defuncto Pariſio ſe commendaverat epiſcopus, votumque voverat, pro cujus adimpletione ſe contulit, ut vidimus, ad eccleſiam ſanctæ Chriſtinæ. Poſt depreſſionem comitum Caſtellorum, donata fuere eidem epiſcopo rudera demoliti palatii ipſorum, ut ex ipſis marmoribus epiſcopus in loco, ubi palatium olim exſurgebat Brancaleonis extincti fratris ſui, eccleſiam conſtrueret in honorem ſancti Laurentii. Verum quidem eſt in inſcriptione marmorea proſtante in dicta eccleſia, quam etiam affert Ughellius, legi erectionem ipſius eccleſiæ factam fuiſſe anno 1281. ſed canonicus Scotus in ſuis ms. additionibus ad epiſcopos Tarviſinos pro 1281. legendum arbitratur annum 1271. Exploratiſſimum ergo eſt hanc epiſcopi liberationem contigiſſe multo tempore ante annos 1283. & 1277. immo ante annum 1275. quo jam e vivis exceſſerat, & veriſimiliter occurriſſe ante præſentem annum 1268. qua obtenta voto mox ſatisfecerit, & divinos conceſſerit Pariſio honores hoc anno.

In libro Statutorum Tarviſinæ urbis edito Venetiis anno 1574. ad tractatum quintum [a] *de expenſis, obligationibus & venerationibus Sanctorum* rubrica prima legitur, „ decretum fuiſſe a communitate Tarviſii, ut quo-
„ tannis die tranſitus ſancti Pariſii epiſcopus cum toto clero ſe conferat
„ ad honorandam ipſius eccleſiam; præterea etiam poteſtas cum antianis
„ & cum ſua curia Miſſæ adſiſtant, & offerant intortitia, ac ipſos ſe-
„ quantur Conſilium majus & gaſtaldii Scolarum cum confratribus, ita
„ ut oblatio valeat quinquaginta libras denariorum eo modo, quo cele-
„ brantur feſta ſancti Bartholomæi & ſancti Franciſci; idque fiat in gra-
„ tiarum actionem pro beneficiis obtentis ab urbe Tarviſina eorum San-
„ ctorum natalitiis diebus vel interceſſione, quomodo ſuis precibus ſan-
„ ctus Pariſius epiſcopum & urbem liberavit a ſeditionibus, & ab æru-
„ mnis, quas ſecum ferebant diviſiones civium ſuorum. " De propagatione cultus, aliiſque tractatibus habitis pro honoranda memoria beati Pariſii plura dicemus ſeculo ſequenti.

[a] Pag. 37.

XLVII. Alia miracula beati Antonii Peregrini.

Quæ vero ſubnectimus miracula hoc anno patrata ſpectant ad beatum Antonium-Peregrinum. *In nomine Domini amen. Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo-octavo indictione undecima die Lunæ* XVI. *januarii, præſentibus dompno Sanſono ſubpriore ſanctæ Mariæ de Porcilia, Agazone de ordine Ciſtercienſi, Henrico Teotonico, qui ſtabat cum prædictis fratribus ſanctæ Mariæ de Porcilia & aliis pluribus. Conradinus ovetarius, qui moratur in Realta, & Anna ejus uxor, & Daria eorum filia dixerunt & confeſſi fuerunt in præſentia ſupraſcriptorum teſtium, filiam dictorum Conradini & Annæ ejut uxoris parvulam, quæ Antonia Peregrina vocabatur, fuiſſe graviter inflammatam ſic, ut viſu ex toto videretur privata, & in*

ea

Digitized by Google

ea omnis ſenſus & motus videretur extinctus. Pro qua dicti Coradinus & Anna ejus uxor & Daria eorum filia recurrentes ad Dominum rogaverunt, ut meritis & precibus Antonii Peregrini, cujus corpus jacet in eccleſia ſanctæ Mariæ de Porcilia de Padua, eam dignaretur ſanare. Quo facto puella ſtatim oculos aperuit, lumenque oculorum ad plenum, quod amiſerat, recepit, ut aſſeruerunt, & prædictam completis tribus diebus ſanitati priſtinæ ad plenum reſtitutam dixerunt, & in atteſtationem miraculi & gratiarum actionem candelas & cereos, quos pro ſepultura ejus paraverant, ad corpus Antonii Peregrini, ſicut promiſerant, reportaverunt. ANN. CHR. 1268.

Actum Paduæ in parlatorio ſororum dicti monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia.

Ego Albertinus Lanfranchi de Pallaxolo Parmenſis notarius domini Marchi comitis de Lomello interfui & hanc chartam rogatus ſcripſi.

In nomine &c. *Anno* M. CC. LXVIII. *die* XIX. *intrante januario, præſentibus fratre Martino converſo ſanctæ Mariæ de Porcilia, Henrico, qui ſtat cum dictis fratribus, domna Floreta Candeleria, Guarenta matre Johannis Bononienſis, & domna Aycardina Candeleria. Greppus de Valle Solis epiſcopatus Tridentini, & Gratiana ejus uxor dixerunt & confeſſi fuerunt præſentibus prædictis teſtibus, ſe duxiſſe die tertia intrante januario filiam ſuam Letiam ad ſepulcrum Antonii Peregrini habentem oculos correptos lippitudine & nebula, ita quod nihil videbat, & infirmos valde, & ſtantes ad ſepulcrum prædictum, & deprecantes Deum cum devotione pro dicta filia ſua precibus & meritis dicti Antonii ſanaret dictam filiam ſuam, & ſic, ut dixit, Domino Jeſu Chriſto ſupplicantes, ſequenti die poſt adventum ipſorum ad dictum ſepulcrum cepit videre, & ſquammæ inceperunt cadere ab oculis ejus, & ita plene viſum recepit.*

Actum Paduæ ſub porticu de foris clauſtri fratrum ſanctæ Mariæ de Porcilia, ſcilicet juxta portam.

Ego Albertinus Lanfranchi &c.

In nomine &c. *Anno* M. CC. LXVIII. *indictione undecima, die quarta intrante octubri. Actum Paduæ ſub porticu domus de foris clauſtri ſanctæ Mariæ de Porcilia ſcilicet juxta portam, præſentibus donno Caſtellano priore ſanctæ Mariæ de Porcilia, fratribus Martino, Gerardino & Simeone fratribus monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia. Domna Giſla uxor Antonii Rainerii de Tarviſio, quæ ſtat in vico ſanctæ Mariæ majoris, dixit & confeſſa fuit, quod circa feſtum ſancti Petri proxime præteritum de Venetiis eundo Tarviſium inſuſtavit faciem ejus ventus fortis, ita ut ex inſufflatione ventus oculi ejus exierunt inflati proprium locum, & os retortum fuit verſus auriculam, uſque quaſi ad medium faucis, ita quod a medicis medicata ei nullum remedium adhibere potuerunt, ſed eum per menſem duraſſet ei talis infirmitas, votum vovit Deo & beato Antonio Peregrino, quod ſi precibus & meritis dicti Antonii liberaretur a dicta infirmitate, viſitaret ejus ſepulcrum, & offerret ei oblationes dignas. Quo facto ſtatim per Dei gratiam recepit ſanitatem, & aſſeruit hoc, & affirmavit in præſentia domni Antonii viri ſui ita affirmantis verum eſſe, & ſupraſcriptorum teſtium.*

Ego Albertinus &c.

Paduanus prior ſancti Benedicti-novelli de Patavio, conſenſu monachorum & fratrum ſuorum Bertaldi, Compagni, Yvani, Oliverii, Bernardi, Feliciani &c. vendidit Caſtellano priori ſanctæ Mariæ de Porcilia terras *indictione undecima die quinto exeunte februario*; ex tabulario ſancti Michaelis de Muriano, ex quo etiam in notitiam venimus anno ſequenti poteſtatem Paduæ fuiſſe Rolandinum de Canoſſa.

QUAN-

ANN. CHR. 1269.

XLVIII. De beata Gerardeſcha ſanctimoniali S. Savini Piſarum.

QUANDOQUIDEM de beata Geratdeſcha *ſanctimoniali femina Piſana prope monaſterium ſancti Savini ejuſdem profeſſionis & ordinis*, ut ſcribit auctor ipſius vitæ, diſtulimus hactenus notitias exhibere, hic loci ſimul omnia collecta damus ad illuſtrationem ipſius ſanctiſſimæ feminæ ex chattis & notitiis, quæ apud nos ſuperſunt, præter ea, quæ ab aliis adnotata fuere; compettiſſimum enim habemus ipſam ad hæc tempora perveniſſe. Sed prius certa ab incertis ſeparare malumus. Gerardeſchæ vitam ex veteri quadringentorum annorum codice monaſterii monialium ſancti Silveſtri utbis Piſarum, veriſimilitet ab ejus confeſſario ſcriptam, publici juris fecit Daniel Papebtochius in Actis Sanctorum ad diem vigeſimam-nonam maji Tomo VI. ejuſdem menſis, [a] quam ad ipſum tranſmiſit Franciſcus-maria Ceſſini Florentinus eques ſancti Stephani, & in Piſano lycæo juris civilis profeſſor. Quod ſpectat in primis ad monaſterium ſancti Savini tettitotii Piſani, „ ipſum prius pto monachotum nigrorum habi-
„ tatione inſerviiſſe aſſerit Papebrochius; quando autem introducti ibi
„ fuerint Camaldulenſes, non eſt facile, inquit ille, divinare; florebant,
„ illi, ſubdit, iſthic & diſciplina, & numero ante medium ſæculum XIII.
„ quando *ejuſdem profeſſionis & ordinis* habitum titulumque ſuſcepit ſan-
„ cta Gerardeſcha." Sed ex Annalibus noſtris palam fit, jam ab initiis præcedentis ſæculi Camaldulenſes ibidem Deo dicatos extitiſſe & perſeveraſſe, & poſt introductam circa annum 1100. diſciplinam eremi Camaldulenſis, anteactis & his temporibus continuam loci poſſeſſionem obtinuiſſe uſque ad medietatem ſeculi XVI. quo monaſterium & eccleſia equeſtri ordini ſancti Stephani papæ & martyris ad annum M. D. L I. a Coſmo Medicæo Etruriæ Magno-duce inſtituto, una cum aliis piis locis fuere adjudicata. Gerardeſcham tertiariam appellat Papebrochius, non recluſam, quippe quæ ancillam ſecum habebat ad miniſterium, & nunc has, nunc illas adibat urbis Piſanæ eccleſias. De converſorum & converſarum variis generibus in monaſteriis virorum & mulierum fuſam diſſertationem inſtituimus ad calcem Appendicis primi tomi Annalium noſtrorum; ad aliquod ex iis generibus pertinet Gerardeſcha, quin tertiariam appellemus. Pariter circa tempus, quo Beata vixit, ſcribit „ ipſam obiiſſe poſt
„ beatam Bonam defunctam anno 1207. uti apparet ex numero 47. vi-
„ tæ; & quidem ita diu poſt, ut non videatut eamdem viventem fir-
„ miliarius noviſſe, adeoque nec coævam illi fuiſſe; coævam autem ha-
„ buiſſe venerabilem Villanam, cujus ad Gerardeſcham venientis mentio
„ fit in ultimo fragmento ejuſdem vitæ numero 68. & ita beatam Ge-
„ ratdeſcham ſaltem debuiſſe ad annum circiter 1240. pervenire conclu-
„ dit." Bonam Piſanam virginem admittunt ad annum 1228. floruiſſe Wadingus, vel Antonius Meliſſanus in ſupplemento; [b] ſed quo fundamento ipſi viderint.

a Pag. 516.

b T. II. pag. 214.

XLIX. Tempus quo floruit, ejuſque vita.

UT de tempote, quo floruit beata Gerardeſcha, & nos aliqua dicamus, repetimus in petvetuſto codice Piſani archiepiſcopatus ſequens monumentum, quod indubie ad ipſam pettinet, & eſt hujuſmodi: *Gherardeſca quondam Gerardi civis Piſani in preſentia domini Vitalis Dei gratia Piſani archiepiſcopi proteſtata fuit, id eſt, quod ſecuratio de ſe facta per Groſtacacium tutorem ſuum de ſe dando in uxorem Alferio filio Bandini diſplicuit, & diſplicet, & quod predictum Alferium non vult pro ſuo marito, & quod in eum non conſenſit, nec vult conſentire. Actum Piſis in curia archiepiſcopali, preſentibus magiſtro Salimbene, presbytero Ricovero, & presbytero Bernardino teſtibus, Dominice incarnationis anno* M. CC. XXXII. *indictione* IV. *decimo-tertio kalendas junii*, hoc eſt Romano M. CC. XXXI.

quo

quo decurrebat indictio IV. Eo igitur anno apta marito erat Gerardeſcha; an autem Alſerium in virum ſuſceperit, nos latet, certum eſt ipſam vel Ann. Chr. 1269.
illi, vel alteri matrimonio copulatam fuiſſe, & poſt aliquod tempus marito ſuo perſuaſiſſe, ut monachus fieret in cœnobio ſancti Savini, in quo etiam ipſa monaſticam profeſſionem & ordinem, ſive leges recepit. Quod facile contigit paulo poſt initum matrimonium, adeoque præter-propter vicennis fuerit matrimonii, vel ſuſceptæ religionis tempore, nata per conſequens paulo poſt annum 1210. Sed ipſius vitam exordiamur, aliis inferius monumentis tempus, quo floruit, oſtenſuri. *Fuit quædam his diebus in Piſanis partibus ſanctimonialis femina, nomine Gerardeſcha, prope monaſterium ſancti Savini & ejuſdem profeſſionis & ordinis, oppreſſis compatiens, afflictis erat miſericors, caritate fervens, omnibus imbuta virtutibus, mitis & timens Deum. Etenim in puellaribus annis, antequam ſeptenarii finem attingeret, docta timere Dominum, & parentum ſuorum oblectamenta faſtidiens ad quoddam monaſterium confugit, ibique toto tempore vitæ ſuæ famulari Domino diſponebat. Denique dum ibidem per aliquod tempus maneret, & mater ejus pro ea vehementius triſtaretur, maternis inducta doloribus, velut quæ necdum ad ætatis maturitatem pervenerat, ad vocem matris ſimpliciter de monaſterio eſt egreſſa. Cùmque per aliquod tempus maneret cum matre, in omnibus voluntati ejus ſubjecta, eidem volenti ipſam maritali connubio tradere non negavit aſſenſum, immo tamquam ovis coram tondente ſe obmuteſcens, utpote mundi hujus ignara, periculis tantis non ſua ſponte & conjugii voluptatibus ſe immerſit. Sed poſtquam cogitavit ſe a Jeſu Chriſti prolongatam ſervitiis, & curis ſecularibus involutam, cœpit vehementiſſime contriſtari, quod erat ſuaviſſimo gaudio deſtituta. Verum, quia juſtus ex fide vivit. [illegible] etiam in maritali copula Domino complacere, cœpit jugiter corpus ſuum jejuniis & orationibus macerare; ſicque factum eſt, ut quotidie neque manducaret, neque biberet, donec in eccleſia ſexcentis genuflexionibus Dominum lacrymabiliter precaretur. Erat enim in orationibus ſedula, in jejuniis fervens, & ut ſacris ſemper poſſet intereſſe myſteriis non remiſſa. Quid plura? Sic in mundo manebat, mundo jam mortua, ut nec aliquantum in mundanis deliciis lætaretur. Jam enim ſcala paradiſi effecta, bonorum operum in ſe omnibus perhibebat exempla. Docta ſiquidem a Domino non abſcondere operationes bonas ſub modio, ſed eas ponere ſuper candelabrum, ut exinde laudaretur pater cœleſtis, qui in cœlis eſt. Igitur dum hæc Sancta maneret in ſeculo cum viro ſuo, facta tamquam vitula Efraim, docta diligere trituram, ſemper portabat in mente, quæ non adhuc gerebat habitu.*

Cumque non poſſet ex viro ſuo prolem ſuſcipere, mater ſua jugiter Dominum precabatur, ut filiæ ſuæ daretur filius, in quo poſſet divina collaudari clementia, creans de nihilo omnia, & vocans ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt. Verum quia Dominus eam jam elegerat in ſuam, apparuit matri in ſomnis loquens, & dicens ei: Quoniam deſideras filiam tuam ex viro prolem ſuſcipere, ut tua devota petitio adimpleatur, in ſuum filium præbeo Johannem evangeliſtam; & ſtatim eadem hora tradidit ei Dominus Salviam & Sabinam & Tranſmarinum. Ob quantis jam Sancta poterat gaudere tripudiis! ob quanta lætitia exultare! quæ dum petitionem matris impletam ex ore Altiſſimi percipit, natum ſumit adultum, qui potius tueretur nutricem, quam nutrix ſupportaret eumdem. Unde factum eſt, ut ſicut beatus Johannes Virginem in morte Domini ſuſcepit in ſuam, ita iſti Sanctæ ex tunc ſuum impenderet patronatum. Cumque mater ejus a ſomno ſurgeret ſtupefacta, nec ſe poſſet continere præ gaudio, ad convici-

ANN. CHR. 1269.

nas ſuas foras perrexit, portans in manu ſua herbas prædictas, quas ei Dominus in ſignum dilectionis reliquerat, ut ipſi quidem videbatur. In quo utique facto Dominus indignatus tanta potentia dictas herbas de manibus ejus excuſſit, quod manu & brachio fiſtulis ſauciatis, per duos annos (poſt quos eidem ſanitas divina clementia rediviit) manſit infirma.

Demum quoniam Sancta in magnis jugiter geſtiebat affectibus, mundo & ejus poſtergatis illecebris, in aliquo monaſterio in Jeſu Chriſti ſervitiis ducere vitam ſuam poſſe (non enim credebat in ſeculo vitam poſſe promereri æternam) ferventi ſtudio cœpit ſuum monere maritum, ut una cum ea hujus mundi tranſitoria relinquentes, vitæ melioris frugem in monaſterio ſumerent, & deinde cœleſtis regni participationem & gloriam obtinerent. Sicque factum eſt, ut cum ſemper in admonitione viri perſiſteret, vir ejus, utpote partem meliorem accipiens, tam piæ voluntati uxoris aſſenſum præbuit & conſenſum. Timens itaque ſancta mulier, ne mutaretur ſanctum ſui viri propoſitum, cum omnis ætas prona ſit ab adoleſcentia ſua in malum, feſtina iter arripuit in monaſterium ſancti Savini, ubi eodem tempore erat abbas vir vitæ venerabilis, ejuſdem Sanctæ in gradu conſanguinitatis propinquus. Qui cum audiſſet a ſancta femina, quod volebat aſſumere habitum ejuſdem monaſterii cum viro ſuo, quia eos ſemper fovebat in viſceribus Jeſu Chriſti, ſtatim ejuſdem monaſterii cœtu ſacro monachorum adſcito, de communi & avido conſenſu fratrum & ſuo, dictis dominæ memoratæ ac viro donavit ſacræ religionis habitum, & eos in ſacris ulnis ſuis benigne ſuſcipiens, deinceps cœpit eos ut ſpirituales filios pertractare.

Sancta vero femina poſtquam perſenſit ſe ſanctimonialibus veſtibus adornatam, tamquam in omnibus abundaret deliciis, læta & hilaris cœpit Deo gratias agere, qui non derelinquit ſperantes in ſe. Illico itaque data fuit ei extra monaſterium cellula, ubi jugiter Dominum collaudando totis viribus corporis divinis ſervitiis inhærebat. Miranda quidem res, & a ſeculo inaudita! Illa dum in ſeculo manſit, numquam hilaris, numquam læta videbatur, poſtquam autem habitum ſanctæ religionis accepit, ſument de religione lætitiam, tanta cœpit alacritate perfrui, tantoque gaudio exultare, quod facies & oculi, velut numquam viſuri mœſtitiam, infinibili alacritate ſplendebant. Et porro dum cœpit in oratorio ſuo manere, de virtute in virtutem proficiens, Spiritus-ſancti gratiam, quam etiam in ſeculo poſſederat, in eodem oratorio abundantius redolebat.

L. De abbatibus S. Savini, & plura ad Gerardeſcham ſpectantia.

INQUIRENDUM porro nunc eſt, quis foret abbas monaſterii ſancti Savini, & Gerardeſchæ propinquus tempore, quo Beata ſacras veſtes recepit. Is ſententia noſtra fuit Urbanus, de quo dicitur capite 22. ejuſdem vitæ: *Et erat ibi quidam abbas Urbanus nomine, qui olim fuerat abbas præfati monaſterii ſancti Savini.* Et bene tempora conveniunt, nam Urbanus reperitur dicti cœnobii abbas anno 1228. cujus conſilio eo anno Guido prior generalis Camaldulenſis œconomum elegit in omnibus cauſis, quas habebat in Marchia, Martinum converſum. Erat & anno 1234. quo interſuit electioni Henrici monachi in priorem ſancti Frigdiani, & anno 1236. Piſano ſtilo indictione VIII. nonis maji electioni Philippi in abbatem ſancti Zenonis, anno quoque ſequenti indictione IX. quarto idus junii in contractu rogato manu Guidonis quondam Pagani notarii domini Friderici imperatoris. Poſt Urbanum reperimus abbatem ſancti Savini Henricum, qui *die vigeſima-quinta martii* anni 1246. [a] dedit Donnino camerario Camaldulenſi omnes res & terras, fructus & proprietates, quæ Ottinellus de Romena reliquerat hoſpitali eccleſiæ ſancti Savini. Henricus erat abbas etiam anno 1252. quo cum aliis prælatis a procurationibus lega-

a §. *Amiſſa.* 445. *A.* 1. 40.

gato-

gatorum liberari monaſterium ſuum obtinuit a Romano pontifice Innocentio IV. Abdicavit autem ſe a regimine anno 1259. idibus februarii indictione ſecunda oh infirmitatem atque ſenectutem „ in præſentia Venturæ prioris de Vivo, Mauri abbatis Berardingæ, Amati abbatis ſancti Petri de Rotis, Michaelis abbatis Morronenſis, Guidonis abbatis Silvæ-mundani, Jacobi abbatis ſancti Zenonis, Savini abbatis ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, Johannis prioris Anglarienſis, Gratiani hoſpitalarii ſancti Frigdiani, Pauli ſcriptoris prioris Camaldulenſis & aliorum monachorum, in manibus Martini prioris Camaldulenſis, cui tradidit ſigillum & claves ejuſdem monaſterii. Actum in ſancti Sabini monaſterio in domo, quæ eſt ante eccleſiam ſancti Johannis, notariis Johanne de Titignano, & Bartholomæo de Vivianis, “ ut habetur in codice perantiquo archiepiſcopatus Piſani. Henrico ſuffectus fuit Urbanus, vel idem qui olim fuerat abbas, vel probabilius alter, qui electus fuit ſancti Savini abbas XVII. kalendas martii ejuſdem anni 1259. qui etiam poſt obitum Martini elegit in priorem generalem eodem anno menſe octobri una cum ceteris prælatis Jacobum pœnitentiarium. Quare circa annum 1234. ſtatuendus eſt Gerardeſchæ adventus ad monaſterium ſancti Savini, in quo cum viro ſuo monaſticam induit veſtem ſub Urbano I. abbate propinquo ſuo.

ANN. CHR. 1269.

Etiam Gregorius abbas monaſterii ſancti Michaelis Diſcalceatorum, qui nominatur capite 54. ejuſdem vitæ, eodem tempore vivebat, nam legitur ejus nomen ad annum 1234. in quodam inſtrumento emptionis terrarum *in curia ſancte Marie Montis pretio* XLIV. *denariorum novorum Piſani comii. Actum in pede ripe ſancte Marie Montis* IV. *nonas junii indictione* VII. *manu Henrici imperatorie dignitatis judicis & notarii.*

Vitam vero produxiſſe beatam Gerardeſcham ſaltem uſque ad annum præſentem deducimus ex ſequenti monumento, quo diris devota a Johanne priore Camaldulenſi ad apoſtolicam ſedem appellavit. Ipſum ex vetuſto codice membranaceo olim penes Grandium hic ſubjicimus.

In Dei nomine, amen. Cum vos, domne Johannes prior Camaldulenſis, dicamini excommunicaſſe domnam Gerardeſcham monialem monaſterii ſancti Savini Piſane diocesis, & literas deſtinaſſe .. priori ſancti Frigdiani Piſarum, & abbatibus ſanctorum Michaelis & Zenonis de Piſis, vel alicui eorum, ſeu aliquibus aliis, ut eamdem deberent denuntiare, & denuntiari facere excommunicationis vinculo innodatam certis ex cauſis, & per ſindicum & procuratorem predicti monaſterii a dicto priore ipſarum literarum copia fuerit cum inſtantia experita, quam cum nolueris exhibere, & quia dicta monialis ad ea, que dicuntur injuncta ei fuiſſe per priorem ſupradictum, dicto priori non ſubeſt, nec ad eum juriſdictio pertinet in predictis, & quia alias gravaverat monialem prefatam, & propter alia gravamina, ad ſedem apoſtolicam nomine & vice ipſius mulieris, & aliorum, quos negotium tangit, fuerit legiptime appellatum. Idcirco inherendo appellationi predicte, & ab ea non intendendo recedere, ego Paulus procurator ipſius monialis monaſterii prelibati, quod contra prefatam ſanctimonialem, contra Deum & juſtitiam & ſanctorum patrum ſtatuta, & etiam non citatam, monitam, & non ... vel confeſſam proceſſiſtis, ab omni gravamine a vobis eidem moniali illato, & ab omni veſtro proceſſu ſive ſententia, ſi ſententia dici poteſt, velut ab iniquo proceſſu & ſententia, cum nuper ad notitiam ipſius monialis per famam, non per rei veritatem, hec pervenerint, & nomine jam dictorum abbatis & conventus, & monialis ſentiens predictos ex predictis indebite & valde gravatos, ad ſedem apoſtolicam in ſcriptis, & viva

Digitized by Google

ANN. CHR. 1269.

voce appello, & inſtanter apoſtolos peto .... & res prediƈtorum, & jura & rationes ipſius ſedis proteƈtioni & defenſioni ſubpono.

Faƈta fuit diƈta appellatio in civitate Arretii in domibus eccleſie ſanƈti Michaelis, & porreƈta coram diƈto priore in ſcriptis. In preſentia domini Guidonis Bertrami, & domini Rodolfini Boncompagni, & Galliei nepotis magiſtri Pieri teſtibus rogatis ſub anno Chriſti a nativitate M. CC. LXIX. *ſede apoſtolica paſtore & imperio Romano imperatore vacantibus, indiƈtione* XII. *dia veneris* V. *julii.*

Ego Matthæus filius Creſcenbeni de ſanƈta Flora auƈtoritate imperiali notarius prediƈtis interfui, & ut ſupra legitur rogatus a diƈto Paulo ſcripſi & publicavi.

Mirabitur quis ſanƈtam feminam excommunicationis ſententia innodatam; verum mirari deſinet, qui recogitabit, quam frequentes & quacumque ex cauſa ferrentur hoc ſeculo excommunicationes. A vero non abludit monachos ſanƈti Savini ſubinſenſiores, ut videbimus inferius, in Gerardeſcham, ipſam detuliſſe & accuſaſſe ad Johannem priorem Camaldulenſem quaſi abreptitiam, vel quod illuſionibus falleret ſimplex vulgus (non rara profeƈto quocumque ſeculo occurrunt exempla) Johannem vero demandaſſe Bene priori ſanƈti Frigdiani, Bartholo abbati ſanƈti Zenonis, & Guidoni abbati ſanƈti Michaelis, ut ſententiam contra ipſam pronuntiarent; verum Paulus Gerardeſchæ procurator & monachus ejuſdem monaſterii ſanƈti Savini, quem inducimur, ut credamus facile fuiſſe ipſius confeſſarium, & ſcriptorem ejus vitæ, contra ſententiam proteſtatus eſt, & ab eorum ſententiæ prolatione ad ſedis apoſtolicæ judicium provocavit.

Quod monachi ſanƈti Savini aliquando torvis oculis Gerardeſcham aſpexerint, non uno ex loco colligitur: Conqueritur Gerardeſca capite 19. fratres ſuos, hoc eſt monachos ſanƈti Savini indignatos fuiſſe contra ſe; ideoque relicta eorum eccleſia, cum ſe mori exiſtimaret, ſepulturam ſibi dari volebat apud eccleſiam ſanƈti Jacobi de Podio. Et capite 22. *Recordata ſanƈta mulier fratrum ſuorum, qui ſoliti erant tribulationem ei inferre, cœpit vehementiſſime dubitare de quadam viſione. Sanƈtus autem Johannes evangeliſta dixit ei: Jam ſunt in inferno, qui faciebant tibi anguſtiam, caneſque infernales rabidi linguas eorum comedunt, ego enim Dei juſtitiam contra illos infſto, qui tibi perſecutionem facere non formidant.* Similiter capite 32. *Delata quadam die in chorum eccleſiæ præfati monaſterii ſanƈti Savini, & vehementer territa timebat, ne inveniretur ibi a monachis, propter quod dicebat: O! ſi venerint monachi, & invenerint me hic ſtantem, quantam inferent mihi injuriam!* Capite pariter 56. *Similiter cum quadam die ſummo diluculo cogitaret de quibuſdam fratribus monaſterii ſanƈti Savini, qui ei jugiter petram ſcandali apponebant, hæc & his ſimilia intra clauſtra ſui peƈtoris exorſa eſt dicere. Quare mihi tribulationem & injuriam inferunt? Sane nullam eis moleſtiam infero, omnibus ſervio, & ipſi cum multi in me ex religioſis fidem habeant, me nullo modo reverentur; cœpitque magna lacrymarum copia deprecari Altiſſimum, ut parceret eis. Poſt hæc cœpit capite diſcooperto ſedere, & ab oratione ceſſare. Et protinus odorem permaximum ſentiens vidit Dominum Jeſum Chriſtum tenentem pedes conjunƈtos, uti tenuit in cruce affixos ſanguine de plagis manante, timuitque valde. Ait autem Dominus ei: Noli timere, ego ſum crucifixus tam propter te, quam pro multorum ſaluta, ſed doleo, quod fratres tui me iterum crucifigunt, dum tibi ſemper inferre ſcandala non deſiſtunt.* Et demum capite 75. cum inducitur Dominus

dicens

Digitized by Google

dicens Johanni apoſtolo : *O Apoſtole & dilecte Dei , quam carum ſuper omnes te habui ! tibi enim revelavi univerſa ſecreta cœleſtia , reſpice & vide, qualiter iſti de ſancto Savino perforant manum meam faciendo ſcandalum iſti, & oſtendebat Sanctam.* Hinc etiam diſcimus, cur Getardeſcha ſæpius diverteret ad eccleſiam ſancti Jacobi de Podio , quæ ipſa quoque erat extra civitatem Piſanam; & cur cum Deodato monacho ejuſdem loci familiaritatem haberet, & ad monaſterium etiam ſancti Michaelis Diſcalceatorum, & ad Gregorium abbatem ejus loci frequentius iret? offenſa nimirum perſecutionibus monachorum ſancti Savini, vel etiam ut eorum conſortium fugeret, qui, ut alibi videbimus, his temporibus detrectabant jugum ſubjectionis & obedientiæ priori Camaldulenſi. Utrumque ſancti Jacobi & ſancti Michaelis monaſterium erat monachorum Pulſanenſium , illud fundatum fuerat a beata Bona virgine Piſana , deſinente ſeculo elapſo; hoc poſitum extra Piſanam civitatem in loco, qui dicitur Orticaria, confirmaverat Alexander III. anno 1177. Antonio priori ſanctæ Mariæ in Pulſano cum aliis Pulſanenſi cœnobio ſubjectis , inter quæ etiam legitur monaſterium & eccleſia ſanctæ Mariæ extra civitatem Lucanam in loco dicto Guamo , quod in vita ſanctæ Bonæ ignoravit , cujus ordinis eſſet Papebrochius. Monaſterium ſancti Michaelis Piſarum appellabatur etiam Diſcalceatorum, quia diſcalceati incedebant Pulſanenſes. Extat etiam penes nos priori ſancti Jacobi in Podio privilegium indulgentiæ ejus eccleſiæ , quam illi conceſſit Gregorius papa IX. anno tertio ſui pontificatus, hoc eſt 1230. Forte etiam indignatus Johannes prior Camaldulenſis contra monachos ſancti Savini, qui ſe per hæc tempora ſubtraxerant ab obedientia prioris generalis, incluſit in excommunicationis ſententia etiam Gerardeſcham, quæ ab eorum monachorum inſtitutis pendebat. ANN. CHR. 1269.

Ceterum vita Gerardeſchæ plena eſt viſionibus & rebus humanas vires ſuperantibus . Extaſes frequentiſſime patiebatur , cœleſtibus concentibus fruebatur, cum Domino , cum beata Virgine , cum Johanne-evangeliſta fere quotidie colloquebatur. Religioſi cujuſdam viri, quem diligebat, flagitavit a Domino nomen inſcribi in libro vitæ . Rapta fuit ſæpius in cœlum, & præterita & futura viſu conſpexit. Elevabatur in aera , querelas dolentium abſens agnoſcebat , cogitationes cordium introſpiciebat ; Sanctos ad evangelii lectionem vidit coronas de capitibus ponere, & cœli reginam commendatas ſibi religioſorum animas ſuſcipere. Purgatorium & tartarea loca, judicium & mortuorum reſurrectionem in ſpiritu agnovit. Ægris ſanitatem reſtituit, ſororem infirmam tactu liberavit, ad pœnitentiam nolentes adegit, quorum etiam occulta peccata revelavit. Rapta aliis vicibus in cœlum Angelorum choros intuita eſt, & beatam Virginem pro hominibus orantem; vidit Johannis-evangeliſtæ , quam in cœlis obtinebat, auctoritatem. Adſuit celebrationibus in cœlo factis pro Natali Domini , cœlique conſpexit lætitiam in feſto Annuntiationis beatæ Mariæ. Apparuerunt ipſi ſæpius cœleſtes cives , inter quos frequentiores ſanctus Johannes-evangeliſta, ſanctus Jacobus apoſtolus & beata Bona Piſana, Julittam quoque filiam ſuam ſpiritualem vidit , cujus excellentiam cognovit. Frequenter flagellata & territa fuit a dæmonibus. Rogata a defunctis oravit pro illis, impetravitque , ut ſolverentur a cruciatibus, certaque facta fuit de ſalute eorum, pro quibus Deum precata fuerat; aliaque complura vidit & egit , ſive paſſa eſt, quæ admirationem excutiunt, quæque leguntur in ejus vita edita ab eodem Papebrochio . Supplemus ipſam vitam ex præfato ms. codice ſancti Silveſtri Piſarum , prologum addentes, & aliam narrationem a Papebrochio prætermiſſam.

Inci-

ANN. CHR. 1269.

Incipit prologus in vitam ſanctæ Gerardeſchæ.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui abſcondit a ſapientibus, & prudentibus mirabilia ſua, & ea parvulis inſolensibus aperit & revelat, non dedignatur majeſtatis ſuæ elemensiam, & potentiæ ſuæ myſteria in cujuſdam pauperculæ mulieris arca recondere, quoniam patiens & miſericors eſt, humilis & benignus. Quis enim novit ſpiritum Domini, aus quis conſiliarius ejus fuit? Niſi qui facit voluntatem ejus, & mandata ejus exquirit, ut ſciant omnes, quoniam Dominus ipſe eſt Deus? Qui abſque retributionis condignæ præmio tranſire non patitur, quod obtentu ſuæ dulcedinis laboratur. Auſculta itaque filia Dei Sion, civitas Hieruſalem, ſancta eccleſia, ſponſa Chriſti, auribus percipite populi, & qui habitatis terram, ſimul in unum dives & pauper, quæ & quanta diebus noſtris dignatus eſt nobis oſtendere per ſervulam ſanctam ſuam, ut filii, qui naſcentur, & exurgent & narrent ea filiis ſuis. Suſcitavit namque vobis Dominus in noviſſimo de patribus noſtris filiam, per quam operatus eſt ſalutem in medio terræ. Explicit prologus.

Quadam inſuper die fuit anima ejus in cœlo, & vidit Dominam noſtram lacrymantem cum tota vita æterna, propter furorem Domini, quem volebat effundere, peccatis exigentibus, ſuper terram. Tunc Jeſus venit ad Matrem, & illa reſignavit ei duos anulos, quorum alterum tenebat in manu dexstra, & alium in ſiniſtra. In anulo autem, qui portabatur in dextra, videbantur animæ univerſæ, quæ ſunt majores in vita æterna, & in anulo manus ſiniſtræ minores. Dumque filius coram Patre præſentaret anulos illos, Pater humiliatus eſt admodum, furorem ſuum ita terribilem compeſcendo. Tunc filius Dei reverſus ad Genitricem ſuam glorioſiſſimam reſtituit ei anulos, & manibus humiliter oſculatis, ſemper inclinus permanſit, donec Domina noſtra digitos anulavit.

LI. Gerardeſchæ obitus.

PARUM ſupervixiſſe ultra hunc annum videtur beata Gerardeſcha. Poſt caput 75. ad quem numerum rediguntur narrationes de ipſius vita, ceteræ ejus viſiones, geſta & mors deſiderantur. Sepulta fuit in monaſterio ſancti Savini, licet aliquando vivens concupierit ſepulcrum apud monachos Pullanenſes ſancti Jacobi in Podio. In eodem codice ſancti Silveſtri legitur: *Incipit hiſtoria ſeu vita ſanctæ Gerardeſchæ de civitate Piſana, quæ apud monaſterium ſancti Savini requieſcit*, ſed modo nullum monumentum ſupereſt ipſius tumuli. Latuerunt diu etiam ejus acta; hinc nil mirum, ſi de ipſa ſiluerint Fortunius, Ractius & Ferrarius. Expreſſa fuit ipſius imago ſuper aram majorem eccleſiæ ſancti Michaelis de Burgo Piſarum in vetuſtiſſima tabula lignea, quam plures ſancti Camaldulenſes in modum limbi circumornant, ſinguli ſingulas conchas ſeu forulos implentes. Veſtitur ut ſanctimonialis Camaldulenſis, diademate circa caput redimita, librum dextera tenens, ad cujus normam ſimiles imagines alibi efformatæ fuere. Ipſam imaginem habes apud eumdem Papebrochium, ad ipſum olim tranſmiſſam a Gerardo Cappaſſio ordinis Servorum B. Mariæ. Eamdem ad ſervandam formam veſtium oblatarum Camaldulenſium denuo æri incidi juſſimus, comparatam iterum cum ſuo prototypo cura domni Zenobii Cateni abbatis ejuſdem monaſterii, qui optime meretur de eccleſia ſua, quam ad meliorem ſtatum redigit, viri inſuper doctrina aliiſque virtutibus præclari, & hic loci ſubjicimus emendatiorem. De beata Gerardeſcha, & de Julitta ejus ſpirituali filia ſe ſcripturum promiſit olim Paulus Troncia canonicus Piſanus [a], quod an præſtiterit, nos latet. Beatam Julittam ad Deum evolaſſe anno M. CC. LX. ætatis anno XXIII. tradit Grandius in ſuis mſs. notitiis Sanctorum Piſanorum.

[a] *Mon. Piſ. pag.* 213.

SUB

Annal. T. V. pag. 102.



Effigies B. Gherardescæ de Pisis oblatæ Camaldulensis ex tabula seculi XIV. aræ principis S. Mich. in Burgo Pisarum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANN. CHR. 1269.

LII. Enarratio miraculorum ad tumulum beati Antonii Peregrini.

Sub præſenti anno hæc mira contigiſſe ad ſepulcrum beati Antonii Peregrini narrantur : *In nomine Domini, Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono indictione* XII. *die mercurii penultimo februarii, præſentibus dompno Caſtellano priore* &c. *fratribus Martino Carlaxario converſis dicti monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia, Henrico de Pergamo, qui nunc moratur cum dictis fratribus, & Lunardo Caxalino, qui fuit de ſancto Zenone & aliis. Bartholotus filius quondam Zamboni de Perino de Padua, qui nunc moratur ad vallem de Clauſuris epiſcopatus Cerviæ habens manum contractam venit ad ſepulcrum Antonii Peregrini die tertio exeunte februario, & cum devotione ſupplicans Deo, ut precibus & meritis dicti Antonii Peregrini liberaretur a prædicta contractione, ut diximus, ſtatim in brevi cum magno dolore recepit ſanitatem. Actum Paduæ in monaſterio ſanctæ Mariæ de Porcilia.*

Ego Albertinus Lanfranchi &c.

In nomine &c. *Anno* M. CC. LXIX. *indictione duodecima die primo aprilis, actum ſub porticu clauſtri ſanctæ Mariæ de Porcilia. Fratres Martinus, Johannes de Dura converſi ſanctæ Mariæ de Porcilia, Johannes Bononienſis, domna Floreta Candeleria, Henricus de Pergamo* &c. *dixerunt & confeſſi fuerunt præſentibus infraſcriptis teſtibus Ludovicum de Prexenoto Teotonicum veniſſe die* XV. *exeunte madii ad ſepulcrum Antonii Peregrini infirmum valde in cruribus, ita quod ambulare minime poterat ſine crozolis, ibi ſupponentem terram cruribus ſepulturæ dicti Antonii. Hinc ad dies ſex recepit ſanitatem, præſentibus dompno Caſtellano priore ſanctæ Mariæ de Porcilia, Samſone priore clauſtrali dicti loci, Bono, fratre Guidone monachis.*

Ego Albertinus &c.

In Dei nomine amen. Anno M. CC. LXIX. *indictione duodecima die tertiodecimo exeunte madio; præſentibus domno Ongarello olim domni Petri Pigne, Marco notario de Bredepalea & Petro notario de Coneto & aliis. Albertinus de Pegoloto de Bononia de contrata, ubi dicitur de Portanova, dixit & proteſtatus fuit coram dictis teſtibus, quod filius ſuus Johannes ludebat cum aliis puerulis in platea ſancti Salvatoris dictæ civitatis in die Penteceſtes nuper elapſo, & tunc quidam juvenis currens cum equo uno, & cepit puerum in pedibus equi, & elixit puerum taliter, quod ſanguis defluebat per aures, & per os illius pueri, & faciem ejus totam denigravit, ita quod pro mortuo habebatur. Cumque magiſter Peregrinus medicus cum aliis medicis a patre introductus fuiſſet ad puerum prædictum ſuccurrendum, viſa ejus infirmitate & colliſione, nullo modo auſi fuerunt ſe intromittere de ejus curatione; mater vero ejus illius dolori compaſſa cum lacrymis & orationibus prædictum puerum beato Antonio Peregrino de Padua magna cum devotione devovit. Facto autem voto pro puero a matre Divina inſpiratione tribus diebus ſine aliquo medicamine recepit priſtinam ſanitatem. Actum Paduæ in communi palatio.*

Ego Ubertinus Zacus notarius de Malveglis imperialis aulæ atque ſacri palatii Paduæ interfui, hæc ſcripſi.

In nomine Domini, amen. Anno M. CC. LXIX. *indictione* XII. *die dominico, quarto exeunte julio, præſentibus dompno Caſtellano priore* &c. *fratribus Alberto, Simeone, & Pavino converſis dicti loci. Actum Paduæ ſub porticu de foris clauſtri monaſterii prædicti, ſcilicet in parlatorio fratrum. Dux textor, qui fuit de Verona, & nunc moratur Paduæ in hora ſanctæ Sophiæ, Flordooliva ejus uxor parentes Oliverii, domnus Blancardus, qui de Verona, magiſter Carcamuxonus, Ugo textor de vico ſanctæ-Sophiæ, convicini dictorum Ducis, & Flordoolivæ & Oliverii prædicti depoſuerunt &*

con-

ANN. CHR. 1269.

confeſſi fuerunt dictum Oliverium veniſſe ad ſepulturam Antonii Peregrini habentem crus & pedes contractos multum, & calcaneum infiſtulatum, & ibi cum devotione Deum deprecantes, ut precibus et meritis prædicti Antonii liberaretur, retepiſſe ſanitatem.

Ego Albertinus &c.

LIII. Componuntur acerrimæ lites inter Guillielminum epiſcopum Arretinum & Camaldulenſes.

CUM multum exacerbatus eſſet animus Guillielmini Arretini epiſcopi contra Camaldulenſes, eo quod eos Alexander IV. Romanus pontifex egregio illo privilegio inſigniſſet, quo omnes eccleſiæ & loca ipſorum eremo plene ſubjecta retrahebantur a juriſdictione, quam epiſcopus ſibi vindicaverat, & cum propterea graviſſimæ quæſtiones & lites inter utramque partem ea de cauſa hucuſque exarſiſſent, volentes ambæ partes, tam ipſe nimirum epiſcopus, quam Johannes prior Camaldulenſis diſſenſionum materiam omnino de cetero amputare, devenerunt hoc anno ad infraſcriptam concordiam [a]; ratum nempe habuit Guillielminus Alexandrinum privilegium, recepitque exemptionis bullam quoad omnes eccleſias Camaldulenſes ſuæ diœceſis, & potiſſimum quoad monaſterium Pratalienſe, & alterum Pratalienſi ſubjectum ſancti Clementis in urbe Arretina, aliaque membra ejus abbatiæ, quæ exempta agnovit & declaravit, approbans etiam donationem prædeceſſoris ſui Hieronymi epiſcopi: Actum in civitate Arretina *anno* M.CC.LXIX. *indictione* XII. *die* V. *intrantis menſis martii apoſtolica ſede & imperio vacantibus*. Approbaverunt concordiam canonici Arretini *die* VIII. *intrantis junii*; reſtitutaque fuere ea occaſione omnia bona ab ipſo epiſcopo detenta de jure Pratalienſis monaſterii, quæ erant in iiſdem caſtris & villis, & quæ de Camaldulenſi jure erant in caſtro de Soci & in Cruce de Ragio, & in eccleſia ſancti Johannis de Richo. Pariter idem epiſcopus [b] in integrum remiſit eidem Johanni priori eremum & monaſterium de Fleri diſtrictus Corronenſis cum omnibus ſuis juribus & poſſeſſionibus, quæ dictum monaſterium obtinebat in caſtro Cortonæ de jure & de facto a monaſterio de Cruce ſupra a dextris & a ſiniſtris, & nominatim a cœnobio de Ginezio ſive de Caldeopille. Item reſtituit ſitum eccleſiæ ſancti Baſilii, & jus mortuariorum & parœciam ipſius, quamdam etiam domum poſitam in Cortona, quæ erat monaſterii Flerenſis, quam epiſcopus agnovit ſine periculo animæ ſuæ non poſſe retinere. Et verſa vice Johannes prior Camaldulenſis concordiæ & pacis nomine dedit epiſcopo Guillielmino quidquid monaſterium de Fleri poſſidebat, vel poſſidere debebat in plano Cortonæ tam in terris, quam in vineis, domibus, pratis *&c.* & in ſervitiis ſibi debitis a monaſterio de Cruce inferius a dextris & a ſiniſtris verſus Cortonam, & ſpecialiter in Cabiano, & Cerreto, cum jure incidendi ligna in ſilva eremi de Fleri pro igne ſuæ familiæ ad comburendum in caſtro Cortonæ, & accipiendi tigna neceſſaria pro conſtructione domorum ſui epiſcopatus in caſtro Cortonæ; item quamdam curiam in caſtro Biblenæ, retento ſibi jure decimarum, totam curiam in loco dicto Brolio aliaque quamplura. Quæ omnia inter utramque partem ſtipulata ſunt ſub pœna marcarum centum auri. Acta Arretii in palatio epiſcopali coram pluribus, & nominatim coram Raynerio olim electo Volaterranno de domo Ubertinorum; manu Bruni notarii. Ceſſerat Raynerius epiſcopatui poſt varias vices anno 1261. vicariumque agebat Alberti ſui ſucceſſoris.

LIV. Traditur monaſterium Pratalienſe liberum Camaldulenſibus. Turbæ in ipſo cœnobio.

DIE itaque octava aprilis [c] idem epiſcopus tradidit Johanni priori poſſeſſionem Pratalienſis monaſterii cum ſuis juribus, preſente Guillielmino de Ubertinis nepote ſuo. Eadem die Johannes poſſeſſionem iniit caſtri Fraxinetæ, ficut die antecedenti immiſſus fuerat in poſſeſſionem caſtri Serravallis,

a §. *Permutatio* 46. *A*.3.151.

b §. *Tenuta* 25.

c *Ibid. A*.3.15.

ANN. CHR. 1269.

lis; die vero nona villæ de Ventrina, & die decima-tertia introivit in poſſeſſionem eccleſiæ & monaſterii ſancti Clementis. Eadem die[a] creavit prior Camaldulenſis procuratorem ſuum pro accipienda poſſeſſione monaſterii de Fleri ab epiſcopo Arretino Boccium nepotem ſuum. Menſe ſequenti maji die vigeſima-ſecunda[b], attentis obſequiis gratis & utilibus, quæ Benvenutus olim abbas de Pratalia exhibuerat eremo Camaldulenſi, & ipſi priori, cujus nunc monachus erat & commenſalis, promiſit idem Johannes pro ſe & pro ſucceſſoribus ſe illi, quam citius fieri poterit, proviſurum de perpetuo beneficio monaſtico ejuſdem ordinis, ſcilicet de monaſterio Anglarienſi vel Burgenſi, quod tactis evangeliis juravit ſe obſervaturum. Septima enim die aprilis hujus anni[c] Benvenutus abbas Pratalienſis in palatio Camaldulenſi de Soci conſtitutus coram Arretino epiſcopo & coram priore Camaldulenſi renuntiaverat in manibus dicti prioris abbatiam Pratalienſem, eidemque conſignaverat ſigillum abbatiæ, in quo dicitur picta fuiſſe imago beatæ Mariæ filium gerentis in brachio, & circa ipſam imaginem erant duæ ſtellæ, & imago abbatis flexis genibus & junctis manibus inclinati cum literis in gyro ſigilli dicentibus: *Sigillum Benvenuti abbatis de Pratalia*: manu Uguccionis notarii dicti epiſcopi.

a §. *Mandatum* 28.
b §. *Promiſſio* 81. *A.* 3. 156.
c §. *Electio* 129. 154.

Die itaque nona ejuſdem menſis[d] attenta hujuſmodi renuntiatione idem Johannes prior manu Bruni notarii elegerat in abbatem ejuſdem monaſterii Romualdum Camaldnlenſem monachum, quem in eremo poſuit in ſede prioris. Verum enimvero paulo poſt Romualdus agnoſcens[e], quod Johannes prior Camaldulenſis pluribus ſumptibus & expenſis acquiſierat & recuperaverat ab epiſcopo Guillielmino monaſterium de Pratalia, volens tum gratum animum oſtendere, tum providere indemnitati dicti prioris & eremi, renunciavit ipſi omnes poſſeſſiones, redditus & decimas caſtrorum de Fraxineta & de Serra-valle eorumque territoriorum, & villarum Freginæ, Ventrinæ & Contra, ac generaliter omnia, quæ Pratalienſe monaſterium habebat a monte ſite inter cœnobium & inter caſtrum de Serra-valle citra verſus Caſentinum ubicumque a dextris & a ſiniſtris, & ſpecialiter monaſterium & eccleſiam ſancti Clementis de Arretio cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis; promittens ſe nunquam alicui ſuppoſiturum monaſterium de Pratalia, ſed ſemper conſervaturum ſub obedientia & ſubjectione prioris & eremi Camaldulenſis tamquam manuale ipſius.

d §. *Electio* 157.
e §. *Renuntiatio* 100. *A.* 1. 115.

Hæc acta fuere inter Johannem priorem Camaldulenſem, & inter Romualdum noviter electum abbatem Pratalienſem. Sed antecedenti die congregati monachi & converſi Pratalienſes in capitulo pro electione facienda novi abbatis in locum Benvenuti ſe abdicantis, compromiſſum unanimirer ſecerunt in Benincaſam monachum ejuſdem cœnobii, qui die prædicta elegit & nominavit in abbatem Prataliæ Benedictum priorem eccleſiæ ſancti Johannis de Richò; manu Amici notarii.

Schiſma proinde conflatum eſt in monaſterio Pratalienſi; pro quo tollendo, die decima julii[f] attendens Johannes prior Camaldulenſis, quod Romualdus a ſe inſtitutus abbas tute non poterat commorari in dicto monaſterio, & jura ipſius tueri, præſertim cum junior eſſet moribus & ætate, ipſum tamquam minus idoneum a prælationis loco removit, eodemque die Benvenutum iterum ſubſtituit in abbatem, qui coram teſtibus juravit obedientiam, atque promiſit Johanni priori, quod nunquam contra ipſum & eremum rebellionis ſpiritum nutriet, nec permittet alicui eſſe rebellem, ſed jura eremi tuebitur; inſuper quod neminem vel in monachum, vel in converſum recipiet ſine licentia dicti prioris. Die ſequenti idem Benvenutus ratam habuit renuntiationem ſuam olim factam abbatiæ

f §. *Electio* 131. *A.* 3. 157.

ANN. CHR. 1269.

Pratalienſis in manibus dicti prioris, quam firmam & illibatam voluit in perpetuum perſiſtere. Actum in palatio Soci; manu Bruni notarii.

a Ibidem A. 3. 159.

Die nona auguſti [a] Benincaſa ut procurator Benedicti abbatis Pratalienſis petiir confirmationem ejus electionis ab epiſcopo Arretino, qui negotii regiæ curiæ impeditus commiſir vices ſuas ad infirmandam vel confirmandam electionem Orlando archipresbytero Arretino. Hic autem die decima-quarta ejuſdem menſis calculo ſuo electionem probavit; manu Guillielmini notarii.

b §. Appellatio 14. A. 3. 167.

Interpellatus in hac cauſa fuit etiam Octavianus cardinalis ordinis protector; nam reperimus in tabulario Fontis-boni die nona decembris hujus anni [b] ex parte ipſius cardinalis per Johannem Camaldulenſem camerarium fuiſſe vocatum ad diem dicendam prope caſtrum Fraxinetæ Benedictum, qui ſe gerebat pro abbate Prataliæ, reſponſurum coram dicto cardinale de electione ſua, & cur prioris Camaldulenſis obedire contemneret mandatis? manu Bonaventuræ notarii; & die decima-ſeptima ejuſdem menſis Benedictum in plurimorum præſentia proteſtatum fuiſſe dictum cardinalem nullam in ipſum juriſdictionem habere, neque ſe poſſe ad ejus præſentiam ſiſtere ob metum & detrimentum ſui monaſterii, & tamdem ſe appellare ad cœtum dominorum cardinalium & ad futurum pontificem; manu Johannis de Campi notarii.

c §. Electio 131.

Res compoſita fuit anno ſequenti die decima-nona maji [c], qua Benvenutus olim abbas Pratalienſis conſtitutus coram Guillielmino epiſcopo & coram Benedicto abbate Pratalienſi dimiſit ſponte adminiſtrationem, & regimen dictæ abbatiæ, & omne jus ſibi competens ex ejus iterata electione facta a Johanne priore Camaldulenſi, quam renuntiationem tam epiſcopus, quam abbas Benedictus approbavere. Eodem die præſentibus iiſdem Alexander monachus, qui ſe gerebat pro priore monaſterii ſancti Clementis Pratalienſi ſubjecti, & electus fuerat a Johanne priore Camaldulenſi, eodem prioratu ſe ſpoliavit, ſciens electionem ſuam non tenere. Ipſa die Benedictus Pratalienſis abbas commiſir vices ſuas ad eligendum priorem ſancti Clementis eidem epiſcopo, qui nominavit & elegit Benvenutum olim abbatem, quoad vixerit, ac pro Benedicto abbate obedientiam ab ipſo recepit; ſed & Benedictus Pratalienſis ad tradendam poſſeſſionem dicti monaſterii Benvenuto, conſtituit in procuratorem ſuum preſbyterum Accurſum ſancti Martini de Arretio, qui eumdem priorem immiſit in dictam poſſeſſionem; manu Benvenuti notarii. Hæc hinc inde excerpſimus ex monumentis tabularii Fontis-boni.

LV. Et in cœnobio Agnanienſi.

d §. Acta judici alia 12. A. 3. 161.

DETRECTABANT ſubeſſe obedientiæ ejuſdem prioris etiam monachi Agnanienſes. Extanr in eodem archivo literæ tres datæ præſenti anno [d] die vigeſima novembris ab eodem Octaviano cardinale & congregationis protectore, & a Johanne priore generali, quibus admonebatur Guido abbas Agnanienſis, ut morem gereret priori Camaldulenſi, & ad eremum accederet facturus ipſi & eidem loco, quæ facere tenebatur pro ſe & monaſterio ſuo; alias poſt trinam admonitionem ſe ſciret vinculo excommunicationis innodatum. Sæpius ordini rebelles fuere Agnanienſes. Videatur altera ſententia ſub finem ſeculi præcedentis contra eoſdem lata a Raynerio epiſcopo Feſulano, qui ipſos ad obedientiam præſtandam compulir.

Demum etiam plebanus Mercatus de Micciano, qui inſtituebatur a priore Camaldulenſi, defecerat ab obedientia ejuſdem prioris, & appellaverat ab Octaviano cardinale ad futurum pontificem. Qui omnes propterea mordicus affirmabant expiraſſe facultatem ejuſdem cardinalis poſt

deceſ-

Digitized by Google

Ann. Chri. 1269.

deceſſum Clementis IV. Romani pontificis; quare appellationes norabant ad cœtum cardinalium & ad novum pontificem eligendum. Verum ex Viterbienſi urbe diebus decima-nona & vigeſima-ſecunda octobris [a] pronuntiavit idem cardinalis ſibi juriſdictionem competere ordinariam etiam poſt mortem pontificis ex commiſſione apoſtolica, determinandi omnia ea, quæ ad Camaldulenſis ordinis ſtatum pertinerent.

a §. Sententia 43. A. 3. 163.

LVI.

Eremitæ de Gaitanis in urbe Piſana recepti ſub diſciplina Camaldulenſium.

Die ſeptima julii hujus anni [b] Martinus, qui major erat eremi Camaldulenſis, & ſindicus Johannis prioris, recepit ad ordinem Camaldulenſem locum & cellas fratrum eremitarum incluſorum de Piſis, qui ſimul morabantur in eccleſia ſancti Joachimi poſita in capella ſancti Johannis de Gaitanis, imponens ipſis obedientiam ad modum eremitarum & loci ſancti Mathiæ de Muriano, excepto quod nunc & ſemper liceret prædictis fratribus eligere ſibi priorem idoneum de ordine Camaldulenſi, quem mallent, confirmandum tamen a priore Camaldulenſi. Anno ſequenti die vigeſima-quinta junii [c] Benvenutus clericus familiaris Octaviani cardinalis, qui erat rector eccleſiæ ſancti Concordii, conceſſit eamdem eccleſiam cum poſſeſſionibus ſuis præſatis eremitis loci Camalduliní, qui dicebatur ſanctus Joachim, & Johannes prior die ſecunda novembris ejuſdem anni copiam ipſis fecit emendi dictam eccleſiam, ac vendendi priſtinum ſancti Joachim locum. Eccleſia ſancti Concordii erat manualis monaſterii ſancti Mamiliani Montis-chriſti, & jacebat extra muros urbis Piſanæ, de qua idem Benevenutus inveſtitus fuerat ab abbate dicti monaſterii, volentibus & conſentientibus tum Octaviano cardinale, tum Johanne priore Camaldulenſi. In charta emptionis hujus anni [d] nominatur Johannes quondam Marignani de Rigale, Guillielmus quondam Guillielmi de Alba, & Durans quondam Guidonis de Faliano eremitæ Camaldulenſes ſancti Joachim Piſarum ementes quaſdam terras. Extat epiſtola ſanctæ Catharinæ Senenſis ſub numero CXXXVI. tomi ſecundi ex editione Hieronymi Gilii, & cum notis Friderici Burlamacchii S. J. ſcripta fratribus Bartholomæo & Jacobo eremitis Campi-ſancti Piſarum, ad quam hæc adnotator ſubiicit, „ Nullum monumentum reliquum eſt, in Campo-ſancto Piſarum extitiſſe eremitas; niſi illud dicere libeat Campi-ſancti nomine „ venire locum appellatum ſancti Johannis de Gaitanis extra Piſas, ubi „ perdiu ſervata fuit terra ſancta allata ex Palæſtinæ locis a Piſanis „ poſt expeditionem Cruce-ſignatorum ad eam regionem; ibi habitabant „ eremitæ Camaldulenſes &c. " Hæc ad aliquam Piſanorum eremitarum memoriam illuſtrandam. Ad ea circiter tempora magnificum Campi-ſancti Piſarum ædificium conſtruebatur, ut ſcribit in ſuis Memoriis Piſanis Troncia [e].

b §. Amiſſæ 545. A. 1. 183.

c §. Conceſſio. A. 3. 8. 12.

d §. Emptio 411. A. 3. 3.

e Pag. 274.

Idem Johannes Camaldulenſis prior donavit præſenti anno [f] cuidam Marcheſianæ, dictæ poſtea Gregoriæ, terram prope vineam monaſterii de Fleri, ut ibidem ædificaret locum religioni aptum, ea appoſita conditione, ut poſt ejus obitum locus cum ædificiis ſuis ad eremum Camaldulenſem devolveretur. Gregoria autem omnia ſua jam dono dederat eremo Camaldulenſi.

f §. Amiſſæ 540. A. 1. 14.

LVII.

Protectio communis Forolivienſis conceſſa monaſterio Inſulano.

Porcellus Nicolai de contrata Stratæ ſindicus communis Foro-livii promiſit pro dicto communi die vigeſima-nona ſeptembris [g] Chriſtophoro converſo & ſindico Venturæ abbatis Inſulani, ſe in juribus ſuis ſervaturum dictam abbatiam & monaſterium, capellas quoque & eccleſias, nimirum ſancti Paterniani de Ferracciano, ſanctæ Mariæ de Meldula, ſancti Matthæi de Canonica, ſanctæ Mariæ de Diglauſi, ſancti Pauli in Alpe, ſanctæ Mariæ de colle Salaroli, ſancti Silveſtri de Spugna

g §. Defenſio A. 3. 160.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1269. — de ſubtus, ſancti Benedicti, ſancti Johannis de Campo-ſonaldi, ſancti Chriſtophori de Biturali &c. manu Menghi notarii populi Foro-livienſis.

LVIII. Pacta firmata Arretinos inter & Burgenſes. REFERT collector jurium abbatiæ Burgenſis ſancti Sepulcri ad Nicolaum V. Romanum pontificem ſcribens, „ *anno* præſenti M. CC. LXIX. *pontificatus Clementis papæ* IV. *anno* IV. & *ultimo vacationis Romani imperii per depoſitionem Friderici* II. *anno* XXV. Arretinos & Burgenſes „ pacta, confœderationes & amicitiam inter ſe firmaſſe. In quibus pactis „ Burgenſes pallium in feſto ſancti Donati ſe oblaturos ſpoponderunt, „ in hoſtem ituros, atque oppidum plebis ſancti Stephani Arretini comitatus, quod in bellis quondam inter ſe & hinc inde ſecutis Burgenſes funditus everterant, refecturos atque ædificaturos denuo ſumptibus „ ſuis; e converſo ipſi Arretini promiſerunt ſe ſemper præſto futuros defenſioni & auxilio Burgenſium. “ Notæ chronicæ ſunt emendandæ; nam Clemens IV. fato jam ceſſerat die vigeſima-nona novembris anni præteriti; vigeſimum autem quintum annum a depoſitione Friderici imperatoris aſſumit collector ab anno 1245. quo in concilio œcumenico Lugdunenſi die decima-ſeptima julii ſententiam excommunicationis & depoſitionis ab imperio protulit Innocentius papa IV. contra ipſum.

LIX. De eccleſia Bovilliani. SEQUENS monumentum reperimus in archivo epiſcopatus Caſtellani [a] quoad eccleſiam de Bovilliano, in quam jus-patronatus pro medietate obtinebat idem monaſterium Burgenſe ſancti Sepulcri.

a *Lib. III. pag.* 106.

„ In Dei nomine amen. Anno Dominicæ incarnationis M. CC. LXIX. „ die lunæ ſecundo exeunte menſe aprilis. In Burgo ſancti Sepulcri in „ abbatia dicti Burgi, præſentibus domno Forte abbate monaſterii de Subcaſtello, domno Jacobo monacho monaſterii ſancti Sepulcri, presbytero „ Bonaquiſto de Treſſena & Biſtuldo teſtibus rogatis & vocatis. Omnibus „ hanc paginam inſpecturis pateat evidenter, quod frater Bene prior & „ rector eremi de Monte-vicchio patronus eccleſiæ ſancti Bartholomæi & „ ſanctæ Luciæ de Boviliano pro dimidia coram notario & dictis teſtibus „ requiſivit ore ad os domnum Braymanum abbatem monaſterii Burgi „ ſancti Sepulcri eodem modo patronum dictæ eccleſiæ de Boviliano, „ & denuntiavit eidem, quod cras per totum diem debeat eſſe cum eo, „ & convenire in dicto monaſterio ad providendam dictam eccleſiam de „ Boviliano de rectore & paſtore, & ad eligendum rectorem in eadem, „ ne bona dictæ eccleſiæ poſſint deſtrui & amitti, & de hoc requirit „ eumdem domnum abbatem inſtanter; ad quæ dictus domnus abbas ſic „ reſpondit, quod paratus eſt rectorem clericum eligere in dicta eccleſia, „ & non presbyterum &c. “ Eremum de Monte-vicchio tunc incolebant fratres ordinis Servorum beatæ Mariæ.

In eadem Caſtellana diœceſi exurgebat monaſterium dictum ſancti Guluterii, facile ſancti Eleutherii, ſubjectum abbatiæ ſancti Viriani de Arretio; nam in regeſto primo Camaldulenſi [b] legimus Johannem priorem „ Camaldulenſem hoc anno die ſecunda junii, de conſenſu Alberti abbatis „ ſancti Viriani, ad cujus monaſterium pertinet illud ſancti Gulutherii, „ elegiſſe in priorem ſapientem & diſcretum virum Dadeum presbyterum. “ De hoc monaſterio nil præterea ſcimus.

b *Pag.* 152.

LX. Paginæ aliquot monaſteriorum. ALBERTUS Piſanus vicecomes Camaldulenſis inſtitutus fuit hoc anno [c] die quarta-decima aprilis prior Anglarienſis in locum Nicolai defuncti.

Alter vicecomes Camaldulenſis Nicolaus nomine a Johanne priore Camaldulenſi die decima januarii [d] electus fuit rector & poteſtas caſtri de Mogiona, qui creatis duobus conſulibus ad reformationem caſtri ſimul

c §. *Electio* 130. 159.
d §. *Statuta* 8. 186.

cum

Digitized by Google

cum ipſis deputavit ſex loci incolas, qui ſtatutum conderent ejuſdem caſtri, quod compilatum fuit manu Bruni notarii. ANN. CHR. 1269.

Licet ſæpius litigatum fuiſſet de eccleſia ſancti Hilari de Pulia prope urbem Arretinam, quæ ſubjecta declarata ſemper eſt parthenoni ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, iterum ſuſcitata fuit lis hoc anno [a], cuinam competeret auctoritas ponendi & confirmandi in ea rectorem. Quæſtio agitabatur inter Sophiam Prati-veteris abbatiſſam & inter archipreſbyterum eccleſiæ Arretinæ, & quamvis de patronatus jure non diſceptaretur, diſputabatur de jure rectorem confirmandi in ea eccleſia, quæ ſubjacebat plebi Arretinæ. In teſtium depoſitionibus multa habentur ad hiſtoriam urbis Arretinæ pertinentia, quæ illuſtrant etiam mores eorum temporum. Habemus pariter [b] Bindum Griſonis poteſtatem Puppii pro domina comitiſſa Johanna, & ejus filiis comitibus Guidone Novello & Simone Dei gratia in Thuſcia Palatinis ſententiam tuliſſe pro abbatiſſa. Bonum abbatem ſanctarum Floræ & Lucillæ de Arretio [c] judicem delegatum a Clemente IV. jus-patronatus ejus eccleſiæ aſſeruiſſe Sophiæ abbatiſſæ contra quoſdam nobiles civitatis Arretii. Eumdem [d] juſſiſſe Tebaldo electo rectori, ut juramentum eidem abbatiſſæ præſtaret de fructibus ejus eccleſiæ reſignandis. Guillielminum e contra epiſcopum Arretinum [e] in palatio epiſcopali coram Stephano abbate Montis-fellonici dicto Tebaldo imperaſſe, ut abſque ſui licentia quidquam non ageret. Sed ſequenti anno [f] privilegium juris ejuſdem eccleſiæ olim a Hieronymo epiſcopo conceſſum confirmavit idem Guillielminus monaſterio Prati-veteris, ſubſcribentibus poſt ipſum canonicis eccleſiæ Arretinæ. Acta extant in tabulario ejuſdem parthenonis.

[a] Num. 36.
[b] Num. 39.
[c] Num. 46.
[d] Num. 40.
[e] Num. 41
[f] Num. 43.

Uſque ad præſentem annum Simon & Rainerius monachi Fontis-boni chartas & ſcripturas omnes tabularii dicti loci in ſummaria redegere, accuratiſſime omnia vetera monumenta colligentes. Ex iis maxima pars adhuc ſupereſt ſuis autographis & primigeniis paginis exarata, ſed quingentæ decem & octo chartæ deſiderantur, quarum ſola excerpta ſtudio præfatorum monachorum habemus, quæ ſub *Amiſſarum* titulo iterum in ſuo ms. compendio breviavit, dum viveret, piiſſimus Camaldulenſis eremi aſceta, & archivi cuſtos Eduardus Baroncinius, qui nulli parcens labori diligentiſſime inſudavit pluribus annis ordinando, & ad varias claſſes reducendo tabulario florentiſſimo ejuſdem loci.

CONSECRATIONIS munus impendit præſenti *anno* M. CC. LXX. *indictione* XIII. *die* VIII. *intrante menſe ſeptembris* Jacobus Faventinus epiſcopus eccleſiæ eremi ſeu monaſterii ſancti Maglorii, quod in urbe Faventina a fundamentis erexerat Laurentius monachus ſeu eremita Camaldulenſis, quem plurium aliorum locorum inſtitutorem non infrequenter vidimus præcedentibus annis. Epiſcopi viginti-quatuor, præter Jacobum Faventinum, qui vel conſecrationi interfuere, vel indulgentiarum literas miſere, hi fuere; Philippus archiepiſcopus Ravennas tamquam metropolitanus, Sinibaldus epiſcopus Foro-cornelienſis, Octavianus Bononienſis, Matthæus Mutinenſis, Guillielmus Rheginus, Opizo Parmenſis, Albertus Ferrarienſis, Jacobus Adrienſis, Michael Comaclenſis, Thedericus Cervienſis, Rodulphus Livienſis, Ravaldinus Foro-popilienſis, Johannes Anconitanus, Johannes Feretranus, Gratia Sarſinas, Everardus Cæſenas, Petrus Urbinas, Morandus Fanenſis, Uguccio Æſinas, Ambroſius Ariminenſis, Jacobus Callienſis, Jacobus Senogallienſis, Benvenutus Auximanus & Ildibrandus Foro-ſempronienſis. Autographam ſigilliſque munitam indul-

ANN. CHR. 1270.
LXI.
Conſecratio eccleſiæ S. Maglorii urbis Faventinæ.

ANN. CHR. 1270.

dulgentiarum paginam exſcripſimus ex tabulario ſanctimonialium noſtrarum ſancti Maglorii, quæ ibidem paucis poſt annis una cum monachis inſtitutæ fuere, cujus chartæ beneficio illuſtrari nonnihil, vel etiam ſuppleri poterit tomus ſecundus præſertim Italiæ ſacræ Ughellii. Philippus Fontana archiepiſcopatum Ravennatem regebat ab anno 1251. hoc ipſo
a T. II, col. 380. anno defunctus, non anno 1274. ut habet Ughellius [a], & inſcriptio Ferrarienſis, quam in medium profert, nam ex charta archiepiſcopalis tabularii capſ. Q. 9314. *Anno a nativitate Domini* M. CC. L.... *die vero ſextodecimo intrante novembri indictione* XIII. *Ravenne* electus fuit in archiepiſcopum Ravennatem Percivallis canonicus Lincolnienſis, qui tamen nunquam poſſeſſionem archiepiſcopatus iniit, neque annis ſequentibus Gregorio X. fuit probatus. Ex indictione ipſe fuit annus M. CC. LXX. qui non apparet in charta lacera. Philippus itaque „ auctoritate Dei & bea„ torum Apollinaris, Vitalis & Urſicini protectorum Ravennæ unum „ annum & quadraginta dies, (quod ipſum fecere ceteri epiſcopi) re„ laxavit de injuncta pœnitentia iis, qui dictam ſancti Maglorii eremum „ die octava ſeptembris, & per octavam conſecrationis quolibet futuro „ anno viſitaverint. " Sinibaldum Imolenſem, qui auctoritate beati Caſſiani eamdem indulgentiam impartitus fuit, ad annum dumtaxat 1271.
b Ibid. col. 638. memorat idem Ughellius [b]; monumento noſtro, ut & alio apud Rubeum, epiſcopus erat ejus urbis etiam præſenti anno 1270. Octavianus
c Ibid. col. 22. ſeu Octavius Bononienſis [c] nepos erat Octaviani Ubaldini S. R. E. cardinalis; utitur autem auctoritate beati Petri apoſtoli; Matthæus Mutinen-
d Ibid. col. 125. ſis ex familia Piorum [d], auctoritate beati Geminiani; Guillielmus Rhe-
e Ibid. col. 306. ginus ex Foliana gente, [e] auctoritate beatæ Mariæ; Opizo Parmenſis ex
f Ibid. col. 178. Sanvitalia, auctoritate ſimiliter beatæ Mariæ [f] acceſſere ad paginam robo-
g Ibid. col. 544. randam. Albertus Ferrarienſis [g] ab anno 1261. ad 1274. eam eccleſiam rexit, meritaque beati Georgii martyris uſurpat. Jacobi Adrienſis, qui beati Petri apoſtoli auctoritate fulſit conceſſionem ſuam. Ughellius & Sil-
h Ibid. col. 402. veſtrius ad annum tantummodo 1275. [h] mentionem ingerunt, quo ipſum deceſſiſſe affirmant. Florius ergo ejus prædeceſſor ante hunc annum 1270.
i Ibid. col. 483. obierat. Michael Comaclenſis [i], qui meritis utitur beati Caſſiani, interfuit hoc ipſo anno concilio provinciali Ravennæ apud Rubeum pagina 443. Theodoricum ex ordine Prædicatorum Altamura epiſcopum Cervien-
k Ibid. col. 473. ſem a capitulo electum putat anno dumtaxat 1271. [k] qui jam anno præſenti ejuſdem eccleſiæ cathedram conſcenderat; is merita beatæ Mariæ vir-
l Ibid. col. 579. ginis in medium profert. Rodulphus Livienſis epiſcopus [l] meritis beati Mercurialis paginam roborat, & ſucceſſerat Richelmo; Ravaldinus au-
m Ibid. col. 606. tem [m] Foro-popilienſis opem prætendens beati Roſilli, electus fuerat poſt nonas martii hujus anni in locum Aymerici defuncti. Johannis Boni An-
n T. I. col. 335. conitani epiſcopi monumenta non profert Ughellius [n] ultra annum 1256., ſicut etiam Johannis Feretrani epiſcopi memoriam facit ad annum dum-
o T. II. col. 846. taxat 1252. [o] quos ex pagina noſtra agnoſcimus vel ad hunc annum vitam & ſedem protraxiſſe. Ille beati Quiriaci, hic beati Leonis merita in medium adducunt. Roboratur inſuper aſſertum Cl. V. Johannis-bapti-
p Pag. 111. ſtæ Contareni in ſua de epiſcopatu Feretrano diſſertatione [p] probantis Johannem epiſcopum inter Feretranos ad hæc tempora locum habere, & ad plures annos eam ſedem tenuiſſe. Gratia epiſcopus Sarſenſis ſive Sarſi-
q T. II. col. 663. nas [q], ut comprobat beati Vicini invocatio, ex archidiacono Ravennate ad eas inſulas evocatus fuerat anno 1266. obiit autem anno 1271. Eve-
r Ibid. col. 453. rardum Cæſenatem, appellatum [r] Honerardum ab Ughellio, alibi illuſtravimus; is beati Johannis-baptiſtæ meritis indulto ſubſcripſit. Petrum

epi-

epiſcopum Urbinatem non recenſuit Ughellius [a], vel ſaltem ejus confudit tempora, nam Petrum quemdam illi eccleſiæ præfuiſſe anno 1250. ſcribit, & Vidonem poſt ipſum electum anno 1259. deceſſiſſe arbitratur anno 1285, Vel ergo alius Petrus ſtatuendus eſt Urbini epiſcopus poſt Vidonem, vel protrahenda ſedes Petri, & differenda illa Vidonis; merita is prætendit beati Creſcentii martyris. Invocat opem ſancti Paterniani Morandus epiſcopus Fanenſis [b], qui ex Callio Fanum translatus anno 1265. obiit anno 1276., ſicut Uguccius ſive Ugo Æſinus epiſcopus [c] ex Piſaurenſi eccleſia ad Æſinam fuerat translatus anno 1268. & interceſſione beati Seriani indulgentiam relaxat. Ambroſius Ariminenſis merita implorans beatæ Columbæ virginis ſuffectus fuerat [d] in locum Jacobi anno 1265. Jacobus Callienſis beatam virginem Mariam invocans locandus eſt ad hunc annum inter epiſcopos hujus urbis, cujus nullam mentionem ingerit Ughellius [e], qui ſubdit Hugolinum de Aquaviva electum anno 1266. a Clemente IV. ſuperſuiſſe ad annum 1276. Jacobi pariter Senogallienſis epiſcopi [f] tempus non recte ſupputavit, exiſtimans Philippum ordinis ſancti Auguſtini epiſcopum conſecraſſe anno 1271. die IV. maji templum majus urbis, Jacobum autem ipſius ſucceſſorem, quem initiali litera J.. indicat, extremis temporibus Gregorii X. defunctum. Philippus ergo vel deceſſerat ante præſentem annum, vel conſecratio majoris eccleſiæ eſt antevertenda, vel tribuenda Jacobo, vel demum ſi Philippus eo anno templum dedicavit, Jacobus alter, qui fuit ipſius prædeceſſor, eam ſedem tenuit uſque ad annum 1270. Quidquid ſit, merita implorat Jacobus ſanctæ Mariæ-magdalenæ & ſancti Paulini. Benvenutus ab anno 1263. ad 1285. epiſcopus Auximanus duos annos duaſque quadragenas auctoritate beati Leopardi concedit. Poſtremus Ildebrandus Foro-ſempronienſis epiſcopus meritis beati Moreti martyris (is eſt ſanctus Maurentius) eamdem ac ceteri epiſcopi indulgentiam fuit dilargitus. Ildebrandus itaque addendus eſt epiſcopis Foro-ſemproniatibus ante Gentilem, quem electum anno 1255. obiiſſe affirmat [g] Ughellius ad tempora Martini IV. excluſo omnino Ildebrando, vel præveniendus eſt obitus Gentilis, vel differenda ejus electio poſt Ildebrandum, & poſt annum præſentem.

ANN. CHR. 1270.

a Ibid. col. 786.
b T. I. col. 666.
c Ibid. col. 282.
d T. II col. 424.
e Ibid. col. 818.
f Ibid. col. 870.
g Ibid. col. 832.

Conſecratione peracta Jacobus Faventinus epiſcopus, qui & ipſe interceſſione beati Petri apoſtoli eamdem indulgentiarum conceſſionem protulit, in horto ſancti Maglorii conſiſtens & in plena prædicatione coram magno Faventinorum populo, ratas habuit præſatas epiſcoporum relaxationes de injunctis pœnitentiis, & ſigillo ſuo communitas literas ea ſuper re confici mandavit. Documentum hocce a Johanne Grillo noſtro jam editum in parvo libello Originum ejus monaſterii, iterum procudimus in Appendice.

LXII. Beatus Nevolo ſocietatem expetit Laurentii monachi Camaldul. in eadem eccleſia.

PRÆDICTA ſancti Maglorii eremus appellatur tunc temporis notiori vocabulo cella fratris Laurentii, quia nimirum Laurentius, qui ipſam erexerat, ibidem cum pluribus ſociis ſtatuerat ſibi commorationem. Inter eos, qui Laurentio ſe ſociarunt, annumeratur Nevolo, ſeu Novolo ex Pezziorum Faventina familia; qui ea tempeſtate ſanctitatis fama apud eam urbem inclareſcebat, cœlitumque honores poſt obitum promeruit. Is Faventiæ natus, ſutor autem profeſſione & uxoratus, poſt vigeſimum ætatis ſuæ annum ad Deum totus converſus, peregrinationibus primum aſſiduam operam dedit, decem vel duodecim vicibus Compoſtellanum ſancti Jacobi apoſtoli ſepulcrum viſitando, pluries vero ſanctorum Apoſtolorum Romana limina; poſtremo defuncta uxore ad prædictam fratris Laurentii cellam ſe recepit, ſive in parvam domunculam prope hoſpitale

Ann. Chr. 1270. le beatæ Mariæ virginis de Miſericordia, alias appellatæ Albæ, nunc autem ſancti Nevolonis prope eamdem cellam, uniens ſe cum ceteris ejus ſociis, qui eccleſiam ſacram divo Maglorio Dolenſi archiepiſcopo frequentabant, ubi diſciplinarum, orationum & macerationum omnium exercitio vacabat. Id præ ceteris teſtatum reliquit Cantinellus, quem ſynchronum ſcriptorem facit Tonduccius, in eo uno errans, quod Nevolonem ordinis ſancti Franciſci profeſſorem exiſtimat: *Nevolonus*, inquit, *ordinis ſancti Franciſci de hac vita migravit ad Dominum apud locum fratris Laurentii eremitæ Camaldulenſis*. Sed quomodo Laurentius aſcetam alterius religionis apud ſe ſuſcepiſſet? nonne erant Faventiæ profitentes regulam ſancti Franciſci, & præſertim nonne aderat cella appellata fratris Viviani ordinis ſancti Franciſci, qui non ſolum viros, ſed & mulieres ejus inſtituti per hæc tempora prope & in urbe Faventina congregaverat, apud quem propterea convenientius recipere ſe potuiſſet Nevolo, ſi reapſe ipſius inſtitutum profeſſus fuiſſet. In vita ipſius Nevolonis edita a collectoribus Antuerpienſibus Actuum Sanctorum hæc de Nevolone leguntur: *Cumque cuncta pauperibus elargitus eſſet, templo vicinam quamdam cœpit habitare domum, quæ tunc temporis cella fratris Laurentii dicebatur, in qua cum aliis quinque fratribus in ſumma obſervantia & auctoritate vivebat, quo in loco monialium poſtea monaſterium erectum eſt, quæ moniales Cellæ dicuntur*, cellæ nimirum ſancti Maglorii, ad differentiam aliarum, quæ dicebantur cellæ fratris Viviani, Damianiſticumque inſtitutum profitebantur. In eo loco vivebat beatus Nevolo ſuper ligneam tabulam cubans, ſæpe etiam ſuper nudam humum modicum ſomnum libans, laneo craſſoque panno & ſemper cilicio indutus. Licet religioſæ huic domui eſſet addictus, a peregrinationibus tamen non abſtinebat, quas etiam poſt hoc tempus hilariter aggreſſus eſt. Sed Gerardus Camaldulenſis prior cum viſitaret anno 1275. monaſteria hujus regionis, a peregrinationibus ulterius capeſſendis compeſcuit. Sic enim legitur in actis viſitationum ejuſdem prioris ad eum annum exiſtentibus in tabulario Fontis-boni: *Reaſſumpto deinde itinere Faventiam conceſſit Gerardus, & viſitavit cellam fratris Laurentii eremitæ & ſociorum, ac fratrem Nevolonem ibi oblatum ob ætatem ingraveſcentem a peregrinationibus ceſſare juſſit; qui ſciens meliorem eſſe obedientiam, quam victimam, orationibus ac jejuniis laborem ſacrarum viſitationum compenſavit*. Fertur de beato Nevolone, quod eum in ſeculo eſſet, portis clauſis cathedralem eccleſiam ingrederetur, quoties noctu eam eccleſiam tunc clauſam adibat, & licet canonici æditno ſub veſperam committerent, ut ipſum extra eccleſiam ducerent, noctu tamen tempore matutinæ ſinaxis intra templum conſpiciebatur Nevolo orans, & ante altaria proſtratus. De ipſo quoque affirmatur, quod ſocietatem dictam Diſciplinantium in eadem urbe inſtituerit. Poſtquam vero in ſocietatem receptus fuit a fratre Laurentio, ſolitus erat ſedere & procumbere ſuper ſaxum, quod adhuc religioſe adſervant ſanctimoniales ſancti Maglorii. Ipſius frequentia miracula, tum temporibus ſacrarum peregrinationum, tum tempore ſui incolatus Faventini, ipſius quoque prodigioſa carnis maceratio, eleemoſynæ, ceteraque caritatis & aliarum virtutum exercitia fuſiſſime leguntur apud presbyterum Faventinum Romualdum Magnanum in vitis Sanctorum & Beatorum urbis & diœceſis Faventinæ [a], qui ea totamque ipſius vitam ex veteribus & contemporaneis auctoribus & ex monumentis antiquiſſimis collegit. Vixit Nevolo cum fratre Laurentio uſque ad annum 1280. deque ejus obitu, & de peculiari cultu, quem ſtatim poſt mortem obtinuit, dicemus ad eum annum. De locis cellis dictis

[a] T. I. pag. 129.

ctis præſertim in diœceſi vel urbe Faventina his temporibus legatur Sartius [a], in epiſcopis Eugubinis eo loci, ubi agit de Franciſco Eugubino, ad cujus conſtitutionum illuſtrationem monumentum affert ex tabulario monaſterii ſanctæ Mariæ foriſportam Faventiæ, ubi de cellis & de cellariis Monte-clario & Johanne ſermo inſtituitur. Seculo etiam ſequenti alterius cellæ Faventinæ Deutaclerii ſeu Eutaclerii mentio recurret in his noſtris Annalibus. Ann. Chr. 1270.

a Pag. 182.

VITAM cum morte commutavit hoc anno die ſeptima martii, ut refertur in ms. menologio monaſterii noſtri ſancti Zenonis Pilarum, Aymericus ſive Almericus epiſcopus Foro-popilienſis, qui ex abbate Claſſenſe ad eam cathedram evectus fuerat anno 1262. Interfuit Aymericus anno 1264. una cum Richelmo Livienſe epiſcopo conſilio ejuſdem urbis, in quo tranſactio ſecuta eſt inter commune urbis Livienſis & inter archiepiſcopum Ravennatem Philippum. Anno ſequenti ampliſſimo privilegio confirmavit bona monaſterii Uranenſis, quibus monachi pluries ſpoliati fuerant, & donationes Ægidii & aliorum antiſtitum prædeceſſorum ſuorum ratas habuit. Ita monaſterio ſancti Rofilli firmatam voluit alterius anteceſſoris ſui Ubertelli epiſcopi donationis paginam. Anno 1266. præſens fuit tranſlationi corporis ſancti Savini epiſcopi & martyris reperti in eccleſia ſancti Apollinaris-novi Ravennæ, & locati a Philippo archiepiſcopo in capella ſanctæ Catharinæ, concedens etiam ipſe una cum collegis ſuis Richelmo Livienſe, Michaele Comaclenſe, Gratia ſeu Gratiano Sarſinate & Florio Adrienſe indulgentias a die XIII. maji, qua contigit hujuſmodi tranſlatio, uſque ad diem ultimam ejus menſis. Succeſſit Aymerico in epiſcopatu Foro-popilienſi Ravaldinus.

LXIII. Obit Aymericus epiſcopus Foro-popilienſis.

Ad hæc circiter tempora, ut refert [b] Rubeus, „ inter cetera, quæ „ vel ipſe correxit, vel quæ a pontifice conſuli poſtulavit Philippus Ra„ vennas archiepiſcopus, petiit correctionem ſibi confirmationemque man„ dari cœnobii ſancti Petri ad Vincula, quod olim religionis cultu & „ divitiis præſtantiſſimum, tunc erat immutatum quoad morum formam, „ & imminutum plurimum quoad opes. Cum vero cœnobium illud di„ ceretur, quod tamen nequaquam apparebat, exemptum archiepiſcopi „ obedientia, ad ceterorum normam redigi expetiit. “ Abbas ejuſdem monaſterii erat Anſelmus, ſub quo, diſciplina eremi Camaldulenſis recepta, reformatum fuit, ut videbimus.

b Lib. VI. pag. 444.

OBIZO marchio Eſtenſis, qui anno 1264. ſucceſſerat Azzoni avo ſuo, a Johanne de Ravolariis abbate ſanctæ Mariæ de Vangaticia expetiit hoc *anno* M. CC. LXX. *indictione* XIII. *die ultimo maji*, ut pateretur ſe creari ejuſdem monaſterii protectorem, pollicens ſe nullam non operam daturum, ut Romanus pontifex, qui foret electus, hujuſmodi advocatiæ contractum comprobaret. Reſpondit Obizoni abbas cum monachis ſuis, ſe neque velle, neque poſſe contractui & marchionis petitionibus morem gerere, ſine prævia Romani pontificis facultate, cum eſſent petitiones adverſantes juſtitiæ, libertati eccleſiæ, & contra ſacramentum, quod ipſe abbas juraverat, & demum contra juriſdictionem ſuam. Integram paginam poſt Muratorium proferimus in Appendice ex tabulario ejuſdem monaſterii. Hac forte de cauſa per aliquod breve temporis ſpatium marchionis potentia Vangaticienſe monaſterium ſubtractum fuit congregationi Camaldulenſi, ut conqueruntur patres congregati in capitulo Arretino anni ſequentis. Scimus autem ex eodem Muratorio in Antiquitatibus Eſtenſibus [c] hoc ipſo anno Venturam abbatem Pompoſianum inſulam ſuam ſuaque bona ſuppoſuiſſe defenſioni & protectioni ejuſdem Obizonis; progreſ-

LXIV. Obizo marchio Eſtenſis advocatiam cupit obtinere monaſterii Vangaticienſis.

c P. II. pag. 39.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1270.

ſu autem temporis inſulam Pompoſianam & monaſterium adjecta fuiſſe diſtrictui Ferrarienſi. Quare timuerit jure merito Johannes Vangaticienſis abbas, ne ſub colore protectionis aliquando ad jus omnino tranſiret marchionum Eſtenſium monaſterium ſuum, libertatiſque ſuæ omnimodam jacturam faceret.

LXV. Electio abbatis inſulæ Montis-chriſti.

VACANTE monaſterio ſancti Mamiliani inſulæ Montis-chriſti per tranſlationem Orlandi abbatis ad prioratum ſancti Michaelis de Quadrigaria, Johannes prior Camaldulenſis Martinum Majorem eremi in abbatem dicti loci elegit. Actum Viterbii in camera, in qua moratur Octavianus ſanctæ Mariæ in Via-lata diaconus cardinalis, præſentibus inter ceteros Paulo priore ſancti Michaelis de Muriano de Venetiis, & Benedicto priore Planetuli *die* XVI. *maji* hujus anni *indictione* XIII. Quoad Paulum, eumdem ex capellano ſuo conſtituerat priorem ſancti Michaelis de Muriano hoc ipſo anno *die* XXI. *aprilis*, reformari per ipſum cupiens dictum monaſterium. Pauli mentio fit in tabulario ejuſdem loci [a] etiam anno ſequenti.

[a] *Capſ. 66. 16.*

Jacobus abbas ſancti Mercurialis urbis Foro-livienſis tradidit hoc anno [b] Camaldulenſibus terram, ut ſuper ipſam conſtrueretur eccleſia. Plures eccleſias & monaſteria tunc temporis obtinebant intra & extra urbem Foro-livienſem monachi & eremitæ Camaldulenſes. Præter antiquum locum appellatum Camaldulum Foro-livienſe, ſive ſanctam Mariam de Caſale, de quo loco diximus ad annos 1200. 1206. & ſequentibus, eccleſia & parœcia cum adjuncto monaſterio conſurgebat ſub titulo ſancti Johannis in Burgo Ravaldini, de quo ad annum 1258. Inter monaſteria viſitata ab Angelo priore Camaldulenſi anno 1266. recenſetur eremus ſancti Salvatoris de Vico-livienſi fundata anno 1257. ubi & monachos reſediſſe & moniales reperimus; aliud aſceterium nominatur ſanctæ Chriſtinæ. Alia conſtructa fuere a monachis ſive eremitis ſancti Mathiæ de Muriano. Eccleſia tradita hoc anno ab abbate ſancti Mercurialis ad jus tranſiit Camalduli Foro-livienſis, ſive ſanctæ Mariæ de Caſale, nam pro ipſa Jacobus prior Camalduli Foro-livienſis ſolvit anno 1280. duas ceræ libras eidem ſancti Mercurialis monaſterio.

[b] *Lib. Biſcia 7.*

In pagina emphyteutica monaſterii ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia nominantur ad hunc annum fratres ſanctæ Perpetuæ de Faventia, qui ad ordinem ſpectabant canonicorum ſancti Marci de Mantua, quibus libellum conſcripſit Zeno abbas dicti monaſterii.

LXVI. Alia prodigia ad ſepulcrum beati Antonii Peregrini.

AD tumulum beati Antonii Peregrini ſequens miraculum contigiſſe hoc anno refertur in tabulario ſanctimonialium Patavinæ urbis, quæ ſacrum ejus corpus obtinent.

In Dei nomine amen. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo indictione tertia-decima die quarto-decimo exeunte aprili Paduæ in epiſcopali palatio, præſentibus dompno Gerardo & presbytero Petro capellanis domini epiſcopi Paduani, magiſtro Bengnamino, qui fuit de Correta, Deomedie notario de Padua, Grimaldo beccario de Maniſſis, Belloto filio domini Rainaldi Serovegni, magiſtro Zunello medico plagarum, & aliis multis clericis & laicis. Ibique Dominicus filius quondam Aguſti de Baſſiano coram domino Johanne Dei gratia epiſcopo Paduano perhibendo teſtimonium veritatis proteſtatus fuit, & manifeſtum fecit dicto Johanni epiſcopo, quod habuerat fiſtulam unam juxta oculum ejus dexterum per medium annum & plus, nec poterat ab aliquo medico ſanari ſeu liberari. Tandem recepta pœnitentia votum fecit Deo & beato Antonio Peregrino, & venit Paduam ad ſepulcrum beati Antonii Peregrini, & poſuit de terra

ra ſepulturæ beati Antonii Peregrini ſuper fiſtulam, & nihil aliud, & liberatus eſt, & conſolidata eſt fiſtula in tribus diebus, & ſic oſtendit ſe ſanum & liberatum ipſi domino epiſcopo per virtutem Dei, & per merita beati Antonii Peregrini. ANN. CHR. 1270.

Ego Guillielmus de Bonafide ſacri palatii notarius, ut dictus Dominicus manifeſtavit, & dixit atque proteſtatus fuit, de mandato dicti domini epiſcopi ſcripſi & corroboravi.

STATUENDUS eſt circa hunc annum ortus Angeli Gualdenſis, qui poſt ſuſceptas peregrinationes in patriam redux converſi habitum ſuſcepit in monaſterio ſancti Benedicti de Gualdo, inde abbate permittente ſeceſſit in parum remotam ſolitudinem, in qua quadraginta circiter annos vixit, miraculorum gratia & pœnitentiarum auſteritate percelebris. De ipſo altum ſilentium in Actis Antuerpienſibus Sanctorum. Duplicem nacti ſumus ipſius ſancti viri vitam, alteram ex archivo eccleſiæ & conventus ſancti Franciſci de Gualdo, alteram vero exiſtentem in eccleſia ſancti Benedicti pariter de Gualdo. Illa reperitur in quodam codice, qui continet aliquot chronica deſcripta in chartis membranaceis, quorum etiam characteres magnam præferunt antiquitatem, & ibidem deſcribuntur hiſtoriæ & geſta quinquaginta duorum virorum Sanctorum cum pluribus aliis hiſtoriis antiquiſſimis, inter quas legitur *hiſtoria de vero ſervo Dei Angelo ſolitario & incarcerato*, cui titulus alter: *Incipit narratio geſtorum & ſanctæ vitæ & felicis obitus ſancti viri Angeli ſolitarii*: Iſta vero titulum habet *Copia legendæ ſeu hiſtoriæ beati Angeli eremitæ ſolitarii de terra Gualdi*. In hac poſtrema hæc, & primum de ortu & primis actionibus Angeli, antequam religioſum habitum indueceret, proferuntur, quæ in integrum lectoribus tamquam inedita monumenta exhibemus ſuis quæque annis. LXVIII. Ortus beati Angeli Gualdenſis eremitæ, ejuſque primæ actiones.

In oppido Gualdi diœceſis Nucerinæ ducatus Spoletani natale glorioſi confeſſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti beati Angeli monachi & heremitæ, cujus fidelis animæ tranſitus de miſeria vitæ præſentis ad æternam vitam ſolemni ... in eodem oppido annis ſingulis VIII. *kalendas februarii, quæ eſt menſis januarii* XXV. *dies; circa annum Domini Salvatoris humani generis* M. CC. LXX. *in juriſdictione Gualdenſis oppidi, villa, quæ dicitur Caſale, ſita in coſta ſancti Facundini, comitatus Gualdi prædictæ diœceſis, in Italiæ partibus, in confinibus ducatus Spoletani, de legitimo matrimonio ex parentibus labori manuum ſuarum & agriculturæ deditis in tugurio ruſticano natus eſt infans in ſuo baptiſmate Angelus vocatus. Pater ejus Ventura, mater vero Clara vocabantur, qui hunc infantem Angelum nuncupatum domi nutrierunt ad pueritiam, inde ad adoleſcentiam perduxerunt, & ad cuſtodiam ovium applicarunt. Deputatum ſibi officium adoleſcens hic cum puritate & ſimplicitate animi fuit parentibus ubditus diligenter exequebatur. Factum eſt autem, ut quadam die cum mater ejus turbata adverſus illum fuiſſet, eo quod viderat eum portare plus panis in pera, quam neceſſitas exigeret; nam hic puerculus caritati deſerviens conſocios libenter paſcebat, tunc temporis victualium invaleſcente penuria, cujus facti inſcia cum blaſphemaſſet dicens: Domum non rediturus abi; ipſe manſuetus Angelus annos tunc juveniles attingens, fragilitate juvenili potius quam malitia ductus, genitrici ſuæ ſubito & indeliberate reſpondens ait: Ego dum venero, te non reperire queam; quo dicto diſceſſit ab illa, & ut conſueverat, ad oves paſcendas perrexit in agros. Regreſſus autem domum circa Solis occaſum, ut paſtorum mos eſt, reducentium facto ſero ad ovile gregem ſuum, invenit ſuam matrem jam obiiſſe, & data ſepultura. Quo in-*

ANN. CHR. 1270. *felici cognito caſu de obitu ſuæ genitricis dulciſſimæ , cordis tactus dolore triſtitiaque percuſſus immenſa, mortis ejuſdem ſe reum putavit, illam exiſtimans mortem incurriſſe permiſſione divina tam ſubitam propter rudem & irreverentem reſponſionem, quam fecerat illi, quapropter apud Deum ſemetipſum faciens tanti criminis reum, divinamque timens ultionem* &c. receſſit e domo paterna, ut peregrinationibus operam daret, quod alio in loco narrabimus.

In altera vita ex codice ſancti Franciſci , nomen matris Angeli dicitur Origaliſtra, cujus etiam repentinus obitus tacetur. Ut vero etiam hanc ſecundam Angeli vitam publici juris faciamus, en quid ſcribat ipſius auctor. *Fidelis & verus ſervus Dei frater Angelus ſolitarius in villa parochiæ ſancti Facundini diſtrictus Gualdi extitit oriundus ex fidelibus & juſtis parentibus progenitus. Pater ejus Ventura nomine , & mater ejus Origaliſtra vocata hunc filium Deo, & Sanctis & hominibus gratioſum genuerunt. Hic ipſe agricultor Ventura vere felix dupliciter extitit , quia juxta Dei mandatum operando terram cum labore & ſudore vultus ſui veſcebatur pane ſuo, & pauperibus libenter eleemoſynas miniſtrabat , ab omni offenſa Dei & proximi ſe cuſtodiens, & ſic ſanctum filium habuit , qui & vitam patris ad tempus ſecutus eſt, terram excolendo cum labore , & poſtea cœleſtem Patrem Deum creatorem ſuum venerando cum timore . Natus igitur puer Angelus, & ſacro baptiſmate renatus in Chriſto, quædam in eo ſigna gratiæ Divinæ apparere ceperunt, qui benignæ naturæ erat, & manſuetus & innocens, & vera pietate pauperibus condeſcendens . Nam & ab infantia ſua crevit cum eo miſericordia, & vera in eo caritas refulſit. Sæpius, cum a matre ſua panem & cibos accepit , occulte pauperibus erogabat , & ab ore proprio pluries alimenta retrahens, indigentibus occurrentibus dabat. Mater vero ejus per aliquod temporis ſpatium ei condeſcendit, nec ſibi moleſta fuit , ſed poſtea videns filium ſuum large & ſæpius panem & alia pauperibus diſtribuere, timens, ne diſſiparet totam ſubſtantiam, & matris & familiæ querimonia expaveſcens filium ab eleemoſynis reſtringere volebat , & ne panes acciperet , minis & blanditiis prohibebat ; ſed filius ejus Angelus amans Chriſtum pluſquam patrem & matrem, ut dignus eſſet ſervus Dei, Spiritum-ſanctum ſibi a Deo infuſum non repulit, ſed ſicut ei ſanctus Spiritus ſuggerebat, Dei voluntate, operibus bonis implebat , & quia amor Dei nunquam eſt otioſus, quia magna operatur bona , ſi poteſt, & ſi non poteſt opere, perficit hæc bona voluntate & deſiderio , ... ſanctus juvenis Angelus a vitiis juvenum elongatus, & jam Dei gratia illuſtratus , quod non poterat opere , implebat ſancta voluntate , qua ſub poteſtate patris & matris ligatus libere non poterat fervorem ſancti Spiritus ſibi dati exercere, Tamen quadam die excitato in eo Spiritus fervore peram arripuit panes accipiens, ut pauperibus & infirmis portaret , & mater ejus occurrens dum manibus panes defenderet , filius ejus Angelus viribus prævalens patienter ipſam repulit, & panes plurimos accipiens pauperibus & infirmis portavit. Hoc autem vir Dei Angelus ſæpius & præcipue in diebus feſtivis faciebat; nam aliis diebus ad culturam occupatum laboribus corpus domabat, & nunquam otioſus panem comedebat , ſed in ſudore vultus ſui veſcebatur pane ſuo, & Deo gratias referebat* &c.

Ad hunc annum refertur obitus beati Euſebii Strigonienſis inſtitutoris ordinis monachorum Paulinorum ſive ſancti Pauli eremitæ, de quo plura diximus ad annum 1214.

ANNA-

ANNALES
CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-TERTIUS.

Ab anno CHRISTI M. CC. LXXI. *ad annum* M. CC. LXXX.

ANN. CHR. 1271.

I. Series priorum Camaldulenſium hujus temporis Jacobus II. electus prior.

POSTREMA acta ſignata nomine Johannis præſidis generalis Camaldulenſis reperiuntur ad menſes auguſtum & ſeptembrem hujus anni. *Vigeſima-ſecunda auguſti indictione* XIV. ſcripſit vicario cleri & capituli Veronenſis has literas: *Intelleximus, quod Andreas noſter prior ſanctæ Mariæ Camalduli de Verona per abbatem de Vangaticia temere de ſuo monaſterio fuerit ſpoliatus, quod graviter nimium ferimus, licet fortaſſe ipſe abbas aſſerat ſe potuiſſe hoc facere cauſa noſtri vicariatus, quod omnino penitus denegamus, cum ipſum abbatem anno fere elapſo vicariatu prædicto privaverimus, de qua privatione jam certior factus eſt; & licet ſibi ſcripſerimus, quod priorem hujuſmodi noſtris literis revocaret, noluit tamen nobis obedire. Igitur diſcretionem veſtram precamur propenſius, quatenus omnes abbatis præfati fautores tamquam invaſores habere dignemini pro excommunicatis, faventes in hac parte domno Andreæ priori. Datum apud Fontem-bonum* [a]; mandavitque Nicolao presbytero ejuſdem Veronenſis Camalduli, ut hujuſmodi literas in conſpectum exhiberet præfati vicarii capitularis, qui appellatur in ea commiſſione Marcius de Marciis canonicus & vicarius capituli majoris eccleſiæ Veronenſis. *Die* pariter *ſexta ſeptembris indictione* XIV. manu Bonaventuræ notarii libellum emptionis bonorum in caſtro Soci conſcripſit. Eodem tamen menſe regimini congregationis ceſſit. Prælati itaque Camaldulenſes in unum coeuntes ad electionem novi prioris convenerunt in templum ſancti Michaelis de Arretio, elegeruntque communibus ſuffragiis in priorem generalem Jacobum ejuſdem loci monachum die penultima ſeptembris, qui proinde ſecundus erit hujus nominis. Confuſiſſima eſt apud Fortunium ſeries Camaldulenſium priorum ad hæc tempora; nam poſt Martinum III. anno 1259. ad beatas ſedes tranſeuntem, Jacobum I. dictum etiam Pœnitentiarum non agnoſcens, immediatum Martini ſucceſſorem facit Maſſarium. Rurſus poſt Maſſarium Angelum priorem conſtituit, Bartholomæo extra ordi-

a Num. 403.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1271.

ordinem poſito. Angelo ſuffectum ſcribit Johannem de Piſis, quo ſublato Bonifacium quemdam comminiſcitur vigeſimum-quartum priorem poſt ſanctum Romualdum, qui ſtatim fere, ait, mortem oppetiit. Bartholomæum autem priorem ſancti Salvatoris de Florentia Bonifacio ſucceſſorem datum affirmat, Bartholomæo vero Jacobum. Quæ ſeries ad ſummum vitiata ex dictis & ex chartis autographis ita eſt emendanda.

Martino III. anno 1259. ſucceſſit Jacobus I. Pœnitentiarius dictus, ad biennium.

Jacobo I. anno 1261. Maſſarius abbas Uranenſis, illo dignitati nuntium remittente, ad alterum biennium.

Maſſario defuncto anno 1263. Bartholomæus prior Camalduli Florentini.

Bartholomæo anno 1266. Angelus.

Angelo anno 1268. Johannes de Piſis.

Demum Johannis locum hoc anno 1271. replevit Jacobus de Arretio, ſecundus hujus nominis.

Johannem de Piſis non per obitum, ſed vel ſponte, vel coacte officium prioratus dimiſiſſe liquet ex pagina tabularii Fontis-boni, qua idem anno 1273. electus dicitur ad prioratum Planetuli. Bonifacius autem omnino e ſyllabo priorum Camaldulenſium eſt expungendus, cujus nec acta, nec nomen leguntur in tabulario dicti loci, neque alibi.

II. Capitulum generale Camaldulenſium in urbe Arretina, & decreta.

IPSA die electionis Jacobi in præſidem generalem celebratum eſt in eadem ſancti Michaelis de Arretio eccleſia capitulum generale congregationis; in quo præ ceteris ſtatutum fuit, ut ſtatim ac papa fuerit conſecratus, prior Camaldulenſis nuntium ſeu procuratorem inſtitueret, qui apud Romanum pontificem daret operam, quatenus ordini Camaldulenſi reſtituerentur monaſteria violenter ſubtracta, nimirum ſancti Savini territorii Piſani, Vangaticienſe alterum, tertium ſancti Michaelis de caſtro Brittotorum prope Bononiam, & hoſpitale ſancti Lazari de Cluſis Camerinenſis diœceſis. Poſt mortem Clementis papæ IV. quæ contigerat die XXX. novembris anni 1268. vacaverat eccleſia Romana fere per triennium uſque ad diem primam ſeptembris præſentis anni, qua die facto compromiſſo a ceteris cardinalibus in ſex eorum, electus fuerat in Romanum antiſtitem Tebaldus ſive Tedaldus archidiaconus Leodienſis, Placentinus patria, qui eo temporis in Chriſtianitatis auxilium commorabatur in Ptolemaide urbe Syriæ, & anno dumtaxat ſequenti Gregorii X. nomine ſibi impoſito Romam venit, ubi coronatus fuit ſexto kalendas aprilis. Quare patres capituli Arretini decrevere, ut ſtatim ac papa novus fuiſſe conſecrationis gratia inſignitus, ſupplices libelli ipſi exhiberentur pro impetranda reſtitutione præfatorum monaſteriorum. Cœnobium ſancti Savini ſe ſubtraxerat ab obedientia prioris Camaldulenſis, quia vigore bullæ Alexandri IV. datæ anno 1259. exiſtimabant monachi San-ſavinates licere ſibi abbatem proprium eligere, nulla attenta prioris Camaldulenſis confirmatione, ſeque apoſtolicæ dumtaxat ſedi obnoxios arbitrabantur. Conjecturam noſtram aperuimus anno præcedenti, quo ad Vangaticienſe monaſterium, quod in ſervitutem redigere tentabant marchiones Eſtenſes. Cœnobium ſancti Michaelis de caſtro Brittorum Camaldulenſibus ereptum fuerat per vim ab equitibus Gaudentibus ſive ordinis Militiæ beatæ Mariæ, qui ordo tunc Bononiæ florebat, & inſtitutus fuerat in eadem urbe anno 1261. Conqueſtus fuerat ſtatim, ſcilicet ante novennium, Maſſarius prior Camaldulenſis, ſequenteſque dederat anno 1262. poteſtati & antianis Bononienſibus literas, quas ex chartophylacio Fontis-boni ſubjungimus:

Ma-

Magnificis & potentibus viris domino poteſtati & antianis civitatis Bononiæ frater Maſſarius peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus, ſalutem, & orationes in Domino Jeſu-chriſto. Intelleximus nuper, quod frater Lotherengus cum ſuis confratribus monaſterium noſtrum de caſtro Brittorum tacita veritate per falſi ſubreptionem noviter, ut dicitur, impetravit, aſſerens præfatum monaſterium fore conlapſum, ſuppreſſo quod ad Romanam eccleſiam, ſicut & totus Camaldulenſis ordo, immediate pertineat, & gaudeat privilegio exemptionis & pleniſſimæ libertatis. Cum itaque veſtrum ſit, qui judicatis terram, amare juſtitiam & diligere æquitatem, magnificentiam veſtram humilibus precibus exoramus, ut Divinæ intuitu pietatis nos lædi tam nequiter non ſinatis, manutenendo nos in libertate, quam nobis privilegia Romanorum pontificum largiuntur, & in qua nos veſtri progenitores a tempore, cujus memoria non exiſtit, manutenuerunt viriliter & prudenter, veſtrum auxilium & favorem abbati monaſterii prælibati taliter exhibentes, quod ſibi nulla violentia inferatur, nec inde ſcandala vel ſchiſmata oriantur. ANN. CHR. 1271.

Exhibitæ fuere Maſſarii literæ apertæ Andreæ Zeno poteſtati Bononienſi per Lazarum monachum dicti monaſterii ſancti Michaelis in porticu palatii novi communis Bononiæ, in præſentia Rolandini de Romanziis doctoris legum, Guittefredi de Achariſiis, Codeghæ de Codeghellis, Chigeſii, & Hieremiæ de Malavoltis. Sed equitum Gaudentium potentia & præſertim Lotherengi de Andalò præcipui hujus ordinis inſtitutoris ſemel ſubtractum monaſterium ſancti Michaelis ad congregationem Camaldulenſem revocare incaſſum curarunt generales præſides, ut ex litibus habitis anno 1276. compertum faciemus.

Demum hoſpitale ſancti Lazari de Cluſis Camerinenſis diœceſis fundatum erat prope planitiem, ubi quondam exurgebat urbs Tuſicana prope caſtrum Albacinæ. Nunc in commendam abiit nobiliſſimæ militaris religionis ſanctorum Mauritii & Lazari; antiquitus autem ipſius hoſpitalis peculiarem protectionem ſervabat commune Fabrianenſe, ut eruitur ex Statuti ejuſdem loci capite VIII. libri primi, quod affert in ſuis adnotationibus Philippus Montani Senogallienſis epiſcopi vices gerens. Anno 1398. hoſpitale hocce regebatur a priore Antonio Johannis Antonii de Mathelica, qui appellatur providus, religioſus & honeſtus vir prior, rector & gubernator eccleſiæ ſancti Lazari & hoſpitalis de Cluſis caſtri Albacinæ diſtrictus Fabriani Camerinenſis diœceſis.

Iu præſato capitulo Arretino *die ſecunda intrantis menſis octobris* idem Jacobus eremi prior de conſenſu ceterorum definitorum dedit & donavit Sinibaldo de Labro Reatinæ diœceſis, capellano & camerario Octaviani Ubaldinii cardinalis ſanctæ Mariæ in Via-lata, & protectoris ordinis Camaldulenſis omnia jura, quæ congregatio habebat in ſuperius nominatum ſancti Michaelis de caſtro Brittorum monaſterium, ut ipſe auctoritate ſua, & cardinalis potentia & patrocinio tueretur, locumque congregationi recuperare ſatageret, eodem modo quo Alberto conſobrino ejuſdem cardinalis anno 1258. Martinus III. prior commendaverat monaſterium Camalduli Bononienſis, quod poſtea factus epiſcopus Volaterranus Albertus reſtituerat anno 1265. per manum dicti Sinibaldi Bartholomæo priori.

Decreta quoque eſt in eodem capitulo obſervatio conſtitutionum, quas recens fecerat pro bono regimine congregationis idem cardinalis. Inſtitutum pariter fuit feſtum ſancti Bernardi Claræ-vallenſis abbatis celebrandum duodecim lectionibus, ac ponendum in kalendario Camaldulenſi, ſcribendumque in Conſuetudine inter feſta peragenda infra aſſumptionem beatæ

Ann. Chr. 1271.

beatæ virginis Mariæ ad diem vigeſimam auguſti. Impoſitæ fuere præterea tres Miſſæ dicendæ a quolibet ſacerdote, prima pro domino papa & pro felici ſtatu univerſalis eccleſiæ, altera celebranda pro Octaviano cardinale protectore, & tertia pro benefactoribus. Firmata demum fuere decreta capituli per ſcribam dicti cardinalis in urbe Viterbienſi *undecimo kalendas novembris* hujus anni *indictione* XIV. Sed integra capituli Arretini acta legi poſſunt in Appendice.

Hæc porro ſpecialiter in præfatis Octaviani cardinalis conſtitutionibus præſcribuntur: Ut capitulum generale, quod eatenus quolibet triennio celebrabatur, deinceps quolibet anno congregaretur, remotis omnino particularibus capitulis, quæ duobus annis mediis habebantur. Definitorum capituli electionis modus ſtatuitur; modus quoque correctionis prioris generalis. Incluſi eremitæ omni die Dominico ſacroſanctum Chriſti corpus tenebantur ſuſcipere. Iis, qui ſe gravatos crederent, poſt auditam prioris generalis & definitorum ſententiam recurſus permittebatur ad cardinalem protectorem. Nullus viſitator ordinis poterat præfici in abbatem illius monaſterii, quod eo anno viſitaverat, ſi contigiſſet prælatum dicti monaſterii ſupremum diem obire. Monachus providus & diſcretus præſcribitur, ducendus a priore generali tempore viſitationum, qui ejus ſecretarius ſit, ſimulque conſiliarius; ad ipſum ſpectabat, præter conſilia, viſitationum acta in ſcripta redigere; ſed ſi forte ſcribere neſciebat, (intellige concinne) id officii committebatur ſcriptori prioris. Quas conſtitutiones quindecim numero publice promulgavit idem cardinalis *undecimo kalendas octobris* in ſuo palatio ſancti Sixti de Viterbio, ſcriptas & in publicam formam redactas a Petro Viterbienſe notario, ſuoque ſigillo munitas, mandans, ut eæ obſervandæ proponerentur in capitulo generali, quod habendum erat eodem menſe deſinente in urbe Arretina, ut mox vidimus.

Bonus abbas ſancti Petri in Campo, qui ſex annorum curriculo laudabiliter monaſterium illud rexerat, paulo ante capitulum Arretinum depoſitus, & honore ac regimine privatus fuerat ab Uberto viſitatore ordinis, ſine tamen ſpeciali prioris generalis mandato; atque laicorum potentia ſuffectus fuerat in ejus locum Donatus. Verum comperta Boni innocentia, declaratum fuit in præfato capitulo injuſte fuiſſe ipſum a regimine remotum, demandataque eſt cauſæ cognitio prius Sinibaldo de Labro camerario cardinalis Octaviani, inde noviter electo priori generali Jacobo, qui poſtremus die vigeſima-quinta octobris pronuntiavit irritam electionem Donati, Bonumque priſtino gradui & adminiſtrationi in integrum reſtituit.

Ann. Chr. 1272.

III. Teſtamentum Creſcentii pro monaſter. S. Gregorii de Urbe.

CRESCENTIUS domini Leonis Johannis judicis filius Romanus teſtamentariis tabulis ſuis ante biennium reliquerat monaſterio ſancti Gregorii de Urbe poſſeſſionem ſuam cum turre & clauſtro, quam habebat in Gualdora, & quam olim in locationem acceperat ab abbate ejuſdem cœnobii, dummodo libras quadringentas Proviſinorum Senatus monaſterium Gregorianum numeraret executoribus teſtamenti ſui, qui erant præceptor hoſpitalis ſancti Spiritus de Urbe, frater Adinulphus de Ponticello ordinis fratrum Minorum, vel cuſtos ejus conventus Minoritici, ſi Adinulphus non viveret, aut non eſſet in Urbe, & prior eccleſiæ ſanctæ Sabinæ de ordine Prædicatorum. Ad eumdem annum Cl. Nerinius in hiſtoria baſilicæ & monaſterii ſanctorum Bonifacii & Alexii de Urbe affert alteras tabulas ejuſdem Creſcentii, quibus reliquit monachis Alexianis vallem appellatam Johannis judicis & centum ſolidos Proviſinorum

pro

pro ſubtractis & male ablatis , cum determinatione eorumdem executorum, ubi etiam adootat Bernardum tuoc fuiſſe hoſpitalis ſancti Spiritus præceptorem, priorem vero conventus ſanctæ Sabinæ fratrem Jacobum Bovacennum. Scriptum fuit teſtamentum ſuperius *anno* M. CC. LXXI. *indictione tertia-decima die ultimo menſis ſeptembris apoſtolica ſede paſtore vacante*; quare ipſum pertinet ad annum M. CC. LXX. Romanum, uſurpatuſque fuit in eo aonus Piſanus, præſertim cum indictio ad eum annum ſpectaret, & inſuper vacua Romani pontificis ſedes. Anno enim M. CC. LXXI. die ultimo ſeptembris tum indictio erat quarta-decima, tum a menſe jam electus fuerat in Romanum pontificem Gregorius X. ut anno antecedenti prænotavimus. *Anno* itaque præſenti M. CC. LXXII. *indictione quinta-decima menſis januarii die quarta* Jacobus, appellatus de Bubacianis io pagina ooſtra Gregoriana, & prior conventus Prædicatorum de Urbe, Adioulphus ordinis Minorum, & frater Johannes de Florentia procurator religioſi viri fratris Bernardi præceptoris hoſpitalis ſancti Spiritus de Urbe in Saxia executores voluotatis præfati Creſcentii conceſſerunt Gregorio abbati ſancti Gregorii prædictum caſale cum turri, clauſtro, terris &c. poſitis extra portam ſancti Pauli in loco dicto Gualdora & Montorio, ſolutis ab abbate quadringeotis libris Proviſinorum, quas mutuo receperat a domino Oddone Frajapane de Gradellis. ANN. CHR. 1272.

IV. Bonus fit prior Camaldulenſis.

PETRUS Campius [a] io hiſtoria Placentina refert ad hunc annum „ Camaldulenſes patres nuncios miſiſſe ad Gregorium X. Romanum pontificem, qui referrent damoa congregationi illata a præterito priore „ geoerali, qui fuerat Johannes de Piſis; Romanum autem pontificem „ ſtatuiſſe Octavianum Ubaldinium cardinalem in protectorem ordinis, „ & in præſidem capituli generalis, quod fieri debebat in urbe Arreti- „ na. " Capitulum hocce congregatum fuit, ut diximus, anno antecedenti, & ab ipſo electi fuere procuratores ſeu nuncii, qui Romano pontifici, poſtquam conſecratus fuiſſet, referreot miſerandum congregationis & monaſteriorum ſtatum. Neque ipſe Gregorius Octaviaoum cardinalem Camaldulenſibus protectorem dedit, quippe qui a pluribus annis eo officio jam fungebatur ſub anteceſſoribus Romanis pontificibus, ſed facile ipſi protectionis munus confirmavit.

[a] T. II. pag. 250.

Breviſſimum fuit tempus regiminis Jacobi de Arretio II. hujus nominis prioris generalis Camaldulenſis. In necrologio Vangaticienſi ipſius obitus adnotatur ad diem XII. kalendas auguſti. In eodem necrologio ad diem III. idus decembris refertur alter obitus Jacobi prioris. Verum cum duo fuerint hujus nominis priores Camaldulenſes, pœnitentiarius nimirum, & alter de Arretio, ad uoum una dies, ad alterum altera ſpectabit. Pœniteotiarius, qui officium dimiſerat, adhuc in vivis erat, & in pagina etiam anni 1274. ſigoatus reperitur. Die tertia ſeptembris coacto patrum cœtu in monaſterio Fontis-boni electus fuit in locum Jacobi Bonus, quem Senenſem & priorem monaſterii ſancti Vigilii, inde etiam Majorem eremi facit Fortunius. Ea ipſa die [b] Maurus abbas Berardingorum in ipſius manus, & in præſentia ceterorum definitorum juravit ſe non alienaturum bona monaſterii ſui. Die 28. octobris idem Bonus elegit in priorem Camalduli Bonooiæ Raynerium procuratorem ordinis. Ipſius Raynerii mentio fit in pagina [c] Petri de Monte-bruno camerarii Clementis IV. & Gregorii X., qua ex Laterano anno primo Gregorii X. die ſexta maji faſſus eſt ſe recepiſſe per manus ejuſdem tamquam procuratoris ordinis Camaldulenſis tres uncias auri pro cenſu trium annorum. Raynerium memoravimus eodem munere fungentem ad annum 1262.

[b] §. Obedientia 29. A. 3. 28.

[c] §. Finis 3. A. 3. 26.

ANN. CHR. 1272.

1262. Anne ad ipſum referenda epiſtola per hæc tempora ſcripta a Guittone Arretino, quæ numero eſt tv. in qua Raynerium bonitate celebrem prædicat? Vigeſima-prima novembris die Bonus [a] elegit in priorem eremi de Vivo Alexium, amoto vel defuncto facile Ventura, qui plurium turbarum per multos annos fuerat auctor.

a §. Electio 133. A. 3. 38.

V. Chartæ Adelmenſes, Faventinæ, Porcilienſes, Trivienſes.

MATTHÆUS abbas Adelmenſis territorii Volaterrani creavit in rectorem eccleſiæ ſancti Mariani, ad honorem etiam patronorum ejuſdem eccleſiæ, Gerium canonicum plebis ſancti Johannis de Monte-ſani. Actum in caſtro ejus nominis. Inter teſtes aderat Albertus rector eccleſiæ ſancti Andreæ de Petra, quæ etiam ipſa ſubjecta erat monaſterio Adelmenſi.

Alteram electionem rectoris ſanctæ Mariæ de Antignana factam a Zenone abbate ſancti Hippolyti de Faventia; ſimilemque eccleſiæ ſancti Michaelis de Trebana factam anno ſequenti ab eodem abbate exhibet tabularium dicti loci. Petrum vero Empurienſem confirmatum abbatem ſancti Savini Piſarum a Gregorio X. Romano pontifice profert regeſtum Vaticanum anni I. ejuſdem Gregorii epiſtola 94. Electus is fuit in locum Savini.

Caſtellanus erat adhuc prior monaſterii Porcilienſis extra urbem Patavinam, cui & Guidoni ac Unaldo monachis ejus cœnobii præſenti anno terras poſitas prope Campum-longum-majorem in loco dicto Braida ſancti Viti tradidit Leonardus prior eccleſiæ & monaſterii ſancti Clementis de Venetiis ex tabulario [b] ſancti Michaelis de Muriano.

b Capſ. 41. 24.

Subjectum erat abbatiæ Trivienſi hoſpitale dictum Ramcanbroſii, cujus mentio ſub hoc anno habetur in pagina chartarii ſancti Nicolai de Burgo-ſancti-ſepulcri, cui modo unita eſt abbatia Trivienſis; ſcilicet in charta compoſitionis dominæ Blanciæ uxoris olim Orlandi de Bulciano cum Orlando de Chiuſe & Raynerio de Griſaria tunc temporis tutoribus Orlanducii, Adalaſciæ & Iſettæ filiorum & hæredum Orlandi de Bulciano &c. *Actum ſubtus hoſpitale Ramcanbroſii prope Tiberim per Albertum olim Alberti de plebe ſancti Stephani anno* M. CC. LXXII. *indictione* XV. *tempore Gregorii papæ, nemine imperante, die* XXI. *menſis februarii intrantis*. Orlandi de Chiuſe ſequens monumentum extat in tabulario altero abbatiæ noſtræ ſanctæ Mariæ de Balneo ad annum 1274. „ Die nona „ julii indictione ſecunda Orlandus de Catanis quondam domini Orlandi „ comes de Cluſio, & Cungius & Bandinus & Guillielmus fratres & „ filii quondam domini Orlandi approbaverunt donationem factam a pa„ tre ſuo Orlando de monte Alverniæ, & inſuper dono dederunt reli„ quias, nempe pateram ligneam, cyathum, in quo biberat ſanctus pa„ ter Franciſcus, & corrigiam patris ſui Orlandi, *quam ipſe pater Fran„ ciſcus benedixerat*. “ Orlando a Cluſio inſcribitur epiſtola, quæ numero eſt XXI. Guittonis Arretini poetæ & equitis, qui, ut pluries diximus, per hæc tempora florebat.

VI. Vita beati Thomaſii de Coſtacciario illuſtris eremitæ.

DE inſigni eremitarum magiſtro, & ſanctiſſimo viro Thoma ſeu Thomaſio de Coſtacciario primum ſub hoc anno ſe offert ſcribendi occaſio, qua geſta vitæ ipſius & mirabiliora facta ab oculos ponimus, quandoquidem præter pauca, alia chronicis notis carent. „ Is, cum ante bien„ nium Sitrienſe monaſterium fuiſſet ingreſſus, relicto cœnobio ſe contu„ lit præſenti anno in denſam, obſcuramque ſilvam, appellatam ſancti „ Hieronymi, ubi ſexaginta quinque annis ſolitariam vitam, quam du„ xit, feliciſſimo exitu complevit. “ Hæc ex Ractio noſtro Bollandiſtæ ad diem XXV. martii. Silva ſancti Hieronymi occupat latus unum aſperrimum montis Cucchi, in quo poſtremis his ſeculis Coronenſes eremi-

tæ

tæ noſtri lauram ſibi ædificarunt, tribus aut quatuor milliaribus a Coſtacciario diſtantem. Jacobillius [a] biennium prævenit receſſum Thomæ in monaſterium Sitrienſe, nimirum ad annum 1268. ſub Tranſmundo abbate. De Thomaſio nihil egit in hiſtoria ſua Camaldulenſi Fortunius, utpote qui, teſte eodem Ractio, vitam ipſius nactus non fuit, niſi poſt editas primam & ſecundam partem hiſtoriarum ſuarum; verum cum poſtremis vitæ ſuæ annis tranſmiſſam ad ſe recepiſſet narrationem veterem miraculorum ipſius Beati latine ſcriptam & ab auctore fere ſuppari, ſtatuerat vitam fuſiorem ex traditionibus quoque loci conſarcinare, ſed morte præventus opus imperfectum reliquit. Quare Ractius ab amicis exoratus, ut vitam Thomaſii poſteris traderet, eam italico idiomate edidit, ac inſeruit operi ſuo, quod continet vitas Sanctorum & Beatorum Camaldulenſium. Nos ipſam ex italico exemplari Ractii iterum latinam reddimus poſt eoſdem Actorum Sanctorum continuatores, quæ per compendium eſt hujuſmodi: „ Cum natus eſſet beatus Thomaſius genitoribus ſatis honeſtis in territorio Coſtacciarii, quod caſtrum eſt in Umbria ſitum, diœceſis Eugubinæ, in villa dicta Coſta duobus milliaribus diſſita ab eodem caſtro, a primis pueritiæ ſuæ annis in ſanctioris vitæ hominem ſe evaſurum portendit. Nihili enim faciens res, ludoſque ejus ætatis proprios, non delectabatur commorari niſi in eccleſiis, ubi divina officia audiebat, & ante Virginis vel Sanctorum imagines proſtratus preces ſuas Domino effundebat. Et hoc non ſolum conſuetis horis in eccleſia peragebat, ſed frequentius diu noctuque in propria domo. Divino ſacrificio maxima cordis & corporis reverentia intererat, ſacris concionibus attentiſſimus fructum percipere totis niſibus cupiebat, ſciens beatos eos, qui non tantum audiunt verbum Dei, ſed etiam cuſtodiunt & effectu conſervant. Quæ indicia pietatis cum in puero agnoſceret pater, videns illi gratius nil obvenire, quam ſacras eccleſias, monaſteria & loca pia inviſere, ſatagebat majorem in modum ipſius devotioni obſecundare. Cum itaque Thomaſium aliquando duxiſſet ad eremum Sitriæ fundatam a magno parente Romualdo, & in qua etiam tunc temporis arduum vitæ genus exercebatur, licet hodie in abbatiam commendatam devenerit, placuit admodum ipſi converſatio eorum monachorum. Ab iis cum intellexiſſet magis magiſque votis ſuis placitam futuram eremum Camalduli in Etruria, accenſus eſt ferventiori deſiderio eam inviſendi, & cum ad ipſam properaſſet, loci ſolitudine captus manere ibidem conſtituerat, verum vel qnia Sitrienſe monaſterium propius erat domui paternæ, vel alia de cauſa, in patriam remeavit, ubi amicorum patris ope, attenta quoque ipſius optima indole & voluntate, exceptus fuit in Sitriæ cœnobium, & poſt annuam probationem juxta regulam indutus Camaldulenſi habitu. Cum aliquantulum temporis ibidem moras traxiſſet, incenſus deſiderio arctioris magiſque ſolitariæ vitæ, ut plerique actitabant per hæc tempora, & aliquando fecerat etiam ipſe ſanctus fundator Romualdus, obtenta licentia a patribus monaſterii, eodem habitu, quo indutus erat, diſceſſit ab ipſis, & ſpiritu Dei ductus ſe recepit hoc anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo in aſperiorem locum deſertum, & ubi denſior erat & obſcurior ſilva in alpeſtri monte appellato Cucco, ideſt in loco tunc & deinceps dicto ſpelunca ſancti Hieronymi. Cum itaque in ea ſe abdidiſſet Thomaſius, confidens in divino auxilio, & ſub patrocinio divi Hieronymi, tali & tam ferventi ſpiritu æmulatus fuit ſancti viri macerationes carniſque caſtigationes, ut tamquam alterum pœniten-

ANN. CHR. 1272.

[a] T. III. pag. 365.

Ann. Chr. 1272.

„ nitentiæ & ſolitudinis ſpeculum omnibus admirationi foret. Sed ſi ex
„ effectibus non liceret cognoſcere cauſas, laterent beati Thomaſii pene
„ omnes res geſtæ in tam aſpero loco, ferarum potius domicilio. Verum
„ ea, quæ contigere circa finem vitæ ipſius, & plura ac inſignia mira-
„ cula, quæ ejus meritis operatus eſt Dominus, præter alia, quæ jam
„ ſunt explorata, clare demonſtrant, qualis ſpatio tot annorum fuerit
„ ſancti viri vita. Quod ſpectat ad cibum Thomaſii, conſumpto pane,
„ quem ſecum e monaſterio attulerat, cum aliunde victum non mendi-
„ caret, pro comperto habetur, quod veſci ſolitus fuerit herbarum ra-
„ dicibus & fructibus ſilveſtribus, potus autem ipſius fuerit aqua fontium
„ ibidem ſcaturientium; ita etiam induerit ſemper cilicium illud, quod
„ ex cœnobio detulit, vel pelles animalium. Lectus fuit ei nuda tellus,
„ & ſaxum pro cervicali intra eam ſpeluncam, quæ ad hodiernam diem
„ nomen ſervat beati Thomaſii. Exemplo incluſorum eremitarum moro-
„ ſe pſalterium quotidie decantabat, nullum corpori ſuo commodum con-
„ cedebat, & mente ſemper intentus in cœlum humana omnia parvipen-
„ debat.

„ Cum itaque commorans in dicta ſpelunca hominibus ignotus, ſed
„ notus Jeſu-Chriſto, abſtineotiis, vigiliis & duriſſima vita pene eſſet
„ conſumptus, placuit Deo abſconditam lucernam ſuper candelabrum po-
„ nere, notumque facere mundo ipſius ſplendorem. Quod ita contigit.
„ Quadam die e ſuo tugurio exiit in lucem, & per ſilvam incedens
„ quæſiturus ſibi neceſſaria ad victum, agnitus fuit a quibuſdam paſtori-
„ bus, qui rem viſam ad invicem narrantes & propalantes vicinorum
„ locorum incolis, paulatim ipſius famam diffundere per regiones illas,
„ ita ut multitudo maxima ibidem confluεret, beatumque ſe judicaret
„ quicumque ad ipſum accedere poſſet, & audiret ejus hortamenta. Nec
„ defuerunt, qui cum eum pœnitentiis exhauſtum viderent, non ei aſ-
„ ferrent res comeſtibiles, quibus reficeret corpus ſuum. Sed ipſe pau-
„ peribus compatiens, quæ ſibi afferebantur, inter eos diſtribuebat. In-
„ ſuper præter eleemoſynas, cum ad ipſum adventarent homines variis
„ infirmitatibus oppreſſi, orationum ſuarum opem & liberationem a ma-
„ lis præſtabat, itaut brevi tempore per omnem regionem ſparſa fuerit
„ ipſius fama, beatum nimirum eremitam deſtinatum a Deo eſſe benefa-
„ ctorem univerſalem egentium, pauperum & infirmorum.

„ Ut vero aliqua de iis memoremus, ex depoſitione virorum fide di-
„ gnorum, qui rei adſtiterunt, exploratum eſt aliquot ſacerdotes die ſan-
„ cto Hieronymo dicata aliquando viſitaſſe locum illum religionis gratia,
„ & ad Thomaſium acceſſiſſe, ut ſacrum in eo oratorio facerent; ſed
„ deficiebat vinum ad myſterii celebrationem; quare de peragenda ſacra
„ liturgia in loco ab hominum habitatione remoto ſpes omnis abjecta
„ erat. Quod cum intellexiſſet Thomaſius, confidens in Dei omnipoten-
„ tia, qui aquam in vinum convertit ad nuptias Canæ Galileæ, & ple-
„ nus fide præcepit Peciæ miniſtro ſuo, ut impleret binas ampullas aqua
„ ciſternæ, quæ haud procul effoſſa fuerat ad uſum paſtorum & popu-
„ lorum, qui freqoentes ad ipſum concurrebant; quarum ampullarum
„ cum alteram ſiniſtra manu extuliſſet, facto ſuper eam ſigno Crucis dex-
„ tera, convertit aqoam in optimum vinum; ſed præcepit miniſtro Pe-
„ ciæ, ne cui mortalium rem miram notam faceret, atque ita celebra-
„ tæ fuere Miſſæ a ſacerdotibus, qui ignorarunt, unde-nam contra eorum
„ ſpem allatum fuiſſet vinum.

„ Mulier Sanctina appellata, valdeque affecta ſancto viro, cum filium

„ ha-

„ haberet Sanctinum æque nominatum, ſed a nativitate fractura inteſtinorum laborantem, ipſum detulit ad beatum eremitam, plena fide eumdem ejus precibus commendans. Mulieris fiduciam ſanctus vir agnoſcens, tangens filium, ſignumque Crucis formans, & Deum invocans ac ſanctum Hieronymum, ſanum reddidit matri ſuæ. Poſtea vero cum eadem mulier alterum filium haberet morbo comitiali ſæpe correptum, reverſa ad ſanctum virum, & ex prioris prodigii declaratione in fide magis confirmata, ipſum exoravit, ut huic quoque ſalutem corporis reſtitueret; qui vix Thomaſii benedictione percepta liber & ſanus genitrici ovanti redditus fuit.

„ Diffuſa ubique fama harum & plurium curationum, quas Deus per ſervum ſuum Thomaſium patrabat, mulier vocata Nanna Butii a Rancara comitatus Eugubii, filium ſuum eumdem iliorum morbum patientem ad ipſius ſpeluncam deduxit, quem inter brachia comprehenſum & tactum dedit matri dicens: Spera in Domino, & filium tuum defer ad altare ſancti Hieronymi, ſed inter eundum ſanum filium mater reperit. Eodem modo ſanatus fuit, ut omnibus compertiſſimum eſt, Petrus Maſſoli a Coſtacciario.

„ Alio tempore cum decem venatores ad tugurium ſancti viri perveniſſent, & fame multa divexarentur, nec haberent cibos, quibus veſcerentur, ſe ipſos Thomaſio commendaverunt, petentes, an quid pro reficiendis corporis viribus ipſis tribueret? Sancto viro nil ulterius erat quam panis unus; hunc præcepit eidem Peciæ miniſtro ſuo, ut ſibi prius, deinde venatoribus afferret. Allatum panem Crucis ſignaculo munivit, & in fruſta redactum diſtribuit hominibus, qui ad ſatietatem comederunt, & plus fragmentorum panis ſuperfuit, quam fuiſſet ipſe panis primum appoſitus.

„ Addi poſſent narratis aliæ curationes filii Johannoli a Corteſone villæ ſancti Paterniani, Vannis Caſellæ comitatus Eugubini, Muſconis Imperatoris a Schiggia, filii Toſi a colle Muſciano; ſed ne tædium lectoribus generetur, ſatis erit ſcire hunc fuiſſe conſuetum ipſius morem ſolo benedictionis ſigno ægros curandi, & aliquando etiam præcipiendi, ut ad altare ſancti Hieronymi accederent; quamvis autem morbo laborantes, antequam ad altare pervenirent, ſanarentur, obedientes tamen præcepto ſancti viri, iter ſuum proſequebantur ad dictum altare pro gratiis referendis. Sed ſilentio premendum non eſt, quod licet vis Thomaſii multa eſſet pro ſanandis inteſtinorum morbis, qui morbus latius dominabatur in his regionibus, alia tamen permulta mira, & naturæ legibus ſuperiora interceſſione ſervi ſui operatus fuit Dominus, non ad ſalutem dumtaxat corporum, ſed & animarum. Quare frequentiſſimus confluebat ad ipſum populus vel viſurus, vel ejus verba auditurus, vel recepturus ſana conſilia. Nec defuerunt pariter tum religioſi, tum ſeculares viri, qui tracti odore ſpiritualium unguentorum ad illum ſe contulerunt, ut ipſius diſcipuli evaderent, ac cum ipſo commorarentur diſciplinam ejus ſectantes; ſed cum negligeret, quinimmo averſaretur quamcumque prælationis umbram, numquam pati voluit, ut quiſquam ſecum habitationem ſtatueret, niſi pro ſua voluntate accedere vel recedere fas haberet. Nihilominus plerique eorum, poſt obſervatum Thomaſii vitæ genus, etiam poſtquam ab ipſo diſceſſerunt, imitari virtutes illius, & vivendi rationem ſibi propoſuerunt, quos tamquam ejus diſcipulos, ubicumque demum habitationem

„ ſuam

Ann. Chr. 1272.

„ ſuam ſtatuerunt, omnes peculiari veneratione ſuere proſecuti. Qui etiam, eo quod aliquo tempore moram traxere cum ſancto viro, & „ plura de ipſo ejuſque operationibus manifeſta habuere, ad examen vo„ cati, fideliſſimi teſtes & auctores evaſere, quatenus tum ejus virtutes, „ tum miracula vitæ decurſu patrata ad cognitionem omnium deveni„ rent. “ Hæc Ractius. De Thomaſii obitu poſt diutiſſimam in ſolitu„ dine vitam, deque ejus cultu agemus ſuo anno, qui fuit Chriſti mil„ leſimus trecenteſimus trigeſimus-ſeptimus.

Ann. Chr. 1273.
VII.
Eccleſia S. Martini de Opitergio incolenda traditur Camaldulenſibus.

AULIVERIUS presbyter & plebanus eccleſiæ ſancti Johannis de Opitergio, rector ſimul & adminiſtrator eccleſiæ ſancti Martini ejuſdem loci, de quo primum diximus ad annum 1262. *anno* præterito *indictione quintadecima die martis tertio intrante majo* conſtitutus in urbe Tarviſina, & præſentibus aliquot canonicis ejus urbis, tradiderat ordini Camaldulenſi & Johanni priori ſancti Martini de Prata, & Benciviene capellano parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio tamquam procuratoribus conſtituris a Jacobo priore generali eremi Camaldulenſis eamdem ſancti Martini eccleſiam cum omnibus ſuis poſſeſſionibus & terris, retinens ſibi, dum viveret, uſumfructus, aſſumens etiam ipſe *cappam albam*, teſtatus tamen per ipſam, ſive per mutationem habitus non intendere facere aliquam profeſſionem in ordine Camaldulenſi, vel perſonam ſuam dicto ordini ſubjicere, niſi ſolemniter poſtea eamdem profeſſionem emitteret. Anno itaque præſenti *indictione prima* evocati ſuere monachi Camaldulenſes, constructum monaſterium, & ædificata eccleſia, appellata ſubinde ſancti Martini-novi. „ *Die undecimo intrantis ſeptembris* venerabilis pater domnus frater Bar„ tholomæus Dei gratia epiſcopus Civitatis-novæ commiſit eidem preſ„ bytero Auliverio, ut poneret auctoritate ſua primarium lapidem, cui „ benedictionis gratiam impartitus fuerat *die tertia* ejuſdem menſis, in „ fundamentum ædificandæ eccleſiæ ſancti Martini ſuper territorio Ca„ maldulenſis ordinis poſito in Opitergio. Actum eſt hoc Venetiis in do„ mo ſancti Salvatoris, in qua moratur prædictus epiſcopus; “ & *die martis tertio-decimo intrante ſeptembri* idem Auliverius primum lapidem poſuit, ex privilegio Clementis papæ IV. quod laudat, ut legitur in chartulis [a] tabularii ſancti Michaelis de Muriano, quæ in Appendice integræ referuntur. Bartholomæi epiſcopi mentio ad diem vigeſimam-primam aprilis hujus anni fit in pagina [b] relata a Cl. Senatore Cornelio in eccleſiis Torcellanis, qua ex eccleſia Tarviſina ſancti Michaelis cenſuras eccleſiaſticas minatus fuit moleſtiam inferentibus monaſterio & eccleſiæ ſancti Cypriani de Muriano; conſecrationis vero eccleſiæ ſancti Martini de Opitergio in additionibus ad Italiam Ughellii memoria exiſtit [c]. Auliverius ex rectore eccleſiæ ſancti Petri, inde ex rectore eccleſiæ ſancti Martini, cui eccleſia ſancti Petri ſuberat, ad plebanatum eccleſiæ majoris ejuſdem loci ſub titulo ſancti Johannis-baptiſtæ evectus tunc fuerat. Antiquiores origines fraternitatis eccleſiæ ſancti Martini in ipſa erectæ habentur ad annum 1238. [d] inde ad annum 1242. [e] Teſtamentariæ etiam tabulæ [f] ſuperſunt Norandini filii Wecelli de Opitergio, qui eidem eccleſiæ plura bona reliquit. Camaldulenſes pacifice locum hunc poſſident ad hodiernam diem, ſuperatis prius pluribus controverſiis exortis inter monaſterium & eamdem fraternitatem, & pariter inter ipſum & epiſcopos Bellunenſes, Initio ſeculi ſequentis monaſterium incolendum datum fuit ſanctimonialibus, quarum tamen curam gerebant prior & monachi Ca-

mal-

a *Capſ. 61. numm. 1. 2. 3. 4.*
b *T. III. pag. 240.*
c *T. X. col. 63.*
d *Capſ. 63. n. 5.*
e *Ibid. n. 6.*
f *Ibid. n. 7.*

maldulenſes, inde poſt ſeculum ſuppreſſis monialibus ſoli monachi ſervitio eccleſiæ & loci deputati, demum unitum fuit cœnobium monaſterio ſancti Michaelis de Muriano. Sed de his aliqua ſuis annis. Ann. Chr. 1273.

Indictum fuit hoc anno Bono priori generali Camaldulenſium, & Bartholo abbati monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum, ut ambo ſe pararent ad iter, & proficiſcerentur ad concilium œcumenicum Lugdunenſe, quod anno ſequenti celebrandum deſtinaverat Gregorius X. pontifex maximus. Reperimus in tabulario Fontis-boni [a] „ capitulum „ monachorum ſancti Juſti die vigeſima-ſecunda martii hujus anni, con„ ſentiente eorum abbate, conſtituiſſe ipſum præſulem Bartholum in ſin„ dicum pro acquirendis denariis ad impoſitionem ordinatam a priore „ Camaldulenſi, taxatam ad iter concilii domini papæ, ad quod ipſe „ prior & dictus abbas ituri ſunt, & pro impenſis faciendis in ipſo iti„ nere & negotiis abbatiæ gerendis; manu Johannis notarii; “ pariter in eodem tabulario [b] legimus „ Guillielmum Majorem eremi Camaldulenſis „ de voluntate eremitarum incluſorum & monachorum Fontis-boni facul„ tatem feciſſe eidem Bono priori contrahendi mutuum in curia Roma„ na uſque ad ſummam bis millium librarum; manu Bonaventuræ nota„ rii. “ Quam pecuniam idem prior ad fœnus accepit [c] a Canto de Scala cive Florentino.

VIII. Bonus prior Camald. vocatur ad concilium generale Lugdunenſe.

a §. Mandatum 31. A. 3. 34.

b Ibid. 33. A. 3. 41.

c §. Uſufructus 2. A. 3 41

Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo-tertio indictione prima ſeptimo kalendas auguſti [d] Johannes monachus Camaldulenſis & procurator monaſterii ſancti Petri de Luco, ad honorem Dei, & beatæ Mariæ, & apoſtolicæ ſedis & domini epiſcopi Florentini, & prioris ordinis Camaldulenſis & patronorum, & præcipue domini Viviani domini Alidoſii de Luco patroni eccleſiæ ſancti Nicolai in aliqua parte, elegit Maſſarium in rectorem dictæ eccleſiæ ſubjectæ eidem Lucenſi parthenoni. Epiſcopus Florentinus erat adhuc Johannes de Mangiadoris.

d Num. 59. arch. Luci.

Precibus Corradi comitis de Accole Bonus prior Camaldulenſis præfecit monaſterio de Serra Jacobum de Podio-cupo, mandans Angelo abbati ſanctæ Helenæ de Æſino, ut ipſum in poſſeſſionem induceret, die quinta-decima ſeptembris hujus anni indictione prima.

Bonus prior Camaldulenſis, cui anno præterito una cum Bartholo abbate monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum impoſitum fuerat, ut pergeret ad concilium Lugdunenſe congregatum ex mandato Romani pontificis Gregorii X. obiit hoc anno in eadem urbe Lugdunenſi. Menſe februario Bonus adhuc erat Camalduli, quo *die vigeſima-octava* Boninſegna Forneſe offerens ſe Deo promiſit ipſi obedientiam. Bonum Beatorum faſtis accenſet vetuſtum breviarium Camaldulenſe in præfixo catalogo Sanctorum & Beatorum, quem etiam laudat Germanus Botta, qui aſſerit ipſum „ haud procul a divi Bonaventuræ obitu lan„ guore correptum animam Deo reddidiſſe. Deceſſit ſiquidem ſanctus „ cardinalis in eadem urbe, in quam pro generali concilio ſe receperat, „ die decima-quarta julii. “ Sed ſi fides ſit necrologio Vangaticienſi Bonus Bonaventuram præceſſit, nam illius obitus adnotatur quarto idus junii; neque minus temporis requiritur, ut poſt habitam notitiam ejus mortis, & poſt convocatos electores potuerit Gerardus eligi prior in ipſius locum verſus finem auguſti, ut mox dicemus. Etiam chorus Ravennatis eccleſiæ & abbates monaſteriorum ejuſdem urbis, vacante ſede ob mortem Philippi eorum archiepiſcopi, cum ad ipſos eo tempore devoluta eſſet auctoritas electionis, legatos deſtinarunt ad idem concilium. Epiſtola encyclica

Ann. Chr. 1274. IX. Ejus obitus.

ANN. CHR. 1274.

cyclica convocationis concilii ſcripta fuit ex Laterano *anno primo Gregorii X. kalendis aprilis* hoc eſt anno 1272. *Idibus aprilis anni ſecundi* apud Urbem-veterem commorans idem pontifex indixit locum concilii futuram urbem Lugdunenſem, in qua ad diem kalendarum maji hujus anni eſſet inchoandum.

X. Electio Gerardi monachi Claſſenſis in priorem Camaldulenſem. a §. *Electio* 134. *A.* 3. 44.

VACANTE idcirco ob Boni mortem prioratu Camaldulenſi, die vigeſima-quarta auguſti [a] Ubertus & Andreas eremitæ aperti, & Petrus incluſus, Rainerius Urani, Angelus ſanctæ Helenæ de Æſio, Blancus ſancti Zenonis Piſarum, Bartholomæus ſancti Juſti de Volaterris, & Bonus monaſterii Cerreti abbates, ac Johannes prior ſancti Salvatoris de Vico Livienſis urbis electi compromiſſarii ad electionem novi prioris Camaldulenſis a ceteris prelatis, unanimiter in capitulo generali congregato in eremo Camaldulenſi poſtularunt & elegerunt Gerardum monachum ſancti Apollinaris in Claſſe, & Guillielmo ſacriſtæ poteſtatem dedere, ut ipſum Gerardum conſtitueret & pronuntiaret in priorem generalem. Girardi monachi Claſſenſis & rectoris eccleſiæ de Cazzano mentio fit in diaccepto veteri Claſſenſi ſignato M. ſub anno 1273. ipſum vero in juventute ſua moram traxiſſe in monaſterio Claſſis teſtatur idem ipſe in epiſtola ad abbatem Claſſenſem iis verbis: *Veſtros recordari tenemur, qui ab uberibus monaſterii Claſſis a pueritia quodammodo fuimus ablactati*.

XI. Bernardus fit abbas Vangaticienſis.

OBIERAT etiam Johannes abbas Vangaticienſis; ſubrogaverant vero monachi ejus monaſterii in abbatem Bernardum priorem monaſterii ſancti Petri de Monte-ſilice, quod Vangaticienſi ſubdebatur. Verum cum Guido & Albertinus alii monachi ejuſdem loci conqueſti fuiſſent apud apoſtolicam ſedem ſe contemptos fuiſſe in hujuſmodi electione, res delata fuerat ad Simonem tituli ſancti Martini presbyterum cardinalem & apoſtolicum legatum. Variis igitur proceſſibus habitis, interpoſitione prioris generalis Camaldulenſis Boni, monachi, qui appellaverant, liti ſponte ceſſerunt. Mandavit itaque Gregorius Romanus pontifex ex Lugduno *ſecundo nonas auguſti pontificatus* ſui *anno tertio* patriarchæ Gradenſi, & epiſcopo Torcellano, ut electione examinata, electo munus benedictionis impenderent, & monachis obedientiam & reverentiam præciperent, ac formam juramenti ab electo præſtiti nomine fidelitatis ad Romanam curiam tranſmitterent. De obitu violento Johannis Vangaticienſis abbatis aliqua congerentur ex regeſtis Camaldulenſibus ſub annis ſequentibus, ſicut etiam de Bernardo Vangaticienſi abbate, ac de litibus Vangaticienſis monaſterii cum communi Patavino ſub eo præſule multa ſuis annis.

XII. Paginæ Valle-caſtrenſes & Trivienſes aliorumque monaſteriorum.

BONDUS Benvenutus Pauli refutavit omnibus juribus ſuis, quæ ſibi competere poterant in eccleſiam ſanctæ Luciæ poſitam in pertinentiis Cinguli, ſeu oppidi ſancti Severini Camerinenſis diœceſis, appellatam etiam de Foreſta, in manibus Petri abbatis monaſterii Vallis-caſtri, ad quem palam aſſeruit eamdem eccleſiam pertinere, quam ipſe dudum acquiſierat ex conceſſione Simonis cardinalis apoſtolicæ ſedis legati in marchia Anconitana, ac ſibi confirmari obtinuerat a Romano pontifice Clemente IV. Recepta hujuſmodi confeſſione & renuntiatione, *menſis aprilis intrantis die quinta, indictione ſecunda tempore Gregorii* X. Petrus abbas eamdem eccleſiam auctoritate ſua ultro conceſſit præfato Bondo. Poſt biennium *indictione* IV. *die ſexta junii exeuntis tempore domni Innocentii pape* V. iterum Petrus abbas Valle-caſtrenſis alium rectorem ejuſdem eccleſiæ conſtituit per verba: *Eſto capellanus & rector ad benefaciendum uſque ad noſtrum beneplacitum & mandatum*.

Vertente lite inter Junctam abbatem ejuſque monaſterium ſanctæ Ma-

riæ

ANN. CHR. 1274.

riæ de Trivio, & inter homines de Monte-cornario, de caſtro Cellæ & de villis Trivii, qui fidelitatem juraverant eidem monaſterio ſuper temporali juriſdictione & hominio, quod habebat dicta abbatia, electus fuit ſapiens vir Roſſus de Mercatali in procuratorem, qui capitula & conventiones ſtatueret, ac ſcriptis exararet inter monaſterium & homines; quæ capitula integra ex archivo ejuſdem monaſterii damus in Appendice.

Simonettus quondam Talenti populi ſancti Pancratii de Florentia [a] procurator monaſteriorum Camaldulenſium ſancti Petri Montis-muri, ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri & ſanctæ Mariæ de Poplena Feſulanæ diœceſis coram Orlando priore ſancti Stephani ad Pontem de Florentia & Benigno abbate ſancti Pancratii ejuſdem urbis ſubdelegato abbatis Vallis-umbroſæ, tamquam coram judicibus delegatis a Romano pontifice ſuper procurationibus legatorum & nuntiorum apoſtolicæ ſedis, *die vigeſima-nona ſeptembris* hujus anni, fretus auctoritate Boni abbatis ſanctæ Floræ de Arretio ſubdelegati abbatum S. Felicis de Bononia & ſancti Petri de Peruſio conſervatorum ordinis Camaldulenſis, appellavit ab illis ad Romanam ſedem, & Apoſtolos petiit dicto nomine pro gravaminibus injuſte impoſitis præfatis monaſteriis contra indulta & privilegia ordinis Camaldulenſis, quibus conſtabat conceſſum ipſis eſſe, ne gravarentur collectis, niſi pro legatis a latere, qui perſonaliter accederent ad dicta monaſteria.

[a] §. *Appellatio* 15. *A.* 3. 45.

Die decima-tertia octobris [b] Andreas & Petrus monachi ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio agnoſcentes dictum monaſterium pertinere ad eremum Camaldulenſem, promiſerunt obedientiam Andreæ monacho, qui a priore generali Gerardo deſtinatus fuerat viſitator & reformator dicti cœnobii; *manu* Ugolini notarii.

[b] §. *Obedientia* 31. *A.* 3. 46.

Perſeverabat lis inter Hieremiam abbatem monaſterii ſancti Michaelis de Caſtro-Brittorum, & inter fratres militiæ beatæ Mariæ virginis, qui dictum monaſterium invaſerant; quare creavit Hieremias abbas Prudentium priorem ſancti Euſtaſii de Imola in procuratorem ſuum ad proſequendam litem, conſtituens ipſum etiam vicarium ſuum in eccleſiam ſancti Damiani Bononiæ contra Michaelem priorem de Ravone, qui jus in ipſam ſibi vindicabat.

„ Sophia abbatiſſa ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri [c] Gianel-
„ lum diaconum inſtituit rectorem eccleſiæ ſanctorum Juſti & Clementis
„ in curia Prati-veteris & in plebatu Stiæ, ad honorem Dei & beatæ
„ Mariæ, ſanctorum Juſti & Clementis, Manecti epiſcopi Feſulani, co-
„ mitis Guidonis Silvatici in Thuſcia Palatini, & plebani de Stia; ma-
„ nu Bruni de Certaldo. “ De dicto comite Guidone hæc memoria habetur in eodem tabulario Prati-veteris ad annum ſequentem [d]. *Comes Guido Silvaticus pro ſe, & ut ſindicus partis Guelforum de Arretio, ſcilicet Guidonis, Matthæi, Donati ſanctæ Mariæ, domini Leni, Ricciardi de Luca, Alberti de Monte-bono, & Punctini olim domini Federighi de Arretio ex una parte, & comites Gicardus, Bandinus, Gualterius, Guido, Ruggierius & Tancredus fratres & filii olim comitis Guidonis de Mutiliana ex altera parte ad concordiam veniunt inter ſe &c. manu Pagani notarii.*

[c] *Num.* 48

[d] *Num.* 51.

ANN. CHR. 1275.

XIII.

Obitus Salvi prioris Avellanenſis. Electio Albertini.

MORTEM oppetiiſſe hoc anno Salvum a Peruſio priorem Avellanenſem, qui in locum ſuffectus fuerat Bartholi ab anno 1260. ſcribit Jacobillius [e]; ſucceſſiſſe autem ei in prioratu beatum Albertinum, de quo nonnulla proferemus in his Annalibus. Salvi obitus refertur in nec-

[e] *T. III. pag.* 350.

ANN. CHR. 1275.

rologio Foote-avellanenſi ad diem IV. octobris: *Obiit domnus Salvus prior eremi*. Tradit Sartius [a], cum monachis Avellanitis, quibus per id temporis præerat Albertinus, nonnihil diſſidii habuiſſe Jacobum epiſcopum Eugubinum; porro id ſpectat ad initia regimiois Albertini, cum Jacobus epiſcopus fato functus fuerit anno ſequenti, juxta Ughellium. Erat Albertinus ex caſtro Montonis in diœceſi Tiphernate, ut ſcribit idem Sartius. Ipſum rexiſſe prius monaſterium Sitrienſe tradunt Jacobillius & Germanus Botta.

a Pag. 156.

Idem Jacobillius aſſerit [b] circa hunc annum a Gregorio X. Romano pontifice miſſum fuiſſe Rolandum monachum Avellanenſem ad reformandum monaſterium ſanctæ Crucis de Saxo-ferrato, quod etiam appellabatur Comitum de Tripudio in diœceſi Nucerina. Rolandi deceſſus refertur ab eodem Jacobillio ad annum 1285. ad diem ſeptimam octobris, ſub qua in ſuperiori necrologio habetur: *Obiit domnus Rolandus abbas ſanctæ Crucis de Saxoferrato monachus noſtræ congregationis*. Venerabiliter ſepultum ipſum affirmat in dicto Saxo-ferratenſi monaſterio idem Jacobillius. Videbimus ſeculo ſequenti, quantum effloreret pietas & religio in aſcetis ejuſdem loci; id quod procul dubio a Rolandi piis inſtitutionibus & diſciplinæ reformatiooe eſt petendum.

b T. III. pag. 367.

XIV. Monumenta ad varia monaſteria ſpectantia.

CUM controverſia foret inter priorem monaſterii ſancti Viti de Vicetia, & inter abbatiſſam parthenonis ſancti Petri ejuſdem urbis diris devotus fuit prior ſancti Viti a Bernardo electo epiſcopo Vicetino; quam tamen ſententiam retractavit poſtea epiſcopus ob reverentiam Ægidii abbatis ſancti Felicis de Bonoola, qui erat conſervator privilegiorum ordinis Camaldulenſis, eaque ſuper re ad epiſcopum ſcripſerat. De Bernardo Vicetiæ epiſcopo videatur Ughellius, qui ſcribit ipſum pluribus annis electi dumtaxat titulo gaviſum fuiſſe, & ſolo tempore Martini IV. Romani pontificis, hoc eſt anno 1281. pacificam epiſcopatus poſſeſſiooem obtinuiſſe.

Bernardus abbas Vangaticienſis die prima auguſti hujus anni una cum monachis ſuis lites compoſuit, quas habebat cum Perro archipresbytero Lemniaci. Hieronymus Bronzerius in ſuis Originibus Pollicinii [c] refert ad annum 1271. ſtatuta nova ſpectantia ad fidelitates incolarum, & ad impoſitiones collectarum, facta aliiſque adjuncta a Bernardo abbate, ſed eo anno regimen abbatiæ Vangaticienſis adhuc retinebat Johannes de Ravolariis Bernardi prædeceſſor, Bernardus autem nooniſi anno antecedenti ſucceſſor datus fuit Johanni; quare poſt eum anoum condita fuere hojuſmodi ſtatuta. Hæc de Bernardo memoria legitur apud Seneſium noſtrum in Vangaticienſi ms. hiſtoria. *Anno Domini* M. CC. LXXVIII. *in die ſanctorum Judæ & Simonis ſintinnabulum magnum poſitum fuit in campanili tempore domni Bernardi abbatis, & penſum dictæ campanæ eſt* M. CC. XXXVI. *librarum, & dictus abbas eamdem fieri fecis Venetiis*.

c Pag. 176.

Electio & confirmatio Marinæ in prioriſſam monaſterii de Cerreto prope Burgum-ſancti-Sepulcri facta fuit [d] per Jacobum monachum & vicarium generalem Braimani abbatis Burgenſis tamquam ordinarii in Burgo ejuſque diſtrictu, ut in monumentis ad Nicolaum V. Romanum pontificem aſſerit monachus collector jurium ejuſdem abbatiæ. Henricus I. imperator in præcepto anno 1022. conceſſo abbatiæ Burgi-ſancti-Sepulcri & Roderico ejus abbati nominat inter cetera loca ſubjecta Burgenſi cœnobio *eccleſiam & monaſterium beati ſancti Apollenaris ſito Cerreto a nobis noviter acquiſito*.

d Pag. 27.

Quoad monaſterium ſanctæ Crucis de Saxo-ferrato a Rolando monacho Avel-

Avellanenſe reformatum, legimus ſub anno 1285. ipſum fuiſſe ſuppoſitum diſciplinæ monachorum Valle-caſtrenſium, facile ob deceſſum Rolandi abbatis, qui eo ipſo anno ſupremum diem clauſit. Seculo ſequenti ſubjectum fuit inſtitutionibus eremi Camaldulenſis; ſed poſt brevis temporis intervallum commendatariis abbatibus paruit, quibus & ad hodiernam diem paret, conſervatis tamen in eo regularibus Camaldulenſibus cœnobitis.

ANN. CHR. 1275.

ANN. CHR. 1276.

XV. Monaſterium S. Michaelis de Caſtro-brittorum occupatur ab equitibus militiæ S. Mariæ.

CUM frater Henricus de Septifonte ordinis militiæ ſanctæ Mariæ virginis occupaſſet Camaldulenſe monaſterium ſancti Michaelis caſtri Brittorum de Bononia, & expoliaſſet Hieremiam de Malavoltis legitimum abbatem, Hieremias coram Sinibaldo epiſcopo Imolenſi delegato Bonifacii de Lavania archiepiſcopi Ravennatis & ſedis apoſtolicæ legati petiit ſui reſtitutionem in dicto monaſterio. Henricus e contra exceptiones juriſdictionis dedit epiſcopo, & appellavit ad Bonifacium ipſum archiepiſcopum. Acta hujus litis a menſe octobri hujus anni portenduntur ad menſem martium anni ſequentis, & manibus plurium notariorum exiſtunt in tabulario Fontis-boni [a], quæ percurrere negleximus, ſed ſententiæ latæ fuere ad favorem Henrici; nam reperimus fratres ſive equites, appellatos Gaudentes, dictum monaſterium detinuiſſe annis ſequentibus. Henricus idem de Septifonte ſubprior erat ejusdem cœnobii anno 1278. & Bombolognus de Maſſolinis prior, ut ex præſulis Bottarii notis [b] ad epiſtolas Guittonis Arretini oſtendit Mannius in ſuo opere de Sigillis. Deperditum fuit igitur ea occaſione præfatum monaſterium, quod uſurpatum eſt ab equitibus Gaudentibus, qui per ea tempora Bononiæ præſertim, in qua urbe inſtituti fuerant, dominabanrur, qui etiam idem monaſterium detinebant temporibus Innocentii papæ VI. Ipſe enim „ *decimo* „ *kalendas ſeptembris* mandavit Franchino de Bononia priori monaſterii „ ſancti Clementis ordinis ſancti Auguſtini, ut conferret monaſterium ſan„cti Michaelis de caſtro Brittorum per priorem ſolitum gubernari or„dinis militiæ beatæ Mariæ Virginis Guidoni de Carrariis fratri ejuſdem „ cœnobii. Datum apud Villam-novam Avenionenſis diœceſis. " Hieremias tamen de Malavoltis monaſterii ſancti Michaelis appellatur abbas etiam ad annum 1281. Albertinus de Cæſena ad annum 1284. alioſque videbimus abbates Camaldulenſes ejuſdem cœnobii ſeculo ſequenti, qui aliquam, licet contentioſam, in ipſo juriſdictionem exercebant. Poſt ordinem Militiæ, & poſt plures abbates, quibus monaſterium fuit commendatum, vocati fuere ad locum incolendum fratres Birgittani tempore Ambroſii noſtri generalis præſidis, qui ea de re conqueritur in ſuo Hodœporico, & in ſuis epiſtolis.

a §. *Acta judicialia* 13. *A.* 3. 59.

b *Pag.* 6. & 25.

XVI. Eremus-nova ſub protectione comitum Guidiorum. De Albertino priore Avellanenſi.

HONORATUS prior Eremi-novæ de plano Fajoli intelligens ſuam eremum hactenus fuiſſe ſub protectione comitum Guidiotum, ſe, converſos, & familiares ſui monaſterii *die tertia martii* hujus anni [c] poſuit ſub defenſione comitum Guidonis Novelli de Balneo, Guidonis de Mutiliana, Guidonis de Romena, & Guidonis Silvatici, promittens ſe pro ea defenſione ſoluturum in die natali Domini quatuor libras ceræ in oppido Balnei.

c §. *Defenſio* *A.* 3. 55.

Adfuit hoc anno die decima julii Albertinus prior Fontis-avellanæ ſententiæ Philippi epiſcopi Nucerini, qui electus fuerat arbiter inter monaſterium Avellanenſe, & inter Tranſmundum abbatem Sitriæ in controverſia finium terrarum utriuſque monaſterii, quæ ſententia rogata fuit a Gerardo Hiſpellate notario. Præſentes fuere judicato etiam Johannes prior

ANN. CHR. 1276.

monaſterii de Inſula-filiorum-Manfredi, quod erat ſubjectum Avellanenſi eremo, & Ruſticus œconomus ſeu camerarius Tranſmundi abbatis Sitrienſis. Sententiam hanc laudat pariter Jacobillius [a].

Benedictus abbas monaſterii ſancti Mamiliani de inſula Montis-chriſti [b] juravit Guidoni abbati ſancti Michaelis de Burgo Piſarum vice Gerardi prioris Camaldulenſis recipienti, ſe non alienaturum, neque oppigneraturum bona cœnobii ſui, præter ſummam, quæ decreta erat in conſtitutionibus ordinis, *die octava junii indictione quarta anno* M. CC. LXXVII. computationis Piſanæ, hoc eſt anno præſenti; manu Paltonerii notarii.

a T. III. pag. 351.

b §. *Promiſſio* 82. *A*. 3. 64.

XVII. Incendium Fontis-boni. De B. Benvenuto aliiſque Calcenſibus eremitis.

AD hunc annum juxta ſententiam noſtram referendum eſt incendium maximum monaſterii Fontis-boni, quod contigit pridie kalendas junii. Extat epiſtola G.. prioris Camaldulenſis ad I.. Romanum pontificem, quam a Guidone priore Camaldulenſe putat ſcriptam Innocentio III. Edmundus Martene [c] in ampliſſima collectione Veterum Monumentorum. Epiſtola porro ex codice ſancti Illidii Claromontenſis urbis eſt hujuſmodi.

c *Theſ. Nov.* T. I. *col.* 797.

Veſtræ intimat ſanctitati G.. Camaldulenſis prior, & omnes, qui cum eo ſunt, fratres, quod pridie kalendas junii circa medietatem noctis inopinatus ignis domos eorum ita repente conſumpſit, quod ſequenti die de omnibus, quæ remanſerant, prandium facere nequiverunt, ſicque pluſquam trecenti inter monachos & converſos mendicare coguntur. Eapropter petunt a clementia veſtra, ut per totam Italiam eis literas concedatis in remiſſionem peccatorum, injungentes Chriſti-fidelibus, ut illis charitativa ſubſidia miniſtrare velint.

Verum cum nullus eſſet prior generalis Camaldulenſis nomine G.. tempore Innocentii III. & ſimul tempore Amadei epiſcopi Arretini, ante cujus obitum contigit incendium, ut alibi vidimus, ad annum 1203. duplex diſtinximus Fontis-boni incendium, aliud eo anno die cathedræ ſancti Petri menſe januario, alterum pridie kalendas junii hujus anni, ac epiſtolam ſcriptam arbitramur a Gerardo, qui hoc anno erat prior generalis, ad Innocentium V. Romanum pontificem, qui uſque ad vigeſimam-ſecundam diem junii hujus anni ſupervixit.

Grandius in ſuis mſs. notitiis de nonnullis monachis ſanctitate præclaris, qui vel Piſis ortum habuerunt, vel ibidem ſuos duxerunt dies, ſub hoc anno refert obitum beati Benvenuti eremitæ Calcenſis in diœceſi Piſana his verbis: „ Beatus Benvenutus natus prope Piſam in loco Pratalis „ capellæ ſancti Stephani apud Auxerem humilibus genitoribus, quorum „ armenta ipſe paſcebat, dumque illa per agros duceret, ſemper Deo „ intentus orabat, illiſque ex parte Dei præcipiebat, ne fructus læde„ rent, aut meſſes peſſumdarent in hominum ſervitium deſtinatas, beſtiis „ ipſis illi exacte obedientibus. Quoties ad elevationem majoris Miſſæ „ pulſari campanas eccleſiæ primatialis audiebat, in terram ſe proſter„ nebat, altiſſimo illi myſterio contemplando intentus, ac ſæpe ab ange„ lis in eccleſiam ipſam deductus eſt, ut eadem ſacra myſteria coram „ veneraretur, ut multis piis perſonis videntibus accidit. Adultior factus „ ſacra loca Palæſtinæ viſitavit, & in patriam redux eremiticam vitam „ ad eremum ſanctorum Jacobi & Verani vallis Calcenſis elegit, quam „ ſummo fervore uſque ad ultimum ſpiritum ſervavit, ac ſanctiſſime obiit „ die XIII. octobris anni M. CC. LXXVI. " Porro eremum Calcenſem adjunxerat Honorius III. Romanus pontifex monaſterio noſtro ſancti Michaelis in Burgo Piſarum anno 1216. Poſt Benvenutum idem Grandius nomen nudum tantum affert beati Hilarionis de Cæſanellis anachoritæ apud

Vallem

Vallem Calcenſem, & beati Johannis de Pace incolæ prius Calcenſis, inde conſtructoris oratorii SS. Trinitatis & ſancti Johannis-evangeliſtæ, qui anno 1250. in Domino quieverit. Hunc poſtremum laudat etiam Petrus Cardoſus ſubjecto epigrammate. Fides ſit penes ipſos, cum antiquiora monumenta non proferant.

ANN. CHR. 1276.

Archipresbytero eccleſiæ Patavinæ Johannes XXI. Romanus pontifex ex Viterbio menſe ſeptembri mandavit, ut bona monaſterii ſanctæ Mariæ de Carceribus ab injuſtis detentoribus & moleſtatoribus tueretur.

ANN. CHR. 1277.

XVIII. Caſtrum Fraxinetæ deprædatum a Galeatenſibus.

HOMINES de Galeata expoliaverant & deprædaverant caſtrum de Fraxineta, quod ſpectabat ad monaſterium Pratalienſe, pluraque alia damna attulerant bonis ejuſdem cœnobii; quare presbyter Guillielmus de Serra-valle die vigeſima-ſecunda maji hujus anni exhibuit Cambio archipresbytero plebis ſancti Petri de Galeata ex parte Bonſignoris primicerii Arretini tamquam conſervatoris apoſtolici monitoriales literas [a], contra homines dictæ plebis, qui id attemtaverant, requirens & mandans, ut admonerentur, quatenus infra quindecim dies damnis & injuriis illatis monaſterio Pratalienſi ſatisfacerent, alioquin ipſos publice excommunicaret, & per eccleſias ſuæ plebis ut excommunicatos denuntiaret; manu Johannini notarii.

a §. *Monitoriales. A. 3. 63.*

XIX. Obitus plurium Romanorum pontificum.

JACOBUS quondam Ruſtici notarius Senenſis & procurator monialium ſancti Georgii de Apibus exhibuit Ugoni plebano de Rapolano diœceſis Arretinæ bullam Johannis papæ XX. dicti XXI. qua dictus pontifex cuicumque inhibebat, ne ullo prætenſo jure paſcuorum vel decimarum vexarentur moniales ſupradictæ, inſtititque pro dictarum literarum executione, Ugone quondam Ruſtichelli notario Senenſi chartam rogante, ex archivo monaſterii Roſæ Senarum [b]. Gregorius X. ſanctiſſimus pontifex die decima januarii anni præteriti feliciſſime ad Deum tranſierat. Innocentius V. ipſi ſuffectus, olim appellatus Petrus de Tarantaſia ordinis Prædicatorum die vigeſima-prima januarii, poſt quinque menſes, hoc eſt vigeſima-ſecunda junii ſimiliter deceſſerat, nec non Ottobonus de Fliſco, qui nomen ſibi impoſuerat Adriani V. poſt menſem enim ab electione ſua defunctus die decima-octava auguſti locum fecerat Petro Hiſpano cardinali epiſcopo Tuſculano electo die XIII. ſeptembris, & appellato Johanni XX. vel XXI. qui uſque ad diem decimam-ſextam maji hujus anni pontificatum tenuit.

b *Num. 35.*

XX. De Monaſterio Morronenſi.

DIE *vigeſima-nona octobris* Piſanæ computationis *anni* M.CC.LXXVIII. *indictione* VII. cum monaſterium de Morrona, quod pleno jure pertinebat ad eremum Camaldulenſem, ab immemorabili poſſediſſet & habuiſſet quædam molendina ſuper aquam, quæ dicebatur Balneum de Aquis, ſeu canale, & pariter aquæductum & curſum aquæ expeditum & liberum, quod jus tamen aquamque divertebat & moleſtabat Feus plebanus plebis de Aquis, de diſcordia prædicta Jacobus vicecomes Camaldulenſis pro parte eremi, & Gerardus abbas dicti monaſterii, & præfatus plebanus convenerunt, quod ipſe plebanus ejuſque ſucceſſores nomine dictæ plebis nunquam in futurum turbabunt aquæductum dictum, ſed liberum relinquent, ſicuti rem propriam ipſius monaſterii, renunciando omni juri & actioni, quod vel quam habere poſſet nomine ejuſdem plebis; & præfati vicecomes & abbas liberam & expeditam tradiderunt dicto plebano quamdam aliam portionem terræ in pleberio ſupradicto de Aquis, ubi dicitur Pantano, cum pacto quod ſemper ea terra eſſet de menſa plebis, nec alienari aut transferri valeret, & hoc ad perpetuam rei memoriam; quæ

omnia

ANN. CHR. 1277.

omnia Paganellus epiſcopus Lucenſis confirmata & rata habuit [a], manu Guidonis Petri notarii. Paganellus II. hujus nominis electus fuerat epiſcopus Lucenſis ante biennium,

a §. *Transactio* 20. *A*.3.77.

XXI. Zeno de Burgo-ſancti-Sepulcri monachus Camaldulenſis creatus fuit notarius die [b] XIII. aprilis a Guidone de Mutiliana comite & Thuſciæ Palatino.

Viri conjugati habitum monaſticum recipiebant.

b §. *Privilegia* 60. *A*.3.61.

Etiam in monaſterio Fullinate uſus erat, ut viri conjugati habitum monaſticum reciperent, quem conceſſit hoc anno Leonardus abbas Andreæ Quaglotto de Taglamento, cui tamen permiſit habitare in domo ſua Coneglani cum uxore ſua Peſſa, qua obeunte ante maritum teneretur Andreas ad monaſterium accedere, ſed ſi obitu uxorem præcederet, deberet portari ad ſepulturam monaſterii cum habitu monaſtico. Poſt hæc Andreas confeſſionem fecit, pœnitentiam ſuſcepit, eucharistiæ ſacramento munitus fuit, & teſtamentum condidit, quo reliquit aliquot bona ſua plebano Salomoni & plebi ſancti Leonardi Coneglani, eccleſiis ſancti Franciſci, ſancti Antonii, ſancti Pauli, ſancti Martini, ſanctæ Mariæ Matris Dei, ſanctæ Mariæ de Monte & laborerio eccleſiæ ſanctæ Margaritæ Codegi, & monaſterio Fullinati domum in parœcia ſancti Bartholomæi, prædia quoque jacentia ad capellam de Ygo, alia apud Miſcum, & aliis in locis poſita.

Bartholo abbati monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum, qui iverat ad concilium Lugdunenſe anno 1274. ſucceſſit Juſtus, qui hoc anno judex delegatus apoſtolicus fuit in quadam lite, quæ vertebat inter hoſpitalem domum novam Piſarum, & capitulum majoris eccleſiæ die duodecima maji, ut ſcribit Fortunius [c]. Hoſpitale iſtud appellabatur PAPÆ ALEXANDRI, nempe IV., ut alibi diximus.

c P. II. *lib.* II. *cap.* 8.

Guillielminus epiſcopus Arretinus de licentia & aſſenſu Guidonis abbatis Agnanienſis ex Cortonenſi oppido, quod ad juriſdictionem ſuam pertinebat, antequam in urbem elevaretur, *die vigeſima-quinta octobris indictione* v. elegit Martinum in rectorem eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ ad Clanas, teſtatus propter electionem & poſtulationem hujuſmodi jura, quæ habebat monaſterium de Agnano in dictam eccleſiam, non debere minui neque ullatenus infirmari.

Similiter Gerardus prior Camaldulenſis *undecimo kalendas julii*, monaſterio ſanctæ Mariæ de Adelmo paſtore vacante per renuntiationem Guidonis prioris clauſtralis ſancti Michaelis de Burgo Piſarum nuper electi, elegit in abbatem Bernardum priorem ſancti Petri de Mucchio. Actum in camera palatii venerabilis abbatis de Vangaticia.

Sequens ſub hoc anno inſcriptio legitur in domo abbatiæ Cantiniani Lucenſis diœceſis in plebatu Vurni, quæ modo parœcialis eſt.

A. D. M. CC. LXXVII.
EXPLETVM. EST. HOC
OPVS. TEMPORE. VENE
RABILIS. DOMPNI
RESTAVRI. ABBATIS

Subtus viſuntur inſignia congregationis Camaldulenſis duarum columbarum bibentium in eodem calice, ſed ſine pendula ſtella. Poſt biennium Reſtauro jam ſucceſſerat Benedictus in regimine ejuſdem monaſterii.

Po-

Postremum eſt ſequens miraculum beati Antonii Peregrini, quod extat in volumine primo tabularii ſanctimonialium ab ipſo appellatarum beati Antonii Peregrini de Padua. Ann. Chr. 1277. XXII. Miraculum beati Antonii Peregrini.

In Dei nomine amen. Anno milleſimo CC. LXXVII. *indictione* V. *die* XVI. *novembris Paduæ in clauſtro ſororum ſanctæ Mariæ de Porcilia, in præſentia dompni Caſtellani prioris ſanctæ Mariæ, dompni fratris Ugucionis de ordine Ciſtercienſium, Henrici filii quondam Petri de bora ſanctæ Crucis de Padua, domnæ Alvinæ abbatiſſæ dicti loci, domnæ Palmæ monachæ ſanctæ Mariæ, ſororis Margaritæ monachæ ſancti Angeli de Torcello, & ſororis Peveræ monachæ dicti loci ſancti Angeli & aliis. Domna Maria abbatiſſa monaſterii ſancti Angeli de Torcello eſt proprio ore confeſſa ſe in oculis fuiſſe ſic graviter infirmatam, quod propter debilitatem oculorum & viſus ad legendum in libro omnem literam penitus impotens reddebatur. Cum autem nullo crederet poſſe medicorum conſilio liberari, ad Antonium Peregrinum, cujus corpus in ſancta Maria de Porcilia eſt ſepultum, intendens ibidem meritis ejus a Domino miracula frequentari, devote ſe vovit, duos oculos argenteos, ſi per eum liberaretur a Domino, proferens & promittens. At poſtquam votum emiſit, die tertia veniente perfecte ſic ſe ſenſit a Domino liberatam, ut non ſolum ſtatui priſtino fuerit reſtituta, verum etiam liberius legeret & videret, ac unquam vidiſſet ab ante, ſicut ipſa ore proprio audientibus ſupraſcriptis eſt confeſſa.*

Deeſt nomen notarii.

De Antonio Peregrino ſermo iterum recurret ſeculo XVI. Interim hæc ex Scardeonio ſubjicimus, quæ chronica nota carent. „ Claruit, inquit „ ille, poſt mortem multis & magnis miraculis, licet ab eccleſia Romana „ in Sanctorum catalogum non fuerit receptus. Habitus eſt tamen eo „ tempore Patavii in ſumma veneratione, dicatumque eidem ſacellum „ ſatis pulcrum extra portam Porciliam, & municipali decreto ſtatutum, „ ut ſollemniter ſtato die in ejus memoriam fieret ſollemnis ſupplicatio, „ obſeratis in tota urbe tabernis, indictaque omnibus in urbe a quovis „ opere ſervili ceſſatione, non ſecus quam ſi a ſummo pontifice mandatum fuiſſet. “ Factum hoc decretum anno 1269. narrat Portenarius. Scardeonius vero ſubdit. „ Verum cum in dies magis ac magis beatus „ vir miraculis clareſceret, Patavini a ſummo pontifice popoſcerant per „ legatos, ut ejus nomen in catalogo adſcriberetur Sanctorum. Qui reſpondit ſufficere ſatis poſſe Patavinis habere unum Antonium ſanctificatum. Nec propterea minus deinceps honori habitus eſt quam prius, „ neque deſitum eſt, quin honoratiſſime eodem die prætor & alii cives „ ſollemni pompa cum vexillis artificum & cum univerſo populo, cereis „ candelis religioſe procederent ad ſalutandas ſacras reliquias, tam in „ templo monialium, ubi ipſe jacebat, quam in proximo templo monachorum. “ Cui Romano pontifici deſtinata fuerit legatio pro referendo Antonio-peregrino in Sanctorum canonem, ſilent ſcriptores, quos conſuluimus.

Novum paulo ante hæc tempora acceſſerat ſacrarum virginum monaſterium ſitum extra urbem Bononienſem congregationi Camaldulenſi, aſceterium nimirum ſanctæ Annæ, cui ordinationes quaſdam ſtatuerat anno præterito Gerardus prior Camaldulenſis, moniales ſtabiliens ſub presbytero Johanne & ſub Benedicta abbatiſſa, facultatem quoque faciens recipiendi converſos & converſas. Cum vero idem monaſterium ad inopiam deveniſſet, monialibuſque eſſet deſtitutum, eadem Benedicta, Ann. Chr. 1278. XXIII. Parthenon S. Annæ de Bononia datur Camaldulenſibus.

vel

ANN. CHR. 1278.

vel Benvenuta, ut in alia pagina legitur, licentiam expetiit recipiendi interim aliquot moniales ſanctæ Mariæ de Bethleem, quod monaſterium prope eamdem urbem ſub inſtitutis Camaldulenſium apprime florebat, eamque a Gerardo priore obtinuit eodem anno [a]. Quare *die nono intrante auguſto* hujus anni *indictione ſexta* requiſivit ipſa a Placidia abbatiſſa Bethleemitica numerum competentem monialium ſuarum, quæ tranſirent ad reformandum & augendum monaſterium ſanctæ Annæ; deditque & ceſſit eadem die aſceterium ſuum Azoni abbati ſancti Proculi de Bononia tamquam ſindico monaſterii de Bethleem electo die antecedenti a Placidia abbatiſſa & a tredecim monialibus, de conſenſu præfati Gerardi prioris generalis, iis tamen appoſitis conditionibus, „ ut ipſa ſanctæ Annæ abbatiſſa regimen ſui monaſterii toto vitæ ſuæ tempore continuaret, nec compelli poſſet ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis; „ ut moniales de Bethleem transferendæ eligerentur ab ipſa abbatiſſa „ ſanctæ Annæ, cui tenerentur obedientiam præſtare, neque ipſis aliquid „ proprii retinere fas eſſet ſine ſui licentia; item ad voluntatem ejuſdem abbatiſſæ remitti poſſent ad priſtinum ſuum monaſterium; dum „ vero viverent in illo ſanctæ Annæ, ex operibus manuum ſuarum annuatim tenerentur aliquid tribuere abbatiſſæ, & ex reſiduo providerent „ neceſſitatibus propriis. Demum vocabulum monaſterii ſanctæ Annæ „ non mutaretur, ſed ſub veteri vocabulo locus ibidem conſtrueretur. “ Quæ omnia per Azonem abbatem firmata fuere. Poſt Benedictam Cypriana abbatiſſa ſanctæ Annæ legitur [b] ad annum 1286. Odda vero abbatiſſa de Bethleem poſt Placidiam. Atque hæ ſunt ex monumentis noſtris antiquiores notitiæ Camaldulenſis monaſterii ſanctæ Annæ, quod Antonius Pauli Maſini in ſua Bononia perluſtrata [c] aſſerit extitiſſe tantummodo ad annum 1290. prope mœnia extra Galeriam; bellorum vero inſultibus circa annum 1350. translatum fuiſſe intra urbem ad viam Balneimarini in campo ſancti Antonii, ædificatis ibidem nova eccleſia & parthenone, donec redacto ipſius loci incolarum numero ad paucas moniales, tranſierit ad Camaldulenſes monachos. Sed ex paginis noſtris aliqua antiquiora & certiora de eo monaſterio proferuntur, aliaque dicemus ſequentibus annis.

a Reg. III. pag. 34.

b Ibid. pag. 58.

c Pag. 471.

XXIV. De rebus Burgenſibus, Vangaticienſibus, & Agnanienſibus.

„ EPISCOPUS Caſtellanus ſeu Tiphernas ad inſtantiam presbyteri Bonaccorſi rectoris eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Burgo-ſancti-Sepulcri, nomine abbatiſſæ & conventus recluſarum monialium loci Bovilliani ſiti „ prope dictum Burgum, benedictionis ſigno munivit primarium lapidem „ ſuper altare prædictæ capellæ die XXII. julii [d], præſentibus fratre Franciſco canonico ſancti Severi monaſterii Urbe-vetani, Gerardo priore „ hoſpitalis ſancti Juliani, & presbytero Corbello rectore eccleſiæ de „ Carzaga. “ Primarius lapis inſervire debebat pro eccleſia præfatarum recluſarum; epiſcopus autem Caſtellanus erat adhuc Nicolaus.

d Ex arch. epiſc. Caſtell.

Juſpatronatus eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Bivignano plebatus Preſciani ſpectabat ad monaſterium Agnanienſe, & ad Guidonem ejus abbatem, ut ex confeſſione Junctæ rectoris ejuſdem eccleſiæ compertum fit, quæ exiſtit in tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus [e]; ex illo Fontis-boni Angelus de Vezantis camerarius Nicolai papæ III. die vigeſima-octava februarii recepit [f] tres uncias auri pro tribus annis cenſus per manus Alſani civis & mercatoris Florentini ſolventis pro Gerardo priore Camaldulenſi. Datum Romæ anno primo Nicolai III. Suffectus is fuerat Romanus pontifex die vigeſima-quinta novembris anni antecedentis in locum Johannis XXI. defuncti die decima-ſexta maji ejuſdem anni, eratque ex nobiliſſima familia Urſina.

e Num. 275.

f §. Finis 4. A. 3. 67.

IDEM

ANN. CHR. 1278. XXV.

IDEM Gerardus prior cum conſilio fratrum eremitarum Johannis, Simonis & Petri recluſorum ipſius eremi Camaldulenſis edidit hoc anno *indictione ſeptimo*, mutata menſe ſeptembri, *tertio idus octobris* vitam eremitarum Camaldulenſium tributam in viginti-ſeptem capitula ſeu rubricas; item ſtatuta quædam memorialia eremiticæ vitæ in capita triginta partita, atque conſcripta manu Bartholomæi ſcriptoris & notarii ſui. Hæc in vita eremitarum animadverſione digna. Silentium [a] ita rigidum obſervabatur in Camaldulenſi eremo, ut eremita nec loquenti auctoritatem haberet reſpondendi, ſed tabulam ſigillo eremi ſignatam debebat demonſtrare, in qua facile continebatur præceptum ſilentii, vel indicabatur reſponſio ad rem poſtulatam. Tres miſſæ conventuales [b] quolibet die perſolvebantur, de ſancta Maria, de Defunctis, & de feſto vel de feriali officio occurrente. Sacra communio [c] a non ſacerdotibus incluſis eremitis ſingulis Dominicis diebus; peccatorum vero confeſſio ſingulo ſabbato præcipiebatur. Pœnitentiarius eremita recluſus [d] juxta feneſtram cellæ ſuæ pœnitentias injungebat fratribus, aliiſque piis perſonis advenientibus. Incluſi eremitæ [e] jugiter in cella commorabantur induti ſcapulari, cuculla vel cappa, quolibet die integrum pſalterium, præter cetera eccleſiæ officia, decantabant; aperti vero eremitæ medium. Secunda hebdomada quadrageſimæ feria tertia peragebatur anniverſarium pro defunctis prioribus Camaldulenſibus. De beato Benedicto [f] dicitur in hoc opuſculo, quod prius ſolitariam, inde cœnobiticam vitam elegit, & de beato Romualdo [g], quod poſt monaſterialem, ſervavit & præpoſuit eremiticam converſationem. In memorialibus vitæ eremiticæ rubrica [h] habetur de officio Operarii; is ferramentorum curam gerebat, idemque tranſacta æſtare mittebatur cum literis epiſcopi & præſidis generalis ad colligendas fidelium oblationes pro reaptandis & conſervandis cellis eremi ac ceteris ædificiis. In conſtitutionibus eremi prælo impreſſis anno 1520. operarius vocatur *ferrementarius*. Alia habetur rubrica [i] de oſtiario ſeu portario eremi, de quo aliqua diximus ad annum 1225. Capitulo XXVI. præſcribitur memoria benefactorum in duabus quadrageſimis. Inter alios nominatur Sardus judex Comita, qui tria millia byzantiorum jandudum tranſmiſerat ad eremum Camaldulenſem pro octo recluſorum proviſione. Carnium eſus [k] etiam dono oblatarum omnino interdicitur eremitis, licet beatus Rodulphus prior IV. xenia ſagiminum a devotis perſonis tranſmiſſa licite comedi poſſe ſtatuiſſet. Corpora prioris & eremirarum decedentium apud Fontem-bonum [l] ad eremum deportabantur, & cum juxta eremi portam erant, ponebantur in ſcala, *exemplo Malduli viri ſanctiſſimi, qui in viſione, ubi nunc eſt eccleſia eremi, vidit excelſam ſcalam cælos tangentem, per quam ſplendentium atque albeſcentium videbatur aſcendere multitudo*. Recluſo eremitæ pœnitentiarii officium aſſignabatur [m], quod non pro eremitis & monachis dumtaxat, ſed etiam pro ſecularibus viris exercebat. Ceterum recluſi eremitæ [n] in cella ea omnia peragebant, quæ ceteri eremitæ aperti in choro, refectorio, capitulo agebant, cum iiſdem ritibus & ceremoniis, ipſorumque recluſio, licet aſſiduam in cella ſtabilitatem exigeret, non tamen ſilentium poſtulabat, quinimmo frequentius recluſi interpellabantur pro conſiliis, adhibebantur in ſtatutis condendis, eligebantur definitores capitulorum generalium, quæ celebrari ſolebant in eremo. Sed utrumque Gerardi opuſculum integrum edimus in Appendice ex bibliotheca eremi Camaldulenſis.

Editus liber appellatus: Vita eremitarum Camaldulenſium.

a Cap. I.
b Cap. III.
c Cap. IV.
d Cap. V.
e Cap. VI.
f Cap. XXV.
g Cap. XXVI.
h Cap. XXIV.
i Cap. XXIX.
k Cap. II.
l Cap. V.
m Cap. XXII.
n Cap. XIX.

Ann. Chr. 1279.
XXVI.
Conſtitutiones Socii editæ a Gerardo priore.

CELEBRATUM fuit generale Camaldulenſium monachorum & eremitarum capitulum apud oppidum Socii præſenti *anno* M.CC.LXXIX. *decimo kalendas novembris*, in quo a Gerardo priore generale, Bernardo abbate Vangaticienſi, Guidone abbare ſancti Michaelis de Burgo Piſarum, Benedicto abbate Cantiniani, B. priore Montalis-Saluris de Arimino, Andrea ſacriſta Camaldulenſis eremi, & a Simeone eremita incluſo, qui definitores creati fuerant capituli, efformatus eſt quartus liber Conſtitutionum Camaldulenſium de Moribus. Quartus fuit appellatus poſt tres jam editos, & in uſu perſeverantes Martini III. prioris libros, non computatis conſtitutionibus Octaviani cardinalis. Hæc porro notatu digna in Gerardi libro ſeu in conſtitutionibus ipſius tempore factis reperiuntur, quæ numero ſunt triginta-ſeptem. Tanta erat religio non ſolum apud Camaldulenſes eremitas, ſed etiam apud monachos de non comedendis carnibus, ut excommunicationis jaculo ferirentur prælati & monachi infirmitate non laborantes, qui inconſulto priore generali extra monaſteria carnibus veſcerentur, a qua ſententia abſolvi non poterant niſi ab eodem priore, vel a ſuo prælato in mortis articulo, impoſita etiam obligatione infirmis morti proximis ſe ſiſtendi coram ipſo priore, ſi convaleſcerent, vel exacta ab iis licentia denuntiandi hujuſmodi crimen eidem Camaldulenſi priori. Excuſantur ab hujuſmodi præcepto non comedendi carnes transfretantes & commorantes in inſulis Sardiniæ & Montis-chriſti, ac procurator ordinis in Romana curia degens. Prohibetur receptio vel electio ad prælaturas fratrum alterius profeſſionis. Vetatur ſuſceptio cujuſcumque feminæ in monialem ſine licentia prioris Camaldulenſis. Præter Theologiæ & Decretalium ſtudium nullus nec prælatus, nec monachus vel docere, vel ire ad publicas ſcholas poterat. Interdicuntur ſcapularia ampla, guarnacciæ & argorti. Ordinatur regeſtum renendum omnium literarum ſigillo prioris Camaldulenſis munitarum. Nullus monachus recipere valebat capellanias alicujus domini extra ordinem, nullique fas erat Romanam curiam adire, priore generali non annuente. Permittebantur itinerantibus galeri albi & clericales in forma curiali tantum, & muſones, qui erant chirothecarum genus, de lana acu elaborati, ſeu de pannis albis vel cinericiis pro equitantibus. Sacriſta eremi tenebatur prælatorum Camaldulenſium nomina, diem & annum, & munera ab ipſis oblata ſcriptis tradere, quando hi ad eremum Camaldulenſem accedebant, quo facilius negligentes viſitationem corrigi & mulctari valerent. Hoc idem præceptum fuerat per conſtitutionem beati Rodulphi ad annum 1080. Vetitum erat ſacerdotibus primam Miſſam alibi canere, quam in propriis monaſteriis. Equitantes, præter ſcapularia, cucullam vel cappam induere debebant. Regulares alterius ordinis aſſumi non poterant in capellanos ſanctimonialium, nec etiam clerici ſeculares. De ſancto Romualdo præſcribitur ſollemnitas plena, translato ad diem ſequentem officio ſanctorum martyrum Gervaſii & Protaſii. Indicta erat demum omnibus prælatis monaſteriorum manualium vel per ſe, vel per nuntium ſuum in feſto ſancti Romualdi, aut quindecim diebus ante vel poſt, Camaldulenſis eremi viſitatio. Integras autem conſtitutiones remittimus ad Appendicem ex tabulario Fontis-boni.

XXVII.
Ejuſdem Gerardi prioris regeſtum literarum.

QUANDOQUIDEM in ſupradictis conſtiturionibus decernitur, ut regeſtum teneatur omnium literarum, quæ ſcribebat prior generalis, non abs re ſub hoc anno & ſequentibus plura in medium proferimus excerpta ex regeſtis Gerardi prioris generalis, ex quibus in cognitionem venimus aliquot monaſteriorum aliunde ignotorum, & monumentorum, quorum fruſtra

fruſtra alibi notitiam quæreremus. Gerardi literæ exaratæ ſunt in regeſto ANN. CHR.
ſecundo & tertio, quia primum continet acta prioris Angeli, quæ præ- 1279.
cedentibus annis illuſtravimus. In ſecundo igitur Gerardi regeſto ad diem
quarto idus auguſti [a] memoratur abbas Montorii, cui monachum com- a *Pag.* 1.
mendat; ſub eodem menſe auguſti habetur [b] mandatum ipſius Gerardi b *Pag.* 2.
prioribus monaſteriorum ſancti Michaelis de Muriano Guidoni, ſancti Pe-
tri de Monte-ſilice Johanni; & ſanctæ Mariæ de Vangaticia, ut vice ſui
reciperent ſatisfactionem ab hominibus Montis-ſilicis de ſcelere perpetrato
contra abbatem Vangaticienſem in monaſterio ſancti Petri ejuſdem loci,
illoſque abſolverent, prout ipſis expedire videbitur. Scripſit etiam magi-
ſtro Bovettino decretorum doctori Patavino, ut in prædicta cauſa adſi-
ſtentiam præberet. Ante quinquennium interfectus a Monte-ſilicanis fue-
rat Johannes abbas Vangaticienſis, quod diſcimus ex hac Gerardi epi-
ſtola.

Quinto idus ſeptembris [c] archiepiſcopo Barenſi Johanni ſcribens preca- c *Pag.* 4.
tur, ut Latinum cardinalem Oſtienſem apoſtolicæ ſedis legatum in Thu-
ſcia invitet, quatenus habitationem ſuam eligat in monaſterio Camaldu-
li-Florentini tamquam in loco bonis multis & ſpatioſis domibus præmu-
nito pro ſua perſona ejuſque familia. Is Florentiam venerat, ut nomi-
ne Nicolai III. avunculi ſui pacem Guelfos inter & Ghibellinos compo-
neret.

Duodecimo kalendas novembris [d] marchioni Eſtenſi (Opizoni) nar- d *Pag.* 7.
rat impugnationem perſonarum & rerum monaſterii Vangaticienſis, & ex-
citat ad plectendos pœna moleſtos invaſores & injuriatores.

Menſe novembri [e] ſupplices literas dedit Bonifacio archiepiſcopo Ra- e *Pag.* 15.
vennati, ut exonerare dignaretur monaſterium Claſſenſe ab impoſitione
collectæ domini legati, qua ultra debitum modum fuerat oneratum.

Eodem menſe [f] abbati monaſterii ſanctæ Juſtinæ de Padua commenda- f *Pag.* 16.
vit aliquot ejus monachos, ut benigne eos reciperet, neque eis pro ma-
lis æquas reſtitueret vices.

Nono kalendas novembris [g] amovit Guidonem de Atheſte priorem g *Pagg.* 11. 31.
ſancti Michaelis de Muriano, ejuſque loco creavit Venturam eremitam
Camaldulenſis eremi, qui tamen prioratui nuntium remiſit VII. kalendas
junii anni ſequentis, quo electus fuit prior Johanninus monachus dicti
loci.

Recepit quarto kalendas novembris [h] ad participationem beneficiorum h *Pag.* 13.
ſpiritualium ordinis Camaldulenſis Helenam comitiſſam; & quinto idus
novembris [i] ex urbe Florentia piis votis ſatisfacere volens Bartholomeæ i *Pag.* 15.
filiæ comitis Napoleonis de Mangona comitiſſæ in Thuſcia Palatinæ, ip-
ſam admiſit ad eamdem bonorum communionem.

Decimo-octavo kalendas decembris [k] ſcripſit Bentevegnæ epiſcopo Al- k *Pag.* 16.
banenſi, & Hieronymo tituli ſanctæ Potentianæ presbytero cardinali ex
Florentia, fratribus Minoribus Burgi-ſancti-Sepulcri ſeipſum in omnibus
fauturum, quandoquidem ſibi eos commendaverant; verum ita ſe cum
illis acturum, ut jus monaſterii Burgenſis minime læderetur.

Secundo kalendas januarii [l] ex Anglario ſcripſit omnibus ſuffraganeis l *Pag.* 19.
ejuſdem abbatiæ Burgenſis, ut convenirent in ipſum monaſterium, tra-
ctaturi ibidem de rebus ipſi cœnobio aliiſque monaſteriis ſubjectis utili-
bus. Deinde quarto nonas januarii anni ſequentis dedit literas poteſtati
& conſilio XXIV. virorum ejuſdem Burgi, ut prædictum capitulum proſ-
pere & honorifice dirigeretur, ac abbatis nimiæ prodigalitati providere-
tur, quem etiam gradu movit, & Zenonem in ipſius locum ſuffecit. Pro-

ANN. CHR. 1279. digus abbas erat Petrus, de quo ſuperſunt in abbatia Burgenſi monumenta ad hos proxime præteritos annos poſt Braimanum. Ipſi cauſam quamdam prioris & fratrum Servorum ſanctæ Mariæ de caſtro Plebis ordinis ſancti Auguſtini cognoſcendam commiſit hoc ipſo *anno*, *pontificatus ſui ſecundo*, *quarto nonas martii* Nicolaus papa III. ut refertur in Annalibus ejuſdem ordinis [a]. Pro eodem Petro ſcripſit ad Gerardum priorem Petrus Saracenus capellanus domini papæ & rector Maſſæ Trabariæ, cui [b] x. kalendas februarii anni ſequentis, poſt laudatam officii dignitatem, antiquitatem & nobilitatem ejus familiæ, reſpondit Gerardus, ſe abſque præjudicio monaſterii Burgenſis non poſſe Petrum abbatiæ regimini reſtituere. Cetera annis ſequentibus.

a T. I. 132.
b Pag. 20.

XXVIII. De abbatia S. Mariæ Preſcia. ni. Conſecrata eccleſia S. Mariæ de Lacu.

JACOBUS Bernardi a Monte-ſancti-Sabini, & Boverinus ejus filius vendiderunt Petro abbati ſancti Petri de Rotis diœceſis Arretinæ ordinis Camaldulenſis ſextam partem omnium pedagiorum, jurium & juriſdictionum, ideſt ſextam partem ſilvæ & lanæ cum omnibus dominiis abbatiæ ſanctæ Mariæ Preſciani diœceſis Arretinæ, & cum iis etiam juribus, quæ dicta abbatia obtinebat in diſtrictu Lucignani uſque ad curtem & caſtrum Fojani, & uſque ad curtem Fractæ, pretio librarum quinquaginta-ſex, ex charta archivi monaſterii Roſæ Senarum, manu Ugolini a Puteo apud Montem-ſancti-Sabini.

Conſecrata fuit hoc anno prima Dominica poſt Aſcenſionem Domini eccleſia ſanctæ Mariæ de Lacu Foro-popilienſis diœceſis, quæ pertinebat ad monaſterium Uranenſe, ab epiſcopis Foro-popilienſe Ravaldino & Cæſenare Aymerico. Johannes quoque Barenſis & Canuſinus archiepiſcopus ex urbe Imolenſi ſub *die vigeſima-tertia aprilis indictione* VII. indulgentiam quadraginta dierum impartitus fuit adeuntibus ea die ipſam eccleſiam. De Johanne archiepiſcopo legendus Ughellius [c].

c T. VII. col. 628.

In quodam chronico civitatis Ravennæ, quod deſinit ad annum 1346. & integrum refertur in Spicilegio hiſtoriæ Ravennatis inter ſcriptores rerum Italicarum Muratorii [d], hæc leguntur ſub præſenti anno. *Anno Domini* M. CC. LXXIX. *de menſe madii maximi terræmotus in Romandiola fuere*, *nam monaſterium ſancti Ilarii de Galiata ſubmerſum eſt*. Frequentes erant hoc ſeculo motus terræ in ea regione, ut ſub aliis annis vidimus, ſed hoc anno maximam & fere omnium ædificiorum ruinam perpeſſum eſt idem monaſterium, quod ſubinde inſtauratum aliqua tantum ſui parte fuit.

d T. I. P. II. Pag. 579.

XXIX. Caſtrum-Petræ-Pertuſæ venditum baſilicæ S. Petri de Urbe.

JOHANNES de Cerclearia ſindicus & monachus cœnobii ſancti Gregorii de Urbe coram canonicis baſilicæ ſancti Petri, & coram Petro canonico & procuratore Matthæi Rubei cardinalis diaconi ſanctæ Mariæ in Porticu archipresbyteri dictæ baſilicæ, proteſtatus eſt caſtrum Petræ-pertuſæ ſpectare pro ſui tertia parte ad ſancti Gregorii monaſterium, quæ proinde pars cum locata eſſet, non poterat ullatenus alienari & transferri ad jus dictæ baſilicæ ſancti Petri a Petro Scotto, qui eam locationis jure a monaſterio San-gregoriano tenebat. Quando vero ipſe Petrus vellet, licentia petita a Romano pontifice, novem millibus octingentis libris Proviſinorum Senatus acquiſitionem facere totius ejus caſtri, & alia bona pro tertia ipſius parte aſſignare monaſterio ſancti Gregorii, tunc conſentire ſe affirmavit præfatæ alienationi. Acta hæc fuere in canonica dictæ baſilicæ *anno* M. CC. LXXIX. *tempore domini Nicolai papæ tertii indictione ſeptima*, *menſis junii die vigeſimo-ſeptimo*. Inter teſtes nominatur *Johannes guardianus dormitorii ſancti Petri*. De permutatione, quæ ſecuta eſt, dicemus ad annum 1284. Interim hoc ipſo anno, *pontificatus domini*

mini Nicolai pape III. *ſecundo*, *indictione octava*, mutata menſe ſeptembri, *die octava* ejus menſis Richardus filius quondam Mathiæ Annibaldi vendidit eidem Petro Scotto filio quondam Octaviani caſtrum ſancti Viti, & caſtellare appellatum Caſale-fabro in diœceſi Narnienſi eodem modo, quo Richardus bonæ memoriæ ſancti Angeli diaconus cardinalis emerat cum arce & juribus patronatus in eccleſias, obtenta licentia id agendi a Perna matre ſua & ab Oddolina uxore, & a Paula uxore Johannis Papæ. Caſtrum ſancti Viti in permutationem traditum fuit monaſterio ſancti Gregorii; ſed de ipſa ad eumdem annum 1284.

ANN. CHR. 1279.

Bonifacius archiepiſcopus Ravennas judicem deſtinavit pro monaſterio ſancti Severi in Claſſe, qui judicaret damna atque injurias, quæ ab archipresbytero ſancti Apollinaris plebis in Ronco receperat idem monaſterium.

Cum quædam lis verteretur inter poteſtatem & commune Tarviſii ac inter abbatem & conventum monaſterii Sanæ-vallis de Fullina, hoc anno *indictione* VII. *die ſabbati*, *quinto-decimo intrante julio* Venetiis in eccleſia ſancti Marci, Taglamentus filius Avezuti de Scorzadis civis Tarviſinus nuncius & ſindicus communis [a] dedit literas diſcreto viro Andreæ Gauſono canonico Patavino ex parte Percevallis canonici Mediolanenſis decretorum doctoris & Simeonis Mauri plebani ſancti Pantaleonis de Venetiis conjudicum ipſius Andreæ, delegatorum a domino fratre Latino Oſtienſi & Velitrenſi epiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, in cauſa quæ inter ambas partes vigebat; ex tabulario dicti monaſterii. Leonardus abbas erat ejus loci poſt Lanfrancum, cujus nomen adnotatur in paginis anni 1275. qui Tarino ſucceſſerat. Ad annum 1282. nomen legitur Tuttoboni abbatis ſucceſſoris Leonardi.

a *Num.* 328.

EVOLAVIT ad cœleſtem patriam hoc anno beatus Nevolo ſive Nevolonus in urbe Faventina apud cellam fratris Laurentii, clarus ob plures peregrinationes & varia cruciatuum genera, quæ Dei amore ſuſtinuit, & ob frequentia miracula tam ante, quam poſt obitum patrata, quæ in hiſtoria Faventina Tonduccius, & Magnanus in vita ipſius Beati referunt. Ejus mors ſic deſcribitur in ea narratione, quæ ex Italico ms. cujuſdam viri Faventini fide digni, qui ipſam collegerat ex variis ſchedis & monumentis, quæ habebantur apud confratres hoſpitalis Faventini, edenda miſſa fuit ad agiographos Antuerpienſes: *His itineribus Dei amore abſolutis ætate confectus diem ſuam clauſit extremum, plenus dierum ac ſanctarum virtutum. In domuncula quadam prope monaſterium monialium, quæ dicuntur de Cella*, *anno Domini* M. CC. LXXX. *vigeſima-ſeptima julii exanime corpus ejus repertum eſt, quo tempore campanæ illius templi, in quo vivere ac orare conſueverat, mortis beati viri ſono ſuo ſignum nemine eas pulſante dedere, quo ſono a priore audito æditum miſit, ut videret, quid rei eſſet, cumque neminem campanam pulſantem vidiſſet, ſtupore correptus priori nuntiavit, qui accenſis luminibus flexiſque in templo genibus cum reliquis oravit. Cum in hoc religionis officio verſaretur, menti occurrit ſanctus Nevolonus, ſiquidem cum reliquis non erat; ſtatim ad ejus cellam profecti, flexis genibus ac quaſi orantem viderunt, cumque eum vivere putarent, ut vocarent eum, accedunt, ſed corpus ejus moventes manu, mortuum cognoverunt; tunc campanæ a ſono ſuo ceſſaverunt. Illico prior*, quem Magnanus Michaelem credit Laurentii ſucceſſorem, *epiſcopum*, Theodoricum nimirum, Faventinum antiſtitem ex ordine Prædicatorum, *de rei novitate admonuit, qui magna cleri ac populi turba comitante in ſanctam*

ANN. CHR. 1280.
XXX
Obitus beati Nevolonis Faventini.

Ann. Chr. 1280.

ctam divi Petri cathedralem, quæ eſt in urbe Faventiæ, beati corpus repoſuit, ubi nunc marmoreum habet monumentum, in eoque altari, ante quod orare ſolitus erat, ſancti viri oſſa quieſcunt, continuis illuſtrata miraculis. Et Cantinellus brevius ipſius obitum & ſepulturam deſcribit dicens: *Nevolonus de hac vita migravit ad Dominum apud locum fratris Laurentii eremitæ Camaldulenſis. Univerſus clerus civitatis Faventiæ cum populo & gente innumerabili levaverunt ipſum fratrem Nevolonem de illo loco, portantes cum maximo gaudio & honore ad majorem eccleſiam ſancti Petri, tamquam beatum ſanctum confeſſorem habentes. Ad ejus exſequias interfuerunt cum poteſtate, antianis & conſulibus, & toto conſilio, cum cereis & honore maximo ad Miſſam & officium Dei cantandum, & honorificandum corpori ſancto prædicto, & hoc fuit die Dominico* XXVII. *julii*. In eo monumento quievit beatus Nevolo uſque ad annum 1473, quo Fridericus Manfredus epiſcopus Faventinus novam cathedralem extruens locum ſepulcri movit, quem tamen poſt reædificatam eccleſiam reſtituit. Poſtea cardinalis Erminius de Valentibus epiſcopus Faventinus corpus ipſius ſancti viri, ſub proximo ſanctæ Mariæ de Populo altare ſervandum ſtatuit die ſeptima decembris anni 1614. Univerſitas vero ſutorum & coriariorum divo ſuo patrono in ſitu eodem, ubi olim ipſe clauſis valvis templum noctu ingreſſus orare ſæpe viſus eſt, memoriam poſuit, aſſentiente canonicorum collegio, & Monterentio præſule anno 1620. Poſtremo anno 1700, cardinalis Marcellus Duratius epiſcopus Faventinus cum multa veneratione ad altare ſancti Petri tranſtulit, veſte tamen indutum tertiariorum ſancti Franciſci.

Et ut omnia proſequamur, quæ ad manus noſtras devenere, nolumus prætermittere ſequens monumentum, quod ex ſcripturis confraternitatis dictæ ſancti Nevolonis [a] reperitur in archivo Azzurinio ejuſdem urbis Faventinæ.

Beatus Nevolonus Johannis Mariæ Faventinus, dum vixit, duxit bonam, ſanctam & exemplarem vitam cum jejuniis, vigiliis & orationibus, & præſertim in diſciplinis & batituris cum catenis ferreis qualibet nocte ſuper humeris ſuis cum ſanguinis effuſione, pauperes Chriſti cum eleemoſynis reficiebat. Decies Romam fuit in peregrinatione, cum pedibus nudis viſitando omnes eccleſias & loca ſancta almæ Urbis, tam in hyeme furore frigoris, quam caloris æſtu æſtate; & decem vices ivit ad ſanctum Jacobum de Galitia cum ejus uxore, quæ per viam ſe infirmavit a morte, & erat de hyeme. Petiit ipſa cum magna inſtantia beato Nevolone ejus viro ceraſos, dicendo eidem: Si ego haberem dictas ceraſas, ab eadem infirmitate ero liberata. Tunc beatus Nevolonus agnoſcens impoſſibilitatem petitionis virtute humana, ſe poſuit in orationem, & cum magno fervore orabat, & poſtulabat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut preces ſuas vellet exaudire, & eum & uxorem ſuam conſolari. Subito in vaſe figuli multæ ceraſæ comparuerunt, cui idem beatus Nevolonus dedit, ac incontinenti ſanata fuit, genibus flexis gratiam optimam Deo agens. Gerendo exercitium calceolarii ſine fraude cujuſvis perſonæ, & in loquendo erat modeſtus, & humilis vivebat cum parvis facultatibus. Mortua uxore, ut Chriſto melius vacaret, religioſam tunicam induit, & habitavit in quadam domuncula parva ſine pompa prope cellam fratris Laurentii eremitæ Camaldulenſis, cujus ordini ſe totum obtulit ad ſerviendum & imitandum, parum diſtans hoſpitali dominæ Blancæ, alias ſanctæ Mariæ Miſericordiæ, & fuit ſepultus in eccleſia cathedrali divi Petri in terra in tumulo inter capellam ſancti Savini & capellam ſancti Laurentii, in qua ejus corpus jacet; & feſtivitas

ipſius

a *Pag.* 59. 60.

ipſius Beati a civitate noſtra Faventina celebrata eſt die XXVII. *menſis julii ſui obitus anni prædicti* M. CC. LXXX. *& in eadem die ſingulo anno in honorem ac commemorationem ipſius beati Nevoloni conſules artis calzulariæ faciunt currere equos de ſero in porta Ravegnana corbes quinque ſpeltæ, in executionem teſtamenti olim Hieronymi de Æmilianis de Faventia facti per eum, & ad effectum prædictum reliquit arti prædictæ tornaturas tres terræ plus vel minus arativas poſitas in ... Savini extra portam Imolenſem, manu dextera longe ab eadem poſita quinquaginta perticas in circa, quæ a conſulibus dictæ artis fuerunt vendita Ludovico & Ugoni quondam Franciſci de Paganellis de Porta Imolenſi, & pecuniæ fuerunt poſitæ ad cenſum cauſa prædicta, ut apparet inſtrumentum rogatum manu ſer Pauli Caſtellini notarii Faventini.* Ann. Chr. 1280.

Ex iis, quæ in medium proferimus, liquet Nevolonem ſe addixiſſe poſtremis vitæ ſuæ annis ceteris Camaldulenſibus, qui in cella fratris Laurentii degebant, unumque fuiſſe ex ipſis, ſive demum monachi, aut converſi, aut oblati titulum ipſi tribuamus, nam prior loci audito ſono prodigioſo campanarum ſtatim expetivit ab æditui, quid novitas hæc portenderet? Inter ceteros fratres computabatur Nevolo, quem idem prior agnovit præſentem ibidem non eſſe cum aliis. Non alii, ſed prior ejuſdem cellæ ſeu monaſterii epiſcopum adivit, ut de rei novitate admonitum faceret; quæ demonſtrant Nevolonem non ut aliquem extraneum, ſed ut unum ex familia & ſocietate fuiſſe ejus monaſterii. Accedit, quod anno 1275. ex actis mſs. exiſtentibus in tabulario Fontis-boni, Gerardus prior Camaldulenſis viſitans Faventiæ cellam fratris Laurentii eremitæ & ſociorum, *fratrem Nevolonem ibi oblatum ob ætatem ingraveſcentem a peregrinationibus ceſſare juſſit, qui ſciens meliorem eſſe obedientiam quam victimam, orationibus & jejuniis laborem ſuarum viſitationum compenſavit*; ex iis deducitur Nevolonem non tantum loco, ſed congregationi Camaldulenſi nomen dediſſe, cui obedientiam ſpoponderat & ejus prælatis. Vel ipſe, dum vixit, ædificavit, vel poſt ipſius obitum conſtructa fuit domus hoſpitalis ad peregrinos & infirmos ſovendos e regione ejuſdem monaſterii, quæ ad hanc diem appellatur hoſpitalis domus ſancti Nevolonis.

Fuſam ipſius vitam ex veteribus ſcriptoribus collectam edidit Romualdus Magnanus ſacerdos Faventinus, qui Nevolonem cum ſeculo XIII. natum octuagenarium hoc anno deceſſiſſe ſcribit. Fuiſſe ex Pezziorum divite & honeſta familia Faventina arbitratur. Sutores illum in protectorem aſſumpſerunt ante annum 1331. Mentio altaris beati Nevolonis fit in inſtrumento ejuſdem anni 1331. & poſtea in aliis annorum 1409. 1460. 1475. Miracula per ipſum patrata legi commode poſſunt apud dictum vitæ ipſius collectorem.

DIXIMUS ſuperius eumdem Magnanum exiſtimaſſe priorem cellæ ſancti Maglorii tempore obitus Nevolonis fuiſſe Michaelem Laurentii ſucceſſorem, cujus poſtremi mortem ſtatuit ad annum 1270. Exploratus tamen non eſt annus monachi Laurentii obitus. Certum eſt ex archivo ſanctimonialium ſancti Maglorii Laurentium deceſſiſſe ante annum 1291. quo *frater Benvenutus Curtranus de capella ſancte Marie Guidonis promiſit & convenit fratri Gherardo de ordine Camaldulenſium, qui nunc moratur Faventie apud locum olim fratris Laurentii predicti ordinis, ſtipulanti & recipienti vice & nomine fratris Michaelis prioris dicti loci & ejus ſucceſſorum in predicto loco medietatem unius petie terre* &c. In hac enim pagina & Michael nominatur prior dicti loci, & Laurentii nomini adjunctum *olim* ponitur. Sed cum anno 1275. de Gerardo priore generali Camaldulenſi XXXI. De beato Laurentio fundatore monaſterii S. Maglorii.

ANN. CHR. 1280. lenſi dicatur, quod acceſſerit pro viſitatione ad locum ſive ad cellam fratris Laurentii, clarum eſt, quod eo anno adhuc in vivis eſſet Laurentius, immo cum Cantinellus auctor ſynchronus narrans Nevolonis mortem ſcribat ipſum obiiſſe *apud cellam fratris Laurentii*, certum propemodum eſt ipſum Nevoloni ſuperfuiſſe, & deceſſiſſe intra annos 1280. & 1291. Quid quod in vivis erat Laurentius anno 1284. quo die XIV. maji iterum recepit viſitationem Gerardi prioris ex regeſto III. ejuſdem præſidis [a]. Forte obiit anno 1286. quo idem Gerardus Jeremiam monachum dicto loco præfecit die decima julii, ut habetur in regeſto II. [b] De Laurentio agunt, quotquot ſcripſerunt Nevolonis vitam, & plerique titulum Beati etiam ipſi tribuunt. In domicilio prope ſacrarium alterius monaſterii Faventini ſancti Johannis-baptiſtæ, teſte eodem Magnano, antequam cœnobium inſtauraretur, depicta erat ejuſdem Laurentii imago cum epigraphe: BEATUS LAURENTIUS FAVENTINUS ORDINIS CAMALDULENSIS. Extra aleam poſitum eſt ipſum vitam piam duxiſſe, & benemeruiſſe de congregatione Camaldulenſi, cui plura loca in variis regionibus adjecit a ſe fundata, ſed inter hæc principem locum tenet monaſterium Faventinum ſancti Maglorii, quod ante exitum hujus ſeculi ſanctimonialium haud incelebre domicilium evaſit.

a Pag. 43.
b Pag. 59.

XXXII. Capitulum generale Florentinum.

IN capitulo generali habito hoc anno in urbe Florentiæ, ad quod inter ceteros convenere abbates Claſſenſis, Faventinus & Cintorienſis, prior Anglarienſis, Peregrinus eremita ſacriſta, & Sebaſtianus eremita Camaldulenſis, ſtatuta fuit unio antiquiſſimi monaſterii ſancti Savini de Chio vel de Actina diœceſis Arretinæ cum monaſterio ſancti Andreæ de Caſtillione-Arretino. Quare Gerardus prior generalis Camaldulenſis die quinta-decima octobris [c] utrumque copulavit, abbatis titulum conferens præſidi monaſterii ſancti Andreæ, qui eatenus prioris titulum obtinuerat.

c §. Notabilia 4. A. 2. 59.

Idem Gerardus ſeptimo idus februarii [d] licentiam conceſſit Petro Guerrio monacho Camalduli de Florentia, recipiendi prioratum eccleſiæ ſancti Guidi de Piſis, ad quem promotus fuerat a Rogerio Piſano archiepiſcopo, illique eam eccleſiam recommendavit. Ipſa eſt eccleſia una cum cœnobio ædificata ſuper viam Liburnum inter & Piſas in honorem ſancti Guidi de Donoratico eremitæ, ut diximus ad annum 1115.

d Reg. II. pag. 22.

XXXIII. Conventio inter ep. Arretinum & priorem Camald. Varia hujus acta.

INTER eumdem Gerardum priorem & inter Guillielminum Arretinum epiſcopum tractatum fuit die vigeſima-ſeptima junii [e], ut epiſcopus eremo Camaldulenſi reſtitueret curtem de Broilo & de Biblena, ac ea, quæ habuerat anno 1269. pro eremo & monaſterio ſancti Ægidii de Fleri Cortonenſis territorii. Actum fuit pariter, ut eccleſiæ de Socio, Condoleſe & Modiona gauderent privilegiis Camaldulenſibus, quibus fruebantur cetera monaſteria Arretinæ urbis & diœceſis.

e §. Notabilia 3. Z. 2. 35.

Gerardo abbati ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia commiſſa fuit hoc anno cauſa quorumdam laicorum Cæſenatum, qui injurias inferebant eccleſiæ Ravennati, a Nicolao III. Romano pontifice. Gerardus ex priore Vivenſis monaſterii ad Faventinum cœnobium translatus fuerat; quare ex Arretio [f] quarto kalendas martii hujus anni Gerardus præſes generalis mandaverat abbati monaſterii ſancti Theoniſti de Arimino, & priori ſancti Salvatoris de Vico-Livienſi, ut eumdem immitterent in poſſeſſionem Faventini monaſterii.

f Reg. II. pag. 24.

Idem prior Camaldulenſis relaxavit comiti Guidoni Novello omnes injurias & damna per eum & per ſuos homines ſibi & eremo Camaldulenſi ac hominibus ſuis de Modiona facta, decernens, ut in gratiam comitiſſæ

tiſſæ Benamati fieret hujuſmodi relaxatio. Datum Arretii quinto kalendas martii [a]. ANN. CHR. 1280.

Erat pridie kalendas ejuſdem menſis [b] in monaſterio ſancti Andreæ de Caſtellione Arretino, ex quo loco removit per literas Vincentium, quem, ut mulierum imbecillitati magis provideretur, præfecerat antea in priorem parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Buldrone, Reſtaurum monachum ſindicum generalem vicariumque ſuum conſtituens in eodem monaſterio.

a Ibid. pag. 24.
b Ibid.

Tertio idus martii [c] abbatem Montis-chriſti precatus fuit, ut præſentium latori dare deberet quot falcones poſſet pro Friderico filio comitis Guidonis Novelli.

c Ibid. pag. 25.

Abbati ſancti Theoniſti & Bartholo eremitæ Camaldulenſi viſitatoribus provinciæ Romandiolæ, & Bartholo Lucenſi Cantiniani monacho viſitatori provinciæ Thuſciæ, *in quibus ſe* dicit *merito confidere, quod in ipſis diſcretio ſit virtutum omnium nutrix, ordinis grandis vigor, & ſecundum ſcientiam rectus zelus, ac proceſſuum rectitudo*, imperavit, ut quantocius monaſterium Uranenſe viſitarent. Octavo autem kalendas octobris ruinæ dicti monaſterii providere volens eumdem Bartholum eremitam in vicarium ſuum conſtituit, & ſpiritualium & temporalium rerum ejus cœnobii curam committens [d]. Poſt biennium vero [e] commendavit bona temporalia ipſius monaſterii quibuſdam laicis, quos vice ſui ſtatuit, timens, ne per aliquot nobiles ſcandala & damna Uranenſi abbatiæ exoriri poſſent.

d Ibid. pag. 40.
e Ibid. pag. 72.

LITERAS querimoniæ plenas dederat Bonifacius archiepiſcopus Ravennas ad Gerardum priorem Camaldulenſem de Frigdiano abbate Claſſenſi ejuſque mala monaſterii adminiſtratione; ad quas ſic reſcripſit Gerardus.

XXXIV. De abbate Claſſenſe Frigdiano.

„ Recepimus &c. & intendimus veſtræ perſonæ & veſtris votis pleno cor-
„ de, quantum cum Domino poterimus, aſſiſtere & parere, ſicut ſe pote-
„ rit extendere noſtrum poſſe. Verum in literis veſtris, quas vidimus, &
„ legimus reverenter, invenimus vos ſcripſiſſe nobis quaſdam graves infamias
„ graviter deturpantes abbatis Claſſenſis famam, regimen & perſonam,
„ fuimus graviter admirati, & cor noſtrum fere in extaſim raptum, pro
„ eo quod ſicut de Suſanna ſcribitur, nunquam hujuſmodi ſermo fuerat de
„ abbatis Claſſenſis fama, regimine vel perſona noſtris auribus intimatus.
„ Et de hac novitate tam ſubito revelata non miremini ſeminarium. Ab-
„ batem enim Claſſenſem & ejus monaſterium, & ſimul univerſam partem
„ Romaniolæ cognovimus bellis expoſitam. Movet nihilo minus noſtram
„ mentem ad non plene credendum relatis parvitas ſigilli literis eiſdem ap-
„ poſiti, & confractio ceræ nullam figuram repræſentantis excellentiæ ve-
„ ſtræ, ex quibus fere fere nos titillatio tetigit, quod literæ prædictæ a ve-
„ ſtra providentia vobis cognoſcentibus minime emanaſſent, ſed quorumdam
„ invidia æmulorum. Quidquid autem ſcriptum ſit, ſive veritas, ſive veri-
„ tati contrarium, veſtræ reverentiæ, quam vere in Domino veneramur,
„ præſentibus duximus reſcribendum, quod noſtræ intentionis exiſtit, rece-
„ dente intemperati caloris moleſtia, quæ ad præſens noſtram diſpenſavit
„ perſonam, & minus alacres fecit, ad monaſterium Claſſenſe, Deo coho-
„ perante, accedere, & abbatem & capitulum, regimen, vitam & famam
„ ejuſdem ſecundum morem noſtri ordinis ſollemniter & perſonaliter omni
„ circumſpectione adhibita viſitare, & ſecundum viſitationis exigentiam pro-
„ cedere in monaſterio Claſſenſi tam in capite, quam in membris, ad lau-
„ dem & pœnam ſecundum juriſdictionem gladii conceſſi, ſicut a Paulo ſcri-
„ bitur, ad laudem pariter, & vindictam, & credimus in prædictis, ſi opus

Ann. Chr. 1280.

„ fuerit pro tunc temporis, veſtræ excellentiæ conſilio & patrocinio uti.
„ Inſuper veſtram dominationem rogamus, quatenus ob noſtrarum precum
„ inſtantiam, donec, ſicut ſupraſcribimus, ad partes veſtras venerimus, ſi
„ veſter amor ab abbate Claſſenſi eſt veſtro judicio læſus, ob amorem amo-
„ ris noſtri, qui veſtram perſonam tam intime & attente diligimus, & to-
„ tius noſtri ordinis ad vos amandum copulatur, amore noſtro iram depo-
„ nat, placationem recipiat, & hoc judicium læſionis, ſi qua eſt, judicio
„ noſtro dimittat, ſicut petimus reverenter, reducentes ad mentem, quod
„ veſtram reverendam perſonam veneramur in tantum, quod in prædictis
„ & aliis veſtris placentiis cogimur ea facere, quæ veſtræ dominationi pla-
„ cita ſint & grata. Et intendimus quidem in proxima futura hyeme mo-
„ rari in partibus Romaniolæ, & maxime monaſterio Claſſenſi, & veſtram
„ dominationem crebrius viſitare, & intendere ad omnium reformationem
„ in monaſterio & alibi, quæ reformatione videbimus indigere.

„ Datum in Fonte-bono nonis auguſti.

Eidem Bonifacio archiepiſcopo Ravennati Latinus epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis apoſtolicæ ſedis legatus ex Imola *nonis julii pontificatus domini Nicolai papæ* III. *anno* tertio mandavit cognitionem cauſæ Thaddæi dicti *Sforza* laici, qui conquerebatur, quod abbas ſancti Apollinaris in Claſſe & rector eccleſiæ ſanctæ Mariæ-novæ de Scorticata Ariminenſis diœceſis ſuper quadam pecuniæ ſumma, terris, poſſeſſionibus & rebus aliis ſibi negotium faceſſebant; ex tabulario archiepiſcopali Ravennæ [a].

a *Capſ. I. n.* 4283.

Præfato Gerardo priori vigeſima-tertia octobris [b] Salinguerra quondam domini Rogerii de Carciano donavit pro ſalute animæ ſuæ plura latifundia juxta Planetulum & caſtrum Anglarii.

b §. *Donatio* 453. *A.* 3. 12.

Die ſeptima ſeptembris [c] nuntium remittente abbatiæ Inſulanæ Peregrino, ſuffectus fuit in ejus monaſterii abbatem Rainerius Florentinus monachus. Decima decembris remoto Mauro abbate Berardingorum ſubrogatus Ubertus, ut legitur in regeſtis ejuſdem Gerardi.

c §. *Electio* 142.

XXXV. De monaſterio S. Mariæ Bolſemuli.

Primum ſub hoc anno [d] mentio ſit monaſterii ſanctæ Mariæ de Bolſemulo Caſtellanæ diœceſis, quod circa hæc tempora congregationi Camaldulenſi acceſſerat. Benedicto de Monte-acuto priori ejuſdem loci Bencivene de Pregio converſus ipſius monaſterii domos & terras dono dedit. Unitum poſtea fuit cum altero monaſterio ſanctæ Mariæ de Vallibus Peruſini territorii, inde occupatum a marchionibus de Civitella.

d §. *Teſtamentum* 17. *A.* 3. 59.

XXXVI. Hiſtoria plurium monaſteriorum.

Rainerius epiſcopus Volaterranus vacante abbatia ſancti Caſſiani de Cariſio per abdicationem Thomæ abbatis, elegit in præſidem ejuſdem monaſterii Guidonem priorem cœnobii ſancti Andreæ in Silva Camaldulenſis ordinis, qui obtenta licentia Gerardi prioris Camaldulenſis, poſſeſſionem ejus abbatiæ iniit decimo-ſeptimo kalendas februarii anni ſequentis. Diſtinguendus eſt Rainerius epiſcopus Volaterranus ab alio ejuſdem nominis, qui pluribus annis electi titulo Volaterranam eccleſiam regens, eam ceſſit Alberto anno 1261. cui Alberto ſuffectus eſt Rainerius alter, qui eam eccleſiam obtinebat etiam anno præſenti.

Altera abbatia ſancti Petri de Campo, olim Vivenſi eremo ſubjecta, poſtea Camaldulenſi, denuo ad hæc tempora ſub diſciplina Vivenſium monachorum perſiſtebat; ſuffectus enim fuit hoc anno [e] in ejus monaſterii abbatem Matthæus monachus Vivenſis a Guillielmo priore & a monachis Vivenſis eremi. Guillielmus vero in prioratu Vivenſi ſucceſſerat Gerardo translato ad Faventinum ſanctorum Hippolyti & Laurentii monaſterium.

e §. *Electio* 140. *A.* 3. 5.

Aldegarius epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis confirmavit *die nona in-*

trante

trante januario indictione VIII. monaſterio ſancti Gervaſii extra Bellunenſem urbem donationes factas eidem loco olim, hoc eſt anno 1233. a prædeceſſore ſuo Oddone. ANN. CHR. 1280.

Menſe octobri frater Otholinus prior præfectus monaſterii ſancti Georgii in Braida Veronenſis urbis deſignatus Adrienſis eccleſiæ epiſcopus, cum moraretur in agro Patavino in cœnobio ſanctæ Mariæ ad Carceres inſtituit procuratorem ſuum Guidonem Adrienſem canonicum, qui confirmationem electionis de ſe factæ peteret & impetraret a Bonifacio Ravennate archiepiſcopo, ut ſcribunt Rubeus [a] & Silveſtrius. In necrologio ejuſdem cœnobii Carcerum legitur ad diem undecimam auguſti anni M. CC. LXXXIV. *Obiit reverendiſſimus dominus Ottolinus Adrienſis electus, qui fuit canonicus Carcerum*. Vel ergo Ottolinus ex monaſterio Carcerum ad regendum illud ſancti Georgii de Verona tranſierat, vel monaſterium ſancti Georgii inſtituta ſeqnebatur cœnobii Carcerum.

[a] *Lib. VI. pag.* 458.

In eodem necrologio ſub præſenti anno ad diem ultimam aprilis adnotatur obitus Jacobi prioris ejuſdem monaſterii Carcerum. Suffectus fuit Jacobo Paulus Riccius.

Hoc *anno*, *apoſtolica ſede paſtore vacante*, *indictione nona* incepta menſe ſeptembri *die octava novembris*, Floraſius epiſcopus Sutrinus reſutavit Bartholomæo monacho ſancti Gregorii de Urbe, & rectori eccleſiæ ſanctæ Fortunatæ de Sutrio omne jus, quod in dictam eccleſiam ſibi poſſet competere. Actum in Urbe in domo hoſpitali ſancti Spiritus.

Alter Bartholomæus, qui abbas erat ipſius monaſterii ſancti Gregorii, & ſuffectus in locum Gregorii abbatis, locavit quartam partem medietatis caſtellaris, quod vocabatur ſanctæ Mariæ de Rena, Cinthio Gabaccio, reſervans tamen monaſterio ſuo eccleſiam dicti caſtri, *menſe ſeptembri die decima*, *indictione* IX. mutata eo menſe.

Eccleſia ſancti Nicolai de Fabriano pleno jure pertinebat ad monaſterium ſanctæ Crucis comitum de Tripudio Saxo-ferratenſis territorii; nam die vigeſima-ſeptima hujus anni Bonaventura ſindicus dicti monaſterii & eccleſiæ ſancti Nicolai ad ipſum omnino ſpectantis una cum Bonaſera priore dictæ eccleſiæ quamdam permutationis paginam conſcripſit; ex tabulario hoſpitalis Boni-Jeſu de Fabriano.

RUSTICIS, ſed piis genitoribus natus eſt hoc anno 1280. ſanctus Gherardus protector oppidi Serræ-Comitum, Morazzani in Saxo-ferratenſi territorio juxta aliquos, juxta vero alios in caſtro Montis-veteris diœceſis Foro-ſemproníenſis, ſed ex vetuſtiſſimis mſs. codicibus & ſtatutis exploratum eſt ipſum ortum habuiſſe in eodem Serræ-comitum oppido, quod in diœceſi Senogallienſi decem millibus paſſuum diſtat a Saxo-ferrato. Nonum annum agens, anno 1289. monachum induit in cœnobio ſanctæ Crucis extra Saxo-ferratenſe oppidum; anno autem 1305. ſacerdotio initiatus, ſacrorum librorum & præſertim divinæ Scripturæ lectioni totum ſe addixit, & jugi regulæ ſancti Benedicti obſervatione, tum etiam aſſiduæ orationis & pœnitentiæ laude effulſit in eodem cœnobio. Vivebat facile adhuc Rolandus monachus olim Avellanenſis, abbas inde Saxo-ferratenſis, ſub quo reformatum fuerat cœnobium ſanctæ Crucis. Sed de Gerardo ſuis annis cetera proſequemur.

XXXVII. Oritur beatus Gherardus Saxo-ferratenſis.

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-QUARTUS.

Ab anno CHRISTI M. CC. LXXXI. *ad annum* M. CC. XC.

ANN. CHR. 1281.
I.
Ingeramius frater B. Jacobi a Certaldo fit monachus.

VIVEBAT adhuc in monaſterio ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum Jacobus de Certaldo, ſanctitate & proximorum ſalutis zelo celebris, cujus exemplo excitatus ipſius frater Ingeramius poſtulavit hoc anno adjungi ſe ſocietati monachorum ejuſdem loci. Factum narrat Fortunius ex Raphaele Maphæjo in ſynopſi vitæ Jacobi [a],
„ Inter hæc, inquit, cum Guidotus frater ſuum obiiſſet diem, nullis
„ ſuperſtitibus filiis relictis, Ingeramius ejus adita hæreditate paternis
„ omnibus ſe immiſcuit bonis. Qui cum nullam ſimiliter ſobolem pro-
„ creaſſet, denique contulit ſe ad hoſpitale ſancti Jacobi Altopaſcii, ut
„ equitem ibi profiteretur, facto teſtamento, locoque omnium ſuorum
„ bonorum hærede ſtatuto, quæ fidei commiſſi jure ad cœnobium ſan-
„ ctorum Juſti & Clementis propter teſtamentum patris pertinebant.
„ Deinde infra ſex menſes facti pœnitens, ipſe quoque membra paterno
„ tumulo ſociare diſponit, fratrem ad ſancti Juſti petit, Gerardumque
„ ordinis generalem, qui tunc forte Volaterris agebat, ſuppliciter rogat,
„ ut inter ſuos ibi filios ac profeſſores annumerari per eum aſſequi lice-
„ ret. Itaque ad diem ſextam novembris anni M. CC. LXXXI. ad ſimili-
„ tudinem patris Ingeramius converſus feſtive a congregatione ſuſcipitur,
„ qui propterea accito tabellione tabulas teſtamenti paterni in primis ra-
„ tas grataſque declaravit, ſubinde vero per noviſſimum conditum te-
„ ſtamentum omnia bona ſua in cœnobium contulit, quæ tam in urbe
„ Volaterrana, quam in planitie Caſſiani fluminis Vallis-Elſæ, in plebe-
„ riis ſancti Petri in Mercato, ſancti Lazari, & ſanctæ Mariæ de Cil-
„ licciavola Florentinæ diœceſis ſita ſunt; manu Johannis quondam Jun-
„ ctæ notarii. Ex quo die aſſignatus eſt illi famulus ad ſerviendum, re-
„ ſervatuſque uſus-fructus bonorum, donec viveret. Obiit Ingeramius po-
„ ſtero anno tertia octobris anni M. CC. LXXXII. fraterna manu ſepulcro
„ conditus. “

[a] *P. II. l. II. pag. 62.*

VACAN-

ANN. CHR. 1281.

II. Turbæ pluri- mæ in mona- ſterio Subaſia- no.

VACANTE monaſterio ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio Spoletanæ diœceſis per obitum Petri ejuſdem loci poſtremi abbatis, monachi omnes providere volentes ſecuritati & utilitati ſui monaſterii, quod eatenus damna quamplura & vexationes paſſum fuerat ex injuriis potentiorum & malignorum hominum, attendentes, quod jura & bona dicti monaſterii melius defendi valerent per aſſumptionem alicujus nobilis viri ad regimen, unanimi conſenſu anno antecedenti ſub die quinta ſeptembris [a] poſtulaverant & elegerant ſibi in abbatem Paulum monachum proximi monaſterii ſancti Benedicti de Monte-ſubaſio Aſſiſinatis diœceſis filium Johannis Bernardi de Aſſiſio; manu Petri Philippi notarii. Agnoſcentes vero poſt aliquod tempus monaſterium ſancti Silveſtri ſubeſſe priori generali Camaldulenſi, petierunt die decima-tertia maji hujus anni a Gerardo ſupremo præſide confirmationem electionis jampridem a ſe factæ. Confirmationem obtinuere die quinta junii per Jacobum vicecomitem Camaldulenſem Gerardi vices-agentem. Die ſecunda ſeptembris, de mandato Jacobi canonici Narnienſis & Andreæ canonici Hiſpellatis judicum delegatorum a Rolando epiſcopo Spoletano vicario in ducatu eodem pro apoſtolica ſede, dies dicta fuit aliquibus Subaſianis monachis, eo quod plagis cuſtodi turris monaſterii præſati impoſitis, eumdem a dicta turre ejeciſſent, licet is ad cuſtodiam turris deputatus fuiſſet a Rainaldo & Blanco canonicis Hiſpellaribus, qui ſtatuti fuerant adminiſtratores dicti monaſterii ab eodem epiſcopo Rolando. Cum autem monachi vocati ſe non ſtitiſſent ad judicum præſentiam, diris devoti fuere. Die tertia ejuſdem menſis [b] Paulus abbas & monachi conſtituerunt procuratores, qui agerent pro ſe in hujuſmodi controverſia cum epiſcopo Spoletano, & cum judicibus ab eo delegatis. Die itaque nona Franciſcus Ruſtichelli, alter ex Subaſianorum monachorum procuratoribus, appellavit ad apoſtolicam ſedem, & injuſtam aſſeruit ſententiam excommunicationis latam in monachos, & aliam in Paulum abbatem accuſatum tamquam ambitus reum, notatum inſuper, quod abſque confirmatione epiſcopi Spoletani monaſterium Subaſianum ingreſſus fuiſſet, & adminiſtrationem ſuſcipere auſus. Porro licet epiſcopus Spoletanus eſſet diœceſanus, monaſterium tamen Montis-Subaſii ab immemorabili tempore exemptum fuerat a juriſdictione epiſcopi, ſed præſertim poſt Alexandri IV. ampliſſimum diploma. Crimini pariter verſum eſt Paulo, quod confirmationem ſui expoſtulaſſet a Gerardo priore Camaldulenſi, dum e contra ad Camaldulenſem præſidem dumtaxat tum ex Eugenii III. Cœleſtini III. Innocentii III. tum ſubſequentium Romanorum pontificum privilegiis ſpectabat inſtitutio & deſtitutio abbatis dicti monaſterii. A judicibus tamen admiſſa non fuit æqua appellatio; quinimmo die nona ejuſdem menſis lectæ fuere literæ Martini IV. Romani pontificis committentis juriſdictionem temporalem & ſpiritualem in Subaſianum monaſterium præfato Rolando epiſcopo, & aliæ literæ ejuſdem Rolandi cognitionem hujuſce cauſæ demandantis ſupradictis judicibus canonicis. In longum prolata fuit controverſia, exploratumque eſt ex chartis tabularii Fontis-boni Paulum abbatem, ad evitandas facile majores turbas, translatum fuiſſe ad prioratum Eremi-novæ de Fagiolo, nam ſub die duodecima julii anni ſequentis [c] iidem Subaſiani monachi per translationem Pauli compromiſſum fecere in Gregorium monachum, qui elegit in abbatem ejus loci Jacobum vicecomitem eremi Camaldulenſis confirmatum die vigeſima-quinta auguſti a Gerardo priore, qui inſuper die octava ſeptembris commiſit Benedicto priori ſanctæ Trinitatis de Peruſio, ut dictum Jacobum in poſſeſſionem Subaſianæ abbatiæ induceret. Etiam Jacobus

[a] §. *Electio* 141. *A.* 3. 7.

[b] §. *Appellatio* 16. *A.* 3. 20.

[c] §. *Electio* 145. *A.* 3. 26.

ANN. CHR. 1281.

cobus nuntium abbatiæ remiſit die ſexta novembris anni 1283. Ad annum 1284. nominatur Gerardus abbas, qui pariter paulo poſt dignitatem exuit. Perdurabat lis vel eo anno ex infra dicendis. Paulus autem olim Subaſianus abbas, inde prior Eremi-novæ, pridie kalendas januarii anni ſequentis, ad vicariatum Trullæ in Sardinia amandatus eſt, quæ omnia conſtant ex regeſto III. Gerardi prioris [a]. Martinus vero II. ſed dictus IV. ſuffectus fuerat in Romanam cathedram die XXII. februarii hujus anni & in locum Nicolai III. qui ſupremum diem obierat die vigeſima-ſecunda auguſti anni elapſi.

a Pag. 78.

III. Chartæ Burgenſes, & viſitationes monaſteriorum.

Ex veteri memoriali Dominici Tholomæi notarii Bononienſis exiſtente in tabulario communis ejuſdem urbis novimus eumdem Gerardum priorem Camaldulenſem elegiſſe hoc anno priorem monaſterii ſancti Damiani de Bononia, ſed ipſius electionem irritam declaratam fuiſſe, eo quod ipſa pertineret ad Hieremiam de Malavoltis abbatem cœnobii ſancti Michaelis de Caſtro-Brittorum, cui affirmabatur ab antecedentibus prioribus Camaldulenſibus ſubjectum fuiſſe monaſterium ſancti Damiani.

Electio abbatiſſæ parthenonis ſanctæ Catharinæ de Burgo-ſancti-Sepulcri facta fuit hoc anno coram Zenone abbate monaſterii Burgenſis, qui electam confirmavit. Zeno abbas ſucceſſerat anno 1279. Petro, cui anno 1277. obedientiam præſtiterant ſimiliter aliæ ſorores parthenonis de Cerreto, quod erat prope Burgum-ſancti-Sepulcri. Etiam anno 1275. Braimanus abbas Burgenſis ante Petrum elegerat, & confirmaverat Marinam in prioriſſam ejuſdem Cerretani monaſterii, quæ propterea monaſteria vel Camaldulenſium legibus parebant, vel ſaltem ſubjiciebantur abbatiæ Burgenſi. Hæc omnia monumenta laudantur a collectore jurium dictæ abbatiæ, quæ exhibita fuere ſeculo XV. Nicolao V. Romano pontifici.

Ex libris Viſitationum innoteſcit Jacobum priorem ſanctæ Mariæ de Camaldulo Foro-livienſi interrogatum & viſitatum fuiſſe hoc anno cum ſuis monachis a Jacobo abbate ſancti Theoniſti de Longiano, & a Bartholo eremita Camaldulenſi viſitatoribus deſtinatis tum a Gerardo priore Camaldulenſi, tum a capitulo celebrato anno 1279. apud caſtrum Socii. Præſens fuit huic viſitationi Raynerius abbas Inſulanus. Etiam Angelus abbas ſanctæ Helenæ de Æſino flumine viſitationem recepit monaſterii ſui ab eodem Bartholo; nominatur in hac pagina prioratus de Donazano. Similia viſitationis acta confecta in monaſterio ſancti Mathiæ de Muriano, ubi Andreas erat prior, & præſente Bernardo abbate Vangaticienſi, edidit ſub hoc anno & die kalendarum aprilis Cl. Senator Flaminius Cornelius tomo III. eccleſiarum Torcellanarum [b]. Juxta formam conſtitutionis Camaldulenſis ſcriptura examinis facti tempore viſitationum comburebatur. Andreas ſucceſſerat in regimine ejus cœnobii Murianenſis Johanni primo priori & fundatori.

b Pag. 151.

In inſtrumento Piſano hujus anni *indictione octava quarto nonas ſeptembris* rogato per Jacobum olim Paltonerii notarium, quo Guido abbas ſancti Michaelis ejuſdem urbis procuratorem inſtituit, inter ceteros teſtes adnotatur domnus Realis monachus ordinis Camaldulenſis rector eccleſiæ ſancti Chriſtophori de Maſſa Lucanæ diœceſis. Indictio octava corrigenda, quæ hoc anno erat nona.

IV. De procuratore Ordinis in Curia. Acta Gerardi prioris generalis.

In capitulo celebrato anno præſenti in urbe Florentina ſtatutum inter cetera fuit, ut loco monachi procuratoris in Romana curia, quod privilegium congregationi indulſerant Romani pontifices Innocentius IV. & Alexander IV. extraneus & ſecularis deinceps procurator eligeretur, cujus ſolertiæ & curæ committerentur lites & ordinis negotia in ea curia

tra-

Ann. Chr. 1281.

traƈanda. Literas itaque & mandatum ſtatim ſcripſit Gerardus prior Camaldulenſis Thomaſio priori de Montalpruno advocato in Romana curia, ut cauſas ordinis motas atque movendas patrocinaretur, eique ſalarium florenorum XXV. auri aſſignavit annuatim ſolvendum, excepto tempore ſedis vacantis, aut cum ipſe a præfata curia abſuerit. Anno itidem ſequenti conſtitutus fuit alter procurator, ſcilicet Clarus de ſancto Geminiano notarius, atque ita ſubinde uſque ad annum 1385. quo in recens obtentum ſanctæ Pudentianæ de Urbe monaſterium deſtinatus fuit generalis ordinis Camaldulenſis procurator Jacobus abbas, ruſuſque poſt id temporis electi laici vel eccleſiaſtici procuratores. Seculo demum XVI. reſtituti ad id officii monachi, qui ad hodiernam diem perſeverant. Nihilo tamen ſecius præter procuratores extraneos, quoties cauſa aliqua momenti agebatur in Romana curia, deſtinabantur etiam abbates & monachi, qui una cum laicis lites motas coram judicibus ſuſtinerent.

In eodem capitulo celebrato aſcenſionis Dominicæ die ex commiſſione ſibi facta a fratre Guillielmo de Robio pœnitentiario domini papæ, præcepit Gerardus die undecima exeunte majo [a] Vallano, Rodolphino, Bonifacio, Johanni & Ottolino laicis, quatenus cuncta, quæ in ipſis literis pœnitentiarii continebantur, firmiter deberent obſervare, ut abſolutionis beneficium obtinere valerent, eo quod fuiſſent conſcii mortis Johannis olim abbatis Vangaticienſis. Deceſſerat ille anno 1274. violenta morte ſubtractus.

Idem Gerardus XVI. kalendas februarii [b] ſcripſit Mariano judici Arborenſi, marchioni Malaſpinæ & Branchæ de Orrea, laudans eorum benevolentiam & dilectionem erga ordinem Camaldulenſem, ipſiſque commendavit Ugolinum priorem ſancti Concordii, & Bartholomæum monachum ſancti Zenonis Piſarum, quos viſitatores conſtituerat in provincia Sardiniæ, & in inſula Montis-chriſti. Idipſum præſtitit anno ſequenti [c] pro aliis viſitatoribus cum archiepiſcopo Calaritano, Thomaſio marchione Malaſpina, & Brancaleone de Orrea.

Die IX. februarii [d] compromiſſarium elegit Savinum abbatem Adelmenſem inter Bartholum abbatem ſancti Petri de Puteolis, & inter nobiles viros dominos de Porcaria territorii Lucenſis, ſuper quibuſdam damnis abbatiæ Puteolanæ illatis.

Similiter cum juſpatronatus eccleſiæ ſanctæ Trinitatis de Brittonorio, quæ pertinebat ad monaſterium Uranenſe, controverteretur a Bulgarino de Bulgarinis nobili Brittonorienſe, commiſit cognitionem cauſæ priori de Vico-livienſi, & Albertino de Cæſena [e].

Agebatur de vendendo monaſterio ſancti Severi Peruſinæ urbis pro diluendis debitis conflatis olim a Petro abbate Burgi-ſancti-Sepulcri, cui monaſterio illud ſancti Severi ſubjiciebatur; ſeptimo itaque idus ſeptembris [f] priori Anglarienſi, & Zenoni abbati Burgenſi dedit in mandatis, ut diligenter exquirerent ſuper eo negotio vota omnium monachorum Burgi & locorum abbatiæ Burgenſi ſuppoſitorum.

Erexerat idem Gerardus ſtudium pro monachis Camaldulenſibus in urbe Bononia, cui etiam præfecerat Honoratum monachum; præcepit [g] VI. idus auguſti hujus anni, ne quis ſtudentium colore ſtudii carnibus veſci auderet, *cum ſcientia literarum*, ſubdat, *commendanda ſit conjuncta cum laudabili vita*.

Bartholomæum Lucenſem in abbatem inſtituit [h] monaſterii Montis-chriſti, ipſique poſt biennium decimo-quinto kalendas aprilis [i] ſuffecit Thaddæum.

a *Reg. II. pag.* 63.
b *Ibid. pag.* 53. & 58.
c *Ibid. pag.* 77.
d *Ibid. pag.* 55.
e *Pag.* 43.
f *Pag.* 63.
g *Ibidem.*
h *Pag.* 57.
i *Pag.* 80.

Ann. Chr. 1281.

a *Pag.* 59.

[a] Sexto kalendas junii comitiſſam Johannam in Thuſcia palatinam participem reddidit bonorum ſpiritualium ordinis; die quoque quarta junii eamdem communionem bonorum indulſit confraternitati ſanctæ Mariæ de Caſtellione-Arretino.

b *Num.* 458.

Decima-quarta februarii indictione IX. Prudentius prior ſancti Viti de Vicetia deputatus a Gerardo priore generali, cum conſenſu monachorum & monialium ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio elegit in abbatiſſam ejus loci Margaritam, ex paginis Fontis-boni [b].

Ann. Chr. 1282.

V.

Monaſterium S. Benedicti de Patavio ſub diſciplina Camaldulenſium.

c *Reg.* 2. *pag.* 69.

MONASTERIUM ſancti Benedicti Patavinæ urbis congregationis monachorum alborum ejuſdem nominis, de quo plura diximus propriis annis in his Annalibus, adjunctum fuerat ante hæc tempora congregationi Camaldulenſi, ut clarius ex his, quæ proferemus anno ſequenti, fiet compertum; ſubjectionis leges acceperant, & Camaldulenſem diſciplinam tam parthenon monialium, appellatum Vetus, quam monaſterium cœnobitarum, Novellum nominatum. Hinc probe intelligimus, cur octavo [c] kalendas januarii hujus anni Gerardus prior generalis Camaldulenſis literas dederit poteſtati, antianis & conſilio communis Patavini, eos orans, ut conſervare & manutenere curarent monaſteria & bona Vangaticienſis abbatiæ & cœnobii ſancti Benedicti de Padua. Legimus in chartis tabulariorum Patavinorum a Brunatio collectis, tempore Paduani prioris ipſius loci, qui tamen etiam poſterioribus annis titulo prioris effertur, anno 1266. Bartholomæum priorem ſancti Bartholomæi de Vicetia ordinis canonicorum ſancti Marci fuiſſe deſtinatum commiſſarium, cuſtodem & rectorem ſancti Benedicti de Padua. In conſpectum poſuimus alibi lites acerrimas, quas ſuſtinuit cum ſanctimonialibus monaſterium virorum, qui a ſacrarum virginum parthenone fuerant amoti. Quapropter ad evitanda majora ſcandala, diſſenſionumque occaſiones conſultum duxerant apoſtolica ſedes & Patavinus epiſcopus una cum archipresbytero & canonicis eccleſiæ, demandare curam & reformationem utriuſque loci congregationi Camaldulenſi. Id actum ante tempora Gerardi prioris Camaldulenſis, ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Annam abbatiſſam ſancti Benedicti, de qua anno ſequenti. Cum lites inter utriuſque ſexus aſcetas renovarentur, Bernardo Vangaticienſi abbati commiſerat idem Gerardus, ut poſſeſſionem duplicis loci adiret. Sed qua de cauſa latet, cur Johannes Patavinus epiſcopus impediret Bernardum abbatem ab acquirenda poſſeſſione. Quare Bernardus jura ſua turbata noſcens, appellavit ad B., abbatem ſancti Felicis Bononienſis urbis, qui ſtatutus fuerat a Romanis pontificibus conſervator privilegiorum & jurium ordinis Camaldulenſis. Cum vero abbas ſancti Felicis ſententia excommunicationis vellet innodare Patavinum epiſcopum, qui impediebat poſſeſſionem loci, hoc *anno* M. CC. LXXXII. *die quinto-decimo januarii*, literis humanitate multa ſcriptis, inſtitit T.. archipresbyter ejuſdem eccleſiæ Patavinæ una cum capitulo canonicorum, ne proferretur ſententia; quare revocatum eſt mandatum de excommunicatione, reſque quiete compoſita fuit, ut ex viſitatione dicti monaſterii peracta anno ſequenti a Gerardo priore Camaldulenſi colligere licet.

VI.

Gerardus prior Camald. fidelitatem præſtat miniſtris Rodulphi regis. Hiſtoria plurium monaſteriorum.

d §. *Obedientia* 35. *A.* 3. 29.

IDEM Gerardus prior [d] die vigeſima-nona ſeptembris hujus anni juravit ad ſancta Dei evangelia in præſentia domini Rodulphi imperialis aulæ cancellarii, & in Thuſcia vicarii pro Rodulpho Romanorum rege, & promiſit dicto cancellario recipienti nomine regis & Romani imperii, quod ipſe prior & eremus Camaldulenſis erunt ſemper fideles & obedien-

tes regi ejuſque vicariis, & Romano imperio. Actum apud plebem caſtri ſancti Miniatis, quod appellabatur *al Tedeſco*, coram dominis Anſelmo & Guelſo fratribus comitibus de Capraria, & domino Conte de Maniadoribus de ſancto Miniate, manu Petri Caſaronis notarii dicti cancellarii cum ſigillo ceræ viridis, in quo ad hodiernam diem extat figura monachi genuflexi ante alias figuras hominis ſedentis, & trium hominum infra ſtantium, cum pluribus literis partim extinctis, partim mutilatis, quæ tamen referunt nomen ejuſdem Rodulphi cancellarii. Rodulphus comes Habſpurgenſis electus fuerat rex Romanorum anno 1273. opera potiſſimum Gregorii X. Romani pontificis. Anno 1275. in Italiam miſerat Rodulphum cancellarium ſuum ad Italiæ urbes, pro recipiendo ab ipſis ſacramento fidelitatis. Hinc in confirmatione poſſeſſionis bonorum ſacta anno 1276. Obizoni II. marchioni Eſtenſi appellatur apud Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſibus [a] *imperialis aulæ cancellarius, & legatus & vicarius generalis Romani imperii in Lombardia, Marchia Tarviſina, patriarchatu Aquilejenſi & Romandiola.* Loddum ducem deinde cum paucis equitibus in Thuſciam deſtinavit idem rex anno 1280. qui a Piſanis & a San-miniatenſibus Ghibellinæ factionis ſuſceptus, a ceteris Ethruriæ civitatibus & dominis rejectus & deſpectus brevi in Germaniam eſt regreſſus. In eamdem itaque Italiæ regionem hoc anno miſit præfatum Rodulphum ſecunda vice, de cujus iterata miſſione ſilent auctores chronicorum Florentinorum, qui pariter a perpaucis & a privatis imperii fidelibus fuit recognitus. Refert Vincentius Borghinius in ſuo tractatu de libertate civitatis Florentinæ.[b] Rodulphum cancellarium accepiſſe a menſa Jacobini Vermilii de Alphanis civis Florentini florenos aureos M. M. M. CCCC. ſub cautione illorum de Sancto-miniate. Supradictum Gerardi prioris fidelitatis ſacramentum aſſignat Fortunius [c] ad annum 1277. & ad diem XVIII. auguſti, qui etiam addit ea occaſione Gerardum confirmationem generalem privilegiorum impetrare contendiſſe, ſed nullum verbum legitur de confirmatione privilegiorum in noſtra pagina anni 1282. quæ juramentum tantum præfert fidelitatis. Ad annum itaque 1277. facile referenda eſt privilegiorum præteritorum ratihabitio obtenta a Rodulpho Romanorum rege, quo anno alia aliis principibus viris & monaſteriis idem rex vel privilegia dilargitus eſt, vel confirmavit, legenda apud ſcriptores.

Ædificatum fuit hoc anno hoſpitale prope caſtrum Socii ad pauperum utilitatem & conſolationem, cui & Talliaſuni ejus hoſpitalario [d] die decima-ſexta auguſti Gerardus prior Camaldulenſis terras conceſſit pro dote. Ab ejuſdem nomine appellatum fuit hujuſmodi hoſpitale *Talliaſunis*, ſubjectumque eremo Camaldulenſi.

Guillielminus epiſcopus Arretinus approbavit concordiam quamdam ineundam inter Guidonem abbatem ſanctæ Mariæ de Agnano, & inter quoſdam Cattaneos & nobiles Montis-ſancti-Sabini, qui ſe aſſerebant patronos dicti monaſterii. Hæc tamen effectum ſortita non fuit, nam poſt triennium anno 1285. Johannes abbas, qui Guidoni ſucceſſit, ad præſentiam veniens ejuſdem epiſcopi, licentiam ab ipſo petiit alienandi bona ſui monaſterii pro ſumma M. C. florenorum auri, ad hoc ut liberaret abbatiam Agnanienſem ab oppreſſionibus & vexationibus quorumdam laicorum Cattaneorum de Monte-ſancti-Sabini vindicantium ſibi juspatronatus dicti monaſterii, qui quidem epiſcopus petitam licentiam impartitus fuit ex Peruſio in hoſpitio, ubi morabatur, in curia Romana exiſtens, coram Spinello archidiacono Arretino aliiſque, ut liquet ex chartis tabularii ſanctæ Mariæ in Gradibus [e].

a *Part. II. pag. 31.*

b *Pag. 218.*

c *P. I. lib. II. cap. 50.*

d *§. Dotatio 5. A. 3. 27.*

e *Numm. 281. & 292.*

Ann. Chr. 1282.

Petrus abbas monaſterii ſancti Savini in Montione territorii Piſani eximium clauſtrum in ſuo cœnobio hoc anno ædificavit, ac marmoream inſcriptionem impoſuit, quæ tantum ſupereſt, clauſtro jam affatim diruto, quæque in pariete prope eccleſiam inviſitur.

A. D. M. CC. LXXXII. HOC. OPVS. CLAVSTRI
EXIMIVM, QVO. IN. DIVINVM. PRÆCONIVM
TAM. SACRVM. EGEBAT. ÆDIVM
FACTVM. EST. IN. TEMPORE. DOMNI
PETRI. ABBATIS. SVPER. QVO. SEMPER
GRATIAS. DEO. EXOLVATIS.

De eodem Petro abbate legitur in tabulario Fontis-boni [a] excommunicationis ſententiam protuliſſe contra Gabrielem, Simonem, & Michaelem monachos ſui monaſterii tamquam in rebelles & contumaces, ex dicto cœnobio cum pecuniarum ſumma egreſſos, quos etiam Bene prior eccleſiæ ſancti Frigdiani de mandato Rugerii plebani de Empoli executoris delegati a papa Martino IV. denuntiavit die ſeptima ſeptembris vitandos uſque ad condignam ſatisfactionem.

Idem Romanus pontifex anno regiminis ſui ſecundo, decimo-ſexto kalendas decembris confirmavit Bartholomæum de Monte-regali monachum monaſterii ſancti Pauli extra Urbem electum abbatem monaſterii ſancti Gregorii ejuſdem Urbis, transferens alterum Bartholomæum olim abbatem ejuſdem ſancti Gregorii ad illud ſancti Pauli. Circa annum 1285. vel 1286. idibus maji Honorius IV. Martini ſucceſſor primum Bartholomæum, nempe Monte-regalenſem, Gregorianum abbatem tranſtulit ad regendum monaſterium Sublacenſe, aſſumpto in abbatem ſancti Gregorii Richardo monacho Sublacenſi. Bartholomæus Monte-regalenſis factus abbas Sublaci, ſub anno 1296. dicitur in chronico Sublacenſi multa acquiſiviſſe monaſterio ſuo, ſed alienata non recuperaſſe. Floruit ſub Nicolao IV. a quo multa privilegia pro cœnobio ſuo obtinuit; ſed anno eodem quinto kalendas novembris a Bonifacio VIII. Romano pontifice, cujus erat affinis, translatus eſt ad regendam eccleſiam Fulginatem vacantem per obitum Berardi; atque de ipſo ut epiſcopo aliqua ſuo loco dicemus.

Sub Benvenuto Eugubino epiſcopo, qui eam cathedram conſcendit anno 1278. moleſte ferebant Eugubini cives, epiſcopo & ipſius eccleſiæ ſubjecta adhuc exiſtere caſtra plura, perinde ac tantum ex eorum juribus potentiæ decerperetur, quantum epiſcopo accreſceret. Itaque, quod ante egerant cum monachis Avellanitis, cum abbatibus monaſteriorum, & cum reliquis nobilibus viris, qui caſtra, oppida, munitiones, turres obtinebant, idipſum facere cum epiſcopo ſtatuere; operam nimirum dare, ut epiſcopus quibuſcumque conditionibus abjiceret dominium locorum illorum, quæ adhuc retinebat, atque ea ſubjiceret dominio communis urbis. Animus epiſcopi graviter fuit ob id offenſus, atque propterea ſeculares magiſtratus & conſilium civitatis univerſum anathemate perculit, eo quod violaſſent jura eccleſiæ Eugubinæ. Verum hoc anno, agente in primis Albertino ſanctiſſimo monacho & priore Avellanenſium, in gratiam rediere cum paſtore ſuo Eugubini cives, & ſacris fuere reſtituti. Adfuit itaque huic reconciliationi piiſſimus prior, ut ex tabulis ea ſuper re confectis ad diem XI. kalendarum octobris liquet, nihilque

[a] §. Monitoriales 6. A. 3. 28.

ſhilque in ea controverſia actum tranſactumque eſt, non eo viro ſanctiſſimo præſente. Secuta proinde fuit conventio, ut quæ loca, quive homines Eugubinæ eccleſiæ antea fuiſſent, ad commune Eugubinorum concedente epiſcopo accederent, honoris & poteſtatis jactura facta ab eccleſia Eugubina penſata non exigua auri ſumma, cautumque præterea, ne quid ex conſuetis redditibus, penſionibus & ſervitiis, quæ ex iis locis Eugubina eccleſia capere ſolebat, nunquam detraheretur, ac ſola temporalis juriſdictio communi Eugubinorum traderetur. Hæc exſcripſimus ex hiſtoria epiſcoporum Eugubinorum noſtri Sartii. Præter Albertinum, cujus pietatis & prudentiæ ſpecimen ex hac reconciliatione addiſcimus, firmandis tabulis teſtes adſuere Bonomus, qui & Bonus alicubi dicitur, abbas montis Salajoli, & prior Inſulæ-filiorum-Manfredi, & Vita monachus Avellanenſis, qui omnes ex Avellanenſi cœnobio dependebant.

ANN. CHR. 1282.

Bene monachus Camalduli-Florentini electus fuit a Simone abbate ſancti Anthimi Cluſinæ diœceſis ejuſque capitulo prior ſancti Petri in Monticelli Florentinæ diœceſis, cujus electionem kalendis januarii hujus anni [a] confirmavit Gerardus ſupremus præſes Camaldulenſis, præſente inter ceteros Henrico abbate Camalduli-Florentini. Camaldulum Florentiæ, quod eatenus prioratus dumtaxat titulo gaudebat, ad abbatiæ dignitatem per hæc tempora elevatum fuerat. Eidem Henrico abbati Gerardus die XXI. novembris [b] commiſit, ut tractaret concordiam inter abbatem ſancti Juſti de Volaterris, ejuſque monaſterium, & inter domum & fratres de Altopaſcio. Hæc confirmant, quæ ex Fortunio vel Maphæjo atrulimus anno præterito de hæreditate Ingeramii fratris beati Jacobi de Certaldo legata prime hoſpitali Altipaſcii, inde cœnobio ſanctorum Juſti & Clementis de Volaterris.

a Reg. II. pag. 69.

b Ibid. pag. --.

Vigeſima-ſeptima die aprilis [c] participationem bonorum ſpiritualium congregationis conceſſit Gerardus viſitantibus die ſancti Benedicti eccleſiam ſancti Benedicti de Fileto; & XII. autem kalendas ſeptembris [d] eamdem impartitus eſt opem ferentibus reſtaurationi eccleſiæ ſancti Petri de Mucchio. Demum die XV. auguſti [e] indulſit participationem quinquaginta Miſſarum, & totidem pſalmorum adjuvantibus hoſpitale recens erectum Talliaſunis.

c Ibid. pag. 72.

d Pag. 76.

e Ibidem.

CUM viſitationes monaſteriorum proſequeretur Gerardus prior Camaldulenſis, hoc *anno* M. CC. LXXXIII. *indictione* XI. *die vigeſima-nona maji* Patavium pervenit, & capitulo monialium ſancti Benedicti-veteris ejuſdem urbis convocato, præſentibus Bernardo abbate Vangaticienſi, Bartholomæo de Monte-varchio eremita Camaldulenſis eremi, & Alberto Vangaticiæ monacho obedientiam & reverentiam ſecundum regulam beati Benedicti & ſtatuta Camaldulenſis ordinis recepit a ſororibus prædicti parthenonis, Sophia ſcilicet, Philippa, Franciſca, Bonafilia, Almotta, Honeſta, Genevra, Mabilia, Lucia, Beatrice, Beata, Benedicta, altera Sophia, Miga, Richardina, Maria, Conſtantia, Ricolda, Bonafante, India, Jacoba, Antonia nondum profeſſa, Talia quondam domini Leopardi judicis, Tuttapace, Luca, Paganella & Ricoldina, ſola obedientiam detrectante Anna abbatiſſa, cui ſuperbe reluctanti has ſequenti menſe literas dedit Gerardus.

ANN. CHR. 1283. VII.

Idem excommunicat Annã abbatiſſam S. Benedicti-veteris Patavii.

Abbatiſſæ ſancti Benedicti de Padua [f]

Dolentes ſcribimus, quod ſicut ſcribere cogit ſuſcepti cura regiminis, tuaque minus diſcreta duritia, quia tamen impoſiti nobis jugum officii declinare non poſſumus, ex ejus tenemur debito ſubditorum ſtatum inquirere,

f Regeſt. II. pag. 83.

ANN. CHR. 1283.

ut vultum commiſſi nobis pecoris agnoſcamus, ad monaſterium ſancti Benedicti, cui præeſſe diceris, & quod noſtræ curæ ſcimus etiam ſubjectum, gratia viſitationis acceſſimus, ſicut & anteceſſores noſtros feciſſe cognoſcimus. Tu vero quondam Pharaonis corde, pluſquam tuam honeſtatem deceat, obdurata, ex eo ſuſcitaſti ſcandala, quod pro pace fiebat, opus utique ſalutis & pacis. At nos vitare ſcandala cupientes, cum ſcriptum ſit, væ homini illi, per quem ſcandalum venit, a cœpto deſtitimus opere, ſed ad tempus, ut rumor populi ſedaretur, quia in tanto furore non diſcernitur juſtus ab impio. Ne itaque tamquam mercenarius, & non paſtor, veniente lupo, fugere videamur, quia melius eſt in hominis, quam in Dei viventis manus incidere, qui de noſtris manibus requiret ſanguinem ſubditorum, perficere cœptum viſitationis opus intendimus ad omnipotentis Dei & religionis honorem. Et quia nobis non modicum parit mora diſpendium habentibus & alia loca ordinis viſitare, pluribuſque aliis ipſius ordinis arduis negotiis impediti, te auctoritate præſentium monemus, requirimus & hortamur in virtute tibi obedientiæ ſalutaris, & ſub excommunicationis nihilominus pœna mandantes, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quos pro primo termino, vel aliorum ſex, quos pro ſecundo, aut aliorum octo, quos tibi pro tertio, terminum peremtorium aſſignamus, computandos a præſentatione præſentium ſucceſſive, Divina non velis opera parvipendere, ſed reſipiſcere ſtudeas, locumque nos viſitare permittas, ut debes, quia ſtatum loci, honorem tuum, & ſalutem petimus animarum; alioquin ſcito pro certo, quod licet inviti, exigente tamen juſtitia, contra te acrius procedemus. Datum Paduæ in loco ſancti Benedicti-novelli Camaldulenſis ordinis ſub annis Domini M. CC. LXXXIII. *die ſabbati quinto intrante junio.*

Abbatiſſam contumacem, rebellem, & viſitationis officium ſubire renuentem diris devovit die VII. julii idem Gerardus, mandans omnibus, ut eam devitarent uſque ad reſipiſcentiam, vicatiumque ſuum ibidem conſtituit Bartholum de Monte-varchio, præcipiens monialibus, ut illi pro ſe obedientiam exhiberent, neque foris ulterius evagari auderent. Demum animadvertens Bernardum abbatem Vangaticienſem quamplures lites & impenſas pro eodem monaſterio ſancti Benedicti ſubiiſſe, confirmavit ejuſdem cœnobio & ſucceſſoribus abbatibus unionem jamdudum factam præfati parthenonis, viſitatione & correctione ſibi reſervatis, *die decima februarii* anni ſequentis manu Albertini notarii & ſcribæ ſui, ut habetur in regeſto tertio Camaldulenſi ſub numero *39.* De Anna abbatiſſa ſancti Benedicti-veteris Patavii iterum dicemus ad annum 1298.

VIII. Acta ceterarum viſitationum ejuſdem Gerardi prioris.

EODEM in loco *die tertia junii* [a] coram ſuperioribus teſtibus Ivanus prior ſancti Benedicti de Patavio (vidimus monachos a monialibus diviſos alio in loco ſibi paraſſe habitationem) Binus, Albertus, Jacobus ceterique monachi eamdem obedientiam præſtitere, & obſervantiam ſtatutorum Camaldulenſium præfato Gerardo priori.

Ipſa die præſentibus ſupradictis, & Jacobo abbate Uranenſi, & Ivano priore elegit ipſe in priorem & adminiſtratorem monaſterii ſancti Michaelis de Muriano, vacantis per aſſumptionem Johannis, ſive Johannini olim prioris dicti monaſterii ad abbatiam ſancti Nicolai de Littore Venetiarum, Matthæum camerarium Camaldulenſem. Deſideratur Johannes in ſyllabo [b] abbatum monaſterii ſancti Nicolai, & proinde locandus inter Petrum Balaſtro hujus nominis primum, ſub quo anno præterito referatum fuit ſepulcrum, in quo jacebant oſſa ſancti Nicolai epiſcopi Myrenſis, & inter Franciſcum abbatem, qui *in loco ſuo reponi ac recludi ea fecit anno* 1288. *eum per ſex continuos annos aperta oculiſque omnium patentia per-*

a *Ibid. pag. 89.*

b *Dec. XII. eccl. Venet. pag. 67.*

permanſiſſent . Sub Matthæo monaſterium ſancti Michaelis relicto titulo prioratus erectum fuit in abbatiam, quo titulo decoratur in paginis ejus cœnobii ipſe Matthæus ad annum 1293. appellatus etiam Frigdiani prioris generalis vicarius in locis Marchiæ Tarviſinæ. ANN. CHR. 1283.

Die XVII. junii præſentibus presbytero Martino de Tarviſio, Alexandro de Puppio aliiſque, Oliverius ſeu Auliverius de Opitergio fundator & ædificator eccleſiæ ſancti Martini de dicto loco cum Bernardo monacho recepit proceſſionaliter cum ſonitu campanarum, incenſo, aqua benedicta, & reſponſorio cum verſiculo & conſueta oratione eumdem venerabilem patrem domnum Gerardum priorem eremi Camaldulenſis & ordinis generalem.

Qui quinto idus junii communicationem beneficiorum ordinis impartitus fuit Mariæ de *ca* Lando, & quarto ac quinto idus ejuſdem menſis Bartholomæo & Jacobo fratribus dictis de Riva, Marco & Nicolao Contarenis, Margarito Cuppo, Thomæ Viario aliiſque nobilibus viris Venetis eamdem participationem conceſſit, ſicut duodecimo kalendas julii ad ipſam admiſit Gabrielem de Bagnolo & Petrum comitem de Tarviſio, quæ tum ex actis viſitationum, tum ex regeſto ſecundo ejuſdem Gerardi excerpſimus.

Ex quo etiam novimus idibus januarii [a] hujus anni ex monaſterio ſancti Petri de Cerreto ipſum facultatem feciſſe Franciſco Veneto ſancti Michaelis de Muriano monacho recipiendi abbatiam ſancti Felicis de Aimannis Torcellanæ diœceſis, ad quam poſtulatus fuerat, Franciſcus ſtatuendus eſt in catalogo abbatum ejus monaſterii inter Bettinum, cujus ad annum 1273. & inter Zanebonum, cujus ad annum 1309. fit mentio ex variis tabulariis in eccleſiis Torcellanenſibus [b] præſtantiſſimi ſenatoris Flaminii Cornelii, ubi animadvertit jam tum incepiſſe antiquum monaſterii illius decus inclinare, quod deinde fluxu temporis Venetias ad ſanctorum Philippi, & Jacobi eccleſiam San-feliciano antea ſubjectam translatum eſt.

Ex tertio vero regeſto ejuſdem Gerardi, ipſe prior pro Orlando abbate Sacrarienſe, qui captivus detinebatur Januæ, ſcripſit archiepiſcopo Januenſi, epiſcopo Guiſarchienſi & capitaneo ac nobilibus civitatis Januæ [c] decimo-tertio kalendas decembris. Die tamen quinta decembris [d], remoto Orlando, elegit in Sacrarienſem abbatem Marcum camerarium Camaldulenſem.

In monaſterio ſanctæ Mariæ de Prodano diœceſis Ariminenſis, cujus primordia dedimus ad annum 1256. quodque fundatum fuerat a Laurentio monacho Camaldulenſi eo anno pro viris, introductæ fuerant ſanctimoniales, vel certe prope virorum conventum erectum domicilium etiam pro ſacris virginibus, eodem facile modo quo apud cellam Faventinam præter monachos primitus inſtitutos adjunctæ fuerunt moniales dictæ de Cella, vel ſancti Maglorii. Id addiſcimus ex ſequenti brevi epiſtola Gerardi prioris [e] ſcribentis abbatiſſæ, ſororibus & toti familiæ ſanctæ Mariæ de Prodano. *Conſiderantes, quod monaſterio veſtro neceſſarius ſit homo ſollicitus, qui temporalia regat, & vobis ſpiritualia ſubminiſtret, dilectum in Chriſto filium domnum Jacobum latorem præſentium vobis in paſtorem & gubernatorem tam temporalium, quam ſpiritualium duximus concedendum; vos rogantes & hortantes in Domino, & diſtricte nihilominus præcipiendo mandantes, quatenus ipſum ut priorem veſtrum debeatis benigne recipere, & tamquam nobis ipſis humiliter obedire; de ipſius namque confidentes induſtria in hoc & aliis veſtras ſemper utilitates intendimus procurare.*

Datum in Fonte-bono IV. *kalendas decembris.*

Intel-

a *Pag.* 79.
b *Pag.* 111. *Pag.* 325.
c *Pag.* 7.
d *Pag.* 37.
e *Pag.* 8.

ANN. CHR. 1283.

Intelligimus etiam ex eodem regeſto [a], monaſterium quoque Montis-crucum, quod pertinebat ad congregationem monachorum alborum ſancti Benedicti Patavinæ urbis, per hæc tempora ſuſcepiſſe reformationem Camaldulenſis eremi; nam duodecimo kalendas ſebruarii anni ſequentis idem Gerardus abſolvit Franciſcum priorem Montis-crucum ab obedientia, qua tenebatur erga ſuum ordinem. Sollemnior ejus monaſterii donatio eremo Camaldulenſi a dominis Carrarienſibus facta fuit ſeculo ſequenti.

IX. Concordia inter eumdem & patronos eccleſiæ S. Margaritæ de Toſina.

„ ANNO M.CC.LXXXII. more Florentino, hoc eſt anno præſenti, *in-*
„ *dictione undecima die ſecunda januarii*. Cum orta eſſet controverſia in-
„ ter Gerardum generalem priorem Camaldulenſem, & inter Ubaldinum,
„ Ribotium & Veghiam fratres ex utroque parente, & filios quondam
„ domini Philippi, Tanum, & Albertuccium fratres & filios quondam
„ domini Alberti, & Vieri filium quondam Gierii nobiles viros de Co-
„ noſive de Volognano, qui ſe aſſerebant patronos eccleſiæ ſanctæ Mar-
„ garitæ de Toſina Feſulanæ diœceſis in plebatu Pomini ſitæ, quæ eccle-
„ ſia de jure erat Camaldulenſi eremo ſubjecta, ne caritas longo diſſi-
„ dio læderetur, ac pro bono pacis omnes ſimul concorditer elegerunt in
„ hujuſce cauſæ peculiarem judicem & arbitrum Octavantem filium Gui-
„ dalotti de Rigalettis de Florentia juris utriuſque doctorem & canoni-
„ cum plebis Caſſiæ Feſulanæ diœceſis. Qui poſt diligentem inquiſitio-
„ nem, definitivam ſententiam pronuntiavit dicens omnem tam ſpiritua-
„ lem, quam temporalem juriſdictionem in præſatam eccleſiam ſanctæ Mar-
„ garitæ reſidere penes priorem Camaldulenſem Gerardum ejuſque ſucceſ-
„ ſores, hac conditione tamen, ut memorati patroni exhiberent eorum
„ conſilium priori Camaldulenſi, priuſquam ad electionem prioris ſanctæ
„ Margaritæ accederet, & hoc intra ſtatutum quoddam temporis ſpa-
„ tium. " Hæc exſcripſimus in tabulario ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia ex inſtrumento acto Florentiæ in domo Lapi Saltarelli juris civilis profeſſoris de populo ſancti Petri Scheradii, præſentibus Johanne Bononienſe monacho Camaldulenſi de Florentia, Lapo Saltarelli legum doctore, Lappo Faſſi de dicto populo, aliiſque.

X. Honoratus monachus Camald. fit epiſcopus Comaclenſis.

CUM vero vacante eccleſia Comaclenſi per obitum Michaelis electus fuiſſet in epiſcopum Honoratus monachus Camaldulenſis, ſequentem pro ipſo epiſtolam Martino IV. Romano pontifici dedit idem Gerardus prior Camaldulenſis.

Summo pontifici domino Martino IV. *Gerardus prior Camaldulenſis. Niſi univerſalis eccleſiæ matris omnium ac magiſtræ membra exiſterene idem corpus, & fructus cujuſque ad borreum unius agricolæ devenirene, graviſſimum eſſet mihi & ordini univerſo plantulam diu nuerieam, & diſciplinis regularibus informatam ſic radicitus fodi, & alibi eransplantari. Ceterum multorum precibus, & maxime canonicorum eccleſiæ Comaclenſis, & omnium jus babentium in electione pontifieis eccleſiæ aneedictæ & inſtaneia inclinatus, chariſſimum filium dominum Honoraeum religioſiſſimum & boneſtum conceſſi unicæ voluntati. Quare clementiam santi Patris ſupplico reverentiſſime & devote, quatenus de ſolita benignitate & gratia ſpeciali dignetur miſericorditer diſpenſare, & petitam gratiam benigniſſime ac pietatis intuitu elargiri, quem credo ad prædictam dignitatem & eeſtificor eſſe dignum, in quantum bumana fragilitas noſſe ſinie, maxime cum inter nos a pueritia ſit nutritus, nibilque inboneſtum repertum fuerie in eodem.*

Datum in monaſterio de Puteolis VIII. *kalendas aprilis* M. CC. LXXXIII.

Eidem Honorato ad Romanam curiam pergenti conceſſit VII. kalendas aprilis, ut procurationes a fratribus & a prælatis ordinis, & etiam

ab

[a] Pag. 10.

ANN. CHR. 1283.

ab aliis quibuſcumque clericis recipere poſſet, & exhibere licita juramenta. Eadem die licentiam ipſi tribuit electionem eccleſiæ Comaclenſis de ſe factam recipiendi. Jure merito itaque Coletus ex Canneto noſtro Honoratum incognitum Ughellio inſerit epiſcopis Comaclenſibus poſt Michaelem, & ante Petrum ex ordine Prædicatorum electum juxta eumdem Ughellium anno 1304. Honoratus Bononienſis eremita ſive Camalduli monachus reperitur nominatus cum aliis in pagina Fontis-boni [a] ad annum 1276. diem vero XV. januarii. Vidimus etiam Honoratum monachum præfectum fuiſſe ab eodem Gerardo priore ſtudentibus monachis Camalduli Bononienſis anno 1281.

Idem prior per mortem Savini abbatis Adelmenſis in territorio Volaterrano præfecit eidem monaſterio Lucam abbatem ſanctæ Jucundæ, ad honorem Martini Romani pontificis & epiſcopi Volaterrani; pridie autem kalendas ſeptembris Rodulphum monachum in abbatem inſtituit monaſterii ſanctæ Jucundæ. Chartas rogavit Albertus de Ramedello notarius domini Lodoyci quondam comitis Veronenſis, qui aliquo tempore ſcriptorem egit Gerardi prioris, aliquo vero ut monachus effertur cœnobii Vangaticienſis.

XI. Monumentum parthenonis S. Petri de Luco.

SEQUENS monumentum ad hunc annum reperitur in tabulario parthenonis ſancti Petri de Luco [b].

In Dei nomine Amen. Anno M. CC. LXXXIII. *indictione* XI. *die quartadecima auguſti. Venerabilis mulier domna Aldruda abbatiſſa monaſterii ſancti Petri de Luco ordinis Comaldulenſis diœceſis Florentinæ, ad quam ratione adminiſtrationis dicti monaſterii, presbyteri inveſtitio, electio, inſtitutio & reformatio eccleſiæ ſancti Georgii ejuſdem diœceſis ſpectat tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure, de presbytero Alberto rectore eccleſiæ ſancti Georgii ſiniſtras relationes audiens non ſemel aut bis, ſed multoties a multis perſonis fide dignis, placuit exemplo Conditoris monaſterii videre, utrum prædictum clamorem veritas contineat. Et dum ad prædictam eccleſiam prædicta venerabilis domina perſonaliter deſcendiſſet cum comitiva ejuſdem conventus, ut videret clarius, & manibus propriis palparet ſtatum eccleſiæ ſancti Georgii ſupradictæ, prædictus presbyter Albertus, qui ſe gerebat pro rectore prædictæ eccleſiæ ſancti Georgii, ſibi male conſcius, ſpiritu rebellionis, armata manu prædictam venerabilem dominam ad inquiſitionem & reformationem non admittens, & in converſos & oblatos monaſterii manus temerarias ac ſacrilegas violenter injecit, & pulſavit campanam ad martellum, vociferanſque clamore, ut poterat, tamquam rubbatores & malefici intraviſſent ad ipſum, ad hoc ut reformationem eccleſiæ impediret ſibi ipſi. Ad quæ quidem cum prædicta domina venerabilis abbatiſſa reſpiciens & conſiderans, quod ſtatum eccleſiæ prædictæ inquirere pacifice non valeret, decrevit populares & parochianos eccleſiæ prædictæ fide dignos ac bonos ad monaſterium prædictum de Luco advocare, & ſtatum præfatæ eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus inquirere ſub forma & modo per me notarium ſer Veniſti Johannis de Filiano notarium publicum Florentinum.* Sequuntur examen, teſtium depoſitiones, crimina objecta presbytero Alberto coram abbatiſſa, & remotio ab adminiſtratione ejus eccleſiæ.

XII. Sententia pro monaſterio S. Severi in Claſſe.

DIE octava octobris [c] nobiles viri de caſtello Focognano, nempe Orlandinus plebanus de Socana, & Surianus & Rogerius fratres plebani, & filii Teuzonis, & Theuzus ac Guelſus filii Raynaldi de caſtro Focognano patroni eccleſiæ ſancti Stephani de Tega elegerunt in ſuum procuratorem rectorem eccleſiæ ſancti Blaſii de Perella ad nominandum rectorem dictæ eccle-

[a] §. *Uſufructus* 2. *A.* 3. 54.

[b] *Sacc. E. n* 15.

[c] §. *Mandatum* 39. *A.* 3. 32.

ANN. CHR. 1283. eccleſiæ ſancti Stephani coram Gerardo priore Camaldulenſi , & coram abbate monaſterii Silvæ-mundani , qui ſimul cum ipſis jus habebant ad eam electionem faciendam.

Cum detrectarent commune & homines terræ Scloæ Foro-popilienſis diœceſis parere & ſubeſſe monaſterio ſancti Severi in Claſſe , Bernardus de Laiguſcello archidiaconus Aureliacenſis capellanus domini papæ, & auditor generalis Bernardi Portuenſis epiſcopi apoſtolicæ ſedis legati ſententiam tulit pro monaſterio ſancti Severi contra homines prædictos, datam Imolæ *anno* M.CC.LXXXIII. *indictione* XI. *die decima menſis decembris*, *Martini papæ* IV. *anno* III. Inter teſtes leguntur Johannes abbas monaſterii ſancti Gaudentii Ariminenſis & Hugolinus rector eccleſiæ ſancti Hermetis. De duplici Bernardo de Laiguſcello, cardinale altero, altero vero archidiacono iterum ad annum 1285.

Bernardus epiſcopus Vicetinus induxit priorem monaſterii ſancti Viti de Vicetia nomine Prudentium in poſſeſſionem omnium decimarum, & jurium decimationum bonorum & prædiorum , quæ poſita erant in villa Quartexoli Ortogedi Vicetinæ diœceſis , & *marigantiæ* totius communis & hominum prædictæ villæ , & omnium jurium & bonorum ad ipſam *marigantiam* ſpectantium.

Guillielminus epiſcopus Arretinus patres ordinis Servorum tranſtulit hoc anno ex podio ſancti Donati in eccleſiam noſtram ſancti Petri-minoris de Arretio , quam ipſis incolendam tradidit, ut habent ſcriptores ejus ordinis. Ubi podium erat ſancti Donati, eminet nunc arx civitatis.

XIII. Lites pro rectore S. Antonini extra portam Faventiæ. OB mortem Guillielmi rectoris eccleſiæ ſancti Antonini extra Faventinam urbem Albertus monachus & ſindicus Gerardi abbatis ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia , qui tunc abſens erat a monaſterio ſuo *in ſervitio Romane eccleſie*, lectis in publicum privilegiis Romanorum pontificum, & donationis pagina ejus eccleſiæ factæ dicto monaſterio per epiſcopos Faventinos , ſed potiſſimum initio ſeculi XI. ab Hildebrando Faventino epiſcopo, in frequentia virorum & mulierum, poſtulatione quoque plurium parœcianorum, elegit in rectorem ipſius eccleſiæ *die ſeptima exeunte aprili* hujus anni Theſaurum priorem Camaldulenſis monaſterii ſancti Johannis de Linario comitatus Imolenſis, quem anno ſequenti *die* XVII. *ſeptembris* confirmavit Gerardus abbas ad honorem ſanctorum Antonini & Bricii , & ad reverentiam Viviani epiſcopi Faventini . Ratam poſtea habuit ipſius poſtulationem *die* VII. *novembris* ejuſdem anni ipſe epiſcopus, præcipiens eidem Theſauro , ut monachum aſſidue ibidem ſecum detineret, qui in dicta eccleſia deſerviret in Divinis & in horis canonicis, mandans Rainerio priori monaſterii de Broilo, ut ipſum in poſſeſſionem dictæ eccleſiæ induceret. In ſignum reverentiæ Theſaurus capitium ſuum extraxit tempore , quo fidelitatis ſacramentum epiſcopo præſtitit. Plures homines e contra dictæ parœciæ elegerunt in rectorem preſbyterum Boneſegnam ; quare lis acerrima inter abbatem ſancti Hippolyti & inter præfatos homines orta eſt , quæ etiam anno ſequenti efferbuit , ut liquet ex longo proceſſu ejuſdem cauſæ exiſtente in tabulario prædicti monaſterii, quem conſulto producere omittimus.

XIV. Paginæ Veronenſes & Porcilienſes. BARTHOLOMÆUS prior Camaldulenſis monaſterii extra Veronam ad locum Aveſæ , præſente Donato priore ſancti Salvatoris de Curte-regia aliiſque , ne damnum deinceps inferretur poſſeſſionibus ſui monaſterii, inſtituit hoc anno peculiarem gaſtaldionem & certos ſaltuarios regulæ ſui prioratus & eccleſiæ . Saltuarii in chartis noſtris Patavinis appellabantur denuntiatores damnorum, quæ fiebant in poſſeſſionibus monaſteriorum, & tenebantur cuſtodire clauſuras, hortos, vites, prata, ſegetes & arbores ,

Sal-

ANN. CHR. 1283.

Saltuariorum mentio fit etiam in pagina Uladiſlai regis Poloniæ pro eccleſia Dobrowenſi ad annum 1232. prout vidimus ſub anno 1267.

Philippus prior monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia Patavinæ urbis poſt Caſtellanum impetravit ſub hoc anno *die nona junii*, *pontificatus ſui anno* III. a Martino IV. Romano pontifice ex Urbe-vetere apoſtolicam protectionem cœnobii ſui & bonorum ejus.

Die XIX. auguſti [a] Berardus camerarius Martini IV. recepit ſolitas duas uncias auri a priore Camaldulenſi Gerardo anno tertio ejuſdem Romanis pontificis.

[a] §. *Finis*. 5.

ANN. CHR. 1284.

XV. Monaſterium S. Benedicti, Patavii ſupponitur abbatiæ Vangaticienſi.

GERARDUS prior generalis Camaldulenſis, qui monaſterio Vangaticienſi ſuppoſuit die decima februarii hujus anni monaſterium monialium ſancti Benedicti urbis Patavinæ [b], agnoſcens idem Vangaticienſe cœnobium reformatione indigere, ipſum nobiliſſimum congregationis membrum recta diſciplina firmavit, condens plura ſtatuta pro ejus regimine die prima aprilis, quæ manu Alberti Vangaticienſis monachi & ſcriptoris Camaldulenſis exarata leguntur in tabulario Fontis-boni.

[b] §. *Statuta* 12. *A*. 3. 40.

XVI. Electio prioris Porcilienſis. De mulieribus Porcilienſibus.

NE ab urbe Patavina recedamus, cum obiiſſet Philippus prior ſanctæ Mariæ de Porcilia, monachi ejuſdem loci elegerunt ſibi in priorem Samſonem Porcilienſem cœnobitam. Confirmavere ipſius electionem Bovetinus archipresbyter eccleſiæ Patavinæ, & canonici ejuſdem eccleſiæ vacantis ob mortem Johannis epiſcopi. Actum Paduæ in majori eccleſia ante arcam ſancti Danielis, præſentibus fratre Aldevrandino de Rhegio ordinis fratrum Prædicatorum, Benvenuto priore ſancti Johannis de Viridaria, Triofante priore ſanctæ Margaritæ de Pulveraria, Antonio priore ſanctæ Mariæ de Trexonibus aliiſque, *indictione duodecima tertio exeunte februario*. Quadriennium vacavit ſedes Patavina.

Samſonis prioris tempore orta eſt controverſia inter Porcilienſe monaſterium, & inter rectorem eccleſiæ ſancti Thomæ de Arena, an mulieres, ſive converſæ Porcilienſes, quæ haud procul a monaſterio habitabant, ad dictum monaſterium, & ad curam prioris pertinerent? Quare [c] hoc *anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto indictione duodecima die primo novembris in eccleſia ejuſdem ſancte Marie de Porcilia, a latere fratrum, plures ex iis mulieribus, que omnes morantur Padue in domibus monaſterii ſancte Marie de Porcilia, que ſunt juxta dictum monaſterium, confeſſe fuerunt coram Sanſone priore, quod nunc ſunt, & fuerunt retroactis temporibus* Campeſe *dicti prioris & illius monaſterii, poſtquam habitaverunt & habitare inceperunt in dictis domibus & ſub obedientia dicti prioris, & in dicta eccleſia receperunt & audiverunt divina officia & alia ſacramenta, & confeſſe fuerunt ſe velle eſſe dicti prioris, monaſterii & conventus* Campeſe, *& ſub obedientia ejus eſſe & ſtare de cetero, & in dicta eccleſia audire & recipere divina officia, myſteria & ſacramenta eccleſiaſtica tamquam profeſſe ipſius prioris monaſterii ſupradicti*. Hæc controverſia iterum annis 1291. & 1304. ſuſcitata fuit, ut eo poſtremo anno dicemus.

[c] §. *Arch. S. Mich. de Mur. Capſ.* 33.

XVII. Facultas ædificandi eccleſias conceſſa abbati S. Victoris de Cluſis.

HUGUTIO epiſcopus Æſinus *prima die februarii* hujus anni *indictione* XII. primarium lapidem conceſſit abbati ſancti Victoris de Cluſis pro eccleſia ſanctorum Petri, Michaelis & Paterniani ſita in villa Appurani, diſtrictus Rocchæ-conradæ, Senogallienſis diœceſis, quæ de novo erat ædificanda in alio ipſius villæ loco, ut licentiam ejus rei fecerat Stephanus canonicus eccleſiæ ſancti Petri de Turrice, marchiæ Anconitanæ in ſpiritualibus vicarius generalis, ex Maceratenſi urbe *die* XVIII. *januarii*.

Opem quoque tulit idem Stephanus reædificationi baſilicæ ſancti Blaſii in oppido Fabriani, quæ a fundamentis ab Hugolino & Paulo capellanis

ANN. CHR. 1284.

conſtructa fuit, ut ex ſequenti diplomate, quod ſubjungimus ex autographo tabularii ejuſdem monaſterii. *Nos magiſter Stephanus canonicus eccleſiæ ſancti Petri de Turrice marchiæ Anconitanæ in ſpiritualibus vicarius generalis diſcretis viris dompno Ugolino & dompno Paulo capellanis eccleſiæ ſancti Blaſii de Fabriano ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sane veſtra petitio nobis exhibita continebat, quod vos præfatam eccleſiam ex concuſſione terræmotus dirutam de novo ædificaſtis opere non modicum ſumptuoſo, occaſione cujus operis vos ſubire oportuit gravia onera debitorum. Quare a nobis humiliter poſtulaſtis, ut vobis ſuper hoc curaremus de opportuno remedio ſubvenire. Nos itaque veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, vobis tenore præſentium auctoritate, qua fungimur, indulgemus, ut de uſuris, rapinis & alii male acquiſitis, dummodo hi, quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat, omnino ſciri & inveniri non poſſint, uſque ad ſummam* XL. *librarum pro exoneratione prædictorum debitorum libere recipere valeatis. Volumus inſuper, ut hi, qui præmiſſa vobis contulerint, ad reſtitutionem aliam faciendam minime teneantur. Data Maceratæ, ubi tunc nos vicarius moram trahebamus, ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo-quarto indictione* XII. *die penultimo menſis martii pontificatus domini Martini papæ* IV. *anno* IV. *In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri.*

Johanni abbati Agnanienſi Martinus papa IV. *anno* III. ſui *pontificatus tertio kalendas februarii* apud Urbem-veterem commiſit deciſionem litis inter præpoſitum & capitulum Arretinum, & inter patronos eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Monte-centono quoſdamque laicos, ut legitur in tabulario monaſterii ſanctæ Mariæ in Gradibus.

XVIII. Chartæ Inſulanæ, & Volaterranæ.

UGOLINUS de ſancta Flora procurator domini Ugonis olim Orlandi ejuſdem loci reſignavit & reſtiruit Rainerio abbati Inſulano omnes homines, terras, vineas, poſſeſſiones & jura, quæ dictus dominus ejuſque anteceſſores abſtulerant & uſurpaverant eidem monaſterio, ſub pœna centum marcharum auri, confitens ea pertinere ad dictum cœnobium, nec contra refutationem hujuſmodi promittens ſe unquam venturum.

Ob mortem Juſti abbatis monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis de Volaterris Rainerius epiſcopus Volaterranus novæ electioni voluit intereſſe Henricum abbatem ſancti Salvatoris de Florentia vicarium ſuum generalem, quo monachorum conventui præſidente datus eſt in præfectum dicti cœnobii Accurſius Florentinus ex priore ſancti Paterniani de Ferracciano, „ quo tempore, ait Fortunius [a], Sruldus de Roſſis prædia ſua dilar„ gitus fuit eidem cœnobio in Lajatico, conditis teſtamentariis tabulis.“

a Part. II. lib. 11. c. 8.

XIX. Traditio tertiæ partis caſtri S. Viti monaſterio S. Gregorii de Urbe. Plura ad Camald. monaſteria ſpectantia.

VIDIMUS ad annum 1279. Petrum Scotum civem Romanum emiſſe a Richardo filio quondam Mathiæ Annibaldi caſtrum ſancti Viti & caſtellare Caſalis-Fabri in diœceſi Narnienſe. Præſenti anno ipſe dedit Bartholomæo abbati ſancti Gregorii de Urbe tertiam partem dicti caſtri Sancti-Viti cum acceſſione numeratæ pecuniæ in permutationem tertiæ partis caſtri Petræ-pertuſæ, quod idem Petrus integrum vendiderat baſilicæ ſancti Petri, licet tertia ipſius pars pertineret ad dictum ſancti Gregorii monaſterium, confitente Bartholomæo abbate permutationem hanc ceſſiſſe in commodum & utilitatem ſui cœnobii. Ratum habuit permutationis libellum Martinus papa IV. interpellatus ab abbate ſancti Gregorii, dans literas Sabariſio epiſcopo Tiburtino, Bartholomæo abbati ſancti Pauli, & Mauro abbati ſanctæ Praxedis de Urbe *quinto kalendas decembris*, *pontificatus* ſui *anno tertio* apud Urbem-veterem; anno ſcilicet ante-

antecedenti. Porro judices delegati compertam habentes utilitatem ejuſdem monaſterii, *die vigeſima-tertia januarii* anni ſequentis, *pontificatus domni Martini papæ IV. anno tertio indictione* XII. apud hoſpitale ſancti Spiritus de Urbe probavere hujuſmodi permutationem. Teſtis inter ceteros legitur Johannes præceptor ejuſdem hoſpitalis. Sabatinum, Sabantium & etiam Sabaritium vocat epiſcopum Tiburtinum Ughellius [a].

Gratia abbas ſancti Victoris de Cluſis propter ſenium & ægritudinem abbatiæ nuntium remiſit in manibus Lamberti de Preſolio canonici & auditoris ſedis vacantis Camerinenſis, & Franciſci Zazini vicarii Rambocti archidiaconi Camerinenſis recipientium vice ſedis & capituli majoris eccleſiæ Camerini, *anno* M. CC. LXXXIV. *indictione* XII. *tempore Martini papæ* IV. *die* XIII. *novembris* in diſtrictu Fabriani in palatio ſancti Victoris de Cluſis. Quare eadem die, præſentibus Guarino priore eccleſiæ ſancti Venantii de Fabriano, dictiſque canonicis monachi ſancti Victoris concorditer ſtatuerunt devenire ad novam abbatis electionem per viam compromiſſi.

In Caſtellani epiſcopatus tabulario memoria habetur, quod Matthæus abbas, monachi & populus Burgi-ſancti-Sepulcri ſub hoc anno, exceptis eccleſiaſticis ſecularibus, excommunicationis vinculo fuere irretiti ab epiſcopo Caſtellano. Caſtellanus epiſcopus erat Jacobus; verum Burgenſis abbas non erat Matthæus, ſed Zeno per hæc tempora.

Cum in longum producerentur controverſiæ epiſcopum Spoletanum inter & monaſterium ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio, ſcripſit hoc anno [b] ex Vangaticienſi cœnobio die nona aprilis Gerardus generalis prior Rolando epiſcopo Spoletano, ut compromitteret utraque pars in aliquem peritum Romanæ curiæ virum, qui abſque rumore & forma judicii liti optatum finem imponeret.

Septimo idus junii [c] vicarium ſuum conſtituit in monaſterio Montis-Chriſti Rainerium priorem ſanctæ Mariæ de Scala, qui prioratus ſubjectus erat abbatiæ Montis-Chriſti.

Quarto idus junii [d] poſt præcepta quoad recluſionem facta monialibus ſancti Georgii de Apibus, ſtatuit, ut Ubertus Berardingorum abbas redditus & bona ejus parthenonis deinceps adminiſtraret. Idemque anno ſui prioratus decimo, hoc eſt præſenti, ordinavit monialibus ſancti Mamiliani de Senis.

Literas participationis bonorum ſpiritualium congregationis conceſſit omnibus benefactoribus hoſpitalis de Ponte-Arretino [e] ſexto idus julii. Eaſdem indulſerat menſe præterito nobilibus mulieribus Salimbenæ de Rocca-pozzoli, & Audinæ de Accariſiis Bononienſi dominæ.

Quinto kalendas julii [f] vicario Trullenſi in Sardinia ſcribens ſignificavit, quod Marcus Sacrarienſis abbas veniens Saſſarim pro exigenda collecta ſibi commiſſa a Thaddæo abbate Montis-Chriſti, ſtatim per nuntios poteſtatis ejuſdem urbis compulſus fuerat exire, quoſdam vero laicos egreſſos poſt eum ipſum ſocioſque ejus expoliaſſe, verberaſſe, ſemivivos reliquiſſe, dictumque eis fuiſſe eumdem Thaddæum abbatem has illis injurias procuraſſe; quare vicario prædicto commiſit inveſtigationem veritatis. Suberat vicariatui Trullæ etiam cœnobium de Anela, cujus priori præcepit hoc anno obedientiam vicario Trullenſi.

Pridie kalendas januarii [g] abbatibus Decianenſi & Anglarienſi præcepit, ut ad Burgum-ſancti-Sepulcri accederent, & cum abbate Burgenſi pertractarent, & etiam cum aliis de populo amicis ordinis, utrum & quommodo ſatisfieri poſſet petitioni ſanctimonialium ſanctæ Catharinæ ejuſdem loci,

[a] T. I. col. 1309.
[b] Reg. III. pag. 12.
[c] Ibid. pag. 14.
[d] Ibid. pag. 15.
[e] Ibidem.
[f] Pag. 18.

loci, quæ optabant obtinere eccleſiam ſancti Chriſtophori vel Hippolyti in
Ann. Chr. 1284. Burgo, & ſimul congregationi Camaldulenſi aggregari. Datum Socii.
Extabat monaſterium ſanctæ Catharinæ in Burgo etiam tempore Ambroſii abbatis generalis ſeculo XV. de quo mentionem facit in ſuo Hodœ-
a Pag. 14. 64. porico [a].

Die ſancto Lucæ ſacra celebratum fuit in monaſterio Claſſenſi capitulum congregationis ſub Gerardo præſide, Bartholo Puteolenſi, Noe Cintorienſi abbatibus, Bono Savinianenſi, Johanne Livienſi prioribus, Simone recluſo, Marco aperto eremita eremitis Camaldulenſibus & definitori-
b Pag. 18. bus. Inter cetera [b] octavo kalendas novembris demandatum fuit Johanni priori de Vico-livienſi, ut poſſet cum abbate ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis, & cum priore ſanctæ Mariæ de Vincareto prope Brittonorium tractare de uniendis eorum monaſteriis cum ſuis membris ordini Camaldulenſi. Monaſterium ſancti Petri ad Vincula aggregatum fuit congregationi per hæc tempora, ut videbimus, ſed Vincaretani cœnobii, in quo Deo deſerviebant canonici ordinis ſancti Marci, dilata fuit unio.

Die antecedenti, amoto vel etiam cedente Lappo abbate Uranenſi, convenerunt ad idem Claſſenſe capitulum Rainerius prior ſanctæ Trinitatis de Brittonorio, Petrus prior ſancti Antonii de Curſu, & monachi dicti cœnobii, ad quos pertinebat electio, & poſtulaverunt in abbatem Bonum priorem ſancti Benedicti de Saviniano, quam electionem Gerardus prior calculo ſuo probavit. Item monachi Savinianenſes, aliique Montalis de Salute Ariminenſis diœceſis per aſſumptionem Boni eorum prioris ad abbatiam Uranenſem, elegerunt in rectorem ſuum tertio kalendas novembris Jacobinum abbatem ſancti Theoniſti ejuſdem Ariminenſis territorii.

c Pag. 19. Septimo kalendas novembris [c] nobili & potenti viro Guillielmo domini Petri de Balneo-regio poteſtati Radicoſani ejuſque conſilio aliiſque amicis ex eodem Claſſenſi capitulo gratias egit Gerardus de laboribus ſuſceptis pro dilectione ordinis, ac pro translatione monaſterii ſancti Petri de Campo ad prædictum Radicoſani caſtrum.

Demum conſtituti fuere in eo capitulo procuratores ordinis Zeno abbas Burgenſis, & Johannes abbas Sylvæ-mundanus.

d Pag. 10. Deceſſit hoc anno [d] Remborgina abbatiſſa ſanctæ Chriſtinæ de Bononia, cujus geſta, zelum, ardorem monaſticæ diſciplinæ aliaque laude digna, ita ut lacrymas vix cohibere potuerit, prædicat Gerardus prior in epiſtola conſolatoria ad ſanctimoniales viduatas, in qua etiam monita dat pro ſufficienda nova abbatiſſa, committens, ut electioni præſint Gerardus abbas ſancti Hippolyti de Faventia, & Albertinus monachus. Datæ ſunt literæ ex Vangaticia III. kalendas februarii. Ejus obitus in necrologio parthenonis adnotatur ad diem VI. kalendas februarii anni M.CC.LXXXIII. ſed facile uſurpatur Venetus annus, qui communi ſtilo eſt præſens. Electa fuit in ipſius locum Orabilis. Abdicanti etiam Margaritæ abbatiſſæ
e Pag. 39. ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio [e] ſubrogavit Genevram ſanctimonialem Patavinam monaſterii ſancti Benedicti-veteris.

f Pag. 13. Memoratur in eodem Gerardi prioris regeſto [f] monaſterium ſeu eccleſia ſancti Jacobi de Burgo Venetiarum tamquam ſubjecta ordini Camaldulenſi; ex monaſterio enim Vangaticiæ tertio kalendas maji literas dedit Gregorio priori eccleſiæ ſancti Jacobi præcipiens ſub excommunicationis pœna, ut uſque ad kalendas proximi venturi menſis junii mitteret viginti Venetos groſſos priori monaſterii ſancti Damiani de Ponte-ferri Bononiæ, quos procurator ordinis ſolverat pro quibuſdam literis ad pe-

titionem

ANN. CHR. 1284.

titionem ipſius Gregorii impetratis de curia domini cardinalis. Ubinam foret ſancti Jacobi eccleſia nos latet. In burgo, hoc eſt in viciniis urbis Venetiarum inter Murianum & Majurbium erat eccleſia ſancti Jacobi de Palude, ſed huic ante quadraginta annos inſerviebant ſanctimoniales Ciſtercienſes. Muriani quoque erat eccleſia ſancti Jacobi de Gallitia, vulgo *de la punta*. Prior ibi aderat Dominicus ex ordine ſancti Auguſtini, cui ſeculo ſequenti ſucceſſere ſanctimoniales ejuſdem ordinis. Monaſterium ſancti Jacobi de Judaica nonniſi ſeculo ſequenti conditum fuit pro fratribus Servorum Mariæ. Poſt trienninm Gerardus quidam Camaldulenſis vitam eremiticam agebat inter inſulam ſancti Georgii-majoris & alteram ſancti Clementis, Ubicumque demum foret hæc ſancti Jacobi eccleſia ſeu monaſterium Camaldulenſe, de eo nulla ſupereſt poſterior memoria.

Alterius Camaldulenſis eccleſiæ mentio fit in eodem regeſto [a] appellatæ ſancti Gregorii de Cavazola in diœceſi Regienſi, cujus presbytero converſo Bonaventuræ literas teſtimoniales dedit, quibus ipſum miſericorditer recepit iterum ad ordinem, cum ſtetiſſet extra ordinis obedientiam pluribus annis, eum abſolvens ab excommunicatione, quam propter hoc incurrerat, & committens eidem curam dictæ eccleſiæ. Datum Bononiæ quinto idus maji.

In monaſterio ſancti Salvatoris de Vico Livienſis urbis hoc anno & ſequentibus præter monachos degebant etiam ſanctimoniales, ut ex actis viſitationis ejus monaſterii peractis die quarta octobris, & relatis in ſupradicto regeſto [b].

a *Ibidem*.

b *Pag.* 45.

ANN. CHR. 1285.

XX. Martini IV. bulla pro eremo Camaldulenſi.

MARTINUS papa IV. hoc *anno pontificatus* ſui *quarto idibus februarii* ex Peruſio mandavit abbati ſancti Pancratii Florentinæ urbis, ut ad examen revocaret cauſam, quam eremus Camaldulenſis habebat cum rectoribus eccleſiarum Fraxinetæ, Montis-ſilveſtri, Veſpri, Tremojani, ſancti Zenonis, Vignolæ, Corſolonis & Lontrinæ, qui denegabant ſolvere decimas, vel moleſtias inſerebant terris & poſſeſſionibus ejuſdem eremi. Paulo poſt obiit Romanus pontifex Martinus vitam cum morte commutans in eadem urbe Peruſina die vigeſima-nona martii, in cujus locum ſuffectus fuit die ſecunda aprilis Jacobus cardinalis diaconus ſanctæ Mariæ in Coſmedin ex nobiliſſima Sabella gente, qui nomen aſſumpſit Honorii IV.

XXI. Monumenta ad plura monaſteria ſpectantia.

HENRICUS præpoſitus canonicæ Foro-popilienſis Alberto abbati ſancti Benedicti in Alpibus de Biſurco, conſentientibus ceteris ſuis canonicis, confirmavit hoc anno *die decima-octava octobris indictione* XIII. *tempore Honorii papæ* IV. privilegium, quod ante triennium conceſſerat eidem abbati Ravaldinus olim epiſcopus Foro-popilienſis, quoad plebem ſancti Martini, quæ vocabatur in Alpe, cum ſuis decimis, primitiis & oblationibus. Obierat itaque ea die Ravaldinus epiſcopus, & eccleſia Foro-popilienſis ſuo viduata paſtore nondum de Thaddæo ejus ſucceſſore proviſa fuerat.

Die vigeſima-ſeptima julii indictione XIII. Michael archidiaconus eccleſiæ Ravennatis & vicarius generalis Bonifacii archiepiſcopi ejuſdem ſedis, nomine ſui antiſtitis promulgavit indulgentiam quadraginta dierum obtinendam ab omnibus adjutrices manus porrigentibus pro reſtauratione eccleſiæ ſancti Severi in Claſſe Ravennæ.

Zeno abbas Burgenſis monaſterii in ſacris Miſſarum ſollemniis præcepit omnibus hominibus Burgenſibus, ne arma offenſiva deferrent per Burgum; alias denuntiavit ſe contra ferentes arma proceſſurum ad excommunicatio-

nis

Ann. Chr. 1285. nis vindiſtam. Hoc ipſo anno morte locum idem ſecit Bindo abbati; ut liquet ex inſtrumento facto in manibus ejuſdem Bindi de reſtirutione uſurarum a Thegario olim Honſredi. Legitur in quodam proceſſu Caſtellanenſis epiſcopalis tabularii Roſcium de Sancto-Miniate Burgenſem poteſtatem contra præſatum Zenonem abbatem violentias plures exercuiſſe anno 1284. Bindo autem ſucceſſit hoc ipſo anno Petrus, cujus acta leguntur etiam ad annum 1288. Petro autem Johannes, qui inſcriptus legitur in paginis Burgenſis archivi uſque ad annum 1298. Ad Zenonem Burgenſem abbatem, virum ea tempeſtate celebrem, datas arbitramur Guittonis Arretini equitis & poetæ literas, quæ proſtant ſub numero II. inter editas a Cl. V. & præſule Johanne Bottario; florebat tamen ad hæc tempora alter Zeno celebris abbas monaſterii ſancti Salvatoris Camalduli Florentini.

Obizo marchio Eſtenſis & Anconitanus donavit hoc *anno die* III. *intrante octobri* Paulo Riccio priori ſanctæ Mariæ ad Carceres bona ſita in Gazolo & in Palſo. Nominatur in ipſa donatione Matthæus filius naturalis marchionis Obizonis.

Ipſo anno *indictione* XIII. *ſeptimo exeunte junio* Bonaventura abbas monaſterii ſancti Vincentii ad Petram-pertuſam, & Juncta abbas ſancti Angeli de Foreſto Urbinatis diœceſis ex mandato Bernardi Portuenſis epiſcopi & apoſtolicæ ſedis legati dato Faventiæ XV. *kalendas julii Honorii* IV. *anno primo*, determinarunt numerum canonicorum Urbinatis eccleſiæ, nempe octo canonicorum, præpoſito in ipſis incluſo. Actum in civitate Urbini; ex autographa pagina tabularii capituli Urbinatenſis.

Baroncinius in ſuo Camaldulenſi ms. chronico refert Gerardum priorem generalem Camaldulenſem dediſſe hoc anno monialibus ſancti Mamiliani Senenſis urbis quædam præcepta ſervanda pro earum reformatione. Ea legimus in regeſto III. ejuſdem prioris. Laudato ſiquidem in primis earum fervore, & zelo abbatiſſæ, ipſis mandavit, „ ne aliqua earum
„ exiret ad civitatem, niſi forte abbatiſſa cum ſocia a ſe eligenda ire
„ deberet ad epiſcopum, vel ad alios dominos, ſecundum quod require-
„ ret qualitas negotii pro utilitate monaſterii; item ne qua tranſiliret
„ portam monaſterii ad vineam vel ad hortum, niſi prædicta abbatiſſa
„ cum ſocia pro aliqua maſſaritia exercenda; demum ne aliquem intra
„ ſepta parthenonis permitterent intrare, niſi foret epiſcopali dignitate
„ inſignitus. Datum Senis tertio kalendas novembris. “ Eadem mandata dedit idibus ejuſdem menſis aliis monialibus ſancti Georgii de Apibus.

Johannes abbas Agnanienſis elegit rectorem eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ de Clanis. Leguntur in tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus acta præcepto epiſcopi Guillielmini facta ab Orlando archipresbytero Arretino pro validitate ejus electionis, & an quis vellet ei electioni conrradicere?

XXII. Controverſia inter priorem Camald. & monaſterium S. Savini Piſarum.

Obierat Petrus Empurienſis abbas monaſterii ſancti Savini de Montione diœceſis Piſanæ, cumque ad electionem novi præſulis venire deberenr die XV. auguſti anni præteriri monachi ejuſdem cœnobii, Gerardus ſupremus congregationis Camaldulenſis præſes procuratores nuntioſque ſuos ad ipſos deſtinaverat, qui poſtularenr nomine ſuo, ne ſe irrequiſito ad electionem aliquam procederent. Verum monachi, ſprera Gerardi præſentia & facultate, elegerant ſibi in abbatem Johannem monachum ejuſdem monaſterii, exhibueruntque illius electionem B. hoc eſt Bernardo de Laiguiſcello cardinali epiſcopo Portuenſi & apoſtolicæ ſedis legato. Electionem hujuſmodi confirmationis robore munire volenti cardinali Gerardus & conventus eremi Camaldulenſis oppoſuere ſibi in eam electio-

nem

nem jus competere, ſe neque vocatos, immo comtemptos fuiſſe. Abbatem itaque Silvæ-mundanum conſtituetunt in procutatorem ſuum ad irritandam dictam electionem. Extant literæ Getardi [a] deprecatoriæ ad Latinum Urſinum, Matthæum de Aquaſparta, Benedictum Cajetanum & ad Matthæum Rubeum ſanctæ Mariæ in Porticu diaconum cardinalem, ad Sinibaldum de Labro etiam, qui ibidem dicitur archiepiſcopus Bononienſis, datæ undecimo kalendas ſeptembris ejuſdem anni, quibus commendat ipſis monaſterii ſancti Savini negotium, & Johannem Bononienſem abbatem Silvæ-mundæ earum portitorem & ſindicum pro Camaldulenſi jure creatum. Kalendis januarii hujus anni Bonum nobilem civem Piſanum nuntium ſuum in Romana curia elegit idem Gerardus, qui ſupplex rogaret Matthæum cardinalem, ne provideret dictum monaſterium de perſona exttanea, ſed de congregationis Camaldulenſis gremio. *Die jovis prima februarii indictione* XIII. reclamarunt cotam ſupradicto Bernardo cardinale legato Philippus & Andreas monachi inſtituti procutatores a conventu monaſterii ſancti Savini, objeceruntque, quod contra fas ipſe cardinalis togatu Camaldulenſis prioris Geratdi ſe intromiſiſſet in ea ſubjectionis cauſa, quæ San-ſavinates inter & Camaldulenſes agitabatur, quæque ex commiſſione apoſtolicæ ſedis & Romani pontificis jamdudum inceperat coram bonæ memoriæ Riehardo ſancti Angeli cardinale diacono, & tunc pendebat ex apoſtolica ſimiliter delegatione coram Hieronymo epiſcopo Prænestino, Gervaſio tituli ſancti Marrini, ſed potiſſimum coram Matthæo ſanctæ Mariæ in Porticu diacono pariter cardinale, ipſique probro verterunt, quod differret ulterius confirmare electionem recens factam Johannis monachi in abbatem prædicti monaſterii. Actum Imolæ; manu Jacobi de Bargiaco auctoritate apoſtolica notarii, præſentibus Bernardo Laiguiſcello archidiacono Aureliacenſi, magiſtro Guillielmo de Mandagon archidiacono Nemauſenſi, Raymundo de Vodabla canonico Fertarienſi, & aliis, ut in vetuſto apographo legimus. Controverſia ſubjectionis excitata erat intet San-ſavinates & ptiorem Camaldulenſem jam a temporibus Alexandri papæ IV. Bernardus autem cardinalis & epiſcopus Portuenſis erat legatus apoſtolicæ ſedis per totam Italiam, & inſuper poſt obitum Octaviani Ubaldinii protector datus fuerat a Romano pontifice congregationi Camaldulenſi. Bernardus vero ſeu Berttandus archidiaconus Aureliacenſis frater erat Bernardi cardinalis. Interea Johannes abbas electus poſtulationi ſuæ nuntium remiſit. Quare Honorius IV. Romanus pontifex poſt Martinum IV. anno ſequenti die vigeſima-quinta menſis februarii mandavit monachis San-ſavinatibus, ut attenta abdicatione dicti Johannis, qui in manibus ſuis pro bono pacis dignitatem ſibi oblatam depoſuetat, aliam idoneam perſonam in abbatem nominarent; ſed monachi itetum eumdem Johannem poſtularunt. Idcirco ipſe Romanus pontifex eumdem in abbatem confirmavit, præcepitque ſubditis & fidelibus ejuſdem monaſterii, ut ipſi obedientiam præſtarent, & in ſuum præſulem ſuſciperent. *Datum Romæ anno primo*. Atque ita mandato pontificio iterum ſopita fuit ad tempus controverſia, quæ rurſus uſque ad tempora Johannis papæ XXII. ebulliit inter Camaldulenſes priores, & monachos San-ſavinates.

ANN. CHR. 1285.

a Reg. III, pag. 17.

Alii monachi ſancti Petri ad Vincula Ravennatis territorii & ordinis ſancti Benedicti, qui ante triennium poſtulaverant aſſociari cum Camaldulenſibus, cupientes ſaluti propriæ & utilitati ſui monaſterii conſulere, quod tum propter bella, tum propter potentiorum violentias pene erat collapſum, conſtituerunt die decima-ſexta julii [b] Anſelmum ipſorum abbatem

b Mandatum 41. A. 3. 56.

ANN. CHR. 1285.

batem in procuratorem ad expoſcendam a Romano pontifice vel ab aliquo apoſtolico legato facultatem hujuſmodi aggregationis, & ſubmittendi monachos obedientiæ prioris eremi, & promittendi reverentiam & ſubjectionem Gerardo priori generali ejuſque correctiones recipiendi; manu Longavitæ notarii. Menſe ſeptembri abbas præfati monaſterii erat Benvenutus, ad quem monachos Camaldulenſes, qui ibidem reſidere deberent, miſit idem Gerardus prior ex regeſto ejus literarum III. [a] Forte Anſelmo alterum Benvenuti nomen erat, nam Anſelmi nomen perſeverat etiam annis ſequentibus.

a Pag. 29.

XXIII. Inhibitio de cædendis abjetibus eremi Camaldulenſis, & Gerardi prioris acta.

MENSE ſeptembri die decima-quarta [b] eremitæ Camaldulenſes congregati cum eorum priore Gerardo in cella domini papæ, quam inhabitabat Simon eremita reclusus, ſtatuerunt unanimiter, quod infra certos fines nulli fas eſſet abietes eremi incidere, vel beſtias ad paſcendum mittere, ſed nemini quoque liceret petere vel capitulo proponere, nec ipſi priori licitum foret promittere, aut dono dare aliquam abietem, niſi prius ipſi facultas a capitulo foret conceſſa. Innovantur eadem occaſione excommunicationes omnes ſuper ea re latæ a prædeceſſoribus prioribus; manu Bartholomæi notarii. Generalis ejuſmodi prohibitio de non cædendis abietibus ubicumque plantatis facta jampridem fuerat anno 1278, in conſtitutionibus eremi & Gerardi prioris, rubrica *de Portario eremi & abjetum earumdem cuſtode*, tum etiam in aliis conſtitutionibus ordinis capite ſecundo *de ſtatu eremi & eremitarum* anno 1279. quæ quidem prohibitio ſæpe ſæpius deinceps innovata fuit.

b §. *Statuta* 13. & 15.

Editum pariter eſt hoc anno [c] & ordinatum ſtatutum obſervandum ab incolis caſtri Fatalbecii, quod erat ſubditum eremo Camaldulenſi. Ipſum confecit Bonifacius prior Anglarienſis vicarius Gerardi prioris generalis, & conſarcinatum fuit ad honorem Camalduli, & procerum de Monte-acuto, qui de ipſo inveſtiti fuerant; juraruntque ipſius obſervationem Iſalonus & Albertus Montis-acuti dynaſtæ, & ſpoponderunt ſe acturos, ut ſuo tempore jurarent tres filii Thebaldi, qui erant adbuc in ætate pupillari conſtituti.

c *Ibid.* 14.

De mandato ejuſdem Bernardi cardinalis legati, & vigore ejus literarum ſcriptarum ex Faventia IV. kalendas maji [d] anno primo Honorii papæ IV. Gerardus prior Franciſcum Rigonis clericum Arretinum plebanum conſtituit plebis de Claſſe ſecundo nonas ſeptembris, in poſſeſſionemque immiſit.

d *Reg. III. pag.* 25.

Bartholum in locum Marci [e] ſubrogavit abbatem Sacrarienſem in Sardinia, pro quo etiam commendatitias literas dedit judici Arborenſi, Trinciæ de Orrea, marchioni Malaſpinæ & Baraſoni Murgiæ.

e *Reg. III. pag.* 29.

Vigeſima-prima-octobris [f] confirmavit electionem Nicolai monachi ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis in rectorem eccleſiarum ſanctæ Mariæ de Turricella, & ſancti Stephani de Agere prope Ravennam factam ab abbate dicti monaſterii.

f *Ibid. pag.* 54.

Nono kalendas junii [g] mandavit abbati ſanctæ Mariæ de Deciano, ut ſtuderet pacem curare inter abbatem Inſulanum, & inter dominos de Valbona, ac poſſeſſionem traderet ejus monaſterii abbati electo.

g *Ibid. pag.* 25.

Florebat hoc tempore in monaſterio ſancti Frigdiani de Piſis Paulus monachus, cui hoc anno die XXV. decembris [h] idem Gerardus prior conſiderans, quod talentum a Domino datum ſcientiæ fructuoſum non debet abſcondi, dedit ipſi, quem *magnæ ſanctitatis & ſcientiæ virum* appellat, & *egregium arithmeticæ profeſſorem*, licentiam docendi, & retinendi ſcholas in arte theoricæ ſive practicæ, vel per ſe, vel per bacellarium ſive re-

h *Ibid. pag.* 55.

peti-

petitorem . Anno tamen 1283. eidem Paulo facultatem tantummodo fecerat *docendi Divina, ut cum Maria ſederet ad pedes Domini.* ANN. CHR. 1285.

Ad hunc annum in eodem Gerardi regeſto [a] adnotantur „ nomina cardinalium, qui modo ſunt in eccleſia Romana, & ſunt infraſcripti : E- „ piſcopi, domnus Latinus Oſtienſis & Velitrenſis epiſcopus natione Ita- „ lus; dominus Bernardus Portuenſis epiſcopus, natione Provincialis, ami- „ ciſſimus ordinis, legatus in Lombardia; dominus Bentevegna Albanen- „ ſis epiſcopus natione Italus; dominus Hieronymus Prænestinus epiſco- „ pus natione Italus; dominus Ordinius Tuſculanus epiſcopus natione Hiſ- „ panus, quo defuncto ſubrogatus eſt dominus Johannes ejus loco, natio- „ ne Romanus, nunc legatus in Anglia & Alemannia ; dominus Gerar- „ dus Sabinenſis epiſcopus natione Italus, nunc legatus in Apulia, & alii „ presbyteri cardinales & diaconi &c.

a *Pag.* 21.

Octavo idus novembris [b] literas participationis bonorum ſpiritualium ordinis dedit Gerardus fratri Ambroſio Senenſi ex ordine Prædicarorum Theologiæ doctori. Ipſe eſt beatus Ambroſius Sanſedonius ordinis Prædicatorum, qui poſt biennium ad ſuperos evolavit miraculis in vita & poſt obitum clariſſimos, ob quæ cœlitum honores in eccleſia retulit.

b *Pag.* 31.

XXIV. Philippus epiſcopus Nucerinus & Guido Urbinas obeunt.

OBIIT hoc anno [c] Philippus ex monacho Avellanenſi epiſcopus Nucerinus poſt triginta & unum annos epiſcopatus, qui poſtquam plures eccleſias fundavit & donavit , fratribus prælertim ordinis ſancti Franciſci , ad Deum evolavit, ſuccedente ſibi Fidemundo . Fidemundo autem ajunt aliquot ſcriptores , inter quos Celſus Placidus de Sanctis Nuceriæ apud Jacobillium [d], ſuffectum anno 1288. Johannem monachum pariter Avellanenſem , quem canonicum faciunt Nucerinæ eccleſiæ idem Jacobillius [e] & Ughellius. Obiit Philippus die vigeſima-prima januarii ; alii ſcribunt decima-ſeptima ſeptembris , atque diem vigeſimam-primam januarii aſſignant ipſius reliquiarum translationi. In necrologio enim Avellanenſi Philippi deceſſus adnotatur ad diem XVII. ſeptembris : *Obiit domnus Philippus epiſcopus Nucerinus monachus noſtræ congregationis.* Corpus ipſius conditum fuit in eccleſia ſanctæ Agnetis , quam ipſe ædificaverat & dotaverat prope Gualdum , denominata poſtea duplici ſanctæ Agnetis & beati Philippi titulo , ubi etiam depicta fuit ejus imago tamquam monachi & epiſcopi. Anno 1623. ipſius reliquiæ ex eccleſia ſanctæ Agnetis tranſlatæ fuere in eccleſiam cathedralem ab epiſcopo Nucerino Virginio Florentio. Ptoſtat Philippi Nucerini antiſtitis imago etiam in refectorio monaſterii Avellanenſis cum epigraphe : *Beatus Philippus Fulginas e comitibus Puſtignani & Antignani epiſcopus Nuceriæ anno* M. CC. LIV. *monachus.*

c *Jacobill.* T. III. *pag.* 111.
d *Idem* T. I. *pag.* 176.
e *T. III. pag.* 350.

Alium ex Avellanenſi monacho epiſcopum Guidonem Urbinatem obiiſſe hoc anno ſcribit Ughellius [f]. Is creatus præſul Urbinas ab Alexandro IV. anno 1259. a Martino IV. electus fuetat anno antecedenti marchiæ Anconitanæ rector [g] . Ad diem octavam octobris in necrologio Fontiſavellanæ legitur : *Obiit domnus Guido Urbinas epiſcopus monachus noſtræ congregationis* . Ad diem vero decimam ſeptimam junii alius in eodem necrologio refertur Guido epiſcopus Urbinas commiſſus Avellanenſis; qui facile eſt Giſo Urbinas epiſcopus , unus ex iis qui anno 1197. conſecrarunt eccleſiam Avellanenſem .

f *T. II. col.* 786.
g *Jacobill.* T. III. *pag.* 352.

XXV. Angelus de Aqua-pagana fit monachus.

ANGELUS in Aqua-pagana ducatus Spoletani , quæ nunc Copana dicitur, natus , ut diximus anno 1261. habitum Camaldulenſem recepit hoc anno in patria ſua , ubi monaſterium ſancti Salvatoris exurgebat , ſub laicali veſte. Anno 1260. degebat in monaſterio Vallis-caſtri, cui ſubjectum erat illud Aquæ-paganæ, ſed poſt breve tempus ad priſtinum ſuum

Ann. Chr. 1285. monaſterium reverſus eremiticam & ſolitariam vitam in quodam ſpecu non longe a ſilva monaſterii inſtituere decrevit; impetrata itaque abbatis ſui licentia in eum locum ſeceſſit, aſſiduis orationibus, contemplationibus, aſperitatibus, jejuniis angelicam vitam agens, ſemper ſub obedientia majorum ſui monaſterii. Ad hoc ſtatis horis convolabat pro audiendis divinis horis, & pro recipiendis ſacramentis. Multis vero annis in magna ſanctitatis opinione feliciter exactis, adeout per totam provinciam ipſius ſama divagaretur, prænuncium ſuæ mortis morbum graviſſimum contraxit, quem admirabili patientia tolerans, cum quodam die ante Crucifixi imaginem oraret, creſcente morbo genuflexus Deo ſpiritum reddidit. Sed de ejus obitu fuſe ad annum 1313. quo feliciter contigit.

Ann. Chr. 1286. XXVI. Angelus Gualdenſis fit eremita. Excerpta ex Gerardi prioris regeſtis.

Cum auctor ſecundæ vitæ alterius Angeli Gualdenſis eremitæ *triginta-ſex, vel potius quadraginta annos* ſolitariæ ipſius converſationi aſſignet, ipſumque animam Deo reddidiſſe anno 1324. ſcribat; alter vero auctor primæ vitæ poſt *triginta-ſex ſolitudinis annos* ipſum obiiſſe anno 1325. aſſerat, ad hunc præter-propter annum referendus eſt Angeli Gualdenſis receſſus in eremum; neque ante hunc annum, ut vera eſſe poſſint ea, quæ de eodem ſancto viro ſcribunt, quæque præceſſerunt ejus receſſum. Natus enim circa annum 1270. iter ſuſcepit ad ſepulcrum ſancti Jacobi in Gallæcia. Id ante annum decimum-ſextum ætatis ſuæ confeciſſe veriſimile non eſt. Redux autem ex itinere habitum converſorum poſtulavit ab abbate Gualdenſe; poſt aliquod tempus flagitavit licentiam ſecedendi in ſolitudinem, quam par eſt credere abbatem non permiſiſſe, niſi poſt probatum ad aliquid temporis ſancti juvenis ſpiritum. Ab anno præſenti ad annos 1324. vel 1325. ſuperſunt anni triginta-octo vel novem, qui & pro triginta-ſex & pro quadraginta ab auctoribus utriuſque vitæ Angelo tributis poſſunt commode explicari. Sed ipſum ſecundum ſcriptorem primo loco audiamus. *Patre & patria cunctiſque hujus ſeculi rebus penitus derelictis, corde contritus & ore confeſſus pœnitentiæ ſe dedicavit laboribus, poſitis ad urnam ſotularibus, limina ſancti Jacobi de Compoſtella nudis pedibus viſitavit, ſimili modo calle pedeſtri ſua devota peregrinatione ſoſpes ad propria remeavit, & ad Chriſti aratrum manum ſemel poſitam retro reſpiciendo nullatenus retrahens, effici cupiebat verus Chriſti diſcipulus, nihil terreni affectus, ſed cœleſte anhelans bonum, laicorum converſorum habitu devote ſuſcepto monaſtico, cum abbatis ſui licentia eremum petiit, & prope dictum Gualdi oppidum in vaſtæ ſolitudinis valle ad locum, qui dicitur Caput-aquæ pervenit, & ibi arctiſſimam cellam, quæ latitudinis quinque pedum, longitudinis vero novem erat, ingreſſus, ad ducendam ſolitariam vitam beremiticam ſe incluſit, ſicque cellulam illam, juxta quam pertranſit quædam rivula aquæ, triginta-ſex annis vel potius quadraginta, continue diu noctuque ſoli Deo jejuniis, vigiliis & orationibus devote ſerviens habitavit.* Hæc auctor vitæ ſecundæ, ſed lumen majus ſecundo ſcriptori addit ſcriptor vitæ primæ, cujus etiam verba ſubjicimus, qui duplicem diſtinguit Angeli ſolitarium receſſum, & quo admiſſo conciliantur haud ægre anni ipſius ſolitudinis, ita ut quadraginta annis vixerit in utroque loco, quem incolendum aſſumpſit, triginta vero ſex dumtaxat in poſtremo remotiore loco, quem poſt primum elegit. *Cum ſanctus juvenis*, inquit, *pueritiam & adoleſcentiam in bonis moribus & operibus juſtis pertranſiſſet, & cura domeſtica poſſeſſionum & animalium cuſtodia, & cum ſollicitudo ſecularis ſtatus pacem & devotionem animæ ejus ſæpius interrumperet & impediret, deliberavit om-*

nino

Ann. Chr. 1286.

nino ſeculum & parentes relinquere, & in humilitate & paupertate Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſequi veraciter, & ſolitariam vitam tenere, & ut ſpiritum orotionibus & devotionibus deſtinatum ſibi a Deo tenere poſſet, continue & libere exercitare, & hoc, ut facilius mereret a Deo accipere, & ſtatum bonum a Deo acceptum magis apprehendere, Sanctorum patrocinia procuravit, & ſtuduit obtinere, nam cum multo fervore ſpiritus aſpera indutus tunica, & nudis pedibus ad ſanctum Jacobum de Galiria ivit, & ejus eccleſiam, ubi ſacrum corpus ipſius apoſtoli requieſcit, devotiſſime viſitavit. Regrediens vero de ipſa devota peregrinatione, heremitorium devotum ſanctorum mortyrum Gervaſii & Protaſii ſitum in valle inter colles Apenninos montes, ubi Caput-aquæ dicitur, acceſſit, & cum devotis heremitis ibi manentibus adjunctus, novus hoſpes cum eis humiliter & devote, & religioſe diverſatus fuit, aſpera pœnitentia, & vigiliis & orationibus intentus corpus caſtigabat, & ſervilem carnem animæ dominio ſubjectam tenebat.

Ibidem aliquo tempore moratus fuit cum ceteris eremitis Angelus, ſed majoris ſolitudinis amore inflammatus, remotiorem alium locum quæſivit, ut proſequitur his verbis idem auctor.

Cum neceſſitas victualium & lignorum illos eremi incolas ſæpius eremitorium exire, & inter ſeculeres diſcurrere mendicando, & pro Dei amore opportuna procurare, & magnam ſpiritus partem eundo & redeundo in his expendendo cogeret, & vir Dei Angelus, quia totus mundo & concupiſcentiis ejus eſſe volebat mortuus, & torus intentus cœleſtibus, ſpiritum ſuum, & mentem contendebat ſemper Chriſto exhibere præſentem, per ſancta deſideria & voluntates mente intentu & ad Deum directa ſui creatoris ſpiritualem præſentiam & memoriam relaxare, & interea per ſeipſum multum dolebat, & tam magni boni damnum incomparabilo recuperare ſe non poſſe timebat, quia ſæpe ſpiritualium virorum animus, dum ab interiori pace ad exteriora negotia peragenda nimis diſſolvit, ad interiorem gratiam & mentis quietem redire, & recuperare gratiam, quam prius habebat, raro & cum labore ei donabatur. Et quia ſanctus vir perturba ... timebat, & eorum labores manducare ſine fatigatione ſua incongruum eſſe judicabat, dum ipſe intus in otio ſolitudinis vacaret, ſibi ſoli & illis exterius laborando veſtitum & victum mendicando procuraret. Et ideo ſanctus vir, ne eis eſſet petra ſcandali et lapis offenſionis, et amaritudine et rancore aliquo eorum animos inquietaret, et caritatem fraternitatis in diſplicentiam converteret, deliberavit inde recedere, et ſolus et ſolitarius incluſus jugiter permanere, et cum Deo ſolo et Sanctis ſuis ſpirituale colloquium in ſanctis orationibus et meditationibus mereret habere, a quo ipſum ſola carnis ſarcina diſjungebat, quia ſibi bonum eſſe et optimum cognoſcebat ſoli Deo adhærere, et in Chriſto Domino Deo noſtro ponere ſpem ſuam; et propterea ſanctus vir Angelus ſuis devotis precibus egit cum ſuis parentibus, ut in proprio ſolo eorum cella ei conſtruerent, et ibidem eum do ſuis proventibus gubernarent. Parentes vero ejus gaudentes plurimum, ſanctum ejus deſiderium, & propoſitum adimplere volentes, parvum tugurium in eadem valle juxta rivum Mori ei conſtruxerunt in loco remoto a converſatione hominum, et inſpirari a Domino, et ipſum de ſuis ſumptibus ſuſtentare promiſerunt, et vir Dei Angelus benigne et caritative ſociis valedicens, et cum eorum beneplacito et aſſenſu recedens, cum eis non eſſet per jugum ſanctæ obedientiæ alligatus, nec voto conſtrictus, pro majori ſua pace et quiete obtinenda, et ne eis gravis eſſet, inda receſſit, et cel-

ANN. CHR. 1286. *lam ſibi accommodatam a ſuis lætus intravit, & ſpiritus ejus in Deo tunc & poſtea exultavit.*

Compertum ex iis fit diſtinguendam eſſe eremum ſanctorum Gervaſii & Protaſii, ubi primum nomen dedit Angelus, ab eremo juxta rivum Mori, quam ſibi peculiariter ſtatuit incolendam idem ſanctus vir. Tum deſcribit auctor vitam puram & rigidam ipſius, quam ad annos 1300. & ſequentes proſequemur.

Etiam hoc anno Gerardus prior Camaldulenſis *die* XIV. *exeunte majo* indictione XIV. erat in monaſterio Vangaticienſi, ut liquet ex confirmatione ibidem ab ipſo confecta donationum, quæ fecerat confraternitas ſancti Martini de Opitergio presbytero Auliverio rectori dicti loci recipienti vice monachorum Camaldulenſium ejuſdem eccleſiæ.

Kalendis martii [a] mandavit presbytero Rainerio monacho ſanctæ Chriſtinæ de Bononia, ut iret ad viſitandas ſororem Agolinam & alias ſorores commorantes in loco, qui erat in villa Butrii territorii Bononienſis. Hæ Camaldulenſes ſanctimoniales notæ nobis non ſunt, niſi ex hac pagina regeſti tertii Gerardi prioris.

a Reg. III. pag. 32.

Die XVIII. januarii [b] dedit licentiam Jacobo de Caſtillione Caraſagnæ monacho ſancti Frigdiani de Piſis recipiendi eccleſiam ſancti Pantaleonis plebatus Foſciani Lucanæ diœceſis, ad quam fuerat electus per abbatiſſam & conventum monaſterii ſancti Cerbonii ejuſdem diœceſis. Ad monaſterium ſancti Cerbonii pertinebat codex membranaceus, quem vidimus in bibliotheca monachorum Ciſtercienſium Nonantulæ, cum notis in cantu, ad cujus calcem legitur: *Hoc opus factum eſt ſub annis* M. CC. XXXVIII. *ſub Caracoſa abbatiſſa ſancti Cervonii*. In Miſſa Nativitatis Dominicæ ſanctimoniales colore albo, Ciſtercienſi nimirum, indutæ exhibentur. In eodem codice officium ſive commemoratio præſcribitur ſancti Galgani.

b Pag. 55.

Die quarta aprilis [c] idem Gerardus prior Camaldulenſis conſtituit Henricum abbatem Camalduli Florentini in vicarium ſuum ad perficiendam unionem, quam ſuorum monaſteriorum facere intendebant abbatiſſa ſancti Petri de Luco, & altera ſancti Johannis-evangeliſtæ de Buldrone, ad vendendos fideles ultra alpes, & ad emendum ſive conducendum locum ſancti Ægidii urbis Florentinæ, in quo tunc habitabant fratres de *Sacco* vel de *Sacca* ſub ordine ſancti Auguſtini. Nihil tamen factum de ea unione, & locus ſancti Ægidii per hæc ipſa tempora ceſſit in uſum hoſpitalis ſanctæ Mariæ-novæ de Florentia, quod ædificatum eſt anno ſequenti, & moniales in ſuo diſtincto parthenone ad hanc diem perſeverant.

c Pag. 58.

Abdicante Jacobino abbatiam ſancti Benedicti de Savignano translatus fuit [d] ad ipſam Guido abbas ſancti Decentii de Piſauro, confirmante electionem Gerardo priore.

d Pag. 59.

Amota Maria abbatiſſa ſancti Georgii de Apibus ſubſtituta fuit Agatha monialis Prati-veteris [e].

e Pag. 60.

Johannes abbas ſanctæ Mariæ in Silva Urbevetanæ diœceſis legitur [f] tamquam teſtis in pagina Gerardi prioris ad diem quintam novembris.

f Ibidem.

Kalendis decembris [g] ex Florentia ſcripſit Gerardus Percevallo vicario Thuſciæ pro imperatore, offerendo ſe in auxilium, ſalva ſemper reverentia apoſtolicæ ſedis. Is eſt Percevallus de Fliſco comes Lavaniæ, qui hoc ipſo anno a Rodulpho Romanorum rege in Italiam miſſus, a Thuſciæ urbibus deſpectus, in Germaniam reverſus eſt, ne inutiliter in Italia tempus tereret.

g Ibid.

Ex eodem loco [h] III. idus decembris dedit literas archiepiſcopo Medio-

h Pag. 61.

diolanenſi pro fratre Melano Mediolanenſi, ut eum cum fratribus ſuis, qui de novo recepti fuerant ad ordinem Camaldulenſem, haberet commendatos. De his nil præterea ſcimus, neque hactenus aliquid expiſcari potuimus.

ANN. CHR. 1286.

Kalendis novembris [a] celebrata fuiſſe comitia generalia congregationis in Camaldulo Florentino legitur in eodem epiſtolarum regeſto.

a *Pag.* 33.

SCRIBIT [b] Fortunius „ anno M. CC. LXXXIV. die penultima martii „ magnos terræmotus in agro Fabrianenſi excitatos fuiſſe, ex quorum „ concuſſione corruerit præter alias multas baſilica ſancti Blaſii in oppido „ Fabriani, quæ propterea ab Ugolino & Paulo capellanis a fundamen- „ tis reædificata fuit, Stephano ſancti Petri de Turrice canonico & mar- „ chiæ Anconitanæ vicario generali opem ferente; Rambo̱ctum vero epi- „ ſcopum Camerinenſem, jubente Guillielmo epiſcopo Callevacenſi, ip- „ ſam ſacraſſe die ſecunda dominica maji, quo die & per totam octa- „ vam, & in diebus pariter ſancti Blaſii, ſancti Stephani, ſanctæ Cæci- „ liæ, & ſanctæ Agnetis indulgentiam quadraginta dierum conceſſit hoc „ anno M. CC. LXXXVII. ſede apoſtolica vacante. “ Acceſſere ad confirmandas eaſdem indulgentias Thomas Interamnenſis epiſcopus, Accurſius Piſaurenſis, Guillielmus Callienſis, & Berardus Auximanus, ut ex literis eorum epiſcoporum, quas damus in Appendice ex tabulario ejuſdem ſancti Blaſii monaſterii, agnoſcimus. Ex his in notitiam venimus Thomæ Interamnenſis epiſcopi incogniti Ughellio [c], & locandi inter Petrum Saracinum ex ordine Prædicatorum ab annum 1277. & inter Raynaldum ad annum 1296. Bernardus autem olim electus Callienſis anno præterito ad Auximanam cathedram fuerat poſtulatus & confirmatus a Martino IV. [d]

ANN. CHR. 1287. XXVII. Reædificatur eccleſia S Blaſii de Fabriano.

b *P. II. lib. I. pag.* 50.

c *T. I. col.* 560.

d *Ibid. col.* 502.

TESTANTE eodem Fortunio [e] „ facta quoque fuit hoc anno translatio corporis beatæ Johannæ ſanctimonialis Balneenſis, & altare illi ſa- „ cratum per Jacobum epiſcopum Caſtellanum & Guillielminum epiſco- „ pum Arretinum kalendis maji, qui quidem epiſcopi ad eam dedica- „ tionem & tranſlationem faciendam fideles per ſuas literas ſummo pie- „ tatis affectu per octo dies antea invitaverant; rogatuſque eſt intereſſe „ quoque Gerardus prior ſacræ eremi, qui hujuſmodi propterea exara- „ vit epiſtolam ad fideles invitandos.

XXVIII. Tranſfertur corpus beatæ Johannæ Balneenſis.

e *P. I. lib. III. pag.* 124.

„ Univerſis Chriſti-fidelibus præſentes literas inſpecturis frater Gerar- „ dus prior, licet immeritus, ſanctæ Camaldulenſis eremi, & ejuſdem „ ordinis generalis ſalutem & orationes in Domino Jeſu Chriſto. Pia „ noſtri miſeratio conditoris, quæ delinqnentibus ex humanæ fragilitatis „ debilitate multiplici benigne remittit ex piorum exhibitione judicium, „ in ſacrorum liminum devota viſitatione fidelium maxime impetratur, „ & indulgentiis, quæ in conſecratione altarium ac baſilicarum ſanctarum „ ab eccleſiarum prælatis Dei miſericordia largiuntur, præcipue ſe dilatat „ pietas. Itaque opera efficacius adimplemus, dum Chriſti-fidelibus & „ devotis per viſitationem ſacrorum liminum, quibus peccatorum admiſ- „ ſæ maculæ deteguntur, cauſas oſtendimus meritorum, eoſque ad ſalu- „ tis gaudia promerenda, & ad æternæ patriæ itinera provocamus. Sane „ cum venerabilis vir archipresbyter plebis Balnei cum capitulo ſuæ ple- „ bis conſecrationem unius altaris & tranſlationem corporis beatæ Jo- „ hannæ virginis in die kalendarum maji, ut nobis innotuit, decreverit „ celebrandas, & reverendorum patrum epiſcoporum plurium, ut audi- „ vimus, indulgentias impetraverit ſpeciales, univerſitatem veſtram hor- „ tamur in Domino, devotionem veſtram præſentibus deprecantes, qua-

„ tenus

Ann. Chr. 1287.

„ tenus ad ſollemnitatem hujus celebritatis, & nunc & in poſterum an„ nuatim die, qua venerit, ad honorem Dei, & glorioſæ Virginis ma„ tris ejus & Sanctorum horum, in quorum honorem hæc ſollemnitas „ celebratur, vos perſonaliter præſentetis. Nos autem, ut Chriſti-fideles „ ad ſalutis præmia invitemus, de divina miſericordia & bonitate confi„ ſi, & beatæ Virginis matris ejus, & beatorum Benedicti & Romualdi „ noſtrorum ſpiritualium patronorum, omnes, qui ad prædictas ſolle„ mnitates convenerint, & pœnitentes pure fuerint confeſſi, omnium bo„ norum ſpiritualium, Miſſarum, pſalteriorum, orationum, & aliarum „ bonarum omnium actionum, quæ in ſancta Camaldulenſi eremo fiunt, „ & in alio noſtro ordine univerſo, ex nunc conſortes facimus, & digno „ pro meritis participio communimus. In cujus gratiæ teſtimonium præ„ ſentes fecimus noſtri ſigilli munimine inſigniri. Datum in caſtro no„ ſtro de Soci ſeptimo kalendas maji, Romana vacante eccleſia, anno „ Domini M. CC. LXXXVII. “ In archivo Balneenſi reperimus *die vigeſima-ſecunda aprilis indictione* XV. Jacobum epiſcopum Caſtellanum conceſſiſſe quadraginta dies indulgentiæ viſitantibus kalendis maji & per octavam ſequentem eamdem eccleſiam.

XXIX. Gerardus prior ſubjicit eccleſiam S. Michaelis de Quadrigaria monaſterio S. Helenæ ad Æſinum.

Idem Gerardus *die decima-quarta januarii* de conſilio fratrum ſuorum eccleſiam ſancti Michaelis de Quadrigaria Camerinenſis diœceſis ſpectantem ad eremum Camaldulenſem pleno jure, ſed ſecularium potentia ita oppreſſam, ut ægre propter diſtantiam loci poſſet a priore Camaldulenſi recuperari & reformari, inſpecta utilitate ipſius eremi, perpetuæ donationis titulo conceſſit Angelo abbati ſanctæ Helenæ de flumine Æſino ejuſque ſucceſſoribus, reſervans ſibi, quod abbas & monaſterium ſanctæ Helenæ quotannis in feſto ſancti Romualdi priori, vel camerario vel officiali eremi ſolidos quadraginta Ravennates ſolverent penſionis nomine, auſpicandæ a tempore recuperationis ejuſdem eccleſiæ; manu Zenonis notarii. Ita etiam die XIV. januarii [a] donavit eidem monaſterio eccleſiam de Aqua-perellis ſancti Michaelis.

a *Reg. III. pag.* 61.

XXX. Viſitatur monaſterium S. Georgii majoris Venetiarum.

Cum quidam Gerardus de Venetiis monachus Camaldulenſis eremum condere vellet, ubi ad pœnitentiam faciendam receſſus inſtitui poſſet, elegit quemdam locum ſitum inter monaſterium ſancti Georgii-majoris Venetiarum, & inter paludem ſuper canalem appellatum Orphanum, ubi etiam erat molendinum pertinens ad dictum ſancti Georgii cœnobium. Marcus Bollanus abbas monaſterii cum monachis ſuis hoc *anno menſis aprilis die vigeſima-ſexta poſt mortem domini Honorii pape* IV. *indictione* XV. vetavit Gerardo, ne eremum eo in loco conſtruere auderet, ſed quamprimum loco cederet. Extat hujuſmodi inhibitio apud Cl. V. Flaminium Cornelium tomo primo [b] eccleſiarum Venetarum.

b *Dec. I. pagg.* 283. 287.

Ipſo menſe *die decima-tertia* eidem monaſterio ſancti Georgii dati fuere ab apoſtolica ſede viſitatores Hugo ordinis ſancti Dominici epiſcopus Bethleemitanus, & Andreas ſuperior vel ſubprior monaſterii ſancti Mathiæ eremitarum de Muriano ordinis Camaldulenſis, ob quam viſitationem idem Marcus abbas revocavit omnes conceſſiones & locationes factas hactenus de eccleſia ſancti Marci de Creta, conferens ipſam religioſo viro Bernardo de Vicetia monacho ſuo. Inter teſtes nominatur Maurus monachus monaſterii ſancti Mathiæ ſocius Andreæ viſitatoris. Charta prostat apud eumdem clariſſimum monumentorum Venetorum collectorem [c].

c *Dec. XI. P. I. pag.* 258.

XXXI. Varia religioſa loca in plebe Balnei.

Quoad plebem Balnei, de qua ſuperius, anno ſequenti *die tertia decembris* & pariter anno 1290. archipresbyter ejus eccleſiæ erat Ildebrandus, de cujus etiam conſenſu Henricus epiſcopus Sarſinas mulieribus

qui-

quibuſdam poſitis & retruſis in carcere ſive eella de ſancto Sixto ejuſdem oppidi, Divino ſpiritu afflatis & proponentibus vitam eremiticam ducere, opem ferre volens, impartitus ſuit abſolutionem quadraginta dierum iis, qui eas eleemoſynis ſubvenerint. Datum in plebe Balnei *nono kalendas junii*. Locus de ſancto Sixto erat, ubi nunc dicitur *le Celle*. Pariter prope caſtrum de Sova, ſive Silva-plana proxime Balneum aderat alius devotarum mulierum receſſus anno 1236. ex quibus unam Rutam nomine Petrus archipresbyter Balnei anno 1241. excommunicationis ſententia inoodavit. Pro qua diſcordiæ occaſione *anno* M. CC. LVII. *die decima-ſexta auguſti* Johaones epiſcopus Sarſinæ judicium tulit inter ipſam & ioter archipresbyterum, cui Alexander IV. papa confirmationis apoſtolicæ robur adjecit. ANN. CHR. 1287.

CUM lis & controverſia verteretur inter Reſtaurum abbatem ſancti Petri de Cerreto Volaterranæ diœceſis, & inter Jamdonatum priorem ejuſque capitulum canonicorum ſanctorum Michaelis & Jacobi de Certaldo Florentinæ diœceſis, præcipue ſuper quibuſdam decimis, quas prior Certaldenſis ſibi aſſerebat debitas a monachis Cerretanis propter bona, quæ tenebant io diſtrictu parœciali dictæ canonicæ; e contra abbas & monachi eas denegarent vigore privilegiorum ſuorum, utraque pars communiter conſenſit in Henricum abbatem Camalduli Florentini, qui litem pacifice componeret, & terminaret. Compromiſſum ex parte prioris Certaldenſis factum fuit *die* XVII. *maji* manu Uguccionis quondam Uberti de ſancto Caſſiano notarii, præſentibus Manecto plebaoo ſancti Petri de Mercato aliiſque in urbe Florentia; illud aurem Cerretani monaſterii factum fuit manu Zenonis de Burgo-ſancti-Sepulcri notarii die XXX. ejuſdem menſis, electo in ſuum procuratorem Simone priore clauſtrali monaſterii Camalduli Florentini, qui poſtea evaſit abbas Montis-muri. Porro Henricus abbas viſis privilegiis apoſtolicis, & audito etiam conſilio Octavantis J. V. D. pro bono pacis declaravit Certaldenſes canonicos non debere ulterius moleſtos eſſe monachis Cerretanis, eorumque *affictuariis & firmariis*, ſeu laboratoribus, abſolvendo hos ab omni decimarum gravamine, ut per exrenſum legitur in volumine autographo archivi ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, cui modo ſubjicitur monaſterium Cerretanum. XXXII. Concordia inter Cerreti monaſterium & canonicos Certaldi.

Pagioas ſubſidiorum ſolutorum pro regno Siciliæ hoc & ſequenti anno a parthenone ſancti Petri de Luco reperimus in tabulario ejuſdem loci, collectoribus ſubſidii Deodato abbate ſanctæ Mariæ-majoris de Florentia, & Benigno abbate ſancti Salvii prope eamdem urbem. Legi poſſunt apud ſcriptores bella a Romaoa eccleſia ſuſcepra, ſubſidia impoſita, excommunicationes intortæ pro abigendis e regno Siciliæ Aragonienſibus principibus.

Inſcriptionis fragmentum exiſtens in domo parœciali abbatiæ Galeatenſis profert annum M. CC. LXXXVII. *utraque ſede vacante tempore domni...* Abbas Galeatenſis erat Ubertus epiſcopus Feretranus. Sedes Romana vacabat ob mortem Honorii IV. die tertia aprilis hujus anni. Regia autem ſedes quomodo vacabat, ſi Rodulphus Romanorum rex in vivis erat, defunctus die quinta-decima julii anni 1291? niſi vacaſſe dicatur, quia Rodulphus Haſburgenſis numquam coronatus fuit imperator, licet diem purificationis beatæ Mariæ menſis februarii hujus anni deſtinaſſet Honorius Romanus pontifex pro eo inaugurando in imperatorem.

In permutatione hoc anno *indictione* XIV. *die nona exeunte octobri* ſecuta inter Bernardum abbatem Vangaticienſem & Paulum priorem ſanctæ

ANN. CHR. 1287. ctæ Mariæ de Carceribus, eccleſia ſancti Firmi de Eſte immediate pertinere dicitur ad abbatiam Vangaticienſem. Ad ejus regimen eligebatur monachus, ut etiam ad regimen ceterarum eccleſiarum. Sancti Salvatoris ſeu Salvati rector anno 1283. erat Donatus Vangaticiæ monachus.

ANN. CHR. 1288. XXXIII. De ſanctimonialibus Camaldulenſibus urbis Caſtellanæ. a *Lib. VIII. pag. 19.*

MONIALES Camaldulenſes parthenonis ſancti Benedicti Tiphernatis ſeu Civitatis-Caſtelli morabantur ſub hoc anno in monaſterio ſancti Baſilii extra urbem, ut in ſequenti inſtrumento, quod ſubjungimus ex [a] cancellaria epiſcopali ejuſdem urbis. „ *Anno* M. CC. LXXXVIII. *die* „ XXIX. *intrantis decembris* in eccleſia ſancti Baſilii, quæ eſt de foris, ſci„ licet extra Civitatem-Caſtelli & prope ipſam civitatem, præſentibus „ Petro magiſtri Jacobi notario, Donedeo de Marciana, & Philippo „ Idari &c. Mancinus Ghirardi de Colle civis caſtri de Sorci promiſit & „ convenit dare & ſolvere, reddere & reſtituere domnæ Bartholomeæ ab„ batiſſæ monaſterii ſancti Benedicti Camaldulenſis ordinis, quæ nunc mo„ ratur in eccleſia ſancti Baſilii, quæ eſt extra civitatem Caſtellanam pro„ pe portam ſancti Petri de Maſſa, recipienti pro ſe & ſororibus ſuis „ Franciſca, Margarita, Stinere & Clara & aliis ſororibus ipſius mona„ ſterii quatuor libras denariorum minutorum uſualium ex cauſa mutui, „ quos confitetur ab ea mutuo habuiſſe & recepiſſe ſub pena dupli &c.“ *Anno* M. CC. XC. *die* XXVI. *januarii* monaſterio ſancti Benedicti, quod eo tempore dicebatur ſancti Sperandei propter reformationem ibidem introductam a beato Sperandeo, unitum fuit alterum monaſterium appellatum ſanctæ Mariæ Gratiarum, alias de Roſaiello, ordinis Clariſſarum. Temporis progreſſu duplici titulo appellatum eſt monaſterium ſanctorum Ægidii & Benedicti ex nomine ſancti Ægidii, quod olim obtinebat illud Gratiarum. Nunc vero vetus ſolum ſervat nomen ſancti Benedicti, & ſanctimoniales, mutatis candidis veſtibus, atras induunt ſub regimine epiſcopi Caſtellani. Prope mœnia urbis Caſtellanæ & prope clauſam portam ſancti Petri de Maſſa viſuntur ad hodiernam diem veteris ædificii fragmenta eo in loco, ubi antiquitus exſurgebat monaſterium ſancti Baſilii.

XXXIV. Hiſtoricæ res aliquot monaſteriorum. b *Faſc. 58. 6.*

IN quodam contractu [b] exiſtente in tabulario ſancti Romualdi de Urbe habetur abbatem monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis de Volaterris eſſe principalem operarium & patronum, habentem facultatem eligendi & conſtituendi homines operarios ſuper bona eccleſiarum ſanctorum Juſti & Clementis, qui tenebantur ei & ejus ſucceſſoribus obedire. Ipſius monaſterii poſt Juſtum abbas erat hoc anno Accurſius electus anno 1284.

Poſt Richardum Sublacenſem monachum datum abbatem monaſterio ſancti Gregorii de Urbe a Romano pontifice Honorio IV. electus fuerat Octavianus; hoc obeunte monachi dicti monaſterii poſtulaverunt a collegio cardinalium, vacante tunc apoſtolica ſede, licentiam ſufficiendi ſibi abbatem monaſterii, quam tamen non obtinuerunt. *Tertio idus aprilis anno primo* ſui *pontificatus* Nicolaus papa IV. conſtituit ipſis in abbatem Marthæum priorem monaſterii Sublacenſis. Die ſcilicet vigeſima-ſecunda februarii hujus anni poſt undecim menſium interregnum a morte Honorii IV. qui obierat die tertia aprilis anni elapſi, electus fuerat in Romanum pontificem Hieronymus Aſculanus, olim miniſter generalis fratrum Minorum, tunc vero cardinalis epiſcopus Prænestinus, qui nomen Nicolai IV. aſſumpſerat.

Similiter in locum Guidonis abbatis ſancti Michaelis in Burgo Piſarum c *P. II. Lib. II. cap. 12.* ſuffectus fuit Ventura. De Guidone hæc pauca habet Fortunius [c]. „ Poſt „ Savinum rexit cœnobium Guido Arretinus, qui xyſtum, dormitorium,

„ &

„ & cubiculum abbatis conſtruxit, & turrim cum aliis caſis emit; dein- „ de Venturas Arretinus, qui ſepulcrum monachis poſuit anno 1289. “ ANN. CHR. 1288.

Conradus prior ſanctæ Mariæ foris portam Faventinæ urbis excommunicationis vinculo ligavit hoc anno, juſſu Lotharii de la Toſa epiſcopi Faventini, cives Foro-livienſes, qui carceri addixerant aliquot homines caſtri Aurioli, quod erat ſub juriſdictione temporali archiepiſcopi Ravennatis, & ſub ſpirituali epiſcopi Faventini, ut refert Tonducciusᵃ, & ante ipſum Rubeusᵇ, qui habet id actum juſſu Jacobi epiſcopi Faventini deſignati nonis julii.

a Pag. 327.
b Lib. VI. pag. 470.

In capitulo celebrato ᶜ hoc anno die decima-octava octobris apud Florentiam Aldevrandus camerarius Camaldulenſis, & Albertus monachus Vangaticienſis tamquam procuratores magiſtri Manelmi quondam Fini de Vicetia, conſentiente Gerardo priore Camaldulenſe, exegerunt quaſdam pecuniarum ſummas illi debitas a Frigdiano Claſſis, Anſelmo ſancti Petri ad Vincula, & Bono Uranenſis monaſteriorum abbatibus.

c §. Mandatum 44. A. 386.

Obeunte Friderico epiſcopo Senogallienſi electus fuit ad eam eccleſiam regendam Sigiſmundus monachus & abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Sitria, non Sinicenſis abbas, ut eum appellat Ughellius. Confirmatus a Nicolao IV. vix ad triennium dignitatem obtinuit epiſcopalem.

In necrologio Galeatenſi ad *quartum kalendas aprilis* legitur: *Obiit Rugerius abbas Vultræ*. A. D. M. CC. LXXXVIII.

Cum monaſterium ſancti Apollinaris de Marchia Picæni diſciplinam Camaldulenſem per hæc tempora recepiſſet, Gerardus prior ᵈ commiſit abbati ſanctæ Helenæ de flumine Æſino, ut dictum monaſterium reciperet ſexto idus aprilis hujus anni.

d Pag. 63.

Pridie autem nonas junii ᵉ ex Socio conceſſit licentiam G. Bononienſi monacho Camaldulenſi Venetiis commoranti ſuſcipiendi electionem de ſe factam alicujus epiſcopatus vel alterius prælaturæ, ut legitur in regeſto III. epiſtolarum ejuſdem prioris.

e Pag. 64.

Silveſter abbas ſancti Felicis de Bononia judex & conſervator apoſtolicus pro Camaldulenſibus monachis vices ſuas commiſit abbati ſancti Petri de Peruſio pro reparanda quadam injuria illata parthenoni ſancti Petri de Luco, ex paginis tabularii Fontis-boni ᶠ.

f Num. 527.

ANN. CHR. 1289. XXXV. Juriſdictio Vangaticienſis monaſterii perturbata.

ABBAS Vangaticienſis monaſterii ampliſſimum jus obtinebat in plures villas & loca Adrienſis, Patavini & Veronenſis diœceſum, ut exploratiſſimum eſt ex chartis adhuc exiſtentibus in tabulario ejuſdem monaſterii. Hinc legimus Bernardum abbatem dicti loci præſenti *anno* M. CC. LXXXIX. *die decima julii providiſſe in rectorem villarum Abbatiæ, Salvaterræ, Pollicinii, Villaforæ, Zocchi & totius Pizoni, ac aliarum villarum ſuæ & ſui monaſterii juriſdictioni ſubjectarum, dominum Gentilitium quondam Gualterii domicellum & cubicularium domini papæ de Eſculo, cum conſenſu etiam ejuſdem Romani pontificis Nicolai* IV. *& cum honore tercentorum florenorum. Qui Gentilitius elegit ſibi in vicarium nobilem virum Marcum Bembum civem Venetum*. Ante menſem, hoc eſt *die tertia junii* hujuſce anni, conventio pariter ſecuta eſt inter Vangaticienſe monaſterium, & inter Obizonem II. marchionem Eſtenſem circa valles Ponticuli & Borſedæ, quæ inter utramque partem diviſæ fuere; cujus conventionis tabulas affert in ſuis Paludibus Adrianis ᵍ comes Carolus Silveſtrius. Videbimus etiam ad annum 1298. idem monaſterium Vangaticienſe ſibi reſervaſſe jura & utilitates ſuorum bonorum, quando ipſo anno eadem bona ſuppoſuit protectioni urbis Patavinæ. Nil proinde mirum,

g Pag. 78.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1289. quod locupletiſſimum monaſterium per hæc tempora a vicinis divexaretur, quamplurimis ipſius bona invadentibus vel rapientibus. Quare hoc anno, conquerente eodem Bernardo Vangaticienſi abbate apud apoſtolicam ſedem, Nicolaus papa IV. literis ſuis Veronenſem urbem, & Albertum Scaligerum Veronæ capitaneum hortatus fuit, ut Vangaticienſi cœnobio opem ferrent. Albertus Scaliger anno 1277. ex poteſtate Mantuanæ civitatis, poſt occiſionem Maſtini fratris ſui, evectus fuerat ab eodem populo Veronenſi ad ſupremum ejus urbis regimen, & hoc eodem anno menſe julio cum Obizone marchione Eſtenſi conſanguinitatem ſtrinxerat, tradens huic in nuptum poſt mortem Jacobinæ de Fliſco Conſtantiam filiam ſuam. Ea propter tum propinquitate loci, tum amicitia Obizonis marchionis Eſtenſis, qui monaſterii Vangaticienſis protectionem obtinebat, videbatur Albertus optime compoſitus ad relevanda damna ejuſdem monaſterii, & ad auxilium præſtandum. Literæ porro Nicolai IV. ad Albertum & ad commune Veronenſe ſunt hujuſmodi, quas proferimus ex apographo tabularii Vangaticienſis.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro Alberto capitaneo, & communi Veronenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Circa fovendas perſonas eccleſiaſticas conſiliis & auxiliis opportunis maxime in locis finitimis conſtitutas propter Deum, ut intelleximus, ſtudia veſtra libenter laudabilia redditis, & vires veſtræ potentiæ libentius excitatis, & quia hæc nobis fieri apud illum meritoria comprobantur, de cujus dextera procedunt retributiones æternæ, nos. qui vobis, ut pater filiis in utroque homine mulsiplicari optamus incrementa virtutum, devotionem veſtram invitamus ſollicite ad operum pietatem. Ex inſinuatione ſiquidem admodum querula dilecti filii Bernardi abbatis monaſterii ſanctæ Mariæ de Vangaditia ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis Adrienſis diœceſis auris noſtra percepit, quod inter ſemina puritatis in eodem monaſterio in fructum ſanctitatis creſcere conſueta, ſuperſeminante zizania homine inimico, idem abbas tam infra idem monaſterium, quam extra in bonis ejuſdem monaſterii turbinis quaſſatus fluctibus, turbationis vexatus procellis, ſubditorum quoque ſuorum continuis moleſtiis circumpreſſus, monaſterium ipſum, prout ad ſuum pertinet officium, nequit ſpiritualiter & tempotaliter pacifice gubernare; propter quod idem monaſterium jugiter jacturis gravibus laceratur. Nos itaque, qui eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum quaſſationum onera ex injuncto nobis apoſtolatus officio noſtris humeris bajulamus, ſuper his compasientes vehementes abbati & monaſterio memoratis, ac propterea deſideranses auxilio veſtri favoris eidem abbati in bonis ſpiritualibus & temporalibus ejuſdem monaſterii optatam & opportunam procurare quietem, univerſiſatem veſtram rogamus, monemus & hortamur attente, quatenus ob reverentiam apoſtolieæ ſedis ac noſtram eidem abbati in conſervatione bonorum ejuſdem monaſterii infra diſtrictum veſtrum conſiſtentium favorabiliter aſſiſtentes detis operam efficacem, ut idem abbas illa pacifice poſſidere & percipere valeat in utilitatem monaſterii, qualibet contradictione ceſſante. Non obſt:ntibus quibuſcumque alienationibus vel diſtractionibus illicitis de prædictis bonis per memoratos occupatores & desentores præſumptis. Has autem preces ſic ad liberalitatem exauditionis liberaliter admittatis, quod ex hoc grati reddamini retributori bonorum omnium Deo, & nos devotionem veſtram multipliciter commendantes ſavorabiliter, cum innotuerint, veſtra juſta deſideria proſequamur. Datum Reate XV. kalendas auguſti pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ad annum 1292. narrabimus, quouſque proceſſerint vicinorum injuriæ & da-

& damna illata monaſterio Vangaticienſi, & præcipue Patavinorum, qui non bona dumtaxat, ſed & libertatem eidem cœnobio adimere tentabant. ANN. CHR. 1289.

MENTIO habetur hoc vel ſequenti anno eccleſiæ monaſterii ſancti Andreæ de Lontrina prope caſtrum Biblenæ, ut ex ſequenti ſemilacero monumento liquet ...... *Deodatus Andrianopolit.*, *Maurus Amelinus*, *Bernardus Anconitanus*, *Jacobus de Civitate-caſtelli* .... *Foro-ſempronienſis epiſcopi ſalutem* .... *Cupientes igitur*, *ut monaſterium ſancti Andree de Lontrine poſitum* ..... *Benedicti congruis honoribus frequentetur*, *omnibus vere penitentibus & confeſſis*, *qui ad die* ..... *& ad fabricam ipſius monaſterii manus adjutrices porrexerint*, *ſeu in extremis* ....

XXXVI. Conſecratio eccleſiæ S. Andreæ de Lontrina.

Datum Reate anno .... *pontificatus domini Nicolai pape* IV. .....

Per hæc tamen tempora moniales Biblenenſes Florentiam ſe contulere, ut bellorum damna & minas evaderent, ac in monaſterium ſanctæ Agathæ ſe receperunt, quod ad annum 1302. quo origines hujus poſtremi aſceterii aperiemus, videbimus. Maurus unus ex epiſcopis, qui indulgentias relaxarunt, ex abbate ſanctæ Praxedis de Urbe factus fuerat Amerinus ſeu Amelienſis epiſcopus, Bernardus ſive Berardus de Podio ab anno 1285. eccleſiam Anconitanam regebat, Jacobus vero Caſtellanam ab anno 1279. Foro-ſempronienſis autem epiſcopus erat Jacobus.

XXXVII. Chartæ & monumenta plurium cœnobiorum.

PETRUS prior clauſtralis monaſterii & capituli Vallis-caſtri Raynaldo præpoſito eccleſiæ ſancti Michaelis de Templano literis ſuis mandavit, ut manifeſtaret jura monaſterii Valle-caſtrenſis, & quæ reſpondere deberet eidem cœnobio ipſa Templani eccleſia. Similiter idem prior elegit hoc anno die XIII. auguſti rectorem eccleſiæ ſancti Donati de Colle-baſſano, quia Petrus de Saxo-ferrato, qui abbas erat Valle-caſtrenſis, & ſe pro abbate gerebat, erat tunc temporis ſuſpenſus ab adminiſtratione monaſterii per Rambottum Camerinenſem epiſcopum.

Cum lis mota eſſet inter Frigdianum abbatem ſancti Apollinaris in Claſſe, & inter Gregorium abbatem ſancti Severi, occaſione cujuſdam foveæ poſitæ in confiniis utriuſque monaſterii, Andreas abbas monaſterii ſancti Andreæ de Clente deputatus viſitator a Corrado abbate Claræ-vallis de Caſtagnola jus habente in idem monaſterium ſancti Severi, remiſit Frigdiano abbati ſancti Apollinaris omne damnum illatum, chartamque manu Pacifici notarii conſcripſit compoſitionis & mutuæ concordiæ.

Octava die intrante julio [a] Aldevrandinus canonicus Ravennas de mandato Guidonis cantoris ejuſdem Ravennatis eccleſiæ & vicarii archiepiſcopi Bonifacii denuntiavit publice excommunicationis ſententiam incurriſſe eoſdem abbates ſancti Apollinaris & ſancti Severi, eo quod renuiſſent ſolvere collectam impoſitam utrique clero a Petro epiſcopo Vicetino, & in Romandiola legato apoſtolico ac vicario generali eccleſiæ, ipſorumque abbatum eccleſias interdicto ſuppoſuit.

a *Arch. archiep. Ravenn. Capſ. L.* 5416.

Rainerius abbas ſancti Petri de Peruſio ordinis Camaldulenſis ſententiam tulit hoc anno inter capitulum eremi de Vivo, & inter Johannem Salimbene nobilem Senenſem, diris devovens eos omnes, qui occuparent bona eccleſiæ ſancti Peregrini de Briccola Vallis-Urciæ, qui locus erat ſubjectus eremo Vivenſi, ut legimus in autographa pagina [b] archivi Roſæ Senarum. Appellatur Rainerius abbas ſancti Petri de Peruſio ordinis Camaldulenſis, non quod in eo monaſterio reſiderent per hæc tempora Camaldulenſes, ſed quia facile aſſumptus fuerat ex Camaldulenſibus monachis ad regendum ipſum monaſterium, ut hoc eodem ſeculo aſſumptus fuerat Jacobus ex monaſterio Font-avellanenſi.

b *Num.* 312.

Franciſcum abbatem monaſterii ſancti Laurentii de Campo diœceſis

ANN. CHR. 1289.

Fanenſis congregationis Fontis-avellanæ electum fuiſſe hoc anno epiſcopum Fanenſem & confirmatum a Nicolao IV. Romano pontifice aſſerit Ludovicus Siena Oratorii presbyter in ſua hiſtoria Senogallienſi poſt Ughellium. Ex Fanenſi autem cathedra translatum fuiſſe anno 1295. ad Senogallienſem ſub Bonifacio VIII. qui alium Franciſcum ex ordine Minorum electum Senogallienſem a ſuo prædeceſſore Cœleſtino V. promovit ad Spoletanam urbem, vacantem tunc per translationem Gerardi epiſcopi Spoletani ad ſedem Atrebatenſem. Defuncto ſiquidem Bonhomo epiſcopo Fanenſe una pars Franciſcum, alia Leonardum priorem ſanctæ Mariæ de Portu-novo poſtulavit. Sed Franciſci electionem prætulit Romanus pontifex, poſthabito Leonardo, quinto-decimo kalendas maji. Habemus quoque ex tabulario Fontis-boni [a] Aldobrandum priorem ſancti Clementis de Arretio electum hoc anno fuiſſe abbatem ſancti Januarii Campi-leonis ejuſdem Arretinæ diœceſis. Guidonem vero monachum Pratalienſem factum priorem ſancti Clementis in locum Aldebrandi.

Menſe decembri vacante eccleſia ſancti Laurentii de Ceriſciolo plebatus Biblenæ per obitum Andreæ, quem dudum elegerat Benvenutus abbas Pratalienſis anno 1267. [b] Benedictus abbas ejuſdem monaſterii uti verus eccleſiæ dictæ patronus, requiſitis parœcianis, ad honorem Dei & ſancti Laurentii, & ad reverentiam domini Ildebrandini epiſcopi atque plebani Biblenæ, elegit Blancum presbyterum olim Cambii de Ajole in rectorem & adminiſtratorem ejuſdem eccleſiæ; manu Guidonis de Gello; Scilicet in magno Campaldini conflictu occiſus occubuerat hoc ipſo anno Guillielminus epiſcopus, in cujus locum ſuffectus fuerat Ildebrandinus, de comitibus Guidiis, de quo plura dicemus in his Annalibus.

Guido Novellus poteſtas Arretinorum publico præcepto edixit, ne quis auderet inferre damnum rebus vel perſonis eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vertighe & ejus hoſpitalis in diſtrictu Montis-ſancti-Sabini, ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus [c].

Poſt aſſumptionem Berardi de Berardis epiſcopi Auximani ad S. R. E. cardinalatum & ad epiſcopatum Præneſtinum, capitulum eccleſiæ Auximanæ vices ſuas ei impendit, ut ſucceſſorem epiſcopum nominaret & eligeret. Is itaque hoc anno menſe januario, teſte Ughellio [d], nominavit in epiſcopum M.. priorem ſanctæ Crucis de Avellana, qui tamen monaſticæ vitæ quietem epiſcopatus curis præferens electioni ſuæ conſentire noluit; quare evectus fuit ad eam cathedram Monaldus ex ſubdiacono apoſtolico & canonico Carnotenſi. Nullus per hæc tempora M.. prior ſanctæ Crucis de Avellana, nam Matthæus anno tantummodo 1294. vel 1295. ad regimen ejus monaſterii fuit poſtulatus. Quare pro M., legendum eſt A.. nempe Albertinus, qui in prioratu Avellanenſi pluribus annis ad 1294. ſupervixit, atque ex hoc documento clariſſimum ipſius humilitatis & ſtudii monaſticæ quietis ſpecimen habemus.

[a] §. Electio 151. A. 3. 96.

[b] §. Electio 152. A. 3. 97.

[c] Num. 298.

[d] T. I. col. 501.

ANN. CHR. 1290. XXXVIII. Nicolai IV. bulla pro Camaldulo. Monaſter S. Petri ad Vincula traditur Camaldulenſibus.

NICOLAUS papa IV. hoc anno *idibus aprilis*, *pontificatus* ſui *anno tertio* ex baſilica ſanctæ Mariæ-majoris mandavit abbati monaſterii ſanctæ Mariæ-majoris de Florentia, ut auctoritate apoſtolica compeſceret omnes moleſtias inferentes Camaldulenſi priori & eremo.

Anſelmus abbas monaſterii ſancti Petri ad Vincula Ravennatis diœceſis *die tertia februarii* hujus anni per nuntium ſuum Nicolaum monachum indicavit Gerardo priori Camaldulenſi, ut obſervaret pacta & conventiones, quibus dictus abbas cum ſuis monachis & cum ſucceſſoribus deberent ſubjici prioribus & congregationi Camaldnlenſi, habitumque ejus inſtituti

ANN. CHR. 1290.

ſtituti deferre, atque monaſterium ſancti Petri dictæ congregationi copulare, ſalvo ſemper annuo cenſu debito eccleſiæ Romanæ, omniaque poſſent perfici, quæ dictus Camaldulenſis prior promiſerat ſe daturum operam, ut ad effectum perducerentur, ac ut ſummus pontifex præfatæ unioni conſentiret. Conventiones hæ factæ fuerant & in medium propoſitæ anno 1285. Ad hanc Anſelmi abbatis proteſtationem prior Camaldulenſis Gerardus dilationem petiit uſque ad kalendas junii, quo tempore prolapſo, niſi obtentum foret beneplacitum apoſtolicum, monaſterium ſancti Petri in ſua priſtina libertate perſeveraret, ac pacta nullius eſſent roboris. Actum Romæ manu Corſini notarii. Res effectum plenarium ſortita fuit vel ſub ipſo Gerardo, vel ſub Frigdiano priore ipſius ſucceſſore, nam anno 1296. Octavianus abbas ejuſdem monaſterii, ſuffectuſque in locum Anſelmi, obedientiam ſollemniter juravit [a] Frigdiano ſupremo Camaldulenſium præſidi, & confirmavit, atque rata habuit pacta omnia inita per abbates ſancti Petri cum priore Camaldulenſi, ſalvo dicto jure Romanæ eccleſiæ. Actum in monaſterio de Puteolis manu domni.... ſcriptoris ejuſdem prioris. Collatum fuit ſubinde idem monaſterium ſicut cetera a prioribus Camaldulenſibus, uſque dum in commendam deveniens monachis etiam ſpoliatum eſt.

a *Regeſt. III. Camald.*

XXXIX. Monachi Bononienſes renuunt procurare reformationem monaſt. S. Michaelis de Medicina.

OCTAVIANUS Bononienſis epiſcopus cupiens reformationem monaſticam introducere in cœnobium ſancti Michaelis de Medicina ſuæ Bononienſis diœceſis, quod erat in ſpiritualibus & temporalibus valde diſſipatum, malitia etiam quorumdam nobilium, & potentium illarum partium, ſed diverſis negotiis implicatus reformationi inſiſtere per ſeipſum non valens, correctionem & diſpoſitionem ipſius commiſit hoc anno [b] *die decima-quarta aprilis* Arpinello archipresbytero ſuæ eccleſiæ, cui vices ſuas tradidit, aſſentientibus ceteris canonicis, ad quorum capitulum ſpectabat dictum monaſterium. Qui Arpinellus prius die prima maji conſuluit Rodulphum abbatem ſancti Proculi, an ſibi vellet aſſumere onus reformandi idem cœnobium; qui reſpondit neque ſe, neque monachos ſuos poſſe, nec velle prædictæ reformationi vacare. Idipſum reſponderunt ipſa die Thomas abbas monaſterii ſanctæ Mariæ in Strata ordinis Ciſtercienſis; die ſecunda Pax abbas ſancti Felicis; die tertia Hieremias prior ſancti Damiani, & ea die Theobaldus abbas ſanctæ Luciæ de Roffeno; die ſeptima Paganus abbas ſancti Bartholomæi de Maſiliano, & abbas ſanctæ Cæciliæ de Corvaria ordinis Vallis-umbroſani, qui omnes unanimiter oppoſuere ſe nequire dictæ reformationi inſiſtere, quia exiſtimabant eam non poſſe introduci propter incorrigibilitatem monachorum, ac malitiam & moleſtias vicinorum, quia *monaſterium conſtitutum erat malis perſonis, & circumdatum malis vicinis, & potentia laicali ſemper vexatum*, atque propterea renuntiarunt oblationi ipſis factæ traditionis ejuſdem monaſterii. Hieremias ex deperdito, ſive contentioſo ſancti Michaelis de caſtro Brittorum monaſterio translatus fuerat ad ipſius manuale ſancti Damiani de Bononia ad Pontem-ferri.

b *Arch. Capit. Bonon. Filz. IV. a. 18.*

Auctor anonymus chronici Piſani editus a Muratorio [c] inter Scriptores rerum Italicarum ſcribit hoc anno Januenſes & ſeditioſos Piſanos Guelſos menſe ſeptembri arſiſſe monaſterium noſtrum ſancti Savini prope Piſas. Ptolomæus Lucenſis in Annalibus [d] refert incendium hocce ad annum 1292. quo pugnantes Lucenſes contra Piſanos apud ipſum monaſterium caſtrametati fuerant.

c *T. XV. col.* 980.

d *T. XI. col.* 1298.

XL. Conſecratio eccleſiæ S Bartholomæi de Turricella in urbe Ravenna.

CONSECRATA fuit hoc ipſo anno die feſto ſancti Mathiæ apoſtoli eccleſia ſancti Battholomæi de Turricella civitatis Ravennæ, quæ poſtea

anno

anno 1434. ab Hoſtaſio de Polenta una cum proximo hoſpitali adjuncta fuit monaſterio Claſſenſi ſancti Apollinaris. Ipſam conſecrationis paginam, ſive monumentum conſecrationis ex archivo ejuſdem monaſterii Capſula *Hoſpitalis Miſericordiæ* [a] ſubjicimus.

a *Num.* XXI.

Inventum eſt in quodam epitaphio in altari eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Turricella civitatis Ravennæ, quæ eccleſia ſubjecta eſt ſeu unita hoſpitali prædicti loci in hunc modum. Sub anno Domini milleſimo CC. *nonageſimo indictione tertia conſecrata fuit dicta eccleſia ſancti Bartholomæi per venerabilem patrem dominum fratrem Bonefacium Dei gratia Boſonienſem epiſcopum, qui erat de ordine fratrum Heremitarum, mandato & auctoritate venerabilis patris domini Bonefacii divina gratia ſanctæ Ravennatis eccleſiæ ... cum indulgentia trium annorum & trium quarentinarum, quæ indulgentia competit omnibus pœnitentibus & confeſſis, qui venerint ad dictam eccleſiam ipſo die conſecrationis, qui fuit die feſto ſancti Mathyæ apoſtoli de menſe februarii die quinto exeunte menſe. Præterea alia indulgentia eſt conceſſa ipſi hoſpitali a domino archiepiſcopo prælibato, quæ eſt* XL. *dierum omnibus, qui ad dictum hoſpitale cum manu acceſſerint adjutrice, & vocatur indulgentia loci. Aliam inſuper indulgentiam, quæ eſt* XL. *dierum, conceſſam a domino archiepiſcopo antedicto habet dictum hoſpitale per alias literas ſub alia forma conceſſas, quæ vocantur literæ quæſtuales, quam indulgentiam habet quilibet, qui fecerit elimoſinam ipſi loco. Indulgentia prædictæ conſecrationis durat per totam octavam.*

Hæc omnia vir diſcretus dominus Michael ſanctæ Ravennatis eccleſiæ archidiaconus, dum eſſet cappellanus, ad perpetuam memoriam fecit conſcribi, & ſuo ſigillo muniri.

Hoſpitale appellabatur domus Miſericordiæ, cui poſtea etiam divi Lazari titulus fuit, eamque incoluerunt Camaldulenſes monachi, ut fidem facit ad hunc annum Rubeus [b] qui male tamen eccleſiam ſancti Bartholomæi conſecratam aſſerit ab ipſo Bonifacio archiepiſcopo Ravennate. Colligitur ex hoc monumento differentia indulgentiarum, quas obtinebant, qui eccleſiam adibant; hæ vocabantur *indulgentiæ loci;* & aliarum, quas percipiebant, qui locum non adeuntes, ipſi pio loco eleemoſynas erogabant; hæ appellabantur *quæſtuales.*

b *Lib.* VI. *pag.* 475.

In necrologio parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia ſub hoc anno VII. idus januarii habetur: *Obiit dominus Ægidius de Fuſcaris doctor Decretorum benefactor hujus loci.*

XLI. Commutationes bonorum inter eremum Avellanenſem & inter commune Civitatis S. Angeli Papalis.

SEQUENS monumentum pertinet ad monaſterium Fontis-avellanæ quoad bona ab ipſo poſſeſſa in urbe Callienſi, quæ circa hoc tempus a Nicolao papa IV. appellata fuit civitas ſancti Angeli-Papalis, translata veteri in novam urbem ad alium locum.

In Chriſti nomine amen. Anno Domini M. CC. XC. *indictione* III. *tempore domini Nicolai papæ* IV. *die* XV. *martii in heremo ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ, præſentibus domino Nomine, & Ugolunutio Berardutii* &c. *domnus Albertinus prior dictæ heremi cum conſenſu & voluntate ſuorum monachorum dictæ heremi, videlicet domni Johannis prioris clauſtralis, domni Philippi camerarii, domni Bartholi miniſtralis, domni Bene ſacriſtæ, domni Vitæ, domni Benvenuti, domni Ubertini, domni Armanni, domni Jacobi, domni Rainerii, domni Matthæi, domni Franciſci, domni Andreæ, domni Matthæi, domni Bartholi, domni Petri, domni Condæi, domni Maffæi & domni Angeli, & fratris Demittidie Palace .... converſi dictæ heremi, nomine eorum & nomine dictæ heremi, fecerunt, conſtituerunt, ordinarunt & creaverunt domnum Petrum monachum ipſius heremi*

præſen-

Ann. Chr. 1290.

præſentem, eorum & dictæ heremi legitimum ſindicum & nuncium ſpecialem, ad faciendam communi civitatis ſancti Angeli Papalis & ejus ſindico recipienti nomine dicti communis & ſpecialium perſonarum, finitionem & quietationem de omnibus & ſingulis damnis datis a dicto communi ſpecialibus perſonis nomine dicti communis in quadam traſanna hoſpitalis dictæ heremi, & in quadam domo, vineis & arboribus ipſius heremi, quas dicta heremus habebat in locis, in quibus civitas dudum Callenſis eſt tranſlata, & ad recipiendum a dicto ſindico dicti communis CL. *libras Ravennæ & Anconæ pro ſatisfactione dictorum damnorum datorum in dictis traſanna, domo, vinea & arboribus, & ad ratificandum & confirmandum nomine dictæ heremi & capituli, & ratam & firmam habendam aſſignationem, dationem & conceſſionem factam cum commune & ſpecialibus perſonis per nobilem virum dominum Bertuldum de Palombaria mareſcalcum & vicarium magnifici viri domini Johannis de Columna marchiæ Anconitanæ rectoris, & per quemlibet alium nomine dicti rectoris & vicarii, vel nomine dicti communis, de terrenis & poſſeſſionibus dictæ heremi, quas ipſa heremus & eccleſia ſancti Angeli habebat & poſſidebat in plano ſancti Angeli & Mercatalis, in quibus viæ, plateæ ſive ſtratæ, domus & caſalina dictæ civitatis ſunt deſignata & ordinata, & ad conſentiendum dictæ aſſignationi, dationi & conceſſioni, & ad faciendum dicto ſindico dicti communis recipienti nomine dicti communis & ſpecialium perſonarum finem & refutationem* &c. *& ad renuntiandum omni appellationi & contradictioni interpoſitæ pra parte dictæ heremi a pronuntiatione & . . . . , facta per dictum dominum rectorem de dictis terrenis & poſſeſſionibus, quas dicta heremus habebat in dictis locis a ſteccato intus dictæ civitatis* &c. *& ad ratificandum & confirmandum depoſitum hodie factum pro parte communis prædicti apud monaſterium ſanctæ Mariæ Sitriæ & abbatem ipſius monaſterii, de pecunia videlicet de trecentis quinquaginta florenis pro æſtimatione quatuorcentarum ſexaginta duarum librarum Ravennæ & Anconæ, quas dictus dominus rector præcepit dictum commune deponere pro dictis poſſeſſionibus, quas dicta heremus habebat in dictis locis a ſteccato intus* &c.

Et ego Defenſor Ricardini imperiali auctoritate notarius iis omnibus interfui rogatus, ſcripſi & publicavi.

De Johanne Columnenſi electo rectore marchiæ Anconitanæ mentio fit in chronicis hujus temporis, ſcilicet Nicolaus IV. Romanus pontifex ſummo amore proſequebatur nobiliſſimam domum Columnenſem, cujus amplitudinem tum honoribus, tum indultis maximopere promovebat. De tranſlatione urbis Callienſis in locum novum Mercatalis & ſancti Angeli videantur epiſtolæ ejuſdem Romani pontificis apud Ughellium [a]. Superius inſtrumentum edidimus ex mſs. ſchedis Grandii, qui ipſum hauſit ex tabulario præfati monaſterii Font-avellanenſis.

[a] T. II. col. 808.

ANNA-

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-QUINTUS.

Ab anno CHRISTI M. CC. XCI. *ad annum* M. CCC.

ANN. CHR. 1291.
I.
Obitus beati Peregrini eremitæ.

MORTALITATEM exuiſſe die tertia junii anni 1288. beatum Peregrinum eremitam Camaldulenſem ſcripſere Fortunius & Ractius, eorumque auctoritare ceteri auctores. Sed ad hunc etiam annum in vivis fuiſſe demonſtrat Baroncinius in ſuo ms. chronico Camaldulenſi, ac die decima-ſeptima julii hujus anni, ut Majorem eremi, ſubſcripſiſſe contractui unionis monaſteriorum ſancti Paterniani de Ferracciano, & ſanctæ Mariæ de Inſula Galeatæ obſervat; quo officio Majoris functum fuiſſe Peregrinum ignorarunt præſati ſctiptores noſtri. Si tertia dies junii pro ipſius emortuali ſit habenda, ad annum ſaltem ſequentem referendus eſt ejus obitus; verum cum erraverint Fortunius & Ractius in conſignando anno mortis, facile etiam lapſi ſunt quoad diem. Exploratum eſt poſt menſem julium præſentis anni nullum amplius ſupereſſe monumentum in chartis Camaldulenſibus Peregrini eremitæ; quare libenter ſub hoc anno vitam ipſius & mortem ob oculos ponimus. Is ex abbate ſanctæ Mariæ de Inſula Galeatæ, quam dignitatem obtinuit poſt Venturam abbatem, cujus paginæ habentur uſque ad annum 1272. Peregrini vero ſpeciatim [a] ad annum 1278. & ad diem decimam maji, ſenium imbecillitatemque corporis cauſatus, ſed verius ut quiete contemplationis, ſanctoque cœleſtium rerum otio frueretur, dignitatem abbatialem dimiſerat anno 1280. die ſeptima ſeptembris [b] in manus Rainerii Florentini, miſſi die duodecima auguſti a Gerardo priore Camaldulenſi, ad recipiendam ipſius abdicationem regiminis. Quare reperimus in Peregrini locum mox a monachis Inſulanis electum fuiſſe eumdem Rainerium, qui ſubinde confirmarus eſt a Gerardo priore, traditamque Rainerio fuiſſe ejus monaſterii poſſeſſionem a Barthclass vicario ejuſdem prioris Camaldulenſis, obedientiam novirer electo præſtantibus ſuffraganeis abbatiæ Inſulanæ, priore ſcilicet Ferracciani, priore Dutiæ, & priore Oibicciani, manu Rogerii notarii. Peregrinus vero depoſito regimine ſtatim ſe in cre-

a *Arch. Fontisboni §. Emphyteuſis.*

b *Ibid. §. Eleëmo 142. A 3.7.*

Ann. Chr. 1291.

eremum Camaldulenſem recepit, ubi ipſi collatum fuit officium ſacriſtæ, quo titulo decoratur eodem anno 1280. ad diem quintam-decimam octobris [a], qua cum aliis aſſenſum præbuit alteri unioni monaſterii ſancti Savini de Chio cum cœnobio ſancti Andreæ de Caſtellione-Arretino. Eumdem titulum obtinet in charta anni 1281. die quinta maji [b], qua Gerardus prior Camaldulenſis, amoto ab adminiſtratione monaſterii ſanctæ Mariæ de Orrea-Pichina in Sardinia Laurentio, in ejuſdem loci priorem elegit Thaddæum monachum abbatiæ Sacrarienſis. Actum Florentiæ, præſentibus Peregrino ſacriſta, & Sebaſtiano eremita Camaldulenſi, manu Noe notarii. Reperitur & ad annum 1285. ad diem duodecimam auguſti [c], qua Ildebrandum monachum confirmat cum aliis eremitis in procuratorem Gerardi prioris Camaldulenſis. Erat ſacriſta & anno 1287. quo viſiones cœleſtes habuit, de quibus inferius. Poſt eum annum Majoris officium in eremo ſuſtinuit, eoque nomine ſupervixit Gerardo præſidi generali; quare [d] menſe majo hujus anni literas dedit abbatibus & prioribus pro electione novi præſidis; die vero decima-ſeptima julii [e], ut ſuperius diximus, conſenſit unioni duorum monaſteriorum, Inſulani & Ferracciaenſis.

a Ibid. §. Notabilia 4. A. 2 59.
b Ibid. §. Electio 144. A. 3. 19.
c Ibid. §. Mandatum 43.
d Ibid. §. Electio 153. A. 3. 11.
e Ibid. §. Uniones. 2. A. 3. 13.

II. Ipſius viſiones.

Cum æditui munere fungeretur Peregrinus, tranſcripſit inter ceteros libros, teſte Baroncinio, ordinem ſeu ritum Divinorum Officiorum ordinis Camaldulenſis, quem confecerat anno 1253. beatus Martinus III. prior generalis, cui etiam notas ad cantum adjecit. Ab eo tempore divinis unice vacans rebus, meruit cœleſtibus apparitionibus & revelationibus donari, præſertim anno 1287. quas in ſcripta redegit Simon alter incluſus eremita, qui tunc vivebat in eadem Camaldulenſi ſolitudine, diverſuſque fuit ab alio, de quo verba fecimus ad annum 1240. Poſterioris Simonis mentio habetur per hæc tempora in bene multis paginis tabularii Fontis-boni ab annis 1274. & 1278. & 1279. ſed ſignanter in pagina anni 1281. die vigeſima aprilis, qua poſt præceptum Gerardi præſidis generalis factum Rainerio abbati Inſulano, ut poſt quatuor dies a receptione ſuarum literarum conveniret una cum monachis ſancti Paterniani de Ferracciano in ipſorum eccleſiam ad eligendum novum priorem hujus poſtremi loci, dicitur electus prior ejuſdem monaſterii [f] *Andreas frater Simonis eremitæ incluſi eremi Camaldulenſis*. Subinde Simonis nomen legitur uſque ad annum 1292. ipſius emortualem, ut dicemus fuſius anno ſequenti. Collectionem plenam revelationum Peregrini factam a Simone incluſo eremita, qui ipſius confeſſiones ſacramentaliter excipiebat, fruſtra inquiſivimus in bibliotheca eremi, & in tabulario Fontis-boni, vel ad manus noſtras ipſæ non devenere; aliquot tantum fragmenta cum Simonis prologo reperta fuere ſub capite ſancti viri Peregrini, quando inventum fuit ipſius ſacrum corpus anno 1693. quæ defectu majorum monumentorum libenter hic ſubjicimus.

f Ibid. §. Electio 43. A. 3. 18

Prologus fratris Simonis incluſi eremitæ Camaldulenſis.

Dum amabilem caritatem & clementiam, & benignitatem, o bone Jeſu, ego frater Simon indignus eremita Camaldulenſis eremi atque recluſus conſidero, dum ea, quæ paſſus es pro nobis, corde quieto perpendo, magis me delectat plangere, quam conſolationem aliquam recipere fœdiſſimo in hoc mundo. Etenim propter caritatem nimiam, qua dilexiſti nos, de ſinu patris in uterum virginis Mariæ deſcendiſti, carnem pro nobis miſeris aſſumpſiſti, per triginta-trium annorum curricula cum hominibus permanſiſti, ab eiſdem dedecus, verbera & opprobria recepiſti, & ad extremum crudelem crucis mortem patientiſſime ſubiiſti. Ploret ergo cælum, ploret terra, ploret om-

Ann. Chri 1291.

nis cœtus Sanctorum, quia Dominus totius creaturæ pro creaturis nudus eſt natus, & cum latronibus nudus paſſus. Quis unquam audivit talia? aut quis poteſt æquo animo talia cogitare? Ecce Rex omnium factus eſt pro nobis viliſſimus vermiculus, ſervus, & ſuum proditorem in menſa ſua tenuit, & ab officio non ejecit, ſed benignitate & terrore niſus eſt a malignitate & proditione ipſum benigniſſime revocare, non avertens ab eodem faciem, cum ipſi oſculum præbuit fraudulentum. Hic bic quodamodo videtur nobis in eremo Camaldulenſi degentibus facere, quos ſollicitare preſſura tentat Spiritus ad fervorem, oſtendens terribilia ac etiam inaudita, ut corde ferventes ſimus in amorem ipſius. Ideo tepiditate dimiſſa, omni hora & die mortem & futurum judicium ante mentis oculos habeamus. Et ut audientes & legentes tuæ benignitatis, o bone Jeſu, nequeant oblivisci, ſummatim enarrare propono, quæ in eremo noſtra ſanctiſſima ſub anno tuæ incarnationis M. CC. LXXXVII. *cuidam egregio eremitæ nomine Peregrino ejuſdem eremi ſacriſtæ revelare miſericorditer es dignatus.*

Succedunt revelationes. *Cum itaque idem frater Peregrinus ſæpius animo cogitaret ſuo relinquendi præfatam eremum, metuens, ne complere poſſet perfecte eremiticam auſteritatem, qualibet nocte perſenſit animas defunctorum, qui pſallebant in eccleſia eremi, vel prope, vel ſuper ipſam, quique bona noctium parte divinis laudibus vacabant. Aliquando autem ſenes pſallebant cum junioribus, alioquoties ſenes cum ſenibus, nunc juvenes cum juvenibus; alii directe, alii altiſona & ſuavi voce pſallebant, & omnium inſtrumentorum melodiam vincebant. Inter hos pſallentes voces clare exaudivit Michaelis, Venturæ incluſi, Cari & Vincentii Volaterrani.* (Carus inter beatos eremitas Camaldulenſes recenſetur, quorum ignorantur dies & annus obitus.) *Aliquando defuncti canentes impetu loco dimovebantur ab aliis, & plorantes diſcedebant. Alii ſubtriſti, & querulosa ac trementi voce pſallebant, tamquam pœnitentiam expectantes; forte ob remiſſam & negligentem pſalmodiam, dum in vivis erant. Frequentius autem eos defunctos audivit officium Defunctorum & Lamentationes concinentes: Quomodo ſedet ſola civitas; fidem quoque catholicam; evangelium: In principio erat Verbum; Salve regina in honorem Deiparæ; officium Miſſæ & duo ſymbola. Et cum in Miſſa proferebant Sanctus, Sanctus, Sanctus, vel etiam Salve regina, ita harmonice canebant, ut dici ſermone non valeat. In anniverſariis poſtea aliquos priorum & eremitarum Camaldulenſium immenſas laudes cum pſalmis & aliis officiis Deo reddebant. Et in officiis ad ipſorum ſuffragium perſolutis Deo permittente oſtendebant, quanti meriti quiſque eſſet apud Dominum; etenim in anniverſario Jacobi pœnitentiarii, & priorum Rainerii, Pauli, Guidonis, Henrici, Petri, alterius Henrici, Venturæ, Guillielmi, Martini, alterius Guillielmi, Johannis & Boni, qui omnes fuerant priores Camaldulenſes, ſollemne officium pro animabus ipſorum inſtituerunt, & incipiebant a Salve Regina, & Te Deum laudamus, in fine canentes evangelium: Ecce nos reliquimus omnia, & orationem: Deus, qui nos beati &c. cum Benedicamus Domino. Eadem ſimiliter peragebant in anniverſariorum vigiliis. Sed in tribus prioribus eremi non cecinere evangelium: Ecce nos reliquimus omnia, ſed pro Jacobo pœnitentiario protulerunt evangelium: Vado ad eum, qui me miſit; pro Rainerio & Paulo evangelium: Vigilate; pro priore Guidone addiderunt orationem: Deus, qui nos beati Guidonis confeſſoris tui meritis & interceſſionibus lætificas, concede propitius, ut qui ejus beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Et hanc orationem cum evangelio: Ecce nos reliquimus omnia, vigeſies & plus repetierunt, nam per totam octavam officium*

cium de ipſo fecerunt. Aliam quoque orationem faſſus eſt ſe audiviſſe, in qua vocabatur prior omnium eremitarum. Sed in anniverſario Martini prioris eum appellarunt priorem dumtaxat Camaldulenſem ; & in anniverſario prioris Boni, vocarunt priorem Camaldulenſem , & ordinis generalem . In anniverſario prioris Bartholomæi aliud officium non celebrarunt, quam multi ſunt vocati, pauci vero electi, breviter quinquies idem repetentes; quæ res in auribus auditoris moleſtiam peperit, Nec majora ſuperſunt de beati Peregrini revelationibus. Plures ex iis, qui nominantur priores Camaldulenſes, non fuere præſides generales ordinis , ſed tantummodo Majores , ſive priores loci tantum & eremi Camalduli . Guido prior is, eſt , qui anno 1205. electus deceſſit anno 1248. Martinus is, qui Guidoni ſucceſſit, & Jacobus pœnitentiarius, qui in locum Martini ſuffectus fuit. Bartholomæum autem vidimus electum anno 1265. Bonum vero regimen tenuiſſe ab anno 1272. ad 1274.

Ann. Chr. 1291.

III. Quæ cultus beati Peregrini monumenta extent?

De Peregrino hæc habet Fortunius [a] eo loci, ubi agit de Gerardo generali priore: „ Claruit hac tempeſtate in ſacra eremo venerabilis Chriſti ſervus Peregrinus eremita. Is cum ſacrarii curam exerceret, ac ſacras templi res de more tractaret, mirabiles illas viſiones, quæ in ſacra eremo habentur mſſ. meruit divinitus habere, quas alteri venerabili eremitæ Simoni magna itidem ſanctitate viro, qui ejus confeſſiones audiebat, ſeorſum enarravit . “ (Facile tempore Fortunii extabant, & modo vel deliteſcunt, vel alioſum ſunt aſportatæ.) „ Floruit porro venerabilis Peregrinus ſumma vitæ innocentia, ſimplicitatem vero, cum animi, tum cordis adeo egregie excoluit, ut ſuis exemplis univerſæ congregationi vere frugi, veluti omnis religioſæ ſanctimoniæ quaſi quædam cœleſtis ardens facula fuerit. Reddidit animam vir benedictus tertio junii 1288. in ejuſque tranſitu angeli laudes Deo canere , dum beatam animam reciperent , auditi . In cujus rei teſtimonium venerabile corpus ſupra majus templi altare reverentiſſime reconditum uſque ad hæc tempora maxima habitum eſt in veneratione, ſicuti Deus optimus maximus multa beneficia in dies ejus meritis fidelibus præſtat eum invocantibus populis. Ad ejus arcam hujuſmodi etiam legitur carmen Gabrielis ejus temporis monachi: “

Qui ſuperas eremi perduras o homo cautes ,
Hujus & aſcendit devotus vota daturus ,
Hic tu ſiſte gradum precibus de more peractis,
Erectiſque oculis pendenteis cerne locellos ,
Queis eremita pius Peregrinus jure beatus
Clauditur , & vitæ merito ſibi quippe dicato
Ecce loco hoc templi clauduntur membra ſacrata.
Si tamen & vitam cupis, & cognoſcere mores,
Ipſiuſque obitus cœleſti carmine ductos
Hoc tibi ſuppoſitæ referent pia verba tabellæ .

Tabella tempore Fortunii non extabat. Si enim extitiſſet , aliqua etiam ex ipſa protuliſſet, neque ulla protulit pariter Thomas Minius, nec Silvanus Ractius, qui poſtremus immo conqueritur , „ tantam fuiſſe majorum ſimplicitatem aut negligentiam , ut quem habebant pro Beato , & reliquias loco tam honorato repoſitas, ejus actiones non curaverint diſtinctius deſcribendas, vel ideo ſaltem , ut poſteris probare poſſint nequaquam ſine cauſa habitum ei a ſe eſſe honorem tam ſingularem. “ De Peregrino hæc ſcribit Andreas Mugnotius in deſcriptione eremi Camal-

[a] P. I. lib. II. pag. 220.

Ann. Chr. 1291. maldulenſis : „ Nec minus illuſtrem ſacrum hunc locum fecit vir admi-
„ rabili ſanctitate Peregrinus , cujus ſanctitati cum vehementer invideret
„ humani generis hoſtis, ſuis illum artibus ita aliquando impugnavit, ut
„ a vitæ illius cœleſtis vertice ad ſeculi blandimenta urgeret. “ Mirum,
quod hominem ſenio confectum & imbecillitate alliceret ad ſeculum dæ-
mon. Idipſum mox diximus de Peregrino affirmaſſe Simonem recluſum,
& Sergium novimus Romualdi patrem prope centenarium de ſeculo de-
nuo cogitaſſe. Proſequitur Mugnotius : „ Quem ſane præcipitem egiſſet,
„ niſi Angelus a Deo miſſus ad ſeculum propetanti ſe oſtendiſſet, qui il-
„ lum non ſolum ratione & monitis ad eremum revocaret , ſed etiam
„ divinarum rerum contemplationibus mentem imbueret & illuſtraret ,
„ quas contemplationes ſcriptis exceptas etiam hodie retinent eremitæ ,
„ & antiqua patris ſancti monumenta legenda omnibus expoſuerunt ad
„ aram templi majorem , ubi ipſius corpus conditum magna cum vene-
„ ratione ſervatur. “ Papebrochii tempore , oempe anno 1662. „ ſerva-
„ batur beati Peregrini corpus in æde ſacra prope eccleſiam , quod ea-
„ tenus in veteri altari baſilicæ ſteterat , unitumque jacebat tunc cum
„ ceteris corporibus ; aliquanto tamen honeſtius habebatur , & decentiori
„ arcæ erat impoſitum , obductæ interius holoſerico jam pene conſum-
„ pto , & velo non valde pretioſo contectæ ; cadaver vero nihil grave
„ olebat , ſed potius bene olens colorem in exſucca carne referebat eum-
„ dem , quem oſſa arida ſolent, totum autem nudum ſpectabatur , niſi
„ quod capiti impoſitus erat ex alba byſſo pileolus ad levandos capitis
„ dolores adhiberi ſolitus, uti præſentes eremitæ referebant. “ Iidem et-
iam eremitæ indicarunt Papebrochio , „ conſilia verſari de nova elegan-
„ tiorique urna, intra quam translatum ſacrum corpus iterum veneratio-
„ ni publicæ exponeretur retro vel ſupra altare . “ Quod tamen factum
non fuerat anno 1685. quo eremum Camalduleoſem adiit Conradus Jan-
ningus, alter Actuum Sanctorum collector . Sed demum in maximo in-
cendio , quod contigit in eccleſia eremi Camaldulenſis anno 1693. te-
ſtimonio Baroncinii , exuſta fuere penitus corpora tum beati Peregrini ,
tum aliorum venerabilium eremitarum ; licet tamen cineres & fruſta ab
eremitis igne ſubtracta , ſimulque collecta recondita poſtea fuerint prope
altare capituli in cornu evangelii & in communi tumulo , ubi mixta cum
corporibus & cineribus recentiorum defunctorum eremitarum ſimul expe-
ctant beatam vitæ reſurrectionem. Unum illud addimus ad Beati hujus
illuſtrationem a vero non abludere ipſum fuiſſe Peregrinum filium domi-
ni Rainerii de Banzena , qui „ anno M. CC. LIV. menſe februario pro
„ animæ ſuæ ſalute donavit inter vivos Martino priori Camaldulenſi ſe
„ ipſum & omnia bona ſua mobilia & immobilia cum omni jure ſuo , “
a §. Amiſſæ ut legitur in ſummariis [a] monachorum Fontis-boni Simonis & Rainerii.
464. d. 1.13. Ad aliorum vero gloriam eremitarum veterum , ſanctitate apud Deum
cognitorum, ſed cultu apud homines carentium nuda ſaltem nomina ſub-
jicimus, quæ leguntur in faſtis Camaldulenſibus , ignotis anno & die ip-
„ ſorum obitus. Hujuſmodi ſunt beatus Gregorius Arretinus eremita, bea-
„ tus Jacobus, beatus Bartholus, beatus Carimerius, beatus Carus, bea-
tus Johannes Civita-caſtellenſis , beatus Nicolaus Germanus , beatus Pau-
„ lus, beatus Cyprianus, beatus Ubertus eremita apud Balneum , beata
„ Margarita Senenſis , “ quorum aliqui etiam rubro charactere ab aliis
diſtinguuntur in vetuſtis breviariis & officiis Camaldulenſibus. Ipſos pari-
ter poſt antiqua kalendaria Fortunius, Ractius, Minius, Porteſanus, Wion,
Buccellinus & Botta commemorant, aſſignantque ipſis peculiarem diem ,
ſed

ſed ſuo marte, in Agiologio Camaldulenſi ms. Grandius & du Vergius in Diario Camaldulenſi. ANN. CHR. 1291.

IV. De ceteris Beatis eremitis cultu carentibus.

OCCASIONE Peregrini eremitæ & aliorum beatorum Camaldulenſium eremitarum in communi cœmeterio depoſitorum & quieſcentium obſervamus ex Mugnotio „ nullo unquam tempore oſſa in cryptis humata, licet admixta cum oſſibus ceterorum eremitarum, fœtorem „ quempiam, quo alia, ut plurimum infici ſolent, a ſe emittere, ſed „ nuda ſimplicique tecta tabula includi, quinimmo ſi tabula ipſa ſubmoveatur, ſentiri ſuavem inde naribus provenire odorem. Quod quidem argumentum eſt potiſſimum eorum ſocias animas gloriæ perpetuæ „ fragrantia recreari, & minime pati, ut corpora, quæ eas, dum in „ hac vita mortali ſimul conjungerentur, ad innumera lucranda merita „ adjuverunt, fœtori putredinique ſubjaceant. “ Adnotat etiam Papebrochius ſe vidiſſe „ in eremo Camaldulenſi quædam beatorum eremitarum exſucca corpora, ſicut ab humo ſublata fuerant, intra viles ſarcoſagos, quorum nec nomina ſatis ſciebantur, & putat eremitas iſtos „ ſanctos æque ac Cartuſianos ſacra ſuorum Beatorum corpora ideo minus in ſpeciem reverenter habere, quod ſolitudini ſuæ timeant ab afluxu peregrinorum, quos impetrata ad eorum viſitationem beneficia „ majori quam vellent, numero illuc attraherent, ideoque nec ſcribenda illa, nec ad canonizationem cujuſdam aut beatificationem ſollemnem „ colligenda curare. “ Immo ſuperaddit Fortunius ſub dio olim humare conſueviſſe Camaldulenſes corpora ſuorum confratrum; ſequentibus autem prodigiis impulſos immutaſſe conſuetudinem, & in capitulo ſepelire cœpiſſe. Quod confirmat his verbis: „ Per ea tempora, inquit, quidam „ agricola pedem ſecuri ſibi graviter percuſſerat. Is ſecus cœmeterium „ ſacræ eremi gemebundus maximeque languens tranſitum faciens forte „ fortuna os cujuſdam ſanctiſſimi viri ibi loci ſepulti humi preſſit, ſtatimque ſauciati pedis ſoſpitatem magno miraculo recepit, non ſecus ac „ ſi nullum accepiſſet vulnus. Quod utique beneficium alter ſimiliter, „ qui oculum amiſerat, eodem pacto conſecutus eſt. Quapropter animadvertentes patres injuriam ſanctiſſimis viris fieri, qui ſic in aperto „ deſpectoque loco conderentur, ex eo die mortuorum eremitarum cadavera in capitulo cœperunt componere. “

V. Obeunte Gerardo priore Camaldulenſi fit prior Frigdianus abbas Claſſenſis.

PRÆCESSIT, ut innuimus, Peregrinum Gerardus prior Camaldulenſis, qui vitam cum morte commutavit menſe aprili. Elegerat is in rectorem ſancti Vitalis de Laurentiano, Foro-livii exiſtens in curia comitis Romandiolæ, Bonſignorem, quem Guido plebanus ſancti Eleutherii ad honorem Ildebrandini epiſcopi Arretini confirmaverat, ac in poſſeſſionem induci mandaverat ab Adamo rectore Bibbiani ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus [a]; pariter interfuerat menſe februario una cum archiepiſcopo Ravennate Bonifacio, Lotherio epiſcopo Faventino, ac Petro Saraceno epiſcopo Vicetino rectore in ſpiritualibus Romandiolæ provinciæ, conventui in campis prope Faventiam, in quo ſecuta eſt liberatio Stephani Columnæ rectoris in temporalibus ejuſdem provinciæ, ut rem ſuſe narrat Rubeus [b] ad nonum diem ante kalendas martii hujus anni: „ Hoſtaſius, „ inquit, & Lambertus una cum Liutio Balbo reipublicæ Ravennatis ſindico in campis prope Faventiam, Ildebrandino, epiſcopo nimirum Arretino, & Romandiolæ legato, liberos nomine eorum & aſſeclarum „ in manum tradiderunt Stephanum Columnam, Johannem filium & „ ceteros omnes, cum adeſſent Petrus epiſcopus Vicetinus ſacrarum cauſarum in hac provincia rector, pontificiuſque vicarius, Bonifacius ar- „ chie-

a Num. 302. 306.

b Lib. VI. pag. 479.

ANN. CHR. 1291.

„ chiepiſcopus Ravennas, Lotherius epiſcopus Faventinus, Gerardus eremita Camaldulenſis ejuſdem ordinis generalis præfectus, Aghinulſus „ & Alexander Romenæ comites in Thuſcia palatini &c. multique præterea nobiles viri. Ildebrandinus contra omni culpa rempublicam Ravennatem & Hoſtaſium liberos in perpetuum eſſe pronuntiavit, itaque „ ejus abſolutionis ac ſententiæ formulam ſcriptis mandavit &c. “ Poſtrema hæc ſunt, quæ ſuperſunt, Gerardi prioris acta. Ipſius obitus adnotatur ad diem nonarum aprilis in necrologio monaſterii ſanctæ Chriſtinæ de Bononia; ſexto idus aprilis defunctum ipſum fuiſſe ſcribit Fortunius [a]. Amandamus ad Appendicem formulam, qua utebatur Gerardus prior Camaldulenſis pro commendandis fidelium auxilio monaſteriis vel eccleſiis Camaldulenſibus reparatione indigentibus, quos ad participationem omnium ſpiritualium bonorum admittebat. Tradit apud Grandium [b] in Appendice de Pandectis canonicus Joſeph Martinius in Appendice Theatri baſilicæ Piſanæ capite XIV. canonicis, ſive congregationi piarum matronarum erectæ in eadem Piſana baſilica eamdem communionem ſpiritualium bonorum conceſſiſſe ipſum Gerardum.

a Lib II. cap. 50.

b Pag. 256.

Die trigeſima maji in vigilia aſcenſionis Dominicæ in caſtro Socii convocato capitulo electus fuit in Gerardi locum præſes generalis Frigdianus ex abbate ſancti Apollinaris in Claſſe. Cum enim hoc anno Paſcha reſurrectionis inciderit in diem vigeſimam-ſecundam aprilis, vigilia Aſcenſionis ea maji die recurrebat. Quod autem ipſa die præcedente aſcenſionem Dominicam ſuffectus fuerit Frigdianus, colligitur ex pagina [c] Margaritæ abbatiſſæ parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Foro-livio ordinis Camaldulenſis, „ quæ receptis literis patentibus a fratre Peregrino Camaldu„ lenſis eremi Majore & ab aliis eremitis pro electione novi prioris fa„ cienda in vigilia aſcenſionis Domini apud caſtrum Socii, ipſa legitime „ impedita die vigeſima-quarta maji vices ſuas commiſit Johanni priori „ ſancti Salvatoris de Foro-livio; manu Naſcimbeni notarii. “ Die ſimiliter nona maji „ Henricus prior eccleſiæ ſancti Georgii diœceſis Æſinæ „ infirmitate & negotiis præpeditus vocem ſuam conceſſit Frigdiano ab„ bati Claſſis; manu Salvini notarii de caſtro Maſſaccii. “ Ipſa die electionis Bernardus abbas Vangaticienſis cum ad proximum ſancti Hilari de Galeata monaſterium perveniſſet, neque progredi valeret, infirmitate facile detentus, conſtituit Guidonem abbatem de Savignano & Jacobum priorem Camalduli de Foro-livio, qui pro ſe & pro Ginevra abbatiſſa ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio eligerent priorem Camaldulenſem.

c Arch. Fontisboni §. Electio 253. A. 3. 11.

VI. Ejus prima acta.

PRIMA Frigdiani prioris generalis Camaldulenſis acta ſpectant ad diem primam junii, qua convocatis Peregrino Majore eremi ceteriſque eremitis, conſtituit in ſindicum ejuſdem eremi Jacobum priorem ſanctæ Mariæ in Vallibus ad ineundam poſſeſſionem bonorum Montis Teuzii in territorio Peruſino, eo quod moniales ſanctæ Catharinæ prope Peruſium canonem non ſolviſſent, quem debebant, vel ad reficiendum emphyteuſis libellum, qui renovatus fuit die nona dicti menſis. Ea bona olim per commune Peruſii data fuerant Salimbene monacho Camaldulenſi; canon autem a monialibus ſanctæ Catharinæ ſolvebatur monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis de Palliola prope Peruſium.

VII. Rainerius fit abbas Claſſenſis. Ejus negotia cum rectore Flaminiæ.

VACANTE propterea per aſſumptionem Frigdiani abbatia Claſſenſi, translatus fuit ex Inſulano monaſterio Rainerius abbas ad regimen ejuſdem monaſterii, quocum ſtatim ab ejus electione indignatus Bonifacius archiepiſcopus Ravennas ſimultates habuit. Sed Rubeum iterum [d] audiamus. „ Erat interea, inquit, Bonifacio archiepiſcopo apud Ildebrandi„ num

d Lib. VI. pag. 481.

„ num rectorem cum Rainerio abbate ſancti Apollinaris in Claſſe diſce- ANN. CHR. 1291.
„ ptatio, quia cum eſſet Rainerius ejus cœnobio deſignatus abbas, &
„ a Boniſacio, ad quem inſtitutio ſpectabat, poſtulaſſet inſtitui, id Bo-
„ niſacius abnuerat, quod diceret certo ſcire ſe illum ab iis deſignatum,
„ qui anathemate & interdicto eſſent notati, ſtareque ſe de ea re judi-
„ cio Ildebrandini velle. Vetum id contempſiſſe abbatem affirmavit Bo-
„ niſacius, illumque ſe in ejus adminiſtrationem cœnobii magna auctori-
„ tatis Ravennatis eccleſiæ jactura intruſiſſe. Itaque Ildebrandinus diem
„ dixit abbati, ille vero ad pontificem provocavit, iterum tamen Ilde-
„ brandinus, cum eſſet Foro-cornelii, nono kalendas auguſti eum citavit,
„ tum affirmavit abbas jura illum ſua ſecum non habere, in aula Ro-
„ mana eſſe apud Petrum Columnam diaconum cardinalem ſancti Euſta-
„ chii, nec ſacile haberi poſſe, tum quod ea cardinalis abſque generalis
„ præſecti Camaldulenſis conſenſu nemini traderet, tum propter muta-
„ tionem aulæ, cum ea forte privilegia cardinalis una cum ceteris rebus
„ ſuis ad urbem tranſmiſiſſet. Paucos enim poſt menſes Nicolaus tran-
„ quillatis rebus Romanis Orbito profectus remigravit Romam. " Pe-
trus Columna Johannis filius, Jacobi cardinalis nepos, S. R. E. cardinalis diaconus ſancti Euſtachii creatus fuerat anno 1288. a Nicolao IV. Romano pontifice Columnenſis ſamiliæ amantiſſimo. Congregationem Camaldulenſem diligebat Petrus cardinalis, ipſiuſque priorem generalem Geratdum capellanum ſuum declaraverat.

Intelligimus quoque ex tabulario archiepiſcopi Ravennatis [a] mandaſſe eumdem Ildebrandinum rectorem Romandiolæ Getardo abbati ſancti Hyppolyti de Faventia, ne ſe ingeretet pro danda poſſeſſione eidem Rainerio ex abbate Inſulano electo abbati Claſſenſi, quam inthronizationem contra jus atchiepiſcopi Ravennatis Frigdianus priot Camaldulenſis commiſerat eidem Gerardo; immo per Guidonem de Gheziis præſentare feciſſe literas Johanni Claſſenſi priori & tribus monachis ejus cœnobii, quibus imperabat, ne quidquam innovarent ſub pœna excommunicationis & interdicti. Qua de cauſa autem intetdicto ſuppoſiti eſſent monachi Claſſenſes, agnoſcimus ex aliis paginis ejuſdem tabularii conſectis tum tempore Frigdiani abbatis, qui Rainerium præceſſit, tum paulo ante electionem Rainerii hoc ipſo anno 1291. Scilicet „ [b] Henricus rector ſancti
„ Geotgii de Porticibus, mandante vicario archiepiſcopi Boniſacii, in
„ pulpito ſancti Theodoti in Vultu, dum ibi haberetur proceſſio gene-
„ ralis in honorem ſancti Spititus, excommunicavit abbates ſancti Apol-
„ linaris & ſancti Severi de Claſſe; Et Guido de Genariis [c] cantot ec-
„ cleſiæ Ravennatis vicarius ejuſdem atchiepiſcopi anathematis ſententia
„ ligavit abbatem ſancti Petri in Vinculis, eo quod non ſolviſſet procu-
„ rationem pro Petro Saraceno Romandiolæ legato, ejuſque eccleſiam
„ ſuppoſuit interdicto. Iterum denuntiavit excommunicationem, niſi ſol-
„ veret procurationes epiſcopo Æſino [d]. Demum idem Ildebrandinus
„ poſt lectas ab eodem Guidone cantore literas ſuæ deputationis in re-
„ ctorem Romandiolæ, excommunicatos declaravit abbates ſancti Apol-
„ linaris & ſancti Severi, eorumque eccleſias ſubjecit interdicto, eo quod
„ detrectaſſent ſolvere collectas epiſcopis Vicetino & Æſino. "

a N. 6312. 6475. H. 3120.

b H. 3417.

c H. 3425.

d H. 3422.

VIII. Prioratus Ferracciani unitur abbatiæ Inſulanæ.

DIE decima-ſeptima julii [e] Frigdianus prior generalis Camaldulenſis, diligenti præbabita deliberatione cum ceteris etemitis, ad inſtantiam Rainerii prioris Fetracciani, & Michaelis prioris Urbicciani, perpetuo copulavit dictum prioratum Fetracciani cum abbatia Inſulana, cui eatenus fuerat ſubjectus, ita quod de cetero una prælatura vel dignitas cenſeretur, & abbas

e Unio 2. A. 3. 13.

ANN. CHR. 1291.

& abbas Inſulanus ſimul eſſet prælatus Ferracciani ; manu Laurentii de Rocca notarii . Additur conſilium Marſilii de Monteghello , & Martini Hiſpani Decretorum doctorum , quo approbatur dicta unio , non obſtante capite *Sicut unire* extra. *de exceſſibus prælatorum* ; quia *illud procedit cum abbas non habet juriſdictionem plenam*, & *omnem in dictis eccleſiis* , *itaut epiſcopus habeat epiſcopalem juriſdictionem in eiſdem* & *in abbate* ; *ſecus in præſenti unione*, *ubi epiſcopus nullam habet omnino juriſdictionem in priore Camaldulenſi* , *neque in dictis prioratu* & *abbatia* , *ſed dictus prior ordinariam exerceat in illis plenam* & *omnem juriſdictionem ex ſpeciali privilegio* . Eodem die electi in procuratores prior ſancti Michaelis de Arretio, & Andreas Januenſis monachus , qui una cum Claro de ſancto Geminiano procuratore in curia Romana obtinerent confirmationem apoſtolicam præſatæ unionis.

IX. Sanctimoniales introductæ in monaſter. S. Maglorii de Faventia.

ÆDIFICATIONIS parthenonis ſancti Maglorii de Faventia primordia ad hunc circiter annum ſunt ſtatuenda , quo *indictione* IV. *die quarta menſis maji* „ Benvenutus Curtranus de capella ſanctæ Mariæ-Guido„ nis fratri Gerardo de ordine Camaldulenſi , qui nunc moratur Faven„ tiæ apud locum olim fratris Laurentii , recipienti vice Michaelis prioris dicti loci, dedit terras pro filia ſua Helena , quam induxit & miſit „ in dictum locum cauſa ſerviendi Deo cum aliis ſororibus prædicti lo„ ci. “ Johannes Grillus noſter in breviſſima hiſtoria ejus monaſterii inter annum 1275. & inter præſentem annum figit introductionem ſanctimonialium , cum in viſitatione loci facta a Gerardo priore anno 1275. ſanctimoniales non nominentur. Fortunius vero ſerius, quam par ſit, originem hujus feminarum monaſterii ponit, ſub anno nimirum ſecundo Bonaventuræ generalis , hoc eſt anno 1317. Neque dicendum eo anno Bonaventuram loco motis monachis, de cetero decreviſſe, ut ibi reſiderent ſanctimoniales, nam tam monachi , quam moniales in inſtrumentis annorum ſequentium nominantur; niſi illud affirmare velimus ſub Bonaventura perfectam fuiſſe monaſterii ædificationem, & exinde locum ſpecialiter deſignatum fuiſſe pro ſacris virginibos.

X. Monumenta hiſtorica variorum monaſteriorum.

VACANTE eccleſia ſancti Blaſii urbis Faventiæ , quæ etiam appellabatur eccleſia ſanctæ Mariæ-Guidonis , Vita abbas monaſterii ſanctæ Mariæ foris portam ejuſdem urbis , ad quem ſpectabat electio rectoris , ad honorem Bonifacii archiepiſcopi Ravennatis elegit Leonardum presbyterum monachum & ſacriſtam dicti monaſterii in rectorem . Ita cum paſtore careret eccleſia ſancti Laurentii de Guarcinorio, quæ juris erat monaſterii ſanctorum Hippolyti & Laurentii ejuſdem urbis , Gerardus abbas ipſam de rectore providit . Nominatur ea eccleſia inter ceteras ſubjectas dicto monaſterio ab Alexandro III. ad annum 1181.

Guarinus prior eccleſiæ ſancti Venantii de Fabriano judex delegatus ſcripſit abbati & conventui ſancti Benedicti de Gualdo ordinis ſancti Benedicti Nucerinæ diœceſis, ſe a Nicolao IV. Romano pontifice una cum priore ſancti Medardi de Roccha-contrada Senogallienſis diœceſis, & cum Nicolao de Saxo-ferrato canonico Senogallienſi recepiſſe literas hujuſmodi: *Sua nobis abbas* & *conventus monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis diœceſis petitione monſtravit* , *quod abbas* & *conventus monaſterii ſancti Benedicti de Gualdo ordinis ſancti Benedicti Nucerinæ diœceſis aſſerentes*, *quod ipſi ſuper eccleſia ſancti Stephani de Montagnano* , *quam in proprios uſus ſe habere dicebant* , *quibuſdam pecuniarum ſummis* & *rebus aliis injuriatum eſt eiſdem* , *noſtras ſuper hoc contra ipſos ad te fili prior ſancti Medardi in forma literas impetrarunt* . *Ut ergo judicium ſine ſuſpi-*

cione

cione pergat, ad te fili, prior ſancti Venantii, ad inſtantiam ipſorum abbatis & conventus monaſterii ſancti Victoris; te vero fili Nicolae ex officio noſtro de fine cauſæ bujuſmodi duximus adjungendos &c. Datum apud Urbem-veterem *nonis maji pontificatus anno quarto*. Præſeoratæ fuere Guarioi literæ Guillielmo abbati ſancti Benedicti de Gualdo per Ægidium monachum ſancti Victoris de Cluſis *anno* M. CC. XCI. *indictione* IV. *tempore domini Nicolai papæ* IV. *die* XX. *maji*. — Ann. Chr. 1291.

Obiit hoc anno Sigiſmundus a Saxo-ferrato, vel juxta alios ab Eugubio, qui ex monacho & abbate Sitrieoſe electus fuerat anno 1288. a Nicolao IV. epiſcopus Senogallienſis.

Rector eccleſiæ ſancti Nicolai de Cuorle tenebatur quotannis ſolvere monaſterio Camaldulenſi certam frumeoti quantitatem, quam rector Dominicus hoc anno ſolvit.

Franciſcus prior ſancti Jacobi Eremitæ, vel de Mandriolis, teſtis fuit in donatione, quam Rambuctus epiſcopus Camerioenſis fecit monaſterio ſaocti Gregorii de Dinazano, cui contulir eccleſiam ſancti Matthæi de Colle-bove, teſte [a] Camillo Lilio in hiſtoria Camerinenſi.

Eccleſia ſive prioratus ſancti Proſperi de Faventia in ſuburbiis civitatis pluribus aonis canonicorum regularium diſciplinæ paruerat, inde moleſtis bellorum invaſioonibus ab ipſis derelicta tradita fuerat reformanda monachis ſancti Johannis-baptiſtæ Acererani cœnobii. Sed cum pacifice ob eamdem rationem a monachis teneri oequirer, oblata fuit protectioni Guizinengi nepotis Lotharii de Toſa Florentini epiſcopi Faventini hoc anno, & ita in commendam devenit, ut ſcribit Tonduccius in hiſtoria Favenrina [b].

Petrus abbas Burgenſis recepit promiſſionem obedientiæ tamquam ordinarius ab abbatiſſa & a ſororibus monaſterii ſancti Sperandei, quod conditum erat in Burgo-ſancti-Sepulcri. Sanctucciarum ordinis ſancti Benedicti erat hoc monaſterium, quod paulo ante hæc tempora, tum beati Sperandei monachi, rum beatæ ſimiliter Sperandei monialis, tum beatæ Sanctucciæ, una cum pluribus aliis Peruſinæ, Camerinenſis, Callienſis, Caſtellanæ, Eugubinæ diœceſum monaſteriis, ioſtituta receperat.

Monumeotum ſequens reperitur ad hunc anoum in tabulario [c] parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, quod illuſtrat hiſtoriam comitum Bagnacavalli. „ Thomaſinus Burgiſanus procurator Rengardæ & Goteſinæ filiarum comitis Cavalcontis de Bagnacaballo & actor Jobannis de „ Turioano de Arimino tutoris Malabuchæ filii quondam comitis Friderici de Bagnacaballo, & Niochilinus norarius comitis Alexandri de Romena tutoris Rengardæ quondam Guidonis Malabuchæ comitis de Bagnacaballo, & Morandus procurator comitiſſæ Idanæ quondam Rogerii „ de Bagnacaballo comitis, & comitis Aginulphi ejus viri concedunt ad „ laborandum ad decem annos bona poſita io plebe Furcoli; per Bartholinum magiſtri Bonſignoris. "

a Pag. 55. P. II.

b Pag. 45.

c Num. 63.

Ann. Chr. 1292.

XI.

Obitus beati Jacobi de Certaldo, ejuſque cultus.

FELICISSIME ad Deum rranſiit hoc anno in ſuo monaſterio ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum beatus Jacobus a Certaldo, ut narrat ex Raphaele Maphæjo Fortunius [d], poſt ſexaginta duos monachatus annos. „ Vir Dei Jacobus, inquit Fortunius, hujuſmodi profectibus propter patris atque fratris converſionem lætiſſimus, decem adhuc „ ſupervixit annis, ab obitu ſcilicet fratris, qui quidem, dum vigil ſeduluſque operarius vineam Domini excoleret, proximum ædificando ac „ juvando, non æſtu vel algore unquam preſſus, ſexageſimum ſanctæ con- „ ver-

d Part. II. lib. II. cap. 7.

Ann. Chr. 1292.

„ verſationis attigit annum. Ceterum ad extremum vitæ curſum prope-
„ rans, & febri laborans, patre cum monachis advocato, veniam humi-
„ liter petiit, ſi quid forte non benefactum in eo conſpexiſſent; nec mo-
„ ra ſumptis ordine ſacramentis migravit ad Dominum anno ſecondo &
„ nonageſimo ducenteſimo ſuper milleſimum idibus aprilis, moxque ab
„ eis in templo Sanctorum tumulatus eſt, ibique poſtmodum honoris
„ gratia ara conſtituta eſt uſque ad Raphaelis Volaterrani tempora, ut
„ ipſe teſtatur, fidelibus circa populis magnopere nota. " Qui quidem
Raphael, proſequitur Fortunius, quomodo ſanctitatis illico ſigna immodica apparuerunt, recenſendo memoratu digna hæc conſcribit.

„ Quidam Petrus cum iter cum fratre faceret, incidit in latrones,
„ qui ubi fratrem primum interemerunt, deinde lethale ei vulous pa-
„ riter intulere. Qui audita beati Jacobi fama ſepulcrum ſupplex adiit,
„ diu lacrymis ac precibus contendens, ut ipſe propitiator ſalutis ſuæ
„ apud Deum exiſteret, tandem illum albis amictum veſtibus videre me-
„ ruit admonentem, ut jam incolumis factus diſcederet. Cumque veluti
„ e ſomno velociter exſurgeret, ob tantum beneficium Deo & Sancto
„ ejus gratias agens lætus ad propria remeavit. Alius item e Sancto-Ge-
„ miniano cum ſurdus quatuor annis fuiſſet, ad hunc ſimiliter accedens
„ ſanus & ipſe remigravit. Unde diu poſtmodum illius quotannis adire
„ ſepulcrum pro tali gratus munere, ſuffragiaque in reliquam vitam ex-
„ poſcere ſolebat. Mulier item Volaterrana dextro affecta inutiliſque bra-
„ chio, eo ipſo tumulo impoſito, ſtatim valida facta præ novitate rei
„ exclamavit, Deo tanti beneficii auctori per ſuum Sanctum gratias agens.
„ Alia rurſus mulier, quæ in mamilla torquebatur, pridie ejus diei, qua
„ deceſſerat beatus Jacobus, viri ſancti auxilium pia fidelique mente in-
„ vocans, dum ſic inſtaret, votis auxilium præſtolans, illum chirurgi ha-
„ bitu cum arcula unguenti venientem vidit, cujus liquore vulnus perſu-
„ ſa e veſtigio incolumis apparuit. Inſuper e caſtro Libiani mulier quæ-
„ dam ab immundo vexata ſpiritu ad beati viri ſepulcrum a conſangui-
„ neis deducta, ejecto tandem dæmone, omnibus ſpectantibus ac Deum
„ collaudantibus priſtinæ reſtituta ſanitati in patriam redivit lætiſſima. "

Ara erecta in honorem beati Jacobi prope altare ſanctorum Juſti & Clementis, in qua jacebant etiam corpora ſanctorum Dulciſſimi & Cariſſimi, trecentis fere annis perſeveravit illæſa uſque ad annum 1579. quo vetuſtate & carie comſumpta everſa eſt. Reperta fuit ea occaſione ibidem antiquiſſima imago beati viri cum diademate & aureola, quæ conceditur ſanctis dumtaxat hominibus, ejuſque oſſa ad novum altare translata fuere anno ſequenti ab epiſcopo Volaterrano Guido Serguidi una cum ſacris lipſanis ſancti Clementis & aliorum Sanctorum. Fortunius, qui ſcribebat anno 1567. narrata ruina alterius aræ dicatæ ſancto apoſtolo Jacobo in templo ſanctorum confeſſorum Juſti & Clementis, hæc ſub-
dit [a]: „ Ad hæc non abs re fuerit admonere, quemadmodum io ipſo
„ divi Jacobi ſacello etiam beati Jacobi a Certaldo, qui illius cœnobii
„ monachus & abbas fuit, ſita ſunt oſſa, quæ illiuſmodi caſu retecta fur-
„ tim aliquot præter calvariam ſublata fuerunt, reliqua vero nobis præ-
„ ſentibus, qui hæc literarum memoriæ commendavimus, ſummo cum
„ honore ſummaque cum diligentia ibidem contecta reſtiterunt. " Ubi
videtur innuere aram potiſſimum Jacobo apoſtolo, non Jacobo de Certaldo fuiſſe antiquitus dicatam, vel forte in utriuſque honorem erectam. De Jacobo noſtro præter Raphaelem Maphæjum & Fortunium agunt Ractius, du Vergius, Wion, Menardus, Dorganius & Buccellinus, & noviſſime Joſeph-

[a] *Pag. 93. de SS. Juſto & Clemente.*

maria

ANN. CHR. 1292.

maria Brocchius ſacerdos Florentinus in ſuo opere de Vitis Sanctorum & Beatorum Florentinorum parte ſecunda. Raphael de ipſo habet: „ Hunc „ inter Sanctos ſuos eremus hodie Camaldulenſis coluit. “ Buccellinus in martyrologio Benedictino Camalduli monaſterio ipſum aſſignat dicens: „ Idi„ bus aprilis Camalduli tranſitus beati Jacobi de Certaldo , magnæ ab„ ſtinentiæ viri : “ quod quidem late intelligendum eſt de monaſterio Camaldulenſi Volaterrano , non de proprie dicto Camaldulo in Apenninorum jugis.

XII. Et beati Simonis eremitæ incluſi.

ALTER innocentia vitæ & ſolitudine clarus ex mortali carcere exivit hoc anno venerabilis Simon incluſus eremita Camaldulenſis paulo poſt beatum Peregrinum, cujus fuerat conſcientiæ moderator , cujuſque revelationes exceperat & ſcriptis tradiderat. Beati Simonis deceſſus refertur ad diem decimam-ſeptimam ſeptembris. De ipſo Fortunius: „ Quievit item „ & placida morte ipſe venerabilis Simon incluſus eremita in cella do„ mini papæ mira ſanctitatis inſignia præſeferens, XIII. ut ipſe habet, ka„ lendas octobris anni M. CC. XCII. “ In mſ. codice Q. III. bibliothecæ eremi die decima-octava ſeptembris legitur. *M. domnus Simon*. Agunt de Simone martyrologi Benedictini Wion, Menardus, Dorganius, & Minius, Ractius, Ferrarius, Brocchius, du Vergius & noviſſime inter prætermiſſos ad diem XIX. ſeptembris inſignes collectores Actuum Sanctorum. Diſtinguendus eſt ab alio Simone itidem incluſo eremita , qui ad Deum evolavit proxime ad annum 1246. & in viſione adhuc vivens apparuit beatæ Humilianæ de Cerchiis recluſæ Florentinæ, de quo agit Grandius diſſertatione prima Camaldulenſi capite II. Simon , qui deceſſit præſenti anno , erat Januenſis patria, teſte etiam Petro Ricordato , & tempore ſuæ diuturnæ recluſionis tranſcripſit ſacros libros plures bibliothecæ Camaldulenſis , cum notis quoque ad cantum . In breviario Camaldulenſi de Tempore ſeculi XIII. hæc adnotatio legitur poſt kalendarium: *Ad bonorem creatoris & benigni redemptoris nos paterne diligentis , & clementer redimentis, incipit breviarium , quod ſcripſit ob ſubſidium animarum & gaudium non tranſituri ſeculi in eremo Camaldulenſi domnus Simon Januenſis eremi Camaldulenſis recluſus anachorita , ſperans frui cœli vita , reſumptis armis virium , poſt duodenne ſpatium ab ipſius recluſione , opus cum afflictione inchoatum terminavit , ſicque mentem ſatiavit , conſummavit & perfecit , ſicque animam refecit . Ergo roget pro anima ſcriptoris prece maxima fungentis ſacerdotio pii patris judicio poſſeſſor hujus & lector , ut ipſius verus lector abſolvat cum a vinculis & peccatorum maculis , & ſociet agminibus cœlorum & ſpiritibus Domino miniſtrantibus . Amen*. Alteri codici inſcripto: *Abbreviatio ſummæ magiſtri Raymundi cum gloſſis ſuis edita a fratre Brocardo ordinis Prædicatorum* ſub litera Q. IV. 14. apponitur nomen Simonis recluſi, *qui addidit ſummæ decretales concilii Lugdunenſis ſub Gregorio X.* Codex eſt numero XLVI. bibliothecæ ejuſdem . In editione Italica commentarii in regulam ſancti Benedicti Auguſtini Calmetii tomo II. pag. 352. legitur: „ Domnus Simon eremita Camaldulenſis : Expoſitio regulæ ſancti Bene„ dicti ſcripta & breviter extracta de expoſitione ſancti Remigii ſuper „ regulam, & diverſorum aliorum . Mſ. aſſervatur in bibliotheca impe„ rialis monaſterii ſanctorum Petri & Pauli in Glaſciato Mediolani. Co„ dex non videtur excedere ætatem quadringentorum annorum . “ Ipſius mentio, & quidem ut recluſi, habetur in chartis tabularii Fontis-boni ſub pluribus annis; primum ad annum [a] 1274. die XVIII. februarii, 1285. [b] decima-tertia junii 1276. 1279. in conſtituendis ſindicis & procuratoribus eremi. Anno 1278. [c] partem habuit in editione vitæ eremitarum Camaldulen-

[a] §. *Mandatum* 32. *A*. 3. 41.
[b] *Ibid*. 14. 36.
[c] §. *Statuta* 10. *A*. 3.

dulenſium, & in ſtatutis Gerardi prioris. Anno ſequenti unus ex iis fuit, ANN. CHR. 1292. qui librum IV. de Moribus in capitulo apud Socium compilavere. Anno 1285. conſenſit prohibitioni de incidendis abietibus. Poſterioribus annis ſemper appellatur incluſus, & morabatur in cella domini papæ. Ante incluſionem ad annum 1271. inter apertos locum habet in iiſdem Fontisboni tabulis. Paucis demum diebus ante obitum ipſius nomen reperitur in mandato, quo Guidoni de Caſtello data fuit facultas a Frigdiano priore generali Camaldulenſi ſubſcribendi concordiæ inter epiſcopum Cluſinum & inter eremum Vivenſem, de qua concordia ſtatim dicimus.

XIII. Concordia inter epiſcopum Cluſinum, & eremum de Vivo. PER hæc tempora eremus ſancti Petri de Vivo juriſdictionem ſuam extendebat ad plura monaſteria, plurimaſque eccleſias ſub ſe habebat, quarum catalogum hic exhibemus, nimirum eccleſiam ſancti Andreæ Caſtillionis-Latronum, monaſterium ſancti Petri in Campo, abbatiam ſancti Benedicti de Appiano, monaſterium Arguani, abbatiam ſancti Benedicti de Mojano ultra Clanas, plebem ſancti Martini ſimiliter ultra Clanas, eccleſias ſancti Pauli & ſanctæ Mariæ in eodem diſtrictu, eccleſias ſanctæ Victoriæ de Sarthiano, ſancti Andreæ de Radicoſano, ſancti Petri ultra Sarchianum, ſancti Petri de Laterca, ſancti Salvatoris de Tintinano, ſancti Petri de Valenzano, ſancti Caſſiani de Caſtagneto, ſanctæ Floræ de Noceto, ſancti Petri de Caſtro, ſanctæ Mariæ Magdalenæ Vallis-urciæ, ſancti Peregrini de Abrigolo, ſanctæ Floræ de Monte, ſanctæ Mariæ de Seggiano, hoſpitale Canneti, & hoſpitale plebanatus ſancti Silveſtri in territorio Montis-politiani, plebes ſancti Martini, & ſancti Proculi ultra Clanas, ſanctæ Mariæ Paterni, totumque caſtellum Caſtillionis-Latronum, & medietatem Radicoſani, aliaque loca in variis diœceſibus poſita. Cum vero Petrus Cluſinus epiſcopus juriſdictionem in plura ex hujuſmodi locis ſuæ diœceſis exercere contenderet, poſt multas concertationes, pro bono pacis tam ipſe Petrus epiſcopus cum canonicis ſuis, quam Petrus prior eremi de Vivo cum ſuis monachis, & cum Angelo abbate ſancti Petri in Campo, Jacobo abbate de Appiano, Auguſtino abbate Arguani elegerunt Jannucium presbyterum plebanum ſancti Silveſtri prope Montem-politianum, cujus ſententiæ ſtandum eſſet utrique parti ſub pœna mille marcharum argenti. Qui judex partibus auditis ſententiam protulit *anno* M. CC. XCII. *die ſexta ſeptembris apoſtolica ſede vacante*, quod omnes eccleſiæ, quas eremus de Vivo obtinebat in diœceſi Cluſina, ab epiſcopi juriſdictione omnino liberæ haberentur & forent, ac ſanctæ ſedi dumtaxat ſubjectæ, præſertim vero abbatia ſancti Petri in Campo cum omnibus ſuis adnexis eccleſiis, quæ non obligarentur decretis epiſcopi, ſed tantum quando epiſcopus ad conſilium generale ſe conferret, atque in ejus prima conſecratione, collectam eidem ſolvere tenerentur. Lecta fuit hæc ſententia in eccleſia ſancti Petri de Radicoſano, præſentibus Oddone de Ficullis, fratre Franciſco Viſi ordinis Prædicatorum, Nerio Jacobini & Sinibaldo canonicis Montis-politiani, Juncta presbytero rectore dictæ eccleſiæ ſancti Petri, Petro canonico ſanctæ Muſtiolæ de Cluſio &c. Jacobo quondam Jacobi imperiali notario aliiſque judicibus chartam roborantibus, ſubſcribente etiam Guidone de Caſtello a ſecretis Frigdiani prioris Camaldulenſis cum conſenſu ceterorum a Num. 10. eremitarum. Hæc nobis innoteſcunt ex archivo Roſæ Senarum [a], ex quo concordiæ inſtrumento roboratur Ughellii opinio non alium quam Petrum hoc anno præſulem jus dixiſſe Cluſinis.

XIV. Bella in agro Ravennate. EODEM anno Ravennates, Cæſenates, Foro-livienſes & Brittonorienſes cum magno inſtrumentorum bellicorum apparatu in agrum Ravennatem

ANN. CHR. 1292.

tem irruptionem facientes eccleſiam inter cetera ſancti Zachariæ, quæ ad monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe pertinebat, combuſſerunt, effregerunt, abſtuleruntque æs campanum ſacri illius templi, plura demum in eo territorio excitarunt incendia, de qua irruptione & clade verba facit libro VI. ſuæ Ravennatis hiſtoriæ Rubeus [a].

a Pag. 483.

Vacante eccleſia ſancti Andreæ de Zagonaria Gerardus abbas monaſterii ſanctorum Laurentii & Hippolyti de Faventia, ad quod pertinebat, in reverentiam epiſcopi Imolenſis rectorem in ipſa conſtituit.

Eccleſia ſanctorum Nicolai, Martini & Viti de Fonto Tarviſinæ diœceſis a Leonardo abbate ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis de Fullina collata fuit, poſtulante Tiſone de Campo-ſancti-Petri patrono. Actum Tarviſii ſub porticu domus monaſterii de Fullina.

XV. Sanctimoniales introducuntur in eccleſiam S. Petri de Atheſte.

SANCTI Petri eccleſia ædificata in oppido Atheſte in ſpiritualibus & temporalibus ſpectabat ad monaſterium Vangaticienſe; verum hoc tempore deſtitutam clericis & religioſis perſonis, qui ad ejus ſervitium reſiderent, Bernardus abbas Vangaticienſis tradidit incolendam Beatrici & Mariæ recipientibus ipſam pro ſe, & vice dominarum Benvenutæ & Marcheſinæ, & pro ſororibus Deo dicatis juxta ordinem & regulam ſancti Benedicti, quæ tunc temporis locum idoneum requirebant ad pœnitentem vitam ducendam, ut ibidem Deo deſervirent. Salvum tamen voluit abbas jus loci ſive monaſterii ſancti Firmi de Atheſte aliarumque perſonarum; pariter ipſis præcepit, ut ſe ſupponerent directioni & correctioni abbatis Vangaticienſis, penſione ſtatuta unius libræ ceræ perſolvendæ eidem monaſterio ſancti Firmi de ſancti Petri, Beatricem vero elegit in abbatiſſam novi parthenonis; poſt mortem autem Beatricis ſanctimoniales eligerent ſibi e cœtu ſuo præfectam, quæ confirmationis beneficium requireret ab abbate Vangaticienſi. Actum apud ſanctum Petrum de Monte-ſilice, qui locus ſimiliter ſubjectus erat Vangaticienſi abbatiæ, *indictione* v. *die* xv. *menſis decembris*, Florio filio quondam Johannis de Ravolatis præfecti almæ Urbis judice ordinario & notario chartam roborante. In tabulario ſancti Auguſtini [b] de Patavio apud Brunatium *anno* M. CCC. II. *die* XXV. *octobris* donatur codex evangeliorum & vitarum Sanctorum idiomate vulgari ſcriptus monialibus ſancti Petri de Eſte.

b *Canonich. Pag.* XVI.

XVI. Juriſdictio monaſterii Vangaticienſis turbata.

GRAVISSIMIS tamen turbis obnoxium erat tunc temporis Vangaticienſe monaſterium occaſione ejuſdem Bernardi abbatis. Ipſe vel rem gratam facturus Patavinis contra marchiones Eſtenſes, vel novitatum amator ſuppoſuerat monaſterium ſuum protectioni urbis Patavinæ; Patavini vero jus ſibi vindicaverant eligendi poteſtatem caſtri Vangaticiæ villarumque ipſi ſubjectarum, ac advocatiam & patronatum ſuſceperant ejus monaſterii, & colore defenſionis plura attulerant, & afferebant damna & injurias dicto monaſterio; adegerant monachos ad ſubeunda onera & functiones communis Patavini, ac obtulerant abbati mille centum florenos auri pro carpendis privilegiis dicti monaſterii. Indignati monachi Vangaticienſes, confugium habuerant ad præſidem generalem Camaldulenſem, cui abbatia Vangaticienſis parebat; is vero Bernardum abbatem ſuſpenderat ab officio, excommunicaverat, ac ut perjurum, dilapidatorem, & iniquum miniſtrum bonorum abbatiæ removerat. Verum cum Patavini non deſiſterent ab inferendis damnis, ac moliendis novitatibus, præſides generales, facile Gerardus ante obitum, & poſt ipſum Frigdianus, interpellavere auctoritatem Conſervatorum privilegiorum ordinis, quos ſuo gratioſo diplomate conſtituerat multis jampridem annis Alexander IV. Romanus pontifex, abbatem nimirum ſancti Felicis de Bononia, & abbatem

ſan-

Ann. Chr. 1292.

ſancti Petri de Peruſio. Pax itaque abbas ſancti Felicis, cui totam auctoritatem ſuam ſubdelegaverat abbas alter ſancti Petri de Peruſio, ſequentes dedit communi Patavino literas, quas ex autographis exiſtentibus in tabulario Vangaticienſi hic ſubjicimus, ex quibus etiam totius controverſiæ ſeries addiſcitur.

Viris nobilibus prudentibus & diſcretis, poteſtati Sarragonen., ejus militi Jacobo Malitia, Leonardo, qui dicitur Boccaleccha, antianis, conſiliariis & officialibus ceteris, populo & communi Paduæ. Pax licet indignus abbas monaſterii ſancti Felicis Bononienſis, conſervator privilegiorum Camaldulenſi ordini a ſede apoſtolica conceſſorum, una cum religioſo viro .. abbate monaſterii ſancti Petri de Peruſio, & ſubdelegatus dicti abbatis ſancti Petri ſalutem in Domino.

Noveritis nos ſummi pontificis jamdudum recepiſſe literas ſub hac forma. ALEXANDER *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. ſancti Felicis Bononien. & .. ſancti Petri de Peruſio monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sub religionis habitu vacantibus piæ vitæ ſtudio ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculo impediri. Cum itaque ſicut ex parte dilectorum filiorum .. prioris & conventus heremi Camaldulenſis fuit propoſitum coram nobis ipſis, & abbates, abbatiſſæ, priores & conventus, & fratres ac ſorores Camaldulenſis ordinis a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ſuper bonis ſuis multipliciter moleſtentur; nos volentes eorumdem abbatum, abbatiſſarum, priorum & conventuum, fratrum ac ſororum providere quieti, & moleſtatorum ipſorum malitiis obviare, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus abbatibus, abbatiſſis, prioribus & conventibus, fratribus ac ſororibus prædictis opportuni præſidio favoris aſſiſtentes non permittatis eos in perſonis vel bonis ſuis contra indulta privilegiorum ſedis apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante aliqua indulgentia ſedis ejuſdem, de cujus tote tenore oporteat in noſtris literis plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus præſentis impediri valeat vel diferri, & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali &c. Data Anagniæ* IV. *nonas decembris pontificatus noſtri anno quarto. Cum igitur nobis conſtet, ac etiam notorium habeatur, vos moleſtias & injurias retroactis temporibus, ac nunc etiam irrogare abbati, conventui & monaſterio ſanctæ Mariæ de Vangadicia Veronenſis diœceſis ordinis prælibati, frangendo, evellendo & removendo catenam dicti abbatis, conventus, & monaſterii poſitam in flumine Athesis ex parte ruptæ, tranſeundo quoque cum navibus oneratis lapidibus, lignis & rebus aliis, debitum paſſagium non præſtando, invitis & contradicentibus ſindicis dictorum abbatis & conventus, & monaſterii, cædendo etiam ligna de ſilvis monaſterii, & alias plures injurias, graveſque moleſtias inferendo. Nequeuntes prædicta conniventibus oculis pertranſire, vos & veſtrum quemlibet auctoritate, qua fungimur, pro primo, ſecundo & tertio peremptorio commonemus, quatenus a prædictis violentiis, injuriis & moleſtiis deſiſtentes omnino, omnia & ſingula ſupradicta ad poſſe veſtrum in ſtatum priſtinum reducatis, ac eiſdem abbati, conventui & monaſterio de dictis damnis, moleſtiis & injuriis per vos irrogatis eiſdem plenarie cum effectu ſatisfacere procuretis. Alioquin ex nunc pro ex tunc in vos poteſtatem Sarragonum, ejus militem Jacobum Malitiam, Leonardum, qui dicitur Boccaleccha, priorem Domus Dei de Padua, antianos, officiales & conſiliarios, & veſtrum quemlibet excommunicationis ſententiam proferimus in his ſcriptis,*

& ci-

& civitatem Paduæ cum ſuburbiis & loca vicina per tria milliaria eccleſiaſtico ſupponimus interdicto ; interdicentes ibidem quælibet organa campanarum & vocum, contra vos ad alia proceſſuri pro defenſione dictorum privilegiorum & ordinis, ſi in prædictis veſtra protervitas duxerit reſiſtendum. Relatori autem præſentis portitori de præſentatione ipſarum nuntio noſtro jurato adhibebimus plenam fidem, quas apud nos fecimus regiſtrari ad evidentiam omnium prædictorum, mandantes eaſdem noſtri ſigilli munimine roborari. Data Bononiæ in monaſterio noſtro ſancti Felicis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-ſecundo indictione quinta die ſexto maji. ANN. CHR. 1292.

XVII. De Bernardo abbate Vangaticienſe maiorum auctore. De monaſter. Monticuli.

QUOD autem Bernardus abbas Vangaticienſis in præjudicium jurium Camaldulenſium una cum communi Paduæ monaſterium ſuum dilacera-ret, novimus etiam ex chronico Patavino, qui inſcribitur : *Liber memorialis omnium regiminum civitatis Paduæ*, editus a Muratorio tomo IV.[a] Antiquitatum medii ævi, in quo hæc leguntur: *Et prædicto anno* M. CC. XCII. *indictione* V. *die* XXIX. *octobris Paduæ in eccleſia ſancti Martini dominus Bernardus abbas monaſterii de Vangaditia inveſtivit Bonifacium domini Peucii ſindicum & ſindicatorio nomine communis Paduæ ad feudum de quinque manſis terræ ſterilis poſitis ultra Athesim ex oppoſito caſtri Baldi, quibus correſpondet a meridie flumen Atheſis, a ſeptemtrione palus, pro quibus dictus ſindicus promiſit dare ei annuatim unam libram ceræ in die beatæ Virginis de ſeptembri, & ſunt longitudinis unius milliarii, & latitudinis unius turnæ & quadraginta perticarum*. Porro caſtrum Baldum hoc ipſo anno ædificatum fuerat pro defenſione civitatis Paduæ & comitatus ejuſdem contra voluntatem marchionis Eſtenſis & dominorum de la Scala, ac proinde Bernardus abbas Vangaticienſis contra Eſtenſes marchiones Patavinis favebat. Ita etiam pedetentim Patavini poſſeſſionem inierunt oppidi Vangaticienſis ; nam legimus in altero antiquo chronico a Bronzerio & Silveſtrio laudato *Azonem & Franciſchinum marchiones Eſtenſes anno* 1294. *in gratiam communis Paduæ Abbatiam, tertiam partem Lendenariæ, Luſiam, caſtrum dictum Venezze & ejus curiam, terras Barbulei, & generaliter omnes juriſdictiones, bona & jura ad ipſam Abbatiam ſpectantia in integrum* ceſſiſſe eidem communi, *ut ipſum poſſit omnia ſupradicta taliter tractare, quemadmodum tractat civitatem Paduæ & diſtrictum* &c. Guillielmus etiam Cortuſius in ſua hiſtoria Patavina libro primo [b] eam ceſſionem refert ad annum ſequentem 1293. hæc ſcribens : *Hoc videns Raimundus Aquilejenſis patriarcha pacem compoſuit hoc modo : Marchiones Azo & Franciſcus in gratiam Paduanorum ſint recepti, & ipſi dederunt communi Paduæ Abbatiam cum ſuis juribus & tertiam partem Lendenariæ, Luſiam, caſtrum de Venezze* &c. Videbimus tamen ſua jura adhuc conſervaſſe abbatiam Vangaticienſem, & anno dumtaxat 1298. ſe legitime ſuppoſuiſſe protectioni communis Patavini. Cetera de damnis illatis ab iiſdem Patavinis dicto monaſterio Vangaticienſi, referemus anno ſequenti. Neſcimus tamen, quis fuerit poteſtas Patavinus in epiſtola Pacis abbatis nominatus *Sarragonen.* cum ex ſuperiori libro memoriali regiminum civitatis Paduæ præſenti anno Lambertuccius de Freſcobaldis de Florentia eſſet poteſtas Paduæ, anno vero antecedenti Thomaſius de Quirino, anno autem ſequenti Paulus Quirinus de Venetiis eadem dignitate fruerentur; ſed, ut ad annum 1298. legitur, plures eodem anno poteſtates recipiebat & rejiciebat Patavinum commune per hæc tempora.

Exiſtebat in celebri oppido vel etiam urbe Monticuli, quæ coaluit ex veteri Treja, Anconitanæ marchiæ & diœceſis Camerinenſis monaſterium ſanctimonialium ſub invocatione ſancti Romualdi & ſanctæ Agathæ,

cujus

[a] Col. 1151.

[b] Pag. 145.

ANN. CHR. 1292.

a *In arch. ſecr. Montic.* — b *Ibid.* — c *Ex lib. Reformat. P. II. fol.* 21. — d *Ibid. fol.* 95. — e *Arch. Secr. Montic.* — f *Acta collegiatæ Montic. fol.* 129.

cujus antiquiores origines ſunt ignotæ, ſed oppidanorum traditio fert excitatum ipſum fuiſſe a ſancto parente noſtro Romualdo. [a] *Anno Domini* M. CC. LXXXXII. *indictione* V. *apoſtolica ſede vacante die* XIII. *aprilis domna Illuminata abbatiſſa monaſterii & conventus ſancti Romualdi & ſanctæ Agathæ de Monticulo, cum conſenſu & voluntate ſororum Paulæ, Margaritæ, Agathæ, Suſannæ, Philippæ, Scholaſticæ, Cæciliæ, Catherinæ, Thomaſſiæ, Juſtinæ* &c. *Bondiem Petroni capellanum dictæ eccleſiæ ſancti Romualdi ſindicum conſtituunt ſui manaſterii ad permutandum* &c. *Ego Petrus Bonomi auctoritate eccleſiæ Romanæ notarius* &c. Anno 1330. [b] Berardeſca Jacobi Thebaldi in ſuis teſtamentariis tabulis, inter cetera legata reliquit *monialibus ſancti Romualdi;* item *ſorori Luciæ moniali monaſterii ſancti Romualdi*; item *abbatiſſæ monaſterii ſancti Romualdi;* item reliquit *ſorori Mitutiæ filiæ olim Thomæ Brunelli de ordine ſancti Romualdi*. Anno 1437. [c] in publico conſilio communis Monticuli propoſitum fuit ſub die VI. maji: *Sexto. Quis modus ſit retinendus circa reparationem monaſterii ſancti Romaldi de Monticulo ſemilaſſi, ut impoſterum in honorem Dei manuteneri & conſervari poſſit?* Item *ſuper ſexta propoſita de reparatione monaſterii ſancti Romaldi dixit & conſuluit, quod remittatur in priores & unum de quolibet quarterio per ipſos vocandum* &c. Anno 1463. [d] die XXI. ſeptembris in conſilio ſimiliter communis: *Ultimo quod provideatur reaptari monaſterium ſancti Grimaldi, cum moniales minime exiſtere poſſunt, & placeat duo iſta monaſteria ipſius terræ in unum reducere*, hoc eſt ſanctæ Catharinæ, & ſancti Romualdi, corrupte dicti ſancti Grimaldi. Quid actum tunc temporis fuerit, non liquet, deficientibus foliis in libro reformationum. Sed ſcimus ex brevi [e] Clementis VII. anni 1532. XXIV. maji Antonium Jacobum epiſcopum Camerinenſem eccleſiam ſancti Romualdi loci de Monticulo ſuæ diœceſis menſæ epiſcopali adjunxiſſe, & ab apoſtolica ſede expetiiſſe demolitionem ipſius pro erectione alterius eccleſiæ ſub invocatione ſanctorum Jacobi & Romualdi, ut ipſe Romanus pontifex ſcribens plebano collegiatæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Monticulo, & vicario epiſcopi Maceratenſis mandat facultatem epiſcopo Camerinenſi fieri, ſi id in utilitatem vergat ejus menſæ epiſcopalis. Demum [f] anno 1603. die quinta junii cura animarum, quæ erat in eccleſia ſancti Ægidii extra mœnia Monticuli, tranſlata fuit in eccleſiam ſanctorum Jacobi & Romualdi per Martium Polini decanum Maceratæ & vicarium generalem cardinalis Innocentii de Bubalo epiſcopi Camerinenſis. Non ignoramus conſueviſſe veteribus ſeculis *ordinis* vocem uſurpari pro titulo eccleſiæ, non pro inſtituto inſervientium eccleſiæ; cum tamen conſtans ſit Camerinenſium opinio ſanctum Romualdum plura conſtruxiſſe tum virorum, tum feminarum domicilia, & omnia reformaſſe in ea diœceſi, notitiam hujus monaſterii ſacrarum virginum libenter protulimus, quam ab amiciſſimo noſtro Turcio habuimus.

ANN. CHR. 1293. XVIII.

Conſtructio hoſpitalis Ravennæ appellati Domus Miſericordiæ.

BONIFACIUS archiepiſcopus Ravennæ, ut legitur in pagina autographa archivi Claſſenſis, Michaeli archidiacono ſuæ eccleſiæ permiſit hoc anno conſtructionem hoſpitalis pro hoſpitalitate perpetuo tenenda pauperum, peregrinorum, infirmorum & aliarum miſerabilium perſonarum de bonis teſtamentariis bonæ memoriæ domini B. hoc eſt Bernardi, quondam Præneſtini epiſcopi & apoſtolicæ ſedis legati in regno Siciliæ, cujus is fuerat teſtamentarius executor, & de bonis etiam ſuis. Obtinuerat jam Michael teſtandi facultatem a Martino papa IV. anno IV. diplomate dato ex Urbe-vetere VI. kalendas julii anni 1284. Hoſpitale

autem

ANN. CHR. 1293.

autem conſtructum eſt in civitate Ravennæ in loco, qui appellabatur Turricella in regione Herculana, & vocatum fuit domus Miſericordiæ, ſupponendum pro regimine alicui familiæ religioſæ, & immune redditum ab omnibus gravaminibus. Confirmavit etiam archiepiſcopus donationem eccleſiæ ſancti Bartholomæi ſitæ infra territorium dicti hoſpitalis factam a capitulo cardinalium Ravennatenſis eccleſiæ, quam perpetuo univit cum eodem hoſpitali, quadraginta demum dies indulgentiæ concedens ſollemnibus diebus iis, qui viſitaverint vel adjuverint ædificia ejuſdem hoſpitalis. Datum in caſtro Argentæ XXV. *die menſis junii anni* M. CC. XCIII. *indictione ſexta*. Vide etiam, quæ diximus ad annum 1289. ex monumento altero Claſſenſi, ex quo novimus donationem & conſecrationem eccleſiæ ſancti Bartholomæi factam fuiſſe eo anno. Bernardus ſive Berardus ex camerario Martini papæ IV. electus primum Callienſis, inde Auximanus epiſcopus & S. R. E. cardinalis una cum epiſcopatu Præneſtino, redux ex legatione Sicula obierat ante biennium in agro Spoletano, & Michaelem archidiaconum Ravennatem executorem bonorum ſuorum reliquerat.

XIX. De eccleſia S. Mariæ de Colle in diœceſi Senogallienſi.

COMPARUIT coram Bernardo Ferrarii canonico Valentino marchiæ Anconitanæ vicario in ſpiritualibus generali Raimundi Pontii Valentini epiſcopi, & dictæ marchiæ rectoris Bentevegna plebanus ſanctæ Mariæ de Colle diſtrictus Roccæ-contradæ, conquerens, quod Theodinus epiſcopus Senogallienſis in poſſeſſionem miſiſſet cujuſdam præbendæ dictæ plebis canonicum ſuum Jacobum Sarii de Saxoferrato. Theodinus ante biennium ſuffectus fuerat Sigiſmundo in cathedra Senogallienſi.

XX. Johannes abbas S. Savini Piſarum detrectat jugum ſubjectionis prioris Camaldulenſis.

JOHANNES abbas ſancti Savini territorii Piſani jugum ſubjectionis congregationi & priori Camaldulenſi excutere omnino proponens, conſpiravit cum aliquot monachis cœnobii ſui contra ipſum, ſimulque creavit fratrem Andream Malleum ex ordine Pœnitentiæ in procuratorem ſuum, qui ejus vice limina apoſtolorum viſitaret, & appellationem contra priorem Camaldulenſem interponeret ad Romanum pontificem, & ad cardinales. Cum vero alii monachi ejuſdem cœnobii e monaſterio effugiſſent ejus licentia non petita, ac abſtuliſſent privilegia, libros, pecuniam & ſubſtantias monaſterii, quæ tamen volentibus antianis populi Piſani depoſuerant apud locum fratrum Minorum ejuſdem urbis, ipſos excommunicationis ſententia innodavit. Contra ipſum Johannem abbatem potiſſimum videtur emanata ſequens conſtitutio facta a Frigdiano priore & a definitoribus capituli celebrati hoc anno menſe majo in monaſterio ſancti Vigilii de Senis, quam reperimus in codice membranaceo tabularii Fontis-boni poſt conſtitutiones Martini III. prioris:

Quia intantum quorumdam proceſſit ambitio, quod ſublimati per ordinem non verentur indigna religionis committere, nec tamen volunt cum petra veritatis & regularis diſciplinæ remedio caſtigari, ſed juxta prophetam de malo ad malum progreſſi ſpiritum rebellionis aſſumunt, & totam religionem noſtram ad ſcandala provocant, ex quibus expenſæ & dampna proveniunt, & quod eſt gravius, animarum pericula multa; nos autem viam talium dignis conatibus perdere cupientes, perpetua conſtitutione ſancimus, quod quicumque ſive prælatus, ſive ſubditus in ordine noſtro de cetero fuerie domno priori Camaldulenſi vel viſitatoribus ordinis manifeſte rebellis, ipſo facto vinculum excommunicationis incurrat, & nihilominus ſi prælatus extiterit, officio prælaturæ ſit ipſo facto privatus, nec aſſumi poſſit ulterius ad aliquam dignitatem, niſi per diſpenſationem capituli generalis. Si vero ſubditus, ipſo facto vinculum excommunicationis incurrat, & abſque diſpenſatione ſimili promoveri non poſſit, nibilominus per annum carceri manci-

Ann. Chr. 1293.

petur. Et quicumque contra domni prioris Camaldulenſis vel viſitatorum officium rerurſum habuerit ad perſonas aliquas extra ordinem, ſive prælati ſive ſubditi fuerint, niſi prout continetur in conſtitutionibus domini cardinalis, per omnia pœnam conſimilem patiantur,

In eodem capitulo conſtituti fuere in ſindicos & procuratores eremi & ordinis tam in Romana curia, quam extra ipſam Zeno abbas Camalduli Florentini, Ceus de Piſis, Zambonus Pauli de Arretio, Leonardus prior ſancti Michaelis Arretii, & Clarus de ſancto Geminiano ad cauſas, quas ordo Camaldulenſis habebat adverſus archiepiſcopum Ravennatem, & alias quaſcumque perſonas eccleſiaſticas & ſeculares; manu Rainerii notarii & ſcribæ; de qua ſane cauſa cum Ravennate archiepiſcopo ex ſcripturis Camaldulenſibus nihil certi depromitur, eo vel maxime tempore, quo Bonifacius archiepiſcopus nuntium apoſtolicum agebat apud Galliarum regem, ubi defunctus ſepultuſque fuit Burdigalæ anno ſequenti. Rubeus [a] ad annum 1332. narrans electionem Guidonis Bayſii Regienſis, epiſcopi Tripolitani, in archiepiſcopum Ravennatem, laudat ex nobilitate & doctrina, „ quem, ſubdit, Boniſacius archiepiſcopus Ravennas quadraginta jam „ annis canonicum Regienſem & in aula Romana commorantem, in cauſa Claſſenſi unum ex quatuor, cui ſideret, nominaverat. “

a Lib. VI. pag. 551.

XXI. Conventio inter priorem Camald. & Guittonem equitem Arret. pro ædificanda nova eremo.

Facta fuit hoc *anno* M. CC. XCIII. *indictione ſexta Romana eccleſia paſtore vacante* inter Frigdianum priorem Camaldulenſem & inter Guittonem celebrem poetam & civem Arretinum, equitem ordinis Militiæ glorioſæ virginis Mariæ, conventio de conſtruendo novo ſolitario loco. Hæc fuere initia celeberrimi monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, de quibus extat iſta vetus memoria in archivo parvo ejus cœnobii. „ Anno Domini &c. vir quidam Arretinus civis frater Guittonus nuncupatus, ſolitariæ vitæ amator, divino numine inſpiratus pro ſolitaria „ & eremitica vita habenda, eremitorium unum in loco idoneo conſtruere quamſæpiſſime cogitando, tandem hoc ſancto & devoto ſuo propoſito expoſito, & communicato reverendo in Chriſto patri domno Frigdiano tunc ſacræ Camaldulenſis eremi priori, & totius ejuſdem ordinis „ generali & eremitis dictæ eremi, & ſuper hujuſmodi pia ac ſancta viri Dei intentione & devotione, ad laudem omnipotentis Dei & Camaldulenſis ordinis augmentum, pluries colloquio & tractatu habito, „ & præfatis patribus priore & eremitis dicti fratris Guittonis bonæ voluntati & per omnia adhærentibus, & omne conſilium, auxilium & favorem præſtantibus, & eidem Guittoni pro ejus ſocio adhibito domno „ Orlando eremita dictæ eorum eremi eremiticæ vitæ ſatis experto, invento loco idoneo extra & prope mœnia tunc temporis civitatis Florentiæ, præſatus frater Guittonus & eremitæ dictæ eremi, pactis & „ conditionibus quibuſdam inter ſe ipſos formatis, laicorum quamplurium „ eleemoſynis & expenſis, eremitorium ſeu & monaſterium ſanctæ Mariæ Angelorum, ubi nunc eſt, communi concordia ad honorem Dei & „ beatiſſimæ Mariæ ſemper virginis & ſancti Romualdi ædificaverunt, & „ regimini & gubernationi dicti prioris & eremitarum ſubjecerunt, prout „ latius de prædictis continetur in inſtrumento inde confecto, & rogato „ die martis ſeptima menſis ſeptembris dicti anni M. CC. XCIII. manu „ Bonaviæ Stephani notarii publici. “

Ex hujus memoriæ verbis conjici non inveriſimiliter poteſt, fratrem Guittonem non pecuniam dumtaxat pro extruendo monaſterio dediſſe, ſed & ſeipſum exhibuiſſe, offerendo ſe nimirum ut familiarem & oblatum ad Dei ſervitium in novo ſolitario cœnobio ſub diſciplina Orlandi eremitæ

primi

primi monaſterii prioris; quod tamen morte præventus præſtare minime potuit. Pro loci fundatione iſta inter Frigdianum priorem, & fratrem Guittonem convenere: „ Quod fiat locus eremiticus, & quod ab iſto an„ no in antea vitam eremiticam faciant fratres moraturi in eo, & ad „ minus ſint ibi ſex fratres, quatuor monachi & duo converſi, qui cle„ rici continue habitent inter domos dicti loci, nec de loco valeant exi„ re aliquo modo, niſi immineret neceſſitas, & tunc de conſenſu „ & voluntate prælati & majoris partis capituli dicti loci. Quod tenea„ tur frater Guitto dare dicto loco eremitico ducentas libras denariorum „ Piſanorum ad kalendas januarii proxime venturas. Quod nullus ejus „ loci frater prælationem, neque officium, nec vicariam vel cuſtodiam „ alterius loci poſſit ſuſcipere. Quod locus ſit ſubjectus eremo Camaldu„ lenſi in confirmatione prælati & viſitatione. Quod nullus alius mona„ chus in eo loco ſtatui poſſit, vel extrahi aliquis ejuſdem loci. Quod „ fratres ejus loci eligant ſibi priorem quemcumque voluerint, dummodo „ ſit de ordine Camaldulenſi. Quod prior Camaldulenſis domos, orato„ rium & eccleſiam ædificari jubeat in ſolo dato ab eodem Guittone de „ proventibus & eleemoſynis, quæ pervenerint ad manus dictorum fra„ trum. Si dimiſſus fuerit locus, vel ſervata non fuerit vita eremitica „ vel monaſtica ibidem, locus cum ſuis ædificiis deveniat ad manus fra„ trum Continentium, qui valeant ſuo arbitrio poſſeſſionem dicti loci „ vendere, & pecuniam expendere minutatim in pauperes, viduas, or„ phanos & alios pauperes verecundos; ſalvo, quod Camaldulenſibus non „ vendant. Et ſi fratres Continentiæ locum nollent recipere, vel non ſer„ varent prædicta, tunc ædificium prædictum perveniat ad hoſpitale de „ Ponte civitatis Arretii. Quod prior dicti loci quolibet anno det octo „ libras Piſanas eidem Guittoni pro ſubſidio vitæ ſuæ. Actum Arretii in „ clauſtro monaſterii ſancti Michaelis die martis ſeptima ſeptembris. “ Approbarunt hujuſmodi capitula eremitæ incluſi & aperti poſt biennium. De fundatione ejus monaſterii cetera anno proximo. Interim ſequens excerptum epiſtolæ Cl. V. Joh. Lamii ſubjicimus de fratribus Continentiæ, non ſat notis in hiſtoria Florentina.

Ann. Chr. 1293.

„ Qui vocarentur, inquit, Florentiæ *Fratres Continentes* non ſatis fa„ cile dictu. Anceps ſum, an ſub hoc nomine indigitentur *fratres Pœni„ tentes* vel *de Pœnitentia*, quos etiam vocabant *delle Sacca*, profitentes „ regulam ſancti Auguſtini, ſed cum regulare inſtitutum etiam ii ſequeren„ tur, exploratum non eſt, cur continentes ipſi pluſquam alii clauſtrales „ appellarentur; vel licet ii ſub eo nomine venirent, non poterat tamen „ Guitto ſermonem de ipſis inſtituere. nam quamvis habitarent olim in ec„ cleſia & monaſterio ſancti Ægidii, quod modo adnexum eſt hoſpitali do„ mui ſanctæ Mariæ-novæ prope Caſajolum, & prope monaſterium ſanctæ „ Mariæ Angelorum, aliquot annis ante Guittonis paginam ſuppreſſi fue„ rant, eo loco moti ad augenda ædificia ejuſdem novi hoſpitalis. Minus „ quoque intelliguntur monachi Ciſtercienſes ſancti Salvatoris Septimiani „ cœnobii, qui hoſpitium ſub titulo ſancti Bernardi in Caſajolo obtinebant; „ ignoratur enim, an exiſteret hujuſmodi hoſpitium temporibus Guittonis; „ qui vel ſi extitiſſent in eo hoſpitio, notiori vocabulo eos Ciſtercienſes, „ non Continentes appellaſſet, cum hæc vox communis eſſet omnibus or„ dinibus religioſis, præter ordinem equitum Gaudentium, qui a matrimo„ nio non abſtinebant. Anne univerſali nomine Continentium indicare vo„ luit Guitto regulares quoſcumque, præter ſuos Gaudentes? Puto autem „ veri ſpeciem majorem habere deſignatos hoc nomine fuiſſe a Guittone

XXII. De fratribus Continentiæ de Florentia.

ANN. CHR. 1293.

„ quoſdam ſeculares viros oblatos, ſeu tertiarios, quos vocabunt, ordinis
„ ſancti Franciſci, qui communione quadam ſimul vivebant, & Florentiæ
„ vocabantur fratres de Pœnitentia, alios a ſuperioribus. Hi uxores non
„ ducebant, vitamque puram & cœlibem vivebant; ipſorum officii & ſolli-
„ citudinis erat adjuvare eleemoſynis pauperes, & promovere ſundationes
„ piorum locorum, ut egerant anno 1281. cum ſancta abbatiſſa Humilita-
„ te. Ipſi propterea ſubſidia miniſtraverint Guittoni pro erigendo novo cœ-
„ nobio ſanctæ Mariæ Angelorum, quandoquidem prope ipſum conſtruen-
„ dum cœnobium alia per hæc tempora loca & monaſteria regebant, ut
„ puta monaſterium ſanctæ Mariæ-magdalenæ *Convertitarum Pinti*, & an-
„ no 1312. alium æque conventum ſub invocatione ſanctæ Mariæ-magdale-
„ næ in Caſajolo & in loco dicto *Novello* acquiſierunt, quod poſtea ad Se-
„ ptimianos tranſiit. In bulla Johannis papæ XXII. anno primo ſui ponti-
„ ficatus inſcripta dilectis filiis miniſtris fratrum Pœnitentiæ tertii ordinis
„ ſancti Franciſci Florentinorum legitur, quod ipſi hoſpitalitatem ſervabant,
„ & plura immobilia bona poſſidebant, vocata *bona pauperum*, quia eo-
„ rum fructus in pauperes diſtribuebantur. Hos itaque fratres *Continen-*
„ *tes* a Guittone appellatos cenſeo." Hæc Lamius.

XXIII. Res aliquot monaſteriorum.

DIE *vigeſima auguſti indictione* VI. Ugolinus plebanus ſancti Dietali conſenſum præſtitit electioni factæ a Margarita abbatiſſa Roſani rectoris eccleſiæ ſancti Martini a Prugnano, tamquam a patrona, quam electionem approbaverat pariter Philippus epiſcopus Feſulanus. Etiam in eccleſiam ſancti Juſti de Saprognano jus habebat eadem abbatiſſa, quod tamen impugnabat plebanus de Miranſu, qui ab epiſcopo obtinuerat privationem rectoris *ejus* eccleſiæ. Sed pro abbatiſſa cauſam definivit electus cauſæ auditor Johannes de Sancto-Germano domini papæ capellanus. Hæc [a] ex Ferdinando Melioris.

a *Ziball.* 80 *pag.* 91. 92.

Laurentius Piſanus capellanus & rector eccleſiæ ſancti Sebaſtiani de Fabricis civitatis Piſanæ, petens a Ventura abbate ſancti Michaelis in Burgo Piſarum ſe recipi in numerum ſacerdotum converſorum ſui monaſterii, promiſſa obedientia juxta regulam ſancti Benedicti, receptus fuit ad curam ſpiritualem populi dicti monaſterii, cum poteſtate plena abſolvendi, & ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrandi. Chartam dedimus in noſtra Appendice de Converſis [b].

b *T. I. col.* 382.

Tolbertus de Camino comes Cenetenſis pro ſe & pro fratre domino Biacquino, Richardo priori ſancti Martini-rupti *in* territorio Concordienſi & diſtrictu Pratæ donavit aliquot latiſundia. Actum in Motta ſub domo communis.

In necrologio monaſterii ſanctæ Mariæ ad Carceres ponitur ſub hoc anno ad diem decimam-octavam februarii deceſſus Obizonis marchionis Eſtenſis. Succeſſere ipſi Azzo VIII. & Franciſchinus.

XXIV. Conſervatores privilegiorum Camald. tuentur monaſter. Vangaticienſe.

CUM poteſtas & commune Patavinæ urbis primis literis Pacis abbatis ſancti Felicis de Bononia, tamquam conſervatoris privilegiorum ordinis Camaldulenſis parum detuliſſent, quinimmo nova non ceſſarent inferre damna monaſterio Vangaticienſi, alteram menſe decembri antecedentis anni monitorialem epiſtolam hujuſmodi eidem communi exſcripſerat idem abbas, quam ex tabulario ejuſdem Vangaticienſis cœnobii primis lineis dilaceratam exſcripſimus.

Viris nobilibus, prudentibus & diſcretis, poteſtati, antianis, conſiliariis & officialibus ceteris, populo & communi Paduæ frater Pax . . . . . . & ſpiritum conſilii ſanioris.

. . . .

. . . . . *Veronenſis ſive Adrienſis* . . . . *de*

ſilvis

ſilvis monaſterii . . . . nec non apprehendendo & occupando ſpecialiter poſ-ſeſſiones villæ de Zocrbo pleno jure ſpectantes ad ipſum monaſterium de Vangaditia, & in veſtris conſiliis reformiando de eligendo poteſtatem in tota juriſdictione caſtri monaſterii Vangaditiæ , & villarum ad eam ſpectantium annuatim cum certo ſalario , ſicut per ipſum monaſterium conſuevit fieri , & de recipiendo advocatiam & patronatum dicti monaſterii a dopno Bernardo dicti monaſteris abbate ſuſpenſo , excommunicato , perjuro & dilapidatore, & propter ſuas ſummas iniquitates remoto , & de faciendo concordiam cum eodem abbate de dictis dapmnis & aliis mulctis & injuriis irrogatis per vos monaſterio prælibato , & de ædificando villam ſeu caſtrum vel habitationem ſuper territorio monaſterii , & flumine & catena ipſius monaſterii, & de recipiendo monachos Paduanos , cum quibus in prædictis ſuas iniquitates in dampnum dicti monaſterii poſſit idem abbas ducere ad effectum , & ordinando, quod abbas , monachi & habitatores locorum dicti monaſterii ſubeant onera , & communis Paduæ publicas functiones , ipſum monaſterium vobis ſubiiciendo , & dando mille centum florenos aureos pro privilegiis dicti monaſterii habendis, & ipſi monaſterio ſubstrahendis , & de recipiendo obligationem a dicto abbate bonorum ceterorum dicti monaſterii & redditaum pro quantitate prædicta , & alia plura & gravia in dampnum dicti monaſterii publice & notorie ſtatuendo , & alias plures injurias graveſque moleſtias publice & notorie inferendo . Nequeuntes prædicta connniventibus oculis pertranſire, vos dominos poteſtatem , antianos, Guidonem domini Gabrielis de Nigro, & Paulum Chapozola & eorum alios ſocios olim antianos, dictorum exceſſuum fautores , conſilium & commune , & veſtrum quemlibet , auctoritate , qua fungimur, pro primo, ſecundo & tertio peremptorio commonemus &c. ut in ſuperiori epiſtola. *De repræſentatione autem præſentium presbytero Andreæ latori earum noſtro nuncio jurato adhibebimus plenam fidem* &c. *Data Bononiæ in monaſterio noſtro ſancti Felicis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-ſecundo, indictione quinta die prima decembris.*

XXV. Propterea excommunicant Patavinos invaſores ejus jurium.

VERUM cum his ſecundis literis nihil quoque profeciſſent conſervatores ordinis Camaldulenſis , quinimmo ſaniora eorum conſilia ſpernerent conſiliatii Patavini , initio hujus anni Pax abbas, delegatus etiam ab abbate ſancti Petri de Peruſio collega altero deputato conſervatore , ad prolationem ſententiæ excommunicationis devenit , ut ex ſequenti epiſtola compertum habemus,

Univerſis terrarum communibus , ducibus , marchionibus , comitibus , poteſtatibus , capitaneis, & ceterorum locorum rectoribus & officialibus , & aliis ſingularibus quibuſcumque perſonis , ad quorum notitiam præſentes advenerint. Frater Pax abbas monaſterii ſancti Felicis de Bononia licet indignus, conſervator privilegiorum Camaldulenſi ordini a ſede apoſtolica conceſſorum, una cum religioſo domno , . abbate ſancti Petri de Peruſio &c. ſubdelegatus dicti domni abbatis ſalutem in Domino . Noveritis nos contra poteſtatem , antianos , conſiliarios , officiales ceteros , populum & commune Paduæ propter eorum graves & manifeſtos exceſſus notorie irrogatos priori , conventui & monaſterio ſanctæ Mariæ de Vangaditia Veronenſis ſive Adrienſis diœceſis ordinis prælibati per noſtras literas proceſſiſſe formam hujuſmodi continentes. Venerabilibus in Chriſto patribus dominis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, plebanis , archipresbyteris & eccleſiarum rectoribus, & clericis univerſis, ad quos literæ præſentes advenerint, frater Pax abbas monaſterii ſancti Felicis Bononiæ , licet indignus , conſervator privilegiorum Camaldulenſi ordini a ſede apoſtolica conceſſorum una cum religio-

Ann. Chr. 1293.

ſo viro . . domno abbate ſancti Petri de Peruſio & ſubdelegasus dicti domni abbatis ſalutem in Domino. Noveritis nos poſeſtati, antianis, conſiliariis, officialibus ceteris, populo & communi Paduæ miſiſſe noſtras literas ſub hac forma : Viris nobilibus &c. ut die prima decembris . Unde cum prædicti commonitionem noſtram in prælibatis literis comprehenſa ſpreverint, nec infra terminum in ipſis contentum curaverint obedire, propter quod in ipſos poteſtatem, antianos, conſiliarios, officiales, & dictorum omnium exceſſuum fautores excommunicationis ſenſensiam, juſsitia exigente, promulgavimus , ipſos ut rebelles & inobedientiæ filios a gremio ſanctæ matris eccleſiæ ſeparando, nec non civitasem Paduæ cum ſuburbiis & loca vicina per tria milliaria eccleſiaſtico ſuppoſuimus inserdicto , interdicendo ibi organa quælibet campanarum & vocum. Vos & veſtrum quemlibet auctorisase, qua fungimur in hac parse, cum reverentia tamen requirimus & monemus pro primo, ſecundo & tersio peremptorio , quatenus infra octo dies a receptione præſentium præfatos poteſtatem, antianos , conſiliarios, officiales , & dictorum omnium exceſſuum fautores in veſtris eccleſiis , & vobis ſubjectis coram populis infra Miſſarum ſollemnia pulſasis campanis, & candelis extinctis , ſingulis diebus Dominicis & feſsivis samdiu excommunicatos publice nuntietis , vel faciatis publice nuntiari , eoſdem ab omnibus arctius vitaris mandantes , & civitatem prædictam & habitatores ejuſdem cum ſuburbiis & loca vicina per tria milliaria ſuppoſita fore eccleſiaſsico interdicto , & organa qualibet ibidem interdicta campanarum & vocum , donec vobis in contrarium direxerimus ſcripta noſtra . Alioquin vobis dominis archiepiſcopis & epiſcopis ex nunc, prout ex tunc, ingreſſum eccleſiæ interdicimus, & in ſingulos alios clericos excommunicationis ſententiam proferimus in his ſcriptis , & ſi ſic ſuſpenſi infra alios octo dies immediate ſequenses prædicta neglexeritis adimplere , vos ab omni ſacerdotali officio ſuſpendimus , & nihilominus ſi ſic ſuſpenſi, infra alios octo dies prædicta non duxeritis ad effectum, ex nunc prout ex tunc , in vos & veſtrum quemlibet excommunicasionis ſententiam proferimus in his ſcriptis . Ut autem de medio tollasur omnis excuſasionis vel dubitationis materia, juriſdictionem noſtram auctoritase judicis ordinarii ex authensico exemplasam cum ſubdelegatione vobis per latorem præſentium mitsimus , reddendam eidem cum liseris præſentibus , cum per vos fuerint lectæ , vel ſi placuerit , exemplasæ , ſub pœno prædicta. Es ſi originalis reſcripti & ſubdelegationis copiam velitis habere, ad nos ſufficientem nuncium vel procuratorem cum ſufficienti mandata mittere non tardetis, offerentes nos vobis porasos plenarie exhibere copiam prælibatam . Relationi autem præſensium portitoris de repræſentatione ipſarum adhibebimus plenam fidem , quas apud nos fecimus regiſtrari . Ad evidentiam omnium prædictorum mandantes eaſdem noſtri ſigilli munimine roborari. Data Bononiæ in monaſterio noſtro ſancti Felicis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-tersio indictione ſexta die decimo-octavo januarii.

XXVI. Rurſus a ſocietate fidelium eliminant.

Rursus poſt tres cum dimidio menſes has ſuperaddidit prædictus abbas literas:

Et licet contra eos ob cauſas prædictas exigente juſtitia duxerimus taliter procedendum, iidem tamen ferri imisati duritiam , & obturanses more aſpidis aures ſuas , elasa obſtinasione mandata & monisiones hujuſmodi contemnentes, de illatis violentiis & injuriis ſatisfacere non curarunt , immo quaſi pejora prioribus commiſerunt, propser quod eorum consumacia exigente compellimur aggravare cenſuram. Auctoritate ergo, qua fungimur in hac parte , vos omnes & ſingulos requirimus & monemus pro primo , ſecundo & tertio peremptorio , quatenus cum prædictis vel aliquo prædictorum nul-

lam

Iam communionem nullumque commercium habeatis, nec ſocietatem vel conſœderationem aliquam ſingularem, & communiter cum eiſdem contrahere adtemptetis, & ſi qui contraxerint, ſtudeant quam citius poterint retractare, ad quod efficaciter obſervandum univerſitates ſeu communitates ſingulæ & terrarum domini, ad quas vel quos literæ præſentes advenerint, teneantur infra octo dies a receptione præſentium per civitates ſuas & diſtrictus hoc facere publice nuntiari. Quod ſi contra mandatum & prohibitionem hujuſmodi, quod non credimus, præſumpſeritis cum prædictis commercium vel participationem habere, ſeu ſocietatem vel conſœderationem inire, vel initam obſervare, & ut præmittitur, neglexeritis publicationem prædictam, in ſingulares perſonas cujuſcumque fuerint conditionis & ſtatus, excommunicationis ſententiam proferimus in his ſcriptis, & civitates et univerſitates ſeu communitates, et earum loca eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, interdicentes ibidem organa campanarum et vocum. Ne autem in prædictis firmiter obſervandis excuſationem aliquam prætendatis, juriſdictionem noſtram &c. ut in ſuperiori epiſtola. *Data Bononiæ in monaſterio noſtro ſancti Felicis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-tertio indictione ſexta die quinto madii.* ANN. CHR. 1293.

Quis hujuſmodi cauſæ exitus fuerit ignoramus ex chartis Vangaticienſibus uſque ad annum 1298. quo ſub novo abbate Guidone concordia ſecuta eſt inter commune Patavinum, & inter abbatiam Vangaticienſem, ut fuſius eo anno dicemus.

Die undecima menſis auguſti Spinellus præpoſitus Arretinæ eccleſiæ literas canonicis Arretinis dedit ſcriptas e Balneo, Turre comitum, quibus eos monuit & interpellavit, „ ut bonorum Uguccionis de Fagiola, „ quæ erant in plano Arretii ſuis vocabulis diſtincta, permutationem fa„ cerent cum caſtro Manſeiano ejuſque juriſdictione in viciniis Burgi-ſan„ cti-Sepulcri, & cum villa de Vertule ad eccleſiam ſancti Andreæ cum „ ſuis juribus, quæ poſſidebat canonica Arretina in diœceſi Caſtellana, „ tamquam utillimam hujuſmodi permutationem proponens faciendam de „ conſenſu & auctoritate Ildebrandini epiſcopi, accedentibus etiam abba„ te ſanctæ Floræ & commiſſariis; alias proteſtatus eſt cum canonicis, „ qui ſecum erant, quod procederet ad hunc permutationis contractum „ ſcribendum; manu Tedeſchi notarii: „ An ſecuta fuerit hæc permutatio, non liquet. Uguccio certe neque poſteaquam Piſanam & Lucanam urbes obtinuit, Arretium reverſus eſt, ſed Veronam ſecedens, fato fortunæque ceſſit. Sed neque Nerius ejus filius poſterique uſque ad annum 1400. uti exules Arretium ingredi vel habitare permiſſi ſunt, atque ideo bona & caſtra ſua utcumque incoluerunt, e quibus, ſi quæ ſuperſunt, adhuc poſſidere dicuntur eorumdem familiæ & nominis ſucceſſores, qui caſtrum de Mortano incolunt. Hoc monumentum proſtat in tabulario Fontis-boni §. *Permutatio* [a]. Uguccionis de Fagiola mentio alibi recurret in his noſtris Annalibus.

a *Num. 47. A. 3. 21.*

OBIIT circa hunc annum eximius Avellanenſium monachorum & eremitarum moderator & prior Albertinus, ejuſque ſacrum corpus in templo Avellanenſi conditum eſt, ubi ſumma religione in hanc diem ſervatur & colitur, ſed potiſſimum memoria ipſius recolitur die trigeſima-prima auguſti, qua innumerabilis populus ad ejus ſacras exuvias adorandas ex remotis etiam partibus concurrit. Ipſius præcipua virtus eſt in curandis inteſtinorum morbis; & mirum ſane eſt, quot numero & genere mirabiles & etiam inſtantaneæ curationes a fidelibus obtineantur. Tanta

ANN. CHR. 1294.

XXVII.

Obitus beati Albertini prioris Avellanenſis, ejuſque cultus.

ANN. CHR. 1293.

Tanta eſt Albertini nominis fama, ut non alio apud vulgus hominum ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ cœnobium, quam ſancti Albertini nomine appelletur. „ Ad quod ſanctum ſepulcrum, ſubdit Maurolicus in hiſtoria „ ſacra de omnibus Religionibus libro II. pag. 260. concurrit tota Mar- „ chia Anconitana, aliique populi innumeri ex vicinis locis, propter „ inſignia miracula, quæ Dominus Deus perpetuo ibi operatur per ejus „ merita. " Placet hic loci addere, quæ interrogatus a Johanne Bollando anno 1663. Andreas Vallemannius Camaldulenſis abbas monaſterii ſancti Laurentii de Maſſaccio per literas reſpondit [a]: „ Beatus Albertinus „ prodiit ex ſacratiſſima Avellana domo ejuſdemque loci prior extitit. „ Mira refulſit ſanctimoniæ fama, adeout ejus nomen ſemper ſit in be- „ nedictione, clariſſimum apud vicinos regionum populos, qui propterea „ ejus natale & feſtivum, & celebre ſemper ad hanc diem habere conſue- „ verunt pridie kalendas ſeptembris. Extat illi notiſſima erecta ara in „ ſacro templo, ubi ejus venerabile corpus in arca aureata aſſervatur. „ De beato Albertino omnia, quæ Ractius & Minius habent, adhuc „ perſeverant. Adhuc ejus publicus cultus perdurat, concurrentibus nu- „ meroſis populis (ut ipſe vidi quolibet anno per ſeptem annos, qui- „ bus Avellanæ commoratus ſum, & per quatuor annos lecturam ibi „ exercui philoſophiæ & theologiæ moralis, ſuperioris juſſu notans in li- „ bello gratias & miracula, per Beati interceſſionem facta) ad ejus fe- „ ſtum ultima auguſti. Æſii extat in eccleſia ſocietatis Mortis ſtatua ad „ honorem præfati Beati erecta. Item Fabriani duo ſunt templa, in qui- „ bus in altarium iconibus beati Albertini imago adoratur. Nec deſunt, „ qui ejus habitum geſtant ex voto ei facto, vel propter acceptam vel „ accipiendam gratiam, ut ipſe feci, gratiamque ſanitatis accepi. " Et in alia epiſtola: " De beato Albertino ad ea, quæ alias miſi, addo, quod „ præſenti anno M. DC. LXIII. ad ejus me contuli feſtum ſub die ultima „ auguſti. Vidi ad illud devotionis gratia confluentes populos pedeſtres, „ nonnullos etiam equeſtres, etiam mulieres ſuos ſecum ducentes infan- „ tes in ciſtis compoſitos ad vota implenda ob receptam ſanitatem vel „ ad recipiendam. Hoc anno fuere ſolum circiter 7000. hominum, for- „ te ob ingentes pluvias paulo ante profectum exortas, aliis vero annis „ convenire ſolent ad prædictum feſtum 10000. circiter. Mirum eſt, nec „ ſine quodam devotionis affectu conſpexi, per abrupta montium die „ XXX. & XXXI. tot fideles aſperum iter peragere, totaque nocte in tem- „ plo ſuper nudam humum quieſcere. E ſomno poſtea expergefacti ad „ voces monachorum ad mediam noctem matutinas canentium laudes, „ ſurgunt, & plurimi ſummo mane, audita Miſſa, & ſacra communio- „ ne percepta, iter aggrediuntur ad propria regreſſuri. Vidi etiam tabel- „ las & exuvias appenſas in eodem templo pro gratiis receptis. In ſu- „ pradictis diebus relinquunt nobis onus pro ipſis celebrandi Miſſas, ali- „ quando quadringentas circiter, aliquando quingentas in honorem præ- „ fati beati Albertini. " Hæc Vallemannius.

[a] T. VI. auguſt. pag. 811.

Prope Nocriam, qui locus eſt parum a monaſterio Fontis-avellanæ remotus, viſitur adhuc lignea crux, & fons emanat dictus ſancti Albertini. Affirmat Germanus Botta alter abbas Camaldulenſis in templi Avellanenſis atrio, ubi & monachorum cadavera humantur, ſupra eccleſiæ fores pervetuſtam ejus imaginem venerabilem conſpici candido amictam habitu, & dum ibidem adhuc tyro ipſe Germanus prima religionis exciperet elementa in viæ aſſenſu contra cœnobium extitiſſe, quæ altius inſurgebat, abietem, appellatam ſancti Albertini, ſolo poſtea parum quidem ſano conſilio





Effigies B Albertini Prioris monasterii Fontis-avellanæ defuncti anno 1294 ex tabula seculi XIV. ejusdem monasterii.

ſilio æquatam . Imago , quæ Bottæ tempore ſupra ecceleſiæ fores conſpiciebatur , recentiſſime collocata eſt e regione ſacrarii , ut ab injuriis aeris & temporis melius vindicaretur. Ipſius antiquitatem declarat vetus tercentorum annorum inventarium, cujus ſcriptor conſervationem ipſius imaginis apprime precatur & commendat , communiterque putatur ipſam ex prototypo poſt mortem ſancti viri eductam fuiſſe . Eam imaginem hic loci exhibemus. Ann. Chr. 1294.

Male Jacobillius Albertinum obiiſſe anno 1285. tradit, cum monumenta de ipſo ſancto viro produxerimus ad annum 1290. Sed mirum eſt , quanta inſuper de Albertino in ejus , quam contexuit, vita, more ſuo miſcuerit idem Jacobillius, qui diſcipulum Petri Damiani facit , ſucceſſorem autem ipſius in regimine Avellanenſis cœnobii ad annum 1072. obiiſſe demum die decima-tertia aprilis anni 1120. illuſtrem ſanctitate & miraculorum gloria , die vero trigeſima-prima auguſti factam translationem ſollemnem ejus corporis . Sed quæ male conſarcinavit Jacobillius in Albertini vita tomo II. Sanctorum & Beatorum Umbriæ , retractavit tomo III. in quo ad annum 1285. ſuperſtitem facit. Hæc ſcribebamus, cum per literas ab amiciſſimo noſtro Pyrano canonico Octavio Turcio admonemur Albertinum viventem anno 1270. forſan deceſſiſſe ante annum 1273. ad quem nominatur Tranſmundus prior clauſtralis eremi Avellanenſis in ſpiſſo volumine Actorum exiſtente in archivo Roccæ-contradæ. Sed pace doctiſſimi nobiſque conjunctiſſimi viri Tranſmundus poterat eſſe prior clauſtralis eremi anno 1273. vivente adhuc Albertino , qui prior erat generalis congregationis Avellanenſis, & alia ſuppetunt exempla priorum clauſtralium ſeu clauſtri, qui officium gerebant diſtinctum ab officio prioris generalis; palmare eſt exemplum anni 1290. quod attulimus , in quo tum Albertinus prior vivens effertur, tum Johannes prior clauſtralis. Acceptum quidem ipſi Turcio referimus, quod antevertendum eſt tempus ejus electionis in priorem generalem, & ante annum 1275. quo Jacobillii auctoritate freti ipſam ſtatuimus . Sed acta , quæ Turcius nobis exſcripſit, in medium proferamus . Duodecimo ſeculo orta fuerat controverſia epiſcopum Foro-ſempronienſem inter & monachos Avellanitas quoad caſtrum Laureti, nunc appellatum Lauretellum, in agro Roccæ-contratæ diœceſis Senogallienſis. Arbitri hujus litis fuere Petrus epiſcopus Tuſculanus , Vibianus presbyter cardinalis tituli ſancti Stephani in Celio-monte, & Hugo Petri-Leonis tituli ſancti Clementis , qui adjudicarunt anno 1181. medietatem ejus caſtri epiſcopo Foro-ſempronienſi, aliam medietatem monachis Avellanenſibus tradendam eſſe in perpetuam locationem cum annuo cenſu ſolvendo epiſcopo . In hujus judicii conſecutionem ſtipulatum fuit ſequens inſtrumentum: *In nomine ſancte & individue Trinitatis, anno Dominice incarnationis* M. C. LXXXV. *domino Frederico imperatore , eodemque tempore ſedente Lucio papa in apoſtolica ſede ſecunda die exeunte menſe aprilis indictione* II. *Nos quidem in Dei nomine dopnus Nicolaus Dei gratia ſancte Foroſynfronienſis eccleſie epiſcopus ſponte noſtra bona voluntate ſecundum noſtram legem per hanc paginam emphyteuſis concedimus & confirmamus , perpetualique locatione damus vobis in Chriſti nomine dopno Salvo ſancte Crucis Fontis-avellane priori & conventui , veſtriſque catholicis ſucceſſoribus in perpetuum , ideſt medietatem totius eccleſie ſancti Andree de Laureto cum omnibus ſuis pertinentiis cum medietate ipſius caſtri Laureti cum hominibus & eorum ſervitiis & poſſeſſionibus tenimentis* &c. *Ego Eliſeus ſcripſi & complevi. Ego Nicolaus epiſcopus hanc chartam fieri rogavi.* Obiter animadvertimus ex hac pagina nomen elici Salvi prioris

ANN. CHR. 1294.

ris Avellanenſis , quod non habent catalogi cjus loci , fuiſſeque Salvum
etiam facile priorem illum, cui Alexander III. uoa cum epiſcopis Firma-
no, Eſculano, Camerinenſi, & G.. ſubdiacono Auximano procuratore literas
dedit pro Leona abbate & fratribus monaſterii ſancti Clementis de Piſca-
ria apud Dacherium in chronico Caſaurienſi [a]. Adnotamus ulterius eccle-
ſiam ſancti Andreæ de Laureto aliam eſſe ab eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ
erat ſita in fundo Laureti donatam Marco priori Avellanenſi a Jordano epi-
ſcopo Humanæ. Porro anno 1245. homines Roccæ-contratæ vexilla in-
tulerunt ſub ductu Guidonis de Saſſelaro eorum poteſtatis contra dictum
Laureti caſtrum, ipſumque depopulati ſunt. Monachi Fontis-avellanæ anno
1270. in curia Romana traxerunt ad diem dicendam Rocca-contraten-
ſes, mille marchis argenti damna ab ipſis illata in præfatum caſtrum com-
putantes. Ii in procuratorem ſuum crearunt Ægidium Angeli die ſecunda ju-
nii ejus anni coram Raymundo Argerio auditore cauſarum cameræ ſedis apo-
ſtolicæ in cauſa ſive cauſis, quam vel quas præfatum commune habet cum
domno Albertino priore heremi ſancte Crucis Fontis-avellane vel ejus capitulo;
monachi autem Avellanenſes elegerunt in eorum ſyndicum nobilem virum
Gentilem de Revellono. Controverſia finem habuit anno 1273. facta tran-
ſactione inter partes ſtipulato inſtrumento a Thomaſuccio notario „ die octa-
„ va martii ejuſdem anni conſenſu monachorum Avellanenſium, qui fue-
„ runt dompnus Tranſmundus prior clauſtralis, D. Macharius ſacriſta, D.
„ Johannes miniſterialis, D. Thomaſius, D. Petrus, D. Ventura infirmarii,
„ D. Mancia, D. Sanctus, D. Ugolinus, frater Raynaldus, fr. Ferrus, fr.
„ Philyppus, fr. Antonius, fr. Ict.., fr. Maurus, fr. Petrus, fr. Franciſcus,
„ fr. Angelus, fr. Ruſticus, fr. Jacobus, præſentibus dompno Thomaſio mo-
„ nacho Fontis-avellanæ & dompno Benvegnate rectore ſancti Apollinaris
„ aliiſque teſtibus, & dompno Helia a Spoleto ſindico cum mandato procu-
„ ræ; “ quæ concordia in caſtro Roccæ-contratæ ſcripta fuit. Hæc omnia
aſſervantur in archivo dicti oppidi. Ex his actibus nobiſcum perhumani-
ter communicatis a Cl. Turcio præveniendum eſt tempus regiminis Al-
bertini, quem ſuperius ſcripſimus ſucceſſiſſe Salvo de Peruſio priori anno
dumtaxar 1275. cum ejus mentio fiat etiam ad annum 1270.

Petrus de Natalibus Albertinum Bertinum vocat. In menologio Bene-
dictino falſo apponitur hoc elogium: „ Camalduli ſancti Albertini mona-
„ chi & confeſſoris meritis, & miraculorum gloria illuſtris.“ Neque enim
ad Camaldulenſem , ſed ad Avellanenſem eremum pertinet Albertinus .
De ipſo ſancto viro non exiguum commentarium jam conſcriptum eden-
dum in Antiquitatibus Avellanenſibus, eum licuerit, promittit Sartius in
altero ſuo opere de epiſcopis Eugubinis . Licet Albertini feſtum celebre-
tur pridie kalendas ſeptembris, qua die ante ſeculum, hoc eſt anno 1197.
ſollemniter dedicata fuit eccleſia Avellanenſis , ejus pretioſa mors tamen
ſignatur in veteri necrologio Avellanenſi ad diem decimam-tertiam apri-
lis: *Obiit domnus Albertinus prior venerabilis pater eremi ſanctæ Crucis
Fontis-avellanæ*. Quæ proinde dies habenda erit pro ipſius emortuali, &
diſtinguenda ab ea die , qua diverſa quidem ratione cultum præcipuum
obtinet in eodem Avellanenſi cœnobio.

Albertini ſucceſſor fuit Matthæus, qui obiit in urbe Reatina tempore
Bonifacii papæ octavi , quique a Cœleſtino V. creato Romano pontifice
menſe julio hujus anni ex urbe Aquilana obtinuit privilegium ampliſſi-
mum pro Avellanenſi congregatione , in quo hæc præ ceteris ex ſchedis
Romualdi Blanci leguntur: *In jus & proprietatem beati Petri & apoſtoli-
cæ ſedis recipimus vos, eremos, membra , capellas , loca et perſonas præfa-*
tas,

a Spicileg. T. II. pag. 976.

tat, ab omni juriſdictione, poteſtate et dominio tam epiſcopi Eugubini et aliorum dioceſanorum predictorum, quam cujuslibet alterius prelati ſeu eccleſiaſtice perſone totaliter et perpetuo eximentes &c.

XXVIII. *De Petro de Murrone poſtulato ad pontificiam cathedram.*

QUOD dicimus Cœleſtinum V. e ſua ſolitudine vocatum fuiſſe ad pontificiam Romanam cathedram hoc anno menſe julio, poſt interregnum duorum annorum a morte Nicolai IV. is fuit Petrus de Murrone inſtitutor novæ congregationis monachorum ſub ordine ſancti Benedicti appellatæ ſubinde Cœleſtinorum, in monaſterio ſancti Petri de Majella prope Sulmonam, haud procul a monte Murronis. Ferunt Jacobillius, Creſcentius & Porteſanus, ſed præſertim Wion [a] in Ligno Vitæ: „ Petrum Æſerniæ in Samnio loco humili natum, & de Morrone vocatum, vitam „ eremiticam in monaſterio ſancti Petri duxiſſe, ubi & prioris & abba- „ tis vices egit ſub regula divi Benedicti congregationis ſancti Damiani, „ alias Columbæ, “ laudatque Panvinium, & ex vetuſtioribus Martinum Polonum in ſuo chronico libro IV. Idipſum citato eodem Martino affirmat Jacobillius [b]. De eremitis Avellanenſibus in Apulia diſſeruimus tomo ſecundo & tertio noſtrorum Annalium, a quibus haud ægre vitam eremiticam addiſcere potuerit Petrus, inde Cœleſtinam congregationem ex nomine ſuo, quod in pontificatu geſſit, inſtituere ſub ordine ſancti Benedicti.

a *P. I. pag.* 94.

b *T. III. pag.* 334.

XXIX. *Deſtinatur eremus fundanda in urbe Florentia ex bonis Guittonis equitis Gaudentis.*

FRIGDIANUS prior Camaldulenſis dedit hoc anno licentiam Orlando vel Rolando eremitæ Camaldulenſi & ſociis ejus, ut poſſent recipere locum eremiticum fundatum vel fundandum Florentiæ ex diſpoſitione & bonis Guittonis civis Arretini. *Actum in monaſterio Camaldulenſi de Florentia, coram Simone abbate Montis-muri, Nicolao de Soci eremita* &c. *anno* M. CC. LXXXXIIII. *indictione* VII. *tempore religioſi et reverendi viri domini domni Petri de Morrone in ſummum pontificem electi, die* XVI. *menſis julii*. Sed ſuæ largitionis effectum videre nequivit Guitto hoc eodem anno defunctus. Ipſius obitus refertur in necrologio parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia ad diem XII. kalendas ſeptembris his verbis: *Obiit frater Guittone fundator monaſterii ſanctæ Mariæ de Angelis, quod fundatum eſt anno Domini* M. CC. LXXXX. Scriptor hujus partis necrologii retulit ad annum 1290. fundationem hujus monaſterii, eo anno facile mente præconceptam a Guittone; perfectio enim ejus cœnobii, immo primordia ædificationis poſt eum annum ſunt ſecuta, & legimus ſub *anno* ſequenti M. CC. XCV. *octava indictione die martis ultimo menſis maji Alluodum filium quondam Clariſſimi de Alluodo populi ſancti Michaelis Vicedominorum vendidiſſe religioſo viro Orlando* (Rolando) *monacho eremi Camaldulenſis ementi pro conſtruendo novo loco eremitico et nova eccleſia ſancte Marie de Angelis quamdam terram cum parva domo et caſolare, puteo et arboribus in loco dicto Caffajolo ſtariorum trium ad juſtam menſuram corde communis Florentini pro preſio librarum ducentarum Florentie. Actum in domo eccleſie hoſpitalis ſancte Marie-nove de Florentia*. Item *anno* M. CC. XCVI. *indictione* IX. *die mercurii* XXV. *aprilis eumdem Alluodum aliud ſtariorum terre vendidiſſe juxta primam terram emptam, preſio librarum* XL. *Actum in monaſterio dicte eccleſie ſancte Marie de Angelis*. Demum *anno* M. CC. XCVII. *indictione* X. *die* XVI. *&* XXVI. *julii* ipſum *Alluodum vendidiſſe Frigdiano Dei gratia priori majori ordinis eremi de Chamaldolis alias terras. Actum Chaſajolo extra muros civitatis Florentie in clauſtro monaſterii ſeu heremitorii ſancte Marie de Angelis; manu Bonacurſii Latini de Laſtra imperiali auctoritate judicis & notarii*. Hæc demonſtrant anno 1295. inceptam fabricam, anno 1296. conſtructam eccleſiam cum monaſterio, anno 1297. perfectum monaſterii clauſtrum. Su-

ANN. CHR. 1294.

periores terrarum portiones donaras a Frigdiano priore Camaldulenſi Romualdo priori ſanctæ Mariæ Angelorum, qui Orlando ſucceſſit, docet nos tabularium poſtremi hujus monaſterii. Monetas Piſanas ducentas quinquaginta in fundamentis ædificii hujus cœnobii jactas aſſerit Ferdinandus Melioris apud Mannium [a], in quibus percuſſa erat aquila, ad eumdem effectum a Guittone deſignatas & præparatas. Eodem anno celebratum fuit a Frigdiano priore generali capitulum in Camaldulo Florentino ad feſtum Omnium-Sanctorum.

a T. I. Sigilli pag. 55.

XXX. Eccleſia S. Mariæ de Petrazzo confertur abbati abbate Adelmenſe.

VACANTE eccleſia ſanctæ Mariæ de Petrazzo plebatus Caſtri-Florentini Florentinæ diœceſis, cujus reformatio ſpectabat ad abbatem ſanctæ Mariæ de Adelmo, & ſimul ad plebanum Caſtri-Florentini, prout pronuntiaverat olim Pandulphus XII. Apoſtolorum presbyter cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, abbas & plebanus unanimiter rectorem creavere. Actum in eccleſia ſancti Blaſii Caſtri-Florentini. Pandulphus cardinalis floruit ſub finem ſeculi XII.

Cauſa quædam, quæ vertebat archiepiſcopum Ravennatem inter & monaſterium ſanctæ Claræ de Cæſena, commiſſa fuerat a comite Romandiolæ dirimenda abbatibus ſancti Benedicti de Savignano Camaldulenſis ordinis & ſancti Felicis de Bononia; eam Ildebrandinus epiſcopus Arretinus & Romandiolæ rector ad ſe hoc anno revocavit. Monaſterium ſancti Benedicti de Savignano extructum in Ariminenſi territorio, a multo tempore Camaldulenſem diſciplinam receperat, vel conditum fuerat ſub Camaldulenſi inſtituto. Guidonis abbatis Savignani mentio occurrit ad annos 1288. & 1290. in paginis tabularii Claſſenſis. Aliorum abbatum vel priorum ante Guidonem memoria habetur in regeſtis Gerardi prioris generalis Camaldulenſis. Forte coaluit ex alio monaſterio appellato Montalis ſalutis, ſive de Salimbene, quod exſurgebat a ſeculo in eodem Ariminenſi territorio. Abiit deinde in commendam Savignanenſe cœnobium, cujus ad hodiernam diem non ſupereſt niſi eccleſia.

XXXI. Claſſenſes proponunt vendere bona in Ravenniana diœceſis Fanenſis ſita.

„ DIE decima-nona ſeptembris præſentis anni [b] Rainerius abbas ſancti Apollinaris Claſſis Ravennæ & monachi dicti monaſterii capitulariter „ congregati, inſpecta protervitate, moleſtiis & infidelitate hominum ca„ ſtri Fractæ, caſtri Montis-vetuli, caſtri de Sancto-vito, caſtri Montis„ rolli, caſtri Turris, eorumque curiarum poſitarum in diœceſi Fanenſi, „ quæ caſtra cum curtibus ſuis dicebantur *la Ravignana*, quorum juriſ„ dictio in temporalibus hominum, familiarum & terrarum pertinebat ad „ ipſorum Claſſenſe monaſterium; ex quibus tamen propter malitiam di„ ctorum hominum nil pene æmolumenti percipiebant, elegerunt in ſuos „ procuratores ad vendenda, locanda, infeudanda vel permutanda dicta „ caſtra Frigdianum priorem generalem Camaldulenſem, & Paulum de „ Arretio monachum & ſcriptorem dicti prioris; manu Pacifici notarii." Additur charta cujuſdam ſententiæ latæ anno ſequenti ſub die decimaſexta decembris per Bartholinum de Spoleto judicem contra dictorum caſtrorum homines, qui vexillis & armis inſurrexerant contra caſtrum & homines Montis-rolli fideles abbatiæ Claſſenſis, ibidemque paſſim occiderant obvios, domoſque combuſſerant; qua ſententia invaſores damnantur mulcta quingentarum marcharum argenti pro exercitu & *cavalcata*, & mille librarum Ravennatium impoſitarum cuilibet ipſorum univerſitati pro homicidio perpetrato in Nicoluccium familiarem dicti monaſterii alioſque, & demum mille librarum pro *guaſto* & inciſione patratis in eodem caſtro; manu Petri Saraceni notarii. De his Ravennianæ bonis & juribus iterum ad annum 1308.

a S. Mandatum 45. A. 3, 27.

FLO-

ANN. CHR. 1294. XXXII. De beato Johanne eremita incola Cryptarum Maſſacii.

FLOREBAT hoc tempore in eremo, quæ ædificata erat in Cryptis oppidi Maſſaccii diœceſis Æſinæ, beatus Johannes filius Johannis Maris Camaldulenſis eremita noſter, cui *anno* M. CC. XCIV. *indictione* III. *apoſtolica ſede vacante ob mortem Nicolai* IV. *pape die prima novembris* Junculus Johannis a Podio-cupo dono dedit ipſum Cryptarum locum; charta, ſed non autographa, manu Johannis Garunſi notarii reperitur in tabulario Fontis-boni in quodam memoriali libro, quem ſcripſit beatus Paulus Juſtinianus Camaldulenſis eremita, & per aliquod tempus Cryptarum hujuſmodi habitator initiis ſeculi decimi-ſexti. Notæ chronicæ ab exſcriptore vitiatæ fuere; nam menſe novembri hujus anni non vacabat apoſtolica ſedes, ſed implebatur a Cœleſtino V. quare legendum eſt anno M. CC. XCII. vel M. CC. XCIII. quibus ob deceſſum Nicolai IV. ſedes Romana vacabat. Indictio quoque eſt corrigenda, quæ anno 1294. erat VII. duobus autem antecedentibus annis erat vel V. vel VI. Vacavit enim apoſtolica ſedes poſt mortem Nicolai a die quarta aprilis anni 1292. ad diem quintam julii anni 1294. Quare Cryptarum donatio eſt antevertenda. Putat Sartius noſter beatum Johannem, quem tamen ad finem ſeculi ſequentis vixiſſe ſtatuit, habitaſſe prope monaſterium ſancti Jacobi de Mandriolis, dictum quoque de Eremita, quod modo incolitur a patribus ordinis ſancti Franciſci, & ibidem in quadam proxima & adhærente crypta degiſſe. Sed cryptæ, quæ viſuntur apud monaſterium de Mandriolis ad ſeptemtrionem ſuper collem, qui monaſterio imminet, vel recentiores ſunt, vel nuſquam habitatæ a beato Johanne Maſſaccienſe. Locus Cryptarum Maſſaccii erat antiquior & prope oppidum hujus nominis. Putant alii ipſum beatum Johannem ad familiam ſancti Franciſci eſſe revocandum, ſed Johannes centum & eo amplius annis floruit, antequam ſancti Franciſci inſtitutum introduceretur in cœnobium noſtrum de Mandriolis, cum patres ordinis Minorum evocati & admiſſi fuerint primum a Martino V. & poſtea a Nicolao V. ad medietatem vergente ſeculo tantummodo XV. Auctor etiam Legendarii Franciſcani ſub die vigeſima-ſecunda aprilis falſo exiſtimat beatum Johannem vixiſſe tempore hæreticorum Fraticellorum in Marchia. Teſtimonium Pauli Juſtiniani omni exceptione eſt majus, qui Johannem ad hæc tempora deſinente ſeculo XIII. & ineunte XIV. ex veteribus monumentis ab eo viſis & laudatis affirmat, quique tradit ipſum eas cryptas habitaſſe, in quas idem Paulus ſe recepit ſeculo XVI. Videatur Sartius in diſſertatione de antiqua Cupra-montana ſub numero 48. & Papebrochius ad diem vigeſimam aprilis tomo II. pagina 832. Hæc interim de Johanne Maſſaccienſe eremita ex Wadingo ejuſque abbreviatore Haroldo apud eumdem Papebrochium in medium proferimus. „ Johannes inter ruſticos patribus hæreticis natus, tamquam ex ſpinis roſa „ divina gratia præventus eſt clementer, ut a conſanguineis erudiretur in „ fide catholica, & a pueritia divinos experiretur favores. Aſſidue orationem repetebat Dominicam, & ad frequentes preces alios puerulos „ excitabat, divinis rebus ita erat addictus, ut de his ſolis vellet fieri „ ſermonem. Candorem animi & latentem ſub tenello pectore virtutem „ Deus manifeſtaturus voluit, ut areſcentibus arvis æſtivo calore & deficientibus paſtoribus, ac pecudibus præ aquarum inopia, Johannes puerulus educto in terra circulo, & invocato nomine Jeſu, venam aquæ „ abundantiſſimam ſitientibus aperiret. Ad majorem miraculi confirmationem adhuc fons iſte emanat, & communi appellatur nomine, *Fons caprarum beati Johannis*. Adoleſcentior factus cuſtodia gregum dimiſſa, „ cuſtodiendæ & excolendæ animæ totus incubuit. Ad ſanctiſſimi patriar-

„ chæ

Ann. Chr. 1294.

„ chæ Benedicti exemplum ſecreto ſpecu ſe abdidit, communicato conſi-
„ lio cum ſola genitrice per ejus preces converſa. Hæc per funem ad
„ tintinnabuli tinnitum panem, aquam & herbas crudas miniſtrabat. Il-
„ le vero totum tempus in ſacris meditationibus, rigidis pœnitentiis, &
„ diris cum hoſte conflictationibus conſumebat. Invidebat ei dæmon tan-
„ tam virtutem, nihilque non excogitavit, ut eum ab hoc vitæ genere
„ deturbaret. Validis tentationibus animum pulſabat, ſpectra horrenda
„ objiciebat. Sed inconcuſſo adoleſcentis animo tandem tot certaminibus
„ victus dæmon confuſus receſſit, & puerili quadam vindicta projecto la-
„ pide tintinnabulum fregit. Ita frequenter evenit, ut dæmon majora
„ non valens, ad minora ſe vertat, & in magnis victus, in parvulis ri-
„ diculum ſe exhibeat congreſſorem. Damnum hoc exile ſatis genitrix
„ reparavit, empto altero tintinnabulo, quod dum inimicus ſimili modo
„ contereret, rogavit Johannes, ut tertium emeret mater ex ſui laboris
„ pretio, dicens, fortaſſis propterea duo priora a dæmone confracta, quia
„ empta fuerunt nummo male acquiſito. Non inanem fuiſſe hanc ſuſpi-
„ cionem & genitricis confeſſio, & campanula laboris mercede comparata
„ in hunc uſque diem integra comprobarunt. Pendet in architriclinio fra-
„ trum Minorum ad conſtantem rei memoriam. Manſit in ſpelunca iſta
„ toto tempore, quo genitrix vixit; at illa decedente, dum non eſſet,
„ qui panem miniſtraret, oportuit per ædes circuire. Pia converſatione
„ quorumdam religioſorum allectus habitum aſſumpſit tertii ordinis ſan-
„ cti Franciſci, ſub quo miros adinvenit modos pœnitentiæ. Quotidie
„ ſacroſanctis pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramentis animam ſanctam re-
„ creabat, aſſidua oratione & longo jejunio contra dæmonis inſidias ſe
„ exercebat, perpetuis lacrymis ſibi aliiſque peccatorum veniam implora-
„ bat." Quæ de inſtituto ſancti Franciſci arrepto a beato Johanne, & de parentibus ejus hæreticis conſarcinat vitæ auctor, profluunt ex opinione, quod ipſe beatus Johannes poſt ſeculum vixerit. De ipſo ejuſque felici obitu iterum ad annum 1303. quo contigit ex certis monumentis ejuſdem beati Pauli Juſtiniani, quibus magis fidendum.

XXXIII. Donationes factæ eremo Camaldulenſi.

In pſalterio ms. bibliothecæ Fontis-boni ſignato litera Q. III. 17. ad ipſius calcem hæc leguntur: *Hoc pſalterium & tres alios parvos libros, in quibus erat officium beatæ Virginis cum ſeptem pſalmis & letaniis &c. reliquit in eremo pro remedio animæ ſuæ comitiſſa Albiera filia comitis Guidonis de Porciano anno* M. CC. LXXXXIV. Item *comitiſſa Adalaſia mater prædictæ dominæ Albieræ reliquit eremitis pro remedio animæ ſuæ medietatem unius cuppæ valentis ultra centum viginti libras pro uno calice faciendo, & libras quinquaginta denariorum in auxilium eccleſiæ reaptandæ. Aliam medietatem cuppæ prædictæ reliquit in Prato-veteri pro alio calice faciendo. Unde tenemur orare quotidie pro prædictis dominabus ſive comitiſſis*. In alio miſſalis perantiqui kalendario ad diem x. kalendas junii legitur: *Obiit illuſtris domina comitiſſa Alberia uxor comitis Tegrimi*.

In inſtrumento hujus anni *indictione* VII. *apoſtolica ſede vacante & nemine imperante* XXII. *aprilis*, quod pertinet ad monaſterium Trivienſe, Juncta abbas ejus cœnobii vendidit terras Buldroni notario de Civitella. Actum in caſtro montis Cornarii præſente Tancredo de monte Raynaldi canonico ſanctæ Mariæ Novellæ in ſpiritualibus rectore maſſæ Trabariæ. Nemo imperabat, quia Adolphus comes Naſſovienſis electus rex Romanorum ante biennium poſt Rodulphi regis obitum, imperiali corona non fuerat inſignitus.

Indiæ teſtamentum in gratiam parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Tarvi-

ſio

ſio publici juris fecimus in monumentis ejus loci ſubjectis vitæ ſancti Pariſii [a].

ANN. CHR. 1294.

a *Pag.* 21.

ANN. CHR. 1295.

XXXIV. Bonifacii VIII. bullæ pro Camaldulenſibus.

POST brevem Cœleſtini V. pontificatum, quem humilis animi ſui gratia, & ut quieti contemplationis indulgeret, dimiſit circa natalitia Domini feſta, electus fuerat ſub finem anni præteriti in Romanum pontificem Benedictus Cajetanus cardinalis, qui nomen aſſumpſerat Bonifacii VIII. Is *anno primo* ſui *pontificatus idibus februarii* ex Laterano mandavit Guillielmo abbati ſanctarum Floræ & Lucillæ de Arretio, ut bona diſtracta & alienata monaſterii ſanctæ Mariæ de Pratalia recuperaret, qui abbas aliis negotiis præpeditus commiſit vices ſuas Bonenſegnæ plebano plebis Partinæ, die XXVIII. martii.

Idem Romanus pontifex *tertio idus martii* [b] exemit monaſterium ſanctæ Mariæ de Agnano a juriſdictione epiſcopi Arretini, ac ſub protectione ſedis apoſtolicæ recepit. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ad petitionem abbatis ejuſdem monaſterii.

b *Num.* 316.

Decimo autem *kalendas julii* priori ſanctæ Mariæ ad Carceres ex urbe Anagniæ indulſit, ut canonici & converſi ſuæ eccleſiæ appellationis obſtaculum minime poſſent opponere, cum per ipſum eſſent correctionis pœna coercendi. In necrologio ejus loci ponitur ſub die XXI. maji hujus anni obitus Bernardi epiſcopi Paduani. Cultro cujuſdam hominis infimæ plebis confoſſum occubuiſſe tradunt. Suffectus is fuerat anno 1289. Princivalli electo in locum Johannis, Johannem autem Sabellum ſucceſſorem habuit.

XXXV. Ildebrandinus ep. Arretinus beneficus in Camaldulenſes.

ILDEBRANDINUS epiſcopus Arretinus Majoris ſacræ eremi Camaldulenſis & eremitarum ejuſdem precibus inclinatus, & quia ipſos tamquam filios in Chriſto dilectiſſimos dulciter intuebatur, cum eorum ſancti Salvatoris eccleſia propter vetuſtatem reparatione indigeret, nec ipſis ſuppeteret reficiendi vel reparandi facultas, die quinta [c] januarii hujus anni copiam fecit recipiendi libras trecentas de uſuris & de illicite acquiſitis, quarum reſtitutio, quibus facienda eſſet, ignoraretur, ab omnibus perſonis Arretinæ civitatis & diœceſis conferre volentibus, & convertendi eas in præfatæ reparationis uſum. Datum Civitellæ. Die ſimiliter octava januarii diviſa [d] fuit inter epiſcopum & inter eremum Camaldulenſem ſilva de Piſcina, Todiſco notario de Biblena pro epiſcopo agente, & Johanne monacho pro Frigdiano priore Camaldulenſi, reſervatis tamen juriſdictione & uſu venandi epiſcopo in utraque ſilvæ portione.

c §. *Privilegia* 61. *A.* 3. 28.

d §. *Tenuta* 50. *A.* 3. 29.

XXXVI. Johannes abbas S. Savini tamquam refractarius excommunicatur.

JOHANNES abbas ſancti Savini Piſarum cum aliquot monachis ſuis perſeverabat in ſuo ſchiſmate adverſus priorem Camaldulenſem, cui obedientiæ jugum detrectabat. Quare *anno* M. CC. XCVI. ſtilo Piſano, *indictione* VIII. *die* VI. *exeunte aprili* Ceus camerarius monaſterii ſancti Frigdiani ejuſdem Piſanæ urbis, & Rainerius vicarius monaſterii Rotenſis, auctoritate literarum Frigdiani prioris Camaldulenſis ad ipſos datarum, eumdem abbatem cum monachis ſuis aliiſque complicibus dominica die in populi præſentia infra Miſſarum ſollemnia candelis accenſis & extinctis, & pulſatis campanis excommunicatos publice denuntiarunt, ac monaſterium ipſorum declararunt eccleſiaſtico eſſe ſuppoſitum interdicto. Actum in choro eccleſiæ ſancti Frigdiani. Poſtea encyclicam epiſtolam ſcripſerunt abbatibus, prioribus, plebanis, & aliis eccleſiarum prælatis civitatis & diœceſis Piſanæ, rogantes eos, ut memoratos abbatem & monachos diebus dominicis & feſtivis publice ſecundum conſuetudinem excommunicationis vinculo irretitos proclamarent uſque ad condignam ſatisfactionem. Inter ceteros numerantur Michael rector eccleſiæ ſancti Proſperi

ANN. CHR. 1295. peri de Viacava plebatus ſancti Caſſiani, & Uguccio capellanus plebis ſancti Caſſiani, qui die ſancti Marci anathema contra ipſos dixerunt, ut legitur in vetuſto membranaceo codice, qui olim extabat apud Grandium.

a Pag. 231. Rogerius filius Giligitti Bartholi Dialti abbas monaſterii ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio translatus fuit hoc anno, teſte Jacobillio [a] in chronico abbatiæ Saxi-vivi, ad regimen monaſterii ſancti Petri de Bovaria prope Trebbium.

Ex tabulario hoſpitalis Boni-Jeſu de Fabriano eccleſia ſancti Petri de Colcello ſub ipſo anno die tertia januarii nominatur tamquam ſubjecta monaſterio ſancti Victoris de Cluſis.

XXXVII. Indulgentiæ ab epiſcopis conceſſæ variis eccleſiis Camaldulenſibus. MONASTERIUM ſanctæ Annæ juxta Bononiam ordinis Camaldulenſis, de quo primum diximus ad annum 1278. initiis ſuis paupertimum erat, & fidelium oblationibus indigebat; quare hoc anno, *pontificatus domini Bonifacii papæ* VIII. *primo* ex Urbe plures epiſcopi indulgentias conceſſerunt locum hunc viſitantibus, & eleemoſynarum largitione adjuvantibus. Ii fuere Rogerius archiepiſcopus Sanctæ-Severinæ, Marcus archiepiſcopus Sutrentinus, Guillielmus Callienſis epiſcopus, Bonifacius Parentinus, Paſchalis Caſſanenſis, Emmanuel Cremonenſis, Stephanus Oppidenſis, Raynaldus Senenſis, Robertus Calinenſis, Jacobus Triventinus, Franciſcus Fanenſis, Adam Matturanenſis, Franciſcus Terracinenſis, Manfredus Sancti-Marci, Sabbas Militenſis, Paulus Molfectenſis, & Azo Caſertanus epiſcopi. Primum epiſcopum Oppidenſem laudat ſuppreſſo nomine ad annum 1301. Ughellius tomo IX Italiæ [b]; Gregorium vero ad annum 1338. Ex pagina proinde noſtra novimus primum Oppidenſem epiſcopum fuiſſe Stephanum notum etiam ex alia pagina indulgentiarum penes Bollandianos ſocios tomo I. maji [c]. Robertus Calinenſis idem eſt ac Carinulenſis; ipſius paginæ teſtimonio ſuppletur hiatus in epiſcopis Triventinis additione Jacobi epiſcopi. Emmanuel, qui dicitur Cremonenſis, ad aliam eccleſiam ſpectat; nam Cremonenſis Emmanuel vixerat ante ſeculum, vel ſi epiſcopus conceſſor indulgentiæ erat Cremonenſis, non Emmanuel, ſed legendum Pontius Ponzonus, qui obiit anno ſequenti. Adami Marturanenſis vel Martoranenſis memoriam ingerit idem Ughellius [d] ad annum dumtaxat 1320. Manfredi autem epiſcopi Sancti-Marci monumenta producit ad annum tantummodo 1291. [e], quem eo anno exulem facit a ſua eccleſia, ad quam proinde reductum hoc anno ex membrana noſtra intelligimus.

b Col. 418

c Pag. 772

d T. IX. col. 280.

e T. I. col. 878.

Dicto anno *pontificatus Bonifacii papæ* VIII. *anno primo*, *octavo idus aprilis* eaſdem indulgentiarum largitiones conceſſerunt fidelibus viſitantibus locum & monaſterium monialium ſancti Salvatoris de Vico ordinis Camaldulenſis ſitum extra civitatem Foro-livienſem iidem Rogerius Sanctæ-Severinæ, Marcus Surrentinus, Adam Martoranus, Franciſcus Fanenſis, Bonifacius Parentinus, Franciſcus Terracinenſis, Emmanuel Cremonenſis, Manfridus Sancti-Marci, Stephanus Oppidenſis, Sabbas Militenſis, Petronius Larinenſis, Aymardus Lucerinus, Jacobus Triventinus, Robertus Calinenſis, Raynaldus Senenſis, Aczo Caſertanenſis, & Paſchalis Caſſanenſis archiepiſcopi & epiſcopi. Petronium vel Patronum Larinenſem amotum a ſua ſede anno 1291. ſcribit Ughellius [f], quem hoc anno fuiſſe jam reſtitutum ex hac ſecunda pagina novimus. [g] Aymardum Lucerinum electum hoc anno aſſerit idibus decembris; antevertenda eſt itaque ejus electio ex eodem indulgentiarum diplomate.

f T. VIII. col. 304.

g T. VIII. col. 319.

h Arch. S.Mar. in Grad. num. 317.

Demum hoc ipſo anno [h] ſimiles indulgentiarum literas dilargiti ſunt viſi-

ANN. CHR. 1295.

viſitantibus eccleſiam ſancti Michaelis de Arretio ſequentes epiſcopi, Petrus epiſcopus Grottaicianus, frater Jacobus Acernenſis, frater Michael Albanenſis, Franciſcus Abellinenſis, Johannes epiſcopus apud Aquam-pendentem, Gregorius Bononienſis, frater Romanus Erdenſis, frater Salvus Recanatenſis, Hieronymus Heglenſis, facile Veglenſis, epiſcopi. Jacobum in Acernenſibus omittit Ughellius [a], locandum inter Lucam poſt annum 1277. & Andream ante annum 1309. Johannis epiſcopi apud Aquam-pendentem nullum monumentum extat penes ipſum, ſed neque extat inter epiſcopos Caſtrenſes, ex quo loco ſeculo XVI. ad Aquam-pendentem translata fuit cathedra. Franciſcus Abellinenſis hoc ipſo anno evocatus fuerat ex eccleſia Terracinenſi a Bonifacio VIII. quam regebat juxta priores a nobis allatas literas. Gregorius dictus Bononienſis in alio epiſcopatu facile quærendus, cum Octavianus, vel Schiatta ejus frater eam eccleſiam regerent, vel erat epiſcopus coadjutor, ut etiam Sinibaldum de Labro Bononienſem epiſcopum memoravimus ad annum 1285. ex regeſto Gerardi prioris Camaldulenſis. In his tribus conceſſionibus requiritur voluntas & conſenſus diœceſani loci; quare epiſcopi Bononienſis, Foro-livienſis & Arretinus, in quorum urbibus erant præfata monaſteria, eas confirmarunt, addideruntque unuſquiſque quadraginta indulgentiarum dies.

a T. VII. col. 447.

Quoad hujuſmodi epiſcoporum indulgentiarum literas, vetus mos erat, ut etiam obſervat Sartius, quod ad eccleſiarum tum dedicationes, tum reparationes epiſcopus loci per literas plures alios epiſcopos rogaret, ut indulgentias mitterent; quod potiſſimum fiebat tum ex Urbe, tum ex Avenionenſi civitate ſeculo ſequenti, ubi plures uno loco & tempore aderant epiſcopi, qui in Romana curia degebant, vel apud Romanum pontificem.

ANN. CHR. 1296.

XXXVIII. Reſciſſa unio monaſterii de Toma cum eremo Vivenſi.

LICET die decima-ſexta julii anni 1250. Martinus III. prior Camaldulenſis induxiſſet in poſſeſſionem monaſterii de Toma in agro Senenſi cœnobium de Vivo, ut conſtat ex ipſius literis exhibitis eo anno a Benigno priore Vivenſi Compagno priori ſancti Vigilii de Senis, manu Ildebrandi notarii, qui die decima-octava ejuſdem menſis corporalem poſſeſſionem præfati monaſterii tradiderat dicto Benigno, hoc tamen anno die vigeſima-quarta julii [b] attendens Frigdianus prior Camaldulenſis, quod donatio facta per ſuum prædeceſſorem Martinum executioni mandata fuerat non accedente conſenſu eremitarum Camaldulenſium, quod erat, contra indulta apoſtolica, in detrimentum eremi Camaldulenſis, juſtam cauſam ſe habere exiſtimans, prædictam donationem revocavit, nullamque declaravit hujuſmodi unionem; manu Johannis Bononienſis notarii.

b §. Notabilia 8. A. 4. 35.

XXXIX. Res hiſtoricæ ad varia monaſteria ſpectantes.

VACANTE eccleſia [c] ſancti Juliani civitatis Arretinæ manuali monaſterii Pratalia Guido prior ſancti Clementis de Arretio, cui abbas Pratalienſis commiſerat vices ſuas, elegit in priorem ejuſdem eccleſiæ presbyterum Raynaldum, qui ab archipreſbytero Arretinæ canonicæ Orlando confirmatus fuit. Ante viginti annos altera rectoris ejuſdem eccleſiæ electio facta fuerat a Benedicto abbate Pratalienſi.

c §. Electio 154. A. 3. 41.

In eccleſia autem ſancti Laurentii de Rivolta rector electus fuit a Ventura abbate ſancti Michaelis de Burgo Piſarum Ceus monachus ſancti Frigdiani. Idem Ventura abbas ſolvit hoc anno pro monaſterio ſuo & pro hoſpitali ſancti Laurentii Nicolao monacho camerario ſancti Viti de Gorgona impoſitionem clero exempto civitatis & diœceſis Piſanæ pro exenio faciendo, factam a Theoderico Piſano archiepiſcopo electo. Theo-

Digitized by Google

ANN. CHR. 1296.

dericus ex camerario pontificis Piſanus archiepiſcopus fuerat electus, inde S. R. E. cardinalis & epiſcopus Præneſtinus. Nominatur inter teſtes paginæ Paulus de Abaco, & Michael camerarius monachi ſancti Viti, & Bartholinus hoſpitalarius ſancti Zenonis Piſarum.

a §. Locatio 145. A. 3. 40.

Rubertus abbas monaſterii ſancti Salvatoris de Berardinga locavit a die quinta-decima auguſti ad annos novem nobilibus viris Salomoni quondam Guillielmi & Mino Magliate de Piccolominibus & Conrado judici de Stratella civibus Senenſibus poſſeſſionem ſui monaſterii ſitam in diſtrictu Petrorii comitatus Senenſis; manu Ugolini notarii. Additur charta exhibitionis factæ Conrado prædicto die vigeſima-quinta februarii anni 1296. ab incarnatione, hoc eſt anno ſequenti, per Pacem ſindicum dicti monaſterii, quarumdam literarum Petri ſanctæ Mariæ-novæ diaconi cardinalis legati apoſtolici præfatis conductoribus, quibus inhibetur nil immutari in dictis rebus locatis, pendente coram ipſo & in ejus curia cauſa reſciſſionis dicti contractus, interpoſito libello ex parte Frigdiani abbatis ejuſdem monaſterii & Roberti ſucceſſoris; manu Bonamici notarii.

XL. Statuta Trivienſia.

FACTUM fuit hoc anno die penultima aprilis ſtatutum in monaſterio ſanctæ Mariæ de Trivio, conſentientibus Juncta abbate & monachis, a conſulibus & hominibus univerſitatis Trivii, ne aliqua femina ex fidelibus monaſterii, quæ nupta fuerit, & habuerit dotem a patre, vel fratre vel ab alio, regreſſum amplius habere poſſit in bonis, vel in ſucceſſione bonorum patris, matris, fratris, ſororis vel alterius conſanguinei, ſed contenta eſſet ſua dote, ſub pœna ſolvenda abbati Trivienſi viginti-ſex librarum Ravennatum. Idem Trivienſe monaſterium emit a Manbilia filia quondam Aldobrandini caſtrum Calaniciæ, ut liquet ex confeſſione debiti ſolutionis facta die x. maij ab eodem Juncta abbate, pro quo debito ſe obligaverant homines Bulciani, Valſavignonis & Fratellarum fideles dicti monaſterii. Adduntur ad diem XIV. octobris hujus anni ſacramentum fidelitatis præſtitum a quodam homine dicto abbati, & mulcta ſexaginta ſolidorum Ravennatum impoſita dicto homini, eo quod veneficam herbam comedendam tradidiſſet Ugolinæ de Civitella ejuſque familiæ, propter quam graviter ad mortem paſſi plures fuerant. Hæc ſunt monumenta temporalis juriſdictionis, quam in dicta caſtra & homines exercebat monaſterium Trivienſe.

XLI. Compoſitio inter epiſcopatum Portuenſem & monaſterium S. Gregorii de Urbe.

ANDREAS abbas ſancti Gregorii de Urbe, & Johannes presbyter eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Tevellaria diœceſis Tudertinæ, vicedominus Portuenſis, & procurator Matthæi Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopi cardinalis ſtagnum-majus ſitum in campo-majori diœceſis Portuenſis locarunt nobilibus viris, quorum nomina deſcribuntur in inſtrumento, quod ex codice ejuſdem monaſterii proferimus. Electus fuerat Andreas abbas monaſterii ſancti Gregorii in locum Matthæi abbatis. Adduntur literæ vicedominatus Johannis datæ a Matthæo epiſcopo Romæ apud ſanctum Baſilium XIII. *idus nevembris anno* M. CC. XCI. *indictione* IV. *pontificatus ſanctiſſimi patris domini Nicolai pape* IV. *anno quarto*; & aliæ literæ ſindicatus datæ Sulmonæ in hoſpitio domini Thomæ militis coram venerabili patre & domino fratre Gentile archiepiſcopo Rheginenſi, magiſtris Bartholomæo decano Pictavienſi, & Betengario Regis de Carcaſſona domini papæ capellano, *anno Domini* M. CC. XCIV. *indictione* VII. *pontificatus ſanctiſſimi patris domini Celeſtini pape quinti anno primo, die tertio menſis octobris*. Inſtrumentum autem locationis a Matthæo cardinale confirmatum fuit in Urbe in palatio domini Berthuldi de filiis Urſi, ubi venerabilis pater Matthæus epiſcopus hoſpitabatur, præſentibus fratre Jo-

hanne

ANN. CHR. 1296.

hanne miniſtro generali ordinis Minorum, fratre Leonardo miniſtro provinciæ Romanæ, *anno* M. CC. XCVII. *tempore pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno ejus tertio, indictione decima, menſis aprilis die vigeſimo*, cum confectum fuiſſet ab ejus procuratore *anno* M. CC. XCVI. *anno* II. *Bonifacii* VIII. *indictione nona menſis maji die ſexto*. Prodit in Appendice ex exemplo anni M. CCC. XXXII.

XLII. Abbatia S. Petri in Vincula Ravenn. territorii ſub diſciplina Camaldulenſium.

OCTAVIANUS [a] abbas ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis obedientiam ſollemniter juravit Frigdiano priori Camaldulenſi, confirmavitque pacta ſtabilita anno 1285. inter monaſterium ſancti Petri, & inter priorem Camaldulenſem, ſalvo jure Romanæ eccleſiæ. Actum in monaſterio ſancti Petri de Puteolis, manu ſcriptoris prioris Camaldulenſis.

a *Regeſt.* 3. *Camald.*

Judices Publicorum Venetiarum conſtituti ad inquirenda omnia bona publica communis Venetiarum a Grado uſque ad Caput-aggeris, mandaro Petri Gradonico Venetiarum ducis decreverunt hoc *anno* M. CC. XCVI. *indictione* IX. *die quinto exeunte auguſto*, aquam & paludem, dictam *Focus-mortuus*, poſitam Muriani prope monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano pertinere ad jura ejus monaſterii juxta antiquas chartas in medium prolatas ab Andrea priore ejuſdem cœnobii. Sententiam judicum ex codice Publicorum in lucem protulit in ſuis eccleſiis Torcellanenſibus Cl. Senator Flaminius Cornelius [b].

b *T. III. pag.* 125.

XLIII. Guido abbas Vangaticienſis ſcribit Patavinis antianis.

CUM in locum Bernardi abbatis Vangaticienſis vel defuncti, vel gradu moti electus fuiſſet abbas dicti loci Guido, is nil antiquius habuit, quam ut omnem daret operam, quatenus libertatem monaſterio ſuo reſtitueret, & bona, quæ violenter a Patavinis invaſa fuerant, recuperaret. Et primo quidem amicabiliter pro reſtitutione inſtitit apud commune civitatis, ſed neque bona verba retulit. Quare coactus validiora tentare, apoſtolicum apud Bonifacium VIII. Romanum pontificem imploravit remedium; antequam tamen pontificias exhiberet literas, conſultum duxit preces, literaſque ſuas iterare Betto de Bruneleſchis poteſtati Patavino, antianis, conſilio & communi civitatis, quas ex autographo ejuſdem monaſterii ſubjungimus.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo-ſexto indictione nona, die ſexta-decima menſis ſeptembris Paduæ in palatio communis in camera infraſcripti poteſtatis, præſentibus teſtibus domno Benedicto monacho ſanctæ Mariæ de Vangadicia, Zaccbetta curſore & nuntio ſanctiſſimi patris domini Bonifacii papæ octavi, & Bernardo familiari dicti domini poteſtatis, domnus Albertus monachus prædicti monaſterii ſanctæ Mariæ de Vangadicia præſentavit literas venerabilis patris domni Guidonis abbatis prædicti monaſterii ſanctæ Mariæ de Vangadicia domino Betto de Bronileſchis poteſtati Paduæ, quarum literarum tenor talis erat.

Nobilibus & diſcretis viris, poteſtati, antianis, conſilio & communi civitatis Paduæ frater Guido Dei gratia abbas ſanctæ Mariæ de Vangadicia ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, licet immeritus, ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus. Novit ille, qui nihil ignorat, quod altiora nobis non quærebamus, nec fortiora noſtris viribus ſcrutabamur, ſed domini amici noſtri adverſus nos ſteterunt, imponentes nobis tam gravem ſarcinam, quia nunquam illam noſtra debilitas ſubiiſſet, niſi ex obedientiæ debito & fiducia illius, cujus jugum ſuave promittitur, & quodlibet onus leve. Poſtquam ergo ex credulitate fidei noſtræ fuimus ad iſtius noſtri monaſterii regimen evocati, & nos illud tamquam obedientiæ alligati ſubivimus, oportet nos de ipſius monaſterii ſuorumque bonorum & jurium recu-

Ann. Chr. 1296.

peratione tamquam de theſauro fidei noſtræ credito cogitare, & ad id totum exponere noſtrum ſtudium & laborem, ad quod quidem nequaquam ſufficimus per nos ipſos, niſi vos moveat Dei timor, amor juſtitiæ, & devotio Romanæ eccleſiæ, vel cenſura, ac demum deſiderium conſervandi præconium famæ veſtræ, quæ uſque modo propter cultum juſtitiæ flaruit inter ceteras nobiles Italiæ civitates, & tamdiu eam ſperamus & credimus in florida proprietate ſervari, quamdiu juſtitiam lædere, & ad iniquitates noluerit extendere manus ſuas.. Et idcirco primo vos amicabiliter pro reſtitutione bonorum hujuſmodi duximus reqrirendos, utpote qui civitatem & commune Paduæ tamquam nos ipſos diligimus, & diligere proponimus, & in plena vos amicitia ſervitiorum & officiorum neceſſitudine conſervare, ſervatis ſemper eccleſiæ Romanæ reverentia & honore. Super qua quidem requiſitam veſtram nobis providam reſponſionem expectantibus fuit non ſolum reſtitutio rerum, ſed verborum etiam reſponſio denegata. Nos tamen ad monaſterium noſtrum lege regiminis, & ad vos debito caritatis adſtricti contra vos implorare remedium, nec voluimus, ſicut poteramus, ex iis, quæ relata de veſtris cumulatis damnis & injuriis fuerant, contra vos animum ſummi pontificis provocare, ſed ei ſatis leviter ſupplicavimus, ut paterna dignaretur nobis diligentia providere, qui ſuper negotio noſtro non tam a nobis, quam ab aliis informatus, volens veſtræ devotionis promptitudinem experiri, ſicut videre poteritis, per apoſtolicas literas vobis ſcribit propoſitiones, ſi opus fuerit, non propter vos, ſed propter defenſionem eccleſiaſticorum jurium, ad quæ tuenda eſt ſpecialiter obligatus procedere durius, ut decebit. Quare licet nonnulli nobis ad vilitatem adſcribant preces & literas iterare, ne tamen cito moveamur injuria, vos rurſum amicabiliter requirimus & rogamus, quatenus ob Dei timorem pariter & amorem, & apoſtolicæ ſedis reverentiam, omnem incongruam ambitionem, quantum eſt vobis poſſibile, deponentes, monaſterium noſtrum cum ſuis juribus reſtituere velitis noſtro vicario poſſidendum, ita quod affectionem ſinceram, quam erga vos in animo gerimus, operibus oſtendere valeamus, nec cogamur Deum ultionum, & Romanam eccleſiam pro defenſione prædicti monaſterii ſuorumque jurium invocare, voſque præter denigrationem famæ veſtri nominis & honoris, & veſtrorum filiorum animas pro violenta ſubtractione hujuſmodi divinarum rerum nolitis ſententiæ & indignationis æterni judicis obligare, qui nunquam iſtum dimittet reatum, niſi hoc reſtituatur ablatum, etiamſi nos ipſi vellemus, ſicut nec volumus, poſſumus, nec debemus.

Et ego Jacobus filius Brachi notarii de Foro-livio imperiali auctoritate notarius prædictæ præſentationi interfui, & tenorem ipſarum literarum de verbo ad verbum huic inſtrumento fideliter inſerui, nihil addens vel minuens, quod ſenſum variet, vel ſententiam mutet, & omnia prout ſuperius continetur, ſcripſi & publicavi.

Quid Patavini reſponderint, ignoratur; hæc tamen epiſtola facile viam ſtravit concordiæ, quæ poſt biennium ſecuta eſt inter Patavinos, & inter monaſterium Vangaticienſe. In chronico Patavino apud Muratorium [a] hoc anno leguntur poteſtates communis Paduæ Conradus de Montagnano de Piſtorio a feſto Circumciſionis Domini uſque ad feſtum ſancti Petri de junio; deinde anno ſequenti Fantonus de Rubeis de Florentia. Brunetus de Bruneleſchis de Florentia reperitur ad annum 1298. una cum aliis ſeptem poteſtatibus. Ex ſuperiori epiſtola ad menſem ſeptembris præſentis anni ſtatuendus eſt poteſtas Paduæ idem Brunetus ſive Bettus de Bronileſchis.

a T. IV. Antiq. med. ævi. col. 1154.

ANN. CHR. 1297.

XLIV.

Depopulationes in caſtro Socii. Accuſatus de iis Frigdianus prior Camaldul.

MILITES nobilium de Ubertinis, & filiorum Tarlati de Petramala procerum Arretinorum, qui hoc anno apud caſtrum Socium pro ſtatiooe commorabantur, terras & loca Ildebrandini epiſcopi Arretini depopulabantur; quare Ildebrandinus de ipſis conqneſtus ſuit apud Romanam curiam & apud cardinalem Matthæum de Aquaſparta legatum tunc in Thuſcia, aſſerens ſibi plura damna inſerri ab oppidanis Socii, qui Camaldulenſi eremo erant ſubjecti. Indignatus eſt cardinalis legatus, multaque protulit contra Camaldulenſes; quare Frigdianus de animo cardinalis commoto admonitus per procuratorem ſuum, qui in curia Romana reſidebat, dedir ſtatim literas Biordo & fratribus de Ubertinis, Johanniangelo Dolſo & Maſio amicis ſuis cariſſimis, nec non potenti & nobili viro Ciappetino Arretino poteſtati, conquerens de militibus, quos tenebant in caſtro Socii, ac miſerant ad diſſipanda caſtra & villas Ildebrandini epiſcopi, & rogans, ut ipſos compeſcerent ab inſeſtationibus & hoſtilibus actis, atque omnino homines illos removerent a dicto caſtro Socii; alias affirmavit opprobrium ſibi ſempiternum ex minacibus verbis cardinalis imminere, qui de die dicenda priori Camaldulenſi cogitaverat; quare ſi epiſcopus denuo querelam adverſus ipſum deponeret, nullam ſibi in futurum ſuppetituram deſenſionem. Idipſum ſcripſit Spinello præpoſito Arretino tamquam benevolenti amico, ut nimirum a poteſtate aliiſque obtineret, quatenus quamprimum ſupradictos milites removerent. Simili modo conqueſtus ſuit cum Gualterio Socii poteſtate, & ad ipſum ac ad conſiliarios & commune ejus caſtri ſcribens dedit in mandatis, ut quantocius una cum militibus illis deſiſterent ab incurſionibus & depopulationibus, alias poſt ternam admonitionem, exacto tertio die comminatus ſuit ſubjectorum ipſos & eorum eccleſiam ſancti Nicolai excommunicationis & interdicti ſententiæ. Italico autem idiomate eadem ſcripſit Stechæ domini Soldani, & Monalduccio domini Soldani ſuper querimonia epiſcopi ad cardioalem de bello ab illis Socii invecto in rerras ſuas, & de turbatione præfati cardinalis, de timore ſuæ depoſitionis a prioratu, & inſtanter exoravit, ut una cum amicis ſuis darent operam, ne vaſtationes milites proſequerentur, periculumque ſui & Camaldulenſis eremi averterent, ac Johanni de Cigiano eremitæ literarumque portitori plenam fidem adhiberent. Extant eæ literæ [a] in tabulario Fontis-boni. Neque a vero abludit ea occaſione cogitaſſe Romanum pontificem Booifacium de ſubtrahendo caſtro Socii a jure Camaldulenſis eremi, ut dicemus initio anni ſequentis.

a §. Notabilia 9. A. 4. 51. 52.

XLV.

Alia ipſi objecta Moritur.

b §. Mandatum 46. A. 3. 44.

ALIAM a monachis ſnis ſuſtinnit Frigdianus prior procellam; accuſatus ſiquidem fuit apud Romanam curiam, ſed quæ ipſi objecta ſuerint, ignorantur; novimus dumtaxar „ die vigeſima-quinta ſebruarii [b] Raine-
„ rium abbatem Claſſenſem, Gerardum abbatem ſancti Hippolyti de Fa-
„ veotia, Franciſcum abbatem ſancti Benedicti de Savignano diœceſis Ari-
„ minenſis, Albertum priorem de Rovereto, & die prima martii Jaco-
„ bum priorem ſanctæ Mariæ Camalduli de Foro-livio, Marinum priorem
„ ſancti Paterniani de Ferracciano, Zachariam abbatiſſam ſanctæ Chriſtioæ
„ de Tarviſio, Petrum abbatem ſanctæ Ttinitatis de Monte-herculis eo-
„ rumque capitula elegiſſe & conſtituiſſe in ſuos procuratores Zenonem
„ abbatem Camalduli-Florentini, Guidonem de Gaudentibus Senenſem,
„ Ceum de Piſis & Paulum de Arretio monachos Camaldulenſes, ad reſ-
„ pondendum, objiciendum, & ad capiendos, includendoſque in carceri-
„ bus Feum de Campi monachum ſancti Petri de Monte-muro, & Pe-
„ trum de Faventia ſancti Zenonis Piſarum monachos Camaldulenſes tam-

„ quam

ANN. CHR. 1297.

„ quam rebelles, infames & ambitioſos, tradendoſque in manus Frigdiani prioris, ac puniendos juxta ſtatuta ordinis coram Petro de Piperno „ cardinale vel aliis judicibus, atque coram papa Bonifacio VIII. necnon „ ad excuſandum Frigdianum priorem, ut creditur, accuſatum apud Romanam curiam per dictos monachos; manu Seraphini notarii. “ Utraque forte ex his cauſis mortem acceleravit Frigdiano priori hoc ipſo anno defuncto.

XLVI. Lites monialium S. Antonii de Tuderto cum epiſcopo Tudertino.

a §. Electio 155. A. 3. 46.

CUM Michael prior Eremi-novæ elegiſſet in rectorem hoſpitalis ſancti Petri de Rovereto monachum minus idoneum, Frigdianus prior generalis die nona auguſti [a] elegit Guidonem de Gagio monachum Claſſenſem in rectorem. Quare Michael publice teſtatus eſt coram Leonardo epiſcopo Cæſenate, quod licet ad ſe ſpectaret electio, ea tamen fuerat minus canonica, & extorta ad preces ac comminationes quorumdam nobilium. Die nona junii renuntiante Ugolino prioratum ſancti Petri de Vivo, elegerat in priorem Guidonem Selvoglienti a ſecretis tunc ordinis Camaldulenſis. Hæc ſunt poſtrema Frigdiani prioris Camaldulenſis acta.

b §. Appellatio 19. A. 3. 49.

Ranuccius de Fabro vicarius Nicolai epiſcopi Tudertini ſecundi hujus nominis denuntiavit [b] die quinta decembris hujus anni Agneti abbatiſſæ & monialibus ſancti Antonii de Tuderto ordinis Camaldulenſis, ne ædificium oratorii novi cœptum in parœcia ſancti Nicolai de Cryptis proſequerentur, ita ut pendente lite non procederent ad turrim & oratorium conſtruenda, ſed deſiſterent omnino ab ædificio incœpto, ex commiſſione ſibi facta ab epiſcopo, qui literas ea ſuper ſe acceperat a Bartholomæo auditore domini papæ, & in hac cauſa ab ipſo Romano pontifice delegato. Die quinta-decima ejuſdem menſis Jacobus Venturæ ſindicus ſanctimonialium a prædictis inhibitionibus tamquam a gravaminibus injuſtis, & ab omni proceſſu ejuſdem auditoris, utpote illegitimo, neque canonico, quandoquidem terminus monialibus aſſignatus non fuerat ad afferenda propria jura, appellavit ad ſedem Apoſtolicam. Adjiciuntur allegationes in jure Henrici de Manetis Spoletani decretorum doctoris comprobantes dictas ſanctimoniales poſſe erigere oratorium, licet conſtructum id foret in parœcia ſancti Nicolai de Cryptis ordinis ſancti Benedicti, & ſpectante ad monaſterium Saxi-vivi. Narrat etiam Jacobillius pagina 112. chronici ejuſdem monaſterii Saxi-vivi anno ſequenti die quinta maji epiſcopum Peruſinum & abbatem ſancti Petri ejuſdem urbis commiſſarios Bonifacii papæ VIII iterum præcepiſſe eiſdem monialibus, ut demolirent oratorium inceptum, quod erat in præjudicium juris eccleſiæ & monaſterii ſancti Nicolai. De hac concertatione, quæ in longum prolata eſt, iterum ad annum 1321. & jam a multo tempore vigebat, cum ab anno 1285. Gerardus prior Camaldulenſis ſcripſiſſet alteri epiſcopo Tudertino, „ ut „ non moleſtaret ſorores ſancti Antonii ſuper ædificatione oratorii, & ut „ ordinem contra ipſas latum revocaret, “ quod legitur in regeſto epiſtolarum ipſius, pagina 30.

XLVII. Monaſterium de Silva diœc. Urbe-vetanæ deperditur.

c Reg. III. pag. 63.

DEPERDITUM eſt hoc anno monaſterium ſanctæ Mariæ de Silva diœceſis Urbis-vetanæ, quod multo tempore a Camaldulenſibus poſſeſſum putabatur originem ſuam debere ſummo parenti noſtro Romualdo. Carebat tunc temporis monaſterium abbate, ſed diffidebant circa ipſius regimen in Romana curia Severinus, qui monaſterium occupaſſe dicebatur, & Petrus monachi Camaldulenſes. Ante decennium XIV. kalendas novembris Gerardus prior Camaldulenſis [c] mandaverat capitulo ejuſdem monaſterii, Guillielmo, Ægidio, Bernardo de Colle-longo, Andreæ ſancti Sixti, Johanni de Rota-caſtello, Nicolæ, Angelo ſancti Severini, & Ballioni,

„ qua-

„ quatenus laici neſcirent, quid facerent clerici juxta conſtitutiones, ne „ alicui laico, nobili vel potenti, ad evitanda ſcandala, revelare aude„ rent negotia monaſterii, vel ordinationes iis adhibitis facere, vel ipſis „ adhærere. “ Abbas ejus monaſterii eo anno erat Berardus, qui obedienriam præſtitit abbati Burgi-ſancti-Sepulcri. Verum cum eccleſia cathedralis Urbe-vetana proventus & redditus non obtinerer congruentes, & inſuper multis expenſis tunc gravaretur, propter ædificationem templi majoris, quam curabat Leonardus Mancinus civis & epiſcopus Urbe-vetanus, & in quo die ſollemni aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ primum ſacrum fecerat hoc ipſo anno Bonifacius papa VIII. idem Romanus pontifex Volſinii commorans *tertio nonas novembris* hujus anni *pontificatus* ſui *tertio*, recolens monaſterium prædictum anteactis temporibus in ſpiritualibus & temporalibus quidem floruiſſe, ſed tunc per incuriam & negligentiam ibidem degentium non modicum eſſe deformatum, ſuppreſſo ordine Camaldulenſi, monaſterium, ipſiuſque bona & jura tradidit eccleſiæ Urbe-vetanæ, ſtatuens ſingulari bulla ſua, ur medietas fructuum, redditu um & proventuum ipſius, & membrorum ejus uſque ad quinquennium converteretur in opus ſabricæ; poſt quinquennium vero dimidia pars in beneficium epiſcopi cederet, altera in beneficium capituli ejuſdem cathedralis, reſervata tamen monachis in cœnobio commorantibus, quamdiu viverent, congrua portione, & adjecto onere epiſcopo, archipresbytero & capitulo Urbe-vetanis, ut in prædicta eccleſia quatuor capellas perpetuas conſtruerent, totidemque in iis conſtituerent idoneos capellanos, qui divinis officiis inſervirent, mandans executionem priori ſanctæ Romanæ de Tuderto, præpoſiro eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ de lacu Wlſinio, & plebano ſancti Eraſmi de Monte-longo Urbe-vetanæ diœceſis. Bonifacii bullam integram in Appendice excudimus ex autographo exiſtente in archivo ejuſdem capituli Urbe-vetani.

ANN. CHR. 1297.

XLVIII. Acerrimæ lites pro mo[..]ſt. de Aqua-p[ag]ana ſubjecto Valle-caſtrenſi.

AB immemorabili tempore monaſterium ſancti Romualdi Vallis-caſtri jus obtinebat in alterum monaſterium ſancti Salvatoris, appellatum de Aqua-pagana, in diœceſi Spoletana. Abbas Valle-caſtrenſis rectores, priores & monachos in ipſum ſtatuebar, decretumque fuerat inter epiſcopos Spoletanos & inter Valle-caſtrenſes abbates ab antiquiſſimo tempore, ut abbas inſtituere & deſtituere priores poſſet abſque epiſcopi contradictione, quemadmodum epiſcopus conſueverat facere in eccleſiis ſuis. Bartholomæus epiſcopus Spoletanus in ſua pagina anni 1325. pro Valle-caſtrenſibus teſtatur id jus pertinuiſſe ad monachos a temporibus Henrici Spoletani epiſcopi, qui eam ſedem tenuit anno 1114. Pacificam multo tempore monaſterii, eccleſiarum ſubjectarum, & juriſdictionis poſſeſſionem obtinuere Valle-caſtrenſes. Paulo ante hæc tempora Paparonus epiſcopus Spoletanus, qui ex Fulginare ad eam ſedem translarus eſt anno 1285. poſſeſſionem monachorum turbavit, clericos ſeculares inducens. Idipſum egir Gerardus ex epiſcopo Anagnino electus Spoleti epiſcopus anno 1291. Conqueſti fuere abbates Valle-caſtrenſes contra epiſcopos Spoletanos, & etiam contra Fulginates, in quorum diœceſibus erant eccleſiæ & bona ſubjecta monaſterio Aquæ-paganæ, ſed incaſſum, vi potentiorum prævalente. Nuperrime Hermannus, qui erat abbas Valle-caſtrenſis, donaverat idem monaſterium cum omnibus pertinentiis ſuis & membris, & juribus poſitis in diœceſibus Spoletana, Camerinenſi & Fulginati, ad vitam religioſo viro fratri Gualterio de Camerino eleemoſynario domini papæ Bonifacii VIII. pro multis gratiis acceptiſque ſervitiis, quæ impenderat Gualterius monaſterio Vallis-caſtri, & quæ impendere poterat in futurum, poteſtatemque pleniſ-

ANN. CHR. 1297.

pleniſſimam fecerat in præſatum monaſterium omniaque ipſius membra. E contra Johannes Berarducii, qui ſe priorem aſſerebat, Jacobus Petroni, Vegnatus Benvegni, Johannes Albriconi, aliique, qui ſe dicebant canonicos eccleſiæ memoratæ ſancti Salvatoris, occupantes & invadentes bona ejuſdem monaſterii, litem intentarunt tum Gualterio priori conſtituto, tum monaſterio Valle-caſtrenſi. Delata quæſtio ad ſedem apoſtolicam demandata fuit decidenda magiſtro Bartholomæo decano Pictavienſi capellano ipſius domini papæ & ſacri palatii cauſarum auditori, qui auditis allegationibus rationibuſque procuratorum utriuſque partis apud ſanctum Petrum de Urbe in palatio pontificio *die* XVI. *menſis decembris* hujus *anni* M. CC. XCVII. *indictione* X. *pontificatus domini Bonifacii pape* VIII. *anno* III. pronunciavit ſupradictos nominatos, & ſe aſſerentes canonicos, eſſe illicitos detentores, & amovendos ab adminiſtratione dicti monaſterii, ſervandumque eſſe legitimum poſſeſſorem Gualterium. Præſens fuit ſententiæ Bartholomæi auditoris epiſcopus Aquilenſis, ſive Aquilanus, cujus nomen in charta corroſum eſt. Obiit paulopoſt Gualterius, poſt cujus deceſſum clerici præſati iterum monaſterium invaſerunt, verberatis & vulneratis monachis Valle-caſtrenſibus, nec non ſamiliaribus dicti Gualterii, ipſumque ſponte renuntiarunt capitulo eccleſiæ Spoletanæ, quod ad ipſorum clericorum inſtantiam immiſit alios clericos tum in monaſterium, tum in ejus capellas. Eccleſiam ſancti Angeli de Cryptis ſubjectam monaſterio de Aqua-pagana Bartholómæus de Monte-regali, ex abbate primum ſancti Gregorii de Urbe, poſtea Sublacenſe, datus a Bonifacio epiſcopus Fulginatibus anno præterito, pro medietate Lello de Monte-regali clerico nepoti ſuo, pro altera vero medietate Armanno Anaſtaſii priori majoris eccleſiæ Fulginatis in beneficium aſſignavit, ejectis ex ipſa ſimiliter monachis & Gualterii ſamiliaribus. Quare abbas Valle-caſtrenſis iis malis occurrere volens, juriſdictionemque ſuam perturbaram agnoſcens, ſupplici libello Romanum pontificem Bonifacium adiit, qui poſt biennium rem definiendam commiſit Rambocto epiſcopo Camerinenſi; ſed de ea ad annum 1299. Interim primam Bartholomæi auditoris ſententiam ex tabulario ſancti Romualdi de Urbe, ſupplicem autem libellum ex illo

a *Pag.* 109. ſancti Blaſii de Fabriano edimus in Appendice. Adiicimus ex Jacobillio a in chronico monaſterii Saxi-vivi hoc ipſo „ anno 1297. die decima-ſeptima januarii Angelum Saxi-vivenſem abbatem una cum monachis ſuis
„ conceſſiſſe facultatem religioſo viro fratri Gualterio, qnem Fulginatem,
„ & oblatum & ſamiliarem monaſterii Saxi-vivi facit, priori eccleſiæ
„ ſancti Salvatoris Aquæ-paganæ, eleemoſynario Bonifacii VIII. obtinendi alia beneficia, licet eſſet ſub abbate & capitulo monaſterii Valle-
„ caſtrenſis, & anno 1298. die tertia decembris ipſum Gualterium obti-
„ nuiſſe prioratum ſancti Angeli de Cryptis Fulginii ſubjectum monaſte-
„ rio Aquæ-paganæ & membrum abbatiæ Vallis-caſtri. “

XLIX. Confirmantur donationes factæ monaſt. SS. Gervaſii & Protaſii extra Bellunum.

RAYMUNDUS patriarcha Aquilejenſis ex urbe Utino *quintodecimo exeunte octobri ſub anno Domini* M. CC. XCVII. *indictione decima* donationes Oddonis Bellunenſis & Feltrenſis epiſcopi factas parthenoni monialium ſanctorum Gervaſii & Protaſii de Belluno anno 1233. & immunitates ac exemptiones conceſſas eidem loco ab Adalgerio epiſcopo Bellunenſe anno 1280. ratas habuit, confirmavitque abbatiſſæ & conventui ejus monaſterii.

Monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentil de Faventia ſubjecta erat eccleſia ſancti Martini de Villa-nova Faventinæ diœceſis, ut ex cenſu ſoluto ab ejus rectore hoc anno liquet. Ventura autem erat prior monaſterii eremitæ de Mandriolis ex charta venditionis tabularii ſancti Blaſii de Fabriano,

Char-

Ann. Chr. 1297.

Chartam permutationis ſactæ inter Alexianos & Gregorianos monachos de quibuſdam vineis Montis-teſtacei cum aliis fundis agri Albani hoc anno menſe junio affert Nerinius [a] in ſua hiſtoria monaſterii ſanctorum Alexii & Bonifacii de Urbe. Fundos emerat & acquiſierat monaſterium Gregorianum ab executoribus olim dominæ Bonizæ filiæ olim Tiviliardi. Vineæ vero Alexianæ adhærebant vicinæ eccleſiæ ſancti Jacobi in Orreis, quæ erat capella dicti monaſterii ſancti Gregorii, & de qua videantur quæ diximus tomo I. Annalium [b].

[a] Pag. 95. 419.

[b] Pagg. 95. 419.

Guido electus prior Vivenſis procuratores inſtituit die ſecunda novembris ad recuperanda bona ſanctæ Mariæ de Toma ſpectantia ad ſuum Vivenſe monaſterium [c], ex excerptis chartarum Senenſium Cl. V. & equitis Johannis Peccii patritii Senenſis,

[c] Ch. Senenſ. n. 153.

Ann. Chr. 1298.

L.

Eligitur prior Camaldul. Anſelmus.

OBIERAT anno præcedenti ad finem vergente Frigdianus prior generalis Camaldulenſis, cujus deceſſus in necrologio Vangaticienſi ſignatur ad quartum nonas novembris anni M.CC.LXXXXVII. Johannes major eremi, Petrus, Nicolaus & Andreas eremitæ, abbates & prælati ordinis Camaldulenſis, vel capitulo, quod tunc celebratum eſt in monaſterio ſancti Salvatoris de Florentia, præſentes, vel vices ſuas aliis committentes, præſertim Romualdus prior ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, unanimiter compromiſerunt in eumdem Johannem majorem eremi, in Guidonem abbatem Vangaticienſem & in Raynerium abbatem Claſſenſem, quibus facultatem conceſſerunt [d] die ſexta vel decima-ſexta decembris ejuſdem anni nominandi unum vel plures ex ordine Camaldulenſi ad prioratum; poſt quam nominationem ſupplicem libellum offerrent Romano pontifici Bonifacio VIII. ad obtinendam electi confirmationem. Quis, vel qui nominati fuerint, ignoratur; exploratum eſt Anſelmum quemdam a Romano pontifice datum fuiſſe in priorem generalem. Neque enim ad eam dignitatem provectus eſt Anſelmus, qui ante hæc tempora erat abbas ſancti Petri in Vinculis dioeceſis Ravennatis, quippe qui jam obierat, locumque fecerat Octaviano abbati, cujus monumentum extat ad annum 1296. Fortunius Anſelmum facit priorem ſancti Felicis in Platea Florentiæ, quod monaſterium ſubjectum erat Nonantulano cœnobio per hæc tempora. Albertum priorem ejus loci videbimus inferius ad diem ſeptimam auguſti hujus anni. Quiſquis demum fuerit Anſelmus, paucis menſibus regimen Camaldulenſis congregationis obtinuit. Vivebat eadem die ſeptima auguſti, & forte etiam die decima tertia ſeptembris, vel ſaltem ea die nondum ubique innotuerat ejus obitus; nam hac poſtrema die [e] „ Richardus prior ſanctæ Mariæ Camalduli de Verona vicarius & ſindicus ſpecialis Anſelmi prioris tunc eremi Camaldulenſis & generalis, volens eccleſiæ ſanctorum Jacobi & Chriſtophori de Moggiona vacanti providere uti manuali eremi, elegit in rectorem presbyterum Talentum de Moggiona, qui obedientiam ipſi promiſit; manu Johannis notarii. “ Die decima-octava ſeptembris fato jam ceſſerat, cum ipſa die „ Johannes de Cigiano major eremi, ſede prioratus vacante, conceſſerit omnibus abbatibus facultatem accipiendi cenſum pro ſolutione debitorum ſeptem millium ſexcentorum, (forte legendum ſeptingentorum) florenorum auri factorum a bonæ memoriæ domno Anſelmo cauſa promotionis ſuæ ad generalatum, & aliis motivis in Romana Curia juxta diſtributionem faciendam a deputatis in capitulo generali. Actum in capitulo generali Camaldulenſis eremi [f]; manu Zenonis notarii. “ In necrologio

[d] §. Electio 156. A. 3. 50.

[e] §. Electio 157. A. 3. 55.

[f] §. Conceſſio A. 3. 56.

Ann. Chr. 1298.

gio Vangaticienſi adnotatur Anſelmi mors ad diem vigeſimam-primam
auguſti : XII. *kalendas ſeptembris obiit dopnus Anſelmus venerabilis prior
Camaldulenſis* M. CC. LXXXXVIII. Mirum, quod a XXI. die auguſti ad XIII.
ſeptembris Richardo priori Camalduli de Verona notus non fuerit Anſelmi obitus, niſi demum dicamus prioratu vacante ipſum vicarii officium
ſuppleſſe uſque ad electionem novi prioris . In altero necrologio parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri ad diem XIV. auguſti legitur: *Anno Domini* M.CC.LXXXXVII. *indictione* X. *obiit venerabilis pater
domnus Anſelmus prior Camaldulenſis*, *qui regnavit* ..... *ſex*. Sed anno
1297. adhuc in vivis erat Frigdianus ejus prædeceſſor ; quapropter notæ
chronicæ ſunt corrigendæ , præſertim cum in eodem necrologio obitus
Frigdiani referatur ad eumdem annum indictionemque decimam, ad diem
vero tertiam novembris.

Et hæc pauca quidem de Anſelmi prioris electione & tempore regiminis ex chartis Camaldulenſibus conſtant, ex quibus [a] etiam liquet ipſius
tempore litem habuiſſe Accurſium Volaterranum ſanctorum Juſti & Clementis abbatem cum definitoribus præfati capituli generalis Camalduli habiti menſe decembri anni elapſi. Frigdianus prior Accurſium legitime electum & pacifice Volaterranam abbatiam poſſidentem, non convictum de
aliquo crimine, nec citatum ſed abſentem loco moverat, & abbatia privaverat. Confirmaverant Frigdiani ſententiam patres in prædicto capitulo
congregati; quare Accurſius apoſtolicam ſedem adierat , impetraveratque
a Romano pontifice Bonifacio die vigeſima-octava januarii hujus anni pontificatus ejus anno quarto, in judices cauſæ ſuæ Rannuccium ſancti Hippolyti de caſtro Florentino , & Gherardum ſanctæ Cæciliæ de Decimo
plebanos diœceſis Florentinæ delegatos cum Talano priore ſanctæ Mariæ
majoris de Florentia , qui ſubdelegaverant Albertum priorem monaſterii
ſancti Felicis in Platea de Florentia . Porro Albertus die ſeptima auguſti
ad cauſam dicendam vocavit Anſelmum priorem generalem, vel Zenonem
abbatem Camalduli Florentini procuratorem ordinis Camaldulenſis, & Accurſium abbatem Volaterranum, & die nona ejuſdem menſis pronuntiavit
ſententiam Frigdiani irritandam eſſe, beneque fuiſſe per Accurſium appellatum; manu Jacobi Lapi notarii.

a §. Sententia 48. A. 3. 54.

Plura quoad Anſelmum juxta morem ſuum contra veritatem commentus eſt Fortunius ſcribens: „ Poſtquam Frigdianus prior fato functus eſt,
„ contigit Camaldulenſes patres circa novam electionem , uti ex ambitione accidere ſolet, plurimum inter ſe diſcordare . Quapropter Bonifacius pontifex maximus Davidem Ciſtercienſem monachum apoſtolica
„ auctoritate in ſede ſancti patris Romualdi conſtituit . Cujus electione
„ patres mœrore affecti coram pontifice graviter conqueſti ſunt , quod
„ ille libertatem ordinis ac apoſtolica privilegia infringeret. Quorum querelis ipſe locum relinquere nolens, demum Davidem ad aliud ſacerdotium promotum a generalatu abſolvit anno 1299. & Anſelmum priorem ſancti Felicis in Platea illi ſuffecit , qui quidem Anſelmus infra
„ ſex dies animam efflavit ſepultus in clauſtro Camalduli : “ Quot verba, tot errores . Ambitione ducti non fuere patres Camaldulenſes , qui
unanimiter voces ſuas compromiſerunt in aliquot abbates electores, eiſque
facultatem fecerunt petendi confirmationem electi per ipſos a Romano
pontifice. Non David, ſed Anſelmus immediate ſucceſſit Frigdiano priori, ut liquet ex iis quæ diximus; David vero monumenta extant a menſe ſeptembri anni 1299. uſque ad diem vigeſimam-tertiam octobris anni

1301.

Ann. Chr. 1298.

1301. in variis tabulariis, ſed præcipue in illo Fontis-boni. Sed & commentum illud eſt Anſelmum intra ſex dies animam efflaſſe, neque exploratum eſt ipſum prius fuiſſe monachum ſancti Felicis.

LI. Et poſt mortem Anſelmi David Ciſtercienſis.

Extincto Anſelmo, die decima-octava ſeptembris nova prioris generalis celebrata fuit electio, vel ſaltem actum de electione in capitulo generali tunc congregato in Camaldulenſi eremo; an ſtatim promotus fuerit David Ciſtercienſis, non liquet, quandoquidem, ut mox dicebamus, paginæ ipſius nomine ſignatæ primum reperiuntur ad menſem ſeptembris anni ſequentis; forte detrectaverint aliquanto tempore Camaldulenſes Davidem excipere, vel diſtulerint electionem, vel diſtulerit Romanus pontifex priorem generalem ipſis dare; potiſſimum cum vigeſima-ſeptima die junii anni ſequentis Ildebrandinus epiſcopus Arretinus non priori, ſed locum tenenti majoris eremi Camaldulenſis literas dederit, de quibus anno ſequenti, ſicut quid de Davide generali priore actum fuerit, ſuſius dicemus ad annum 1301. Interim hæc placet in laudem Davidis prioris ſubnectere, quæ de ipſo habet Nicolaus Baccettius Florentinus Ciſtercienſis abbas libro III. Septimianæ hiſtoriæ [a].

„ Sub Gartiæ magiſterio David ille Ciſtercienſis magnum Hetruriæ oo-
„ men floruit. Is ita monachum profitebatur, ut in cœtu multorum ipſiſ-
„ ſimus eremicola videretur. Siquidem perpetuum illi ſilentium, aſſidua
„ precum inſtantia, monaſticis aſſuetus laboribus, cibi parciſſimus, ſom-
„ nifugus, injuriarum patiens, hilari ſemper lætaque facie, ſive urgerent
„ adverſaria, ſive proſpera arriderent. Denique in eo illud merito ſuſpi-
„ ciebant omnes, quod ita rebus agendis par erat, ut nihilominus altiſ-
„ ſima quadam rerum divinarum contemplatione ſeipſum, ceteroſque ex-
„ cederet. Hujus cum virtutes, vel ipſo bonæ odore famæ, ac latere
„ neſciæ, mortale advocaſſent theatrum, ac non Florentiæ modo, ſed &
„ in Urbe etiam omnium ſermonibus celebrarentur, Bonifacius ipſe VIII.
„ in ſinu gaudebat, quod ſuo tempore itaque opportune tam clarum di-
„ luxiſſet ſanctitatis exemplum. Siquidem jampridem Camaldulenſes in
„ Apennino eremiticam vitam degentes crebris literis pontificis aures com-
„ pellaverant, ut labanti eremiticæ rei adjutrices porrigeret manus; obiiſ-
„ ſe quereotes magna ex parte eos, quibus decus illud vitæ maxime in-
„ niteretur; novos inexpertoſque ſucceſſiſſe, quos tirocinium magis ac ru-
„ dimentum, quam præfectura deceret; eam vivendi ratiooem talem uti-
„ que rectorem requirere, quem omnes omnino longoque tempore exer-
„ cuiſſent virtutes, emeritumque inſigni prudentia ſingularique tolerantia
„ cohoneſtaſſent; fruſtra eremi horrorem, ſolitudinem ac ſeſe attollentium
„ fragroſa montium juga ſui monachos admonere officii, niſi & adſit,
„ qui verbo exemploque rem arduam, & quæ propemodum receſſit e
„ moribus hominum, valentius ad effectum propellat; ſummæ addentes
„ laudi Pontifici futurum, ſi quam Romualdus olim in Italia jam pene
„ collapſam eremiticam diſciplinam reſtituerat, ipſe paterna, dignaque
„ tanto pontifice cura, ſenſim declivem, pronamque vitio hominum ere-
„ xiſſet. Iis ſemel & ſæpius ſupplicum monachorum votis pontifex pro-
„ vocatus, tandem adjecit animum ad rem Camaldulenſium ſublevandam;
„ quippe qui perviderct & univerſæ rem eccleſiæ commodam, & He-
„ truriæ toti haud injucundam, maximeque decoram futuram. Itaque ad
„ Septimianos reſpexit, quorum per id tempus celebre ſanctitatis nomen
„ erat; quippe qui docti ſilentium, mundiſſima caſtitate decori, obedien-
„ tia prompti, prædivites nuditate, & ſecurius ſolitudinem videbantur
„ poſſe inire, & excolere ſanctius. In quibus, ut ſupra diximus, David

a Pag. 91.

ANN. CHR. 1298.

„ Ciſtereienſis maxime prælucebat. Hunc ergo ampliſſimo diploma te donatum, eremi præpoſitum & invitum & abſentem renuntiat pontifex. „ Qui poſt oneris detrectationem ingenuo rubore plenam, pontificis juſſa facturus ad Camaldulenſes profectus eſt; a quibus tamquam cœlitus „ datus, exceptus, ita deinceps eremiticam laudem provexit, ut inter „ ejus ſanctiſſimi inſtituti columina facile numerari poſſit ac debeat. Hæc „ illa totius Italiæ celeberrima eremus eſt ... *&c. & paulo poſt* .... Hic „ ergo hiſce moribus uſus, cum aliquandiu David Ciſtereienſis ſumma „ cum laude ſanctioris vitæ Camaldulenſes præceptionibus imbuiſſet, demum jejuniis ac vigiliis fractus venerabilis ſenex in eremo vitam finivit, ſuorum quidem Ciſtercienſium gloria, Camaldulenſium vero num„ quam ſatis laudatum moderationis exemplar. Et ſuorum quidem tem„ porum felicitati deputabat Gartias, Septimum tales aluiſſe monachos, „ quibus eremi ſolitudo non modo pro deliciis eſſet & paradiſo; ſed quo„ rum etiam præceptionibus, ubi res tuliſſet, ſanctior redderetur ac pu„ rior. “ Verum in eo erravit Baccettius, quod Davidem in eremo vitam finiiſſe ſcribat, quod falſum videbimus anno 1301. Excurſus quoque rethoricus Baccettii, & querelæ de monachis Camaldulenſibus, qui idoneo viro carebant, quem ad congregationis regimen elevarent, fundamento deſtituuntur; neque enim tunc temporis defecerat eremitica Camaldulenſis diſciplina, ut ex iis, quæ annis ſequentibus proferentur, liquido conſtabit. Non proinde alienigenam in ſupremo præſidatu ſibi ſuffici efflagitarunt Camaldulenſes eremitæ & monachi, ſed auctoritate pontificia ſibi datum in præſidem Davidem ad biennium in priorem generalem receperunt.

LII. Caſtrum Socii permutatur cum plebe Balnei.

INTERIM, quæ acta ſunt tempore Anſelmi prioris generalis, ſive poſt obitum Frigdiani proſequamur. Caſtrum Socii, quod plurium ſeculorum tempore pertinebat ad jus eremi Camaldulenſis, bellorum furore & vicinorum potentia ad eum ſtatum devenerat, ut parum æmolumenti, multum quinimmo detrimenti ex ea perciperet eremus. Vidimus ſub antecedentibus annis, ſed præſertim ſub poſtremo priore Frigdiano, quantum damni perpeſſum fuerit a militibus Arretinorum procerum inter ſe obſtinate dimicantium. Quare egerit ipſe cum Guillielmo Novello comite de permutatione facienda, vel etiam cum Romano pontifice Bonifacio. Alia ex parte plebanus & canonici eccleſiæ ſanctæ Mariæ plebis Balnei, quæ ſubjecta erat comitibus Guidiis in Sarſinate diœceſi, honeſtate ordinis clericalis abjecta, mundanas illecebras ſecularesque voluptates ſequentes diſſolutam vitam ducebant, in eorum ſalutis & famæ non leve diſpendium & ſcandalum; bona quoque plebanatus in grave fuerant loci præjudicium diſtracta & ab alienis occupata. Aldebrandus ſive Ildebrandus in tabulario Balneenſi appellatur ad annos 1288. & 1290. archipresbyter plebis Balnei. Morte præpeditus Frigdianus ad executionem ducere nequivit, quæ animo meditatus fuerat. Poſt ipſius ergo deceſſum Bonifacius VIII. *pontificatus* ſui *anno quarto kalendis januarii* hujus anni Guillielmo dicto Novello comiti Palatino in Thuſcia ſuoque familiari ſcripſit, ut quandoquidem ipſe a teneris annis deputatus familiariter obſequiis ſuis, laudabiliter & prudenter ſe geſſerat, in ſignum affectus & favoris reciperet caſtrum Socii cum muris, palatiis, domibus, bonis & poſſeſſionibus ac juribus ipſius ejuſque territorii, quod ei, aſſentiente priore Camaldulenſi, dono dabat, ac per anulum ſuum volebat, ut in ejus poſſeſſionem induceretur. E contra, ut indemnem redderet eremum Camaldulenſem, eccleſiam ſeu plebem Balneenſem cum ſuis bonis, juribus & poſſeſſionibus in

io recompenſationem caſtri Socii Camaldulenſibus ſcripſit ſe tradidiſſe adjuogendam illorum eremo, ita ut in ipſa plebe prior & monachi ordinis Camaldulenſis perpetuis temporibus commorarentur, qui eam regerent & gubernarent, jure patronatus & omnibus aliis, quæ nobiles viri comites Guidones illarum partium in eccleſiam ſeu plebem obtioere noſcebantur, ipſis comitibus ſemper ſalvis. Impoſuit prætérea Guillielmo comiti, ut tam ipſe quam ejus poſteri ad defendenda ſeu protegenda bona, poſſeſſiones & jura eremi Camaldulenſis, cum ſorent a priore generali & a conventu monachorum requiſiti, promptos & faciles ſe redderent. Eadem die literas dedit idem Romanus pontifex Junctæ abbati ſanctæ Mariæ de Trivio, & priori Cellarum inter Ambas-paras diœceſis Sarſinatis, ac archidiacono eccleſiæ Attrebatenſis, ut priorem & conventum Camaldulenſem in poſſeſſionem inducerent ejuſdem eccleſiæ & plebis, & bonorum ipſius, mandans etiam ut plebanus & canonici, ne mendicare cogerentur, de fructibus & proventibus dictæ eccleſiæ providerentur.

LIII.
Res Trivienſes & de Uguccione Fagiolano.

IDEM Juncta Trivienſis abbas ex una parte, & nobiles viri Uguccio & Ribaldus filii quondam Raynerii de Fagiola, promittentes etiam pro Fondazza eorum fratre, attentis expenſis, quas fecerant ipſi proceres pro cuſtodia, & cuſtodibus caſtri de Silva-plana, quod ad monaſterium Trivienſe pertinebat, compromiſerunt unanimiter hoc *anno* M. CC. XCVIII. *indictione* XI. *tempore domini Bonifacii pape die* IX. *menſis decembris* in domo eccleſiæ caſtri Corneti, in nobiles viros Lanceam de Monte-rotundo, Chigum de Montariolo, Rainetolum de Alſaro & in Arducinum de Moote-giuſti tamquam in arbitros, qui pro concordia firmanda definierunt, ut abbas & monaſterium Trivienſe ſolverent prædictis nobilibus de Fagiola pro ſatisfactione expenſarum factarum in cuſtodia ſupradicti caſtri de Silva-plaoa, & in *fornimentis* & *guarnimentis* ipſius caſtri nongentas libras denariorum minutorum. Die vero poſtrema ejuſdem menſis idem abbas ex caſtro Montis-cornarii ad honorem capituli ſui monaſterii, & fidelium ipſius conſtituit præfatum Uguccionem de Fagiola vicarium ſuum in omnibus terris & locis monaſterii Trivienſis ad ſex menſes, concedens ipſi tertiam partem mulctarum, quas a vaſſallis & a fidelibus abbatiæ exegerit conſentiente abbate, & dans licentiam jus reddendi, puniendi criminaliter & civiliter. Has paginas in Appendice proferimus ex codice inſtrumentorum archivi Trivienſis. Celebris in hiſtoria horum temporum eſt Uguccio, cujus familia originem ſuam trahebat a villa Fagiola vocata in alpe territorii Burgenſis prope Capreſium, cujus hodie ſaxa & maceriæ ſolum ſuperſunt. De Uguccione, qui ſeculo ſequenti Burgi ſancti Sepulcri evaſit dominus, immo aliquo tempore urbibus Piſanæ & Lucenſi dominatus fuit, quique exercitus ductor contra Bononienſes pro Faventinis, Foro-livienſibus, Cæſenatibus & Foro-cornelienſibus anno præterito dimicavit, alibi nonnulla proferemus. Anno 1296. ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus Uguccio fuit poteſtas Arretinorum [a].

[a] *Num.* 318.

LIV.
Definitio pro monaſteriis S. Crucis de Tripudio, & S. Victoris de Cluſis.

ROMANO pontifice Bonifacio VIII. mandante Johannes plebanus plebis ſanctæ Mariæ de Civita Camerinenſis diœceſis definivit hoc *anno* M. CC. XCVIII. *indictione* IX. *die* XXVII. *martii* eccleſias & bona ſanctæ Mariæ in Campo, & ſancti Severini de Serra territorii Fabrianenſis pro dimidia æqua parte pertinere ad monaſteria ſancti Victoris de Cluſis, & ſanctæ Crucis de Tripudio, licet hoc poſtremum plenum jus in utramque dimidiam partem ſibi arrogaret, ſilentiumque impoſuit ſindicis monaſterii ſanctæ Crucis. Sancti Victoris monaſterii abbas erat Gratia.

LV.
Compoſitio inter Patavinos, & Guidonem abbatem Vangaticienſem.

GUIDO abbas Vangaticienſis poſt plures epiſtolas Patavinis ſcriptas pro obti-

Ann. Chr. 1298. obtinenda reſtitutiooe bonorum ſui monaſterii , quæ ipſi iovaſerant , pa-
cem reddere cœnobio ſuo mallens quam diſcordias ſovere , ac præ oculis
habens morem horum temporum , quibus cœnobia protectionem require-
bant proximarum civitatum vel potentiorum dominorum , & bona ac
jura ſua commendabant iis , a quibus opem & deſenſionem ſperare poſ-
ſent , ejuſdem Patavini communis commendationem expetiit hoc anno .
Legimus propterea tam in Vangaticienſi tabulario , quam apud Silve-
ſtrium , qui integram conventionis pagioam tranſcripſit in ſuis Paludibus
a Pag. 83. Adrianis [a] , quod *anno* M. CC. LXXXXVIII. *indictione* XI. *die penultimo*
menſis octobris „ Albertus de Ramello monachus Vangaticienſis & nun-
„ tius ejuſdem abbatis , nomioe monaſterii in poſſeſſionem miſit Beldo-
„ mondum ſindicum communis Paduæ de juriſdictione villarum Abbatiæ,
„ Villaſoræ, Venezze, Vangadiciæ, Zelli, villæ Pollicinii & Francavillæ,
„ & inde verſus Veronam , quantum extenditur juriſdictio monaſterii an-
„ tedicti, ita tamen ut cetera, ſcilicet redditus, proventus & omnia ſer-
„ vitia, præſtationes, libertates, fidelitates, homagia, ſervitutes, conſue-
„ tudines, uſus & jura in homines , villas , agros , vineas &c. integra
„ permanereot, & reſervarentur monaſterio. “ Porro clarius explicantur,
quæ fidei & tutelæ communis Patavini traduntur , & quæ jura abbatiæ
reſervantur. Nimirum, „ ut nomine juriſdictionis conceſſæ urbi Patavinæ
„ intelligerentur poteſtaria & auctoritas judicandi civilia & criminalia per-
„ tinentia ad ſeculare forum inter homines habitatores , & extraneos &
„ advenas dictarum villarum, redditus etiam condemnationum , collecta-
„ rum, datiorum, exercituum , cavalcatæ , cuſtodiæ & guardiæ , cetera
„ vero ſarta tecta conſervarentur abbatiæ . Nomine reddituum venirent
„ tertia, quarta, vel quota alia pars, quas coloni, emphyteotæ vel vaſ-
„ ſalli ſeu qoovis alio titulo poſſidentes reddere conſueverint de domibus,
„ agris, vineis, pratis, arboribus &c. in piſcibus deſerendis ad monaſte-
„ rium, nec vendendis alicui, niſi prius camparius monaſterii emerit ne-
„ ceſſarios , in aſſiſtendo & debitas reverentias exhibendo abbati & mo-
„ nachis ſuis , & eos cum armis & ſine armis ſociando, excepto contra
„ commune Paduæ; nomine proventuum declararunt intelligi debere deci-
„ mationes animalium , renovationes inſtrumentorum vel jurium; nomine
„ ſervitiorum omnia neceſſaria laborariis monaſterii cum aratris, curribus
„ & navibus, & ad aggeres manutenendos , & ad inſtaurandos decurſus
„ aquarum; nomine libertatum uſus paſcuorum , delationes armorum fa-
„ miliæ per Paduanum diſtrictum, in acceptione ſructuum, arborum, &
„ pro eundo libere cum animalibus per flumina, pontes , vias, & quod
„ abbatia uon gravaretur aliquibus oneribus & collectis, vel publicis ſun-
„ ctionibus, nec ſub alio teneretur reſpondere, niſi ſub abbate, qui pro
„ tempore fuerit, de iis, quæ commiſſa eſſent intra ſepta monaſterii ſi-
„ ne ſanguiois effuſione, vel cum ſanguine, vel aliquo enormi delicto .
„ Nomine fidelitatum intelligeretur recognitio ſtatus quantum ad vaſſal-
„ los, & debita obſervatio; nomine homagiorum & ſervitutum recogni-
„ tio ſimiliter ſtatus & conditionis quantum ad ſervos , & debitæ obe-
„ dientiæ exhibitio; nomine conſuetudinis & uſus venirent ſubſidia lecto-
„ rum , pullorum, animalium, piſcium & hujuſmodi , quando continge-
„ ret legatum Romanæ eccleſiæ, priorem Camalduleoſem, vel alias ſolle-
„ mnes perſonas ad monaſterium accedere , pariter ſubſidia lignorum .
„ Item, quod habitatores dictarum villarum non poſſent de cetero fieri
„ cives Paduæ, vel aliarum civitatum, ſine expreſſa licentia abbatis Van-
„ gaticienſis; nec poſsent bona & poſseſſiones monaſterio ſubjecta in alios,

„ quam

ANN. CHR. 1298.

„ quam in habitatores dictarum villarum transferri, niſi obtenta faculta-
„ te ejuſdem abbatis ; atque adeo ſas non eſset alicui vel perſonæ vel
„ villæ vel communitati eas *ſgriſare* , occupare vel invadere ex forma
„ cujuſcumque ſtatuti ; & de iis conderetur ſtatutum ad ſenſum ſapien-
„ tum, ſalvo & reſervato, quod ſi aliquis Paduanus conquereretur , ab-
„ bas Vangaticienſis plene de jure ei faceret reſponderi in civitate Pa-
„ duæ coram epiſcopo, vel alio judice competenti. Convenerunt præte-
„ rea, ut pro pactis & conditionibus rectius obſervandis fieret ſtatutum,
„ quod poteſtas Paduanus juramento & ſub certa pœna teneretur dare
„ operam, quatenus non tranſgrederetur, nec aliquod aliud ſtatutum vel
„ factum vel faciendum præjudicaret conventionibus mox factis. Quibus
„ omnibus reverendus in Chriſto pater frater Johannes Dei & apoſtoli-
„ cæ ſedis gratia epiſcopus Paduanus ex auctoritate ſibi conceſsa a ſum-
„ mo pontifice juxta formam reſcripti, inquiſita ſuper præmiſſis diligen-
„ tius veritate , & præhabito examine , repertoque ex his conditionem
„ monaſterii Vangaticienſis fieri meliorem, plenam præbuit licentiam, aſ-
„ ſenſum & decretum ſuum &c.

„ Ego Albertus filius quondam domini Azonis de Salgenis ſacri palatii
„ notarius &c. "

Emendandus eſt ex hac pagina Ughellius , qui duos tantum annos ſedis Patavinæ tribuit Johanni ex nobiliſſima Sabellorum familia epiſcopo , & aſſerit Octobonum translato Johanni quarto idus januarii hujus anni ad cathedram Bononienſem ſucceſſiſse eodem anno quarto idus februarii, id facile verum erit ſumpto anno ſtilo Veneto , hoc eſt anno ſequenti 1299. cum conceptis verbis in ſuperiori pagina dicatur Johannem penultimo die octobris hujus anni aſsenſum & decretum ſuum interpoſuiſse præfatæ concordiæ . Alberti autem de Ramedello notarii & ſcriptoris Gerardi prioris Camaldulenſis & monachi Vangaticienſis frequens fit mentio per hæc tempora in regeſtis Camaldulenſibus , & etiam in chartis Patavinis , præſertim in pagina ceſſionis factæ ab Ottobono epiſcopo Patavino *anno* M. CCC. I. *decimo-quarto intrante madio indictione* XIV. apud Brunacium in ſua ampliſſima ms. collectione [a], in qua pagina etiam tamquam præſens teſtis nominatur Auguſtinus epiſcopus Civitatis-novæ, quem inter epiſcopos hujus urbis, ſive Æmonienſes ignoravit idem Ughellius.

a Pag. 256.

LVI. De Anna abbatiſſa S. Benedicti-veteris Patavii.

VIVEBAT adhuc Anna abbatiſsa parthenonis ſancti Benedicti-veteris urbis Patavinæ poſt quadraginta & iis amplius regiminis annos, ut liquet ex charta diviſionis aliquorum bonorum factæ *anno* M. CC. XCVIII. *indictione* XI. *die undecima menſis julii* inter Achilexium priorem loci ſanctæ Urſulæ prope Patavium ſindicum religioſarum dominarum Annæ abbatiſſæ, & ſororum ſeu monialium conventus monaſterii ſancti Benedicti-veteris , & inter Dominicum notarium procuratorem religioſorum virorum Bontraverſii prioris, & fratrum conventus monaſterii ſancti Benedicti *Novelli*, &c. immo vivebat etiam ad annum 1309. & proinde quinquageſimum regiminis annum ſuperavit, electa facile abbatiſsa flore ſuæ juventæ, niſi duas abbatiſsas ejuſdem nominis in eo monaſterio admittamus . Celebris erit Anna abbatiſsa in hiſtoria Patavina , quæ tot diſsenſiones excitavit monachos inter & moniales ſancti Benedicti, quam etiam vidimus perfracte obedientiam denegaſse anno 1283. Gerardo priori Camaldulenſi, cui erat ſubjecta.

Johannem Burgenſem abbatem produnt monumenta hujus anni collecta a defenſore jurium abbatiæ Burgenſis ad Nicolaum V. Juncta abbas Trivienſis præcepit, ut omnes habentes beneficia in diſtrictu ſuæ abbatiæ,

ſub

ANN. CHR. 1298.

ſub pœna caducitatis deberent habitare ſuper dictorum bonorum fundos.

a C. II. m. 20. n. 197. 200.

Benignum Gamugnenſem priorem memorat ad præcedentem & præſentem annos tabularium canonicorum ſancti Laurentii de Florentia [a]. Hoc anno terras ad emphyteuſim tradidit Raulæ comiti Vallis-ſambulæ Aceretæ.

ANN. CHR. 1299.

LVII. Bonifacii VIII. bulla pro Camaldul. eremo, alia pro S. Gregorio de Urbe.

SEXTO *kalendas februarii* hujus anni, *pontificatus ſui* anno *quinto* Bonifacius VIII. pontifex maximus ex Laterano commendavit Ildebrandino epiſcopo Arretino bona Camaldulenſi eremi oppignerata vel locata laicis, mandans ipſi, ut omnem navaret operam, quatenus jura & poſſeſſiones dicti loci minime læderentur, ut hactenus læſa fuerant, ad inſtar ſimilis delegationis, quam anno 1295. fecerat pro monaſterio Pratalienſi.

Quinto-decimo kalendas julii Andreæ abbati & conventui monaſterii ſancti Gregorii de Urbe ex Anagnina urbe confirmavit privilegia, immunitates & libertates, inſerens ſuo diplomati alterum Innocentianum, quod Romanus pontifex IV. hujus nominis eidem cœnobio conceſſerat anno 1249. in quo recenſita leguntur eccleſiæ, loca & bona, quæ ad jus pertinebant ejuſdem monaſterii, quorumque cenſum egimus ſub eo anno.

LVIII. Definitio ejuſdem de monaſt. Aquapaganæ pro monaſt. Vallis-caſtri.

EXCITATUS autem querelis & ſupplicationibus Hermanni abbatis & monachorum Valle-caſtrenſium, quietemque inducere cupiens in eorum ſubjectum cœnobium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, cujus poſſeſſionem invaſerant clerici, & laici, ut vidimus anno 1297. commiſit hoc anno *decimo kalendas ſeptembris*, *pontificatus anno quinto* ex eadem urbe Anagnina Ramboctо Camerinenſi epiſcopo, archidiacono ac Franciſco Zaſini canonico Camerinenſis Eccleſiæ, ut finem imponerent cauſæ, quam iidem Valle-caſtrenſes monachi habebant cum Beneveno de Veruclano, Jacobo Petroni, Raynaldo de Mazolinis, Raynaldo de Forcella, Buſco Berarduni presbyteris, Johanne Albriconi, Jontarello Bondemani, Boccotio Salvetti, Lello de Vixio, Fortia de Popula clericis, & cum Tutio de Rocchetta laico Fulginatis & Spoletanæ diœceſum, qui monaſterium de Aqua-pagana per vim detinebant, & capellas, membra, jura aliave bona dicti cœnobii, quæ Valle-caſtrenſes expetiverant ſibi reſtitui juxta ſententiam Bartholomæi olim auditoris cauſarum apoſtolicarum, cui delegata fuerat cauſa, tunc vero epiſcopi Æduenſis, ſilentiumque indicerent hujuſmodi invaſoribus juxta alteram definitionem ejuſdem epiſcopi Bartholomæi. Et jam prædicti presbyteri & clerici ſententiis auditoris paruerant, ſed obeunte paulo poſt Gualterio legitimo poſſeſſore, denuo violenter pervaſerant monaſterium & capellas ſubjectas, ac ut auctoritatem majorem injuſtis ſuis occupationibus darent, perſuaſerant Bartholomæo epiſcopo Fulginati, & capitulo canonicorum eccleſiæ Spoletanæ, ut clericos ſeculares in eas deinceps inducerent. Reapſe epiſcopus Fulginas medietatem eccleſiæ ſancti Angeli de Cryptis obnoxiæ eidem Aquæ-paganæ monaſterio conceſſerat in beneficium nepoti ſuo, alteram vero medietatem ſubjecerat priori cathedralis eccleſiæ Fulginatis. Qua propter ſuperioribus delegatis judicibus mandavit idem Romanus pontifex, ut intra decem dierum ſpatium curarent reſtitutionem integram fieri omnium eorum bonorum monaſterio Valle-caſtrenſi; alias ad ſe advocavit injuſtos detentores. Cauſa tamen nondum finita eſt; iterum ſuſcitatas lites, alioſque judices videbimus annis ſequentibus, concordias etiam varias ſecutas inter Spoletanos epiſcopos & inter Valle-caſtrenſe monaſterium, rurſuſque rem in controverſiam deductam uſque fere ad dimidium ſequentis ſeculi,

quo

quo monaſterium Aquæ-paganenſe incorporatum fuit cum abbatia Val-lis-caſtri. Ann. Chr. 1299.

LIX. Elegit Jacobum in priorem Fontis-avellanæ.

Demum ex Laterano *nono kalendas februarii* elegit Bonifacius VIII. in priorem eremi Fontis-avellanæ Jacobum priorem clauſtralem ejuſdem loci. Vacante ſiquidem eremo per mortem Matthæi poſtremi prioris in civitate Reatina reſidentis, ipſe Romanus pontifex volebat ad electionem novi præſidis ſuo jure procedere. Sed comperiens, quod id deveniebat contra libertatem loci, facultatem fecerat monachis Avellanenſibus eligendi ſibi præfectum. Septuaginta igitur duo monachi poſtularunt in ſuum priorem F.. abbatem monaſterii ſancti Laurentii in Campo ordinis ſancti Benedicti, diœceſis Fanenſis. Quam electionem examinandam ipſe dedit Gerardo epiſcopo Sabinenſi, Nicolao ſancti Laurentii in Damaſo presbytero, & Jacobo ſancti Georgii in Velo-aureo diacono cardinalibus, qui non duxerunt admittendam dictam poſtulationem. Quare ſummus pontifex ſupradicto Jacobo priori clauſtrali dedit in mandatis, ut ipſe regimen aſſumeret totius Avellanenſis congregationis. Non audiendus proinde Jacobillius, qui Jacobum ſuffectum anno 1285. Albertino ſcripſit, ſed neque eidem Albertino defuncto anno 1294. ſucceſſit, cum conſtet inter utrumque medium fuiſſe Matthæum, cui referenda erunt ea, quæ Jacobillius tribuit Jacobo, nimirum privilegium Cœleſtini papæ V. Præterea Jacobum obiiſſe affirmavit idem Jacobillius anno 1302. & tamen monumenta Jacobi habentur ſaltem uſque ad annum 1308. quo cuidam Hugolino oblato Avellanenſi uſumfructum conceſſit aliquot bonorum in curia Serræ. Franciſcus abbas ſancti Laurentii in Campo, qui legitur electus Fanenſis epiſcopus anno 1289. tranſlatus vero ad eccleſiam Senogallienſem anno 1295. alius erit a Franciſco itidem ſancti Laurentii abbate, electo anno præſenti vel præterito deſinente in priorem Avellanenſem. Forte etiam Franciſcus olim Fanenſis, inde Senogallienſis, hoc anno vel obierat, vel ad aliam cathedram tranſlatus fuerat, quod erat frequentiſſimum his temporibus, cum hoc ipſo anno ex monumento inferius adducendo reperiamus Uguccionem Senogallienſi eccleſiæ præſediſſe.

LX. De altero Jacobo monacho Fontis-Avellanæ ſanctitate celebri.

Confundendus pariter non eſt Jacobus prior clauſtralis, inde ſupremus præſes Avellanenſis congregationis cum altero Jacobo monacho ſimiliter Avellanenſi, qui ad hæc ipſa tempora ſupererat. Hic poſtremus patria Nucerinus obiit anno ſequenti die vigeſima-ſeptima maji in monaſterio ſancti Stephani de Parrano ejuſdem Nucerinæ diœceſis, quod erat ſubjectum Avellanenſi eremo. De Jacobo monacho agit Papebrochius in appendice ad diem decimam maji. In ora marginali male apud ipſum apponitur annus 1200. ſicut etiam in indice chronologico ad Acta Sanctorum ejus menſis annus 1205. Jacobillius ad annum circiter 1250. Jacobum affirmat eremiticum inſtitutum in monaſterio Fontis-avellanæ capeſſiſſe, remiſſum autem in patriam fuiſſe circa annum 1279. In refectorio monaſterii Avellanenſis viſitur imago ipſius Jacobi depicta cum hac epigraphe: *Beatus Jacobus Nucerinus monachus Avellanenſis ac monaſterii ſancti Stephani de Parrano Nuceriæ, ubi obiit* XXVII. *maji* M.CCC. Eadem habet Buccellinus in menologio Benedictino. Jacobillius, qui ad diem XXVII. maji Jacobi vitam affert tam tomo primo, quam tertio Sanctorum & Beatorum Umbriæ, indicat tamen venerationem præcipuam ſub die decima maji ei deferri, hæc ſcribens, quæ ex traductione Papebrochii ſubjungimus. „ Corpus multa cum devotione ſepultum in eccleſia monaſterii ſui, multis miraculis claruit erga ſibi devotos, quorum reſpectu „ priores pro tempore populi Nucerini ſecundum civitatis decretum quo-

Ann. Chr. 1299.

„ tannis menſe majo illuç accedunt cum oblatione unius cerei librarum
„ quatuor , & feſtum magno cum concurſu agitur die menſis deçima ;
„ fortaſſe quia tali die inventum eſt corpus . Etenim Hieronymus Ma-
„ nellius anno 1545. multo cum labore , eo quod locus eſſet ignotus ,
„ ipſum requiri fecit, pro ſingulari ſua erga Beatum devotione, & præ-
„ dicto die feliciter reperiit. Cum autem transferre illud alio pararet ,
„ intendens operi advenit ei grande ſymptoma, unde ſubeunte animum
„ religione, ne forte parum gratum Beato eſſet iſtiuſmodi officium, mu-
„ tavit conſilium, & iſthic ubi reperiit , ſacrum pignus reliquit , ſolitą
„ populi veneratione ibidem cohoneſtandum . Addit idem Jacobillius
„ corpus ipſius Beati quieſcere prope columnam ejuſdem abbatiæ , & po-
„ pulum ipſius ſacra lipſana venerari per cratem ſuperimpoſitam urnæ
„ marmoreæ, ubi ardet lampas ; feſtum celebrari die decima maji ; cor-
„ pus ejus inventum fuiſſe anno 1560. (quod non cohæret cum iis ,
„ quæ ſuperius dixerat quoad inventionis ſacri corporis annum) Eum-
„ dem ſanctum virum, dum viveret, flumen pertranſiiſſe incedentem ſu-
„ per pallium ſuum extenſum ; demum epiſcopos Nucerinos his tempo-
„ ribus eſſe perpetuos abbates monaſterii ſancti Stephani de Parrano cum
„ cura trium caſtrorum & viginti villarum ; diſtare hanc abbatiam uno
„ milliario ab urbe Nucerina, fundatam olim a Radulpho Fulginate epi-
„ ſcopo, & unitam a Laurentio epiſcopo Nucerino anno 1131. cum mo-
„ naſterio ſancti Donati de Polpiano diœceſis Eugubinæ , quod & ipſum
„ unitum erat , ſive inſtituta ſequebatur congregationis Avellanenſium ,
„ Abbatiam ſancti Stephani adjunctam poſtea fuiſſe abbatiæ de Saxo-vi-
„ vo, poſtremo menſæ epiſcopali Nucerinæ a Pio II. Romano pontifice.
„ Demum idem ſcriptor aſſerit in choro eccleſiæ ſancti Stephani de Par-
„ rano ſepulturæ data fuiſſe plura corpora ſanctorum monachorum dicti
„ loci, quæ ſuavem efflant odorem. “ Conſulatur etiam ipſe Jacobillius in ſuo chronico Saxi-vivenſe, ubi multa habet de monaſterio ſancti Stephani de Parrano.

LXI. Acta Davidis prioris Camaldulenſis.

Permittente Davide priore generali Camaldulenſi Raynerius abbas ſancti Apollinaris de Claſſe hoc anno die XXIX. ſeptembris vendidit bona & poſſeſſiones ſui monaſterii in diœceſi Ferrarienſi & eccleſiam ſanctæ Mariæ de Canagli cum jure patronatus , ut habetur in excerptis tabularii ejuſdem monaſterii. Die quarta-decima octobris [a] Ubertinus Bucca filius quondam Tebaldi de Monte-acuto juravit ipſi David fidelitatem; die vero octava novembris reperimus Davidem vendidiſſe Bonajuto priori ſancti Laurentini de Arretio quamdam locationem, & pecuniam receptam converſam fuiſſe in utilitatem eremi Camaldulenſis pro expenſis in Romana curia factis ab ipſo tempore ſuæ promotionis. Pariter die decima-nona decembris mandaſſe, ut daretur quædam pecuniarum ſumma Bartholomæo Formicæ civi Bononienſi juxta decretum editum in capitulo generali apud monaſterium Camalduli diœceſis Bononienſis . Eadem die [b] abdicante ſe Guidone a prioratu eremi Vivenſis, dediſſe in mandatis Guidoni Certetano abbati, ut ſucceſſorem eligeret . In omnibus ſuis decretis publiciſque actis ita ſe inſcribebar : *Frater David peccator monachus Camaldulenſis, & Dei gratia prior generalis eremi Camaldulenſis.*

a §. *Obedientia.* 39. *A.* 3. 60

b *Arch. Roſæ Senarum.*

LXII. Statuta ejuſdem.

Quoad capitulum generale in Camaldulo Bononienſi celebratum præſenti anno die exaltationis ſanctæ Crucis, ſuperſunt aliquot conſtitutiones, quæ factæ dicuntur tempore venerabilis patris domni David prioris Camaldulenſis anno Domini M. CC. XCIX. quas utpote breviſſimas hic loci ſubjicimus ex codice monaſterii ſancti Mathiæ de Muriano.

Item

ANN. CHR. 1299.

Item cum cuculla ſit decens & decorus habitus monachorum, ſtatuimus & diſtricte mandamus, ut nullus prælatus vel ſubditus cappam deferat, capellum, ſeu etiam chirothecas, niſi cum equitaverit, & capellum nigrum habeat, & non album, & chirothecas de chiavellotto, *& camiſias lineas non deferat, ſed de lana, mandantes, ut qui cucullam non habet, eam quam cito habere ſtudeat; qui autem cucullam & cappam habet, cucullam dumtaxat portet, ſed non cappam; alioquin eadem cappa privetur. Ille autem, qui cucullam non habet, a ſuo prælato de denariis veſtimentorum ipſius eam facere compellatur.*

Item ſtatuimus, quod converſi coronam non deferant, neque cappam, ſed larga deportent ſcapularia loco cappæ.

LXIII. Transferuntur reliquiæ beati Hilari ad eccleſiam S. Benedicti de Aretio.

VEROSIMILIUS eſt paucis dumtaxat diebus ante feſtum exaltationis ſanctæ Crucis Davidem Septimianum monachum a Romano pontifice Bonifacio VIII. datum fuiſſe in præſidem generalem Camaldulenſibus, congregatumque ea die capitulum Bononiæ pro ipſius electione recipienda juxta pontificis mandatum, præſertim cum menſe junio Ildebrandinus epiſcopus Arretinus conceſſionem, de qua mox ſcribimus, non ipſi David, ſed locum tenenti majoris eremi Camaldulenſis fecerit. Ipſam conceſſionem, transferendi ſcilicet reliquias beati Hilari ad eccleſiam ſancti Benedicti de Arretio ſuffraganeam Prati-veteris, ſubjungimus ex autographo monaſterii ſanctæ Mariæ in Gradibus [a].

[a] *Num.* 329.

Ildebrandinus miſeratione divina epiſcopus Aretinus religioſo viro donno Johanni de Romena majoris heremi Camaldulenſis locum tenenti ſalutem in Domino. Porrecta nobis pro parte reverendæ donnæ abbatiſſæ & conventus monaſterii ſancti Johannis de Prato-veteri petitio continebat, quod in eccleſia ſancti Ilarii prope civitatem Aretii, quæ monaſterio ipſius ſubeſt, propter paupertatem ipſius eccleſiæ presbyter non moratur, & populum nullum habet, & ſic reliquiæ beati Ilarii, quæ ſunt ibi, honore debito non coluntur. Quare ſupplicarunt nobis humiliter, ut translatandi altare ipſius eccleſiæ ad eccleſiam ſancti Benedicti, quæ eſt intra mænia civitatis prædictæ, & eodem modo ſubeſt monaſterio prælibato, ac reliquias ipſas transportandi, ut tam altare ipſius quam reliquiæ in ipſa eccleſia ſancti Benedicti, quæ presbytero & populo eſt dotata, divinis laudibus frequententur, licentiam eis concedere dignaremur. Nos igitur ipſarum juſtis petitionibus annuentes committimus tibi, quatenus, ſi eſt ita, idem altare & reliquias ad dictam eccleſiam ſancti Benedicti auctoritate noſtra transferas & transportes, cum quibus decet reverentia & honore. Dummodo dictæ abbatiſſa & conventus pro ipſa eccleſia ſancti Ilarii ſemper ſicut prius reſpondeant, & reſpondere teneantur in datiis, collectis & aliis oneribus, quæ occurrent.

Datum Treſsæ die vigeſimo-ſeptimo junii duodecimæ indictionis tempore ſanctiſſimi patris domini Bonifacii papæ octavi.

Cum expoſitum fuiſſet coram Thoma epiſcopo Piſtorienſe, quod idem monaſterium Prati-veteris par non erat ſolvendæ decimæ juxta taxam olim factam pro pio ſubſidio Terræ-ſanctæ, Auguſtinus abbas ſancti Fidelis de Strumi ſubdelegatus Rugerii abbatis Vallis-umbroſæ collectoris decimarum in diœceſi Feſulana requiſivit a Sophia loci abbatiſſa & ab ejus monialibus, ut cum juramento ſibi dicerent, quorumnam bonorum jacturam earum monaſterium feciſſet, ob quam juxta morem ſolvere nequirent; quare rationem reddidere ſtatus ſui monaſterii coram eodem ſubdelegato judice.

LXIV. Eccleſia S. Mariæ de Colle tradita monaſt. S. Victoris de Cluſis.

UGUCCIO epiſcopus Senogallienſis conſentientibus ſuis canonicis tradidit hoc anno plebem ſanctæ Mariæ de Colle ejuſdem diœceſis diſtrictus

Ann. Chr. 1299.

Rocchæ-contradæ cum libris terris &c. monaſterio ſancti Victoris de Cluſis & Gratiæ abbati, facta facultate eligendi & deſtituendi in ea eccleſia presbyterum, cum jam antea abbas San-victorianus patronus eſſet dictæ eccleſiæ. Reſervavit tamen epiſcopus ſibi cenſum annuum, procurationes tempore viſitationum, ſubſidium tempore conſecrationum epiſcoporum, canonicam obedientiam, reverentiam, ſubjectionem, correctionem & reformationem presbyteri rectoris, cenſuram eccleſiaſticam, juriſdictionem cauſarum, ſynodaticum, quartam partem mortuorum, viſitationem, aliaque jura epiſcopalia debita & conſueta. Actum in Serra-comitum &c. *anno* M. CC. XCIX. *indictione* XII. *tempore Bonifacii pape* VIII. *die* XIII. *menſis junii*. Uguccionem Senogallienſem epiſcopum omittunt tam Ughellius in Italia ſacra, quam Ludovicus Siena in hiſtoria urbis Senogallienſis.

Morandinus abbas ſancti Cypriani de Muriano electus arbiter inter Hengelerium priorem ſancti Mattini-novi de Opitergio quæ eccleſia in ſententia dicitur Cenetenſis diœceſis & inter Alexandrum epiſcopum Feltrenſem & Bellunenſem ſuper poſſeſſionibus, quæ olim fuerant hominum ſocietatis ſancti Martini-veteris ejuſdem loci erectæ in ea eccleſia, & presbyteri Auliverii fundatoris & donatoris ipſius monaſterii congregationi Camaldulenſi, adjudicavit eas monaſterio ſancti Martini contra epiſcopum jura ſibi vindicantem, coram Andrea abbate ſancti Michaelis de Muriano *anno* M. CC. XCIX. *indictione duodecima die ſabbati, ſexto intrante junio*; ex tabulario hujus poſtremi monaſterii [a]. Andreas abbas ſancti Michaelis de Muriano Matthæo ſucceſſerat poſt annum 1293. Alexander autem anno antecedenti Adalgerio defuncto anno 1290. intermedio Jacobo ſubrogatus fuerat, cujus Jacobi pagina annis interfluentibus leguntur in eodem archivo.

[a] Capſ. 63. n. 51.

Franciſcus Monaldeſcus epiſcopus Florentinus agnovit eccleſiam ſanctæ Mariæ de Rivo-frigido pertinere ad monaſterium ſancti Petri de Luco, prohibens Jacobo plebano ſanctæ Mariæ de Rivo-cornoclario, ne ſe impoſterum immiſceret in confirmatione rectoris dicti beneficii. Actum Florentiæ *die* XIX. *novembris indictione* XIII. mutata ſeptembri, *anno Domini* M. CC. XCIX.

Pandolphus de Faſanella capitaneus imperialis in Thuſcia nobili viro Panzo de Caſtellione procuratori in terris Arretii mandavit, ne moleſtias inferret terris Cangiratæ, quæ juris erant abbatiæ Pratalienſis, neque pariter pro collectis & exactionibus divexaret villam Pezzæ tamquam juris imperii, niſi pro certo haberet hæc pertinere ad epiſcopum Arretinum, ſed examine inſtituto plurium teſtium, comprobatum fuit illa eſſe libera, & ad dominium ſpectare abbatiæ Pratalienſis.

In necrologio Galeatenſi legitur ſub die XIII. kalendas januarii: *Obiit dompnus Drudo monachus atque abbas Vultræ anno Domini* M. CC. XCIX. Monaſterium ſanctæ Mariæ in Gloria Vultræ ſubjectum erat Galeatenſi, & ad hodiernam diem ſupereſt eccleſia.

Ann. Chr. 1300.

LXV. Vita beati Angeli eremitæ Gualdenſis.

VIVEBAT in ſua ſolitudine pœnitentiis ſacriſque meditationibus intentus Angelus eremita Gualdenſis; cum autem ſuo edicto ſtatuiſſet Romanus pontifex Bonifacius VIII. ut girovagi eremitæ, ceterique homines religioſo habitu induti, qui mundum falſa pietate fallebant, juxta ſcita prædeceſſoris ſui Gregorii IX. cogerentur ſolitarie vivere ſub obedientia epiſcoporum, efformatum fuit circa ea tempora rigidum examen non ſolum de hujuſmodi girovagis, ſed etiam de ſolitariis omnibus, ne ſub colore ſolitudinis imitarentur hujuſmodi farinæ homines. Inter cete-

ros

ros per epiſcopum Nucerinum & per inquiſitorem apoſtolicum examen fuit inſtitutum Angeli ejuſque rationis vivendi, atque per ipſos prolatum fuit judicium rectam approbandamque eſſe ejus vitam, & ad ſacrorum canonum normam exactam. Id nos docet auctor vitæ ipſius ex codice conventus ſancti Franciſci terræ Gualdi hæc ſcribens. *In multa aſperitate affligens corpus ſuum, beatum Antonium & beatos Hilarionem, Macarium & Arſenium & ſanctos patres ſolitarios perfecte & reverenter ſecutus eſt, & cum a domino papa Bonifacio edictum eſſet, ut girovagi, biſcoſii & bighini a nimio diſcurſu & vagatione cohiberentur, & arctarentur ſecundum conſtitutionem domini Gregorii papæ, ordinatum eſt ſolitarie vivere ſub obedientia epiſcoporum, judicatum ſuit tunc per epiſcopum & inquiſitorem, quod frater Angelus verus eſſet ſolitarius, & vita ejus ſancta, licita & approbata ſecundum canones & collationes antiquorum ſanctorum patrum, & ipſum benedicto Deo confortaverunt.* Nucerinus epiſcopus per hæc tempora erat Johannes ex comitibus Antignani, quem Avellanenſis familiæ alumnum facit Jacobillius. Porro qualis eſſet Angeli vitæ tenor, fuſiſſime idem auctor deſcribit his verbis, quæ proferimus, ut integra habeantur, quæ nondum lucem viderunt, acta beati Angeli, rudia licet, & inconnino ſtylo exarata, cum falſa etiam latinitate ſuperfluiſque circumlocutionibus. *In cella recluſus, jejuniis & orationibus, & ſacris meditationibus jugiter intentus cœlibem vitam agebat, & per parvulam feneſtram perticam mittebat, in qua vaſculum ligatum habebat, & ſic de propinquo flumine aquam hauriens intus retrahebat. Et ſic vir ſanctus ſuper cuſtodiam ſuæ ſalutis vigilans ſollicitus erat ſæpius confiteri devotis ſacerdotibus accedentibus ad eum cauſa devotionis, & præcipue a ſancto ſacerdote, & ſpirituali heremita fratre Philippo, qui ei ſacramentum pretioſum Dominici corporis in ſacris ſollemnitatibus deportabat, quod ille vir Dei Angelus totus lacrymis & rore cœleſtis gratiæ perfuſus devotiſſime recipiebat, ſumens cum multa reverentia, atque ipſe digne manducabat panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, vita gratiæ dixit in Chriſto in hac terrena vita, & vere dicere poterat, ſicut dixit apoſtolus:* Vivo ego, jam non ego, vivit in me Chriſtus, *& illud, quod dixit Salvator, vere in eo impletum fuit,* qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ad tantam vero innocentiam hic vir ſimplex & rectus, & timens Deum renovatus eſt & reformatus, ut quaſi puer parvulus videretur, & de multis unum refero, ſicut novi; nam cum duo heremitæ ſuperioris locelli ejus cellulam reſtaurarent, hora refectionis frater Angelus panes & coquinam apponens eis, panem ori ſuo apponens dentibus frangere cœpit minute, & in paraſillibus* (hoc eſt *paropſidibus*) *illorum mittere, & illi modeſto riſu exhilarati dixerunt: Frater Angele, quare hoc facis? & ille ait: Cariſſimi, ſicut mater facit filiis & pueris alterutrum panem intinctum in puerorum guttur & in os mittunt, ſic ego vobis caritative faciam, ut liberius manducetis. Et illi dixerunt; Frater Angele hanc caritatem non amplius facere, quia nos manus & dentes habemus, cum quibus panem frangimus. In orationibus tuis memor eſto de nobis, & Deum & Sanctos pro nobis ora, & ſicut Salvator dixit diſcipulis ſuis:* Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum; quicumque ergo humiliaverit ſe, ſicut parvulus iſte, hic major eſt in regno cœlorum.

Igitur frater Angelus in puerilem innocentiam redierat, cum nulli nocebat, nec ſuperbia a terra mentem extollebat, nec avaritia excitabat, nec per concupiſcentiam luxuria inficiebatur, neque invidia torquebatur, neque

gula,

ANN. CHR. 1300.

gula, & nec ebrietas ipſum diſſolvebat, nec iracundia ejus mentem exterminabat, nec acidia cor ejus intepidentem conculcabat, ſed ſpirituali gratia cœlitus perfuſus ad ſerviendum Deo ſemper novus & ferventior erat. Et quia vir Dei Angelus a ſuperna virtute acceperat, ut ſeipſum vere peccatorem reputaret, & indignum beneficiis Dei, neſciens utrum dignus eſſet odio vel amore divino, ideo ſerviebat Domino cum timore, & exultabat ei cum tremore, & in vera humilitate fundatus ſe nullatenus extollebat, ſed divina judicia intime formidabat, & in tantum timebat, ne ſuum offenderet creatorem, quia non ſolum in verbis & operibus trepidabat, ne Deum offenderet, ſed rogare Deum aliquando pro aliqua cauſa temporali metuebat, timens ne Deo diſpliceret, & a voluntate Dei infinita diſcordaret. Unde cum quadam vice uni fratri Minori confeſſus fuiſſet, & abſolutus ab eo, vir ſimplex & rectus frater Angelus iterum dixit: O frater expecta adhuc amore Dei, quia habeo culpam gravem, & magnum peccatum commiſi, quod timeo valde & erubeſco dicere, & ſi oporteret te ad dominum epiſcopum recurrere, conſolationem da mihi; & frater ſtupefactus dixit: Frater Angele confitere mihi peccatum hoc, ne celando illud damneris, & perdes bona omnia, quæ feciſti, & Dominus tibi remittet ſtatim; & ille humiliter gemendo & ſuſpirando confeſſus fuit; & frater aſſidens & admirans ait: Frater Angele tam magnum peccatum eſt hoc, quod oportet me cum ſapientibus & prælatis conſilium habere, quid debeat judicari, & qua pœnitentia debeas puniri, unde extra confeſſionem illud dicatis, ut valeam omnibus dicere, ut pro te orent; & ille ait: Altera die cum ventus intenſus perflaret, & iſtas plantas arborum ſublimiter altas impetuoſe agitaret & concuteret, ut frangi putarentur, ego miſer peccator per feneſtram reſpiciens, compatiens dixi: O Deus omnipotens rogo te per magnam miſericordiam tuam, ut ventum iſtum reſtringas & temperes, ne arbores iſtæ proſternantur. Et poſtquam ventus ceſſavit, ego miſer remorderi cepi in conſcientia, ne contra Dei voluntatem iſtud oraverim, & quæ Deus operatur, impedirem, ut non faceret, attemptavi mea culpa, & frater ipſum abſolvit, & pacificavit deinde illius conſcientiam. Nam licitum eſt omnibus pro peſtilentiis irruentibus, & tribulationibus ſupervenientibus Deum orare, ut divina miſericordia temperet, & reſtringat dura flagella & exterminia, quæ humana malitia peccatorum attrahit, & a pravis gentibus a divina juſtitia promerentur propter peccata eorum, & magna ſcelera populorum ira Dei ſæpius deſævit in eis, & fames & peſtilentias, & occiſiones hominum humanum genus diſſipans & conſumunt juſto Dei judicio.

Et iſte vir Deo devotus Angelus ſolitarius, ſicut juxta poſſe ſuum mandata Dei ſervabat, & perficiebat in domo paterna adhuc ſecularis pauperes cibando, & infirmos viſitando & carceratos, ſanctas feſtivitates venerando, & alia mandata Dei adimplendo, ita & poſtea ſanctum verbum Dei, et ſanctæ voluntatis propoſitum a Deo inſpiratum in mente ejus nequaquam a ſpinis divitiarum et ſollicitudine hujus ſeculi in eo ſuffocatum fuit, nec aruit, nec a dæmonibus arreptum fuit, ſed in bonam terram mentis et animæ ejus fœcundum virtute et cœleſti rore irrigatum verbum Dei ſeminatum, et per veram fidem natum crevit per calorem immenſæ caritatis, et fructum plurimum attulit; ſic in iſto parvulo et humili viro et pauperculo requievit ſpiritus Dei, quia fuit humilis et quietus, et Deum veraciter timuit, et ſermones ejus cum tremore veneratus fuit, et in oſſibus ejus miſit ignem de excelſo et erudivit eum, quia ſine literatura et ſcientia, et ſine magiſtro temporali a ſpiritu Dei edoctus introivit in potentias Domini, et viam veræ perfectionis ſervavit, et per arctam viam pœnitentiæ et abſtinentiæ

nentiæ

nentiæ & incluſione cellæ intrans & ſeipſum abſtringens, dilatato in Deum corde cucurrit ferventer, quæ ad vitam perducunt æternam. Hic vir Dei Angelus, qui renuntiavit omnibus, quæ poſſidebat cum patre ſuo temporali & carnali Ventura, ut Dei eſſet ſervus & Chriſti diſcipulus & Chriſtum ſecutus fuit, crucem portando in mente & in carne, ſeptem beatitudines, quas Salvator noſter docuit diſcipulos acquirere in ſancto evangelio, didicit & acquiſivit, & vere ſervavit. Nam fuit pauper ſpiritu voluntate & opere, quia patrem & matrem, & parentes, & eorum poſſeſſiunculas dereliquit, & quidquid terreni homines concupiſcunt, velle & deſiderare recuſavit, ſolo veſtitu aſpero & pauperculo, & victu modico contentus cum apoſtolo Paulo nil aliud reſervavit, & propter hoc regnum cælorum feliciter acquiſivit, & quia vere fuit mitis et manſuetus et humilis corde, ideo terram viventium meruit poſſidere, et beatus dici meruit, et filius Dei per gratiam. Iſte vir ſanctus, quia ſemper pacificus et quietus extitit, nec verbis injurioſis et pravis actibus offendit, et vere beatus fuit iſte Angelus, quia munditiam in corde et puritatem in conſcientia ſervavit et tenuit, propter quæ in ſancta oratione et contemplatione Deum videre, et ejus perfrui dulcedine in hac vita, ſicut creaturæ poſſibile eſt, meruit obtinere, et propter hoc ſemper ſolitarius et incluſus eſſe voluit in parvo tuguriolo et loco, et inter colles arctato, ne oculi ſui corporis vagare poſſent per amœna et jucunda temporalia, et ſpiritualia et cæleſtia oculi mentis ejus ſpecularent. Ann. Chr 1300.

Vere implevit Deus in iſto angelico viro illud, quod David ſancto inſpiratus ſpiritu dixit, quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te, perfeciſti in eis, qui ſperant in te Domine in conſpectu filiorum hominum, nam hic vir Deum timuit veraciter, magnam Dei dulcedinem ſenſit, et guſtavit veraciter, et ſeparavit eum Deus a ſtrepitu et rumoribus ſecularium, et abſcondit eum in cella, et in ſpeculatione Divinorum, ne amaritudines ſentiret, et conturbationes hominum; et quod frater Angelus iſta bona guſtaverit unum dico de multis. Quidam heremicola tentavit eum dicens: Frater Angele, tu es valde ſimplex, orare neſcis, nec cogitas cæleſtia, ſed ſicut pecus habitas in cella iſta; et Angelus vir Dei columbina ſimplicitate plenus inſulit ſtatim ſimpliciter dicens: Frater non credas, quod ego hic habitem, ſicut animal ſine ſenſu et ratione, nam Deus miſericors dat mihi gratiam orandi et bene meditandi, ſi volo accipere; et aliquando a mane uſque ad veſperum ſine cibo et potu in oratione permanere, ſi mea negligentia non impediret.

Fuit hic vir beatus de numero ſanctorum virorum lugenſium et dolentium, ſicut Salvator dicit: Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, qui ab angelo Dei ſignantur Cruce Tau in frontibus, ne exterminentur cum damnatis. Quantum vero irrigua lacrymarum vir Dei Angelus in ſanctis orationibus ſuis ſparſerit, ipſe ſolus Deus novit, qui eum ad ſerviendum ſibi elegit, et ideo cum Deo æternaliter conſolatur; nam compaſſione proximorum ſæpius incitatus pro peccatoribus et propinquis, et omnibus Chriſtianis Deum et Sanctos devote orabat; et licet iſte vir Dei ſeparatus ſtaret ab hominibus, ut perſequendi ei occaſio nulla eſſet, tamen periculoſiſſimas perſecutiones graves et duras ſubſtinuit, et ſpiritualibus inimicis, ſicut novimus, quæ ſcribere longum eſſet, et tentationes varias et fortes vitiorum ſingulorum, quæ immittebant in eum, et cum quibus pugnabant eum, et acriter vexabant, ipſe beatus vir fortiter reſiſtendo ſubſtinuit, et vincendo repulit, et quoniam vere probatus et examinatus tamquam aurum in fornace, ideo a Deo vitæ coronam accepit cum electis, quam repromiſit Deus diligentibus ipſum, et quia iſte vir Dei vere fuit pacificus

et quie-

Ann. Chr. 1300.

& quietus, nulli nocens, nec maledicens, ſed omnes ad bonum inducens, & cum protervis pacem & caritatem continuam conſervans, ideo filium Dei per gratiam non ſolum dici ab hominibus, ſed & cum Beatis pacificus promeruit eſſe denuo filius Dei in vita æterna, cum quibus rex pacificus æternaliter gloriatur, & in quibus Deus inhabitat, & ipſi in Deo gloriantur, qui nomen Dei diligunt & viſione ejus æternaliter fruuntur. A principio igitur ſuæ converſionis iſte vir Dei Angelus accedens ad ſervitutem Dei ſemper ſtetit in juſtitia & timore, & præparavit animam ſuam ad tentationem, & ſupra petram vivam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ædificavit domum ſuam ſpiritualem, & propterea aquæ multæ tentationum & tribulationum, quibus impugnatus fuit & exercitatus ſæpius, eum cum ſpiritibus & a ſervitio Dei removere non prævaluerunt, nec bella expellere, & caritatem ejus firmam in Domino extinguere non potuerunt, & velut fortis Chriſti athleta perſeveravit uſque ad finem, & Deo ſalvus fuit per annos XXXVI. *in cella recluſus in multa aſperitate affligens corpus ſuum beatum Antonium, & beatos Hilarionem, Macarium & Arſenium, & ſanctos patres ſolitarios perfecte & reverenter ſecutus eſt &c.*

Tum narrat vitæ Angeli ſcriptor examen inſtitutum ſuper ejus converſatione & actionibus, quod ſuperius attulimus, & proſequitur. *Sed ſicut iſte vir ſimplex & rectus obturabat aures ſuas & ſenſus corporis & animæ, ne audirent linguas ſerpentinas murmurantium, & ne inficerentur a blandimentis draconis, ita & ſimplicitate columbina convertebat ad ſpirituales homines & pauperes, ac quæcumque ſibi dabant ad victum & veſtitum, amore Dei dabat illis cum lætitia, ſed quidam fictus hypocrita aliunde veniens accedens ad patrem Angelum inter alia dixit: Serve Dei accipe iſtos argenteos pro tua neceſſitate, vel da illos pauperibus, nam in pluribus ſervis Dei feci hanc miſericordiam, ſicut mihi impoſitum fuit ab hominibus, qui me miſerunt; & cum frater Angelus renueret, ille omnino inſtitit precibus orans, ut reciperet, et ſi non pro ſe, ſaltem pro pauperibus; et frater Angelus projectos intra feneſtram denarios plumbeos repoſuit a latere, et dixit illi: Frater, ſi aliquo indiges, libenter dabo, ſi habeo, quia mihi videris eſſe homo caritatis et pietatis; et ille: Ego quia ſic ſum nudus, quod expendi in pauperes, que habebam; et frater Angelus ſtatim tunicam ſuam quaſi novam emiſit ei per feneſtram, rogans eum, ut acciperet, et ille accepta tunica veluti regionem aliam divertit, et frater Angelus denarios plumbeos pro panno remittens mercatori, et adſtantes in ſtuporem convertit, et compellentes fratri Angelo blaſphemabant illum, quia ipſum illuſerat, et frater Angelus Deo gratias agens patienter portavit, et cum vir Dei ſimplex et rectus, ac timens Deum a malitia et verſutia iniquorum elongatus, ſuo bono exemplo et vita inreprehenſibili homines regionis provocabat ad bonum, et ſancta admonitione ſua retrahebat a vitiis, et ad bene vivendum inducebat, et licet ſterilis videretur et illiteratus, et ruſticano proprio more impolitus, et deſpectus habitu et perſona inculta appareret, tamen plurimos peperit Deo filios, cum ſanctis orationibus et lacrymis ſuis ſalutem animæ a patre miſericordiarum pluribus impetravit, quia ipſe in Deo manebat, et Deus in eo, fructum multum attulit. Hic ergo vir humilis cum continua maceratione corpus ſuum afflixiſſet ſancta pœnitentia, et, ſicut dicit Apoſtolus, vere fuit ex illis ſervis Jeſu Chriſti, qui carnem ſuam cum vitiis et concupiſcentiis crucifixit, et perſeveravit uſque in finem, ideo ſalvus fuit, et vitam ipſius in bono fine concluſit, et vere in eo impletum fuit, quod ipſe Salvator prius ſe diligentibus repromiſit dicens:* Si quis diliget me, ſermonem meum ſervabit,

& Pa-

ANN. CHR. 1300.

& Pater meus diligit eum , & ad eum veniemus , & manſionem apud eum faciemus. *Vere igitur hic ſervus Dei Angelus Chriſtum dilexit , et ſermonem ejus et ſancta mandata ſervavit, et ideo Deus Pater dilexit eum, et cuſtodivit a malis , et ab omni via mala prohibuit pedes ejus, et Chriſtus ipſum de mundo eripiens cum ſanctis Angelis animam ejus ad paradiſum perduxit, ubi manſionem ſanctus vir Angelus æternam apud Deum Patrem cum Jeſu-Chriſto Domino noſtro et Spiritu-ſancto facit in ſecula ſeculorum, amen.*

LXVII. Indulgentiæ pro eccl. SS. Gervaſii & Protaſii de Belluno.

ECCLESIÆ parthenonis ſanctorum Gervaſii & Protaſii de Belluno præſenti anno M. CCC. *menſe octobri indictione* XIII. *Bonifacii* VIII. *anno ſexto* conſuetas indulgentias quadraginta dierum ex Urbe conceſſerunt viſitantibus eamdem eccleſiam plures archiepiſcopi & epiſcopi , Adenulphus Compſanus archiepiſcopus, Ranutius Calaritanus, frater Baſilius Jeroſolymitanus Armenorum archiepiſcopus , frater Ambroſius Chenadienſis, frater Nicolaus Turtibulenſis, frater Jacobus Calcedonenſis , Manfredus Sancti-Marci , Rambo&tus Camerinenſis , Nicolaus Neo-caſtrenſis , & Albricus Placentinus epiſcopi. Ramboctum Camerinenſem epiſcopum defunctum ante annum 1300. putavit Ughellius [a] , qui Andream Eugubinum Camerinenſem epiſcopum Rambocti ſucceſſorem affirmat vixiſſe uſque ad annum 1300. Ipſum Ramboctum ſupervixiſſe ſaltem ad annum 1303. videbimus . Adenulphus quoque Compſanus archiepiſcopus poſt menſem octobris hujus anni translatus fuit ad eccleſiam Beneventanam; ergo ſucceſſorem non accepit Conſilium ſeptimo kalendas februarii , ut vult idem Ughellius [b] . Albricus , appellatus etiam Albericus & Albertus, ſequenti anno ex Placentina ad Firmanam ſedem fuit translatus. Manfredum autem Sancti-Marci aſſerit idem Ughellius [c], ex ſua eccleſia exulem factum, donatum fuiſſe a Nicolao IV. anno 1291. adminiſtratione eccleſiæ Biſacienſis paſtore tunc vacantis.

[a] T. I. col. 561.

[b] T. VI. col. 816.

[c] T. I. col. 873

Eodem anno *die martis decimo tertio intrante decembris indictione* XIII. Alexander Bellunenſis & Feltrenſis epiſcopus prædeceſſoris ſui Aldegarii privilegia indulta eidem parthenoni ſancti Gervaſii confirmavit Franciſcæ ejus abbatiſſæ.

Andreæ abbati ſancti Michaelis de Muriano, dedit in mandatis David prior generalis Camaldulenſis ex Urbe die XV. aprilis , ut nomine ſuo intereſſet electioni abbatiſſæ ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio. Electa fuit die vigeſima-tertia maji in preſentia Hengelerii prioris ſancti Martini de Opitergio, Martini prioris ſancti Benedicti de Fileto, aliorumque a ſanctimonialibus ſimul & a monachis, qui jus ſuffragii habebant, Beatrix, cujus electionis paginam publici juris fecimus in appendice monumentorum ad vitam ſancti Pariſii.

LXVIII. Statutum de referendo inter cœlites beato Pariſio.

QUOAD beatum Pariſium, extat in codice communis Tarviſii ſignato I. folio 20. rubrica CLII. circiter hunc annum conditum fuiſſe ab eodem communi ſtatutum in hæc verba : „ Item , quod quilibet poteſtas cum
„ ſua curia prædicta cum cereis in manibus ire teneatur quolibet anno ,
„ aſſociatis ei illis de conſilio trecentorum , & gaſtaldionibus cum fratri-
„ bus ſuis ad Miſſas die tranſitus fratris Pariſii, qui eſt ad locum & ec-
„ cleſiam ſanctæ Chriſtinæ , & ibi eſſe in Miſſa , & quod per ſapientes
„ viros examinentur & videantur miranda facta, & quæ ſcripta ſunt, &
„ ſi videatur veriſimile, quod poſſit canonizari , quod tunc poteſtas te-
„ neatur infra duos menſes ſui regiminis mittere ambaxatores ad papa-
„ lem curiam pro ipſo fratre Pariſio canonizando , ſicut melius poteſtati
„ & conſilio trecentorum videbitur expedire . “ Hi fuere primi tracta-

ANN. CHR. 1300.

tus pro referendo in Saoſtorum canonem Pariſio ante triginta-tres annos defuncto, qui majori fervore reaſſumpti ſunt poſt quindecim annos, & poſt obitum beati Heorici Bolzanenſis, ut ſub eo anno videbimus.

Tolbertus de Camino filius quondam nobilis viri Wecellonis & Beatricis de Camino comes Cenetenſis donavit Frigdiano priori & rectori monaſterii ſancti Martioi-rupti ultra Liquentiam diſtrictus Pratæ, & ordinis Camaldulenſis varia latiſundia, cujus donatio rata fuit habita a Biacquino ejus fratre comite. Dominabaotur tunc temporis Camineoſes domini in marchia Tarviſina, in qua pluribus urbibus & oppidis jus dicebaot.

LXVIII. Excommunicantur abbates Ravennates.

CONCILIUM provinciale habitum hoc anno menſe novembri ab Opizone archiepiſcopo Ravennate memorat Rubeus [a], cui Faventini Matthæum eorum epiſcopum, Thomaſium præpoſitum, & abbatem cœnobii ſanctæ Mariæ foris-portam tamquam procuratores ſuos deſtinarunt.

Idem archiepiſcopus excommunicationis ſententia innodavit, ut legitur in tabulario archiepiſcopali Ravennæ [b], Rainerium abbatem ſancti Apollinaris in Claſſe, Octavianum abbatem ſancti Petri ad Vincula una cum Benvenuto ſancti Johaonis-evangeliſtæ & Rainerio ſancti Apollinaris-novi abbatibus, ac cum prioribus ſancti Severi & ſancti Laurentii in Cæſarea, eo quod non ſolviſſent quingentos florenos auri Matthæo de Aquaſparta cardinali epiſcopo Portuenſi Romandiolæ legato pro ſuis procurationibus. Miſerat Bonifacius Romanus poutifex poſt legationem Florentinam Matthæum cardinalem menſe octobri in Romandiolæ provinciam, ut ad obedieotiam eccleſiæ redigeret urbes Foro-livium, Faveotiam, Cæſenam & Forum-cornelii, quæ armis, belloque indicto a ſubjectione Romanæ eccleſiæ defecerant.

a *Lib. VI. pag.* 503.
b *Capſ. N.* 6718.

LXIX. Monumenta aliquot monaſteriorum.

HOC ipſo aono *Bonifacii pape* VIII. *ſexto kalendis martii* idem Romanus pontifex ex Laterano mandavit archiepiſcopo Piſano, abbati monaſterii ſancti Savini prope Piſas & Johanni de Tuderto canonico baſilicæ ſanctorum Apoſtolorum de Urbe, ut inducerent in poſſeſſionem plebanatus ſancti Caſſiani Piſanæ diœceſis, & inſuper canonicatus Piſani Bonaccurſum filium nobilis viri Guidutii Chicole de domo Lanfrancorum in locum alterius Bonaccurſi Malepa de eadem Lanfrancorum domo, quem plebanatu & canonicatu ſpoliaverat, ut legitur in bulla commiſſionis ejuſdem Romani pontificis, quæ olim extabat apud canonicum Octavium-angelum Abrahamium.

Spectabat ad abbatiam Trivienſem jus eligendi rectorem eccleſiæ ſancti Andreæ de Alfaro; rector tamen electus ſiſtere ſe debebat ante priorem plebis de Balneo, nt confirmationem reciperet, quod colligitur ex charta tabularii Trivienſis hujus anni *indictione* XIII. *die ultima menſis martii*, qua Juncta abbas dicti loci in eccleſia ſancti Ægidii de Monte-cornario teſtatus eſt ſe plures rectores eccleſiæ Alfari conſtituiſſe, ſibique eam electionem competere, minime infirmandam minis illatis per comitem Guillielmum Novellum, qui alium confirmandum rectorem obtinuerat ab eodem Balneenſi priore. Pariter idem Juncta elegit rectorem eccleſiæ ſancti Angeli de hoſpitale Manoli ex protocollis ſer Boldronis de Civitella notarii, quæ protenduntur ab anno *1296.* ad *1330.* Subjungimus in Appendice ex eodem archivo jus, quod habebat abbas Trivii ejiciendi e terris monaſterii ſui vaſſallos & fideles, qui expulſione forent digni.

Gratiæ abbati monaſterii ſancti Victoris de Cluſis ejuſque cœnobio præſenti *anno* M. CCC. *indictione* XIII. *die undecima menſis decembris* tradita fuit regenda eccleſia ſancti Marcelli de Argingnano in curia dicti caſtri Cametinenſis diœceſis a patronis ejuſdem eccleſiæ, cum cœmeterio, pa-

rœcia,

ANN. CHR. 1300.

rœcia, domibus, decimis & terris. Hanc donationis paginam publici juris fecit Philippus Montanus vices agens epiſcopi Senogallienſis in ſua tertia epiſtola ſub anagrammatico nomine Nintomæ [a], Ex paginis autem tabularii ſancti Blaſii de Fabriano Quirinus converſus ejuſdem monaſterii & rector eccleſiæ ſancti Angeli de Roſenga procuratorem inſtituit, qui ſe ſiſteret coram epiſcopo Auximano.

Eremo ad Vivum ſubjectæ nominantur in pagina archivi Roſæ Senarum, rogata a Guillielmo notario, eccleſiæ & plebes Caſtillioncelli, Rotundi, ſanctæ Victoriæ Sarthiani, & abbatia ſanctorum Petri & Benedicti de Argiano.

Die vigeſima-ſecunda novembris ſolutum fuit a Bartholo vicario Camaldulenſi pro Davide priore ſubſidium impoſitum ob negotia inſulæ Siciliæ, cujus collectores fuerunt Spinellus archidiaconus Arretinus, & Guillielmus abbas ſanctæ Floræ a ſede apoſtolica deputati, quæ Caroli II. Neapolitani & Siciliæ regis partibus ſavebat.

Grimaldus de Prato ordinis Minorum inquiſitor hæreticæ pravitatis in provincia Thuſciæ præcepit die decima-quarta maji Paulo priori Camalduli Florentini, ut officio inquiſitionis dimitteret terras quaſdam, quæ olim pertinuerant ad Tingum de Verzaja, ratione hæreſis ejuſdem Tingi fiſco devolutas. Anno autem 1304. die ſeptima martii idem inquiſitor mandavit Jacobo abbati ejuſdem monaſterii, ut relinqueret vacuam poſſeſſionem bonorum & jurium Bonſantini Salinguerræ de Verzaja & Gemmæ uxoris ejus, quæ ſimiliter propter hæreſim fuerant fiſco adjudicata. De Grimaldo inquiſitore videatur Wadingus [b], cujus ſepulcrale epitaphium refert ad annum 1334. quo deceſſit.

a Pag. 157.

b T. VII. pag. 168.

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-SEXTUS.

Ab anno CHRISTI M. CCC. I. *ad annum* M. CCC. X.

ANN. CHR. 1301.

I. David prior Camald. ad aliam abbatiam evocatur. Fit prior Gerardus II.

VACANTE monaſterio ſanctorum Laurentii & Hippolyti de Faventia per remotionem Girardi abbatis, monachi ejuſdem cœnobii vices ſuas commiſerunt pro nova electione David priori generali Camaldulenſi, qui die quarta martii in abbatem ejus loci deſtinavit Apollinarem monachum Claſſenſem. Pariter die vigeſima-octava auguſti ex archivo ſancti Mathiæ de Muriano idem generalis præſes tranſtulit Laurentium ex regimine monaſterii ſancti Viti de Vicetia ad illud ſancti Martini-rupti de Prata in diœceſi Concordienſi. Atque hæc fuere poſtrema acta Davidis olim Septimiani monachi, inde prioris generalis Camaldulenſis, quæ penes nos extant; poſt quod tempus promotus a Boniſacio VIII. Romano pontifice ad abbatiam ſancti Launomari Bleſenſis diœceſis Carnotenſis, officinm, quod ad duos ſaltem annos peregerat, dimiſit. Conſerens itaque ſe menſe octobris de voluntate eremitarum, & de concilio prælatorum Thuſciæ ad Romanam euriam Bartholus de Monte-varchio major tunc eremi Camaldulenſis una cum ipſo Davide, ſupplex rogavit eumdem ſupremum antiſtitem, ut acephalis Camaldulenſibus indulgere dignaretur, quatenus ipſi juxta ſuam veterem conſuetudinem novum ſibi priorem ſufficerent. Acceſſere Bartbolo Gerardus abbas ſancti Zenonis, & alter Gerardus de Foto-livio abbas ſancti Michaelis Piſarum, qui tunc in curia pro negotiis ſuorum monaſteriorum morabantur, & vale dicto Davidi, qui de manu pontificis, mutato habitu, novum regimen acceperat, obtinuerunt die undecima ejuſdem menſis a dicto Romano pontifice licentiam in ſcriptis eligendi juxta antiquum morem ſuum præſidem generalem. Reverſus propterea ex Urbe Bartholus prælatorum comitia indixit, & in literis convocatoriis enarravit, quod effugata Pharaonica ſervitute & jugo alienigenarum dominii diſſoluto, convenirent omnes in monaſterium ſanctæ Mariæ Camalduli de Bononia ad diem decimam-octavam novembris. Qua die de eremitarum conſilio, & habito prælatorum ſcru-

tinio

ANN. CHR. 1301.

tinio conſenſere omnes in ſupradictum Gerardum Foro-livienſem & abbatem ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, qui plenis ſuffragiis conſtitutus fuit congregationis prior generalis; manu Johannis Bononienſis monachi & ſcribæ. De Gerardo, dum monaſterium ſancti Michaelis regebat, legitur apud Fortunium [a], quod quaſdam columnas Florentinis vendiderit; & apud Grandium [b] in notis ad Appendicem de Pandectis, quod emerit *pallium monaſterii altaris meliorem et fregium, et vendiderit celoſtria* (an cælaturas?) *de metallo et plures pulcherrimas columnas eccleſiæ communi Florentino, et reliquerit debitum ultra mille libras.*

a Par. II. lib. II. cap. 12.
b Pag. 144.

Ex dictis emendandi ſunt ſcriptores aliquot, qui Davidem priorem generalem Camaldulenſem confundentes cum Davide Senenſe ex Dandinorum familia, itidem Ciſtercienſe monaſterii ſancti Galgani aſceta, illum ex præfectura Camaldulenſi tranſiiſſe ad eccleſiam Suanenſem exiſtimarunt; non enim concordant tempora utriuſque Davidis, cum Suanenſis epiſcopus David jam ab anno 1283. præmortuus fuiſſet, ſexdecim annis antequam alter David ex Septimiano monacho præficeretur congregationi Camaldulenſi. In hunc errorem impegerunt præſertim ſcriptores Faſtorum Senenſium, qui ex Antonio Libanorio abbate Ciſterciense hæc habent ad diem quintam-decimam ſeptembris. „ Habes, quos in uno Davide ſuſpicias religioſiſſimum monachum, perfectum præſulem, & plane ſalutarem patriæ civem. Ciſtercienſis ordo aſſuetus magnis nominibus Cœlitum faſtos implere, in ſuæ pietatis odorem inter ceteros Senenſis nobilitatis flores etiam hunc excepit e medio honorum curriculo, quibus juvenem per omne diſciplinarum genus excultum reſpublica cumulare jam ceperat. Quam miros in ſacra virtute profectus brevi ſpectandos dederit, prodidit, ut cetera ſileam, ſummi ſacrorum arbitri Clementis IV. judicium. Primo enim, cum ipſe Ciſtercienſium ordo in eligendo ſibi ſupremo moderatore turbidis diſcordiæ fluctibus ageretur, ad eoſdem compeſcendos Davidem jam ſapientiæ ſanctimoniæque fama percelebrem pontifex in conſilium adhibuit, & nonniſi ad eorum normam, quæ ille collato cum ſuperis ſtudio diligenter excuſſa illi ſtatuenda propoſuit, edito inſigni diplomate, domeſticas ordinis turbas, ac ſimul exterorum obloquentium linguas compreſſit. Re tam feliciter peracta, viſus eſt Clementi unus præ omnibus David idoneus, qui celebris in Ethruriæ montibus eremi incolas Camaldulenſes, labefactata religionis diſciplina, minus jam claros ad ſanctiora veterum inſtituta redigeret. Ea igitur, qua par erat, delegati muneris auctoritate David illuc ſe contulit. Sed auctoritatis imperio aut longis adhortationibus illi opus non fuit, qui per vitæ admirabilis exempla efficaci compendio rem poterat univerſam conficere. Paucos igitur intra dies ad hoſpitis normam aſcetæ mores ſuos ceperunt exigere, eoque felicius, quod viri peramabilis comitas virtutem licet in excelſo poſitam facile tamen acceſſu penetrabilem exhibebat. Atque adeo alios jucundiſſime demirati ſeipſos, ut novo quaſi parenti gratum ſtatuerent monumentum, veteri ſui ordinis ſtemmati unam ex tribus gentilitiis Davidis ſtellis addidere, cujus videlicet radiis excitati ad tam benefici viri memoriam ſe perpetuo componerent. Eximiam hanc Davidis potentiam in alienis moribus ad pietatis amuſſim dirigendis ſuſpiciens Hildebrandus Aldobrandeſchus Palatinus comes non alium ſibi eligendum cenſuit, quem nuper extincto Suanenſi epiſcopo ſufficeret, ad urbem & reliqua ſuæ ditionis oppida ſanctius inſtituenda. Et id nimirum unanimi conſenſu ardebant ſacri & profani ordines; ſed ſola reluctabatur acerrime viri modeſtia, precibus ac momentis rationum

Ann. Chr. 1301.

„ num omnibus inflexa . Biennio certamen fuit , & vero dignitas fruſtra „ ambiviſſet ultra fugientem , niſi Gregorius hujus nominis X. intentato „ metu anathematis, & noxæ lethalis, ad ſubeundum cœleſte illud onus „ Atlantem ſeipſo ſolum judiee imparem adegiſſet. Nunquam lætius &c.“ Tum proſequuntur hi auctores beneficia a Davide cumulata in ſuam Senenſem urbem, quam etiam ipſum in ſuum epiſcopum poſtulaſſe tradunt. Nemo non videt confuſum a Libanorio & a Faſtorum Senenſium auctoribus Davidem ſancti Galgani monachum & poſtea Suanenſem epiſcopum cum Davide Septimiano monacho, inde ſummo Camaldulenſium præfecto, poſtremo ſancti Launomari abbate , ut demonſtrant tempora Clementis IV. & Gregorii X. quibus vixit primus , & Bonifacii VIII. quibus alter David floruit . Recidit etiam commentum ſtellæ appoſitæ ſtemmati; Camaldulenſium ex gentilitio David Dandini ſtemmate. Videantur de Camaldulenſe inſigni , quæ diximus ad annum 1183. ſicut etiam excurrantur Annales noſtri temporibus pontificatus Clementis IV. & Gregorii X. ſub quibus Romanis præſulibus nullus ſupereſt annus, quo David ſancti Galgani monachus præſederit Camaldulenſibus a propriis prioribus ea tempeſtate rectis, ne quis in animum fortaſſe ſuum induceret duos Davidis nomine præſules diverſis temporibus ex aliena familia petitos jus Camaldulenſi congregationi dixiſſe.

Inter ceteros eremitas, qui conſilium ſuum dederunt pro electione Gerardi præſidis generalis nominatur Petrus de ſancto Gaudentio , de quo ſub hoc eodem anno in quodam ms. codice bibliothecæ Strozzianæ ex Mannio legitur: *Explicit liber epiſtolarum magnifici domini comitis Guidonis Silvatici; quem conſcripſit dominus Petrus de ſancto Gaudentio Camaldulenſis eremita ſub annis Domini* M. CCC. I. Etiam ad annum 1312. in archivo Prati-veteris ſanctimonialium ſancti Johannis effertur Petrus tamquam capellanus & ſcriptor ejuſdem comitis. Pariter pro priore eligendo reperimus Bencivennem hoſpitalarium ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio commiſiſſe vocem Andreæ abbati ſancti Michaelis de Muriano ; ſcilicet ad electiones hujuſmodi non ſolum abbates & priores monaſteriorum, ſed & abbatiſſæ, & rectores hoſpitalium , omniumque aliorum locorum piorum evocabantur.

II. Dirempta controverſia inter epiſcop. Eugubinum & monaſter. Avellanenſe.

Dirempta fuit hoc anno gravis & diuturna controverſia , quæ vigebat Venturam epiſcopum Eugubinum inter, & Jacobum priorem eremi ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ. Jacobus prior ſe & monaſterium ſuum ceteraque loca ſubjecta eremo Avellanenſi vigore privilegiorum aſſerebat exempta ab epiſcopali jure; contra ipſum inſurrexerant Ventura epiſcopus. Poſt varias concertationes delata fuit cauſa ad apoſtolicam ſedem, & Bonifacius VIII. qui præſidebat , ipſius cognitionem demandavit duobus S. R. E. cardinalibus, Theodorico nimirum epiſcopo Civitatis-papalis, & Petro ſanctæ Mariæ-novæ diacono cardinali , qui uno conſenſu , præſentibus Monaldo de Eugubio , Henrico de Cantiano, & Johanne de Peruſio monachis Avellanenſibus priori ſuo adſiſtentibus , & conſtitutis coram cardinalibus, ipſo quoque Jacobo priore & epiſcopo Ventura adſtantibus definierunt , ut prior concederet epiſcopo Eugubino ejuſque ſucceſſoribus ad opus & uſum proprium & perpetuum epiſcopalis menſæ caſtrum Sclejæ cum vaſſallis, domibus, palatiis , terris & vineis , & cum capella ſancti Chriſtophori ibidem ædificata, eccleſiam quoque ſancti Apollinaris , quæ de Nartianula creditur, & aliam pariter ſancti Blaſii de Alfiolo cum omnibus æque bonis, quæ Avellanenſis eremus, & monaſterium ſancti Andreæ de Inſula-filiorum-Manfredi ſubjectum ipſi eremo habebant in pertinentiis

dicti

dicti loci de Alfiolo, & quod epiſcopus Eugubinus de cetero his contentus quidquam amplius non peteret vel exigeret cauſa ordinariæ jurisdictionis a priore & a monaſterio Avellanenſi, neque ab ipſorum eccleſiis, capellis, membris, locis & perſonis. Acta ſunt hæc Romæ in domibus eccleſiæ ſanctorum Johannis & Pauli ſub *anno Domini* M. CCC. I. *indictione* XIV. *duodecimo menſis decembris*, *pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno ſeptimo*, præſentibus venerabili patre domino Bernardo epiſcopo Parentino, domino Andrea de Eugubio canonico Catalaunenſi camerario prædicti domini Theodorici Civitatis-papalis epiſcopi, domino Jacobo priore eccleſiæ ſanctæ Mariæ-novæ de Urbe camerario prædicti cardinalis, domino Gregorio priore eccleſiæ ſanctorum Johannis & Pauli de Gajeta, ac magiſtro Raynaldo canonico Caturcenſi; Nicolao de Bono de Guarcino imperiali auctoritate notario. Quare XII. *kalendas januarii* hujus deſinentis anni idem Romanus pontifex Bonifacius ex Laterano Venturæ epiſcopo ſcribens definitionem per cardinales prædictos factam ratam habuit, & apoſtolico munimine roboravit. Theodericus cardinalis epiſcopus Civitatis-papalis ex archiepiſcopo Piſano factus fuerat cardinalis & epiſcopus Præneſtinæ urbis, quam ſolo æquatam & poſt obſidionem renovatam ita vocari præceperat idem ſupremus eccleſiæ antiſtes, eodem modo, quo paulo ante Nicolaus IV. ſancti Angeli-papalis nomen fecerat novæ Callienſi urbi, Petrus autem diaconus ſanctæ Mariæ-novæ erat Petrus de Piperno. Loco Bernardi epiſcopi Parentini inter teſtes legendum eſt Bonifacii, quandoquidem Bonifacii nomen perſeverat antecedentibus & ſubſequentibus annis in monumentis epiſcoporum Parentinorum, & ipſius nomen ſcriptum facile ſola initiali litera B.. exſcriptori anſam præbuerit, ut interpretaretur Bernardi.

Ann. Chr. 1301.

Poſt biduum alio inſigni diplomate monaſterium Avellanenſe ab omni prorſus Eugubini antiſtitis juriſdictione vel aliorum epiſcoporum, in quorum diœceſibus monaſteria & eccleſiæ juris erant Avellanenſis eremi, exemit Bonifacius, immediate illud & illa ſubjiciens ſedi apoſtolicæ, & imponens trium librarum uſualis monetæ tributum perſolvendum pro hujuſmodi immunitate quotannis cameræ apoſtolicæ in die feſto ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli. Primum diploma edidit Sartius in epiſcopis Eugubinis [a], quod illi ex autographo aſſervato in tabulario abbatiæ Florentinæ Petrus-aloyſius Gallettus doctiſſimus Caſinenſis monachus & viri ſpectatæ eruditionis & humanitatis dederat, ſecundum vero edimus nos in Appendice ex tabulario Avellanenſi.

a Pag. 165.

Idem Romanus pontifex *die vigeſima-quinta junii pontificatus* ſui *anno* VII. monachis Camaldulenſibus, converſis & commiſſis præſentibus & futuris largitus eſt centum dierum indulgentiam viſitantibus omnia ſuarum eccleſiarum altaria, vere contritis & confeſſis, atque orantibus Deum pro felici ſtatu Chriſtianorum & ſummi pontificis, diebus Nativitatis Domini & beatæ Mariæ, feriæ VI. in Paraſceve, dominicarum Reſurrectionis, & Pentecoſtes, Conceptionis beatæ Mariæ, Annuntiationis, Aſſumptionis, Apparitionis ſancti Michaelis, Nativitatis ſancti Johannis-baptiſtæ, ſancti Benedicti, ſancti Leonardi, & Dedicationis eccleſiæ.

PATRONI eccleſiæ ſancti Laurentii de Fabriano, quæ ſita erat extra portam plani dicti oppidi, donarunt hoc *anno* M. CCC. I. *indictione* XIV. *tempore Bonifacii pape* VIII. *die quinta menſis januarii* eamdem eccleſiam cum ſuis ornamentis, juribus & pertinentiis, decimis quoque atque parœcianis Gratiæ abbati monaſterii ſancti Victoris de Cluſis una cum jure electionis rectoris & rectorum eccleſiarum aliarum, quæ erant ſubjectæ eccle-

III. Eccleſia S. Laurentii de Fabriano donata monaſt. S. Victoris de Cluſis.

eccleſiæ ſancti Laurentii, ut addiſcimus ex autographo archivi ſancti Blaſii de Fabriano.

Ann. Chr. 1301.

IV. Proſecutio litis inter epiſcopos Spoletanos & Fulginates, ac inter monaſterium Vallis-caſtri quoad Aquam-paganam.

Cum quæſtio adhuc vigeret inter epiſcopos tum Spoletanos, tum Fulginates, ac inter monaſterium Vallis-caſtri quoad jus alterius monaſterii ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, quod ab immemorabili tempore ſubjectum cœnobio Valle-caſtrenſi, per hæc poſtrema tempora invaſum fuerat a clericis & laicis tum Spoletanis, tum Fulginatibus, poſt diplomata pontificia emanata in ſavorem Valle-caſtrenſis monaſterii, cauſa delata fuerat ad Neapoleonem cardinalem Urſinum diaconum ſancti Adriani, apoſtolicæ ſedis legatum in marchia Anconitana & in ducatu Spoletano. Prorogata fuit cauſæ cognitio toto antecedenti anno coram Alano vicario epiſcopi Spoletani. Demum præſenti *anno* M. CCC. I. *indictione* XIV. *die undecima januarii* inter Johannem priorem Aquæ-paganæ nomine Valle-caſtrenſis cœnobii, & inter Andream nomine Nicolai Spoletani epiſcopi, conſentiente utroque capitulo canonicorum Spoletanorum & monachorum Valle-caſtrenſium, Nicolaus epiſcopus Spoletanus & Hermannus abbas Vallis-caſtri ad ſequentem devenere concordiam, videlicet ut de ſexto in ſextum annum abbas prædictus monachum ſuum epiſcopo Spoletano exhiberet, qui ſi idoneus repertus forer, præficeretur eccleſiæ Aquæ-paganæ, ſi vero idoneus non judicaretur, alius, aliuſque nominaretur, quouſque aptum aliquem epiſcopus arbitraretur; inſuper quod clerici, qui tunc pro familiaribus in dicta eccleſia erant deputati per epiſcopum, commorarentur ibidem, ac providerenrur de vi[ctu] & veſtitu competenti cum indumentis *de biſcio vel cu[st]inello*, prout priori expedire viſum fuerit; decedentibus autem prædictis clericis, ordinatio ipſorum & ſubrogatio in ea eccleſia remanerent in diſpoſitione & arbitrio prioris ejuſdem eccleſiæ, qui pro tempore fuerit; cetera vero jura, quæ per extenſum leguntur, pertinerent ad epiſcopum. Acta ſunt hæc in domibus eccleſiæ ſancti Johannis-majoris de Spoleto, ubi moratur dominus epiſcopus. Sed integram conventionis ſyngrapham damus in Appendice ex tabulario ſancti Romualdi de Urbe. Nicolaus ex Prato Ethruriæ urbe procurator generalis ordinis patrum Prædicatorum, electus fuerat ante biennium epiſcopus Spoletanus, & creatus poſtea S. R. E. cardinalis & epiſcopus Oſtienſis anno 1303. a Benedicto XI. Romano pontifice.

V. Lites pro eccleſia S. Mariæ de Colle.

Supradictus cardinalis legatus Neapoleo Maſtino nato nobilis viri Ægidii Milini de Callio canonico Callienſi, & rectori ruralis eccleſiæ ſancti Vincentii de Monte-paganutio ejuſdem Callienſis diœceſis, contulit eccleſiam plebis ſanctæ Mariæ de Colle Senogallienſis territorii vacantem per reſignationem ſcripiam a Bartholomæo de Rocca-contrata, opera Saxonis prioris eccleſiæ Callienſis. Datum Spoleti *tertio nonas februarii*, *pontificatus domini Boniſacii pape* VIII. *anno ſeptimo*. Lis itaque excitata fuit inter eumdem Maſtinum plebanum, & Gratiam abbatem ſancti Victoris de Cluſis, quæ ab eodem Neapoleone cardinale prius judicio ſuppoſita eſt magiſtri Marini canonici Capuani, capellani ſui, & ſuæ curiæ auditoris; inde ex Fanenſi urbe XI. kalendas junii commiſſa Uguittioni abbati monaſterii ſancti Æmiliani de Conjunctulis Eugubinæ diœceſis, cujus abbatis judicis acta inter Jacobum ſindicum ſancti Victoris, & inter Maſtinum de Callio nomine epiſcopi Senogallienſis memorantur etiam ad diem ſeptimam junii. Controverſia producta fuit uſque ad ſequentem annum; nimirum agebatur de eccleſia, quæ in ſpiritualibus ſemper recommendabatur a Senogallienſibus epiſcopis, ſed in temporalibus ſubjiciebatur abbatibus ſancti Victoris de Cluſis. Nominantur in his paginis, quæ examen

men conſtituunt, monaſterium ſanctæ Crucis *de Contibus* in caſtro Saxi-ferrati, hoc eſt de comitibus Tripudii, & eccleſia ſancti Nicolai de Fabriano. Ann. Chr. 1301.

Accedens hoc anno Gerardus electus prior generalis Camaldulenſis ex Camaldolo Bononiæ, ubi inſignia ſupremi magiſtratos obtinuit, ad monaſterium ſanctæ Annæ ejuſdem urbis leges tulit, ne quævis monialis extra clauſtra exire præſumeret, nec quævis femina intra ſepta parthenonis admitteretur, etiam quæ habitum monaſticum induere cuperet, non præhabita licentia prioris, ex viris quoque nullus, præter medicos, & meſſium ac vini portitores; cameraria autem quolibet menſe ceteris adminiſtrationis ſuæ rationem redderet, manu Johannis Bononienſis notarii. Alia viſitationis tempore acta quoad ipſum monaſterium produntur anno ſequenti.

Realem abbatem monaſterii ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis exhibet pagina Claſſenſis ad diem quartam auguſti hujus anni. Suffectus is fuerat in locum Octaviani abbatis.

AD initia ſaltem hujus ſeculi referenda ſunt origines illuſtris parthenonis ſanctæ Agathæ de Florentia, cujus tamen primordia fatenda ſunt obſcura. Senator Alexander Strozzius filius celebris ſenatoris Caroli interpellatus de ortu hujus monaſterii, teſtatus eſt in brevi ms. relatione, quam confecit, ſe poſt multam navatam operam origines ipſius non detexiſſe, teſtemque dumtaxat producit Silvanum Ractium præſulem noſtrum, qui ſcriptum reliquit „ monialibus ſanctæ Agathæ datum fuiſſe „ ſancti Romualdi habitum, quem adhuc album deferunt, ſed quonam „ tempore id contigerit, eſſe adhuc inexploratum; nullo veteri documen„ to aſſerere alios hoſpitale ibidem prius extitiſſe vel eccleſiam, quam „ ſimiliter, quando ædificata fuerit, ignorent. “ Nihilotamen ſecius in ea ſententia, quam tulere Rainerius epiſcopus Feſulanus, & Henricus præpoſitus Pratenſis a ſancta ſede delegati anno 1211. contra abbatiſſam ſanctæ Mariæ de Mantignano, cui præceperunt, ut obedientiam præſtaret epiſcopo Florentino, hæc leguntur: *Lata eſt hec ſententia Florentie in epiſcopali curia prefati domini epiſcopi Feſulani anno Domini* M. CC. XI. *quinto idus aprilis indictione* XIV. *preſentibus teſtibus magiſtro Hugone & magiſtro Zinioſo canonicis Feſulanis*, & domino Bene priore de ſancta Agatha, *presbytero Johanne de ſancta Maria Hugbi, & presbytero Uguiccione de ſancto Chriſtophoro & aliis. Ego Benvenutus judex & notarius* &c. Charta extat in copioſo tabulario alterius parthenonis ſanctæ Apolloniæ, cui ſubinde unitum fuit vetus monaſterium de Mantignano. Quare antiquum aliquod monumentum reperitur eccleſiæ ſanctæ Agathæ a presbytero priore rectæ. E contra in prolixo inſtrumento anni M. CC. LXXXVI. quo rectores eccleſiarum urbis & territorii Florentini numero ducenti & ſexdecim ſubſcribunt electioni procuratoris cujuſdam communis cauſæ, inter mſs. bibliothecæ Maglabechianæ, & etiam inter miſcellanea Ferdinandi Melioris, non legitur nomen prioris ſanctæ Agathæ. Eo forte anno moniales jam locum incolebant; hinc nil mirum, quod prior ſecularis non ſubſcripſerit. Sed pedetentim obſervationes noſtras proſequamor. In pagina *anni* M. CCC. XXVII. *die* XXIV. *aprilis*, quæ extat in bibliotheca Laurentiana, legitur a vicario epiſcopi Florentini Franciſci vocatas fuiſſe „ abbatiſſam, moniales & conventum monaſterii ſanctæ Urſæ; „ abbatiſſam, moniales & conventum monaſterii Sanctucciarum ordinis ſan„ cti Silveſtri; abbatiſſam, moniales & conventum monaſterii de Qua„ racchi; abbatiſſam &c. ſanctæ Luciæ de Crucedivia; *abbatiſſam, mo„ niales & conventum monaſterii de Bibbiena*, abbatiſſam demum, monia-

VI. Origines parthenonis S. Agathæ de Florentia.

Ann. Chr. 1301.

„ les & conventum de Annuntiatis , quæ omnia monaſteria ſita & conſtructa fuerunt & ſunt in parochia ſancti Laurentii Florentiæ prædicti „ ſub certis pactis , conventionibus & promiſſionibus initis tunc temporis. “ Et prope finem paginæ habetur : „ Die vigeſimo-tertio aprilis „ comparuit coram dicto vicario ſer Landus Ubaldi ſindicus & procurator „ abbatiſſæ, monialium & conventus monialium de Bibbiena, & dictus vicarius prædictus ad petitionem dicti ſer Niſi ſindici præcepit dicto ſer „ Lando, quod faciat & coret ita & taliter, quod ipſa abbatiſſa, moniales & conventus obſervent pacta & conventiones inter ipſam eccleſiam „ & monaſterium hactenus initas & pacta . “ Statim autem oſtendimus moniales ſanctæ Agathæ primis temporibus vocatas fuiſſe de Bibbiena ſeu de Biblena. Ex relata igitur charta colligitur ante annum 1327. extitiſſe ſanctimoniales in eccleſia ſanctæ Agathæ, immo laudatus ſenator Strozzius affirmat, licet ignota ſit parthenonis prima origo, ſe chartas vidiſſe ejus loci annos 1300. & 1302. referentes, in quibus moniales nominantur. Addimus hic loci teſtamentum Philippi Ciſti de Carinis populi ſanctæ Trinitatis , qui ad diem XII. februarii anni 1291. aliquid de bonis ſuis reliquit *dominabus de Bibbiena in via ſancti Galli*; alterum autem Schiattæ filii quondam domini Bocchæ; filii olim domini Ruſtici de Abbatibus populi ſancti Martini , qui bona legavit monialibus ſanctæ Agathæ in via ſancti Galli , alias vocatis *le donne di Bibbiena* , die nona februarii anni 1300. ex archivo ſanctæ Mariæ-novellæ ; tertium domum Monnæ Scottæ viduæ, ad annum 1319. ex tabulario Camerlitarum urbis Florentinæ. Si nomine dominarum incluſarum Camalduli, quæ ſic appellantur poſt alias ſanctimoniales ejuſdem urbis Florentiæ in teſtamentariis tabulis anni M. CC. LXXVIII. die XVIII. februarii exiſtentibus in archivo Ciſterni ejuſdem urbis venirent moniales ſanctæ Agathæ , & non potius Buldronenſes & Lucenſes in territorio dictæ urbis poſitæ , jam origines monialium ſanctæ Agathæ forent antiquiores.

Quod vero moniales ſanctæ Agathæ primis temporibus appellatæ fuerint de Biblena, & promiſcue etiam de ſancta Agatha, evincitur , præter mox allata inſtrumenta , ex altero teſtamento Johannæ viduæ Ruggerii Bentaccordi & filiæ quondam Gerii Rinuccii de Monaldis in archivo publico Florentiæ apud eumdem Ferdinandum Meliorem , condito anno M. CCC. XXIX. in quo leguntur nomina plurium monaſteriorum , quibus legata reliquit prædicta Johanna, idest monialium ſanctæ Catharinæ de Florentia, monialium ſanctæ Urſulæ , monialium ſanctæ Luciæ in via Crucis, ſanctæ Mariæ de Querceto de via ſancti Galli , *monialium ſanctæ Agathæ de Bibbiena* , fratrum ſancti Petri del Murone de Florentia, monialium ſancti Johannis-evangeliſtæ de Faventia, monialium ſanctæ Mariæ Matris , monialium ſanctæ Mariæ Urbanæ , hoſpitalis ſancti Johannis inter Arcus. Cur autem appellarentur de Bibbiena, veri ſpeciem habet eas advenifſe ex Biblena oppido Caſentini in diœceſi Arretina, ubi aderat monaſterium ſancti Andreæ inſtituti Camaldulenſis , eodem modo, quo aliæ ſanctimoniales de Querceto nominatæ in hoc ipſo teſtamento, licet tranſlatæ fuiſſent ad viam ſancti Galli , antiquum nomen de Querceto, quod erat extra urbem, retinebant, ubi primum fundatum fuerat earum parthenon . Ita & moniales ſancti Johannis-evangeliſtæ de Faventia fundatæ a beata Humilitate abbatiſſa , quæ ex Faventia Florentiam ſe contulerat , ut eas inſtitueret , nomen vetus de Faventia; ita demum & ſanctimoniales Ripolenſes, Montis-domini, Monti-cellenſes Florentiam tranſlatæ ſervarunt nomen, quod obtinebant, cum extra urbem

bem in locis prædictis ſtationem habebant. Nomen *de Bibbiena* ab ipſis ſanctæ Agathæ monialibus retentum perdurat etiam in paginis annorum 1377. & 1389. quarum fragmenta profert Cl. V. Joſeph Ricca S. J. in enarratione hiſtoriæ ejus monaſterii. Dominicus Mannius pariter apud eumdem chartam refert anni ſequentis 1303. in qua nominantur *moniales ſanctæ Agathæ de via ſancti Galli, & ſancti Andreæ de Bibbiena in eodem monaſterio degentes*. Anno 1361. moniales ſanctæ Agathæ Florentiæ pro monaſterio ſuo, & pro illo ſancti Andreæ Lontrinæ diœceſis Arretinæ, *quod primi eſt membrum*, procuratorem inſtituunt presbyterum Blaſium. Si ſeculo elapſo ſanctimoniales ſancti Andreæ de Biblena non concremaſſent omnia inſtrumenta, & paginas hædinas ſui monaſterii tempore peſtiferæ contagionis; id, quod actum legimus etiam in pluribus aliis urbibus decreto ſupremorum magiſtratuum, innoteſcerent nobis haud ægre veriores origines tum monaſterii ſanctæ Agathæ de Florentia, tum ſancti Andreæ de Biblena, æque & ipſæ ignotæ. Reperimus anno 1149. Galienam filiam Rodulphini, & Surrentinam filiam Raynerii Camaldulenſi priori Azoni terras tradidiſſe in curte Biblene in loco, ubi dicebatur Lontrille. Hæc facile ſunt primordia parthenonis Biblenenſis ſancti Andreæ, dicti frequenter in Lontrille vel Lontrina. Porro ſcimus tum in caſtro ejuſdem loci, tum apud Curtem-veterem de Fojano, tum in aliis locis vicinis Biblenæ fuiſſe his ſeculis incluſas Camaldulenſes moniales. Cum vero proximis his annis tota Caſentini provincia bellis arderet, depopulationibus inſuper pateret & ruinis, ut vidimus ad anoum 1297. cum etiam anno 1289. a comite Guidone Novello in Campaldino agro Ghibellini Arretini una cum coryphæo ipſorum Guillielmino epiſcopo victi fuerint, & pleraque nobilium multitudo interfecta, Biblenæ etiam oppidum deſtructum, ut habetur in chronico Poteſtatum Arretinorum apud Muratorium,[a] veriſimile eſt eo vel proximis annis moniales ſancti Andreæ Biblenæ loco ceſſiſſe, & Florentiam ſe tranſtuliſſe, ubi collectæ ad eccleſiam ſanctæ Agathæ novum circa ea tempora aſceterium fundaverint, dictum primis temporibus de monialibus Biblenæ. Exploratum eſt ex vita ſancti Romualdi digeſta a Petro Damiani ipſum parentem noſtrum extruxiſſe monaſterium ancillarum Dei in Valle-bona. Si de Valle-bona ſermo ibi eſt, poſita in caſali Conrra territorii Partinæ haud multum diſtantis a Biblena, antiquiſſima ſane eſſet ſanctimonialium Biblenenſium origo, cum certum etiam ſit ex pagina tabularii Fontis-boni ad anoum 1038. eremo Camaldulenſi terras dono datas fuiſſe in caſali Contra territorii Partinæ vocabulo Vallebona. Superiora documenta excerpſimus ex pluribus tabulariis Florentinis, eo temporis, quo a ſanctimonialibus ſanctæ Agathæ rogati manu noſtra apud ipſas reliquimus ſcripta monumenta hiſtoriæ earum parthenonis, quæ ſubinde documentorum aliorum acceſſione illuſtrata iterum legimus in notitiis eccleſiarum Florentinarum collectis a laudato Joſeph Ricca tomo quinto[b].

Ann. Chr. 1301.

Ceterum ſanctimonialibus Biblenenſibus ad ſanctam Agatham Florentiæ tranſlatis nomen datum non fuit Camaldulenſium, quia, ut animadvertit Ractius, ſemper ſub regimine epiſcopi Florentini perſtiterunt, & in privilegiis pontificiis & epiſcopalibus idcirco uſurpatur duntaxat additum *ordinis ſancti Benedicti*, id quod non officit ipſarum inſtituto Camaldulenſi. Etiam monachi ſanctæ Mariæ Angelorum ejuſdem Florentinæ urbis, qui indubie fuerunt ſemper & ſunt Camaldulenſes, in pluribus bullis Romanorum pontificum ſolo addito *ordinis ſancti Benedicti* efferuntur. Sanctimoniales ſanctæ Agathæ habitum nunquam non album geſtarunt, ut fidem faciunt veteres

[a] T. XXIV. Script. rer. Ital. col. 861.

[b] Pag. 265.

Ann. Chr. 1301.

picturæ ſuper tabulas expreſſæ tum in monaſterio, tum in eccleſia, ſemper ſanctum Romualdum parentem poſt divum Benedictum agnovere, & officia publica recitarunt Sanctorum ordinis Camaldulenſis. Hæc de monaſterii ſanctæ Agathæ primordiis in re obſcura dicta ſint, aliqua dicentur ſubinde de iocrementis & progreſſibus ejuſdem parthenonis.

Cum ſchiſma perſeveraret in monaſterio ſancti Savini de Montione Piſarum plures ex monachis ejuſdem loci petierunt tum anno antecedenti, tum præſenti a Johanne abbate dicti cœnobii licentiam tranſeundi ad alia otdinis Benedictini monaſteria ejuſdem urbis.

Ann. Chr. 1302.

VII. De loco S. Annæ urbis Bononienſis.

MONASTERIUM ſanctæ Annæ de Bononia congregationi Camaldulenſi ſubtrahere quærebat Johannes-jordanus de Sabellis epiſcopus Bononienſis; oppoſuit ſe conatibus epiſcopi Gerardus præfectus Camaldulenſis, & ut ad aliquam devenirent concordiam, ambo compromiſerunt in Guidonem de Abaiſio archidiaconum Bononienſem, & in Johannem de Calcina decretorum doctores, qui terminarent differentias inter ipſos vertentes occaſione parthenonis ſanctæ Annæ ſiti in ſuburbio burgi Galeriæ; manu Johannis Bononienſis Thomaſini Saragozani notarii. Die vigeſima-quinta junii [a] eremitæ Camaldulenſes in capitulo congregati, videlicet Benedictus de Prato ſacriſta, Petrus Lucenſis, Aldebrandinus Arretinus, Humilis de Foro-livio, Johannes de Romena camerarius, Johannes de Caſtello, Andreas Piſanus, Benedictus de Laterino, Ottonellus de Padua & Simon Peruſinus calculo ſuo approbaverunt hujuſmodi compromiſſum. Obeunte epiſcopo Bononienſi hoc ipſo anno lis dirempta fuit, nam pacifice perſeveraſſe in eo monaſterio ſanctimoniales annis ſequentibus novimus. Philippam abbatiſſam cum decem monialibus ibi commorantem memorat pagina tabularii ſanctæ Chtiſtinæ ad annum 1311. Unitum tamen ſanctæ Annæ monaſterium cum altero ſanctæ Mariæ de Bethleem, quorum abbatiſſa & rectrix erat Ægidia de Banzis, docet alia pagina ejuſdem archivi ad annum 1323. Guido de Abaiſio archidiaconus Bononienſis an is, qui primum Rhegienſis epiſcopus, poſtea Ariminenſis, inde Ferrarienſis, poſtremo obiit archiepiſcopus Ravennas?

a §. Ratificatio 1. A. 4. 21.

Defuncto Andrea priore ſancti Mathiæ de Muriano Petrus Lucenſis eremita Camaldulenſis, idem qui nominatur in ſuperiori approbatione, electus fuit hoc *anno die ſexta junii feria* IV. *indictione* XV. a monachis ejus cœnobii in priorem, ex charta tabularii ejuſdem loci, quæ integra proſtat [b] tomo III. eccleſiarum Torcellanarum, deputato Bonaventura converſo in procuratorem, qui ipſi offerret electionem de eo factam, ſimulque inſtaret apud Gerardum generalem præſidem pro ejus confirmatione: electioni præfuit Romualdus abbas ſancti Michaelis de Muriano vicem agens ejuſdem Gerardi. Romualdus ſuffectus eſt abbas poſt Andream, cujus poſtremi mentionem ingeſſimus ad annos 1299. & 1300.

b *Pag.* 133.

VIII. Statuta Gerardi prioris Camaldulenſis.

PROSEQUENS Gerardus monaſteriorum viſitationes die [c] duodecima aprilis hujus anni nonnulla ſtatuta edidit pro bono regimine cœnobii ſancti Salvatoris Camalduli Florentini; menſe majo Foro-livium venit, accedenſque prima vice ad aſceterium ſancti Salvatoris de Vico, ab abbatiſſa & a monialibus reverentet ſuſceptus obedientiæ ſacramentum recepit. Eadem die ad alterum ſanctimonialium domicilium in ipſa urbe ſub titulo ſanctæ Chriſtinæ progrediens aliquot præcepta quoad loci recluſionem obſervanda maxime opportuna tradidit. Quinta-decima junii [d] orbata congregatione præſidio cardinalis protectoris & defenſoris, actum fuit ab ipſo & a decem eremitis Camalduli-majoris de ſeligendo potenti viro, cui

c §. *Notabilia* 1. *A.* 5. 25.

d *Ibid.* 2. *A.* 5. 30.

cui virtus ineſſet eremum & ordinem tuendi apud apoſtolicam ſedem, conveneruntque omnes in electionem Petri de Piperno cardinalis diaconi ſanctæ Mariæ-novæ, qui tum doctrina, tum potentia plurimum eo temporis valebat in Romana curia. Approbavit & renovavit idem Gerardus [a] die tertia novembris revocationem donationis factæ olim Vivenſi cœnobio de monaſterio & eccleſia ſanctæ Mariæ de Toma, quam revocaverat primum jamdudum, nempe anno 1291. Frigdianus generalis prior. Ratam vero habuit unionem jampridem factam monaſteriorum ſancti Savini de Chio, & ſancti Andreæ de Puteo ſeu de Caſtellione, quæ tamen nondum executioni mandata fuerat. Demum adjunxit eccleſiam ſancti Martini de Cellis diœceſis Senenſis, quæ obedientialis erat, & ut dicebant, manualis monaſterii ſancti Petri de Rotis Arretinæ diœceſis, eidem cœnobio, nuntium mittente ei eccleſiæ Michaele priore. Amoto die decima-octava auguſti a regimine Cerretani monaſterii Guidone abbate Petrnm Faventinum præſulem cœnobio dedit.

ANN. CHR. 1302.

[a] *Ibid.* 3. *A.* 5. 48. 52. 53. 54.

IX. Concordia inter epiſc. Eugubinum & monaſter. Vallis-caſtri. Iterum de Aqua-pagana.

Sicut cum Avellanenſi cœnobio anno præcedenti, ſic præſenti anno cum Valle-caſtrenſi monaſterio concordiam iniit Ventura Eugubinus epiſcopus quoad præpoſituram ſeu monaſterium ſancti Stephani de Arcellis, cujus præpoſitus erat Petrus, & quoad eccleſias ſancti Bartholomæi de Cariſto, ſancti Angeli de Lambertiſchis, ſanctæ Crucis & ſancti Paterniani caſtri Ghiomiſcii, quæ exſurgebant in epiſcopatu Eugubino, ſed ad jura pertinebant Valle-caſtrenſis abbatiæ, erantque ex diutiſſimo tempore liberæ & exemptæ a jure epiſcopali, a cujus libertatis poſſeſſione eatenus turbatum non fuerat Vallis-caſtri cœnobium. Communi itaque conſilio Venturæ epiſcopi & Hermanni abbatis captum fuit, ut earum eccleſiarum præpoſiti & rectores poſſent de cetero committere & exercere curam animarum, ligare, abſolvere, inſtituere, & deſtituere, & omnia & ſingula facere, quæ libere faciebat ipſe Valle-caſtrenſis abbas in ceteris eccleſiis exemptis & in populis earum, ſolutione cenſus ſtatuta epiſcopo octo librarum denariorum Ravennatenſium vel Anconitanorum, reſervata inſuper illi collatione chriſmatis, olei ſancti, conſecrationis altarium & eccleſiarum, ac ordinationis clericornm. Actum in Eugubina diœceſi ante eccleſiam ſancti Juſtini de Pulvicula, præſentibus magnifico viro domino Philippo filio domini Jacobt de Coccorrano, Ventura canonico Eugubino aliiſque, *anno milleſimo* CCC. *ſecundo*, *indictione* XV. *tempore ſanctiſſimi patris domini Bonifacii pape* VIII. *die* XXVII. *auguſti*; quam conventionem integram procudimus in Appendice ex tabulario ſancti Blaſii de Fabriann. Obiit hoc ipſo anno Ventura epiſcopus Eugubinus, ſuccedente ſibi Franciſco, ſub quo anno 1321. exemplatum fuit inſtrumentum.

Eodem *anno tempore domini Bonifacii pape* VIII. *indictione prima ſecundum conſuetudinem Romanorum* (mutata nimirum menſe ſeptembri, cum ceteroquin indictio hujus anni eſſet XV.) *die octava novembris* Nicolaus epiſcopus Spoletanus admiſit & recepit ceſſionem olim factam coram Bartholomæo decano Pictavienſi canonicatus eccleſiæ ſancti Salvatoris de Aqua-pagana per magiſtrum Jacobum Nicolæ de Gualdo procuratorem Sinibaldi Franciſci de Viſſo canonici dictæ eccleſiæ. Actum Romæ, præſentibus fratre Nicolao de Publica, & fratre Jacobo de Ficullis ſociis domini epiſcopi ordinis Prædicatorum, & domno Manno plebano plebis de Ripolis capellano ipſius epiſcopi. Sed tum ceſſio & ceſſionis admiſſio, tum concordia ſecuta anno præterito inter eumdem epiſcopum & inter abbatem Valle-caſtrenſem parum perduravere. Sub Petro-paulo Trincia Nicolai, intermedio Johanne, ſucceſſore, qui electus fuit epiſcopus Spoletanus

ANN. CHR. 1302.

letanus anno 1306. iterum ſuſcitata eſt controverſia, epiſcopo ſibi juriſdictionem uſurpante in monaſterium Aquæ-paganæ. Ipſius ſiquidem tempore, nec non ſub ejus ſucceſſore Bartholo ſive Bartholomæo reperimus clericos ſeculares inductos fuiſſe in poſſeſſionem canonicatuum & beneficiorum ejuſdem eccleſiæ & eccleſiarum ſubjectatum; contentiones ex utraque parte motas perduraſſe uſque ad annum 1325. quo nova ſtatuta fuere concordiæ fœdera ab eodem Bartholo epiſcopo; immo reaſſumptam fuiſſe controverſiam ſequenti anno 1326. ſopitam demum integre poſt aliquod tempus. Sed de his agimus ſuis annis.

X. Eccleſiæ Faventinæ ſubjectæ monaſt. S. Hippolyti de Faventia,

ECCLESIA ſanctæ Mariæ de Fermellino diœceſis Faventinæ ſpectabat ad monaſterium ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia, nominata proinde inter ceteras ſubjectas eidem cœnobio ad annum 1181. ab Alexandro III. quare Apollinaris abbas dicti monaſterii ipſam hoc anno de rectore providit. Fidelitatis, obedientiæ & ſubjectionis ſacramentum eidem abbati præſtitit Benvenutus rector eccleſiæ ſancti Laurentii de Guarcinorio. Tertia eccleſia dicto monaſterio obnoxia erat eccleſia ſanctæ Mariæ de Antignana, cujus rectori Beneſacto Opizo archiepiſcopus Ravennas eodem anno commiſit, ut quorumdam prædiorum & bonorum olim conceſſorum ab archiepiſcopis Ravennatibus poſſeſſionem traderet monaſterio ſancti Benedicti in Alpibus ſive de Biſurco, quam Beneſactus tradidit *anno Domini* M. CCC. II. *indictione* XIV. *die penultima decembris*, hoc eſt finiente præterito anno, cujus indictio erat decima-quarta, & inchoato anno incarnationis a die nativitatis Dominicæ. Opizonis autem archiepiſcopi literæ datæ ſunt ex Faventia *die* X. *decembris indictione* XIV. munitæ ſigillo ejuſdem præſulis, quod exhibet figuram epiſcopi ſedentis in ſua ſede & in cera rubra impreſſo. Etiam ex tabulario ſancti Laurentii de Florentia [a] novimus hoc anno eumdem Opizonem confirmaſſe abbati Biſurcenſi privilegia ſuperiorum archiepiſcoporum Ravennatum.

a M. 22. 219.

Ex capitulo monaſterii Suavicinii, ubi conditum fuerat venerabile corpus ſancti Dominici Loricati a beato Petro Damiani, translatum fuit in novam eccleſiam hoc anno, ut fidem facit ſequens inſcriptio in ipſius vita a Turcio [b] ex Cancelloto allata: *Sub anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo tempore domni Bonifacii papæ octavi menſe februarii die duodecima translatum eſt corpus beati Dominici*; ubi ad hodiernam diem religioſe quieſcit.

b Pag. 127.

ANN. CHR. 1303.

XI. Cardinales protectores ordinis Camaldulenſis.

PARUM ſupervixit electus congregationis Camaldulenſis protector Petrus de Piperno cardinalis diaconus ſancte Mariæ-novæ; ipſius interitus a Contelorio & ab Ughellio aſſignatur anno præcedenti ad diem XVII. ſeptembris, Ciacconius vero & Auberius referunt ejus deceſſum ad annum ſequentem; a veri ſpecie non abhortet ipſum fato functum eſſe anno præſenti, nam in tabulario Fontis-boni reperimus [c] anno M. CCC. III. *die decima julii* ſuffectum fuiſſe in Petri locum a Gerardo priore generali de conſilio prælatorum ordinis Franciſcum Cajetanum nepotem Romani pontificis Bonifacii VIII. ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconum cardinalem.

c §. *Notabilia* 4. *A.* 5. 72.

XII. Monaſterium S. Mariæ de Ravone Bononiæ erigitur in ſanctimonialium domicilium.

IN capitulo generali Bononiæ celebrato anno 1301. conſulentibus eremitis proviſum fuerat a Bartholo Majore eremi, ut monaſterium ſanctæ Mariæ de Ravone ejuſdem Bononienſis urbis, quod primum hoſpitale, inde fuerat eatenus monachorum Camaldulenſium domicilium, erigeretur deinceps & converteretur in aſceterium ſacrarum virginum ea ſpe, ut major inde honos ordini, utilitas loco, Deoque gloria proveniret. Quare hoc anno, [d] *die vigeſima-ſeptima aprilis* Gerardus prior Camaldulenſis,

d *Ibid. A.* 5. 65.

ANN. CHR. 1303.

lenſis, electa Maria moniali ſanctæ Chriſtinæ de Fundatia Bononiæ in abbatiſſam dicti loci Ravonis, muris cingi juſſit monaſterium pro ſanctimonialium cuſtodia; manu Rainerii Gualterotti notarii.

Poſt biduum [a] vacanre monaſterio ſanctæ Mariæ de Peretulo ſito in diœceſi Foro-popilienſi, quod erat manuale eremi, elegit idem Gerardus in priorem loci Angelum de Caſtellione-Arretino monachum Claſſenſem. Hoc eſſe unicum monumentum, quod ſupereſt hujus monaſterii in chartis tabularii Camaldulenſis, aſſerit Baroncinius, ſed in regeſto II. Gerardi I. prioris Camaldulenſis ad annum 1280. expreſſa mentio fit ejus monaſterii, & prioris, cui epiſtolam ſcripſit VIII. idus julii ejuſdem anni; immo prior de Peretulo nominarnr ad annum 1259. qui interſuit capitulo celebrato in Fonte-bono, in quo electus fuit præſes generalis Jacobus pœnitentiarius. Die prima julii [b] conſtituit Gerardus prior David, dictum Davinum, in procuratorem ſuum ad vendendum monaſterium Boſſemuli, & terras & poſſeſſiones dicti loci ſiti in territotio Peruſino; manu Zenonis abbatis Florentini.

a Ibid. A. 5. 66.

b Ibid. A. 5. 70.

XIII. Statutum Arretinum pro Camaldulenſibus.

PER conſilium centum virorum, qui deſtinati fuere tempore nobilis viri Uguccionis de Fagiola poteſtatis Arretinorum ad condendum ſtatutum ejus urbis, decretum fuit inter cetera ſub die decima-ſexra auguſti hujus anni, & ſub rubrica *de immunitate eremi Camaldulenſis*, quod teneretur poteſtas Arretinus priorem Camaldulenſem, eccleſias, monaſteria, bona & perſonas ad eremum pertinenres tamquam cives defendere & manutenere, ac contractus eorumdem inviolabiliter obſervare, ita tamen, ut non poſſent vendi bona dictæ eremi exiſtentia in comitatu Arretii, niſi civibus & *comitatinis*, vel ſolventibus *datium* Arretii ſine voluntate conſilii quadringentorum virorum, juſtitiamque ſindico & œconomo eremi Camaldulenſis, ſicut aliis civibus, faceret poteſtas Arretii; manu Ciſchi quondam Amanini notarii. [c]

c §. Statuta 3. A. 4. 31.

XIV. Raynaldus de Concoregio eligitur archiep. Ravennas.

CUM mortem oppetiiſſet archiepiſcopus Ravennas Opizo, convenerunt hoc anno pro electione novi præſulis Ravennam, ignorantes reſervationem ejus ſedis factam a Romano pontifice Bonifacio VIII. chorus Ravennatis eccleſiæ, procuratores epiſcoporum ſuffraganeorum, procuratores Uberti epiſcopi Feretrani, & abbaris ac adminiſtratoris abbatiæ ſancti Hilari de Galeata, Boni abbatis Uranenſis, & cum aliis Ravennatibus abbatibus Rainerius abbas ſancti Apollinaris in Claſse, atque concordibus ſuffragiis, reprobato Leonardo Fliſco, vota ſua dedere pro Raynaldo de Concoregio, canonico olim Mediolanenſe, facto ſubinde Vicetino epiſcopo, & deſtinato in Gallias legato, ac poſtremo provinciæ Romandiolæ rectore, quem in archiepiſcopum Ravennatem elegere. Rainerius abbas Claſſenſis poſt biennium redeuntem ex Galliis ad eccleſiæ ſuæ poſſeſſionem ineundam Raynaldum archiepiſcopum recepit ad hoſpitale medii Pineti; nam teſte Rubeo, [d] " Jacobus rector ſanctæ Mariæ in ,, Cepadella, quod eſt Ravennate templum, Raynaldi archiepiſcopi, Rai- ,, nutii archidiaconi, Johannis Andreæ præpoſiti, & chori Ravennatis eccle- ,, ſiæ procurator, quarto nonas octobris (anni 1305.) in Leſeda in via ,, publica ante hoſpirale *de Meza pignera*, ſignificavit Rainutio abbati ,, Claſſenſi (lege Rainerio) novum eumdemque primum Raynaldi ip- ,, ſius archiepiſcopi ad Ravennatem eccleſiam ſuam adventum, eumque ,, ad cœnobium illud divertere eo die velle, & ibidem de more eſſe, ,, iraque pro eo ac deberet, illi obviam ſollemni ſupplicatione procede- ,, ret, antiſtitemque reciperet. ,,

d Lib. VI. pag. 510.

XV. De eccleſiis Longiani, & ſancti Matthæi de Accariſiis Bononiæ.

EIDEM Rainerio abbati Claſſenſi vigeſima-ſexta octobris hujus anni

Vi-

ANN. CHR. 1303.

Vitalis de caſtro Longiani, inſpecta ſanctitate & honeſtate Camaldulenſis eremi, donavit nomine ejuſdem eremi duas domos in eodem caſtro cum obligatione conſtruendi in terris adjacentibus ipſis domibus eccleſiam pro rebus ſacris.

Die vigeſima-quinta decembris Gerardus filius quondam domini Adelardi de Accariſiis Bononienſis pro ſe, & tamquam hæres domini judicis de Accariſiis, & Guillielmi quondam Lambertini de Accariſiis dono dedit eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vangaticia & Guidoni ejus monaſterii abbati omnia jura tam patronatus, quam alia quæcumque, ſive ſpiritualia ſive temporalia obtinebat in eccleſiam ſancti Matthæi, dictam de Accariſiis Bononienſis urbis. Extat in codice capituli Bononienſis vulgo dicto *in libro delle Aſſe* hujus eccleſiæ mentio, & inſtitutio rectoris facta a familia Accariſiorum anno 1278. Guido de Bayſio archidiaconus ejuſdem capituli cum ceteris canonicis majoris eccleſiæ hoc ipſo anno die vigeſima-ſeptima aprilis confirmaverat electionem de Joanne filio Benvenuti de Urbiciano in rectorem ejus eccleſiæ per patronos factam.

XVI. Abbates S. Gregorii & S. Sabbæ de Urbe judices controverſiarum.

CUM lites perſæpe vigerent inter rectores Romanæ fraternitatis clerumque Romanum ex una parte, & inter fratres ordinum Predicatorum & Minorum ex altera ſuper ſepulturis mortuorum, & ſuper excipiendis vivorum confeſſionibus, providit Bonifacius VIII. Romanus pontifex præſenti anno ſub die nona auguſti, ut qui in Urbe foret vicarius ſuus, vel eo in Urbe non exiſtente, abbates duorum monaſteriorum ſancti Gregorii ad Clivum Scauri, & ſancti Sabbæ in Monte-aventino, vel alter eorum, ſine ſtrepitu & ſine figura judicii, cauſas cognoſcerent de inobedientiis, exceſſibus & culpis dictorum rectorum, & cleri presbyterorum & clericorum parochialium, ac fratrum ordinum prædictorum commiſſis contra regulas & jura a ſe ſtatuta inter ambas partes, eoſque per cenſuram eccleſiaſticam auctoritate apoſtolica punirent, ſtuderentque ipſi clerum, rectores & fratres in pace, benevolentia & caritate tenere; & ne per concurſum dicti abbates mutuo ſe impedirent, ordinavit, ut in cognitione cauſarum alter alteri præferretur, apud quem per eum, qui conqueſtus fuerit, querela primitus fuiſſet deportata. Extat hujuſmodi Bonifacii bulla in [a] ampliſſima Dominicanorum bullarum collectione.

a T. II. pag. 70.

XVII. Eccleſia S. Mariæ de Petroccia erecta in ſanctimonialium aſceterium.

ANDREAS abbas erat monaſterii præfati ſancti Gregorii, qui jam ab anno 1296. Matthæo ſucceſſerat. Ipſi Andreæ hoc anno M.CCC.III. *pontificatus domini Bonifacii pape* VIII. *indictione prima menſis martii die vigeſimo-primo* expoſuerunt Maria de Papareſchis & Ægidia uxor quondam domini Petri Scotti ſuum deſiderium introeundi in monaſterium, ibidemque vivendi juxta regulam & inſtitutiones ordinis ſancti Benedicti; quare ab ipſo petierunt facultatem demorandi intra ſepta & eccleſiam ſanctæ Mariæ in Petroccia ſubjectam monaſterio San-gregoriano, & ædificandi prope ipſam domos & officinas neceſſarias ad uſum monialium ibi recipiendarum, & conſtituendi ſibi abbatiſſas, prioriſſas ceteraſque officiales; ipſum vero monaſterium conſtruendum ita voluerunt, ut ſemper ſubjiceretur abbatibus ſancti Gregorii, qui eas viſitare, corrigere & reformare deberent, & in ſignum ſubjectionis ſpoponderunt quotannis in feſto ſancti Andreæ daturas *camiſum boni panni de lino*, & in feſto ſancti Gregorii *cottam* nomine cenſus; poſt mortem vero primæ abbatiſſæ electam in præfectam confirmandam fore, & in poſſeſſionem mittendam ab eodem abbate ſancti Gregorii.

In chronico Andreæ Dei Senenſis apud Muratorium [b] legitur ad hunc annum commune urbis Senenſis emiſſe ab abbate ſancti Salvatoris, nempe

b T. XV. col. 44.

pe Berardingorum, Talamonem portum pretio octo millium florenorum aureorum, quem poſſidebant tunc temporis comites ſanctæ Floræ nomine monaſterii, ac pro ipſo tenebant.

Ann. Chr. 1303.

XVIII. Obitus Maghinardi de Suſinana; teſtamentum Gerardi de Camino.

Obiit [a] hoc anno Maghinardus filius quondam Petri Pagani de Suſinana celeberrimus exercituum ductor in ſuo caſtro Benclari Vallis-lamonis diœceſis Faventinæ die vigeſima-ſeptima auguſti. Suis teſtamentariis tabulis inter cetera legavit monaſterio ſanctæ Mariæ foris portam ejuſdem urbis mille denariorum libras pro refectione damnorum, quæ ipſi intulerat; reliquit de ſuis bonis & pecuniis plura locis piis, & etiam monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentii dictæ urbis.

[a] *Tonduccius Hiſt. Favent. pag.* 361.

Alter illuſtris vir Gerardus de Camino Tholberti frater, Cenetenſis comes & capitaneus generalis Tarviſii, Feltrii &, Belluni, teſtamentum ſuum condens in urbe Tarviſina hoc *anno* M.CCC III. *indictione prima die dominico quarto intrante auguſto* voluit corpus ſuum ſepeliri apud eccleſiam ſancti Franciſci ordinis Minorum ejuſdem urbis; monaſterio ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis de Fullina reliquit molendinum, voluitque omnia ea reſtitui, quæ irrationabiliter per ipſum fuerant eatenus detenta. In ceteris bonis ſuis hæredes conſtituit filios ſuos Ricciardum & Guecellonem. Actum Tarviſii in ſacriſtia fratrum Minorum. Non tamen obiit hoc anno Gerardus, defunctus tantummodo anno 1306. ante diem XIII. aprilis, qua, licentia Guecellonis filii Gerardi, Gualterius abbas poſſeſſionem iniit molendinorum Fractarum.

XIX. B. Johannes Eremita cryptarum Maſſaccii ad Deum tranſit.

Ad Deum quoque evolavit præſenti anno die undecima aprilis beatus Johannes eremita cryptarum Maſſaccii, de quo vivente, quæ memoriæ mandata extant, diximus ad annum 1294. Hic annos & dies obitus tribuitur ſancto viro in kalendario perantiquo Camaldulenſis eremi adjecto ad regulam ſancti patris Benedicti. Corpus ipſius depoſitum fuit in eccleſia ſancti Jacobi de Mandriolis ſive de Eremita in arca marmorea, quæ ad dexteram majoris altaris conſpiciebatur, & poſtea ad lævam partem fuit tranſlata. Ad fidem itaque hujus pervetuſti monumenti corrigenda ſunt ea, quæ Papebrochius quoad annum & diem obitus beati Johannis collegit tomo III. aprilis ad diem vigeſimam [b] ex Wadingo ceteriſque ſcriptoribus ordinis Minoritici, qui, ut alibi animadvertimus, Johannem ſui inſtituti ſanctis viris aggregant. Sed Papebrochium, vel melius Wadingum audiamus de Johannis obitu differentes. „ Perpetuis lacrymis,
„ inquiunt, ſibi aliiſque peccatorum veniam implorabat, donec attrito
„ laboribus corpore, ex gravi & diuturna infirmitate tandem obdormivit
„ in Domino. Placuit virtutum, quibus fulgebat, auctori manifeſtari ſan-
„ ctitatem ejus, & obitum annuntiare per mirabilem ſonitum campana-
„ rum monaſterii ſive abbatiæ Maſſaccii monachorum Camaldulenſium.
„ Stupentibus omnibus ad occultum motum & ſonitum, nulla humana
„ ope editum, quid hoc portenderet prodigium, cœperunt interrogare.
„ Quibus caſu reſpondit quidam, fortaſſis eremitam Johannem deceſſiſſe;
„ non enim per aliquot dies extra antrum prodivit. Abierunt, qui ex-
„ plorarent, inveneruntque flexis genibus, manibus ad modum orantis
„ ante pectus conjunctis, recto corpore, facie in cœlum elevata, fir-
„ miter rigentem. His in populum ſparſis, omnes in antrum convenere,
„ viſuri & veneraturi ſervum Dei; deinde in hymnis & canticis ſanctum
„ corpus, qua potuerunt ſollemnitate, ad monaſterium duxerunt; ubi ex
„ mirabili ſonitu campanarum judicarunt eum voluiſſe locum indicare ſe-
„ pulturæ. Cœpit innumeris clarere miraculis, præſenſque exhibere om-
„ nibus infirmis remedium. Qua de cauſa oppidani ſuum deſignarunt apud

[b] *Pag.* 382.

Ann. Chr. 1303.

„ Deum tutelarem , & feſtum ejus colunt ritu ſollemni . Minores tran-
„ ſtulit Martinus V. & translationem confirmavit Nicolaus V. anno
„ M. CCCC. L. Qua ratione factum eſt , ut beati Franciſci alumnus in
„ poteſtatem ſectatorum ſancti patriarchæ deveniret. “

Hæc Wadingus apud Papebrochium , qui poſtremus addit „ ipſum de
„ anno mortis dubie loquutum , quia apud Marcum Ulyſſiponenſem le-
„ gerat annum M. CCC. XCIII. ſed Wadingi abbreviatorem Haroldum ex
„ Maſſaccio monitum nullam ibi aliam de tempore mortis haberi me-
„ moriam, quam pro anno M. CCC. XCIX. abſolute ſcripſiſſe eo anno mor-
„ tuum ; ſimili ſuggeſtione poſuiſſe diem aprilis XX. non XXII. ut ſcri-
„ pſerat Wadingus. Arturum demum inſcripſiſſe ſuo Martyrologio Johan-
„ nem ad diem XXII. aprilis . Subdit idem Papebrochius ſe conſuluiſſe
„ Antonium cardinalem Bicchium epiſcopum Auximanum , ipſumque ro-
„ gaſſe, ut ex Maſſaccio peteret documenta quæcumque de Johanne ha-
„ beri poterant; ſed cum collecta parum authentice probata cenſeret idem
„ cardinalis, juſſiſſe, ut iis inhæreretur, quæ de Beato ſcripſerant Wadin-
„ gus & Haroldus. “ Verum nos arbitramur ſatis ſolido monumento fun-
daſſe ea, quæ de anno & die obitus, ac de inſtituto Johannis in his An-
nalibus digeſſimus.

Quoad cultum beati Johannis hæc profert ex epiſtola ejuſdem piiſſimi
& doctiſſimi cardinalis idem Papebrochius. „ Dico ex relatis , quod ve-
„ re lipſana beati Johannis poſt ejus mortem per annos centum ſeptua-
„ ginta-octo in templo, quod nunc eſt reformatorum obſervantiæ Fran-
„ ciſcanæ , publico cultui ac venerationi fuerunt expoſita intra marmo-
„ ream arcam, ſcilicet uſque ad annum M. D. LXXVII. ſed tunc ex cujuſ-
„ dam fratris ſuggeſtione privatim & occulte fracta eſt arca, oſſaque edu-
„ cta . Unde epiſcopus Æſinas , qui tunc erat Gabriel de Monte, prone-
„ pos Julii papæ III. ſub cujus ditione eſt locus, fragmenta , quæ intra
„ arcam remanſerant, tolli & occultari curavit, utpote ambiguus de eo-
„ rum veritate & identitate, cum iis, quæ antea ibidem clauſa ex taci-
„ to eccleſiæ conſenſu cultum venerationemque habuerant . Nunc autem
„ neque in picturis, neque in tabellis ullum memoriæ monumentum exi-
„ ſtit. “ Maſſaccienſium minorem ſollicitudinem pro reparando cultu bea-
ti Johannis tribuit Papebrochius curæ & devotioni , quam ad ſe traxit
alter Johannes Minorita , de quo ſupralaudatus Wadingus teſtatur , quod
in eadem eccleſia ſub altare ſanctiſſimi Crucifixi jacet ſignis & miraculis
illuſtris, & anno M.D.LIX. die XI. martii ſit defunctus, cujus authentico-
rum miraculorum collectionem curavit anno 1669. in ſuo ſancti Lauren-
tii monaſterio Andreas Vallemannius abbas noſter Camaldulenſis.

a Pag. 87. Sartius [a] in epiſtola de Antiqua Picentum civitate Cupra-montana „ flo-
„ ruiſſe in cœnobio de Mandriolis duos viros ſanctitate illuſtres ſcribit ,
„ quorum corpora in eccleſia aſſervantur . Utrique idem fuiſſe nomen Jo-
„ hannis, idemque, ut fama eſt, Franciſcanum inſtitutum. Alterum bea-
„ tum Johannem de Fabriano, alterum autem de Maſſaccio. Sed poſte-
„ riorem hunc veroſimilius judicat Camaldulenſem fuiſſe . Obiit enim ,
„ ſubdit, anno 1399. apud eremum de Mandriolis in quodam ſpecu, ubi
„ is domicilium ſibi elegerat , pœnitentiæ ſtudio adductus . Conſtat au-
„ tem, ut obſervat , Franciſcanos per illud tempus nondum in eum lo-
„ cum migraſſe; ut idem ſuſpicatus eſt Papebrochius, qui hujus beati vi-
„ ri geſtas res protulit ad diem XX. aprilis . “ Iſtud ipſum confirmat
idem Sartius ex antiqua pictura in coctili quodam laterculo ſive orbiculo,
quem videre licet in clauſtro ejus cœnobii , ubi venerabilis eremita bar-

batus

batus & alba cuculla eum nigro eapitio indutus exhibetur, ſtans in ipſo aditu obſeuri ſpecus, atque ut intelligatur ſuum ibi domicilium habuiſſe, brevi catenula conſtrictus vicino arboris trunco alligatur. Quæ omnia egregie quadrant in beatum Johannem eremitam, alba autem veſtis Camaldulenſem fuiſſe demonſtrat.

XX. Res Trivienſes.

Juncta abbas Trivienſis elegit rectorem eccleſiæ hoſpitalis ſancti Bartholomæi de Ranchambroſio Caſtellanæ diœceſis ad honorem epiſcopi Caſtellani, archipresbyteri plebis de Corliann & abbatiæ Trivienſis *die penultima menſis aprilis* in eccleſia ſancti Ægidii de Monte-cornario, ratione patronatus, quem obtinebat in dictum hoſpitale. Adnectimus in Appendice literas Viviani de Orna ſcriptas eidem abbati ſuper quadam excommunicationis ſententia lata ab abbate Burgenſe vicario Neapoleonis legati apoſtolici.

XXI. Bulla Benedicti XI. pro Avellanenſibus.

Postremus hic annus fuit Boniſacii papæ VIII. qui die undecima octobris vitam eum morte commutavit. Die vigeſima-ſecunda ejuſdem menſis in locum ipſius ſuffectus eſt Nicolaus ex ordine Predicatorum cardinalis & epiſcopus Oſtienſis Tarviſii natus, qui aſſumpto nomine Benedicti XI. *kalendis decembris pontificatus* ſui *anno primo* ex Laterano priori & conventui eremi ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ indulſit, ut ex provinciis Anconitanæ marchiæ, Romandiolæ, Thuſciæ & ducatus Spoletani poſſent victualia extrahere pro propria ſubſtentatione abſque pedagiorum onere, ſicut etiam quæ ad veſtitum vel ad cetera neceſſaria vitæ pertinerent, non obſtantibus ſtatutis & ordinationibus civitatum, quæ impediebant hujuſmodi extractiones, declarans eos debere gaudere ea exemptione & immunitate.

Anno ipſius *Benedicti* XI. *pontificatus primo die decima decembris* [a] Gerardus prior Camaldulenſis participationem omnium bonorum, quæ fiebant in toto ordine Camaldulenſi, conceſſit omnibus beneſactoribus monaſterii Angelorum de Florentia, quod tunc fundabatur.

[a] *Arch. Angel.* 183.

Jacobus filius Rodulphi de Maltaliatis electus fuit in rectorem ſancti Johannis de Meleto diœceſis Ravennæ ab abbate ſancti Petri in Vincula, ad quem in dictam eccleſiam jus pertinebat, ex tabulario archiepiſcopali Ravennæ [b].

[b] *Capſ. N.* 6734.

XXII. Venditio facta monaſterio Pratalienſi. De abbatia Inſulana.

Die duodecima aprilis [c] Rainaldus olim Rainerii de nobilibus Banzenæ vendidit Benedicto abbati Pratalienſi totam curiam atque territorium villæ Pezzæ, & dictam villam uſque ad curtes Jonæ, Treſſæ, Gelli, Fraxinetæ & Fignani, & etiam fidelitates omnium hominum præſentium & futurorum dictæ villæ, cenſus & locationes, & omnia jura florenis trecentis, quos dictus venditor convertit in utilitatem ſuam & redemptionem, cum captivus factus fuit a vicario epiſcopi Arretini. Actum in palatio poteſtatis Florentiæ, manu Ruberti ſer Nicolai de Ferrara notarii.

[c] §. *Emptio* 9. *A.* 4. 29.

Homines fideles [d] monaſterii ſanctæ Mariæ de Inſula, videlicet Spugnæ de ſubtus, & Spugnæ ſuperioris, Vignalis & Puzoli conſtituerunt Nicolaum Guidonis de Puzolo ſindicum ſuum, qui ſe ſiſteret coram Franciſco comite de Carpigno poteſtate, & coram Friderico comite de Monteſeretro capitaneo, & coram antianis communis Foro-livii, demonſtraretque ſemper ſe ſuppoſitos fuiſſe communi Foro-livii; manu Clari quondam Bonafide de Rondinaria notarii. Hæc ex excerptis Baroncinii.

[d] §. *Mandatum* 2. *A.* 4. 30.

Romualdo abbati ſancti Michaelis de Muriano ſubrogatus fuit Aldobrandus ſive Alteprandus, cujus monumenta extant ſub hoc anno in tabulario dicti monaſterii, & producuntur ad annum 1308. Ad hunc poſtremum annum [e] poſſeſſionem cujuſdam decimæ per procuratorem ſuum

[e] *Cap.* 25. 3.

ANN. CHR. 1303.

recepit a Rambaldo comite Tarviſino, & a Ricciardo de Camino civitatis Tarviſii ejuſque diſtrictus capitaneo generali.

ANN. CHR 1304.

XXIII. Aliæ Benedicti XI. bullæ pro Fullinatibus & Porcilienſibus.

CONFIRMAVIT ex Laterano præſenti *anno pontificatus* ſui *primo nonis februarii* idem Benedictus XI. Romanus pontifex omnia privilegia, indulgentias, libertates & exemptiones a prædeceſſoribus ſuis, vel a principibus viris ceteriſque fidelibus conceſſa monaſterio Sanæ-vallis de Fullina. Abbas ejuſdem monaſterii erat Gualterius Laudenſis, ſub quo etiam incœpta fuit ædificatio eccleſiæ ejus abbatiæ, perfecta poſt triginta annos anno 1335. ſub Nordio Tarviſino loci abbate.

Similiter cum ſub *die vigeſima-tertia intrantis januarii indictione ſecunda* Paganus epiſcopus Patavinus inhibuiſſet Samſoni priori monaſterii Porcilienſis extra urbem, ne ſacramenta miniſtraret familiaribus ſuis, qui erant alterius parœciæ, ſubjecti præſertim eccleſiæ ſancti Thomæ de Arena, & ne defunctorum corpora in eccleſia Porcilienſi ſepeliret, confugium habuit ad apoſtolicam ſedem Samſon, obtinuitque ab eodem Romano pontifice ex Laterano *nonis martii pontificatus* ejus *anno primo* privilegium ampliſſimum, quo ipſi concedebatur facultas audiendi confeſſiones ſuorum familiarium & *ſervientium*, qui monaſterii Porcilienſis expenſis commorabantur in eo loco, injungendi pœnitentias in iis caſibus, qui erant conceſſi parochialibus presbyteris, & miniſtrandi cetera ſacramanta, eorumque corpora humandi in dicto monaſterio, ſine contradictione rectoris eccleſiæ, de cujus parœcia forent; atque ita compoſita fuit lis, quæ a pluribus annis agitabatur inter monachos Porcilienſes, & inter rectores eccleſiarum parœcialium, & præcipue rectorem ſancti Thomæ de Arena. Similem namque inhibitionem fecerat anno 1291. eidem priori Samſoni Bernardus epiſcopus Patavinus. Paganus ex nobili Turrianorum Mediolanenſi familia Ottobono ſucceſſor datus fuerat in cathedra Patavina. Obſervavimus ad annum 1219. in campo prope Porciliam, præter virorum & ſanctimonialium monaſteria, congregationem coaluiſſe hominum & feminarum, liberorum & conjugatorum, quæ parebat mandatis prioris Porcilienſis, legeſque ſibi ſtatutas obſervabat, & vocabantur converſi, oblati, familiares ejuſdem monaſterii, ſub titulo *Campeſe*. Superius Benedicti XI. privilegium damus in Appendice exemplatum *anno* XLIV. *ſuper milleſimum tercenteſimum in regimine nobilis militis domini Bailardini de Nogarolis de Verona poteſtatis Paduæ*.

XXIV. Monumenta aliquot monaſteriorum.

CONTROVERSIAM habentes monachi Avellanenſes cum Sicardo Rinaldutio a Callio, compromiſerunt hoc anno in nobiles viros Cantheum de Gabriellibus Eugubinum, & in Ugonem Arguante de Pergula, quorum ſententiam ratam habuerunt monachi & prior die undecima auguſti hujus anni, ut legitur in memoriis hiſtoricis Pergulæ abbatis Ægidii Giannini [a].

Anno M. CCC. IV. *indictione ſecunda, eccleſia Romana vacante die* XV. *menſis decembris* in caſtro Montis-cornarii, coram Juncta abbate monaſterii Trivienſis congregati conſules & homines de Civitella elegerunt ex ſua univerſitate homines, qui libram ſeu æſtimationem diſtribuerent inter incolas ejus loci, ſolvendam abbatiæ Trivienſi, cui caſtrum Civitellæ erat ſubjectum. Deceſſerat menſe julio, neque completo anno, in urbe Peruſina ſanctiſſimus pontifex Benedictus XI. vacabatque ſedes Romana impleta anno dumtaxat ſequenti a Clemente V. electo Romano pontifice.

Brandaliſium comitem Palatinum quondam comitis Bartolotti de Veneroſis de ripa inſulæ Suzariæ & Bardinæ, & quartæ partis civitatis Veronæ

[a] *Pag.* 22.

ronæ in Lombardia elegiſſe in notarium publicum Dionyſium quondam Jacobi de Saioni Bononienſem monachum Camaldulenſem legimus in tabulario Fontis-boni [a]. Hæc pagina alteri poterit adjici Bartholotti ejus patris filii Petri notarium alterum creantis, & veteri inſuper ejus familiæ privilegio ab Henrico VI. imperatore obtento anno 1195. quod ſimiliter ex archivo noſocomii Senenſis, ſed non ſine dubitatione veritatis, Muratorius protulit in ſuis medii ævi Antiquitatibus [b].

ANN. CHR. 1304.

a §. *Privilegia A.* 4. 35.

b *T.* 1. *col.* 394.

Amandamus ad Appendicem concordiam ſecutam inter Andream abbatem monaſterii ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, & inter patronos eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ ejuſdem urbis, in qua ſtatutum eſt ut utraque pars vocem haberet in electione rectoris ejuſdem eccleſiæ, rector autem ſive monachus, ſive converſus veſtes albas deferret. Concordiæ arbitri fuere Leonardus canonicus eccleſiæ ſancti Auguſtini de Rethano Piſanæ diœceſis, & Jacobus plebanus de Vico-piſano.

Michael prior loci ſancti Maglorii de Faventia, ubi dicitur cella quondam fratris Laurentii, effertur in pagina ejuſdem loci, quæ terrarum donationem ſub hoc anno continet. In eo ſcilicet loco exiſtebant monachi & moniales diſtinctis habitationibus.

Ex chartis Fullinatibus [c] comparuerunt hoc *anno* M. CCC. IV. *indictione* II. *exeunte martio* in palatio epiſcopali Cenetæ ſindici monaſterii ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis, coram Franciſco epiſcopo & comite Cenetenſi, teſtantes vigore privilegiorum non poſſe dictum monaſterium compelli ad ſolvendas impoſitiones epiſcopales, cum epiſcopus ſupra ipſum nullam ordinariam aut delegata juriſdictionem obtineret. Valterius abbas ejus monaſterii ipſo anno [d] *decima-tertia exeunte die decembris indictione ſecunda* permutavit literas cum Gothofredo de Podio-bonitio ſacræ domus hoſpitalis ſancti Johannis Hieroſolymitani præceptore domorum Paduæ & Collalti. Valterii ſeu Gualterii abbatis nomen perſeverat ab anno 1294. ad 1308.

c *Num.* 292.

d *Num.* 1320.

In necrologio Galeatenſi adnotatur ad hunc annum XII. kalendas novembris: *Obiit dompnus Benedictus abbas ſanctæ Mariæ in Caſtello frater noſter*. A. D. M. CCC. IV.

HUCUSQUE monaſterium ſancti Michaelis de Lemmo Parentini territorii paruerat diſciplinæ eremi Camaldulenſis, cui poſt ipſius fundationem factam a parente noſtro Romualdo ſuppoſuerat ante ſeculum Volcherius patriarcha Aquilejenſis, cum hoc *anno milleſimo tercenteſimo quinto, indictione tertia die nono intrante aprilis* Boniſacius epiſcopus Parentinus conſiderans dictum monaſterium in ſpiritualibus & temporalibus eſſe valde collapſum propter malum regimen abbatum & monachorum, ipſum tradidit reformandum fratribus ordinis Militiæ Templi, committens ipſius curam fratri Simoni de Ajex priori domus ſanctæ Mariæ in capite Broili de Venetiis, viro provido, honeſto & circumſpecto, præſertim cum fratres Militiæ nullnm locum haberent in partibus Hiſtriæ, in quo peregrinos euntes & redenntes de ultramarinis partibus poſſent recipere. Actum in canonica ſanctæ Euphemiæ de Rubino Parentinæ diœceſis, præſentibus pluribus canonicis Parentinis & Rubinenſibus, ac fratre Petro priore ſanctæ Mariæ de Urſaria. In poſſeſſionem miſſus fuit Simon a Georgio archipresbytero Parentino, aſſentientibus ceteris canonicis, cum ea conditione, ut quotieſcumque imponeretur collecta locis exemptis & non exemptis per civitatem & diœceſim Parentinam, ſive per legatum apoſtolicæ ſedis, ſive per patriarcham Aquilejenſem, idem Simon teneretur collectam

ANN. CHR. 1305. XXV.

Cœnobium de Lemmo traditum ordini Militiæ.

lectam

ANN. CHR. 1305.

lectam ſolvere, eamdem quam ſolveret unus ex canonicis Parentinis. Additur præſtatio obedientiæ facta a quadam Agneſia converſa dicti monaſterii eidem priori Simoni, quod bene & diligenter cuſtodiet dictum monaſterium, & bona & jura ejuſdem; ipſum dedicationis inſtrumentum, & obedientiæ ſacramentum edidimus in Appendice tomi primi in diſſertatione de converſis. Traditionem autem ſactam Lemmenſis monaſterii fratribus ordinis Militiæ edimus in Appendice hujus tomi ex libro ſignato H. archivi ſancti Mathiæ de Muriano. Simon prior ſanctæ Mariæ in capite Brolii ſtatuendus eſt ante Emmanuelem, qui tunc præerat, cum anno 1312. ad equites Hieroſolymitanos hæc Veneta eccleſia advenit. Parvo tempore tamen monaſterium ſancti Michaelis de Lemmo ad equites Templarios pertinuit; nam ſuppreſſis iis anno 1311. denuo ſuis primis dominis Camaldulenſibus monachis reſtitutum ſuit. De eccleſia ſanctæ Mariæ in capite Brolii Venetiarum videatur Cl. ſenator Flaminius Cornelius, qui hiſtoriam ejus eccleſiæ texuit inter ceteras Venetas [a].

[a] *Dec. XVI. P. I. p.* 242.

XXVI. Alterum S. Martini de Opitergio vincolitur a ſanctimonialibus.

MONASTERIO ſancti Martini-novi de Opitergio, poſt commorationem ad paucos annos dumtaxat monachorum Camaldulenſium, adjunctæ fuerant ſanctimoniales ejuſdem inſtituti, facile ex haud multum diſſito ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio parthenone. Alba abbatiſſa ad annum 1303. legitur in tabulario ſancti Michaelis de Muriano. Ipſis hoc anno M.CCC.V. *indictione tertia die ſeptimo intrante aprili* Alexander epiſcopus Feltrenſis & Bellunenſis, & comes, viſo privilegio Adalgerii anteceſſoris ſui ſibi exhibito per nobilem militem Pirulinum de Turre de Tarviſio legum doctorem ex parte abbatiſſæ, monialium & conventualium dicti loci, renovavit inveſtituram dictæ eccleſiæ, monaſterii & redditnum ipſius, eum penſione unius libræ ceræ quotannis perſolvendæ in feſto ſancti Martini, abſolvendo ipſas ab omnibus collectis, proviſionibus, taliis & procurationibus ad inſtar ejuſdem Adalgerii prædeceſſoris ſui, qui ſimilia egerat cum Oliverio primo loci-poſſeſſore anno 1262. Conſenſum ſuum præbuere anno ſequenti *indictione quarta die quinto exeunte majo* canonici Bellunenſes, confirmantes & roborantes præſatum privilegium ad requiſitionem prædicti nobilis viri.

XXVII. Statuta Trivienſia.

CONGREGATI hoc *anno indictione* III. *eccleſia Romana vacante die ſecunda maii* in domo plebis de Trivio conſules, conſiliarii & homines de Trivio coram Juncta abbate monaſterii Trivienſis, plura ſtatuta condidere quoad pretia rerum vendendarum, quoad vias, quoad menſuras. Inter cetera ſtatuta legitur, quod quicumque baptizaverit aliquem puerum vel puellam, det ei *ad infanctandam* ſex denarios, & pro baptiſmo det duas camiſias & unam corrigiam valoris duodecim denariorum Ravennarum, & inſulam, ſi voluerit, ſub banno quinque ſolidorum pro qualiber re. Eodem anno M. CCC. V. *die ultima decembris*, *eccleſia Romana vacante*, Juncta abbas abſolvit quemdam Bonutium & ſuos hæredes per duodecim annos *ab habitantia*. Id quod intelligendum eſt de anno præterito, indictione mutata menſe ſeptembris, cum ſedes Romana vacaret eo anno menſe decembri, non anno præſenti, quo menſe julio creatus ſuerat in locum Benedicti XI. Bertrandus a Gotto archiepiſcopus Burdigalenſis, qui nomen aſſumpſit Clementis V.

Nicolaus de Prato S. R. E. cardinalis, epiſcopus Oſtienſis & Vellitrenſis, legatus apoſtolicus in Romandiola confeſſus fuit ſe recepiſſe procurationes a monaſteriis ſancti Apollinaris & ſancti Severi in Claſſe, [b] ex tabulario archiepiſcopali Ravennate.

[b] *Capſ. H.* 3537.

Etiam ſub hoc anno Uguccionis epiſcopi Senogallienſis fit mentio in

pagina

ANN. CHR. 1305.

pagina tabularii ſancti Blaſii de Fabriano, qua recepit a monaſterio ſancti Victoris quamdam menſuram frumenti & hordei pro eccleſiis ſancti Petri & ſancti Michaelis de Appurano membris ejuſdem monaſterii. Quare ſaltem ab anno 1299. ad annum 1305. ſedit in ea cathedra Uguccio, cujus nulla mentio fit in Italia ſacra Ughellii, qui poſt Theodinum, cujus obitum ſtatuit ad annum 1294. Franciſcum ex Fanenſi urbe translatum ad annum 1295. ſtatuit, inde Johannem, quem obiiſſe aſſerit anno 1308.

XXVIII. Variæ vices caſtri Serra-vallis ſubjecti monaſt. Prataliensi.

ÆDIFICATUM fuerat anno 1188. caſtrum Serra-vallis tum ab Amadeo epiſcopo Arretino, tum a Guillielmo abbate Prataliense, tum demum a Joſepho de Marciano, ſtatutumque, ut Serra-vallis eccleſia juris ſemper preeſſet Prataliensis monaſterii, caſtrum vero ſemper retineretur ad manum epiſcopi Arretini. Poſtea bona omnia, jura, domnicata, cenſus & affictus epiſcopi in eo caſtro in feudum data fuerant abbatiæ Prataliensi, reſervatis epiſcopo Arretino juriſdictione voluntaria & contentioſa cum bannis, & denariis XXVII. pro quolibet foculari, nec non aquæductu ſeu molendino, & cenſu annuo ſcutellarum, inciſoriorum & ſcyphorum. „ Præſenti „ anno bona, jura atque ſubjectio, quæ ſpectabant ad abbatiam Prataliensem in dictum caſtrum ejuſque diſtrictum, conceſſa fuere ab abbate Prataliense ad uſumfructum Ildebrandino epiſcopo Arretino per decennium „ in compenſationem expenſarum, & pro ædificio murorum arcis, caſſeri, „ & turris prædicti caſtri, exactoque decennio a Guidone epiſcopo Ildebrandini ſucceſſore iterum reſtituta fuere abbatiæ Prataliensi per vicarium „ ipſius epiſcopi, manu Taviani notarii. “ Ipſa bona & jura ita definiuntur: *A jugo alpium majorum intus uſque ad jura comisum de Romena, Partina, Lierna & Raginopoli, & uſque ad jura eremi Camaldulenſis, & ad jura epiſcopi Arretini, Giona, Greſſa & Marciano, & uſque ad jura plebis de Parsina & ad territorium Fraſſinetæ.*

Ex tabulario Roſæ Senarum [a], Franciſco Falſone notario Senensi, Ventrillus Senarum poteſtas ſe obſtrinxit ad tuenda bona eremi ad Vivum & ſancti Petri de Campo, & monaſterii ſanctæ Muſtiolæ ad Arcum Senarum.

[a] *Num.* 175.

Induciæ bellorum proclamatæ fuere hoc anno die decima-tertia aprilis in urbe Senarum a Guillielmo epiſcopo *Civaballitanorum* appellato & Mimatenſe, & ab abbate Lumberienſi delegatis apoſtolicis a Clemente V. in Italiam miſſis ad pacem curandam inter urbes Italiæ, & ſpecialiter Thuſciæ, quæ inter ſe diſſidebant. Actum coram Antonio epiſcopo Feſulano, Gerardo priore generali Camaldulenſi aliiſque; ex tabulario archinoſocomii Scalæ Senarum.

ANN. CHR. 1306.

XXIX. Eccleſiæ plures ſub monaſterio S. Urbani de Apiro.

ECCLESIARUM ſubjectarum monaſterio ſancti Urbani de Apiro nomina leguntur in pagina hujus anni, quæ continet electionem ſindici factam a rectoribus earumdem anno M. CCC. VI. *indictione* IV. *tempore domini Clementis pape* V. *die* XIV. *octobris*. In ea itaque pagina nominantur Angelus rector eccleſiæ ſancti Paſchaſii, Salimbene rector eccleſiæ ſancti Petri in Trivio, Paulus rector eccleſiæ ſancti Petri de Maria, Franciſcus rector ſancti Nicolai de Marta, Philippus rector eccleſiæ ſancti Salvatoris, Matthæus rector eccleſiæ ſancti Stephani, Benvenutus rector eccleſiæ ſancti Andreæ de Valleralia, & Mercatus rector eccleſiæ ſancti Silveſtri de Piro. Præterea monaſterium ſancti Urbani aliam obtinebat parœcialem eccleſiam ſancti Angeli de Apiro, cujus memoria extat ſub anno 1393. in actis Johannis-Antonii, quæ continent teſtamentarias tabulas Matthæi Ignoni, qui voluit corpus ſuum ſepeliri in dicta eccleſia. Eccleſia ſuperius dicta

ſancti

ANN. CHR. 1306.

ſancti Nicolai de Marta erat monaſterium, quod ſub ſe habebat præfatam ſancti Angeli de Apiro parœcialem eccleſiam, & inſuper eccleſias ſancti Martini de Domo, ſancti Laurentii, ſancti Martini, & ſancti Petri de Marta. Monaſterium ſancti Nicolai poſt ruinas ſuas copulatum fuit cum cœnobio Valle-caſtrenſi. Guido in chartis tabularii ſancti Blaſii de Fabriano effertur abbas ſancti Urbani ad annos 1308. 1311. 1315. Hæc ad ſupplendam hiſtoriam notitiaſque monaſterii ſancti Urbani & eccleſiarum ipſi obnnxiarum, cujus lacerum dumtaxat igneque vaſtatum privilegium ab Innocentio IV, obtentum attulimus ad annum 1251.

XXX. Fridericus frater Uguccionis de Fagiola monachus Trivienſis.

FRIDERICUS olim Rainerii di Fagiola, frater celebris Uguccionis, cum nnvitium ageret in monaſterio ſancti Bartholomæi de Subcaſtello Caſtellanæ diœceſis, cupiens Deo deſervire in monaſterio ſanctæ Mariæ de Trivio, Junctam abbatem adiit, qui ipſum recepit in monachum promittenzem obedientiam & ſtabilitatem in monaſterio. Subnectitur forma profeſſionis ab ipſo emiſſæ, & renuntiatio tempori probationis regulæ. Petiit inſuper licentiam commorandi per tres annos extra monaſterium, ut interea literali ſtudio operam daret, vocemque ſuam & ſuffragium in capitulo tribuens eidem Junctæ abbati. Poſt aliquod tempus ipſe Fredericus evaſit ejuſdem Trivienſis monaſterii abbas.

Conradus abbas ſanctæ Mariæ de Morrona, quod monaſterium tunc erat in Piſano comitatu, hoc anno M. CCC. VI. indictione IV. quinto-decimo kalendas februarii pro conſervatione ſui cœnobii tradidit in feudum bona ſuæ abbatiæ magnifico & potenti viro domino Bonifacio comiti de Donoratico, & ſextæ partis regni Galluritani domino, chartam rogante Oliverio Maſchione olim Michaelis notario; ex tabulario majoris eccleſiæ de Volaterris.

XXXI. Hiſtoria monaſterii S. Mariæ Angelorum de Florentia. Indulgentiæ.

NEAPOLEO ſancti Adriani diaconus cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus *anno ſecundo pontificatus Clementis pape* V. XVII. *kalendas januarii* ex urbe Foro-livienſi impartitus eſt centum dierum indulgentiam viſitantibus eccleſiam ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia. Poſt biduum indulſit priori & fratribus ejuſdem monaſterii, ut ad perfectionem eccleſiæ recipere valerent ducentos flnrenos auri de incertis reſtitutionibus. Primus ejus loci fundator fuerat Rolandus vel Orlandus eremita electus a Frigdiano ſuptemo præſide in priorem ejus cœnobii die trigeſima maji anni 1295. ſecundus prior fuit Romualdus ſubſtitntus anno 1297. die XXVI. maji. Convenit ipſe hoc anno cum Bartholomæo fratre de Pœnitentia ædificare murum diviſorium communibus expenſis, & præſatam indulgentiarum paginam obtinuit ab apoſtolico legato. Anno ſequenti ab aliqulbus electus fuir in abbatem Burgenſem, ſed non receptus. Locum regebat etiam ad annum 1308. quo vel poſt quem ſuffectus eſt in prioratu Petrus Bononienſis, Petro vero Johannes Hiſtrienſis, Johanni ſucceſſit Vincentius Arretinus, demum anno 1319. electus fuit prior monaſterii Angelorum Gerardus Bononienſis, qui omnes fnere vel ex numero eremitarum Camaldulenſium, vel aliunde aſſumpti uſque ad annum 1330. quo in priorem fuit poſtulatus Philippus cœnobita ejuſdem Angelorum mnnaſterii. Quoad ſtarum hujus monaſterii ſuis primordiis hæc haber Fortunius ipſins loci accola. „ Poſita fuerat, inquit, [a] ſub initio ædificationis templi ara, ubi „ cernebatur tabula Deiparæ virginis in cœlum aſſumptæ, & ſnper an„ gelorum choros exaltatæ. Templum parvum admodum, utpote cujus „ longitudo non amplius quam ulnas tredecim haberet, latitudo undecim, „ altitudo ſeptem. Extructum quoque fuerar parvum ſacrarium pro ve„ ſtibulo rempli, nec non ad cuſtodienda ſacra, erecto altare in hono-

[a] P. II. lib. III. cap. 12.

„ rem

Ann. Chr. 1306.

„ rem ſancti Michaelis archangeli, unde titulus alter Angelorum templo
„ & loco inditum eſt. Cum vero interdictum eſſet mulieres in templum
„ venire, & pariter intra ſepta contubernii ſacri admitti, & multæ no-
„ biles matronæ religione novellæ congregationis plurimum afficerentur,
„ ædificata fuit mox in commodum ipſarum ædicula ſacra exterius ſe-
„ cus viam cum ſua feneſtra cratara, unde & ubi fratres alloqui mulie-
„ res ad hanc diem conſueverunt, ibidemque ara beatæ Mariæ ab an-
„ gelo annuntiatæ ſacrata, “ Subdit deinde idem Fortunius ſeriem
„ veterum priorum, aitque „ Orlandum loci inſtitutorem præfuiſſe bien-
„ nium, deinde impetrata miſſione a Frigdiano generale ſponte ad ſa-
„ cræ eremi quietiorem vitam rediiſſe. Poſt quem ſex alios eremi-
„ tas unum poſt alium ad Angelos miſſos Orlandi exemplo magiſtra-
„ tu ſimiliter ſe abdicaſſe. Horum Romualdum novennium præfuiſſe,
„ cujus intuitu Gerardus generalis participationem omnium bonorum ſa-
„ cræ eremi totiuſque ordinis impartitus eſt benevolis loci, quam gratiam
„ Benedictus XI. papa confirmavit Angelorum familiæ anno pontificatus
„ ſui primo. Præſidente itidem Vincentio Arretino (rectius eodem Ro-
„ mualdo) Neapoleo templum indulgentiis centum dierum illuſtravit die-
„ bus profeſtis beatiſſimæ Mariæ, ſancti Michaelis archangeli, ſancti Jo-
„ hannis-baptiſtæ, & per octo dies eorumdem natalitia ſequentes; datum
„ in Foro-livio XVIII. kalendas januarii, anno ſecundo Clementis V. pa-
„ pæ. Gerardus quoque Bononienſis prior ſeptimus & ultimus eremita-
„ rum duodecimum attingere annum civium benevolorum loci hortatibus
„ impulſus, templum choro adauxit primus, cum fratres viginti-quinque
„ annis ſine choro divina officia celebraſſent. “ In tabulario [a] Fontis- a §. Notabilia p. A. 7. 263.
boni Vincentius Arretinus prior Angelorum Florentiæ juxta decretum ca-
pituli generalis celebrati apud ſanctum Zenonem Piſarum anno 1319. die
quinta decima junii prioratum dimiſit, electus prior ſancti Laurentini de
Arretio, & ſubrogato in ejus locum Gerardo Bononienſe, qui tunc erat
prior Camalduli Florentini. Ex ipſius Neapoleonis cardinalis pia liberali-
tare adſervatur in lipſanotheca dicti monaſterii „ clavus unus ex duode-
„ cim clavis, qui Conſtantini Magni imperatoris juſſu formati ſunt, ut
„ morem gereret ſanctæ Helenæ matri, ex uno videlicet ex tribus ve-
„ ris, quibus Chriſtus affixus fuit Cruci, & cum tanto ferro immixto,
„ ex quanto potuerunt confici duodecim clavi pro reverentia duodecim
„ Apoſtolorum. Qui quidem clavus fuit Neapoleonis Urſini cardinalis,
„ & nunc nunc quaſi ab incude novus veniſſe videtur. Aſſervatur holo-
„ ſerico purpureo villoſo honorifice involutus intra unam ex eburneis ca-
„ pſulis, ſcripta habens, quæ dicta ſunt, “ ut ſcribit Fortunius ejuſdem
cœnobii monachus [b], qui paginam legit. b P. II. lib. IV. cap. 12.

Præfato cardinali Neapoleoni facultatem fecit Romanus pontifex Cle-
mens V. inducendi in quodcumque monaſterium, etiam Camaldulen-
ſium, tironem unum ad probationem. Id præter ceteros tradit Bruna-
tius [c] in ſuo tractatu de Canoniciſſis. Anno ſequenti die XIII. maji in- c Pag. xxi. xxii.
dictione V. Guido abbas Vangaticiæ tamquam delegatus Neapoleonis car-
dinalis collegio monaſterii Carcerum annumerari fecit Naſcimbenem fi-
lium Antonii Rhodigini ex tabulario hujus poſtremi monaſterii apud Se-
neſium [d]. d Pag. 58.

XXXII. Res aliquot monaſteriorum.

In tabulario parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri ha-
bentur ſub hoc anno acta litis agitatæ coram Bencivenne archidiacono
Feſulano vicario Ildebrandini epiſcopi Arretini ſuper jurepatronatus eccle-
ſiæ ſancti Hilari prope Arretium inter Sophiam abbatiſſam ejus monaſte-

 ſterii

ANN. CHR. 1306.

ſterii ex una, & inter Bindum Puctii de Arretio ex altera, ubi procurator Biodi ſuſpectum ſibi allegavit epiſcopum, eoquod oepos eſſet dictæ abbatiſſæ; quam cauſam proinde judex deduxit ad eumdem cardinalem legatum Neapoleonem, qui poſt biennium ſenteotiam dixit pro ſanctimonialibus Prati-veteris.

Rigus comitis Fatii de Porciano Dei gratia in Thuſcia palatinus remiſit Andreæ priori abbatiæ ſanctæ Mariæ de Poplena quamdam pecuniæ ſummam ſibi debitam. Franciſci prioris & rectoris monaſterii Cellæ inter Ambas-paras fit mentio in pagina Fontis-boni ad hunc annum, qua ſervum manumiſit, libertatem ei & filiis ſuis donans tamquam *Romanis civibus*; Thomaſiæ vero abbatiſſæ ſancti Georgii de Apibus in tabulario Roſæ Senarum.

Vacante per mortem Jacobi prioris Camalduli de Foro-livio eo monaſterio electus fuit Landus prior ſancti Vigilii Senarum confirmatus a Gerardo præſide generali, ſed ipſo abdicante ſuffectus fuit a Nicolao majore eremi Camaldulenſis Johannes monachus Volaterranus.

Conſentiente Fraociſco Cenetenſi epiſcopo Georgius abbas monaſterii ad Plavim ſive de Lovadina, quod erat Fullinati ſubjectum, ædificavit hoc anno eccleſiam ſanctorum Marci & Laurentii de Suffrata, ut colligitur ex documento, quod in ſuis eccleſiis Torcellanis in medium protulit Cl. ſenator Flaminius Cornelius.

XXXIII. Angeli Gualdenſis vitæ proſecutio.

PROSEQUIMUR ſub hoc anno beati Angeli Gualdenſis hiſtoriam ex auctore vitæ ſecundæ, ut utriuſque ſcriptoris vitam integram hactenus ineditam publici juris faciamus: *In cellula*, inquit, *ſe abdidit, & per ſpatium tam longi temporis nullatenus egreſſus eſt, occaſione quacumque, vel civium confluentia, & animi virtute. Deus, cui eſt cura ſervorum ſuorum fidelium, voluit chriſtianis quamplurimis habitantibus oppida & loca vicina, qui dictum beatum virum incluſum, cum ſanctitatis ſuæ fama crebreſceret, frequentia viſitabant, & victu ſubveniebant de pane, quem per feneſtellam data benedictione porrigentibus hic Sanctus devote ſuſcipiebat, & foris adſtantibus verba loquebatur ſalutaria, ut pro terrenis ſaluris monita reportarent, vitam æternam conſequerentur & requiem. Malignus quippe ſpiritus humani generis inimicus hujus viri ſancti operibus invidens bonis, fuit illi moleſtus quamplurimum, & ante feneſtellam cellulæ, juxta quam rivulus aquæ labitur, in forma ſtupendi ſerpentis frequenter ſe poſuit, impedire ſtudendo, ne hic incluſus in cellula cum manu poſſet per feneſtellam prædictam aquam haurire potui neceſſariam. Spe autem munitus, ſupra ipſum diabolum ſæpius Crucis ſigno fugavit, & tum temporis diverſis vicibus accidit, quod quidam zelo fidei chriſtianæ & devotionis accenſi deſiderio, cum prædictum virum ſanctum viſitarent, & ab eo benigniter recepti fuerunt, & poſt documenta ſalutis ab eodem audita volentes devotionis cauſa tantillum aquæ, ut de manu ſua biberent, humiliter petierunt. Unde idem beatus Angelus petitioni obſequens, caritate plenus cum ſcutella per feneſtellam hauriens aquam, vultu hilari porrigebat illis. Item autem cum ſcyphum aquæ plenum haberent in manibus, benedictionem ſuam ſuper ſcyphum aquæ ſuppliciter poſtulabant, & facto per eum Crucis ſigno bibebant, & non aquæ, ſed ſollemniſſimum vini ſaporem faſſi ſunt. Accidit & quemdam habitatorem Gualdi pro crimine capitali per præſidem in turri Gualdenſi carceribus mancipari, cujus frater carnalis ad cellulam beati Angeli veniens fratrem ſuum in carceribus poſitum orationibus ſancti viri ſuppliciter commiſſum fecit, cui ſervus Dei ait: Ad præſidem vade & parte mea poſce fratrem a carceribus liberari, mihique donari. Ille autem in Domino confidens, & in verbis glorioſi ſervi ſui, præſidem adiit, &*

quæ

ANN. CHR. 1306.

quæ vir hic commiſerat, narravit, cui præſes inquit, santum ſcias hoc eſſe poſſibile, meuſe hoc januarii mihi ceraſa apporsari recentia; quo audiso mœrens & doleus iterum perrexit ad heremum, & cuncta, quæ audierat a præſide, viro ſancto serioſe narravit, quod cum ſervus Dei per ordinem audiret, orationi ſe dedit humillime, qua completa caneſtrellum ceraſis recentibus plenum afferens, ac ſi eſſet de menſe junii, huic dedit dicens: Vade ſtatim ad præſidem, & præſeuta mea ex parse hoc caneſtrellum, & prius pete liberari fratrem tuum, & tibi liberum dabit. Videns vero præſes de menſe januarii ceraſa matura recentia cum floribus & frondibus ſibi dari, hoc maximum cognoſcens eſſe miraculum, carcerasum liberavit, ſummoque viro donavit egregie. Ille autem mox ut ſe liberum vidit, una cum fratre nudatus cum corrigia ad collum ad beatum Angelum cucurrit, Deo ipſi de ejus liberatione gratias referendo, quæ humaniſſime ſuſcipiens ſalutaria monita docuis in tantum, quod vitam ſuam musavit iu melius, & ad heremum pergens heremita factus eſt Deo devotus. In prædicta arctiſſima cellula ſolitarius manens tot annis incluſus ſervus hic Dei, quamvis literis penitus ignarus, factus eſt per Divinam gratiam ſibi ſupernaturaliter conceſſam cunctis ad eum recurrentibus magiſter morum, doctor pœnitentiæ, norma placida ſancte & devote vivendi, & puritate conſcientiæ, ſimplicitate animi ad Angelicæ nitorem munditiæ redactus eſt per ſanctimoniam vitæ. De ejus ſancto obitu ad annum 1325.

ANN. CHR. 1307. XXXIV.

Obitus Gerardi prioris Camald. Electio Nicolai de Socio.

GERARDUS e Foro-livio præſes generalis Camaldulenſis obiit præſenti anno quinto kalendas auguſti, ut adnotatur etiam in necrologio parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri. De eo hæc Marcheſius in libro de Viris illuſtribus Foro-livienſibus: „ Gerardus a „ Foro-livio innocentiæ ſpeculum, religioſa vivendi forma & perfectionis „ exemplar monachis habitus Camaldulenſis fuit, quas cum ſuſciperent „ virtutes prælati ordinis, eum ex abbate ſancti Michaelis Piſarum anno „ 1299. (corrige 1301.) generalem perpetuum dixerunt [a], numero vige„ ſimum-nonum poſt divum Romualdum. Hic precibus ad Boniſacium „ VIII. Romanum pontificem porrectis, qui jubilæum ſacra almæ Urbis „ loca inviſentibus propoſuerat pro ſe & cœnobitis ſuis, licet non peten„ tibus Romam, impetravit, Annos non pluſquam octo (rectius ſex) „ ſumma integritate præſedit. Verum licet non diu, ſed ſatis ordini ſuo „ proficuus, v. kalendas auguſti anno 1307. a vivis exceſſit. Poſt cujus „ funera, inquit Fortunius [b], orta eſt rurſus diſcordia inter patres, qui„ nam ordini antiſtes eſſet præficiendus. Obierat etiam Boniſacius VIII. „ papa, cui ſuffectus fuerat Clemens V. qui ex Burdigala Lugdunum ſe „ recipiens curiam Romanam anno 1305. in Gallias tranſtulerat. Is tres „ cardinales Romam cum ſenatoria poteſtate miſerat, quorum auſpiciis „ Urbs atque Italia gubernaretur.. Igitur patres eremitæ dignitati ordinis „ ſtudioſiſſimi trium cardinalium opem implorantes literas apoſtolicas im„ petraverunt, quibus Neapoleo ſancti Adriani cardinalis legatus apoſto„ licus ac præſidens capituli generalis datus eſt tertio idus ſeptembris, „ patribuſque ſingulis vota præſidenti cardinali committentibus, Nicolaus „ de Soci, qui Majorem ſacræ eremi agebat, principatus ordinis inſignia „ adeptus eſt. “ Omittit Fortunius immediatum Boniſacii VIII. ſucceſſorem Benedictum XI. in cujus locum creatus fuit Clemens V. Extant literæ [c] cardinalis Neapoleonis in forma brevis ex Cortona datæ *anno ſanctiſſimi pape Clementis V. ſecundo*, ejus ſigillo obſignatæ, quibus Nicolao poteſtatem fecit, ex ſpeciali apoſtolicæ ſedis indulto, eo ipſo, quo

a *Pag.* 555.

b *P. I. lib. II. cap.* 54.

c *§. Electio 7. A. 4. 60.*

Ann. Chr. 1307.

in priorem fuit electus, abſque alia confirmatione nomen prioris & plenum jus in adminiſtratione aſſequendi.

XXXV. Statuta capituli Cortonenſis.

Sequenti die, hoc eſt *duodecima ſeptembris*, occaſione generalis ea-pituli Cortonæ congregati pro hujuſmodi electione, ipſe Nicolaus prior & definitores Jacobus abbas ſancti Petri de Puteolis, Accurſius abbas ſanctorum Juſti & Clementis de Volaterris, Realis abbas ſancti Petri in Vinculis, Benvenutus abbas ſanctæ Helenæ de Æſio conſtitutiones aliquot edidere, circa veſtimenta monachis eroganda, circa auctoritatem Majoris eremi ſede vacante, de novitiis recipiendis, de habitu ordinato retinendo, de ludo prorſus eliminando, & de carnibus non comedendis, quas ad Appendicem amandamus.

XXXVI. Electio Venturæ in priorem S. Damiani. De Caſtri-cari eccleſiis.

Paucis menſibus antequam ſupremum diem obiret Gerardus Camaldulenſis prior, vacante monaſterio ſancti Damiani Bononienſis urbis per mortem Benedicti prioris, die prima martii [a] tranſtulit ad dictum prioratum Venturam priorem monaſterii ſancti Petri Montis-ſilicis, ad honorem Neapoleonis ſancti Adriani cardinalis legati, atque eremi Camaldulenſis. Actum Foro-livii manu Zenonis de Burgo-ſancti-Sepulcri notarii. Die vigeſima Venturæ oblata electio, & ſequenti datæ literæ ad monachos ſancti Damiani de ejus electione.

[a] *Ibid.* §. *A.* 4. 53.

Pariter die prima ſeptembris [b] Ventura monachus ſancti Angeli de Vergareto ex commiſſione ſibi facta per Matthæum abbatem & capitulum dicti monaſterii, vacante eccleſia ſancti Nicolai de Caſtro-caro diœceſis Foro-livienſis, cujus rectoris electio de jure & conſuetudine ſpectabat ad monaſterium Vergaretanum, elegit in rectorem ejus eccleſiæ Amatorem rectorem eccleſiæ ſancti Paterniani de Marſignano; manu Johannis Rubei; petiitque a Rodulpho epiſcopo Foro-livienſi confirmationem electionis, qui die ſexta ejus menſis, viſa proclamatione juxta canones, & electione, poſt præſtitum ſibi fidelitatis ſacramentum, adminiſtrationem dicto rectori conceſſit; manu Nicolai quondam Johannis de Civitella notarii. Ita & anno 1318. obeunte Amatore idem Matthæus abbas alterum elegit rectorem. In eodem Caſtri-cari oppido aliud hoſpitale conſurgebat appellatum ſanctæ Mariæ de Fontana de Ciardis, quod erat manuale eremi Camaldulenſis, collatum & viſitatum per priores generales annis 1317. & 1321. Progreſſu temporis altera eccleſia ſanctæ Mariæ de Calvario ejuſdem caſtri acceſſit Camaldulenſibus; quæ loca omnia poſtea aggregata fuere monaſterio ſancti Salvatoris de Foro-livio.

[b] *Ibid.* *A.* 4. 54. 59.

XXXVII. Viſitatio parthenonis S. Mamiliani de Senis.

Tempore etiam prædicti prioris Gerardi, & mandato Neapoleonis cardinalis, deputati fuere viſitatores parthenonis ſancti Mamiliani urbis Senenſis [c] Franciſcus abbas ſancti Fidelis de Strumi ordinis Vallis-umbroſæ, Nicolaus Major eremi, & Johannes prior ſancti Salvatoris de Vico Livienſis urbis, qui reſtituerunt ad priſtinam dignitatem ſuam die octava martii hujus anni Jacobam abbatiſſam, contra quam conſpiraverant juniores ſanctimoniales, quæ effecerant, ut officio privaretur. Electa ipſa fuerat abbatiſſa a Davide priore generali deſinente ſeculo præterito, vel novo ineunte, & poſt aliquot annos monialium ſuarum falſis accuſationibus depoſita fuerat in viſitatione, quam præceperat fieri ejus monaſterii Nicolaus de Prato cardinalis Oſtienſis & apoſtolicæ ſedis legatus.

[c] §. *Viſitatio* 1. *A.* 4. 54.

Bonus epiſcopus Boſanenſis, conſentiente Pagano epiſcopo Patavino, die duodecima julii hujus anni duo altaria ſacravit in templo ſancti Johannis de Vighizolo, quod pertinebat ad monaſterium ſanctæ Mariæ ad Carceres, primum in honorem ſancti Johannis-baptiſtæ, in quo reliquias ſancti Zenonis & ſanctorum martyrum Feliciſſimi & ſociorum locavit,

alte-

alterum in bonorem ſancti Nicolai, irrogata conſueta venia, ut fidem facit Fortunius [a].

ANN. CHR. 1307.

IDEM eardinalis Neapoleo Cortonæ adhuc exiſtens VIII. *kalendas octobris pontificatur Clementis pape* V. *anno ſecundo* patriarchis, epiſcopis & omnibus eccleſiarum rectoribus conſtitutis infra terminos ſuæ legationis indixit, ut denuntiarent publice ſuſpenſos & excommunieatos Ubertum epiſcopum Monte-feretranum & Uguccium Sarſinatem epiſcopum, abbatem quoque Galeatenſem & abbatem Nonatulanum cum eorum conventibus & eccleſiis, quia eontumaciter procurationes ſibi debitas pro primo & ſecundo anno ſuæ legationis perſolvere detrectaverunt, quos proinde de diris devoverat, eorumque eccleſias interdicto ſuppoſuerat. Quare Juncta abbas Trivienſis acceptis hujuſmodi literis a Lombardello ſamiliare cardinalis, die dominica & octava menſis octobris in eccleſia ſancti Ægidii de Monte-cornario coram populo utrumque epiſcopum & utrumque abbatem denuntiavit communione privatos, repetens eaſdem denuntiationes diebus quinta-decima octobris & quinta novembris. In excerptis tabularii Nonantulani in lucem editis a Muratorio in Antiquitatibus medii ævii [b] ad annum 1303. Nicolaum de Prato ordinis Prædicatorum cardinalem Oſtienſem & Veliternenſem monaſterii Nonantulani generalem adminiſtrationem per ſedem apoſtolicam obtinuiſſe, vivente Guidone abbate regulari, aſſeritur.

a P. II. lib. IV. cap. 2.

XXXVIII. Neapoleo cardin. excommunicat epiſcopos Feretranum & Sarſinatem. Obitus Junctæ abb. Trivienſis.

b T. V. col 685.

Paulo poſt, hoc eſt decima-tertia novembris obiit, poſt quadraginta & duos ſaltem annos regiminis, Juncta abbas monaſterii Trivienſis; poſt ejus obitum, ſuffectus fuit in Trivienſem abbatem Friderieus frater Uguccionis de Fagiola, ſub quo abbate monaſterium Trivienſe multum æris alieni conflavit pro dominis de Fagiola, ut colligitur ex inſtrumentis Buldronis de Civitella notarii ſervatis in tabulario ejuſdem monaſterii. Nominantur in chartis Trivienſibus hujus anni floreni de auro, & Aquilinelli, qui erant monetæ ſpecies.

„ Monachi Burgi-ſancti-Sepuleri una eum priore ſancti Nicolai ejuſdem „ Burgi, eum rectore eccleſiæ ſancti Stepbani de Farneto, cum priore „ eccleſiæ ſancti Petri de Scaturbio Caſtellanæ urbis, cum priore eccle- „ ſiæ ſanctæ Agnetis, cum priore eccleſiæ ſancti Donati ſupra Derutam, „ & cum priore eccleſiæ ſancti Severi de Peruſio, qui conſtituebant ca- „ pitulum dicti monaſterii, cujus membra erant dicti prioratus, elegerunt „ procoratores ad præſentandam Nicolao priori Camaldulenſi electionem a ſe „ factam in abbatem ſui monaſterii Angeli prioris ſanctæ Agnetis, & ad „ petendam confirmationem electi, ac ad oppugnandam electionem alte- „ ram, quæ dicebatur facta de Romualdo priore ſanctæ Mariæ Angelo- „ rum de Florentia, potiſſimum quia Romualdus monachus non erat di- „ cti Burgenſis cœnobii; ex ſummariis Eduardi Baroncinii.

Schinella de Docto judex & officialis communis Patavini conceſſit licentiam die octava auguſti hujus anni monaſterio ſanctæ Mariæ de Carceribus conficiendi exempla omnium inſtrumentorum & privilegiorum juriumque ſpectantium tam in diœceſi Patavina, quam alibi ad idem cœnobium, auctoritatem & judiciale decretum ſuum interponendo, ut legitur in regeſto ejuſdem abbatiæ folio 532.

ANN. CHR. 1308.

POSTQUAM Boniſacius VIII. Romanus pontifex in permutationem caſtri Socii tradiderat anno 1298. plebem Balnei eremo Camaldulenſi, Conradus prior ejus plebis & rector conſulens quieti & ſaluti ſuæ, eo

XXXIX. Vices eccleſiæ plebis Balnei.

quod

Ann. Chr. 1308.

quod abſque periculo morari inter malos homines, officiumque ſuum exequi nequibat, nuntium remiſerat eidem eccleſiæ anno 1302. in manibus Gerardi generalis Camaldulenſis præſidis. Exinde pluribus de cauſis adnexa fuit plebs Balnei menſæ prioris & eremi; ſed menſe julio ejuſdem anni ipſe Gerardus prior ſpecialem procuratorem deſtinaverat ad Romanam curiam Petrum Faventinum, cum ſupplici libello ad eumdem Romanum pontificem, qui exponeret, qualiter ob ceſſionem caſtri Socii factam comiti Guillielmo Novello, & permutationem cum plebe Balnei, egeſtatem potius perceperat, quam utilitatem eremus Camaldulenſis; quare humaniter concedere dignaretur, ut alia vel Camaldulenſis, vel alterius ordinis monaſteria adnecterentur eremo ad ſubſtentationem monachorum Balnei, & ad ſubventionem expenſatum. Nil tamen actum eſt, & plebs Balnei, ſicut antea, collata fuit tamquam manualis eremi hoc & ſequentibus annis; quare die vigeſima-prima februarii Nicolaus præſes generalis Camaldulenſis, conſentientibus eremitis, elegit in priorem & rectorem eccleſiæ & plebis Meum monachum Burgenſem. Seculo tantum ſequenti priori Camaldulenſi conceſſa fuit facultas vendendi in perpetuam emphyteuſim prædium ſubjectum plebi Balneenſi, & appellatum de ſancto Uberto, Carolo de Sogliano ejuſque deſcendentibus, confirmata ipſa plebe ſubinde eremo & congregationi, donec auctoritate apoſtolica Sixti papæ IV. anno 1480. erecta eſt in abbatiam.

XL. Permutatio bonorum Ravennianæ facta a Claſſenſibus.

Cum ex multis variiſque diſſenſionibus, zizaniis & ſcandalis, bellorumque diſcriminibus, quæ invaluerant in provincia marchiæ Anconitanæ, & præſertim in civitate Fani ejuſque territorio, monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennatis urbis plurima damna & opprobria, quæ tolerare æquum non erat, ſuſtinuiſſet eatenus cauſa palatii & fortalitii, quod dictum monaſterium obtinebat in partibus Ravennianæ, videlicet in caſtro Monti-srolli, in tantum, quod occaſione ſumptuum & expenſarum, quæ neceſſario fieri debebant in dicto fortalitio & in cura cuſtodiarum ipſius, nihil de redditibus ejus loci ad monaſterium Claſſenſe proveniebat, & cum pluries in capitulo Claſſenſi tractatum ſuiſſet, quid ſuper tanto diſpendio agendum eſſet, Nicolaus prior Camaldulenſis deputavit Joannem Foto-livienſem priorem, qui licentiam impertiretur Rainerio abbati Claſſenſi, & Guidoni de Caſtello ſindico dicti monaſterii permutandi non tantum præfatum fortalitium, ſed & omnia bona, & jura, quæ poſſidebat in ea Fanenſis territorii regione monaſterium Claſſenſe. Quare die nona maji Rainerius abbas cum ſuo ſindico permutavit ſingulas poſſeſſiones, domos, palatia & turres juſque emphyteuticum ejuſdem Fanenſis territorii cum Brunello Nigri ſindico univerſitatis caſtri ſancti Viti, cum Venturello Bartholi ſindico univerſitatis Montis-rolli, cum Allevutio Andreæ ſindico caſtri Montis-vetuli, cum Allevutio Johannis ſindico univerſitatis caſtri Fractarum, cum Accurſeto Buccoli ſindico univerſitatis villæ Certagroſſi, & cum nobilibus viris Perutio Ranalduccii de caſtro Turris, & Orlanduccio Orlandetti de inſula Gualtereſea, aliiſque jus habentibus emphyteuticum a dicto monaſterio, recipiens e contra ab ipſis domos in urbe Forolivienſi, & terras in comitatu ejuſdem urbis. Actum Piſauri in domo monaſterii ſanctorum Decentii, & Germani, præſente inter ceteros Jacobo loci abbate. Obtinuerat quidem Rainerius abbas Claſſenſis eam facultatem anno 1294. a Frigdiano priore Camaldulenſi, ſed res effectum ſortita non fuit niſi anno præſenti, quo monaſterium Claſſenſe utilioribus bonis redemit damna & diſpendia, quæ in eo territorio patiebatur. De juriſdictione,

ne, quam ſibi nunquam interruptam conſervavit, ſed præſettim ſpirituali, in caſtra Ravennianæ abbatia Claſſenſis, alibi dicemus.

ANN. CHR. 1308.

XLI.

Obitus Nicolai prioris Camald. Electio Accurſii. Conſtitutiones Poplenæ.

PARUM ſupervixit præſes generalis Nicolaus. Ad diem nonarum maji refertur ejus deceſſus in necrologio Vangaticienſi: *Obiit dompnus Nicolaus venerabilis prior Camaldulenſis*. Die decima-nona junii, vacante prioratu ob Nicolai mortem, Romualdus prior monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia vicarius eremi & ordinis, convocatis eremitis & prælatis, ac propoſitis tribus eligendi modis, per viam inſpirationis, ſcrutinii & compromiſſi, de conſenſu ceterorum elegit in compromiſſarios Guidonem abbatem Vangaticienſem, Antonium abbatem Berardingorum, Andream abbatem ſancti Michaelis de Burgo Piſarum, Petrum abbatem ſancti Benedicti de Savignano, Johannem de Hiſtria & Ottonellum de Padua eremitas. Porro Antonius Berardingorum abbas ceterorum nomine, ad honorem Dei &c. ad reverentiam papæ Clementis V. Neapoleoois cardinalis legati, Ildebrandini epiſcopi Arretini, eremi & ordinis poſtulavit & elegit in præſidem generalem ordinis Camaldulenſis Accurſium abbatem monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis urbis Volaterrarum. Comitia generalia hujus electionis celebrata fuere in mooaſterio ſanctæ Mariæ de Poplena diœceſis Feſulanæ, io quibus etiam ad diem XXVI. junii præſide ipſo Accurſio, „ ordinata ſunt, inquit Fortunius, [a] multa, quæ ad Divinum cultum pertinent; „ primum, ut ſolemnitas Corporis Chriſti in toto ordine omni debita reverentia & pietate celebraretur. Id ordinatum fuerat anno antecedenti „ in concilio Viennenſi, nimirum, ut feſtus dies Corporis Chriſti quotannis feria quinta poſt octavam Pentecoſtes ſollemni ritu in tota eccleſia inſtitueretur, quemadmodum ab Urbano IV. ſtatutum fuerat, & „ indulgentiæ omnes confirmaræ centum dierum in veſperis, matutinis & „ Miſſa, & quadraginta in aliis horis, centum vero inſra octavam pro „ ſingulis horis, ut habetur in Clementina de Reliquiis & veneratione „ Sanctorum “. Errat Fortunius quoad tempus concilii Viennenſis, quod inceptum anno 1311. terminatum ſuit anno ſequenti 1312. Pariter præſcripſit Accurſius in capitulo Poplenenſi, ut prælati omnium monaſteriorum officium proprium ſanctorum Juſti & Clementis ſibi conſcribendum curarenr, adeout uniſormi ſerie omnibns in locis in fururum tempus ſemper ageretnr. Poſtremo ut ſeſtivitates Inveotionis atque Exaltationis vivificæ Crucis, oec non XII. Apoſtolorum, IV. Evangeliſtarum, ac ſimul IV. Doctorum majorum & ſancti Johannis-baptiſtæ more ſollemnitatis pleniſſimæ honorarentur. Prodeunt hæc conſtitutiones in Appendice ex rabulario Fontis-boni; in quo etiam poſt conſtitutiones Martini III. in codice membranaceo hæc alia additur, quæ non reperitur inter ceteras Poplenenſes conſtitutiones.

[a] P. I. lib. II. cap. 55.

Conſtitutio facta in generali capitulo celebrato in monaſterio de Poplena tempore, quo fuit aſſumptus in priorem generalem heremi & ordinis Camaldulenſis venerabilis pater domnus Accurſius tunc abbas monaſterii de Vulterris, videlicet anno Domini a nativitate M. CCC. VIII. *de menſe julii per venerabiles patres dompnos* Guidonem *de Vangadicia, Antonium de Berardenga, Andream ſancti Michaelis de* Burgo *Piſarum, & Petrum de Savignano monaſteriorum abbates, & Johannem de Iſtria & Ottonellum de Padua Camaldulenſis heremi heremitas definitores ipſius capituli generalis, cujus conſtitutionis tenor talis eſt. Quia redditus & proventus domni prioris Camaldulenſis ſunt adeo diminuti, quod ex eis ſuſtentari non poteſt ſecundum decentiam ſui ſtatus, ſtatuimus & ordinamus, quod fructus omnes hoſpitalis ſancti Frigdiani de Piſis dividantur in duas partes æquales; una pars pro ſuſten-*

ANN. CHR. 1308.

ſuſtentatione hoſpitalarii & pauperum eidem hoſpitalario applicetur, & alia pars cedat in uſum prioris Camaldulenſis. Mandamus quoque hoſpitalario prædicto ſub pœnis excommunicationis & privationis adminiſtrationis hoſpitalis præfati, quas ipſum incurrere volumus ipſo facto, ſi contrarium attemptaret, quatenus præſentem conſtitutionem exacta debeat diligentia obſervare.

XLII. Electiones abbatum Volaterrani & Claſſenſis.

VACANTE propterea per aſſumptionem Accurſii ad præſidatum ſupremum abbatia Volaterrana, [a] monachi ejuſdem cœnobii elegerunt ſibi in abbatem Antonium, qui confirmatus fuit a Gerardo abbate ſanctis Zenonis Piſarum Accurſii vicario, & a Rainerio epiſcopo Volaterrano tamquam a patrono & jus habente ſuffragii.

a §. Electio 10. A. 4. 72.

In locum pariter Rainerii abbatis ſancti Apollinaris in Claſſe, de quo ſuperius mentionem ſecimus [b], die undecima octobris, præſidente capitulo Claſſenſium monachorum eodem Accurſio, canonice electus fuit Guido monaſterii Vangaticienſis abbas in abbatem Claſſenſem; ſed hymno dicto *Te Deum laudamus*, nobiles viri Acto de Polenta & Nicoluccius de Calbulis, qui Ravennæ dominabantnr, in medium proſilientes cum ſatellitibus ſuis, recluſerunt electores una cum priore Camaldulenſi in eccleſia, eoſque compulerunt ad revocationem ſuperioris electionis, propoſueruntque Gerardum qoemdam de Foro-livio monachum, qui a Claſſenſibus monachis per metum, & per vim electus ſtatim aſſenſum præbuit; ſed Accurſius generalis ſe invitum hoc feciſſe obteſtatus eſt. Die igitur quartadecima ejuſdem menſis, cum in loco tuto eſſet, Gerardum fidelium communione privavit, prioremque electionem ratam habuit. Verum die octava decembris Guido Vangaticienſis legitime electus nuntium remiſit poſtulationi ſuæ. Quare prima januarii anni ſequentis novam electionem faciendam ſuaſit capitulo Claſſenſi Accurſius; monachi in ipſum compromiſerunt, qui proinde die ſecunda elegit Gregorium olim Borromei Jacobi de Arimino tunc priorem ſancti Andreæ ejuſdem urbls in abbatem, & conſentientem confirmavit.

b Ibid. 12. A. 4. 79.

XLIII. Collatio aliquot eccleſiarum.

ECCLESIA ſanctæ Mariæ de Durbecco, quæ conſurgebat in burgo portæ pontis civitatis Faventinæ, pleno jure pertinebat ad monaſterium ſanctorum Hippolyti & Laurentii ejus urbis, ut liquet ex charta electionis rectoris factæ hoc anno a Benedicto de Bagnacavallo abbate dicti monaſterii, qui rectorem inſtituit ad honorem etiam fratris Matthæi epiſcopi Faventini. Cum hæc eccleſia non recenſeatur inter ceteras ad annum 1181. ab Alexandro III. enumeratas, oblata fuerit poſt eum annum monaſterio Faventino.

Electio alterius rectoris eccleſiæ ſancti Leonardi de Veſſa ſpectabat ad monaſterium Trivienſe, ex charta tabularii ejuſdem cœnobii; ex alia dicti loci monachi Trivienſes conſtituerunt Rubertum notarium de Burgo in generalem vicarium terrarum & locorum ejus abbatiæ uſque ad tempus, quod Uguccio & Fondazza de Fagiola ſtabilierant.

XLIV. Electio abbatis S. Victoris de Cluſis.

MONACHI ſancti Victoris de Cluſis ſuffecerunt ſibi in abbatem nobilem & religioſum virum Creſcentium de Clavellis Fabrianenſem & monachum cœnobii Montis-ſani, quod Silveſtrinorum congregationis monaſterium erat princeps, eo quod die ſexta auguſti Gratia ipſorum abbas poſtulatus & evectus fuiſſet ad inſulas Senogallienſes. Confirmavit Gratiam in epiſcopum anno ſequenti pridie kalendas julii Clemens papa V. reprobato fratre Ugolino ordinis Minorum electo ab alia parte; ut conſtat ex regeſto epiſtolatum ejuſdem Romani pontificis numero 492. Creſcentius vero die decima-nona decembris indictione VI. ut abbas ſancti

Vi-

Victoris rectorem creavit eccleſiæ ſancti Petri de Muſcano, quæ erat membrum ſui monaſterii.

XLV. Fridericus ep. Recanatenſis reſtituit Valle-caſtrenſibus eccl. S. Mariæ de Cerro.

FRIDERICUS epiſcopus Recanatenſis præſenti anno die penultima decembris agnoſcens eccleſiam ſanctæ Mariæ de Cerro ſitam in ſua diœceſi eſſe, ſemperque fuiſſe membrum monaſterii Vallis-caſtri, licet indebite eatenus ipſe Valle-caſtrenſe monaſterium ea eccleſia ſpoliaſſet, eamdem teſtituit Hermanno abbati dicti cœnobii cum omnibus ſuis juribus, mandans Marco Jacobi rectori, qui eam obtinebat, ut prompte ipſam reſignaret ſuo legitimo domino, nempe abbati, qui eumdem Marcum ſtatim jure ſuo in rectorem confirmavit ſeu inſtituit. Fridericus epiſcopus ſuppreſſa Recanatenſi eccleſia, & Maceratam tranſlata, Maceratenſis inde epiſcopus dicitur.

XLVI. Electio abbatum Galeatenſium.

AMOTO Uberto epiſcopo Feretrano ab adminiſtratione abbatiæ Galeatenſis, vel cedente poſt fere quadraginta regiminis annos, Jacobus monachus ejuſdem cœnobii ex compromiſſo in ſe facto ceterorum cœnobitarum [a], juxta paginas tabularii archiepiſcopalis Ravennæ, eleg t in abbatem dicti monaſterii Arduinum, qui tunc erar abbas ſancti Juliani de Arimino; ſed iſto non conſentiente ſui ipſius electioni, nominavit Bernardum monachum ſancti Angeli de Vergareto, & priorem ſancti Laurentii de Aqua-calida territorii Meldulenſis, cujus electionem calculo ſuo probavit Neapoleo cardinalis legatus. Legitur in eodem chartophylacio Ravennate [b] Bernardum abbatem anno ſequenti cognoviſſe quaſdam cauſas marrimoniales, & anno 1311. [c] deſtinaſſe Hieremiam presbyterum, qui pro ſe intereſſet concilio provinciali, quod eo anno Ravennæ a Raynaldo archiepiſcopo collectum fuit. Dicimus Ubertum Feretranum vel ſponte, vel coacte ceſſiſſe abbatiæ Galeatenſi; nam certum eſt ipſum hoc anno non fuiſſe defunctum; ſed supervixiſſe ad plures annos, ut alibi videbimus; monachi itaque Galeatenſes priſtinam liberratem acquirentes regularem virum & monachum monaſterio ſuo præfecere, primo Arduinum, inde Bernardum.

a Capſ. N. 6768 6975. 6976.

b Capſ. I. 3900

c Capſ. N. 7003.

XLVII Chartæ Claſſenſes & Prato-veterenſes.

IDEM cardinalis hoc anno [d] recepit procurationes a monaſteriis ſancti Apollinaris & ſancti Severi in Claſſe; mandavit quoque [e] archiepiſcopo Ravennati Raynaldo, ut incumberet reformationi monaſteriorum ſuæ urbis & diœceſis; ex eodem tabulario. Demum decimo kalendas februarii, pontificatus domini Clementis papæ V. anno tertio indulgentiam conceſſit viſitantibus eccleſiam ſancti Damiani de Ponte-ferri Bononienſis urbis Camaldulenſis ordinis, datis literis ex urbe Cluſii; ex archivo ejuſdem monaſterii.

d Capſ. H. 3537.

e Capſ. N. 6771.

De mandato ipſius cardinalis legati Neapoleonis juſſit Ildebrandinus epiſcopus Arretinus [f] monaſterium ſancti Johannis evangeliſtæ de Prato-veteri induci in poſſeſſionem eccleſiæ ſancti Hilari Arretinæ urbis; idque jus competere dicto monaſterio declaravit, tum ex privilegio, quod refert, Hieronymi prædeceſſoris ſui epiſcopi ſub anno 1149. ex altero Guillielmini itidem Arretini epiſcopi ſub anno 1270. ex alio pariter ſui ipſius ſub anno 1299. quo conceſſerat tranſlationem reliquiarum ex eccleſia ſancti Hilari ad alteram ſancti Benedicti, & demum ex ſententia Marini de Filomarinis canonici Neapolitani & archidiaconi Meſſanenſis auditoris cauſarum cardinalis Neapoleonis pronuntiata in eccleſia ſancti Andreæ de Cortona hoc ipſo anno, quique reſpuerat appellationem cujuſdam Bindi, qui contra moniales agebat, ad Romanam curiam, tamquam frivolam. Celebris eſt Marinus Filomarinus, qui ex vicecancellario Clementis papæ V. factus archiepiſcopus Capuanus formularium ſcripſit, quod ms. extat in bibliotheca Vaticana. Appellabatur Marinus etiam de Ebulo.

f Arch. S. Mar. in Grad numm. 79. 80. 81.

ANN. CHR. 1308.

In eumdem cardinalem compromiſerunt monachi ſancti Viti de Piſis pro eligendo abbate ſui monaſterii ob translationem Johannis eorum præſulis ad regimen monaſterii ſancti Savini ejuſdem Piſani territorii.

Et aliorum monaſteriorum.

DEPOSITO Stephano abbate ſancti Johannis-evangeliſtæ de Ravenna a Raynaldo archiepiſcopo Ravennate, poſtulatus fuit ad eam abbatiam regendam Benedictus monachus ſancti Mathiæ de Muriano Venetiarum, quem tamen legimus in tabulario archiepiſcopali Ravennæ[a] conſenſum non præbuiſſe ſuæ electioni.

a *Capſ. H.* 3655.

Uſque ad hunc ſaltem annum pervenit Jacobus prior Avellanenſis ſignatus in pagina ejus loci, & proinde Moricus ejus ſucceſſor non ad annum 1302. ut vult Jacobillius[b], ſed ad præſentem vel poſt hunc annum ei ſuffectus eſt.

b *T. III. pag.* 353.

Apirani abſoluti fuere hoc anno a Rodulpho Fani judice generali Marchiæ Anconitanæ, eo quod violenter & armata manu cum octuaginta hominibus invaſiſſent poſſeſſiones monaſterii Vallis-caſtri.

In quadam pagina permutationis bonorum monaſterii ſanctæ Mariæ de Porcilia facta ab Alberto priore ejus loci die vigeſima-prima junii, ex archivo ſancti Michaelis de Muriano[c], nominatur Johannes de Oſenago monachus ſancti Dionyſii de Mediolano vicarius Pagani epiſcopi Patavini.

c *Capſ.* 34. *n.* 39.

In necrologio monaſterii ſanctæ Mariæ de Carceribus ad kalendas februarias ponitur obitus Azzonis Eſtenſis marchionis. Erat octavus hujus nominis, & Franciſci, dicti Franciſchini frater.

ANN. CHR. 1309.

XLIX.
De B. Matthæo eremita cryptarum Maſſaccii.

IN monumentis manuſcriptis beati Pauli Juſtiniani legitur ſub hoc *anno* M. CCC. IX. *indictione* VII. *pontificatus pape Clementis* V. *die* XXVI. *novembris* Junculum donaſſe beato Matthæo Sabbatino Maſſaccienſi locum cryptarum Maſſaccii; manu Florentii de Maſſionibus notarii. Tranſtulerat Junculus Johannis a Podio-cupo dominium dictarum cryptarum in beatum Johannem eremitam circa annum 1294. ut ad eum annum vidimus; quare hæc potius videtur donationis ejuſdem confirmatio, vel priſtinæ loci donationi acceſſit hoc anno largitio terrarum & rivi prope eas cryptas. De iis crypris videantur, quæ tunc diximus, ſicut etiam beatus Matthæus non ad Franciſcanam familiam pertinet, ſed ad Camaldulenſem eodem jure, quo Johannem eremitam pertinuiſſe demonſtravimus. De ipſo plura non ſcimus, neque a vero abludit Matthæum poſt mortem beati Johannis eaſdem cryptas habitaſſe, ipſique in eo ſolitariæ & pœnitentis vitæ genere ſucceſſiſſe. Matthæi obitum referemus ad annum 1320.

L.
Guido abb. Vangaticienſis intereſt concilio Bononienſi.

GUIDO abbas Vangaticienſis deputatus a Johanne epiſcopo & a clero Adrienſi[d] ex tabulario archiepiſcopali Ravennæ interfuit concilio provinciali coacto in urbe Bononienſi a Raynaldo ſanctiſſimo archiepiſcopo. De eo concilio verba facit Rubeus[e], actumque in ipſo de Templariis aſſerit eodem tempore, quo concilium œcumenicum in ea Templariorum cauſa indixerat Clemens V. Romanus pontifex, meminitque idem hiſtoricus Ravennas Johannis epiſcopi Hadriani, qui coegit Rhodigii ſacratos ſuos viros. Sed, ut alibi obſervavimus, concilium Viennenſe in cauſa Templariorum ſerius habitum fuit, hoc eſt annis 1311. & 1312. Conciliis tamen particularibus ante generalis celebrationem inſtituebatur examen ſuper eorum criminibus, & via parabatur eorum condemnationi, & Romanus pontifex inter ceteros Raynaldum Ravennatem & archiepiſcopum Piſanum deputaverat ad hæc examina conficienda in eorum juriſdictionibus.

d *Capſ. Q.* 9190.
e *Pag.* 520.

LI.
Origo parthenonis Quercetani extra Florentiam.

ÆDIFICATUM fuerat ante hæc tempora monaſterium ſanctimonialium Camaldulenſium extra urbem Florentinam a Querceto proximo Querceta-

cetanum appellatum. Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Quercetum nominatur in inſtrumento anni 1263. in libro appellato *Bullettone* archiepiſcopatus Florentini. De ipſo parthenone ſub monte Maurelio conſtructo agit Cl. V. Joſeph Ricca [a] in ſuis eccleſiis Florentinis, & ex Ractio ſcribit ſubjectum fuiſſe abbatiſſæ ſancti Johannis-evangeliſtæ de Buldrone ejuſdem Camaldulenſis ordinis, quæ viſitationis & reformationis officia gerebat. Id a veritate non erit alienum quoad præterita tempora, nam ab anno præſenti obnoxiæ fuere ſanctimoniales Quercetanæ vel abbati Camalduli-Florentini, vel ipſi priori generali Camaldulenſium, ut mox dicimus. Igitur hoc *anno* M. CCC. IX. *die ſecunda menſis novembris* nobilis & providus vir Johannes quondam Melioris de Chiermonteſibus miles Florentinus donavit inter vivos religioſis mulieribus Bartholomeæ abbatiſſæ & ſororibus Claræ, Benedictæ, Bartholomeæ, Margaritæ & Evangeliſtæ monialibus ſanctæ Mariæ de Querceto Florentinæ diœceſis locum & reſedium ſuum poſitum Florentiæ in populo ſancti Laurentii in via ſancti Galli, ut ſupra ipſum conſtruerentur monaſterium & eccleſia ſub titulo pariter ſanctæ Mariæ, & ſub regula beati Benedicti, in quo præfatæ moniales commorarentur ad Dei ſervitium, nec dictus locus in alium locum transferri, vendi aut alienari aliquando poſſet, cum pactis, ut ipſe filiique ejus jus haberent patronatus, abbatiſſa & moniales tenerentur quotannis ſolvere cereum unius libræ pro cenſu, & quolibet anno celebrari facerent ſex miſſas cum officio defunctorum pro ipſo Johanne. Si vero contingeret, ut in prædicto parthenone non remanerent niſi quatuor moniales, & per ſex menſes in eo ſtatu permanerent, tunc monaſterium pleno jure deveniret ad cœnobium ſancti Salvatoris de Camaldulo Florentiæ, cujus monaſterii abbas & monachi dictum locum ad divinum officium manutenere deberent, exceptis temporibus bellorum, vel evidentis penuriæ, vel ſiniſtri alicujus ſtatus civitatis Florentiæ. Acta coram venerabili patre domino Antonio epiſcopo Florentino in domibus hæredum Peroſti Guadagni, quas dictus dominus epiſcopus inhabitat. Dominus Tedicius archipresbyter Florentinus, ſer Rinuccius Sapiti notarius, Manettus quondam Lotterii de populo ſancti Michaelis Vicedomini de Florentia teſtes, Eodem die in clauſtro monaſterii Camalduli prope Florentiam congregati Romualdus abbas, Feus, Fredianus prior clauſtralis, Andreas, Gherardus, Maurus, Anaſtaſius, Columbanus & Baſilius, ſub quorum cura monaſterium ipſum & moniales de Querceto dicuntur conſiſtere, omnia ſupradicta rata habuerunt & approbarunt. Benedictus magiſtri Martini notarius & ſcriba domini epiſcopi anno M. CCC. IX. die 11. februarii indictione VIII. rogavit. Ipſa die Johannes de Chiermontenſibus donator accedens ad eumdem locum, abbatiſſæ & monialibus poſſeſſionem corporalem loci tradidit, teſte presbytero Trincia rectore eccleſiæ ſanctæ Mariæ Nepothecoſæ de Florentia. Antonius Urſus ex Feſulana ad Florentinam cathedram hoc ipſo anno poſt mortem Lotharii *de la Toſa* translatus fuerat. Tedicius archipresbyter Florentinus eamdem Feſulanam poſtea rexit eccleſiam. Integrum Johannis donationis inſtrumentum proſtat apud eumdem Riccam ex tabulario Ciſtercienſi Florentiæ litera B. numero 20. Ita moniales Quercetanæ in urbem fuere translatæ, ubi monaſterium hoc anno inchoatum per ſeculum & ultra incoluere, uſque dum monialibus extinctis vel ad ſanctam Agatham translatis, earum habitationes ceſſere in uſum hoſpitalis domus Bonifacii ſuper eum locum extructæ.

Pertinent ad hunc annum plura ſtatuta facta ab hominibus de Trivio, quæ

ANN. CHR. 1309.

[a] T. V. P. I. pag. 316.

Digitized by Google

ANN. CHR. 1309.

quæ edimus in Appendice; mentio in iis ſit caſtri Montis-cornarii & caſtri Ferrutii, quæ ſubjiciebantur abbatiæ Trivienſi.

Collecta impoſita eccleſiæ ſancti Michaelis & ſancti Petri de Appurano a Gratia epiſcopo Senogallienſe & a Johanne ejus prædeceſſore ſoluta fuit a monaſterio ſancti Victoris de Cluſis. Colligitur ex ea pagina breve admodum fuiſſe Johannis in ſede Senogallienſi regiminis tempus, cum anno antecedenti in ejus locum creatus fuiſſet Gratia, anno vero 1305. eam eccleſiam adhuc regeret Uguccio.

LII. Acta epiſcopum Cluſinum inter & eremum Vivenſem.

ACTUM eſt hoc anno ſub die octava februarii de tenovanda conventione jamptidem facta epiſcopum Cluſinum inter & priorem eremi de Vivo cum pactis initis anno 1292. circa abbatiam ſancti Petri de Campo, adjectis declarationibus, quod eccleſia ſanctæ Mariæ Pacciani ultra Clanas cum ſuis omnibus bonis ad epiſcopum ſpectaret; quod abbatiæ & eccleſiæ epiſcopo ſubjectæ obviam eidem epiſcopo ad populos viſitandos & chriſmatis ſacramentum miniſtrandum accedenti cum cappis per earum homines procederent; quod in hoſpitalibus, abbatiis & eccleſiis ipſi Vivenſi eremo obnoxiis obtineret reſervatio caſuum facta ab epiſcopo, ac ipſarum populi pro chriſmatis ſacramento aſſumendo ad epiſcopum properarent, ad quem etiam in omni vexatione recurſum haberent tum in temporalibus, tum in ſpiritualibus, quod in quatta parte teſtamentorum ac legatorum, quæ locis eremo ſubjectis deinceps relinquerentur, epiſcopus particeps redderetut; quod tum exemptæ perſonæ, tum ipſe epiſcopus cumulative in his locis exemptis ſacramenta valerent miniſtrare & abſolutionis beneficium impendere pœnitentibus: quod eccleſiæ ſanctæ Victoriæ de Sarthiano, & ſancti Petri æque de Satthiano caſtelli ſancti Martini a mutuis moleſtiis ceſſarent; quod bona monaſterii ſancti Petri de Campo, quæ erant in valle Aveſa, cum quatuor jugeribus pertinerent ad epiſcopum, quodque prior eremi ad Vivum ratihabitionem conventionum hujuſmodi a generali priori Camaldulenſi procuraret. Quæ conventiones an effectum habuerint, dubitare licet ob nonnulla præjudicia juriumque læſiones, quæ in ipſis continentur; nam in archivo Senenſi, unde notitia eruta eſt harum conventionum, nulla confirmationis veſtigia reperiuntur.

ANN. CHR. 1310.

LIII. De monaſterio Montis-muri.

MONASTERIUM ſancti Petri de Monte-muro Feſulanæ diœceſis, quod ab initiis ſeculi duodecimi ad Camaldulenſes pertinebat, deſinente ſeculo præterito venditum, ſive pignori datum fuerat a Davide priore generali Muſſiatto de Franzeſis de Fighino civi Florentino & nobili ac potenti militi. Transierat inde ad ſocietatem Bardorum; nam præſenti anno die octava octobris Corradus epiſcopus Feſulanus & Bencivenne archidiaconus ejuſdem eccleſiæ judices delegati ab Arnaldo ſanctæ Mariæ in Potticu cardinale diacono & legato apoſtolicæ ſedis, Clementis V. nepote in cauſa vertente inter ſocietatem Bardorum, ſeu Lapum & Gualterottum milites, Doſſum de Bardis ac Boninſegnam Angiolini ſocios ex una parte, & inter Martinum monachum ordinis Camaldulenſis abbatem Murenſem ex altera, occaſione jurium, bonorum & poſſeſſionum dictæ abbatiæ, & eccleſiæ ſancti Michaelis abbatiæ veteris ad dictum monaſterium pertinentis, in quorum poſſeſſionem auctoritate communis Florentini præſati ſocii fuerant inducti, cauſa rei ſervandæ, inhibuerunt omnibus jus ad prædicta bona quomodolibet habentibus, ne dictorum ſociorum poſſeſſionem turbarent, ac monuerunt omnes detinentes bona mobilia vel fructus ejuſdem monaſterii & eccleſiæ, illa ſub excommunicatio-

nis

ANN. CHR. 1310.

nis pœna reſtituerent ipſis ſociis & poſſeſſoribus; quæ ſententia in pluribus eccleſiis Feſulanæ diœceſis fuit promulgata; manu Richardi Johannis Boccadibue notarii Florentini [a], ut legitur in tabulario Fontis-boni. Sed de abbatia Murenſe recuperata ad annum 1355. Conrado anno præterito locum fecerat Antonius Urſus ex Feſulana ad Florentinam ſedem evocatus.

Ad eumdem legatum apoſtolicum Arnaldum die ſeptima februarii [b] in cauſa monaſterii ſancti Michaelis de Muriano appellavit Petrus-bonus de Aggrapatiis procurator ejuſdem cœnobii a judicio Thomaſii Croſovani canonici ſancti Stephani in Brolio Mediolanenſis urbis, vicario Pagani epiſcopi Patavini.

Alia cauſa coram prædicto cardinale legitur contra Creſcentium abbatem ſancti Victoris de Cluſis, in tabulario monaſterii ſanctæ Catharinæ de Fabriano. In actis ejus cauſæ effertur Creſcentius indutus albo amictu, quem ſcilicet mutaverat, cum ex congregatione ſancti Silveſtri tranſierat ad regimen monaſterii ſancti Victoris de Cluſis.

LIV. De Gerardo abbate Claſſenſe intruſo.

GERARDUS electus abbas Claſſenſis per vim dominorum de Polenta, licet reprobatus fuiſſet ab Accurſio generali Camaldulenſi, qui operam dederat, ut alia a monachis Claſſenſibus electio iteraretur, fretus tamen potentia eorumdem dominorum, qui tunc in urbe Ravenna prævalebant, monaſterium Claſſenſe obtinebat, adhærentibus ſibi duobus monachis, & ejectis ceteris, qui legitimum præſulem ſequebantur. Inſtituta fuit cauſa coram eodem Cardinale Arnaldo legato, qui tunc Ferrarienſem urbem obſidione cingebat, & coram Petro de Campis generali vicario & cauſarum cardinalis auditore, & contra Gerardum die vigeſima julii hujus anni producta fuit a priore Camaldulenſi violenta ipſius electio in abbatem, & ſimoniaca ſolutio quadringentorum florenorum auri præhabita iiſdem proceribus per quemdam Bulgarinum Manfredi de Foro-livio. In medium adducta fuit quoque abſolutio ab excommunicatione obtenta propter idem factum ab eodem Bulgarino per fratrem Petrum de Robleis ordinis Prædicatorum pœnitentiarium dicti legati. Ventura pariter prior ſancti Damiani de Bononia, & Feus monachus Florentinus electi menſe junio procuratores prioris generalis expoſuere gravamina illata, & ſententias latas a Matthæo epiſcopo Cervienſi, qui ſe delegatum apoſtolicum dicebat, ac pronuntiaverat in favorem Gerardi abbatis intruſi, & oppoſuere epiſcopo delicta & exceſſus complures. Verum quænam forent delicta oppoſita Matthæo epiſcopo ad cauſam hujuſmodi facientia, ex chartis Camaldulenſibus ignoramus, illudque unum ex Rubeo ſcimus epiſcopum Cervienſem Polentanis dynaſtis maxime adhæſiſſe. Sed anno ſequenti inſtituta concordia inter archiepiſcopum Ravennatem & priorem Camaldulenſem ſuper monaſterio Claſſis, ea quoque lis contra Gerardum ſimoniacum & illegitimum abbatem finita eſt.

LV. Notitiæ aliquot monaſteriorum.

„ AD concilium provinciale Ravennæ celebrandum contra Templarios, „ indictumque a Raynaldo archiepiſcopo Ravennate electi fuere ex noſtris pro immunibus Ventura prior præfectus ſancti Damiani de Bononia, qui ſacratorum virorum Bononienſium nomine tamquam ſindicus „ ſe ſiſteret. Severus quoque abbas cœnobii divæ Mariæ extra portam „ Faventiæ ſacratorum virorum Faventinorum immunium procurator una „ cum fratre Matthæo epiſcopo & Tinioſo præpoſito Faventino, cum ob „ morbum intereſſe non poſſet, Franciſcum ejuſdem cœnobii monachum „ ſibi a cubiculo pridie idus junii, in procuratorem ſubſtituit" ut legitur apud Rubeum [c].

[a] §. Monitoriales 1. A. 4. 13.

[b] Capſ. 12. S. Michael. n. 21.

[c] Lib. VI. pag. 522. & 524.

Præ-

Ann. Chr. 1310.

a §. *Electio* 15. *A*. 4. 10.

Præſidente Jacobo abbate Puteolenſe nomine Accurſii prioris generalis electus fuit abbas ſancti Salvatotis de Cantignano Johannes de Volaterris, abbas olim Anglarienſis, die octava novembris [a]. Sigillum Accurſii electionem hanc committentis Jacobo abbati draconem alatum præfert.

Atmannus abbas Vallis-caſtri ttanſtulit hoc anno jus, quod monaſterium ſuum habebat ſuper quartam partem caſtri Civitellæ & caſtri deſtructi Anticulæ in protectionem communis Fabriani, cum ea conditione, ut commune teneretur deſendere monaſterium Valle-caſtrenſe. Recepit etiam abbas a commune dicto ducentas libras Ravennates vel Anconitanas pro reparatione eccleſiæ ejuſdem monaſterii & domorum ipſius.

b §. *Matilæ A*. 4. 1. 1.
c *Ibidem*.
d *Num*. 45.

Tedicius de Vicedominis archipresbyter Florentinus ſubdelegarus a Romualdo abbate ſancti Salvatoris de Florentia vicario Accurſii prioris generalis Camaldulenſis ad cognoſcendam cauſam vertentem inter abbatem monaſterii de Cerreto, & nobilem virum Albertum Azolini comitem de Certaldo, ſententiam tulit [b] pro comite die XXIX. maji. Initio anni ſequentis [c] abbas Cerretanus erat Johannes.

Poteſtas Flotentinus decrevit die XXX. maji [d], ut coloni monaſterii ſancti Petri de Luco, qui tempore bellorum vendebant & alienabant bona dicti parthenonis ſine licentia abbatiſſæ, de cetero nullam venditionem irrequiſitis ſuis dominis facerent, ex tabulatio dicti loci.

LVI. Participatio bonorum ſpiritualium conceſſa ſocietati ſanctæ Mariæ Novellæ de Florentia.

Accursius prior generalis Camaldulenſis participationem bonorum ſpiritualium congregationis impertitus eſt ſocietati exiſtenti in ſancta Maria-novella Florentiæ, quàm ex tabulario Frattum Prædicatorum ejuſdem loci ſubjicimus.

Frater Accurſius peccator monachus Camaldulenſium fratrum ſervus dilectis & Deo devotis univerſis & ſingulis, qui modo ſunt, & in futurum erunt de ſocietate ſanctæ Mariæ-novellæ, convenientibus in eccleſia fratrum Prædicatorum de Florentia, & cœleſtium donorum uberi participatione gaudere. Exigit veſtrorum prærogativa laudabilium meritorum, & grandis devotionis affectus, quem ad ordinem noſtrum habere noſcimini, & præſertim ad locum noſtrum venerabilem ſanctæ Mariæ de Angelis Florentiæ, nos allicit & inducit, ut vobis ſpecialem gratiam facientes ſpiritualibus beneficiis ejuſdem ordinis liberaliter votiva promptius copulemus, quo multiplicatis interceſſoribus divinæ benedictionis augmentum poſſitis uberius adipiſci. Igitur ut affectum benivolentiæ, quo vos & quemlibet veſtrum proſequimur, ſentiatis plenius per effectum, vos omnes & veſtrum quemlibet omnium bonorum ſpiritualium, quæ fiunt in ſancta Camaldulenſi heremo, & prædicto loco ſanctæ Mariæ de Angelis & ejus ſupradicto ordine, vel fient imposterum, dante Deo, Miſſarum videlicet, orationum, pſalmodiarum, vigiliarum, diſciplinarum, jejuniorum, eleemoſynarum ceterorumque bonorum tenore præſentium perpetuo participes facimus, & conſortes. Volentes, ut cum dies veſtri, ſive alicujus veſtri felicis obitus in generali noſtro capitulo vel monaſterio noſtri prædicti ordinis fuerit nuntiatus, illud pro vobis & quolibet veſtrum in Miſſis & aliis fieri debeat, quod pro noſtris fratribus obeuntibus fieri conſuevit. In cujus rei teſtimonium præſentes vobis juſſimus exhiberi noſtri ſigilli munimine roboratas.

Datum apud jam dictum noſtrum monaſterium Camaldulenſe de prope Florentiam die XV. *menſis junii octavæ indictionis* M. CCC. X.

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-SEPTIMUS.

Ab anno CHRISTI M. CCC. XI. *ad annum* M. CCC. XX.

ANN. CHR. 1311.

I. Concilia provincialia Ravennæ.

CELEBRATUM fuit hoc anno in urbe Ravenna ab archiepiſcopo Raynaldo concilium provinciale, cui interſuerunt per ſe vel per procuratores ſuos epiſcopi ſuffraganei & abbates, quorum nomina recenſet Rubeus [a]. „ In iis, „ ſubdit, Bonus abbas divæ Mariæ Urani Brittonorianus, „ coacto monachorum conventu, Bonum monachum pro„ curatorem ſuum die octava januarii fecit. " Gregorius etiam Claſſenſis abbas, cum teneretur ire ad capitulum generale congregationis Camaldulenſis, quod per id temporis erat indictum, Jacobum priorem ſuum ad ſynodum deſtinavit. Pariter Bernardus abbas Galeatenſis, & Benedictus abbas ſanctæ Mariæ de Vultra, elegerunt Hieremiam presbyterum, qui pro ipſis intereſſet eidem concilio, ex monumentis tabularii archiepiſcopalis Ravennæ. [b] „ Actum iterum in eo concilio potiſſimum de Tem„ plariorum negotio, & decreta inſuper fuere, quæ ad morum conforma„ tionem & catholicam fidem faciebant, " ut ſequitur Rubeus. Aliud pariter a ſanctiſſimo archiepiſcopo indictum fuit celebrandum ad kalendas junias in urbe Bononiæ, ſed dilatum ad XVII. kalendas julii, immo loco murato habitum fuit Ravennæ in Urſiano templo.

a *Lib. VI. pag.* 522.

b *Capſ. N.* 7010. 7003.

II. Concordia inter Raynaldum archiep. & Accurſium generalem quoad monaſter. Claſſis.

OBTINUERAT inſuper Ravennas archiepiſcopus ab apoſtolica ſede, vel a Neapoleone apoſtolico legato facultatem reformandi monaſteria ſuæ diœceſis; quare ad ſequentem concordiam venit hoc ipſo anno cum Accurſio priore generali Camaldulenſi, quoad monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe, quam tum ex autographo marchionis Rangonii, tum etiam ex paginis ejuſdem archiepiſcopalis chartophylacii integram ſubjicimus.

In nomine Domini amen. Anno ejuſdem milleſimo tercenteſimo undecimo, indictione nona die quarta menſis martii. Circa reformationem & reſtaurationem monaſterii Claſſenſis, cujus ſtatus tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quorumdam iniquorum faciente malitia, turbationem ſuſcepit non modicam, hujuſmodi proviſio de reverendi patris domini Raynaldi ſanctæ Ravennatis

ANN. CRH. 1311.

vennatis eccleſiæ archiepiſcopi, nomine ſuæ perſonæ tantum, & venerabilis viri domni Accurſii prioris ſanctæ Camaldulenſis heremi, & totius ejuſdem ordinis, concordi voluntate adhibita eſt. Videlicet, quod dictus domnus prior ad laudem & gloriam ſummæ majeſtatis, & divini cultus augmentum præcipue dirigens ſuæ mentis intuitum, conſiderانſque prædicti domini Raynaldi Ravennatis archiepiſcopi ſanctum zelum & pium affectum, quem gerit circa reformationem monaſterii prælibati, nec non attendens paternam affectionem, qua ipſius domini archiepiſcopi benignitas afficitur ad ordinem Camaldulenſem præfatum, ob ipſius Raynaldi ſolam perſonalem reverentiam & ſpecialem intuitum, idem domnus prior ex nunc ordinet, & firmiter ſtatuat, & inviolabiliter de cetero facere obſervari promittat, quod in conventu prædicti monaſterii Claſſenſis de cetero eſſe debeant & ſint tot monachi tam in ſacerdotali ordine & aliis ſacris, quam etiam minoribus ordinibus conſtituti, quot ibi commode morari poterunt, ſecundum dicti monaſterii facultates, tam Miſſas, quam alia divina officia nocturna pariter & diurna ſingulis diebus ſecundum temporis exigentiam ſollemniter celebraturi, juxta laudabilem ritum & obſervantiam Camaldulenſis ordinis. Celebrando pariter feſtivitates, quæ in kalendario Ravennatis eccleſiæ deſignantur, & quod ſingulis menſibus una Miſſa conventualis pro defunctis archiepiſcopis & fratribus Ravennatis eccleſiæ celebretur. Altaria quoque, ornamenta, & utenſilia eccleſiaſtica & ipſius eccleſiæ corpus, & ipſa eccleſia apta & munda teneantur, & quilibet abbas in ipſo monaſterio inſtituendus, ſi in abbatiæ ipſius officio per continuum annuni ſteterit, teneatur acquirere ipſi monaſterio ſaltem unum novum ornamentum ſacerdotale cum planeta, dalmatica & tunicella, camiſo & amictu. In eccleſia quoque ipſa lampades & luminaria continue habeantur ob devotionem & reverentiam beati Apollinaris, & reliquiarum ſanctarum quieſcentium in eadem. Et quia bona eccleſiarum pauperum ſunt, & maxime ad uſum eorum diſtribui debent, quia etiam conſuetum eſt, & fuit ab antiquo, eſſe hoſpitale ante fores dicti monaſterii, ubi peregrini, advenæ & infirmi recipiebantur, & hoſpitale ipſum cum domibus, lectis & aliis utenſilibus ad uſum hoſpitalitatis neceſſariis, deputatis etiam ibi perſonis ad hoc opportunis, refici debeat & reparari, & de cetero debeat manuteneri per abbatem & conventum prædictos, & etiam per eoſdem aliæ eleemoſynæ fieri, pro ut ad hæc dicti monaſterii ſuppetent facultates, vel ſaltem ſecundum laudabiles conſuetudines Camaldulenſis ordinis ſæpe dicti. Eccleſia quoque, clauſtrum & refectorium & aliæ officinæ ac domus ejuſdem monaſterii reparentur. Cimiterium ita cuſtodiatur & ordinetur, quod bruta animalia intrare non poſſint. Prædictorum autem hoſpitalis cum ejus domibus, lectis & aliis ſuprapoſitis ad ipſum ſpectantibus, eccleſiæ quoque, clauſtri, & aliorum proxime poſitorum reædificatio ſeu reparatio fieri debeat cum ſtudioſa celeritate, prout melius fieri poterit, ita tamen quod ipſa reædificatio ſeu reparatio cum effectu compleri ultra quinquennium nullatenus prorogetur. Cura quoque & adminiſtratio prædicti monaſterii, & bonorum ac jurium ad ipſum pertinentium tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus per domnum priorem Camaldulenſem, vel alium ſeu alios, cui vel quibus id commiſerit, exerceatur, religioſo viro domno Gregorio jam in ipſius monaſterii abbatem electo & confirmato a dictæ adminiſtrationis exercitio conquieſcente, ex nunc uſque ad proximum capitulum ejuſdem ordinis generale, ut tunc, ſicut expedierit, dictus domnus prior in ipſo capitulo congregando circa pacificum & tranquillum ſtatum jam dicti monaſterii provideat & ordinet ea, quæ ſalubriter circa id fuerint ordinanda. Interim vero per dictum domnum priorem ponatur in dicto monaſterio

ſaltem

ſaltem novem monachi, quorum unus clauſtralis prioris babeat & gerat officium, alius autem camerarii officium exerceat, reliqui vero cum iis duobus ipſius monaſterii tam in divinis officiis, quam in aliis opportunis regulariter & boneſte viventes ſtudeant laudabiliter deſervire, adjunctis eiſdem aliis familiaribus opportunis. Qui quidem monachi de conſcientia domini archiepiſcopi aſſumantur, nec inde removeantur, ſive ipſius beneplacito uſque ad tempus capituli memorati. Ann. Chr. 1311.

Acta ſunt bæc Cæſenæ in camera epiſcopali, præſentibus venerabilibus dominis Uberto Feretrano, & Leonardo Cæſenate epiſcopis, dominis Corrado archidiacono Vicentino, Guidone de Gennariis cantore eccleſiæ Ravennatis & domino Johanne præpoſito Arimineuſi, ac magiſtro Guillielmo de Sicilia notario dicti domini archiepiſcopi teſtibus convocatis.

Ego Petrus de Aquarola Cæſenas imperiali auctoritate notarius ibi præſens fui, & mandato dictorum archiepiſcopi & prioris, ut ſupra legitur, ſcripſi & publicavi.

Ex hoc documento compertum fit Ubertum Feretranum epiſcopum, cujus ſedem & vitam perduxit Ughellius uſque ad annum 1318. ſaltem perveniſſe ad menſem martium hujus anni. Fuerat is Galeatenſis abbatiæ adminiſtrator ad quadraginta ſere annos.

Mirum autem non eſt, ſi tempore Raynaldi archiepiſcopi monaſterium Claſſenſe diſſipatum erat, & in ſpiritualibus ac temporalibus collapſum; cum enim factionibus Calbulorum potiſſimum & Polentanorum repleta eſſet Ravennæ urbs, & quotidie bella inteſtina civium damna inferrent non ſolum privatis, ſed etiam piis locis, deſtructum fuerat hoſpitale adhærens monaſterio Claſſenſi, diſciplina vero monaſterii, vel fugientibus, vel oppreſſis monachis, maximum paſſa fuerat detrimentum. Vidimus in locum Rainerii abbatis Claſſenſis defuncti anno 1308. per vim a factioſis intruſum fuiſſe Gerardum, Accurſium autem priorem generalem cum conſenſu ſanioris partis monachorum Gregorium Ariminenſem ſuffeciſſe; ſchiſma proinde inductum in eo monaſterio. Ipſe Gregorius in ſuperiori pagina adhuc appellatur electus, quia in ſede abbatiali ab archiepiſcopo nondum poſitus fuerat, qui immo totam monaſterii Claſſenſis juriſdictionem tribuit Accurſio priori generali uſque ad tempus capituli generalis, quo alterius perſonæ electio fieri deberet. Perſtitit tamen Gregorius in regimine, nam & ut abbas Claſſenſis procuratorem miſit ad concilium archiepiſcopi Raynaldi, & anno 1314. in chartis Claſſenſibus legimus ipſum locaſſe integram Salæ poſſeſſionem, ipſiuſque nomen perſeverat etiam ad annum 1315. Ceterum ipſe archiepiſcopus Raynaldus nonnihil infenſus erat adverſus Claſſenſe monaſterium. Expoſtulabat enim abbates ejus cœnobii moroſos eatenus fuiſſe in ſolvendis procurationibus legatorum & nuntiorum apoſtolicæ ſedis, ſibique retardare annuos canones, quos monaſterium archiepiſcopo debebat, receptum ſe non fuiſſe in ſuo novo adventu honorifice ab abbate, pluraque alia cauſabatur a monaſterii abbatibus obſervata non fuiſſe vel neglecta, ob quæ etiam bonæ memoriæ Opizo archiepiſcopus prædeceſſor ſuus abbatem & cœnobii monachos immunitatibus, privilegiis & beneficiis aliquot ſpoliaverat. Iratum archiepiſcopum convenit Accurſius prior generalis, novumque cum antiſtite fœdus percutiens, ſuperiores concordiæ mutuæ tabulas edendas curavit.

Eumdem Gregorium Claſſenſem abbatem, una cum epiſcopis Ariminenſe, Feretrano, Foro-populienſe, & Sarſinate, Bononienſe & Imolenſe, & cum clero exempto & non exempto hoc anno diris devovit Honufrius de Trebbis decanus Meldenſis, & internuntius Clementis papæ V.

ANN. CHR. 1311.

a Capſ. I. 3983.

eo quod ſibi non ſolviſſent procurationes debitas, ut repetimus in eodem tabulario archiepiſcopali Ravennæ [a].

III. Capitulum Camaldulenſe in urbe Bononiæ.

DIXIMUS ſuperius ipſum Claſſenſem abbatem deſtinaſſe Jacobum priorem ſuum, qui pro ſe intereſſet ſynodo provinciali, eo quod eodem tempore habendum eſſet capitulum generale congregationis. Hoc collectum fuit in monaſterio ſanctæ Mariæ Camalduli Bononienſis, in quo definitores, qui fuere Johannes Major eremi, & Gerardus eremita, Bonus de Urano, Romualdus abbas Camalduli Florentini, & Bartholus abbas ſancti Petri de Rotis, ac Benedictus prior ſancti Mathiæ de Muriano una cum pluribus aliis ordinis prælatis conſtituerunt in procuratorem generalem negotiorum gerendorum Accurſium ſupremum præſidem, qui cauſas ageret congregationis coram ſummo pontifice vel alio quovis judice; item ad impetranda privilegia, & demum ad petendum cardinalem in protectorem ordinis; manu Juliani Gothofredi de Foro-livio notarii. Quis protector ordini datus fuerit hoc anno non liquet, cum viveret adhuc Franciſcus Cajetanus, qui congregationis protectionem aſſumpſerat anno 1303. quique obiit anno dumtaxat 1317.

IV. Res aliquot monaſteriorum.

IN regeſto inſtrumentorum Buldronis notarii, quæ ſervantur in archivo Trivienſi, legitur donatio domus in curte Pennæ in Mercatali facta eccleſiæ ſancti Bartholomæi hoſpitalis Ranchambroſii ſubjecti eidem Trivienſi abbatiæ, pro Chriſti pauperibus, ad honorem epiſcopi Feretrani & univerſitatis Pennæ ſub die quinta junii hujus anni.

Inter monaſterium ſancti Gregorii de Urbe & inter clericos & capitulum eccleſiæ ſanctorum Johannis & Pauli ſecuta eſt conventio, ut pro tuitione parietis hujus poſtremæ eccleſiæ fas eſſet ipſis clericis volvere arcus, ipſoſque firmare ſuper parietem, qui erat monaſterii ſancti Gregorii, habito conſenſu precario a monachis San-gregorianis.

Poſt Michaelem abbatem monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis de Monteherculis, cujus paginæ in tabulario canonicorum caſtri ſanctæ Agathæ perſeverant uſque ad annum 1288. legitur ad annum 1306. & etiam ad hunc annum 1311. Petrus abbas, quo poſtremo mentio fit Johannis abbatis ſuffecti in locum Petri, Petro vero Lucenſi priori ſancti Mathiæ de Muriano regimen dimittenti ſubrogatus fuerat circa hoc idem tempus Benedictus, quem vidimus inter primores patres aſſediſſe hoc anno capitulo Bononienſi.

Conſtitutus die XIV. januarii hujus anni indictione nona coram Benedicto de Bagnacavallo abbate monaſterii ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia presbyter Matthæus filius quondam Claramontis de Monte-bono electus in rectorem eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Antignana diœceſis Faventinæ per archipresbyterum Benefactum, nunc rectorem eccleſiæ ſancti Martini de Primalcorio diœceſis Foro-popilienſis, in quem compromiſſum fecerant Landus vicecomes comitis Aginulphi & parœciani dictæ eccleſiæ, ac confirmatus a Matthæo epiſcopo Faventino, nuntium remiſit eidem eccleſiæ in manus dicti abbatis, ad quem pertinebat ea electio. Aſſenſit tamen poſtea electioni, nam idem Benedictus abbas die XXIX. martii ejuſdem anni teſtatus eſt, quod ſicut ad ſe Matthæi electio ſpectabat, ita ſpectabat ad epiſcopum Matthæum confirmatio præfati electi. Corrigendus eſt etiam Ughellius, qui Matthæum epiſcopum Faventinum deceſſiſſe anno 1310. ſcripſit.

V. Conſuetudines eremi S. Mathiæ de Foro-livio.

MONACHI ſeu eremitæ ſancti Mathiæ de Muriano, qui multa ſanctimoniæ laude tunc temporis florebant, haud contenti anguſtiis inſulæ ſuæ, ad plures urbes præſenti ſeculo colonias deduxerunt aſcetarum, qui

iiſdem

iiſdem legibus & inſtitutis efformati ſubjectionem profitebantur priori Murianenſis cœnobii. Prima ex iis coloniis deducta eſt circa hunc annum ad urbem Foro-livienſem, in qua conſtructum, vel reformatum ab iis fuit monaſterium ſanctorum Mathiæ & Chriſtinæ, agente in primis Benedicto priore ſancti Mathiæ de Muriano, qui, ut majores ſui conſuetudinem vivendi acceperant a Martino III. priore generali, ita ipſe conſuetudinem vivendi tradidit monachis Foro-livienſibus, quam ſubjicimus. Dicimus conſtructum vel reformatum monaſterium ſanctæ Chriſtinæ de Foro-livio a monachis San-mathianis; nam jam ab anno 1266. monaſterium ſanctæ Chriſtinæ incolebatur a ſanctimonialibus, viſitatis eo anno ab Angelo priore Camaldulenſi. Non abludit a vero moniales locum cedentes eremitis ſancti Mathiæ, ſeceſſiſſe in alia domicilia ejuſdem urbis, inter quæ numerabatur monaſterium ſancti Salvatoris de Vico ſimiliter monialium, & eo tempore ad alterum ſanctæ Chriſtinæ titulum acceſſiſſe ſancti Mathiæ de Foro-livio titulum eccleſiæ, cui monachi vel eremitæ Murianenſes poſtmodum inſervierunt. Vel etiam rectius dicendum diverſos fuiſſe locum ſanctæ Chriſtiuæ Foro-livienſis urbis pro ſanctimonialibus, & locum ſanctæ Chriſtinæ pro eremitis, nam etiam poſt quadriennium apud monaſterium ſanctæ Chriſtinæ reſidebant moniales cum earum abbatiſſa, ut eo anno videbimus. Sigiſmundus Marchesius in hiſtoria urbis Foro-livienſis [a] memorat monaſterium ſive eremitorium ſancti Mathiæ Venetiarum habitatum ab eremitis Camaldulenſibus in urbe Foro-livii.

ANN. CHR. 1311.

Incipit conſuatudo vivendi heremitarum heremi ſancti Mathiæ de Foro-livio edita & impoſita ſub annis Domini M. CCC. XI.

Incipit prologus. Dignum & juſtum dignoſcitur, æquum & ſalutare, ut matrem bonis operibus informatam, in quantum poteſt, filia debeat imitari. Hinc eſt, quod nos frater Benedictus prior heremi ſancti Mathiæ de Murano, de fratrum noſtrorum conſilio, videlicet domnorum Benedicti, Antonii, Petri de Luca, Ognabena, Stephani pro majore & ſaniore parte capituli, volentes locum ſancti Mathiæ de Foro-livio manualiter ad heremum ſancti Mathiæ de Murano pertinentem de moribus & vita præfatæ heremi informare, mores & vitam ipſius heremi duximus intimandam, ut ipſi fratres tamquam luminaria in mundo lucentes ad illud pervenire mereantur, quod teſte Apoſtolo oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.

Incipit vita heremi ſancti Mathiæ de Foro-livio.

I. *In primis ordinamus, quod prædictus locus ſancti Mathiæ de Foro-livio de cætero heremus nuncupetur; & fratres clerici exiſtentes in heremo prædicta vitam heremiticam faciant, & recluſi morentur, & per omnes horas ſimul in eccleſia conveniant, divinum officium integraliter & devote celebrando, ſecundum quod regulariter in ordine Camaldulenſi eſt ſtatutum.*

II. *Per totam octavam Reſurrectionis dicti fratres bis in die comedant, exceptis ſexta feria & ſabbato. Ab octava vero Reſurrectionis uſque ad Quadrageſimam ſancti Martini jejunium continuum obſervent, utentes* II. *&* IV. *feria duobus pulmentis cum caſeo ſine ovis, vel cum ovis ſine caſeo. Et ſi propter paupertatem non poteſt haberi aliquod de prædictis, dicti fratres habeant poma, vel aliquod agrumen. Feria vero tertia & quinta utantur duobus coquinis ſine ovis & caſeo; & tertio loco habeant piſces, poma vel agrumina, ſi commoda haberi poſſunt.*

III. *Ab idibus ſeptembris uſque ad quadrageſimam ſancti Martini omni* IV. *feria excepta vigilia apoſtolorum utantur fratres tantum una coquina cum adjectione agruminum & pomorum, quarum una ſit cum caſeo, & tertio loco tur-*

[a] Pag. 305.

Ann. Chr. 1311.

turtum vel betbolatum. Feria VI. *& ſabbato utantur duabus coquinis ſine ovis. Feſtum duodecim lectionum ſi in ſexta feria venerit, utantur tantum duobus pulmentis; ſi autem ſollemnitas fuerit, plenam babeant miſericordiam.*

IV. *In quadrageſima ſancti Martini & in majori ſecunda & quarta feria una coquina tantum ſint fratres contenti abſque piſcibus. Et ſi in ſecunda vel in quarta feria feſtum* XII. *lectionum occurrerit, vitam faciant conſuetam, ſcilicet cum duobus pulmentis abſque piſcibus; ſi vero ſollemnitas fuerit, de duobus pulmentis babeant, & tertio aliquid addatur. In* VI. *feria jejunent in pane & aqua. Si autem in aliqua* VI. *feria feſtum* XII. *lectionum venerit, una tantum coquina cum fructibus ſint fratres contenti. Si vero fuerit ſollemnitas, de duobus pulmentis babeant, & tertio addatur aliquid. Feria* III. V. *ſabbato & dominica coquinam babeant fratres ſecundum modum noſtrum.*

V. *In vigiliis omnium apoſtolorum, quæ occurrunt in quadrageſima ſancti Martini, prædicti fratres in pane & aqua jejunent, eo modo quo dictum eſt in* VI. *feria quadrageſimæ ſancti Martini. Quando enim aliqua vigilia in tali die venerit, quod in die præcedenti fiat abſtinentia, tunc abſtinentia præcedentis diei vigiliam mutari debet in geminatam coquinam, in quacumque die vigilia tunc occurrat.*

VI. *In vigilia Nativitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis & Pentecoſtes abſtinentiam aliquam prædicti fratres facere non tenentur, nec etiam a Nativitate Domini uſque ad octavam Epiphaniæ.*

VII. *Quod octava Epiphaniæ uſque ad caput jejunii ſexta feria fratres babeant unam coquinam tantum cum fructibus; & ſi feſtum* XII. *lectionum infra* VI. *feriam venerit, utantur duabus coquinis tantum cum fructibus. Si autem ſollemnitas occurrerit, plenam babeant miſericordiam.*

VIII. *In qualibet vigilia beatæ Mariæ fratres in pane & aqua jejunent. Verum eſt, quod ſi Annunciatio beatæ Mariæ venerit infra octavam Reſurrectionis, fratres jejunare non debent propter dies Paſcbales; immo comedant bis in die utentes caſeo & ovis.*

IX. *Quia vigilia beati Mathiæ apoſtoli aliquando venit extra quadrageſimam, interdum in quadrageſima, & ideo in quocumque tempore vel in quacumque die præfata vigilia venerit, fratres aliquam abſtinentiam facere non conſueverunt.*

X. *In quarta feria cineris fratres a coquina debent abſtinere, utentes tantum vino cum fructibus. In ſexta feria in pane & aqua debent jejunare.*

XI. *Per totam quadrageſimam majorem jejunent, ut dictum eſt in quadrageſima ſancti Martini. Verum eſt, quod ſi feſtivitas beati Benedicti venerit in* VI. *feria Paraſceve, quamvis ſit ſollemnitas pleniſſima, nibilominus fratres jejunare tenentur in pane & aqua propter reverentiam diei.*

XII. *Quoniam vitioſitas eſt inimica animæ, ideo in duabus quadrageſimis, majori videlicet & ſancti Martini, quilibet monacbus dicat medium pſalterium omni die præter illos, qui fuerint conſtituti ad audiendas Confeſſiones vel ad alia exercitia utilia. Aliis vero diebus reſidui temporis quinquaginta pſalmos dicere non obmittant. Qui autem fuerint ſacerdotes, Miſſam dicere ſtudeant omni die, niſi fuerint juſta occaſione aliqua præpediti; & dicant in conventu diebus ferialibus duas Miſſas, unam videlicet pro vivis, & aliam pro defunctis.*

XIII. *Et quia Silentium eſt cultus juſtitiæ, & ubi Silentium non eſt, ibi nulla juſtitia eſt; in duabus quadrageſimis ſancti Martini videlicet &*

majori

majori dicti fratres tribus diebus in hebdomada, ſcilicet II. IV. *&* VI. *feria uſque ad veſperum ſilentium teneant, præter illos, qui fuerint ad aliquod officium de prioris licentia conſtituti, vel alia juſta cauſa occup :ti. Si vero ſollemnitas in* VI. *feria occurrerit, uſque ad Tertiam ſilentium teneant; in* XII. *lectionibus ſilentium non ſolvitur uſque ad horam veſpertinam; in* II. *&* VI. *feria ſi ſollemnitas vel feſtum* XII. *lectionum venerit, uſque ad Tertiam ſilentium teneant. Aliis vero diebus uſque ad Tertiam in ſilentium perſiſtant. Et nullus loquatur alteri, etiamſi fuerit de conventu Camaldulenſi, ſine licentia prioris ſpeciali.* Ann. Chr. 1311.

XIV. *Nullus eremitarum ſolus cum muliere ſola loquatur, niſi ille ſacerdos tantum, qui fuerit conſtitutus ad confeſſiones audiendas cum licentia prioris; & nullus ingrediatur in cellam alterius ſine prioris licentia ſpeciali.*

XV. *Ut autem peculiare vitium ab hoc loco penitus auferatur, ordinamus mandantes, quod nullus eremitarum iſtius loci aliquid dare vel accipere præſumas, nec etiam tenere ſine licentia ſpeciali prioris; & ſi aliquod alicui fratri directum fuerit, priori præſentetur, & ipſe diſpenſet, ſicut videris expedire. Et ſingulis menſibus prior per ſeipſum ſtudeat viſitare cellas fratrum; & nullus petat aliquod alicui ſine ſui licentia ſpeciali prioris.*

XVI. *Et quia infirmorum cura ante omnia & ſuper omnia adhibenda eſt, prout in beati Benedicti regula continetur, mandamus, ut infirmis fratribus tam in eſu carnium, quam in aliis cibariis uſque ad reparationem provideatur honeſte ſecundum poſſibilitatem loci præfati, & unus ſervitor timens Deum infirmis fratribus a priore largiatur.*

XVII. *Minutiones ſanguinis ter in anno faciant fratres, videlicet poſt octavam Epiphaniæ, & poſt octavam paſchæ Reſurrectionis in menſe madii, & circa feſtum ſancti Michaelis de menſe ſepsembris, tribus vero diebus, quando minutionem faciunt, habeant miſericordiam comedendi bis in die, quæ ſibi fuerint præparata; præter aliquod pulmentum carnium vel coctum cum ſagimine in domo, quod quidem eadem faciant illi, qui potionantur.*

XVIII. *Inter raſuram & raſuram fratrum per totum annum interponentur dies quindecim a feſto Omnium-ſanctorum uſque ad paſcha Reſurrectionis.*

XIX. *In* VI. *feria totius anni Confeſſionem generalem faciant in capitulo fratres, & facta Confeſſione nudis humeris recipiant diſciplinam humiliter & devote. A Reſurrectione vero Domini uſque ad octavam Pentecoſtes, & in ſollemnitatibus & feſtis* XII. *lectionum occurrentibus in* VI. *feria Confeſſionem facere fratres, nec diſciplinam recipere tenentur.*

XX. *Ut autem prædicta omnia integraliter conſerventur, & rigor Religionis de bono in melius, auctore Domino, in dicto loco tam a præſentibus, quam a futuris augmentetur, ordinamus obſecrantes in Domino Chriſto, quod fratres exiſtentes in hac eremo communem vitam faciant, priori ſuo humilem obedientiam & reverentiam exhibendo, ut omni die ſabbati in capitulo quilibet pro ſuis exceſſibus humiliter ſe accuſet, & tractet de ſuo ordine in caritate. Et prior ſecundum ordinem & modum culpæ unumquemque corrigat, ſicut viderit expedire. Si autem in die ſabbati ſollemnitas fuerit, venia in capitulo non fiat. In reliquo vero tempore per totum annum tam in feſtis* XII. *lectionum, quam in octavis, quæ more* XII. *lectionum celebrantur, fratres ſe reddere culpabiles non obmittant.*

XXI. *Hæc omnia ordinamus & obſervari mandamus tam præſentibus, quam futuris, indulti dumtaxat licentiam priori dicti loci, ut in omnibus valeat diſpenſare, ſicut ſuæ diſcretioni viderit. Hoc reſervato, quod nullum familiarem monachum, vel converſum ſibi liceat recipere abſque noſtra*

licen-

ANN. CHR. 1311.

licentia ſpeciali, & ſi quis in aliqua prædictarum tranſgreſſionum fuerit deprehenſus, non ad culpam, ſed ad pœnam ſibi potius imputetur.

XXII. *Quia devotioni fidelium prompta debemus benignitate concurrere, & priori ac fratribus, quos ad hoc idoneos reputaverit, licentiam condonamus Confeſſiones clericorum & laicorum audiendi, & ſecundum diſcretionem ſibi a Deo conceſſam pœnitentiam imponendi, venerabilium tamen patrum epiſcoporum aliorumque prælatorum licentia impetrata &c.* Cetera in codice monaſterii ſancti Mathiæ de Muriano, ex quo deſcripſimus, deſiderantur.

ANN. CHR. 1312.

VI. Converſio Silveſtri Florentini.

AD hunc circiter annum referenda ſunt initia converſionis Silveſtri Florentini, qui poſtea monachus in cœnobio ſanctæ Mariæ Angelorum factus, poſt multos pœnitentiæ annos ſancto fine quievit, cœlitumque honores promeruit. Vitam ipſius Beati collegit ſcriptiſque tradidit Zenobius Tantinus monachus ejuſdem cœnobii anno 1394. eamque ex relatione multorum fratrum fide dignorum compoſuit, præſertim vero ex relatione fratris Franciſci, qui a confeſſionibus fuerat ejuſdem Silveſtri. Ad annum 1318. chronotaxim vitæ Silveſtri commodius examinabimus; interim eum, antequam cœnobiticam vitam eo anno eligeret, eremum quamdam per quadriennium habitaverit, aliamque paulo poſt excitaverit, in qua parumper temporis commoratus eſt, ex quibus demum ad obedientiæ jugum & ad clauſtrum ejuſdem Angelorum monaſterii ſe retraxit, ſub præſenti anno ea, quæ præceſſerunt monaſticam profeſſionem Silveſtri, in medium adducimus ex eodem Tantino. Animadvertimus etiam Tantinum verſu impolito, ut ipſe ait, prius Silveſtri vitam exaraſſe, meditatum deinde fuiſſe eam in proſaicam orationem reddere, ut ex ſequenti ad vitam prologo manifeſtum facit: *Notetur etiam, quod ego domnus Zenobius, collectis iis rebus, quas eram dicturus, ipſas a principio adſtrinxi metro, quia ejuſmodi exercitium mihi aſſumpſeram ad declinandam tentationem quamdam aliam; eſtque impolita verſificatio, ut a proprio verborum auditorum ſenſu non nimium recedam. Cumque autem poſtea rem ſic conſcriptam vellem proſa vulgari ac plana reddere, vidi compoſitionem fore prolixam, quam prolixitatem relinquo illi, qui eamdem ſecundum Grammaticæ artem digeſtam facturus eſt publicam; ego autem brevem hanc rythmo texam, ſicut collegi, & ſub finem paucas lineas proſa addam.* Similiter in altero anteriori prologo vitæ præfixo: *De virtutibus*, inquit, *atque dictis Silveſtri, rudi dumtaxat ſtylo hic agam, donec, quod conſtitutum habetur, elegantior ex grammaticæ legibus compoſitio prodeat*. Ejuſmodi compoſitio an unquam prodierit, ignorare ſe aſſerit Papebrochius, & ſi prodiit, eadem alluvione, qua, teſte Fortunio, periit alter miraculorum libellus, conſumptam exiſtimat. Verum Tantini libellum proſaica oratione ſcriptum adhuc exiſtere in monaſterio ſanctæ Mariæ Angelorum comperimus, cujus libelli inventionem narrat Auguſtinus Fortunius in eo opuſculo, quod Florentiæ apud Georgium Mareſcottum edidit anno 1595. & complectitur vitas ejuſdem beati Silveſtri monachi converſi Angelorum Florentiæ, & beatæ Paulæ abbatiſſæ parthenonis ſanctæ Margaritæ de Caſajolo, „ quæ adduntur, ſubdit, ad retractationem mearum hiſtoriarum Camal„ dulenſium. “ Libellum hunc ſcriptum anno 1394. fideliſſime a Zenobio Tantino monacho Angelorum inventum ſcribit in parthenone monialium ſancti Franciſci a venerabili ſorore Dianora de Rodulphis, & opera fratris Leonis Canacei converſi conventus ſancti Franciſci de Monte arcis Feſulanæ, & domni Flavii a Caſtello-leone prioris ſanctæ Mariæ Angelorum ad manus ſuas perveniſſe, ideoque exiſtimat apud eas ſancti Fran-

Franciſci moniales repertum, quia primus author vitæ, nempe Tantinus, ſcribit neminem poſt Franciſcum ſanctum Minoritici cœtus inſtitutorem Deo impenſius ſerviiſſe quam Silveſtrum noſtrum. ANN. CHR. 1312.

His præhabitis vitam ipſam percurramus ex Italico Fortunii, qui Tantinum exſcripſit. „ Natus eſt Silveſter io valle Sevis, in baptiſmate do-
„ natus fuit nomine Venturæ; adultus artem purgandorum pannorum exer-
„ cuit, deditus interea exercitio operum piorum, & præſertim auditioni
„ verbi Dei, cui devotiſſime intererat. Cum exciperet conciones fratris
„ Jordani Piſani excellentiſſimi ex ordine Prædicatorum, qui Florentiam
„ in conventu ſanctæ Mariæ-novellæ advocatus fuit lector anno 1303;
„ quique multa cum laude & fructu animarum evangelicam doctrinam
„ non ſolum in eccleſiis, ſed etiam multo populorum concurſu in plateis
„ urbis diſſeminabat, Ventura ſibi aſſumpſerat onus deferendi ad ipſum
„ lagenam vini, quando poſt primam concionis partem aliquantiſper quie-
„ ſcebat, quod ipſi ex vaſe propinabat. Qua charitatis actione cum eva-
„ ſiſſet familiaris dicti fratris, & brevi tempore ejus diſcipulus, ab ipſo
„ conſilium optimum accepit curandi ſalutem propriæ animæ. Conſueve-
„ rat Ventura orare in eccleſia ſancti Martini (hodie appellata Bonorum
„ hominum) prope domus familiæ Abbatum, quos tamquam rebelles e
„ Florentia populus recens expulerat. Quadam igitur die ibidem orans,
„ viſione Chriſti Domini recreatus eſt, quem cruci affixum & plagis vul-
„ neratum conſpexit, valdeque dolens & commiſerans ejus paſſionem,
„ admirabatur tantam Domini manſuetudioem & caritatem. Ea hora
„ cœpit Ventura intra ſe volvere, qualiter ſeculum relinqueret, & pœ-
„ nitenti vitæ ſe totum traderet. A Deo itaque confortatus, induit vi-
„ lem & rudem religioſam veſtem, ſociumque habuit Dinum a Caſtaneo,
„ quocum ſolitariam cellam habitavit ſpatio quatuor annorom, appella-
„ tus frater Vincentius, depoſito nomioe, quod in baptiſmate acceperat. "
Hæc, quæ ſoluta oratione ſcripſit Tantinus & ex eo Fortunius, ita verſibus eo tempore uſitatis cecinerat idem Tantinus, quos etiam apud Papebrochium habes tomo ſecundo menſis junii.

Eſſendo Frà Silveſtro ſecolare
Stava a cardar le panni e a purgare,
Et predicando all' hor frate Jordano
Si converti da vero a mano a mano.
Et Frà Jordano havendo predicato
Per ſuo bel dire ſpeſs' era affannato.
Che ben due ore talhor ſi predicava
Si altamente, ch' ognun ſi admirava,
Et Frà Silveſtro per compaſſione
Si l' aſpettava a piè dello ſcalione
Et d' un ottimo vino ſi li dava
Un fiacchettuzzo & ſi lo confortava.

E coſi fece per molte fiate
E grande amiſtad preſe con quel frate.
E per la carità che al frate uſone
Chriſto in tal modo ſi lo viſitone,
In ſan Martino in Croce ſi gl' apparve
Il Crocefiſſo & vero ſi gli parve,
N' un caſolare degli Abbati caſe
Che fur cacciati per rubelle caſe.
Alhor converſo ſi feco fraticello
Là ſu al Caſtagno con l' aguell' in mantella,
Et Frà Vicenzo all' hor ſi fu chiamato
Et ſtette alquanto tempo in quel lato.

Cujus ordinis foret Jordanus, necdum ſe compertum habuiſſe ſcribit Papebrochius, utpote qui vitam hujuſmodi a Fortunio conſarcinatam non viderat, meminitque Jordani cujuſdam memorati apud Wadiogum Bettunienſis in Umbria conventus incolæ ad aonum 1306. ſed laici. Alter Jordanus ſermocinator Auguſtinienſis vivebat eo tempore. Sed Jordanus noſter erat ex ordine Prædicatorum, Florentiamque miſſus fuerat anno 1303. ad conventum ſanctæ Mariæ-novellæ. Videatur bibliotheca Richardiana a Lamio Cl. V. edita, in qua ad paginam 211. indicatur codex chartaceus, qui titulum profert: *Prediche di frate Giordano de frati Predicatori, quando ſtava a Firenze per lettore de frati.* Alter titulus extat: *Prediche*

ANN. CHR. 1312.

diche fatte da frate Giordano predicatore in ſanta Maria-novella di Firenze di marzo 1304. *di Quareſima.* Habentur & conciones ab ipſo recitatæ Florentiæ annis 1305. & 1306. quem etiam Piſanum patria fuiſſe comperimus. Cetera de Silveſtro ſuis annis.

VII. Monumentum hoſpitalis de Trovatellis Piſarum.

HOSPITALIS ſancti Dominici de Trovatellis portæ Calciſanæ Piſarum fit mentio *anno primo imperii ſereniſſimi domini Henrigi Dei gratia Romanorum imperatoris & ſemper auguſti, & anno Domini* M. CCC. XIII. ſtilo Piſano *die* XVI. *octobris indictione* XI. mutata menſe ſeptembris, in pagina monaſterii ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, qua Ventura quondam Bencivenni de ſancto Petro ad Caſtellum, & Gerardeſca ejus uxor obtulerunt ſe eiſdem monaſterio & hoſpitali pro commiſſis & oblatis, in præſentia Andreæ abbatis & Johannis rectoris hoſpitalis, promittendo obedientiam, reverentiam & caſtitatem matrimonialem ſe ſervaturos omnibus diebus vitæ eorum; quos rebus, quas habebant, renuntiantes ſuſcepit abbas ad beneficium dicti monaſterii & hoſpitalis, & totius ordinis Camaldulenſis, ponendo manus ſuas ſuper capita eorum, & recipiendo eorum manus intra manus ſuas.

VIII. Inveſtitura caſtri Valliallæ.

ACCURSIUS præſes generalis Camaldulenſis [a] hoc anno *quarta octobris* „ renovavit & conceſſit Sturlanti quondam Quintavallis, & Franci-
„ ſco quondam Tarlati viris nobilibus de Vallialla, omnia, quæ fuerant
„ olim in feudum conceſſa majoribus eorum ab Ildebrando priore Ca-
„ maldulenſe anno 1176. eoſdemque abſolvit a penſionibus ſeu præſtatio-
„ nibus non ſolutis, ac ab obligationibus & pœnis, quas incurrerant. E
„ contra dicti nobiles jurarunt fidelitatem dicto priori, qua accepta ipſos
„ conſtituit vicecomites ſuos & eremi Camaldulenſis ad manutenendum
„ & conſervandum in bono ſtatu curiam & homines Camalduli in dicto
„ caſtro de Vallialla, ad recipiendam tertiam partem locationum, ban-
„ norum, & ſalariorum ſibi contingentium in eo caſtro & ejus curia;
„ manu Vannis quondam Johannis Lannajoli de Arretio notarii. Qua et-
„ iam die tamquam dominus & patronus receptus fuit in eccleſia ſancti
„ Petri ejuſdem loci a Franciſco rectore."

a §. *Inveſtitura* 3. *A.* 4-32.

Felicem abbatem ſancti Michaelis de Muriano poſt Alteprandum habent paginæ tabularii ejuſdem cœnobii. Johannis autem abbatis Burgenſis ſancti Sepulcri nomen ab hoc ad annum 1320. legitur in chartis Burgenſis monaſterii. Andream quondam Ugonis de Vidiliano abbatem Aceretanum memorat tabularium archiepiſcopale Ravennæ [b].

b *D.* 1186.

IX. Obitus Richardi de Camino.

DECESSIT hoc anno Richardus de Camino „ a quodam aſſaſſino oc-
„ ciſus, nec potuit ſciri, quis fuerit auctor ſuæ mortis, quia ſtatim aſ-
„ ſaſſinus fuit fruſtatim occiſus. Succeditque in dominio frater ejus, quia
„ filium non habebat ex filia ducis de Galura uxore ſua, quæ vocata eſt
„ domina Johanna filia filiæ marchionis de Eſte." Iſta Ptolomæus Lucenſis in vita Clementis papæ V. Filius erat Richardus ſeu Ricciardus Gerardi, qui obierat anno 1306. frater autem Guecellonis. Quorum nomina in medium producimus, quia bene meriti fuerunt, ut eorum majores, de monaſterio Sanæ-vallis Fullinæ, in cujus tabulario extant paginæ, quæ ipſorum memoriam ſervant.

X. De Anaglyphis Piſanis eccleſiæ ſancti Michaelis in Burgo.

OBIIT pariter Tronciæ teſtimonio hoc anno in Piſana urbe frater Guillielmus Piſanus converſus ordinis fratrum Prædicatorum, vir præter ſanctitatem vitæ celeberrimus in arte ſculpendi. Diſcipulus is fuit magiſtri Nicolai itidem Piſani. Inter plurima utriuſque ſculptoris opera, quæ ſingillatim enumerat idem Troncia [c] in ſuis memoriis Piſanis, recenſetur proſpectus eccleſiæ noſtræ ſancti Michaelis in Burgo. Opus revera ſapit

c *Pag.* 289.

indo-

2 1115 p. 288 A



DOMINI



VIRGINIS

Ex anag

indolem ſeculi XIII. quo uterque florebat, ſicut etiam eamdem ætatem ſapiunt anaglypha, quæ viſuntur ad altaris majoris cancellos, quorum exempla ære inciſa ſubjicimus. Ea tranſmiſeramus ad virum claræ memoriæ Antonium-franciſcum Gorium edenda in opere, quod meditabatur, *Antiquitatum Sacrarum Etruſcarum*, ut pollicitus eſt in obſervationibus ſuis ſupra præſepe Domini, quas præpoſuit poemati Sannazarii *de Partu Virginis* [a]; ſed ipſa putat tempore anteriora, ac præextitiſſe ætati ſancti Dominici Vernagallii, quem concionatum fuiſſe ſuper ambonem, qui his anaglyhis ornatus tunc erat, circa annum 1200. exiſtimat. Primum ex his nativitatem Domini exhibet, ſecundum adorationem regum Magorum, tertium purificatioοem beatæ Virgiοis Mariæ, quartum fugam in Ægyptum. Abbas monaſterii ſancti Michaelis hoc anno erat „ Andreas Tanalius Volaterranus, qui æs alienum magnum extinxit, & pulpitum egregium, „ quod extat in templo locavit, multaque alia contulit in cœnobium „ beneficia, quæ a Bartholo Cæo priore monumentis mandata fuere menſe decembri 1312. “ ut prodit Fortunius [b]. Hæc pauca ex ipſo Cæo ſeu Bartholomæo priore clauſtrali ejuſdem monaſterii protulit Grandius in notis ad monumenta, quæ Appendicis loco edidit ad ſuam de Pandectis epiſtolam [c]. *Anno* M. CCC. IV. *abbas Andreas de Vulterris, qui tunc præerat prædicto monaſterio, debitum ſolvit ſupraſcriptum*, conflatum nempe a Gerardo ſuo prædeceſſore, *& fecit peculium de bonis dicti monaſterii, & hædificavit reſiduum ſupraſcriptæ eccleſiæ, & tectum & fronteſpicium eccleſiæ mirificum ex lapidibus marmoreis ex latere Burgi* &c. „ Cujus operis, ſubdit Grandius, memoria quodam marmore Leoninis verſibus, juxta rudiorem ejus ſeculi guſtum compoſitis, ſculpta olim legebatur, tenoris ſequentis:

Cernite vos quæſo, quæ fulgent marmore cæſo,
Hoc opus alarum frontis templi quoque clarum
Tempore conſtructum fuit, ad finemque reductum
Hic patris Andreæ laudis de culmine veræ,
Vulterris natus fuit abbas ipſe prefatus,
Infraſcriptorum numero tunc & monachorum
Cei ductoris clauſtralis rite prioris
Anſelm que, Boni, Benedictum junge Guidoni,
Sic Plancus, Michael, Andreas, Angelus inde
Camaldulenſes ſunt hic & cœnobienſes
Laude ſupernorum inſiſtunt angelicorum
Anno milleno trecento tres dato deno
Cæſar & Henricus annus regnandoque primus
Gulielmus ſane Piſanus ſumite plane
Hic operis factor caput extat & ordinis actor.
Ergo tu ſpector, qui reſpicis, hæc quoque lector
Summo dans laudes patri, quo denique plaudes
Dic animabus eorum, da bona Chriſte polorum.

„ Notæ autem chronicæ, ſubdit Grandius, hujus reſtaurationis indicant annum communem 1312. qui Piſanis 1313. numerabatur, & primus erat imperii Henrici VII. multæ aliæ poſtmodum templi ipſius „ reſtaurationes ſubinde factæ, quibus plurimum immutata eſt loci facies, „ adeout nihil remanſerit, quod veterem formam redoleat a beato Bono „ ante ſeptingentos annos acceptam, eoque minus præſeferat antiquitatem Ethnici templi, quod hic cœca gentilitas olim excitavit. “

ANN. CHR. 1312.

[a] Pag. xxiv.

[b] P. II. lib. II. cap. 12.

[c] Pag. 144.

Ann. Chr. 1313. XI.

Obitus beati Angeli de Aqua-pagana eremitæ.

EMORTUALIS fuit præſens annus beati Angeli eremitæ prope monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, qui die decima-nona auguſti ad Deum tranſiit, dum otaret genibus flexis ante imaginem Crucifixi Domini, quam loco deliciarum in ſua ſolitaria cella habebat, præviſo quoque tempore & die ſui obitus. Vix expiraverat, cum ecce ſponte ſua omnes æreæ campanæ dicti monaſterii ſonitum edidere. Quo inſolito ſigno audito monachi ſancti Salvatoris certatim accurrere ad cellam ſancti viri, ipſumque jam defunctum repetete. Re ad præfectum monaſterii delata, juſſit hic, in eccleſiam monaſterii ſacrum corpus deferri, & in marmoreo ſepulcro, ferrea crate tamen ſuperimpoſita, in medio eccleſiæ humari. Petrus Lucæ, is erat cœnobii prior, ſequentem epigraphem cælari mandavit.

ANNO. DOMINI. A. NATIVITATE
M. CCC. XIII. INDICTIONE. XI.
TEMPORE. D. CLEMENTIS. PP. V.
DIE. XIX. MENSIS. AVGVSTI
TEMPORE. MIGRATIONIS. B. ANGELI
TEMPORE. PRIORATVS
D. PERLVCE. MONACHI.

Jacuit in eo loco corpus beati Angeli, donec Æmilius Alterius Romanus Camerinenſis epiſcopus anno *1630.* eccleſiam præfatam viſitans, ipſa die decima-nona auguſti corpus ipſius tranſtulit ſollemni indicta ſupplicatione, & magno populorum concurſu, in capellam, quam ad ejus honorem erexit, condens ibidem ſacrum caput, & oſſa corporis una cum cyatho, in quo vivens bibebat, reponens in capſa cupreſſina incluſa in alia capſa nucea, imaginem beati Angeli ſuper capſam coloribus exprimi mandans, cum additione ſplendorum, qui conſueſcunt apponi beatis vitis; in habitu eremitæ cum barba promiſſa, ut etiam exprimitur in tabella ipſius capellæ, & cum corolla ad manum dexteram & in formam orantis ante Crucem. Omnia ipſius oſſa & integra habentur in hac urna, excepto oſſe pedis, quod anno *1626.* Jacobus Fagianus Auguſtinienſis Matelicanus ſancti viri apprime ſtudioſus in patriam ſuam tranſtulerat, & depoſuerat in altera capella, quam ipſi dicaverat in eccleſia ſancti Auguſtini Matelicæ. Tempore ſupetioris ttanslationis factæ ab epiſcopo Camerinenſe Alterio extractus fuit muſculus genu, in theca argentea aſſervandus. Feſtivitas beati Angeli tecolitur die dedicationis ejuſdem eccleſiæ, quæ celebratur die Dominica poſt ſollemnitatem Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis. Miſſa quidem & officium recitantur de Dedicatione eccleſiæ, ſed ſollemnis quotannis inſtituitur ſupplicatio, qua defertur præfata theca argentea a clero & a populo cum hymno: *Iſte Confeſſor*, & cum oratione de communi unius Confeſſoris non pontificis: *Deus, qui nos beati Angeli confeſſoris tui annua ſollemnitate lætificas* &c. cui ſupplicationi, præter ſacerdotes ejus regionis, interveniunt duo canonici Camerinenſis eccleſiæ. Quotidie autem in eadem capella divina myſteria celebrantur.

De beato Angelo de Aqua-pagana converſo Camaldulenſi agunt inter prætermiſſos ad eamdem diem collectores Actuum Sanctorum, qui animadvertunt ejus nomen adnotari a Jacobillio tomo tertio de Vitis Sanctorum & Beatorum Umbriæ pagina *359.* plura huic Beato præconia tribui a Buccellino in ſuo Menologio ad eam diem, qui addit magno cum concurſu vicinorum coli. Cupiunt deinde edoceri ac certiores reddi, an

&qua-

& qualis ſit concurſus ille, & an ſit talis, ut ex eo formari poſſit ſufficiens argumentum pro legitima publica ac religioſa veneratione, quam requirunt in aliis, quos tamquam Sanctos vel Beatos operi ſuo intexunt, præſertim quia inter vitas, quas titulo Sanctorum ac Beatorum ordinis Camaldulenſis vulgavit Silvanus Ractius, nullam hujus Angeli ab ipſo ſcriptam inveniunt. Quibus addimus neque Fortunium, nec Minium, nec ceteros ſcriptores Camaldulenſes meminiſſe beati Angeli; ſed hoc accidit, quia auctores noſtri de Valle-caſtrenſis monaſterii hiſtoria non agunt, niſi primis Romualdini inſtituti ſeculis, & etiam poſterioribus ab unione ipſius cœnobii cum eremo Camaldulenſi ad ſeculum XIV. ignorantes, vel data opera ſubticentes hiſtoriam intermediorum ſeculorum. Porro extra dubitationis aleam eſt poſitum, monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana membrum fuiſſe alterius ſancti Salvatoris Vallis-caſtri, ut ex litibus ſub finem elapſi ſeculi XIII. & initio hujus XIV. quas Valle-caſtrenſe cœnobium ſuſtinuit cum epiſcopis Spoletanis & Fulginatibus alibi demonſtravimus. Quoad cultum vero beati Angeli iiſdem collectoribus poſſe ſufficere ea, quæ mox attulimus, arbitramur. Agunt de beato Angelo ſupralaudatus Jacobillius, Durantes Dorius in commentariis Umbriæ, Angelus Benignus in hiſtoria Camerte, & Grandius noſter. ANN. CHR. 1313.

Præſata abbatia de Aqua-pagana, poſtquam monachis Valle-caſtrenſibus diu paruit, inde monachis ſanctæ Crucis de Saxo-vivo, temporis progreſſu a ſummis pontificibus commendata fuit, poſtremo conceſſa & adnexa cathedrali eccleſiæ Camerinenſi, cujus adminiſtrationem obtinent canonici ſanctæ Mariæ eccleſiæ majoris, vicarium ibidem conſtituentes, qui diligenter cuſtodiat corpus beati Angeli protectoris totius vallis appellatæ *della Rocchetta*, & quotidie vota & tabellæ apponuntur ad ejus altare in confirmationem miraculorum & donorum, quæ Deus interceſſione ſervi ſui frequentiſſime operatur.

Hoc anno Senenſis reſpublica primum Auguſtinianos, poſtea fratres Prædicatores, inde monachos ordinis Camaldulenſis legatos miſit ad imperatorem Henricum VII. qui invenirent aliquam viam pacis ipſos inter & eumdem imperatorem; ſed *ſecundum ea, quæ petebant*, *nihil conſummatum eſt*, ut ſcribit Nicolaus epiſcopus Botrontinenſis in relatione ſcripta ad Clementem V. Romanum pontificem de itinere Italico dicti imperatoris, quæ extat apud Muratorium [a] in Scriptoribus rerum Italicarum.

[a] T. *IX. col.* 930.

XII. De cœnobio S. Laurentii Cæſenæ.

POST mortem Leonardi Cæſenatis epiſcopi electus fuit ejus urbis epiſcopus hoc anno Johannes de Ricciardis ex oppido Caminate pridem canonicus Cæſenæ, & tunc præpoſitus eccleſiæ Ariminenſis. Ejus electio prodivit per compromiſſum cum beneplacito metropolitani Ravennatis. Nam „ quandoquidem canonici Cæſenates diu inter ſe diſcordes in nullum conveniebant, compromiſſum fecerunt in Guillielmum & Bulgarum canonicos, atque in Chriſtophorum abbatem cœnobii ſancti Laurentii in ſuburbio Cæſenate, ut quem illi nominaſſent, is paſtor Cæſenatis gregis evaderet. “ Hæc Braſchius in memoriis ejus urbis [b], qui alibi addit ipſam abbatialem ſancti Laurentii eccleſiam olim pertinuiſſe ad monachos Camaldulenſes, ut etiam innuunt alii Cæſenates ſcriptores Manzonius & Claramontius. Ejus abbatiæ origines ediſſerit Braſchius capite XV. [c] ſub Natali epiſcopo Cæſenate, „ qui præfecit Fortunatum „ quemdam cœnobio ſanctorum Laurentii & Zenonis tunc ſito in parte „ ſuperiori civitatis, quæ nunc uſque *murata* antiquo nomine dicitur, „ quæ ſuperior pars ſitu & munitione arcem & caſtrum civitatis repræ-

[b] *Pag.* 259.

[c] *Pag.* 173.

ANN. CRH. 1313. „ ſentabat, ut penes ipſum aſſerit Claramontius; addit etiam „ ad „ idem cœnobium aliqua relatione referri eccleſias ſancti Zenonis & ſanctæ Mariæ Roſarum, quæ adhuc ſubſiſtunt, nec non aliam ſancti Laurentii ad flumen Sapis, quæ jam diu corruit, nempe ad annum 1490. „ ut habet pagina 345. quo ſanno flumen ingenti aquatum redundantia „ diruit partem vetuſtiſſimam abbatialis eccleſiæ ſancti Laurentii amplæ „ ſtructuræ & egregiæ ſymmetriæ. Petrus vero epiſcopus reliquam partem ſuperſtitem, ſed irreparabilem fecit ſolo prorſus æquari. Ad cujus „ rei memoriam qualitercumque ſervandam ferunt parum remote ab eo „ loco fuiſſe tunc erectam cellulam quamdam ſitam in hortis epiſcopalibus contiguis eidem flumini, & ſancti Laurentii nuncupatam titulo. „ Abbatia vero fuit unita menſæ epiſcopali Cæſenati. “

XIII. De hoſpitali S. Chriſtinæ Tarviſii. EXISTEBAT hoſpitale monaſterii ſanctæ Chriſtinæ ſuper fluminis Butinicæ ripam extra urbem Tarviſinam; ſtatutum fuit hoc anno & firmatum, ut puſterula portæ ſanctæ Chriſtinæ aperiretur, ita quod omnes cupientes viſitare locum ſanctæ Chriſtinæ, illuc valerent magis commode ſe transferre, volenteſque eleemoſynas infirmis hujuſmodi hoſpitalis impendere, poſſent ſimiliter commodius locum adire, ut legitur in codice membranaceo tabularii Communis Tarviſii ſignato S. folio 154. ſcilicet tam hoſpitale erectum, ut creditur, a beato Pariſio, quam eccleſia ſanctæ Chriſtinæ ditata exuviis ſacti corporis ejuſdem ſancti viri frequentabantur pio concurſu a fidelibus Tarviſinis. Reperimus etiam per hæc tempora plures archiepiſcopos & epiſcopos indulgentias eidem loco conceſſiſſe, in quorum paginis nomen Pariſii titulo ſemper Sancti effertur. Extat in tabulario ſanctimonialium Tarviſinarum ſanctorum Chriſtinæ & Pariſii pagina Matthæi epiſcopi Faventini anno M. CCC. VI. Altera Porchetti archiepiſcopi Januenſis, Jacobi Mantuani epiſcopi, Theobaldi Veronenſis epiſcopi, Pagani Patavini, & tertia ampla Iſnardi Antiocheni patriarchæ Galiardi Arelatenſis, Raymundi Adrienſis Neapolitani, Petri Nazareni, Guidonis Arborenſis, Nicolai Aprutini, Raymundi Maſſilienſis, Thomæ Hungarienſis, Petri Civitatis-novæ, Raimbaldi Imolenſis, Petri Narnienſis, Johannis Ebredunenſis, Ferrandi Portugallenſis, Julii Leonenſis, aliorumque archiepiſcoporum & epiſcoporum data Avenione *anno* M. CCC. XVII. *menſe julio pontificatus ſanctiſſimi patris & domini Johannis papæ* XXII. *anno primo*. Sed cum charta apographa ſit, pluribus ſcatet erroribus, & aliqui ex iis epiſcopis ad eas ſedes electi fuere poſt annum 1317. niſi dicere velimus hos acceſſiſſe poſt eum annum proprio diplomate conceſſioni indulgentiarum amplæ factæ anno 1317.

Per eos dies venerabilis vir Oddo de la Sala archiepiſcopus Piſanus, & pro ipſo dominus Chianni de Falconibus canonicus Terralbenſis ſindicus ejuſdem archiepiſcopi locavit Guadagno de Guadagnis procuratori Vivaldi & Guidonis burgenſium caſtelli de Caſtro bona quædam ſpectantia ad abbatiam noſtram ſancti Zenonis Piſarum, quæ menſæ archiepiſcopali erant unita, ad novem annos pro annua penſione ſexaginta florenorum. Extat contractos in archivo ſecreto archiepiſcopali ſub num. 720.

XIV. Electio abbatis Faventini. JOHANNE de Ciggiano abbate ſancti Hippolyti de Faventia aſſumpto ad abbatiam monaſterii ſancti Frigdiani Piſarum, monachi Faventini convenientes in monaſterium ſanctæ Mariæ de Urano mandato Felicis abbatis Uranenſis & vicarii Accurſii prioris Camaldulenſis, eo quod civitas Faventina eccleſiaſtico tunc ſubjaceret interdicto, compromiſerunt in ipſum Felicem abbatem, qui hoc *anno* M. CCC. XIII. *indictione* XI. *die* XIV.

menſis

menſis maji tempore Clementis pape V. elegit in abbatem ſancti Hippolyti Matthæum Florentinum vicecomitem Camaldulenſem ad reverentiam Camaldulenſis eremi & torius ordinis.

ANN. CHR. 1313.

XV. De duobus Franciſcis immediatis epiſcopis Torcellanenſibus.

DUOS ſucceſſive Franciſci nomine epiſcopos Torcellanam ſedem obtinuiſſe per hæc tempora clare evincunt monumenta recens educta, ſimulque collecta in epiſtola [a] ad menſem octobris anni 1757. inſerta *Memoriis pro hiſtoria literaria*, quas notitias acceptas referimus Cl. V. Nicolao-antooio Licinio canonico Torcellano; Franciſcum ſcilicet Taleapetram, olim abbatem ſancti Nicolai de Litore, electum autem Torcellanum epiſcopum anno 1303. poſt obitum Alironis de Riccardis, & Franciſcum Dandulum, qui deſuncto Taleapetræ ſubrogatus fuit anno 1312. Breviſſimum tamen fuit Danduli regiminis tempus; nam ſub anno ſequenti M.CCC.XIV. die XII. februarii extant paginæ Natalis Nareſi primicerii & vicarii eccleſiæ Torcellanæ, *eccleſia ipſa vacante per mortem domini fratris Franciſci Dandulo olim epiſcopi Torcellani*. Dandulum ex monaſtica vita aſſumptum ad epiſcoparum declarat dictio illa *fratris*, quæ in paginis Torcellanis tribuitur etiam ejus prædeceſſori Taleapetræ epiſcopo ex abbare ſancti Nicolai, ſed quodnam inſtitutum profitereiur Dandulus, non eſt compertum. Conjicit abbas Marianus Armellini io appendice ad Viros illuſtres ordinis ſancti Benedicti, ipſum Camaldulenſe inſtitutum profeſſum fuiſſe, & ex monaſteriis vel ſancti Michaelis, vel ſaocti Marhiæ de Muriano poſt obitum Taleapetræ poſtulatum ſuiſſe ad epiſcopatum Torcellanum. Severus etiam Seneſius monachus noſter in additionibus mſs. ad epiſcopos Camaldulenſes Thomæ Minii haber. „ Anno 1314. die tertia ſe„ bruarii obiit Franciſcus ...... epiſcopus Torcellanus, “ eumque Camaldulenſis inſtituti monachum facit.

[a] T. X. pag. 273.

Io necrologio ſanctæ Mariæ ad Carceres ſub die duodecima octobris legitur: *Obiit Paulus prior Carcerum, qui vixit in prioratu annis* XXXIII. *menſibus* IV. *&* *diebus* XII. Angelus ei in officio ſucceſſit.

In tabulario ſanctæ Catharinæ de Fabriano fit mentio ſub die XVII. januarii hujus anni Albrici epiſcopi Firmani. Is ex Placentina ad Firmanam eccleſiam traductus fuerat jampridem a Boniſacio VIII.

[b] Die quinta maji Antonius Berardingorum abbas Meum Cionis clericum in rectorem nominavit eccleſiæ ſancti Pauli, ex paginis noſocomii Scalæ Senarum.

[b] *Num.* 125.

CASTRA de Banzena, de Serra & de Gello, quæ anno 1114. ampliſſima largitione donata fueranr eremo Camaldulenſi a Guelſo olim Raynerii de Banzena, poſt duo integra ſecula ſub hoc anno vigente mirum in modum potentia Guidonis de Petra-mala electi Arretini epiſcopi & fratrum ejus, qui Arretii per ea tempora dominabantur, ſublata per vim ſuere ab eadem eremo. Varia deinde fortuna inſuflante anno 1360. & expugnata Biblena ab exercitu Florentinorum, miſſiſque Marco & fratribus de Tarlatis Florentiam in cuſtodia, ipſa eadem caſtra tandem jactura irreparabili Camaldulenſium conceſſeruot in reipublicæ Florentinæ dominium. Suffectus fuerat Guido de Petra-mala Ildebrandino in carhedra Arretina nonis julii anni prætetiri.

ANN. CHR. 1314.

XVI. Caſtra ſubtracta a jure Camald. eremi.

SILVESTER monachus Camaldulenſis conſtitutus die vigeſima-ſeptima marrii in urbe Vicerina ante præſentiam Conradi archidiaconi cathedralis eccleſiæ ejuſdem urbis & vicarii generalis A.. epiſcopi Vicetini, licentiam ab ipſo expoſtulavit cooſtruendi oratorium cum ſuo altari, ibidemque Miſſas atque divina officia celebrandi, convertendo quamdam domum ab

XVII. Conditur eccleſia S. Luciæ Vicetiæ.

ipſo

ANN. CHR. 1314. ipſo emptam in parœcia monaſterii ſancti Viti, quod oratorium ad jus dicti cœnobii pertineret, ſicut pertinebat domus. Hæc ſunt initia monaſterii ſanctæ Luciæ ſiti in ſuburbiis Vicetinæ urbis, ad quod initiis ſeculi XVI. ſe receperunt, incoluntque modo monachi Camaldulenſes ſancti Viti, poſtquam bellorum conditione idem ſancti Viti monaſterium ſolo fuit æquatum. Initialis A.. denotat Altogradum epiſcopum Vicetinum hoc ipſo anno menſe octobri defunctum.

XVIII. Hiſtoria aliquot monaſteriorum. ALEXANDER epiſcopus Feltrenſis & Bellunenſis *die* VII. *novembris indictione* XII. auditis juribus Gregorii prioris ſancti Martini-novi de Opitergio, revocavit commendationem, quam nepoti plebani de Opitergio ipſe fecerat eccleſiæ ſancti Petri ejuſdem loci, quæ monaſterio ſancti Martini erat ſubjecta. Charta revocationis exiat [a] in tabulario ſancti Michaelis de Muriano.

In quo [b] etiam aſſervatur Pagani epiſcopi Patavini confirmatio facta Angelo priori Carcerum privilegii Bellini epiſcopi Patavini de eccleſia ſancti Andreæ de Cortarodulo *indictione* XII. *die* XXI. *maji*, præſentibus Johanne abbate monaſterii ſancti Stephani de Carraria, Melchiore priore canonicæ ſanctæ Mariæ de Mandria, aliiſque.

Accurſius prior Camaldulenſis XVII. martii approbavit ſententiam pronuntiatam per dominum Oſtienſem, hoc eſt Nicolaum de Prato cardinalem electum arbitrum contra quamdam locationem [c], quam de bonis temporalibus monaſterii ſanctæ Mariæ de Bonarcanto in Sardinia fecerat Franciſcus de Prato-veteri loci prior Oddoni de Sala olim Arborenſi, & tunc archiepiſcopo Piſano, quæ perſeverare deberet, donec eccleſiæ Piſanæ præeſſet Oddo; quam locationem prior Camaldulenſis improbavit & revocavit; manu Dionyſii notarii.

Vacante per abdicationem Antonii abbatis monaſterio ſanctorum Juſti & Clementis de Volaterris [d], tam Rainerius epiſcopus Volaterranus, cui de conſuetudine tamquam uni monacho competebat votum, quam monachi ejus loci compromiſerunt *die* XII. *januarii* in ipſum epiſcopum & in Accurſium priorem generalem capitulo præſidentem, ut ſcrutatis monachorum votis eligerent quem mallent. Electus fuit Bartholus de Peruſio in abbatem. Raynerius III. hujus nominis epiſcopus Volaterranus electus fuerat anno 1301.

In protocollis Benedicti magiſtri Martini cancellarii Franciſci Silveſtri Cingulani epiſcopi Florentini legimus ſub præſenti anno Antonium epiſcopum Florentinum ad preces dominarum Magdalenæ, Bartholæ & Paulæ morantium apud locum, qui dicitur *la Caſtellina* in populo plebis de Septimo conceſſiſſe ipſis licentiam erigendi monaſterium ſacrarum virginum ſub titulo ſancti Pauli & ſub regula ſancti Auguſtini, & elegiſſe in abbatiſſam dominam Johannam monialem monaſterii ſanctæ Agathæ de via ſancti Galli de Florentia &c., licet ut vidimus ad annum 1302. moniales ſanctæ Agathæ Benedictinam regulam & Camaldulenſia inſtituta ſectarentur. Poſt decennium ſupradictus Franciſcus epiſcopus Antonii ſucceſſor iiſdem ſanctæ Agathæ monialibus facultatem fecit emendi bona in civitate Florentiæ, forte quia numero monialium adaucto non ſufficiebant bona alterius monaſterii ſancti Andreæ de Lontrina caſtri Biblenæ, ex quo exierant, & anno 1328. capitulum ſancti Laurentii, in cujus parœcia degebant ſanctæ Agathæ moniales, ipſis eccleſiam & turrim erigendi copiam fecit. Hæc novimus ex notitiis Florentinarum eccleſiarum a Joſepho Ricca S. J. [e] editis.

Comptomittentibus monachis Subaſianis ſancti Silveſtri, & monialibus Vallis-

a Capſ. lxiii.

b Capſ. lxxi.

c §. Notabilia A. 4. 11.

d §. Electio 15. A. 4. 44.

e T. V. pag. 267.

Vallis-gloriæ Hiſpellatibus in commune Peruſinum, quod nominare debe-ret judices arbitros ad decidendas controverſias inter utramque partem vi-gentes occaſione bonorum, a judicibus pronuntiatum fuit contra monachos pro monialibus; ex tabulario hujus poſtremi monaſterii. ANN. CHR. 1314.

CUM in cœlum evolaſſet præſenti anno die decima junii beatus Hen-ricus a Bolzanio in urbe Tarviſina, qui civium & populi commu-ni voce appellabatur, & fuerat ſanctus vir, conſilium ejuſdem urbis con-gregatum ſub Manno de la Branca Eugubino Tarviſii poteſtate „ die ve-„ neris XIII. die menſis junii poſt ſtatutam arcam porphyreticam , vel „ alabaſtrinam aut ophitem, in qua conderetur ejus ſacrum corpus , de-„ crevit , ut poteſtas urbis ſub pœna ducentarum librarum infra duos „ menſes eligere teneretur idoneos legatos ad Romanum pontificem, qui „ curarent, ut in canonem Sanctorum Henricus referretur una cum bea-„ to Pariſio, qui ante quadraginta & octo annos ad Deum tranſierat ; „ Statuere inſuper iidem conſiliarii , ut ſeligerentur quatuor Sapientes , „ qui cum epiſcopo , Corſio decano , & cum prioribus fratrum Mendi-„ cantium Prædicatorum , Minorum , & Auguſtinienſium , cum electis „ quoque a poteſtate urbis ab antianis & conſulibus una cum ſcriba epi-„ ſcopali & cum Gerardo Merlo ſcriba conſilii in ſcripturas redigerent „ miracula horum beatiſſimorum virorum , ac triplex conficeretur pro-„ ceſſus, alter, qui ſervaretur in ſacriſtia cathedralis eccleſiæ , alius in „ cancellaria Communis, tertius, qui Romam tranſmittentur . Præterea „ mandavere, ut poteſtates urbis Tarviſinæ pro tempore quotannis die-„ bus eorum natalitiis tenerentur ire ad oblationem faciendam una cum „ ſcholis urbis ad eorum tumulos. “ Epiſcopus Tarviſinus per hæc tem-pora erat Caſtellanus Salomonis . Neſcimus , an alicubi extent novi hi actus ſancti Pariſii ex recenti hujuſmodi commiſſione, ut in archivo ca-pitulari Tarviſii extant actus beati Henrici, quorum collector fuit Petrus Dominici de Baone epiſcopus Tarviſinus anno 1357. ANN. CHR. 1315. XIX. Tractatus pro canonizatione beati Pariſii.

„ Electi itaque fuere , ſed anno ſequenti die vigeſima-ſexta auguſti , „ Corſius decanus, olim canonicus Tarviſinus, Zambonus de Mattarellis „ conſultor Tarviſinus, Johannes a Vazolla & Bonfranciſchinus notarius, „ quibus aſſignatum fuit quotidianum ſtipendium quinque librarum par-„ vorum; hos tamen conſilium urbis ſtatuit debere diferre iter ſuum ad „ kalendas martias anni 1317.

„ Iterum die decima-tertia aprilis ejuſdem anni dilata fuit eorumdem „ legatorum miſſio ob ærarium urbis exhauſtum , decretumque eſt , ut „ interea per literas conſulerentur Romani pontificis aulici . “ Verum ſuperveniente magni momenti bello in marchia Tarviſina , neque anno 1317. neque ſequentibus annis res effectum ſuum fuit ſortita , nihilque apud apoſtolicam ſedem actum eſt.

Ante obitum beati Henrici ex codice *Reformationum* hujus anni ad folium 15. „ ſub die quarta martii conſilio CCC. virorum congregato pro-„ poſuerat poteſtas ſibi conſilium adhiberi , quid facere deberet ſuper in-„ fraſcriptis proviſionibus factis ſuper propoſta generali, ut ſupra dictum „ eſt, quarum tenor talis erat: Item providerunt , quod provideatur & „ procuretur, quod canonizetur corpus beati Pariſii , quando commode „ fieri poterit , quæ proviſio firmata fuit per centum nonaginta novem „ conſiliarios in concordia, duobus exiſtentibus in contrarium, & uno in „ conſcientia . “ Sed de aliis proviſionibus & decretis Communis Tarvi-ſini pro referendo in Sanctorum canonem beato Pariſio diximus , dice-muſque

Digitized by Google

Ann. Chr. 1315. muſque ſub aliis annis. Hæc interim magna ex parte habemus humanitate nobiliſſimi viri, & Tarviſini canonici Rambaldi de Azzonibus de Avogariis, qui elaboratiſſimam, doctiſſimiſque notis illuſtratam, & documentis anecdotis auctam vitam beati Henrici de Bolzanio ſub prælo habet.

XX. Obitus Accurſii. Electio Bonaventuræ prioris generalis Camald. Demigravit e vita pridie kalendas junii hujus anni Accurſius præſes generalis Camaldulenſis. In necrologio Vangaticienſi adnotatur ejus obitus ſub die antecedenti, hoc eſt ad diem trigeſimam maji. Ante menſem die XXVII. aprilis inſtituerat Matthæum Peruſinum in abbatem ſanctæ Jucundæ diœceſis Lucanæ. Indictum itaque fuit capitulum generale habendum pro electione novi prioris in monaſterio Poplenæ. Legimus in tabulario Fontis-boni [a], „ die ſexta junii, vacante prioratu eremi Camaldulenſis per mortem domni Accurſii Franciſcam abbatiſſam ſanctæ Chriſtinæ de Foro-livio commiſiſſe vocem ſuam domno Felici abbati Uranenſi ad novum priorem eligendum; manu Deodati Andreæ de Foro-livio notatii. Item die octava junii Ugonem de Dovadula & Benedictum de Fraſſineta eremitas Camaldulenſes, ne relinquerent eccleſiam ſancti Salvatoris dictæ eremi ſine celebratione divini cultus & officii, vices ſuas tradidiſſe Angelo majori ejuſdem eremi, idemque præſtitiſſe Johannem de Mediolano eremitam, manu Johannis-alberti de Saxonia notarii. “ (Admirationem excutit, quod florentiſſima Camaldulenſis eremus ad tantam virorum penuriam eo temporis deveniſſet) Celebratum itaque eſt die decima-ſexta julii capitulum generale in Poplenenſi cœnobio, & electus fuit in priorem generalem Bonaventura ex priore ſancti Damiani de Bononia, ſed qui electus fuerat abbas ſanctæ Helenæ de flumine Æſino, patria Fanenſis, qui annis triginta tribus præfuit; vir non vulgaris doctrinæ, ſicut epiſtolarum ejus libri, quæ extant in regeſto VIII. quaſque in forma brevium dictavit, teſtantur.

a *Electio* 17. *A*. 4. 55.

XXI. Res ad plura monaſteria ſpectantes. Vacante itaque dicto monaſterio ſanctæ Helenæ, *die vigeſima-prima julii indictione* XIII. *ſede* etiam *Romana paſtore carente*, ob mortem Clementis papæ V. qui obierat die decima-ſeptima maji anni elapſi, idem prior generalis, ad quem pertinebat abbatis electio, Juliano Berardingorum abbati vicem ſuam commiſit præſidendi capitulo ejuſdem monaſterii, donec foret reformatum. Actum in monaſterio de Poplena, præſentibus Guidone Vangaticienſi, Gregorio Claſſenſi & Felice de Urano abbatibus. Electus fuit a Bonaventura in abbatem Æſinum Petrus de Serra-ſancti-Quirici, qui erat prior ſanctæ Trinitatis de Peruſio; ſed cum monachi Æſini talem in ipſo experti fuiſſent literaturæ defectum, propter quem non deberet ad abbatiæ præfatæ dignitatem promoveri, & cum conquererentur plures ex ipſis non fuiſſe vocatos ad electionem faciendam, contra eam tamquam non canonicam appellaverunt ad ſedem apoſtolicam & ad collegium cardinalium *die ſecunda novembris indictione* XIII. *apoſtolica ſede vacante poſt mortem Clementis pape* V. duobus enim annis, tribuſque menſibus ab obitu Clementis vacavit Romana cathedra.

„ Volentes hoc anno Claſſenſes monachi novum ſibi domicilium intra urbem Ravennæ ſtatuere, id apud hoſpitalem domum, dictam de Miſericordia, facere ſibi licere cum prioribus urbis tractavere. Sed anno tantummodo 1359. aream ſuperficiemque loci primum innovarunt. Hæc autem cum ab Hoſtaſio Polentano anno 1435. fuiſſet occupata, opera & ſtudio Ambroſii generalis reſtituta eſt; “ verba ſunt Fortunii noſtri [b].

b P. II. lib. II. cap. 20.

„ Ejectis Calbulenſibus Ghibellinis e Foro-livio inſigne colloquium habitum fuit hoc anno in agro Ravennate juxta baſilicam noſtram ſancti

„ Pe-

ANN. CHR. 1315.

„ Petri ad Vincula, ubi adſuere legati communis Bononienſis, Malateſti-
„ nus Ariminenſis, Lambertus de Polenta Ravennas, Franciſcus de Man-
„ fredis Faventinus, Bernardinus Cunienſis comes, Nordilus Imolenſis,
„ Rogerius comes de Dovadula, Carolus comes Battifollis, Agnella de
„ Aliiclinis Cæſenas, & e Foro-livio primores urbis., jurataque ibidem
„ fuit pars Guelſa. " Hæc habet Albertinus Muſſatus rubrica XII. libri
ſeptimi apud Muratorium [a]. a T. XIV. pag. 317.

Iidem Claſſenſes monachi interpoſitione Lamberti Polentani ad concordiam venere cum canonicis Portuenſibus quoad canale Candiani & litus maris, quæ adjudicata fuere monaſterio Claſſenſi & Gregorio abbati, conceſſis e contra ſalinis canonicæ Portuenſi, ut legitur in iſtrumento rogato præſenti anno die decimo novembris, quod ex autographo ejuſdem monaſterii damus in Appendice. Ex tabulario archiepiſcopali Guarnerius erat prior ſanctæ Mariæ in Portu ad annum 1311.

Ugolinus Faventinus epiſcopus die ſecunda auguſti ad petitionem Benigni prioris monaſterii ſancti Barnabæ de Gamugno, conceſſit, ut die ſancti Donati, & ſeptem diebus immediate ſequentibus indulgentiam obtinerent ii, qui viſitarent eccleſiam ſancti Donati de Mutiliana Faventinæ diœceſis, quæ ad Gamugnenſe monaſterium immediate ſpectabat. Præterea alias indulgentias impartitus eſt fidelibus viſitantibus & concurrentibus ad conſtructionem hoſpitalis, quod prope dictam eccleſiam ad ſervitium & ſubſtentationem infirmorum & pauperum ædificare propoſuerat præfatus prior. Extat memoria harum indulgentiarum etiam in tabulario canonicorum ſancti Laurentii de Florentia [b]. b M. 25. n. 261.

Nicolaus Scarpatenſis epiſcopus ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini penultima die menſis octobris ex Cenetenſi epiſcopali palatio, conſenſu & auctoritate Manfredi epiſcopi Cenetenſis & comitis annum unum & quadraginta dies de injuncta pœnitentia relaxavit viſitantibus eccleſiam ſancti Martini de Opitergio ſitam in eadem diœceſi Cenetenſi, quam ipſe conſecraverat die duodecimo exeuntis menſis julii hujus anni. Scarpatenſem in Græcia ſub patriarcha CP. epiſcopum Nicolaum Venetiis defunctum anno 1326. cui ſubrogatus fuerit alter Nicolaus ad eumdem annum aſſerit Wadingus [c], qui primum Nicolaum ſui inſtituti profeſſorem facit contra apertum paginæ noſtræ teſtimonium, in quo ipſe ſe ad Auguſtinienſem cœtum pertinuiſſe affirmat. Manfredus autem de comitibus Collis-alti ab anno 1310. ad 1320. Cenetenſem rexit eccleſiam, a qua translatus fuit ad Bellunenſem. c T. VII. p. 58.

Vacante eccleſia ſancti Johannis de Richò in territorio Foro-livienſi, quæ erat manualis monaſterii Pratalliæ [d], Jacobus vicarius Franciſci abbatis Pratalienſis elegit die vigeſima-octava julii in ipſius rectorem Angelum monachum dicti monaſterii, manu Guidonis Dati de Fraxineta notarii. Eidem Angelo rectori [e] die trigeſima-prima octobris Ubertus de Malateſtis comes Glazoli poteſtas & capitaneus Foro-livii reſtituendas adjudicavit quaſdam terras ad eccleſiam ſuam pertinentes; manu Ægidii Franciſci Ægidii notarii. d Electio 18. A. 4. 55. e §. Tenuta 2. A. 4. 57.

„ Dicto Jacobo vicario Pratalienſi die quarta novembris Johannes de
„ Chaſulis plebanus plebis de Murlo Senenſis diœceſis vicarius generalis
„ Guidonis Arretini epiſcopi ejuſque procurator per viam debitæ reſtitu-
„ tionis facultatem fecit intrandi in poſſeſſionem omnium reddituum &
„ proventuum, locationum, terrarum & prædiorum, ſervitiorum, ſubje-
„ ctionum & fidelitatum omnium hominum, villarum & caſtrorum
„ Toclis & Serra-vallis, & generaliter omnium jurium, quæ ad dictam

ANN. CHR. 1315.

„ abbatiam ſpectant a jugo alpium majorum uſque ad jura comitum de
„ Romena pro Partina, Lierna, Raginopoli & aliis, & uſque ad jura
„ eremi Camaldulenſis, & ad jura epiſcopatus Arretini pro Giona, Greſ-
„ ſa, Marciano, & uſque ad jura plebis de Partina, & uſque ad terri-
„ torium de Fraxineta, tamquam jura pertinentia ad dictum monaſte-
„ rium, hactenus conceſſa prædicto epiſcopo per decem annos in recom-
„ penſationem diſpendii, quod habuerat epiſcopus Arretinus in ædifica-
„ tione murorum arcis & ſortalitii, turris, caſtri & caſſeri Serra-vallis cum
„ reſervatione facta dicto monaſterio villarum de Ventrina, de Fregina,
a §. *Tenuta* 3. *A*.4. 58. „ de Contra [a]; manu Taviani Guidonis de Arretio notarii." Franci-
ſcus ex nobiliſſima Guidiorum familia Aginolfi comitis filius & frater Il-
debrandini plebani Partinæ electus fuerat per hæc tempora abbas Prata-
lienſis poſt Benedictum, eujus monumenta ſuperſunt ad annum 1308. in
archivo Fontis-boni.

b *Num.* 371. Johannes abbas ſanctæ Mariæ Agnani de Arretio elegit [b] ex tabulario
ſanctæ Mariæ in Gradibus, ad honorem Guidonis epiſcopi & generalis
Arretinorum domini rectorem ſancti Chriſtophori prope Montem-ſancti-
Sabini, & rectorem ſanctæ Cæciliæ ad Clanas, quibus eccleſiis jamdiu
deerat cura animarum ob gravia & urgentia bella, quæ hactenus vigue-
rant in partibus Arretinis.

In lite intercedente Matthæum abbatem ſanctorum Hippolyti & Lau-
rentii de Faventia, & Drudum priorem ſancti Proſperi prope Faventiam
compromiſſarii fuere Thedericus de Salutari juris-peritus, & Bulgarellus
c *Capſ. D.* 1100. Guiduccii de Collina ex chartis archiepiſcopii Ravennatis [c].

Uguccionem de Fagiola celebrem exercituum ductorem hoſpitatum fuiſ-
ſe hoc anno in monaſterio Camaldulenſi ſanctæ Jucundæ Piſanæ & Luca-
d *Ann.* 1741. *pag.* 86. næ diœceſis legitur in deliciis eruditorum Cl. V. Johannis Lamii [d]. Iiſ-
dem autem temporibus dominium obtinuit ad tempus utriuſque dictæ
urbis.

ANN. CHR. 1316. XXII. Silveſtri Florentini vitæ acta.

POST quadriennium expletum apud Caſtaneum, ſeu ſolitarium locum
Caſtaneti, aliam ſolitudinem inquiſivit hoc anno Silveſter, futurus
poſt biennium monachus Angelorum Florentiæ. Tantinus, ſive ex Tan-
tino Fortunius, „ Subinde, inquir, ſe recepit in vallem Marinæ, quæ
„ regio eſt notiſſima apud Pratum, ubi cum ſocio ſuo, hoc eſt Dino a
„ Caſtaneo, inſtituit genus eremiticæ vitæ, amplioribus carnis maceratio-
„ nibus & majoris abſtinentiæ rigori vacans, tegens membra ſola tunica,
„ quam aliquando lavabat. Aliquid obſonii die Dominico coquebant, qui
„ ſufficeret toti hebdomadæ, quibus ceteris diebus jejuniis, diſciplinæ &
„ orationi operam dabant. Silveſtrum, ſive Vincentium tunc vocatum, im-
„ pugnabat tentator acrioribus ſtimulis carnis, quibus ipſe obluctabatur
„ flagellatione membrorum pungentibus urticis, nunquam vero ab abſti-
„ nentia ſe relaxans. In quo certamine totus ad Deum converſus dice-
„ bat: Domine mi Jeſu Chriſte non veni huc, ut faciam voluntatem
„ meam, ſed tuam. Præbe virtutem animæ meæ propter miſericordiam
„ tuam, qua poſſim omnes conatus & tentationes maligni hoſtis ſupe-
„ rare, ne ejus præda cum ceteris damnatis in æternis cruciatibus eva-
„ dam. Quæ verba ſæpius ab illo prolata, forte deſiderium accenderunt
„ proficiendi in ſervitute Dei & in contemplatione ejus paſſionis. Et cum
„ ſerio perpendiſſet ſe non eſſe verum religioſum, dum nulli prælato
„ ſubjiciebatur, nec regulam habebat a ſede apoſtolica probatam, motus
„ nova cœleſti viſione, ſponte adiit priorem monaſterii Angelorum de

„ Flo-

„ Florentia, petens humilirer ab eo recipi in ſacra congregatione Camal„ dulenſi, habitumque ſancti Romualdi induere. “ Hæc carmine ſic proſequitur idem Tantinus. ANN. CHR. 1316.

Poi in Valdimarina fu andato,
Et fece un Romitoro in quel lato,
Facendo penitenza & abſtinenza
Con un compagno di ſimil intenza.
E la Domenica facevan tanto cotto,
Che lor baſtava nu giorno mèn che gl' otto.
Una gonella haveva in ſu le carni
Col mantelletto, & più non haveva panni.
Giù nel foſſato talhor ſi ſpogliava,
E quella con le ſtecche ſi ſpazzava,
E parea ſegatura quel brugleame
Che amontato ſe morìa di fame.

Per un buon tempo fece grand' abſtinenza
Guardandoſi di fare a Dio fallenza.
E ſpeſſo ſi batteva con l' ortica
Per atterrar la carne ſua nemica.
Ma quanto più faceva penitenza,
Più s' accendeva quella mala intenza.
Venuto poi al giogo dell' ubbidienza
Fuggiſſi tal battaglia e tal intenza.
In tal battaglia ſi diceva a Dio:
Il tuo voler far voglio & non il mio.
Di che li fu mandato in viſione,
Ch' entraſſe toſto in Religione.

CUM monachi Galeatenſes [a] poſt obitum Bernardi eorum abbatis veniſſent ad eccleſiam ſanctæ Mariæ de burgo Civitellæ, ut novum ibidem ſibi eligerenr abbarem, re infecta reverſi ſunt monaſterium. Die autem quarta-decima martii iterum convenientes in eccleſiam ſanctæ Mariæ de caſtro Planeti in procuratorem [b] elegerunr Franciſcum monachum, qui peteret conſenſum Jacobi monachi cœnobii Camaldulenſis, quem in abbatem Galeatæ poſtulabant, & ſimul confirmationem obtineret hujuſmodi poſtulationis a Raynaldo archiepiſcopo Ravennate, petente etiam ipſo electo [c] ratam haberi ſui electionem. Quare cum Jacobus medicus [d] depoſuiſſet, ita corpore langueſcere Jacobum electum, ut non poſſet abſque periculo mortis de loco dimoveri, impetrante Octaviaoo Inſulano abbate, Raynaldus archiepiſcopus ex Argenta XIII. kalendas maji Jacobum in abbatem Galeatenſem confirmavit. Idem Jacobus [e] anno ſequenti in procuratorem ſuum conſtituit Jacobum de Sorighinis coram ipſo archiepiſcopo contra Guidonem de Pondo abbatem de Caſtello, & contra Bandinum monachum ſuum. Hæc nobis innoteſcunr ex paginis tabularii archiepiſcopatus Ravennatis; eaque confirmat & Rubeus hiſtoriæ ſuæ Ravennatis libro ſexto [f].

XXIII. Electio Jacobi Camald. in abbatem Galeatenſem.

a Capſ. D. 1080.
b Capſ. O. 7835.
c Capſ. O. 7837.
d Capſ. P. 8018.
e Capſ. O. 7845.
f Pag. 531.

JORDANUS epiſcopus Patavinus ante ſeculum tradiderat monaſterio ſanctæ Mariæ ad Carceres eccleſiam ſancti Michaelis de Patavio, extra muros civitatis mediante flumine poſitam, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis mobilibus & immobilibus ac juribus ad eccleſiam ipſam ſpectantibus, ad hoc ut omni tempore prior & fratres prædicti monaſterii eam eccleſiam per ſacerdotem ſecularem, qui continue ibi reſideret, regerent. Cum vero non ſemper occurreret ſacerdos ſecularis idoneus præficiendus, ſupplicem libellum obtulit Pagano Patavino epiſcopo hoc anno *die* III. *exeunte octobris* Angelus prior ejus monaſterii, ur ſibi deinceps liceret ſacerdotem vel ſecularem, vel regularem de ſuis fratribus ponere, & removere. Epiſcopus autem benigne annuit, præſentibus inter ceteros Johanne abbate ſancti Stephani de Carraria, & presbytero Juliano de Cremona capellano altaris ſancti Danielis in majori eccleſia Patavina.

XXIV. Eccleſia S. Michaelis Patavii confirmata monaſt. Carcerum.

MATTHÆO abbati ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia obedientiam, reverentiam & fidelitatem præſtitit Homodeus rector eccleſiæ ſancti Michaelis de Trebana die XII. martii. Poſt eam diem & ante diem IX. octobris Matthæus ad abbatiam ſancti Apollinaris in Claſſe tranſlatus eſt, qua poſtrema die per Girardum abbarem ſancti Theoniſti de Longiano ſyndicum ſuum plures emphyteuſis libellos conſcripſit. In his libellis productis uſque ad annum 1319. fit mentio inter cetera *nobilis*

XXV. De Matthæo abbate Claſſenſi.

ANN. CHR. 1316.

viri Johannis Ducis olim de Ravenna, nunc de Ceſena, Bernardi & Gerardi præceptorum Domus Dei de Cæſena, fratris Jacobi ordinis ſancti Johannis, Franciſci rectoris eccleſiæ de Cazano, Johannis & Albertini ordinis Vincaretti, Ricoli rectoris eccleſiæ ſancti Apollinaris de Succuniano, Antonii rectoris eccleſiæ ſancti Marci de Rancla &c. Immo Matthæus electus fuerat abbas Claſſenſis ante menſem julii. Die enim quinta ejus menſis ipſe & monachi Claſſenſes capitulariter congregati, habita conſideratione laborum & moleſtiarum, quas Gregorius de Arimino olim dicti monaſterii abbas ſuſtinuerat, ei conceſſerunt quædam prædia, ex cujus fructibus viveret, vel donec conventualis degeret in dicto monaſterio, vel fuerit prior ſancti Andreæ de Arimino; quam conceſſionem ratam habuit manu Cerbonii notarii de Anglario Bonaventura præſes generalis, ut legitur in tabulario Fontis-boni [a].

a §. *Uſufructus* t. *A* 4.65.

XXVI. Legatio Guecelli de Camino ad Tarviſinos.

AD Tarviſinos hoc anno Guecello de Camino deſtinavit nuncios ſuos abbatem & ſubpriorem Fullinæ, & Adalgerium de Caſtello, ut in codice membranaceo reformationum Communis Tarviſii ſignato E. ſub anno M. CCC. XVI. pag. 65. legitur his verbis:

Hæc eſt forma ambaxiatæ, quam debent facere dominus abbas Fullinæ, dominus Adelgerius de Caſtello & domnus Odoricus ſubprior Fullinæ capellanus magnifici viri domini G.. de Camino communi & univerſitati civitatis Tarviſii, poteſtati, antianis & conſulibus ex parte ſupradicti domini G.. Imprimis congrua ſalutatione præpoſita, ſequatur, qualiter civitatis Tarviſii omnium bonorum & fidelitatis fuit ſemper ſedulus proſecutor tam ipſe, quam prædeceſſores ſui, quorum pia & laudabilis memoria ſatis extitis. Præterea cum intentionis domini Canis de la Scbala & ipſius domini Guezzelli & aliorum amicorum utriuſque partis ſit, matrimonium contractum jam dudum inter neptem ejuſdem domini Canis & unigenitum ſuum fine laudabili terminare iſto inſtanti die nativitatis Dominicæ, & in civitate ſua Feltre ſolempnes nuptias & curiam celebrare, præfatam civitatem, ut civis, ejuſque concives ad præfatam curiam & nuptias affectanter invitat. Diſcernens, quod tam inſtantes nuptiæ & curia, quam cuncta alia ſua negocia ſint ſemper in eorum profectus, lætitiæ & honoris augmentum. Hic eſt, quod ipſos audacter requirit, quot ſemper intendit proſequi in cunctis proſperis & jocundis. Datum Saravalle die lunæ penultimo novembris.

Neptis domini Canis fuit Viridis filia Alboini, quæ nuptui tradita fuit Ricciardo filio Guecellonis. Corluſii [b] memorant hocce matrimonium ad annum 1320. quod proinde præveniendum eſt. De ipſa Viride uxore Ricciardi ſæpius mentio fit in tabulario Fullinatis monaſterii; anno 1336. [c] deceſſerat ejus maritus, tutelamque agebat filiorum viri quondam ſui. Guecello autem pater Ricciardi nuptias celebrandas deſtinaverat filii ſui in urbe Feltrii, quam hoc anno occupaverat, expulſo epiſcopo, Alexandro ſcilicet. Ad annos 1312. & 1313. abbas Fullinatis monaſterii erat Brixianus. Nordii autem ejus ſucceſſoris chartæ incipiunt ab anno dumtaxat 1320.

b *Lib. II. cap.* 12.

c *Num.* 1288.

Abdicante regimen parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio Mina [d], abbatiſſa fuit electa die XVI. aprilis Gerardeſca ex tabulario Fontis-boni.

d §. *Electio* 20. *A*. 4. 63.

ANN. CHR. 1317.

XXVII. De monaſter. Puteolenſi.

POST obitum Clementis papæ V. qui deceſſerat die vigeſima aprilis anni 1314. vacaverat Romana ſedes uſque ad diem ſeptimam auguſti præteriti anni, qua electus fuerat in ejus ſucceſſorem Jacobus de Oſſa ſub nomine Johannis vigeſimi-ſecundi. Is priori ſancti Michaelis urbis

Lu-

ANN. CHR. 1317.

Lucenſis dedit in mandatis hoc anno, ut operam daret, quatenus bona illicite alienata & uſurpata reſtituerentur monaſterio Puteolenſi ejuſdem Lucenſis diœceſis ordinis Camaldulenſis. Datum [a] Avenione IV. *nonas decembris pontificatus ſui anno* II. Ubertus vicarius Henrici epiſcopi Lucenſis ante biennium [b] *anno* M. CCC. XV. *die* IV. *menſis decembris indictione* XIV. facultatem fecerat priori & fratribus ſanctæ Margaritæ de Monteclaro ordinis ſancti Auguſtini ejuſdem Lucenſis territorii, ut abbati & præfato Puteolenſi monaſterio terras venderent.

a *Arch. Capit. Luc. A. A.* 13.
b *Ibidem A. A* 84

XXVIII. Capitulum Vangaticienſe ſub Bonaventura priore.

HÆC vero ſunt acta Bonaventuræ prioris generalis Camaldulenſis ſub præſenti anno. Coacto generali capitulo ordinis apud monaſterium Vangaticienſe [c] in vigilia pentecoſtes, inter alia communi ceterorum patrum aſſenſu decretum eſt, ut ad ordinis expenſas aſſumeretur cauſa monaſterii ſancti Savini Piſarum, cujus abbas & monachi ſubjectionis jugum congregationi Camaldulenſi jam diu depoſuerant: recuperaretur quoque monaſterium ſancti Michaelis de caſtro Brittorum, quod occupaverant equites Gaudentes; quare etiam die IV. octobris, ſalvo jure Camaldulenſis eremi, cujus erat manuale [d], elegit Bonaventura in abbatem dicti cœnobii Raynerium de Beccatellis Bononienſem monachum: Ordini pariter adnecterentur vel reſtituerentur monaſterium ſancti Pauli de Aqua-perellis, quod invaſerat epiſcopus Camerinenſis, & monaſterium ſanctæ Mariæ de Silva, quod menſæ capitulari eccleſiæ Urbe-vetanæ addixerat ante vicennium Bonifacius VIII. Similiter defenderetur monaſterium ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio; & ad hæc omnia agenda interponeretur auctoritas literarum Petri de Columna S. R. E. cardinalis congregationis amiciſſimi. Poſtremo laudata fuit a prælatis capituli unio monaſteriorum & domorum Camaldulenſium, quæ erant in plano Arretii. Ex iis aliqua optatum finem obtinuerunt, aliqua vero fruſtra tentata.

c §. *Notabilia* 7. *A.* 6. 32. 33.
d *Ibidem* 6. *A.* 6. 17.

Idem Bonaventura die XXV. octobris conceſſit [e] facultatem Jacobo Peruſino monacho Burgi-ſancti-Sepulcri recipiendi & adminiſtrandi eccleſiam ſanctæ Mariæ de Armenzano Spoletanæ diœceſis, ſpectantem ad monaſterium ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio, eo temporis vacantem. Cedente Gregorio abbate Decianenſe inſtituit in abbatem Ambroſium priorem Ferracciani ex archivo ſancti Romualdi de Urbe [f].

e *Ibidem* 6. *A.* 6. 17.
f *Faſc.* VI. *n.* 1

XXIX. Inventaria rerum mandata prælatis monaſteriorum.

MANDAVIT pariter idem prior generalis, ut quodlibet monaſterium ſyllabum conficeret omnium bonorum mobilium & immobilium; quare juxta ipſius præceptum, & conſtitutionem ordinis Bartholus abbas ſanctorum Juſti & Clementis Volaterrarum in elencho theſaurorum ſui monaſterii efformato die XXVIII. aprilis inter cetera adnotavit „ unum tetra„ evangelium cum tabulis argenteis ponderis decem & novem librarum, „ & unciarum octo, & unam crucem de ligno cypreſſino margaritis or„ natam, & cum reliquiis beatæ Mariæ virginis, & ſanctorum Jacobi, „ Alphæi & Zebedæi, Lucæ, Stephani, Blaſii, Benedicti, Clementis, „ Attineæ virginis, Johannis-baptiſtæ & Mariæ-Magdalenæ; manu Bar„ tholomæi Johannis notarii de Volaterris. “ Similiter ad diem XV. maji in inventario ſacri cimelii monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe hæc ſingularia recenſentur: „ Una capſa argentea continens brachium ſancti A„ pollinaris, & una capſa lignea, in qua recluditur planeta ſancti Gre„ gorii, item anulus ſancti Apollinaris, manu Martini Rolandi de Flo„ rentia notarii. “ Ceterorum monaſteriorum inventaria leguntur in codice chartaceo, cui titulus *Regeſtum inventariorum*, qui aſſervatur in bibliotheca eremi Camaldulenſis. Habemus etiam inter noſtra excerpta inventaria monaſteriorum ſanctæ Margaritæ de Toſina, & ſancti Mauri de

Sola-

ANN. CHR. 1317.

Solarolo diœceſis Imolenſis, in quibus ſicut & in ceteris tum libri, tum ſacræ ſuppellectiles aliaque monaſteriorum ornamenta exarantur. Publici juris fecimus ſimile ornamentorum & prædiorum inventarium monaſterii ſanctorum Chriſtinæ & Pariſii in appendice ad monumenta vitæ ſancti Pariſii. Conſueverant nimirum priores generales Camaldulenſes quandoque hujuſmodi inventaria bonorum quoque & prædiorum exigere a monaſteriis, ut proſpicerent juxta regulam etiam divi patris Benedicti, an deperdita, vel alienata, an diligenter cuſtodita bona ipſorum. Hinc poſt ſummaria antiqua chartarum eremi Camaldulenſis ad annum 1287. menſe martio legitur inventarium poſſeſſionum, quas dicta eremus Camaldulenſis habebat in caſtro Socii & ejus diſtrictu cum hoſpitali Talliaſunis dicti caſtri, & cum domo de Mauſolea, exſcriptum per Gerardum priorem Camaldulenſem. Anno 1280. XVIII. junii Bartholomæus vicarius eccleſiæ ſancti Nicolai de Trulla Sorranæ diœceſis in Sardinia, coram Benedicto & Thaddæo nunciis eremi Camaldulenſis, inventarium confecit de animalibus, rebus & pecuniis dicti vicariatus, conſignans ipſis res, ſpolia & pecunias Stephani ejus prædeceſſoris. Idipſum præſtabant cetera monaſteria etiam non Camaldulenſia; quare legimus in tabulario monaſterii ſancti Pontiani de Luca hocce membranaceum monumentum: *Anno Domini* M. CC. LXXX. *tempore Bernerii ſacriſtæ ſancti Pontiani. Iſte eſt theſaurus monaſterii ſancti Pontiani Lucenſis. Item una fibia integra, & alia medietas, quam habet dominus epiſcopur. Item capſæ de reliquiis* XIII. *quarum aliquæ ſunt de maſto, aliquæ eburneæ, aliquæ pixides. Item unum librum, expoſitio Regulæ beati Benedicti de Sexto*, (hoc eſt conſtitutiones monaſterii Sextenſis) *item unum librum de Aqua ſancta* &c.

XXX. De ceteris actis Bonaventuræ prioris generalis.

PRÆFATUS prior generalis ſtatuit hoc anno die ſecunda maji, ut numerus monialium ſancti Petri de Luco non excederet numerum duodenarium, eo quod bellorum furore & violentis invaſionibus exhauſti eſſent redditus ejuſdem parthenonis, decernens, ut quælibet recipienda in monialem vel abbatiſſam juramento ſuo confirmaret obſervationem hujus ſtatuti. Margarita erat abbatiſſa ejuſdem parthenonis, quæ etiam poſt biennium egit rectorem eccleſiæ ſancti Nicolai ſubjectæ ſuo monaſterio.

Vacante abbatia ſanctæ Mariæ de Deciano Arretinæ ſeu Sarſinatis diœceſis Antonius procurator Bonaventuræ generalis in locum Gregorii ultimi abbatis inſtituit in monaſterii præſulem Ambroſium primicerium cœnobii de Ferracciano. Seriem abbatum ejus loci deduximus ex tabulario Fontis-boni. Poſt Nicolaum, cui anno 1198. Innocentius III. ampliſſimum privilegium indulſit cum enumeratione eccleſiarum & bonorum ejus monaſterii, reperiuntur ad annum 1204. Petrus, 1216. Fridericus, 1218. Petrus, 1233. Benignus, 1241. Petrus, 1242. Placidus, 1243. Donatus, 1249. Raynerius, 1256. Placidus, 1257. Jacobus, 1260. Ambroſius, 1264. Raynerius, 1265. Michael, 1268. Henricus, 1276. Ventura, 1293. Romualdus, 1295. Michael, 1298. Romualdus, 1316. Gregorius, quo cedente anno præſenti electus ſuit Ambroſius. Poſt Ambroſium ad annum 1327. legitur Petrus, 1344. Nicolaus, cujus tempore anno 1362. propter peſtem graſſantem monaſterium Decianenſe deſtitutum erat monachis, 1378. Octavianus, 1415. Bartholomæus Simonis, & 1442. Mariottus Antonii de Arretio, qui monaſterium in commendam retinuit toto tempore, quo ſuit prior generalis ordinis uſque ad annum 1478.

Tribuit eidem generali Bonaventuræ Fortunius [a] ædificationem parthenonis ſancti Maglorii de Faventia. Sic enim de Bonaventura ſcribit: " Is
" ſe-

[a] Part. I. lib. II. c. 56.

„ ſecundo anno cœnobium ſacrarum virginum ſancti Maglorii Faventiæ „ condidit, quod uſque ad hanc diem obſervantiæ ſplendore multum celebre habetur. Ædificata eſt venerabilis domus anno 1317. in urbe Faventiæ in loco, qui dicebatur cella fratris Laurentii. Illic erat humile habitaculum cum oratorio ſancto Chriſti confeſſori Maglorio, qui fuit Dolenſis urbis in Brittania archiepiſcopus, dicato. Ei præerat Michael monachus prior, a quo de omnibus rebus facto inventario, inſtitutæ ſunt illic religioſæ feminæ, quibus Bonaventuras generalis habitum Camaldulenſem tradidit. Quæ exinde in lege altiſſimi die noctuque ſumma integritate vitæ ſeſe exercentes, puſillum locum ad egregium, quod cernitur, ædificium pedetentim redegere. Porro inſtitutum templum ſummo jure titulum ſanctiſſimi confeſſoris Maglorii retinuit, tum propter antiquam loci religionem, tum etiam quia cum vir ſanctus inter tribulos ac ſpinas mundi pudicitiæ lilium viride & incorruptum uſque ad obitus ſui diem ſumma vitæ innocentia ſervaverit, nullum profecto magis idoneum cuſtodem magiſtrum in ſchola ancillarum Chriſti conſtitui decuit illo, qui quidem & lucidiſſimum ſpeculum omnis excolendæ vitæ eiſdem eſſe poteſt, & patrocinium cœlitus ſemper impendit.“ Sed ad annum 1291. obſervavimus ſaltem ab eo anno in loco dicto cella fratris Laurentii moniales reſediſſe. Quare verba Fortunii potius de monaſterio ad perfectionem redacto explicari debent, vel forte Bonaventura ſanctimonialibus locum, eccleſiam & monaſterium ſancti Maglorii donavit, quæ prius pertinebant immediate ad eremum Camaldulenſem; nam antiquæ donationes plerumque fiebant privatis perſonis recipientibus nomine Camaldulenſis eremi. ANN. CHR. 1317.

Vacante eccleſia ſanctorum Jacobi & Chriſtophori de Crovole plebatus ſancti Marcellini de Chianti Johannes abbas Agnani inſtituit in ea rectorem presbyterum Gherardum [a] ex archivo ſanctæ Mariæ in Gradibus. a Num. 382.

In capitulo Vangaticienſi hujus anni, de quo ſuperius, electus fuit protector ordinis Bertrandus de Monte Gallus de Caſtello-novo cardinalis ſanctæ Mariæ in Aquiro. Obierat enim recens die nona vel decimaſexta maji Franciſcus Cajetanus cardinalis, qui ordinis protectionem a pluribus annis obtinuerat. Bertrandus de Monte-faventio e caſtro novo Ratherii diœceſis Cartucenſis, ut ab aliis Bertrandis cardinalibus hujus temporis diſtinguatur, electus fuerat cardinalis a Johanne XXII. anno antecedenti quinto-decimo kalendas januarii. Is viginti-quinque annis protectionis munus Camaldulenſibus exhibuit.

Bartholomæi vicarii Antonii epiſcopi Florentini, & domini de la Rota regii vicarii Florentiæ pro rege Ruberto mentio fit in charta tabularii hujus anni Fontis-boni, qua Camaldulenſes eremitæ proteſtati ſunt, ſe ipſorum judicio minime teneri, cum tam perſonæ, quam bona eremi Camaldulenſis eſſent exempta & omnino immunia a quorumcumque ſubjectione.

INGRESSUS eſt hoc anno Silveſter monaſterium ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia. Auguſtinus Fortunius, Silvanus Ractius, Thomas Minius ceterique ſcriptores noſtri ingreſſum hunc illigant anno 1315. ſed conceptis verbis in impolito carmine Zenobius Tantinus ad hunc annum monachatum Silveſtri ſtatuit. ANN. CHR. 1318. XXXI. Silveſter monaſticen amplectitur in monaſt. Angelorum Florentiæ.

All' hor ſi venne in queſto romitoro / *Per lor converſo, havendo quarant'anni.*
Et ricevuto fu da tutti loro / *Mille trecento & dieci con ott' anni.*

Quod confirmatur etiam ex notis chronicis ejus obitus, quæ ſunt hujuſmodi:

Frate

Ann. Chr. 1318.

Frate Sylveſtro morì nel quarantotto,
E qui rimaſon ſette di vintotto.

Anni ſettanta havea fra Sylveſtro
Quando paſsò di queſto mondo alpeſtro.

Quare emendandæ ſunt aliæ notæ, quæ leguntur ad calcem ejuſdem vitæ a Tantino compoſitæ, ubi legitur: *Frater Silveſter , qui donum Spiritus-ſancti accepit , quando huc intravit , agebat ætatis annum* XXXVII. *Fecit profeſſionem menſe majo anni* M. CCC. XV. *obiit* IX. *januarii anni* M. CCC. XLVIII. Quæ verba profecto haud videntur ipſius Tantini , qui alia retuliſſet in calce ab iis , quæ retulerat in contextu vitæ, ſed potius alterius monachi ejuſdem monaſterii, qui memoriale ſcribens in deſignandis annis erraverit, ut certe erravit quoad menſem , dum Silveſter non menſe januario, ſed junio M. CCC. XLVIII. ad Deum evolavit.

Sed ipſam Tantini vel Fortunii exſcriptoris hiſtoriam proſequamur.
„ Obtento itaque ingreſſu in monaſterium ſanctæ Mariæ Angelorum, in-
„ dutus alba veſte congregationis, ac mutato nomine in Silveſtrum poſt
„ annum probationis die octava maji profeſſionem emiſit & deſtinatus fuit
„ miniſterio coquinæ. Quod officium ea caritate , diligentia & humilita-
„ te proſecutus eſt , ut monachi Deum benedicentes eum ſuper ceteros
„ laudarent . Sed cum ob aſſiduam occupationem in eo miniſterio horæ
„ ei deficerent ad orandum , ut eatenus conſueverat , valida tentatione
„ correptus & triſtitia abſorptus pœnitebat , quod veſtem monaſticam aſ-
„ ſumpſiſſet, & officium Mariæ cum officio Marthæ commutaſſet. Mœ-
„ rore aucto cogitavit quadam die redire ad ſuam Vallis-marinæ eremum,
„ & verſus januam monaſterii progreſſus exitum properabat . Erat tunc
„ janitor cœnobii miles olim quidam nomine Janus, qui ſupervenientem
„ Silveſtrum videns exitum ipſi impedivit , & piis validiſque rationibus
„ ſubſiſtere coegit. Poſtea interpoſitis precibus eum rogavit , ne diſcede-
„ re vellet ab eo monaſterio, in quo omnes monachi ipſum diligebant .
„ Mutato conſilio Silveſter ad ſuum officium coquinæ rediit omnibus
„ gaudentibus. Ex quo tempore rediens ad cor, & cogitans , quæ medi-
„ tatus fuerat , percutiebat pectus ſuum , & ad Deum converſus de ſe
„ ajebat: Miſer! miles te convertit, humilemque teddidit. Et tali manſuetu-
„ dine & animi tranquillitate ea, quæ ad curam ſuam ſpectabant, dein-
„ ceps exequebatur, ut dulciora pretioſiotaque evaderent monachis omni-
„ bus obſonia. Ex quo originem habuerit traditio illa ſeniorum ejus mo-
„ naſterii Angelos in exercitio coquinæ Silveſtrum adjuviſſe. Animo igi-
„ tur conſtantior factus vir Dei , Deoque ſoli fidens, tempus ſuum ſa-
„ pienter diſtribuit, tributis orationi quotidie duabus horis. Quo tempo-
„ re tanta mentis elevatione ſe ſanctiſſimæ Trinitati offerebat , ut me-
„ ruerit extra ſenſus rapi , divinique ſpiritus gratiam recipere, ob quam
„ ſimilis efficiebatur Seraphino, & totus transformabatur in ſuum domi-
„ num Jeſum-Chriſtum. Quare negligens cibum ſumere , & conſequen-
„ ter debilitatis viribus in morbum incidit mortalem . Sed conſentiens
„ guſtare vinum dulce , reaſſumpto vigore & priſtina ſanitate , opinione
„ medicorum, potius virtute divina , quam humana, brevi convaluit. “
Sed & carmen ejuſdem auctoris audiamus.

E cuoco ſi fu fatto in mantinente
Nel qual ufficio fu molto fervente,
E quivi havendo notte e dì che fare
Come ſolea, non poteva orare,
Dicendo: ſtar ſolevo in orazione
E quì ſo vita quaſi da poltrone.
Di che turbato fu deliberato,
Di retornar qua ſu in quel foſſato.

Ma alla porta ſtava gran ſoldato
Ch' era converſo, & hallo riguardato,
E troppo ben conobbe, che n' andava,
Di che egli humilmente ſi pregava:
Dicendo Frà Sylveſtro, che vuo fare?
Per Dio ti prego, non ci abbandonare.
Di che egli humiliato ſe riſtette
Et di ſe ſteſſo ſi fece beffe.

Dicen-

Dicendo o cattivello, quel ſoldato
T' hà convertito & ha ti umiliato.
Et in cucina ſcodo poi tornata
Con grande affetta facea l' erbolato.
Quando meſtava ogni meſtalata
Cento fiorini ne facea ſtimata.
Et poi contento era di duo ore
Tra dì a notte ſtare in orazione.
E tanta crebbe cocenda quel fervore,
Che gratia gli donò Criſto Signore,
E ripieno fu di ſpirita Divina
Parendo in ſua volto un Serafina,
Acceſo & infiammato & alterata
In Chriſta Iddia era trasformata,
L' alma ripiena di Spirito ſanto
Mangiar non potè il corpo, & venne manco;
Ma d' un vin dolce un poco ſe guſtava
E ben tre dì così ſe ſuſtentava.
Moſtrato fu a maeſtri il mutamento,
Et diſſe ciaſchedun: Di ver talenta
Da Dio havete in eſſo ſi gran dono,
Che en queſte parti non ſe n' hà niſſuno.

XXXII. Synodus Aretina.

INDICTA clericis Arretinis in diem VIII. junii hujus anni ſynodo a Guidone epiſcopo, Bonaventura prior generalis ceterique eremitæ Camaldulenſes eremi præcavere ſibi volentes, ne quid in ea ſynodo ſtatueretur, quod eremo præjudicium inferret, die IV. junii in ſpeciales eremi ſindicos conſtituerunt Angelum priorem plebis Balnei, & Jacobum de Laurentiano Fontis-boni ſub-priorem, ut ejuſmodi ſynodo, quatenus ſibi expedire videbitur, intereſſent, & quidquid citra eremi privilegia in ea decerni audierint, protinus opponerent, atque ad ſedem apoſtolicam de præjudicio & gravamine appellarent; manu Alberti notarii.

XXXIII. De parthenone Domus-Dei de Bononia.

INNOTESCIT nobis alterum ſanctimonialium aſceterium in urbe Bononienſi ſub titulo ſancti Nicolai ad eremum Camaldulenſem immediate pertinens, ex charta tabularii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, qua Donella prioriſſa ejuſdem loci cum ſuis monialibus ultro recepit præſenti anno *indictione prima die* XV. *menſis maji* reformationem & correctionem viſitatorum Camaldulenſium, qui fuerant deputati a Bonaventura priore generali & a capitulo Vangaticienſi anni præteriti. Ipſam edimus in Appendice. Parthenon ſancti Nicolai, quod erat extra mœnia Bononiæ, nominis jactura ſacta translatum poſtea fuit in urbem. Viſitatores fuere Petrus abbas ſancti Benedicti de Savignano & Guido de Arimino monachus Vangaticienſis, qui hoc officium geſſerunt in provincia Romandiolæ, & in marchiis Anconitana & Tarviſina. Die decima-quarta junii excepti fuere a Matthæo abbate Claſſenſe in eccleſia ſanctæ Barbaræ ſubjecta abbatiæ Claſſenſi. Vigeſima-tertia julii viſitarunt monaſterium ſancti Jacobi Eremitæ, die decima-ſeptima ſanctæ Luciæ de Ancona, die vigeſima-quinta maji ſancti Mauri de Solarolo, & priores eorum locorum Angelum, Guidonem & Gerardum, quarum viſitationum acta exiſtunt in tabulario Claſſenſi [n].

[n] Capſ. A. 13. & N. 36. 53. 22.

XXXIV. Guecellonis de Camino legatio ad Tarviſinos.

GUECELLO de Camino filius Biaquini comitis Cenetenſis Gregorium priorem ſancti Martini de Opitergio legatum ſuum deſtinavit hoc anno ad Tarviſinos pro ope imploranda, ut refertur in codice Reformationum urbis Tarviſinæ his verbis: *A vobis domino poteſtate, antianis & conſulibus, necnon ſapientibus & rectoribus civitatis Tarviſii petit & requirit humiliter & devote frater Gregorius prior monaſterii ſancti Martini de Opitergio, tamquam nuncius domini Guecellonis condam domini Biaquini de Camino comitis Cenetenſis, quod cum dominus Guecello de Camino ſit in Opitergio bene cum trecentis hominibus equeſtribus & mille pedeſtribus cum armis, & mihi petat loca & caſtra mea, & continue me derobet & villas meas, vobis placeat & dignemini mihi penitus ſtatim ſuccurrere, cum non credam me poſſe defendere; quod ſi non feceritis, me oporteret cum ipſo melius poſſem concordare, & volo ſemper eſſe ad veſtra beneplacita & mandata, & eſſe ſemper meo poſſe*. Re tamen male geſta ad Pontemplavis a Tarviſinis, Guecello ad hoſtes defecit. Diximus Guecellonem

 filium

Ann. Chr. 1318.

filium Biaquini comitis Cenetenſis alium eſſe a Guecellone de Camino. ; diverſitatem demonſtrat, quod unus adverſus alium pugnabat, & alter Guecello filius erat Gerardi dicti Magni, qui patri una cum Ricciardo fratre in dominio ſucceſſerat anno 1306. cum primus filius eſſet Biaquini. Uterque erant de ſamilia Caminenſi, ſed Guecello filius Biaquini erat ex ea ſamilia, quæ appellabatur de ſubtus, Guecello vero filius Gerardi ex ea ſamilia, quæ nominabatur de ſupra. Genealogicam arborem dominorum de Camino utriuſque ſamiliæ confecit olim Johannes Auguſtus de Avogariis nobiliſſimus canonicus Tarviſinus, inde eremita noſter Camaldulenſis, quæ apud nos extat ex munere Cl. V. canonici Rambaldi ejus gentilis.

Cum ob bella graviſſima, quæ nuper exarſerant in provincia Piceni, igni tradita fuiſſent libri & jura monaſterii ſanctæ Mariæ inter Saxa in ditione Roſengæ diſtrictus Fabriani Camerinenſis diœceſis, quibus probabatur jus monaſterii ſancti Victoris de Cluſis in idem aſceterium, Berardus epiſcopus Camerinenſis interpellatus a Creſcentio abbate confirmavit jus ipſi eligendi abbatiſſam & prioriſſam ſub regula ſancti Benedicti, viſitandi, corrigendi, aliaque faciendi, quæ ad bonum regimen ejus parthenonis ſpectarent, ut Creſcentii prædeceſſori abbati Gratiæ conceſſerat Rambottus Camerinenſis epiſcopus, ſororeſque ejus loci ſubjectas declaravit monaſterio ſancti Victoris. Datum Camerini *die* XXIIII. *menſis ſeptembris indictione prima anno* M. CCC. XVIII. *tempore Johannis pape* XXII. Berardum Camerinenſem epiſcopum omittit Ughellius, cujus nomine ſuppleri poterit lacuna, quæ ab initio hujus ſeculi ad annum 1328. penes ipſum protenditur.

Eodem *anno die* V. *decembris* vacante eccleſia ſancti Chriſtophori de Fratelle Caſtellanæ diœceſis parœciani ipſius eccleſiæ commiſerunt vices ſuas Frederico abbati Trivienſi patrono ejus eccleſiæ ad novam electionem faciendam.

Ad eremum Camaldulenſem, ratione plebis de Balneo immediate ſubjectæ eidem eremo, pertinebant plura prædia in diſtrictu Meldulæ loco appellato Aqua-calida. Jacobus prior ſancti Paterniani de Ferracciano [a] inſtitutus fuit a Bonaventura & ab eremitis procurator ad ea locanda die quarta aprilis. Ibi conſurgebat eccleſia ſub invocatione ſancti Laurentii ſubjecta monaſterio Vergaretano, & deinde poſt aggregationem hujus monaſterii, eremo Camaldulenſi.

a §. *Notabilia* 8. *A*. 6. 22.

Ann. Chr. 1319. XXXV. Inſtitutio congregationis Montis-oliveti.

CELEBERRIMA ſub hoc anno excitata fuit ordinis Benedictini congregatio monachorum Montis-oliveti, cujus auctores fuere Johannes, dictus deinceps Bernardus, Ptolomæus, Patritius Franciſci Patritii, & Ambroſius Nini Piccolomineus Senenſes nobiliſſimi viri. Poſt plures calumnias impactas ſanctiſſimis eremitis, qui in Acconenſi Arretinæ diœceſis ſolitudine degebant, de quibus ſe purgarunt apud Johannem XXII. in Avenionenſi urbe, & poſt literas commendatitias, quas pro ipſis ſcripſit idem Romanus pontifex ad Guidonem Petramalium epiſcopum Arretinum, poſt viſionem etiam habitam ab eodem epiſcopo, cui conſpiciendam ſe præbuit beata Maria Virgo veſtem & inſignia novæ congregationis oſtendens, idem Guido epiſcopus hoc *anno* M. CCC. XIX. *indictione ſecunda die lune menſis martii* ipſorum religioſam converſationem probavit, mandans hæc potiſſimum in ſuo epiſcopali diplomate iiſdem inſtitutoribus dato adnotari: *Committimus vicem, & auctoritatem noſtram religioſo & diſcreto viro domno Johanni monacho abbatiæ de Saxo noſtræ diœceſis, nunc in cathedrali eccleſia noſtra reſidenti ad altare in eccleſia*

ipſa

ipſa conſtructum per Cionem &c. *quod dedicationem , quam vultis facere* ANN. CHR.
vos præſcripti Bernardus , Patritius & Ambroſius Deo , & beatæ Mariæ 1319.
de Oliveto de Accona in monaſterio conſtruendo ibidem ſub regula beati Be-
nedicti , & habitu & obſervantia monachali , recipiat vice noſtra , & albas
veſtes , quas geſtare vultis , benedicat , & induat illas vobis . Hæc verba
omittuntur in prima editione Romana Italiæ ſacræ ab Ughellio . Sed
commonefactus Ughellius tomo IX. in appendice ad primum tomum
(Arretini) pag. 4-2. linea 54. hæc addidit : „ Dele totam Guidonis epi-
„ ſcopi Arretini epiſtolam, ejuſque loco lege hanc , quam modo damus
„ genuinam, a Secundo Lancellotto libro primo pagina undecima hiſtoriæ
„ Olivetanæ conſcriptam , nam eam , quam exhibuimus , attulit idem
„ Lancellottus valde depravatam. “ Super quæ verba hæc commentatur
dictus Secundus Lancellottus Olivetanus abbas , inſignis ſcriptor hiſtoriæ
ſuæ congregationis . [a] „ Annus erat a reſtitura ſalute M.CCC.XIX. a con- a *Pag.* 10.
„ verſione VI. dies ante kalendas aprilis VII. hebdomadæ ſecundus , cum
„ in Triadi ſacram ædem præſul cum clero & magna civium multitudi-
„ ne advenit, & incruento celebriori cum pompa peracto ſacrificio , tri-
„ buſque ſociis , quod crediderim , cœleſti pabulo recreatis , Johannem
„ Arretinum (uti ajunt) Camaldulenſem ex monaſterio abbatiæ de Sa-
„ xo Benedictinæ in Arretino proepiſcopum juſſit candido cucullo & mo-
„ naſtico habitu , qui Benedictinæ diſciplinæ profeſſoribus imponitur , o-
„ perire. Novas veſtes quam religioſiſſime induunt , & ſueto probationis
„ anno renuntiantes , neque ſpatium aliquod ſive temporis beneficium a
„ ſancto Benedicto & jure eccleſiaſtico permiſſum curantes , nulla inter-
„ poſita mora ante aram ejuſdem templi , & coram eodem proepiſcopo
„ genibus ſolo fixis, profitentur vicario pro antiſtite & ſucceſſoribus , &
„ abbatis nomine , monaſterium in Accona conſtruendum adminiſtraturi
„ ſpondent , ætatem exacturos ſub monaſterii præſide , pauperes caſtoſque
„ in obſervatione monaſtica perſeveraturos , mores Benedictino inſtituto
„ moderaturos . Hujus quidem profeſſionis clariſſimo argumento , qui ri-
„ tus pro conſuetudine eſt index obedientiæ, manus ſuas manibus inſerunt
„ proepiſcopi , caritatis pacisque ab illo ſignum accipientes . Præterea ,
„ antiſtite non refragante , Johannes impoſterum Bernardi nomen adſci-
„ vit , ut quemadmodum veteris Bernardi Claræ-vallenſis converſionem
„ ſecutus eſt, ejus quoque glorioſo nomine vocaretur. “ Hoc ipſum con-
firmat idem Lancellottus libro II. capite 2. ubi loquens de monaſterio Ar-
retino hæc habet : „ Cum Guido Petra-malius epiſcopus & princeps ci-
„ vitatis Arretinæ per Johannem abbatiæ de Saxo monachum ejus vices
„ publice gerentem (quod longius priori hujus hiſtoriæ volumine proſe-
„ cuti ſumus) beatum Bernardum Ptolomæum ejuſque ſocios candido ha-
„ bitu exornaſſet &c. “ Michael-angelus Bonavertius in ſuo prodigioſo
initio congregationis Montis-oliveti : „ Epiſcopus per manus venerabilis
„ Johannis abbatis Camaldulenſis habitum ipſis tradidit , & induit eandi-
„ dis veſtibus . “ Bernardus-maria Amicus Mediolanenſis monachus pari-
ter Olivetanus in vita beatæ Franciſcæ: „ Fundator noſter & ſocii rece-
„ perunt veſtem Benedictinam albam a Johanne monacho , ut fertur , Ca-
„ maldulenſi ; “ immo ſubdit „ Olivetanos a Camaldulenſibus , Camaldu-
„ lenſes a Cluniacenſibus , Cluniacenſes a Glannafolienſibus , Glannafo-
„ lienſes ab incolis Montis-caſini originem ducere. “ Ante hos abbas An-
tonius Bargenſis anno 1476. in ſuis hiſtoriis mſs. dicatis Jacobo de Car-
po ejuſdem ordini generali abbati , quæ olim ſervabantur in bibliotheca
abbatis Conſtantini Cajetani : „ Et iis expletis accerſiri fecit quemdam Jo-

Ann. Chr. 1319.

„ hannem abbatem de Saxo Arretinæ diœceſis , ſub cujns vice eoſdem
„ jubet profiteri, anno videlicet a Verbi miſſi incarnatione M. CCC. XIX.
„ die XXVI. martii indictione XI. “ Ex noſtris vero Ractius in vita beati
Bernardi Ptolomæi , quam dicavit Clementi Catanio abbati Olivetano
ſancti Michaelis in Nemore extra Bononiam , ex monumentis majoris
Montis-oliveti hæc profert: „ & cantata ab ipſo epiſcopo Miſſa , dedit
„ dictis patribus per manus Johannis monachi abbatiæ Saxi poſitæ in diœ-
„ ceſi Arretina verſus Caſentinum, quæ erat, ut eſt etiam hodie, ordinis
„ Camaldulenſis, habitum album monaſticum juxta viſionem a Virgine ha-
„ bitam, & regulam ſancti Benedicti. “ Fortunius autem „ Origo mona-
„ chorum Montis-oliveti ex Camaldulenſibus, “ & poſt aliqua: „ Porro
„ Guido interea reginam mundi per viſum magna comitante Angelorum
„ caterva, candidam ſibi veſtem cum regula ſancti patris Benedicti offer-
„ re viſus fuerat videre , religioſiſque viris mox ex Gallia reverſis man-
„ data patris ſummi ſtudioſius peragere volens ad baſilicam ſanctæ Trini-
„ tatis Arretii, comitante ſenatu ac populo univerſo, proceſſit, ubi Ca-
„ maldulenſem habitum illis tradidit , ſicut ex chronicis ejus ordinis pro-
„ ditum eſt, ubi hæc habentur verba : Venerabilis autem pontifex Arre-
„ tinus per manus cujuſdam religioſi viri Johannis monachi Camaldulen-
„ ſis abbatiæ de Saxo Arretinæ diœceſis induit præfatos patres puriſſimum
„ & album habitum . “ Germanus Botta abbas noſter tractatum penes
nos ms. reliquit , in quo collectis veteribus auctoritatibus probat ex Ca-
maldulenſibus prodiiſſe Olivetanos; quod etiam deducit „ ex mandato Jo-
„ hannis XXII. facto Guidoni epiſcopo, ut novis aſcetis daret veſtem &
„ regulam approbatæ religionis . Porro nulla in Arretino epiſcopatu ve-
„ ſtis alba regulæ approbatæ, niſi Camaldulenſium. “ Johannis bullam &
verba non vidimus, ex quibus judicare poſſimus . Ex ſcriptoribus exteris
Arnoldus Wion prima parte Ligni Vitæ . „ Inter ſtellatos dexteræ partis
„ S. P. N. Benedicti ſextus & ultimus apparet ſanctus Bernardus Prolo-
„ mæus &c. quo in templo & veſtis, & regula illa ab epiſcopo eis rite
„ tradita eſt per manus religioſi viri Johannis monachi Camaldulenſis ab-
„ batiæ de Saxo die ſanctæ Agnetis V. & M. qui propterea quotannis
„ Monte-olivetanis monachis celebris exiſtit , anno 1320. “ Benedictus
Gononius monachus Cœleſtinus in ſuis vitis & ſententiis patrum Occiden-
tis idipſum affirmat; Jacobillius plus audet, & beatum Bernardum ejuſque
ſocios monachos Camaldulenſes affirmat; Bartholomæus Caſſanæus IV. par-
te Gloriæ mundi hæc ante ipſos de Olivetanorum ordine ſcripſerat :
„ Ordo Montis-olivetarum ſive Olivi principium habuit a monachis Ca-
„ maldulenſibus , “ & ſanctus Antoninus in chronico : „ Monachi albi
„ reformantur in ordinem Montis-olivarum. “

Qua ratione autem omnia , quæ hactenus congeſſimus , componi poſ-
ſint cum monumentis abbatiæ Arretinæ de Saxo , fatemur hærere nobis
aquam . Nam in paginis ejus loci , quæ partim ad tabularium abbatiæ
ſanctæ Mariæ Nigrorum monachorum , partim ad tabularium noſtrum
Alborum ſanctæ Mariæ de Angelis Florentiæ tranſlatæ ſunt, liquido con-
ſtat abbates & monachos Saxi per ea tempora non candidas , ſed veſtes
atras uſurpaſſe, adeoque non Camaldulenſes monachos fuiſſe , ſed ordinis
ſancti Benedicti ex Nigrorum numero. En certiſſimum documentum anni
M. CCC. XLVI. quo abbas Saxenſis erat Aldobrandus ex monacho ſancti
Januarii de Campo-leone electus anno 1329. poſt mortem Nicolai abba-
tis , cujus monumenta ſuperſunt ad annum 1312. *Die* VIII. *ſeptembris
anni* M. CCC. XLVI. *indictione* XIV. *Clemente papa reſidente* , *Angelus Gual-*

di

di Guillielmi de Valenzauo, & Perrus Cecchi olim dicti Gualdi conſtituti coram reverendo viro donno Aldebrando de Valenzano abbate monaſterii ſancti Johannis de Saxo Arretine dioceſis, cupientes omnipotenti Deo & beate Marie ſemper virgini & omnibus Sanctis in religioſo habitu ſervire, humiliter rogaverunt dictum abbatem, ut eos recipere, & admittere in monachos dignaretur. Qui domnus abbas ad bon rem Dei, Marie, & beati Johannis-baptiſte patroni & defenſoris monaſterii, ad honorem eccleſie, & Boſi permiſſione divina epiſcopi Aretini, nomine ſuo, & ſui monaſterii & ſuorum ſucceſſorum dedit eis tunicas nigras, & ſcapulare nigrum, quibus, ut dicitur, veteres monachi ejus monaſterii ſoliti ſunt indui, & eos de dictis tunica & ſcapulari inveſtivit, tangendo & attribuendo dicta veſtimenta eis tamquam veris monachis; & ipſi promiſerunt dicto abbati & ſuis ſucceſſoribus obedientiam in rebus licitis, ſecundum regulam ſancti Benedicti. Quare ſi Johannes abbas vel monachus de Saxo tribuit Bernardo Ptolomæo albas veſtes, non eas tradidit, quia ipſe foret Camaldulenſis, vel albis uteretur veſtibus, cum Saxenſes omnes monachi nigras induerent, ſed propter viſionem per quietem habitam tum a Bernardo, tum ab epiſcopo Guidone, quibus ſe conſpiciendam præbuit beata Virgo nitida & candida amicta veſte, & epiſcopo præcipiens, ut novos alumnos candido veſtiret habitu. Verum quidem eſt Camaldulenſes in abbatiam Saxi jam ab anno 1223. aliquam juriſdictionem obtinuiſſe, donatoſque fuiſſe eo anno ab Ubertino Gualfreducii de Valenzano inter cetera *omni jure abbatiæ Saxi*, ſed certum eſt eos poſſeſſionem abbatiæ non iniiſſe, eamque non ſubjeciſſe diſciplinæ eremi Camaldulenſis; veriſimile eſt eos jure patronatus ab Ubertino donatos fuiſſe. Exploratum eſt enim monachos Saxenſes atras veſtes detuliſſe, ſuique juris fuiſſe, & proprios abbates ſervaſſe, nihilque commune ipſos inter & Camaldulenſes ceſſiſſe uſque ad annum 1414. quo his poſtremis & ſpeciatim monachis ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia Johannes XXIII. conceſſit monaſterium ſancti Johannis-decollati de Saxo Arretinæ diœceſis. Ann. Chr. 1319.

Alia ex parte Guido epiſcopus a beata Virgine præmonitus albas veſtes novis fundatoribus tradidit, ut communiter ſcribunt auctores omnes, & ut teſtantur inſuper vetuſtiſſimæ picturæ, quæ ad hanc diem ſuperſunt, licet pene deletæ, in æde ſanctiſſimæ Trinitatis, in quibus tum Bernardus cum ſociis, tum Johannes monachus, qui epiſcopi vices egit, albis induuntur; & cum diœceſis Arretina tot monachis albis Camaldulenſibus abundaret, a veri ſpecie abhorret uſum fuiſſe antiſtitem Guidonem opera monachi induti veſtibus atri coloris, pro tradendis albis recenti monachorum coloniæ. Quare illud menti occurrit id præſtitum fuiſſe per Johannem monachum non quidem Saxenſis abbatiæ, ſed per alium Johannem. Johannes & quidem abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Agnano Camaldulenſis ordinis per ea tempora vivebat. Alii Johannis nomen gerentes monachi per varias abbatias Camaldulenſes tunc degebant, quandoquidem auctores non conveniunt de officio & dignitate Johannis, quem alii ſimplicem monachum, alii abbatem efferunt. Demum in diœceſi Arretina aliud monaſterium ſeu eccleſia Camaldulenſis exſurgebat, abbatiæ Pratalienſi ſubjecta, & appellata ipſa quoque de Saxo, quam modo incolunt patres Dominicani, cujus eccleſiæ monachum Johannem nomine adhibere potuerit epiſcopus pro initiandis novis congregationis Olivetanæ fundatoribus. Nam anno 1253. Marcus abbas Pratalienſis appellavit a quadam ſententia, quam Ugolinus abbas ſanctæ Trinitatis de Alpibus tulerat contra ſua monaſteria de Pratalia & *de Saxo*, quæ ad contributionem ſolvendam obligata

ANN. CHR. 1319.

ligata judicaverat. Pius autem papa II. anno 1459. *ſanctæ Mariæ de Saxo monaſterium* cum pluribus aliis acquiſitis poſt tempora Alexandri IV. confirmavit Mariotto priori generali Camaldulenſi. Quæ demonſtrant præter ſancti Johannis-decollati de Saxo aliud monaſterium de Saxo appellatum fuiſſe juris Prataliensis vel Camaldulenſis, in quo adhibebantur veſtes albæ. Hæc collegiſſe in utramque partem non piget, tum pro exornandis initiis monaſticæ congregationis Montis-oliveti, quæ inſignes piſſimoſque viros a ſuis uſque primordiis edidit, per quos plura reformata fuere Italica monaſteria, in quibus monaſtica diſciplina tepuerat, tum pro concilianda re, quæ hactenus diſſidiorum & contentionum fuit fomes.

XXXVI. Capitulum ad S. Zenonem Piſarum.

a §. *Notabilia 9. A. 7. 3. &c.*

BONAVENTURA prior generalis Camaldulenſis [a] die prima martii hujus anni facultatem fecit monialibus parthenonis ſancti Petri de Eſte ſubjectis abbatiæ Vangaticienſi, de quarum origine diximus ad annum 1292. tranſeundi ad monaſterium nigrarum, depoſita veſte alba, cujus rei executionem mandavit Guidoni abbati Vangaticienſi, manu Guillielmi Melli Gerardelli de Imola notarii. Perſeverarunt tamen ſub regimine abbatum Vangaticienſium; neque ſuperſunt monumenta ipſas reapſe veſtes mutaſſe.

Prima maji eremitæ Camaldulenſes generalem ſindicum negotiorum ſuorum conſtituerunt eumdem priorem generalem, qui tamen huic curæ, iiſdem conquerentibus ſe parviſieri in monaſteriorum reformationibus, renuntiavit die XIX. januarii anni ſequentis. Vigeſima-ſeptima maji hujus anni celebratum fuit capitulum generale Camaldulenſe in monaſterio ſancti Zenonis Piſarum. Extant ad diem XII. & XXIV. maji paginæ Donellæ [b] prioriſtæ loci ſancti Nicolai de Domo-Dei civitatis Bononienſis committentis vocem ſuam Raynerio de Beccadellis priori ſancti Damiani de Ponte-ferri Bononiæ ad annuale capitulum convocatum in urbe Piſarum & in monaſterio ſancti Zenonis die pentecoſtes, manu Nicolai Lambertini de Venezano notarii; & Vincentii prioris Angelorum Florentiæ vocem itidem ſuam committentis Bonaventuræ priori generali.

b §. *Electio 21. A. 4. 80.*

Juxta renovationem privilegii ſibi factam anno præterito a Berardo epiſcopo Camerinenſi, Creſcentius abbas ſancti Victoris de Cluſis elegit Philippam in abbatiſſam ſanctæ Mariæ inter Saxa.

Moniales ſancti Benedicti de Arretio conſueverant intereſſe electioni abbatiſſæ ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, ut ipſis indicitur hoc anno [c] ad diem vigeſimam-primam aprilis. Electa fuit Beatrix ex archivo Prati-veteris.

c §. *Notabilia 9. A. 6. 118.*

XXXVII. Deceſſus Uguccionis a Fajola.

OBIIT hoc anno Uguccio a Fajola celebris exercituum ductor, ſed nunc proſpera, nunc adverſa fortuna. Anno 1313. ex poteſtate Januæ Piſana potitus fuerat urbe, cujus regimen ad aliquot annos tenuit; anno ſequenti etiam Lucanæ urbi eſt dominatus. Ipſo anno obtinuit a Ludovico Bavaro Romanorum rege Burgum-ſancti-Sepulcri, promittens ſe ab incurſibus hoſtilibus ipſum defenſurum; re tamen vera Burgum recepit in poſſeſſionem & feudum. Ejectus anno 1316. ex utraque Piſana & Lucenſi urbe ad Canem de Scala Veronæ dominum ſe contulit, militavitque ſub ipſo, & in obſidione urbis Patavinæ interiit præſenti anno. Collector jurium Burgenſis abbatiæ aſſerit, quod temporis intervallo a confœderatione Burgenſium cum Arretinis, de qua nos ad annum 1269. uſque ad feudatum Burgum Uguccioni per numerum annorum ferme quinquaginta popularis ditio Burgum regebat.

Deſcribens Fortunius ſacras reliquias eccleſiæ monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia hæc habet de capite unius ex XI. millibus Virginibus. „ Calvaria unius ex XI. millibus Virginibus aſſervatur cum mul-

„ tis

Ann. Chr. 1319.

„ tis aliis ſacris reliquiis in capſula eburnea vitriata. Hæc mirifico redo- „ lens odore, ſericis pannis involuta eſt cum diplomate, in quo habetur, „ qualiter anno M. ccc. xix. kalendis octobris ſcbolaſticus eccleſiæ ſancti „ Georgii Colonienſis, inductus magna precum inſtantia magiſtri Rainerii „ a Podio-bonitio procuratoris in Romana curia civitatis Piſarum, ad „ honorem atque exaltationem ſanctæ catholicæ eccleſiæ, concedit archie- „ piſcopo atque clero, & populo civitatis Piſarum unum ex capitibus „ ſanctarum undecim millium Virginum, videlicet Urſulæ, Cordulæ & „ ſociarum, quæ pro Chriſti amore martyrium ſuſceperunt Coloniæ, ea „ lege, ut ſanctarum Virginum feſtivitas celebretnr xii. kalendas novem- „ bris. Eſt autem diploma ſignatum ſigillo ipſius ſcbolaſtici, & officii „ præpoſiti archidiaconi Colonienſis, cum maniſeſtiſſima teſtificatione & „ fide, quod eſt unum ex ipſis capitibus, quemadmodum ex eo legere „ eſt. “ Quis autem archiepiſcopus Piſanus prædictum caput dono dederit monachis Angelorum, latet; archiepiſcopus ejus urbis hoc anno erat Oddo de Sala.

Ann. Chr. 1320. XXXVIII. Conſervatores judices dati eremo Camaldulenſi.

PRÆSENTI anno *pontificatus* ſui *quinto die vigeſima-tertia octobris* ex Avenione Johannes XXII. Romanus pontiſex precibus prioris Bonaventuræ & conventus eremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis contra moleſtatores, occupatores, injuriatores eccleſiarum, locorum, caſtrorum, caſalium, terrarum, poſſeſſionum, juriſdictionum, bonorum immobilium, redituum, proventum ac aliorum jurium ad prædictam eremum ſpectantium, tam in monaſteriis virorum & mulierum, hoſpitalium, quam aliorum locorum & membrorum ipſius eremi, ei atque ordini Camaldulenſi ſubjectorum, necnon circa injurias, gravamina, & damna præſentia & ſutura illata, vel inſerenda a quibuſcumque perſonis quavis dignitate ſulgentibus in conſervatores & judices prioris prædicti, eremi & conventus deputavit abbates ſanctæ Mariæ de Florentia, ſancti Juliani de Arimino, & ſancti Georgii de Venetiis Caſtellanæ diœceſis. Bulla Johannis edita eſt in libro privilegiorum ordinis. Quare minime poteſtatem ſecit eidem priori, ut ait Fortunius [a], eligendi & ſibi creandi judices, ut delegatos apoſtolicæ ſedis, ſed ſuperius nominatos ipſe per ſe conſtituit. Ampla eſt hæc renovatio privilegii Alexandri papæ IV. qui conſervatores ordinis Camaldulenſis ſtatuerat ante ſexaginta annos.

a *P. I. lib. II, cap.* 58.

XXXIX. Et monaſter. Avellanenſi.

EODEM *pontificatur* ſui *anno quinto*, ſed *calendis julii*, & propterea anno ſequeoti, cum etiam mooaſterium ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ plures pateretur a malevolis hominibus injurias tum in ipſorum principe loco, tum in ceteris monaſteriis & eccleſiis ſubjectis, neque facilis eſſet, quotieſcumque opus erat, aditus propter locorum diſtantiam ad Romanam curiam eo temporis Avenione reſidentem, mandavit idem Romanus pontifex abbatibus monaſteriorum ſancti Petri de Eugubio, ſanctæ Crucis de Tripudio Camerinenſis diœceſis, & ſancti Savini de Firmo, ut qnoties ab Avellanenſibus ſorent requiſiti, ſine ſtrepitu judicii, ſi poſſent, alioquin vigore apoſtolicæ ſedis totis viribus ſuffulti, deſenſionem ipſorum monachorum ſuſciperent, injuriaſque ab eorum locis averterent. Moricus adbuc prior erat Avellanenſis monaſterii.

XL. De controverſiis inter eremitas & Bonaventuram priorem generalem.

LIS graviſſima hoc primum anno menſe januario oborta eſt eremitas inter & priorem generalem Bonaventuram, occaſione manualium beneficiorum. Beneficia manualia ea appellabantur, quæ immediate ſuberant eremo Camaldulenſi, quorumque prælati non a monachis eorum locorum, ſed a capitulo eremitarum, vel de ipſorum conſilio a priore generali deputa-

Ann. Chr. 1320.

a §. *Notabilia* 10. *A.* 8. 6.

putabantur. Querebantur eremitæ ſe parvifieri & contemni, nec ad hujuſmodi beneficiorum collationem conſilium eorum amplins a Bonaventura requiri. At eremitarum capitulo Bonaventura [a] literas graviſſimis refertas monitionibus dedit, ac mandato ipſorum, quo copiam illi ſecerant eligendi, nuntium miſit; manu Andriani notarii. Itaque menſe aprili capitulariter congregati Johannes de Volaterris eremi Major & ſeptem alii eremitæ revocarunt & ipſi generalia mandata hactenus in gratiam prioris facta, manualium beneficiorum collationem ad annum tantum eidem priori concedentes; manu Anglarotti notarii. Similiter poſt triennium hujuſmodi conceſſionem ad annum renovarunt; manu Rainerii de Prata notarii. Nec ideo tamen ſedata differentia, quinimmo auctum inter utramque partem incendium; & anno 1324. totius eremitarum capituli conſenſu prior Bonaventura pro ſuſpenſo fuit declaratus, mandatumque fuit Majori eremi, ut ipſius capituli nomine eumdem moneret, ne ulterius ſe in adminiſtratione ordinis ingereret; manu Ugolini de Socio notarii. Compromiſſa fuit eodem anno tota lis in Johannem de Ciggiano abbatem Camalduli Florentini. Sed menſe januario anni 1325. utraque pars compromiſſum reſpuens convenere, quod de cetero teneretur prior per ſe vel per alios conſenſum majoris partis capituli requirere ad manualia beneficia conferenda, & collatio fieret impoſterum ad beneplacitum capituli & prioris juxta formam per aliquem juris-peritum præſcribendam; quod ſi infra duos menſes a die vacationis beneficii non fuerit proviſum per priorem, collatio vice illa devolveretur ad capitulum, quod tunc provideret irrequiſito priore, & e contra ſi per capitulum collatio retardaretur, fieret a priore, irrequiſito capitulo. Commiſerunt inſuper Johanni Camalduli Florentini abbati, ut ſuper his & ſuper forma collationum juris-periti conſilium requireret, referretque; manu Rainerii de Prata notarii. Juriſperitus fuit Philippus de Urbe-veteri plebanus plebis de Creti, qui reſpondit: „ Collationem manualium factam, non requiſito capitulo eremi„ tarum, ita valere, ut ſubſecuto conſenſu & ratificatione capituli vale„ ret proviſus adminiſtrare, exemplo venditionis rei eccleſiaſticæ, quæ „ per ratibitionem capituli convalidatur; “ manu Andreæ notarii. Ex tunc conſenſum capituli per ſpeciales nuncios, ſcilicet per Michaelem Florentinum recluſum, Bonaventura prior quampluries requiſivit. De altera graviore Bonaventuræ lite cum eremitis ad annum 1346. agemus; monentes interim etiam anno 1328. XXVIII. novembris eremitas elegiſſe procuratores, qui querelas ſuas de Bonaventura priore deferrent ad Johannem XXII. Romanum pontificem & ad Johannem Urſinum Cajetani apoſtolicum legatum [b].

b §. *Mutile* 8. *A.* 4. 3.

XLI. Alia ipſius Bonaventuræ acta.

c *Ibidem A.* 8. 23.

Idem præſes generalis die decima-quinta martii [c] dedit in mandatis priori monaſterii ſanctæ Mariæ in Vallibus Peruſini territorii, ut recuperare ſtuderet bona cœnobii de Bolſemulo Caſtellanæ diœceſis, quod ſub Accurſio prædeceſſore ſuo unitum fuerat cum eodem monaſterio de Vallibus.

Die quarta julii conceſſit monachis ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, qui lege tenebantur recluſionis, neque pedem a cœnobio movebant, quod poſſent recreationis gratia adire eremum Camaldulenſem.

d *Ibid. A.* 7. 53.

Commiſerat [d] die XXIV. maji Nicolao Florentino monacho negotium cujuſdam altaris, quod in eodem monaſterio Cambius Cambii Florentinus mercator & civis petebat ſibi deputari pro Miſſa quotidiana, idque conceſſerat, dummodo tamen in eo juspatronatus non acquireretur a Cambio.

Demum apud Volaterras ad monaſterium ſanctorum Juſti & Clementis

tis indixit capitulum prælatorum , quod celebratum fuit menſe octobri. *Ann. Chr, 1320.*

Vacante eccleſia ſanctæ Chriſtinæ ad Clanas plebatus ſancti Martini de Calognano Arretinæ diœceſis , Johannes abbas ſanctæ Mariæ de Agnano elegit in rectorem ejus eccleſiæ Meum de Rapolano monachum ſuum , arbitratus utilius regendam eccleſiam per monachum , quam per ſecularem clericum, in honorem Guidonis epiſcopi Arretini , & Bindi de Arnaldis plebani de Calognano.

XLII. Obitus B. Matthæi eremitæ Maſſaccienſis:

Obiit ad diem undecimam ſeptembris hujus anni beatus Matthæus Sabbatinus Maſſaccienſis, qui eremiticam vitam poſt beatum Johannem , cujus diſcipulus fuiſſe videtur, cujuſque vitam & obitum ad annos 1294. & 1303. dedimus , agebat in cryptis ejuſdem oppidi Maſſaccii. Ad eam diem refertur Matthæi deceſſus in antiquiſſimo kalendario eremi Camaldulenſis ſubjecto regulæ ſancti Benedicti , & etiam in monumentis mſs. beati Pauli Juſtiniani poſt duo ſecula earumdem cryptarum habitatoris.

XLIII. De Gerardo monacho Saxo-ferratenſi.

Gerardus Saxo-ferratenſis ſanctæ Crucis cœnobii monachus exactis in monaſterio triginta annis, & quadrageſimum decurrens ætatis ſuæ annum, ſibi conſulere non contentus, & providere proximorum ſaluti exoptans , rector miſſus fuit hoc anno ab abbate ſui monaſterii ad parœcialem eccleſiam ſanctæ Mariæ de Abbatiſſis parum diſtantem ab oppido Serræ-comitum , & ſubjectam monaſterio Saxo-ferratenſi , ubi admirabilis caritatis exemplo commiſſam ſibi animarum curam exequutus eſt, ſed invidorum perſecutiones ſubiens ad aliam ſanctæ Luciæ parœciam tranſiit ex oppoſita parte caſtri Serræ ; inde ad tertiam ſancti Stephani de Boſſetto ; demum ad primam ſanctæ Mariæ de Abbatiſſis regreſſus eſt, ubi præter pietatis officia illuſtris miraculorum gratia energumenis & infirmis ſalutem obtinuit. Inter cetera prodigia hæc narrantur : „ Femina quædam , cui „ ſuper fuſum , quo nebat , cadenti manus ex ligno intromiſſo fiſtulam „ duxerat, eoque perducta erat, ut jam manum præcidendam medici e„ nuntiaſſent, ad beatum Gerardum veniens opem ab eo dolens quæſivit, „ qui præmiſſa oratione manum tangens ac faſcia involvens domum re„ miſit , præcipiens , ne cui diceret ſe ad eum veniſſe , quæ revertens „ imminutum dolorem ſenſit , & faſcia revolutam manum ut prius in„ tegram ſanamque reperiit. Aliquando in hoſpitio ſui monaſterii , quod „ in ipſo Serræ oppido in via, quæ Geronis dicitur, ſitum fuerat, habi„ tabat, dæmon converſum famulum impulit, ut furatis nonnullis pecu„ niis , quas apud Gerardum quidam nobilis ejus loci depoſuerat , dum „ iter faceret, in arca a beato Gerardo, ne dominum contriſtaret, acce„ ptis & clauſis, inde aufugeret; quod cum factum eſſet , ipſo ſequenti „ die dominus rediit , & reddi ſibi pecunias poſtulavit . Gerardus illas „ non inveniens , converſum , qui præcedenti nocte jam fugerat , ad ſe „ vocavit; qui ſtatim reſpondens acceſſit, atque errorem faſſus , manife„ ſtavit ſe tota nocte laboraſſe, ut longius ambularet , nec unquam hor„ tum domus ejus exire potuiſſe , ceterum veniam deprecatus eſt, quam „ ſtatim vir Dei ipſi obtulit , & dominum exoravit , ut in priſtinam „ gratiam eum reciperet ; ſic diabolus, qui ejus famæ violandæ gratia id „ curaverat, confuſus eſt.

„ Aliquando ibidem ægrotabat , cumque nec mica panis in do„ mo remanſiſſet , præfatus ejus converſus panem componere aggreſ„ ſus eſt ; ecce autem duo interea egeni ad januam pulſant ſtipem „ quærentes , quibus vir Dei panem tribui imperavit , cumque con„ verſus ſe tunc panem componere diceret , nec micam ullam reſi„ duam in arca a ſe tunc purgata reliquiſſe aſſereret, juſſus eſt , ut eam„ dem

Ann. Chr. 1320.

„ dem arcam denuo adiret; qui obediens arcam recenti candido & calido pane refectam offendit, ſicque attonitus rem beato Gerardo enuntiavit, qui gratias agens juſſit, ut quatuor panes ſingulis egenis, qui ad portam expectabant, diſtribuerentur, & reliquos etiam pauperum uſibus divideret, dicens non pro ſe, ſed pro egenis a Domino eum panem ſibi datum; quod & factum eſt, unde ex farina domeſtica panem pro domeſticis uſibus facere converſum imperavit, qui nimirum ſibi a divina providentia laborem imminutum putabat.

„ Nicolaus a Buſcareto ſæpe cum ſeditioſis hominibus noctu Serram furtivo ingreſſu penetrare tentavit, ſed Gerardo patriæ ſuæ protectionem agente ipſius orationis vi armatorum virorum ſuper muros manus apparuit, qui proditores ex ſcalis, quas mœnibus admoverant, deturbatos effugarunt. Alias etiam ſuis orationibus patriam ac cives a variis infortuniis novis ſemper miraculis liberavit. “ Hæc latina reddidit Grandius ex Italica vita, quam beati Gerardi Saxo-ferratenſis monachi conſarcinavit Jacobillius tomo III. operis ſui de Sanctis ac Beatis Umbriæ ad diem decimam-ſextam novembris. Cetera de Gerardo ſuis annis.

ANNA-

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-OCTAVUS.

Ab anno CHRISTI M. CCC. XXI. *ad annum* M. CCC. XXX.

ANN. CHR. 1321.

I. Lites parthenonis S. Antonii de Tuderto cum episcopo Tudertino.

MONIALES ſancti Antonii de Tuderto jam ab anno 1297. impeditæ fuerant contra ipſarum, & congregationis Camaldulenſis privilegia ab ædificatione cujuſdam oratorii in parœcia ſancti Nicolai de Cryptis ad monaſterium Saxo vivenſe ſpectante, epiſcopo Tudertino proſecutionem ædificii inhibente. Appellaverant proinde ad Apoſtolicam ſedem, cauſamque coram epiſcopo inſtituerant; quæ eo uſque proceſſerat, ut adhuc ſub præſenti anno lis foret ſub judice. Legimus enim [a] die decima-octava martii hujus anni Paulum quondam Petri earum ſindicum coram Jacobo de Monte-falco vicario Nicolai epiſcopi Tudertini appellationem alteram interpoſuiſſe contra mandatum & citatorias literas Jacobi prioris ſancti Venantii de Camerino, qui ſe dicebat ſubdelegatum Ugolini abbatis ſancti Petri de Peruſio judicis & conſervatoris a ſummo pontifice delegati in cauſis monaſterii Saxi-vivi de Fulginio, & membrorum ejus, nimirum monaſterii ſancti Nicolai de Cryptis de Tuderto ſuper demolitione & deſtructione oratorii, quod ædificaſſe moniales dicebantur intra limites parœciæ dicti monaſterii cum erectione crucis & altaris, poſt ſententias ſuper hoc latas, ut coram eodem ſubdelegato judice comparerent; ſed dictas moniales adverſus prædicta opponentes ſubdelegatum legitima juriſdictione non eſſe præditum ob ſui conſanguinitatem cum abbate Saxi-vivi, aliiſque de cauſis, iterum appellaſſe ad Sanctiſſimum; & die vigeſima-tertia ejuſdem menſis eaſdem moniales congregatas conſtituiſſe in procuratorem ſuum ad appellationem proſequendam magiſtrum Nicolaum Matthæi, qui eadem die proteſtatus eſt pluribus eccleſiarum Tuderti rectoribus, ne quidquam in ſuis eccleſiis innovarent contra prædictas ſanctimoniales.

a §. *Appellatio* 1. *A.* 4. 12.

II. Electio archiepiſcopi Ravennatis.

DEFUNCTO Raynaldo ſanctiſſimo archiepiſcopo Ravennate quintodecimo kalendas ſeptembris, die nona ſeptembris [b] Raynaldus alter archidiaconus Ravennas ex dominis Polentanis cum ceteris canonicis, & cho-

b §. *Notabilia* 11. *A.* 7. 98.

ANN. CRH. 1321.

choro eccleſiæ Ravennatis literis ſuis denuntiavit Africano abbati Uranenſi , ut intereſſet die decima ejuſdem menſis electioni novi archiepiſcopi . Sed abbas , cui de jure & conſuetudine competebant præſentia & ſuffragium in nova electione , cum eſſet infirmitate præpeditus, commiſit vices ſuas eidem archidiacono, & abbatibus ſancti Johannis-evangeliſtæ & ſancti Vitalis de Ravenna; manu Raynerii Jacobi de Prata notarii . Evaſit Ravennatis eccleſiæ archiepiſcopus idem Raynaldus Hoſtaſii filius ex archidiacono, Africanus autem in abbatia Uranenſi ſucceſſerat Felici.

III. Proviſiones aliquot eccleſiarum.

a §. *Conceſſio A.* 4. 26.

NICOLAUS de Venetiis monachus & prior clauſtralis monaſterii Vangaticienſis electus a Guidone abbate Vangaticienſi tamquam a patrono ad curam & regimen eccleſiæ ſancti Matthæi de Accariſiis Bononienſis urbis, humiliter [a] petiit a Bonaventura priore generali licentiam regendi dictam eccleſiam, quam prior conceſſit manu Raynerii Jacobi de Prata notarii .

Vacante eccleſia ſancti Michaelis de Templano vel podii ſanctæ Luciæ Firmanæ diœceſis, quæ erat membrum monaſterii Vallis-caſtri , Hermannus abbas Valle-caſtrenſis ipſam contulit Romualdo ſacerdoti , tamquam fideli dicti monaſterii, ob reverentiam etiam magnificorum virorum Thomaſii Gentilis de Moliano, & ſuorum nepotum filiorum Gentelucii.

Itidem paſtore deſtituta eccleſia ſancti Bartholomæi de caſtro Cellæ manuali monaſterii Trivienſis, Fredericus abbas de Trivio rectorem ejus eccleſiæ elegit.

b *Pag.* 42.

Apud Brocchium in hiſtoria Mucelli [b] ſub hoc anno nominatur Jeremias filius quondam Ugolini de Fumantibus populi ſancti Bartholomæi de Soviliana , cujus majores dicuntur ante aliquot annos ceſſiſſe magna ex parte caſtrum ſuum de Vicorati monialibus Roſani. Eidem Roſanenſi parthenoni frater Herveus ordinis Prædicatorum paginam communicationis bonorum ſpiritualium ſui ordinis præſenti anno conſcripſit , ut legitur in collectione ampliſſima ms. Ferdinandi Meliorls.

Menſe majo hujus anni generale capitulum celebratum fuit in abbatia ſancti Apollinaris in Claſſe. In eo ex conſtitutionibus Bonaventuræ generalis [c] ſcimus inter cetera ſtatutam fuiſſe taxationem mercedis pro tabellario prioris Camaldulenſis.

c *Conſt.* xxxiv.

In necrologio monaſterii ſanctæ Mariæ ad Carceres ſub die quarta auguſti ponitur obitus Angeli prioris Carcerum , Suffectus fuit in ejus locum Johannes.

IV. Obitus Danthis poetæ. Ubaldus epiſc. Foro-popilienſis.

OBIIT etiam hoc anno Ravennæ Danthes Alighierius Florentinus , „ Is cum fuiſſet auctor , ut quidam nobiles , qui contra libertatem patriæ ſe gerebant, in exilium mitterentur, factum eſt, ut ab illis mox „ reverſis & ipſe civitate pulſus fuerit . Veronam ſe primum receperat „ comiter ab Alberto Scaligero ſuſceptus, judicia etiam ibidem exercuit, „ & poſteros reliquit, qui Danthes ex ejus nomine dicti ſunt ; exinde „ Pariſios ſe contulerat, & cum Henrico Cæſare denuo in Italiam redierat, ſperans illum Florentiam expugnaturum, & exules patriæ reſtiturum. Sed imperator locatis caſtris ad ſancti Salvii , cum ab incepto „ mox deſtitiſſet , profectuſque apud Bonconventum in Senenſi mortuus „ eſſet, Danthes omni ſpe redeundi amiſſa Ravennam ad Guidum regulum Novellum, Polentanæ nimirum familiæ , tranſmigraverat , & ad „ cœnobium Fontis-avellanæ aliquando divertens , ibi aliquod tempus moratus eſt, ut ſuum poema perficeret, cerniturque ejus cubiculum in facie domicilii abbatis cum ſequenti elogio : *Hocce cubiculum hoſpes , in „ quo Danthes Aligherius habitaſſe, in eoque non minimam præclari ac pene divini operis partem compoſuiſſe dicitur .* “ Obiit autem Ravennæ

1322.

„ 1322. menſe julio. Porro Danthes ſitu loci optime exploraro, hæc de „ eremo Avellanæ præmiſit verba, introducens videlicet Petrum Damia- „ ni in Paradiſo [a] loquentem: “ ANN. CHR. 1321.

Tra dno liti d'Italia ſurgon ſaſſi,
E non molto diſtauti alla tua patria,
Tanto che i tuons aſſai ſuonan più baſſi,
E fanno nn gibbo, che ſi chiama Catria,
Di ſotto al qnale è conſecrato nn'ermo,
Che ſuol' eſſer diſpoſto a ſola latria.

„ Et paulo poſt [b] de Petro-Damiani loquens illum hoc celebravit elogio:

In quel luogo fui io Pier Damiano,
E Pietro peccator fui nella caſa
Di noſtra Donna in ſul lito Adriano,
Poca vita mortal m'era rimaſa,
Quando fui chieſto e tratto a quel capello &c.

Quæ exſcripſimus ex Fortunio [c], cum quo ceteri Danthis vitæ ſcriptores cohærent. De incolatu Avellanenſi Danthis ad annum 1318. ſub Morico priore loci mentionem facit etiam Jacobillius [d]. Ipſum Eugubii quoque conſtitiſſe traditio & inſcriptiones produnt. Sed integrum Avellanenſe monumentum, quod in partem dumtaxat produxit Fortunius, hic exhibemus, quod proſtat etiam apud doctiſſimum Franciſcum-Mariam Raphaellium in hiſtoria familiæ, perſonæ, onerum & operum Boſonis Eugubini, in Deliciis Eruditorum Cl. V. Johannis Lamii [e].

HOCCE. CVBICVLVM. HOSPES. IN. QVO. DANTHES. ALIGHERIVS HABITASSE. IN. EOQVE. NON. MINIMAM. PRÆCLARI AC. PENE. DIVINI. OPERIS. SVI. PARTEM. COMPOSVISSE. DICITVR. VNDIQVE. FATISCENS. AC. TANTVM. NON SOLO. ÆQVATVM. PHILIPPVS. RODVLPHIVS. LAVRENTII. NICOLAI CARDINALIS. AMPLISSIMI. FRATRIS. FILIVS. SVMMVS. COLLEGII PRÆSES. PRO. EXIMIA. ERGA. CIVEM. SVVM. PIETATE. REFICI HANCQVE. ILLIVS. EFFIGIEM. AD. TANTI. VIRI. MEMORIAM REVOCANDAM. ANTONIO. PETREIO. CANONICO. FLORENTINO PROCVRANTE. COLLOCARI. MANDAVIT. KAL. MAII. M. D. LVII.

Corrigendus tamen eſt in Fortunio annus deceſſus Danthis, qui teſtimonio omnium ſcriptorum fuit annus 1321. Danthem inter ceteros egregio penicillo expreſſit Laurentius monachus Camaldulenſis cœnobii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia. Etiam eremi Camaldulenſis mentionem ingeſſit Danthes cantu quinto Purgatorii his verbis:

Oh, riſpoſ' egli, appiè del Caſentino
Traverſa un'acqua, ch' hà nome l' Archiano,
Che ſovra l' Ermo naſce in Appennino.

Romualdi vero cantu XXII. Paradiſi, poſt almum parentem Benedictum, his carminibus:

Queſti altri pochi tutti contemplanti
Uomini furo acceſi di quel caldo,
Che fa naſcere e fiori, e frutti ſanti.

Qui

a Canto 27. v. 106.

b Canto 27. v. 121.

c P. II. lib. V. c. 5.

d T. III. pag. 352.

e Anni 1755. pag. 102.

ANN. CHR. 1321.

Qui è Macario, qui è Romoaldo,
Qui ſon li frati miei, che dentro a' chioſtri
Fermaro e piedi, e tennoro il cor ſaldo.

Ubaldus ſeu Ubaldinus de Gabrielliis nobilis Eugubinus ex priore monaſterii ſancti Andreæ de Inſula diœceſis Eugubinæ, & ſubjecti cœnobio Avellanenſi, electus eſt Foro-popilienſis antiſtes XI. kalendas maji hujus anni, ut legitur apud Ughellium [a], ex regeſto Vaticano epiſt. 1009. parr. II. Poſt biennium translatus eſt a Rom. pont. Johanne XXII. ad Tarviſinam ſedem.

[a] T. II. col. 607.

ANN. CHR. 1322. V. Silveſtri Angelorum monachi apophthegmata.

SILVESTER Angelorum Florentiæ monachus quatuor annis fideliter exactis in officio coquinæ, ſuſcepta quoque cura miniſtrandi menſis monachorum, cum quotidie in Spiritus-ſancti gratia proficeret, dono lacrymarum polleret, & conſiliis dandis multum temporis impenderet, ab exterioribus miniſteriis liberatus fuit, ut commodius Deo inſerviret, & animarum ſaluti proſpiceret. Quo tempore inclaruit ejus ſanctitas, quæ venerationem non ſolum apud cives Florentinos, ſed & apud monachos ipſos illi conciliavit. „ Quadam die ad monaſterium venere aliquot ſeculares, qui refectorium ingredientes inſtrumenta ibidem pulſare cœperunt. Hos rigide excepit Silveſter, & ex refectorio exire compulit, oſtendens ipſis diſciplinam monaſticam his ſenſuum lenociniis minui, moreſque laicorum non convenire cum inſtitutis regularis obſervantiæ. „ Tres malas feminas quæſtu proprii corporis viventes, ſpiritualibus verbis ſuis ab bonam frugem induxit. " Collegit Zenobius monachus apophthegmata ſelecta ejuſdem ſancti viri, quibus ſociorum ſuorum animos ad pietatem & ad monaſticam diſciplinam promovebat; quæ ſunt hujuſmodi: „ Dicebat: Non ſufficit hominem eſſe ſpiritualem in actu & opere, ſed etiam mentem debere eſſe ſpiritualem. Veritas aſpera habet labia, ſed cor tranquillum; hypocriſis e contrario labia dulcia, ſed mentem perverſam. Sumus interius inſtar cepæ, cujus dum cutem unam tollis, invenies aliam. Niſi tribulatio nos humiliaret, per ingratitudinem laberemur in idololatriam. Fratres tamdiu ſimul ſint in eccleſia, capitulo & refectorio, ut poſtea libenter debeant in cellam ſeſe fugiendo recipere. Viri ſancti magis vigilant poſt Matutinum, quam poſt Veſperas. Si quis dicebat: Sic deberemus facere; hodie non fit ita; reſpondebat beatus Silveſter: De te ſoln loquere, unde ſcis, quid alii faciant? ſolum teipſum accuſa. Nolebat fratres in confeſſione narrare ſua ſomnia, ſed ſimpliciter dicere: Accuſo me, quod habuerim obſcenum ſomnium, quia pejor ipſo ſomnio ejus memoria eſt. Magis convenire religioſo dicebat, ut calici prius aquam infunderet, quam vinum; ſi enim prius vinum immiſeris, ſæpius in quantitate falleris. Orabat ſemper in obſcuro, aſſerebatque Dei ſervum debere tenebris delectari inſtar veſpertilionum. Multum dolebat augmento & extenſione eccleſiarum, & grandioribus præferebat parvas, humileſque. Volebat ut fratres cito diſcederent a loco capituli, ad fugiendam fraudem diaboli rixatoris. Haud probabat diſciplinam nimis aſperam nimiſque prolixam, ſed laudabat modicam, humilem & devotam. Miror, inquiebat, quomodo cor intra corpus non crepet ſub officio divino, propter ejus dulcedinem & ſublimitatem verborum. Obſervarunt ſeniores monachi Silveſtrum tempore, quo ſacrum evangelium legebatur, ſolitum fuiſſe recedere, mutareque locum, ne ob copioſiſſimum imbrem lacrymarum, quem tunc effundebat, detegeretur, & æſtimationem penes ipſos majo-

„ rem

„ rem ſibi conciliaret. Si quis fratrum conſilium petebat , manifeſtabat„ que ſe obnoxium eſſe cogitationibus carnalibus , hanc eſſe legem , na„ turæque inclinationem ajebat ; at ſi quis ſe accuſaſſet, quod murmura„ tionibus vacaret, ipſum rigide excipiebat , & ad ſui curam, non alie„ norum provocabat. Parvos defectus minime eſſe contemnendos docebat, „ cum viam ipſi faciant majoribus. Vitium omne eſſe a radicibus ampu„ tandum. Iis, qui dicebant: Ita agere deberemus, & minime agimus , „ reſpondebat: Utinam id ex corde & animi puritate diceretis. Dolebat, „ cum juvenes colloquia ſecreta inter ſe miſcebant. Sapientioribus denun„ tiabat, ne præſumerent altiora ſe , ſed inciperent a parvis rebus, ac in „ iis perſeverarent , & præſertim in obſervandis conſuetudinibus monaſte„ rii. Diſcrimen notabat inter recreationem animi & diſſolutionem; plu„ raque tam in privatis colloquiis , quam in publicis collectionibus , ad „ quas a prælato monaſterii admittebatur, proferebat ex corde utilia con„ fratribus ſuis. Cum ſacramentaliter ad tribunal Pœnitentiæ accedebat , „ tanta lacrymarum copia deflebat , ut loqui non valens hæc dumtaxat „ de ſe proferret: Quid miſer ego boni feci? qualis eſt vita mea? Novi „ malum facere, & inquinare bonum . Cum in errorem aliquem incide„ bat , ſe proſtrabat ante prioris monaſterii pedes, magnaque humilitate „ reatum ſuum aperiebat. Quod ſi prior blande eum reciperet, & acrio„ ri objurgationi parceret, turbatus recedebat . Humilitatis , pœnitentiæ „ & fervoris Silveſtri invidus malignus hoſtis ejus animo ſæpius impatien„ tiæ ſtimulos ſubdebat , præſertim nocturno tempore , pallium ipſi au„ ferens tempore , quo quieſcebat ; cui patiens vir reſpondebat : Si vis „ pallium, tecum defer. “

Ann. Chr. 1322.

Hæc aliaque Silveſtri dicta & facta carminibus ita expreſſit laudatus ejus vitæ ſcriptor.

Forſe quattre anni in cucina ſtette
E poi nel refettorio ancor ſervette;
Et poi pel tempo ritornò alla cella
Fuggindo il mundo e la ſua novella,
Giaceva nella cella, e quando orava
Et ſpeſſo ſe ſedea e contemplava,
Et chi andava a lui ſe conſolava,
Et nella tentation conſiglio dava.

Et poſt pauca hæc cecinit:

In refettorio una compagnia
Sonando una vivola ſi bevia.
Ma fra Sylveſtro ſi li cacciò vin
Dicendo lor di molta villania.
Da Secolari, diceva, ſtate ſtrani ,
Che noſtre mente iſtraccian pur a grani,
Non ſi confanno i fatti lor coi noſtri,
Il lor parlar ci fa avillupare
E dacci poi impaccio nell' orare.
Di viver a commune ſi die la forma
Et di buona oſſervanza monſtrò l' orma.
Soleva dire , ch' a voler orare
La notte me , che al giorno ſi può fare ;
Mille ſoldati a notte ſi terrei,
Al di pur due non ne pagherei.
Il giorno ſi ʒonſà al ſecolare
El bujo d' ella notte a ſpiritnale
A far orare & meditare.
E ſant' Antonio ſi dicea del Sole,
Che dell' orare gli toglica il valore, &c.

Quando era coco e foſſe accuſato
Veniva toſtamente al ſuo prelato,
Et accuſato era del ſuo fallo
Là alla ſtucia, come frati fanno,
Et ſua colpa diceva immantinente
Con lieta faccia & placata mente.
Et tal hor quel prior non ricevea
Quel ſoddisfare, che per uſo havea.
Veggendo fra Sylveſtro non accetto
Il ſoddisfare, o l' umile ſuo detto,
Irato forte ſi ſpazzava tutto,
Et ſecolar pareva ſenza frutto,
A deſtro & a ſiniſtro ſe voltando
Et con aſpere parole motteccbiando,
Et a lui non reſpondea quella durezza,
Quando egli in bocca havea tanta dolcezza
Et quando a lui un giva a contare : (&c.
Io ſono contento di penſier carnale,
Curava poco così fatto detto
Dicendo, ch' era coſa naturale.
Ma ſi diceva : Io mormoro del tale,
Si conturbava tutto immantinente
Dicendo: Che ha tu a far di quel cotale,
Il quale e ſervo del onnipotente?
Gratta la tigna tua in queſta vita,
Sicchè tu facci poi buona finita,
S' en queſto mondo tu ti piangerai ,
Nell' altre mondo non trarrai poi guai.
Vale una lacrima più in queſto mondo,

Che

ANN. CHR. 1322.

Che poi nell' altro un pozzo ben profondo.
In purgatorio ſi può ben lacrimare,
Ma un capel non poſſon meritare.
Si non ſaltan di qua con l' oratione
Par loro non eſcer mai di tal prigione.
Ma quivi ſtanno, in fin che ſien purgate
Tutto le macchie & ſien ben reſchiarate.
Queſto ti dico, perchè non ti curi
Di queſti o quelli ſe ei foſſan furi.
Ma cieco diventato in queſta vita
Bene operando habbi eterna vita.
Soleva alcuna volta dire a frati
Veggendo glinvoler molto allargati,
Si voi uſcite di ſotto la ceſta,
Sareſte baſtonati in ſu la creſta.
Non v' allargate, ma ſtate più ſtretti,
En verità ſarete più perfetti.
Fuggite l' apparente de ſto mondo
Et meglio in cielo ſarà il cuor giocondo.
Diceva, che ſan Piero no hebbe ſol fede
Dell'altro mundo, ma vera certezza,
Et con l' affetto vita eterna vede,
Et a più che di queſta a piena fede.
Facendo la beretta ſua lavare
Diceva nella fronte ſal purgare
Dinanzi quatro dita ſia lavata,
Et quel che reſta laſcia la aſſiugata,
Lavando egli ſui piè d' acqua copria
I piedi a punto & non più calin
Dicendo: La ragio non mi fu richieſta
Di quello, che non gitto alla foreſta,
In ogni coſa viveva aſſegnato
Temendo della fine il giudicato.
Molto era confirmato nel timore
Di Chriſto noſtro Iddio e Redentore,

VI. Conſtructio monaſterii S. Joh. baptiſtæ de Clodia. ÆDIFICAVERANT per hæc tempora monachi ſancti Mathiæ de Muriano in diœceſi Foſſæ-Clodiæ & in loco dicto Calix-major, monaſterium cum oratorio & eccleſia juxta pontificia indulta in proprio ſolo, irrequiſitis epiſcopo & canonicis Clodienſis eccleſiæ. Ii proinde Bonaventuram Bolduccium Venetum primum priorem loci deſtinatum, & Benedictum de Thuſcia converſum ſancti Mathiæ excommunicationis ſententia damnaverant, moleſtiiſque & injuriis eos eorumque bona laceſſibant. Quare Ardizo de Accariſiis Bononienſis, ſindicus & procurator monachorum ſancti Mathiæ, qui tunc Venetiis commorabatur in parœcia ſancti Moyſis, eorum nomine adivit Philippum abbatem monaſterii ſancti Georgii-majoris de Venetiis judicem delegatum a Johanne XXII. & conſervatorem jurium & privilegiorum ordinis Camaldulenſis, petens ab ipſo, ut factum judicaret, privilegiaque San-mathianorum monachorum defenderet. Qui judex auditis rationibus hinc inde propoſitis, præſenti anno *die ſabbati vigeſima februarii indictione quinta* pronuntiavit monachos ſancti Mathiæ recte ſuo jure uſos fuiſſe, perpetuumque ſilentium indixit vicariis & canonicis Clodienſibus, nominatim vero Conrado de Frignanis Tarviſino ſubſtituto a presbytero Petro Bachari primicerio majoris eccleſiæ Caſtellanæ & canonico Clodienſi. Poſt biennium Bonaventura primo priore abdicante, Benedictus prior ſancti Mathiæ die vigeſima-tertia januarii in loci novi Clodienſis priorem inſtituit Marcum Murianenſem monachum. Ejuſdem ſancti Mathiæ monaſterii die XXIII. januarii viſitatores fuere hoc anno Theobaldus abbas ſancti Michaelis de Muriano, & Felicianus Peruſinus monachus Claſſenſis, qui deſtinati fuerant anno præterito a capitulo Claſſenſi [a].

a §. *Viſitatio* 3. *A.* 4. 30.

VII. De monaſt. S. Euſtaſii de Imola. IN urbe Foro-corneliensi perdurabat monaſterium, & quidem duplex tam virorum quam mulierum, ſancti Euſtaſii ordinis Camaldulenſis, dictum etiam ſanctæ Catharinæ, ut compertum ſit ex dedicatione & oblatione, quam fecere hoc anno ſui ſuorumque bonorum Druda [b] die vigeſima-ſeptima junii, & decima-octava julii Maſius in manibus Johannis prioris recipientis vice Bonaventuræ prioris generalis. In ea eccleſia præterea erecta erat ſchola dicta *ſchola ſancti Hoſtachii de Imola*, ut ex archivo capitulari Imolenſi conſtat, ex quo [c] ad *annum* M. CC. LXIV. *ſub die* XVIII. *februarii*, *Urbano* IV. *ſummo pontifice*, Ubaldus præpoſitus Imolenſis cum presbyteris, diaconis & ſubdiaconis canonicis ejuſdem majoris eccleſiæ libellum emphyteuſis ſcripſit dictæ ſcholæ. Monaſterium hocce una

b *Arch. Imol. Faſcic. VIII. n.* 41.

c *Ibid. Faſcic. VII. n.* 138.

ANN. CHR. 1322.

una cum præpoſitura , quacum unitum eſt , perpetuo conceſſum poſtea fuit nobili familiæ a Vulpe Imolenſi ob merita Thaddæi a Vulpe , cujus ænea ſtatua viſitur in eccleſia ſanctæ Marinæ Venetiarum.

VIII. De altero Montis-Chriſti.

BENVENUTUS eremita & ſindicus eremi & Bonaventuræ prioris generalis coram Meo rectore eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Maſſa ſubcollectore Petri prioris Caturcenſis & Petri de Banis archidiaconi Lemovicenſis, quos Johannes XXII. in partibus Thuſciæ collectores deſtinaverat decimarum ſexennalium in concilio Viennenſe ad ſubſidium Terræ-ſanctæ ſtatutarum nedum a pluribus ſolutarum, præcepto & monitionibus contra Bonaventuram priorem factis in prædicta eccleſia Maſſanenſi , ut die craſtina ſub pœna excommunicationis decimas , quæ per ſex annos a monaſterio Montis-chriſti non fuerant perſolutæ , perſolveret , reſpondit , eremum & priorem Camaldulenſem non teneri ad perſolutionem pro dicto monaſterio, cum illius adminiſtratio ad proprium abbatem pertineret , & libra ejus monaſterii diverſa eſſet a libra eremi, adeoque nullum eſſe eorum præceptum nullaſque monitiones, appellationemque interpoſuit apud ſanctam ſedem, conquerens eremum & priorem contra fas gravari, exigique decimas ad ſe non pertinentes. Ad multum temporis negotium factum fuit Bonaventuræ generali ſuper iis decimis; tandem die quinta maji anni 1325. Bertrandus Coriti archidiaconus Varnenſis, & frater Petrus Raimundi ordinis Prædicatorum deputati collectores ab eodem Romano pontifice in provinciis Thuſciæ, Januæ & Piſarum, nolentes eremum Camaldulenſem indebite gravari , revocaverunt literas, quas contra priorem &eremum ſcripſerat Johannes Volaterranus archipresbyter eccleſiæ Maſſanæ ſubcollector[a].

IX. Guidonis abb. Vangaticienſis literæ comiti Rambaldo de Collalto.

GUIDO abbas Vangaticienſis ab Atheſtinis marchionibus anno 1319. abbatiam invadentibus loco cedere compulſus in urbem Patavinam receptus cum proceribus civitatis rempublicam adminiſtrabat. Quare hoc anno una cum poteſtate Patavino , & cum urbis capitaneo ſequentes dedit literas Rambaldo de Collalto comiti Tarviſino ad novum urbis Patavinæ poteſtatem expoſtulandum ex urbe Tarviſina.

Egregio & potenti viro domino Rambaldo de Collalto comiti Tarviſino amicorum præcipuo frater G.. Dei & apoſtolica gratia Vangaticienſis abbas , necnon Theobaldus de Caſtro - novo poteſtas ſalutem tam proſperam , quam felicem . Cogitatis conditionibus civitatum Paduæ & Tarviſii , quæ eædem ſunt , domino de Auvenſtano capitaneo Paduæ placuit ſuper electione novi poteſtatis Paduæ noſtrum habere conſilium . Ita quod demum habito conſilio idem dominus voluit inter eligendos unum eligi de Tarviſio , attendentes ad dominum Altinerium de Azonibus inter tres eligendos facere dare vocem , & ſic factum eſt , confidens ipſe dominus capitaneus de prædicto , ac ſe certum reddens , quod pro honore regio , & amore ſuo & amicorum , ac bono ſtatu civitatum prædictarum regimen acceptabit , ſuper quibus omnibus jam dictus capitaneus affectuoſe literas ſibi ſcribit . Quapropter vos omnibus precibus , quibus poſſumus , deprecamur , quatenus toto amore veſtrorum amicorum , & ſi carus vobis eſt ſtatus civitatum utrarumque , velitis effectualiter operari , quod præfatus dominus Altinerius regimen acceptet , & ſibi & ſuis amicis non deficiat in hoc puncto . Sane ſi familiam ſic cito ad ſufficientiam non haberet , non ſtet propter hoc , quia tanto domeſticus eſt , quod venire poterit cum ea, quam habebit , & poſtquam venerit , ſe , ſicut expedierit , poterit reformare, & ſi videretur ſibi , poteſtas prædictus hic habet aliquos bonos , qui remanere poſſent ad proprium votum ejus . Si autem vobis placuiſſet dictum regimen acceptare , hoc ſuper omne gaudium , gaudium eſſet no-

a §. *Sententia* 5. *A.* 4. 72.

ANN. CHR. 1322.

bis & amicis, ac viris univerſis, ſed quia ſcimus vos eſſe multis & variis occupatum negotiis, prævidimus vos non eſſe de præmiſſis præſentialiter fatigandum. Supradicta equidem adbuc publicata non ſunt, ſed forte cras publicabuntur, quæ donec nuntii communis accedent illuc, ſecreta remaneant, ſicut vobis videbitur expedire.

Datum die penultimo maji.

a Pag. 316. Bonifacius ſcriptor hiſtoriæ Tarviſinæ has literas [a], quas refert, ad
b Pag. 309. annum 1320. retrahit, & iterum ſibi non conſtans [b] Altenerium de Azonibus Patavinis præfuiſſe anno 1319. ſcribit. Verum is ignoravit, ut nos monet nobiliſſimus & doctiſſimus Rambaldus de Azonibus Avogariis canonicus Tarviſinus, Altenerium bis poteſtatis officium exercuiſſe in urbe Patavina, anno nimirum 1320. poſt Marcum Gradonicum, ut teſtes
c T. XII. col. 820. rer. Italic. ſunt [c] Cortuſii & chronica Patavina [d] apud Muratorium, quo etiam anno victoriam reportavit ad Baxanellum de exercitu Canis Scaligeri, &
d T. IV. Antiq. Italic. anno præſenti invitatus a Guidone abbate Vangaticienſe, a Theobaldo de Caſtro-novo poteſtate & ſuo prædeceſſore, & a Conrado de Auvenſtano, qui anno præterito *menſe novembri vicarius ducis Karintbiæ a duce Auſtriæ Friderico Romanorum rege Paduæ facti vicarii generalis, cum ducen-*
e Col. 829. *ſis elmis intravit Paduam*, ut teſtes ſunt iidem Cortuſii [e]. Ceterum Guido ex ſuo monaſterio exturbatus, & Patavium ſecedere coactus, anno
f §. Electio 24. A. 4. 15. præterito, cum ad diem undecimam maji [f] Matthæus de comitatu Florentino abbas Claſſenſis ſancti Apollinaris renuntiaſſet eam abbatiam in manibus Bonaventuræ prioris generalis, & monachi ad novam electionem venire volentes compromiſiſſent in dictum priorem, die quarta-decima ejuſdem menſis ab ipſo priore electus fuerat Claſſenſis abbas, cui tamen regimini nuntium miſit die nona ſeptembris; quare iterum Bonaventura in abbatem Claſſenſem pronuntiavit Dionyſium Bononienſem abbatem ſancti Frigdiani Piſarum; maluitque Guido abbas Vangaticienſi dumtaxat titulo gaudere commorans in urbe Patavina, in qua primas partes agebat.

Vix poſſeſſionem monaſterii Claſſenſis inierat Dionyſius, quod vitam cum morte commutavit, alterique electioni locum ſecit. Privavit Bonaventura Phæum monachum ſancti Apollinaris regimine, quod uſurpaverat; apoſtolica autem ſedes electionem irritavit Rainerii prioris ſancti Damiani de Bononia ad eam abbatiam aſſumpti, conſtituitque in abbatem ejus monaſterii Johannem, qui abbas antea erat ſanctæ Crucis de Tripudio, ut ex regeſto anni VI. pontificatus Johannis papæ XXII. epiſtolis 764. 770. idibus januarii intrantis hujus anni.

g Arch. Fontisbon. Bannum 3. A. 4. 29. Ambroſius [g] vicarius Franciſci abbatis Pratalienſis præcepit Bertæ converſæ dicti monaſterii, ut redire deberet in clauſtrum curiæ de Ventrina, neque inde diſcedere ſine licentia abbatis, & reſtituere mobilia & inſtrumenta ejuſdem monaſterii.

Remittimus ad Appendicem ex tabulario ſancti Mathiæ de Muriano definitionem litis vigentis inter Gratiadeum epiſcopum Parentinum cum hominibus de caſtro Urſariæ, & inter Mengoſum abbatem ſancti Petri de Silva, quoad bona monaſterii ſancti Michaelis de Lemmo.

ANN. CHR. 1323. X. Reformatio cœnobii Montis-chriſti.

MONASTERIUM noſtrum ſancti Mamiliani inſulæ Montis-chriſti patebat hoc tempore piratarum incurſionibus, crebriſque caſibus; diſciplina monaſtica in eo valde de die in dies collabebatur, & in temporalibus etiam imminuebantur ejus ſacultates. His malis occurrere volens Bonaventura prior generalis die vigeſima auguſti hujus anni de conſilio eremitarum tranſtulit ad illud monaſterium Benvenutum & Accurſium Bo-

nonien-

nonienſem dictæ eremi eremitas, & fratres Johannem, Laurentium, Benedictum & Guidonem de Balneo converſos, ut ipſorum induſtria & laudabilis vitæ meritis præfatus locus incrementa pietatis reciperet [a], aſſignans eremitas pro monachis, & converſos pro familiaribus ejuſdem monaſterii.

ANN. CHR. 1323.

a §. *Notabilia* 13. *A.* 9. 121.

XI. De breviferario ordinis.

IDEM prior generalis communes literas die vigeſima-quinta ejus menſis dedit omnibus abbatibus, abbatiſſis, prioribus, rectoribus & hoſpitalariis congregationis, præcepitque in virtute ſanctæ obedientiæ, ut obſervaretur antiquiſſima ordinis conſtitutio deferendi per monaſteria brevia ſeu nomina defunctorum Camaldulenſis & Vallum-broſani ordinis, cum quibus poſtremis ex antiquo conſtabat intereſſe vinculum fraternæ caritatis, & frater converſus breviferarius cum campanarum pulſatione more ſolito ſuſciperetur, brevia autem in matriculis conſcriberentur, Miſſæ & ſuffragia impenderentur defunctis, & „ quia, ſubdit, bovi trituranti os claudi non debet, “ præcepit, ut ipſi fratri breviferario perſolverentur ſolidi quatuor a majoribus monaſteriis, tres a mediocribus, & duo a minoribus in moneta Piſana, erogandi in ſumptus ejus itineris. Amoto Donato de Caſtillione abbate ſancti Viriani die vigeſima januarii ſuffecit Zenonem de Arretio monachum.

XII. Privilegia confirmata monaſt. S. S[illegible] Piſarum.

PRÆSENTI anno, *pontificatus* ſui *ſeptimo calendis auguſti* Johannes XXII. Paulo abbati & conventui monaſterii ſancti Savini de Montione ad Romanam eccleſiam immediate pertinentis Piſanæ diœceſis confirmavit privilegium felicis recordationis Alexandri papæ III. prædeceſſoris ſui, conceſſum Ubaldo abbati anno 1175., & recens inſpectum a Petro tituli ſancti Stephani in Cælio monte presbytero cardinale & S. R. E. vice-cancellario. De eo privilegio pauca diximus ad annum 1175. aliqua vero dicimus ſub hoc anno. Monaſterium enim illud florentiſſimum, quod tot ſub ſe antiquis temporibus eccleſias habebat, paucas admodum tum Alexandri III. tum Johannis XXII. temporibus obtinebat, quarum cenſum hic exhibemus: eccleſiam ſanctæ Mariæ, capellam ſanctæ Euſtaſiæ cum curtibus infra vel extra civitatem Piſanam, curtem & eccleſiam ſancti Torpetis in Sambra, eccleſiam ſancti Quirici in Coltano cum tertia parte ſilvæ, portum in fluvio Arno in loco dicto Arilion, curtem & eccleſiam ſancti Michaelis in Empore, eccleſiam ſancti Sentii cum curte in Cerreto, eccleſiam ſancti Hippolyti de Riliono, eccleſiam ſancti Johannis de Ceraſolo, eccleſiam ſancti Xyſti, guardiam de Seria, curtem & eccleſiam ſancti Juſti de Motrognano, curtem & eccleſiam ſancti Quirici in Muſignano cum caſtello, cortes in Corſica Caliſani, Morenciani, Tatariani, Simbrani, & Germanaſiani, curtem in Tripallo, curtem in Corviano, curtem in Caſa-nova, curtem & eccleſiam ſancti Gregorii in Monte-magno, & quatuor piſcarias. Abbas electus a ſaniore fratrum parte ad apoſtolicam ſedem benedicendus accedere debebat. Capellanos in eccleſiis ſubjectis eligere & epiſcopo præſentare fas habebat idem abbas. Nullus infra parœciam ſancti Hippoliti de Rilione vel aliarum eccleſiarum poterat oratorium conſtruere, irrequiſitis epiſcopo & abbate, ſalvis privilegiis, quæ Romana eccleſia Templariis & Hoſpitalariis conceſſerat. Eadem die idem Romanus pontifex alterum eidem monaſterio & Bono abbati conceſſum a Cœleſtino III. anno 1193. & ſimiliter vetuſtate conſumptum privilegium renovavit; quæ confirmationes leguntur in regeſto Vaticano ejuſdem Johannis XXII. tomo xv. epiſtolis 1628. & 1629. Eidem abbati ſancti Savini anno elapſo XVI. *calendas decembris pontificatus* ejuſdem *Johannis anno ſeptimo* Berengarius epiſcopus Tuſculanus ex Avenione facultatem fecerat abſolvendi Johannem presbyterum ſacriſtam ma-

ANN. CHR. 1323.

joris eccleſiæ Piſarum a quibuſcumque etiam reſervatis & enormibus delictis auctoritate domini papæ, ut in pagina, quam canonicus Abrahamius Grandio noſtro communicavit. Petrus cardinalis vice-cancellarius Gallus Textoris ſeu le Teſſier, ut ab aliis Petris cardinalibus hujus temporis diſtinguatur, appellabatur. Berengarius autem cardinalis epiſcopus Tuſculanus a Clemente V. creatus vivebat anno 1322. contra Ciacconium, qui defunctum exiſtimat anno 1321.

XIII. Ubaldus ex Foro-popilienſi ad Tarviſinam eccleſiam transfertur.

UBALDUS Gabriellius Eugubinus Avellanenſis olim monachus ex Foro-popilienſi eccleſia ad Tarviſinam translatus fuit hoc anno octavo idus junii ex regeſto Vaticano apud Ughellium [a]. Vivebat in epiſcopatu Tarviſino etiam ad annum 1334. quo die nona martii Nicolaus ejus vicarius mandavit Conrado de Brancaſecchis decano cathedralis eccleſiæ, ut non obſtante interdicto, cui tunc erat obnoxia civitas Tarviſina, ſacra perageret, & divinis intereſſet officiis juxta præceptum dominorum de la Scala; a quibus ſibi, ſi obedire renuiſſet, mors intendebatur, ut animadvertit Scotus in additionibus & emendationibus ad Ughellii Italiam in epiſcopis Tarviſinis.

a T. V. col. 551.

XIV. Res aliquot monaſteriorum.

MONASTERIA ſanctimonialium de Bethleem, & ſanctæ Annæ de Bononia erant hoc anno ſimul unita, nam in chartis Bononienſibus legitur Ægidia de Banzis abbatiſſa utriuſque parthenonis.

In necrologio parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri adnotatur ad hunc annum, *diem* vero VIII. *aprilis indictionem* V. obitus Jacobi abbatis monaſterii de Pozeuli. Sequens autem de comitibus Guidiis monumentum legitur in tabulario ejuſdem loci ſub numero 105. „ Aghinolphus de Romena comes palatinus filius comitis Guidonis Pacis de „ Romena volens providere majori ſecuritati dotis comitiſſæ Agnetis filiæ „ comitis Rogerii de Dovadula in Thuſcia palatini & uxoris Rogerii „ filii ſui aſſignat alia bona in permutationem bonorum pro dote ſua, „ villas nempe de Agna, Pratale, Bucena, Leoprina in caſtro de Raginopolis aſſignans eorum uſufructum eodem modo, quo ea tenuit comes „ Ugo de Battiſolli. Actum in palatio veteri de Raginopoli. “

Nicolaus & Benedictus monachi ſancti Salvatoris Camalduli Florentini pro conſtructione murorum & mœnium urbis Florentiæ die octava junii [b] ſolverunt florenos ducentos auri Bonaguidæ del Fabro Toloſino mercatori & civi deputato collectori vigore mandati papæ Johannis XXII. ex florenis quadringentis, quibus fuerant taxati juxta diſtributionem factam a Guidone plebano de Carmignano ſubexecutore Baronci epiſcopi Piſtorienſis a ſede apoſtolica deputati. Barenzus etiam appellatur apud Ughellium [c] epiſcopus Piſtorienſis hujus temporis.

b §. Emptio, 25.

c T. II. col. 304.

Homines caſtri ſancti Pancratii conſtituti coram Baſilio abbate ſancti Petri de Rotis ſponte affirmarunt die duodecima junii, quod quidquid habebant in plebatibus Palazzoli, Anteferræ, & Capannolæ, tenebant a dicto monaſterio, ex paginis Fontis-boni [d].

d §. Servitia, 3. A. 4. 51.

Julianus Berardingorum abbas conſenſu monachorum ſuorum congregatorum in eccleſia ſancti Vigilii Senarum vendidit aliquot domos & plateas proximas dicto monaſterio ſancti Vigilii communi Senarum, ex paginis noſocomii Scalæ ejuſdem urbis [e].

e Num. 1153.

ANN. CHR. 1324.

XV. Ædificatio monaſterii Roſæ Senarum.

ÆDIFICATUM fuit præſenti *anno* M. CCC. XXIV. *indictione* VII. *die decima-tertia januarii*, *anno nono generalatus Bonaventuræ prioris Camaldulenſis* monaſterium appellatum de Roſa extra urbem Senarum prope flumen Treſſæ in colle Galignani, Prædia donavit Vannuccius Andreoli

ANN. CHR. 1324.

li civis Senenſis, ut ſuper ipſa conſtitueretur cœnobium ſub invocatione beatæ Mariæ virginis, quod incolere deberent aſcetæ Camaldulenſes ſub regimine prælati, quem prima dumtaxat vice eligeret prior Camaldulenſis eremi, deinceps eligerenr monachi ibidem habitantes, qui confirmationem electi expeterent a priore generali. Prædiorum hujuſmodi poſſeſſionem die ſupradicta iniit nomine Bonaventuræ præſidis generalis Rolandus prior ſancti Vigilii Senarum, in cujus monaſterio prædicta fuerunt acta. Demum idem Vannuccius teſtamento hæredem omnium bonorum ſuorum reliquit monaſterium conſtruendum, eligens in ejus eccleſia corporis ſui ſepulturam. Paginæ habentur in tabulario ejuſdem monaſterii Roſæ [a]: „ Cœnobio inditum fuit Roſæ nomen, tum amœnitate ſitus, inquit Fortunius [b], tum quia generalis Bonaventura cum Vannuccio fœdus percuſſit, ut qui pro tempore venerabili cœnobio præpoſitus eſſet, cereum trium librarum cum roſa argentea deſuper accommodata ad ſacram eremum in die natalis ſancti patris Romualdi quotannis deferre ſeu mittere teneretur. " In charta autographa [c] tabularii Fontis-boni præſcribitur oblatio facienda die decima-tertia januarii, ea ipſa die, qua conſcriptum fuit donationis inſtrumentum a Vannuccio; approbata autem eſt tum donatio loci, tum promiſſio oblationis die vigeſima-prima octobris a definitoribus capituli generalis, quod celebratum fuit hoc anno in Camaldulo Florentino; manu Raynerii de Prata notarii. Primus in eo monaſterio regiminis locum tenuit Johannes Imolenſis a Bonaventura ex eremo Camalduli-majoris translatus ad cœnobii Roſani conſtructionem peragendam; ſed hic ædificiis conſtruendis intentus, cum ſe abſtrahi cognoſceret a contemplationis via, ad eremum rediens locum fecit Marco monacho Murianenſi, qui decem annis, quibus præfuit, ædificia ampliavir, monachorum numerum auxit, florentemque monaſterii ſtatum reddidit. Is ſancti Mathiæ de Muriano cœnobita, antequam ad monaſterii Senenſis regimen poſtularetnr, hoc ipſo anno die vigeſima-tertia januarii ob abdicationem Bonavenruræ San-mathiani monachi & prioris Clodienſis ſuffectus ei fuerat ad regimen novi ſancti Johannis-baptiſtæ de Foſſa-clodia monaſterii a Benedicto priore ſancti Mathiæ, cui illud ſuberat.

a *Numm.* 74. 75.

b *P. I. lib. II. cap.* 58.

c *§. Oblatio* 11. *A.* 7. 174.

In capitulo generali, quod die decima-octava octobris diximus celebratum in monaſterio Camalduli Florentini, reperimus electos fuiſſe in definitores Andream ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, & Antonium de Dazis Arretinum abbatem ſancti Frigdiani pro Thuſcia, Johannem Claſſenſem, & Andream ſancti Hippolyti de Faventia abbates pro Romandiolæ provincia.

Gerardus major eremi convocatis eremitis Camaldulenſibus die decima decembris expoſtulavit de Bonaventura priore generali, quod non pernoctarer in eremo, quod dignos depoſitione præſules non mulctaret, quod capitulum quotannis habere poſtponeret, quod in promotionibus juſtitiam non ſervarer, multaque alia tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus rebus damna toti congregationi inferret; quare ipſis perſuaſit, ut Bonaventuram removerent & ſuſpenderent ab omni juriſdictione & adminiſtratione ſpirituali & temporali.

XVI. Monaſterium Quercetanum ſub cura prioris Camald.

MONASTERIUM ſacrarum virginum ſanctæ Mariæ de Querceto Florentinæ urbis ſuppoſitum fuerat anno 1329. directioni & ductibus monachorum ſancti Salvatoris Camalduli Florentini. Simul congregati hoc anno menſe octobris Johannes de Ciggiano abbas & monachi dicti loci negotia monaſterii ſui tractaturi, longa experientia ducti, quod detrimenti potius quam utilitatis foret ſibi ſuæque famæ & honeſtati hujuſmodi regimen,

Digitized by Google

Ann. Chr. 1324.

men, conſilio & votis unanimes decrevere, quod deinceps abbas & monachi relicta Quercetani parthenonis adminiſtratione, ipſarum monialium correctionem & reformationem transferrent in Bonaventuram præſidem generalem; quare communi conſenſu ei donaverunt in perpetuum prædictum aſceterium cum ſuis juribus & pertinentiis, & nominatim jura ſubmiſſionis, viſitationis, inſtitutionis & deſtitutionis abbatiſſæ & officialium; manu Raynerii de Praia. Ultima itaque die ejus menſis Bonaventura accedens ad monaſterium Querceti recepit abbatiſſæ & monialium renuntiationes officiorum in manibus ſuis, exegitque ab iis obedientiam, præſecit in priorem dicti loci Marinum Senenſem', & monialibus officia diſtribuit; confirmante poſt ſexennium hacce ſubjectione capitulo eo anno habito in monaſterio ſancti Salvatoris Berardingorum.

XVII. Hoſpitale ſanctæ Trinitatis de Muriano erigitur.

Andreas de Zena civis habitans in parœcia ſancti Felicis urbis Venetiarum, & Anna ejus uxor couſtruxerunt hoc anno hoſpitale in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis prope monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano, ac pro remedio ſalutis animarum ſuarum ipſum tradiderunt monachis ſeu eremitis dicti cœnobii ad hoc, ut ibidem reciperentur ſeptem pauperes in honorem ſeptem donorum Spiritus-ſancti, qui pauperes ſemper ibidem alerentur una cum ſamulis ad eorum ſervitium, & ſtatuere ad hoc, ut nullo unquam tempore in oblivionem eorum donatio & intentio tranſirent, quod monumentum marmoreum cum ſua epigraphe poneretur in æde prope eccleſiam dictorum monachorum, ubi ſacra cuſtodiebantur, & ſi ædes de loco dimoveretur, inſcriptio tamen permaneret prope eccleſiam, neque aliqua unquam bonorum hoſpitalis hujuſmodi alienatio fieri valeret. Hæc exarata reperimus in codice Mauri Lapii monachi ejuſdem cœnobii ſeculo xv., qui exiſtit in bibliotheca dicti monaſterii.

XVIII. De monaſteriis Bellunenſibus.

Cum ex loco ſanctæ Trinitatis domus Teutonicorum de Venetiis Petrus Altici canonicus Mimatenſis collector apoſtolicus ſcripſiſſet hoc anno *die xvii. maji pontificatus Johannis pape* XXII. *anno octavo*, ac collectam impoſuiſſet iis, qui beneficia obtinebant, adnoravit inter ceteros priorem ſeu rectorem hoſpitalis de Campeſtrino, abbatem ſancti Petri in Tuba, & abbatem ſeu priorem ſancti Gervaſii de Belluno, qui poſtremus excuſationem pro non ſolvenda collecta prætendit, quod monaſterium ſuum quæritaret eleemoſynas pro reſectione monachorum & monacharum habitantium in dicto loco; quare a collecta abſolutus fuit. Ex hoc documento deducunt aliqui monaſterium monialium ſancti Gervaſii copulatum fuiſſe cum monaſterio de Campeſtrino. Sed illud unum probatur aliud monaſterium de Campeſtrino in diœceſi Bellunenſi extitiſſe præter illud ſub titulo ſanctorum Gervaſii & Protaſii in eodem territorio, in quo commorabantur tum monachi, tum moniales, quorumque hiſtoriam protulimus ſeculo antecedenti, donec monachis loco abeuntibus, vel diviſis a ſanctimonialibus, hæ ſolæ relictæ expoſtularunt directionem monachorum Sanæ-vallis de Fullina, ſub quorum regimine ad hodiernam diem perſeverant.

XIX. Electio abbatis Galeatenſis, ejuſque varia fortuna.

In locum Jacobi monachi Camaldulenſis Arduinus factus fuit abbas Galeatenſis, qui hoc anno ex tabulario archiepiſcopali Ravennæ [a] fidelitatem juravit Aymerico. Aymericus ex rectore Romandiolæ electus fuerat a Johanne XXII. anno præterito archiepiſcopus Ravennas. „ Quapropter, inquit Rubeus [b], dum Aymericus archiepiſcopus & rector ditionem ſuam uno itinere utramque inviſens, Meldulæ octavo kalendas martii eſſet, illi in ſacrario Franciſcanorum fratrum, inſpectantibus co-

„ mite

a *Caſſ.* I. 4330.

b *Lib. VI. pag.* 542.

„ mite Rogerio e Dovadula, Ramberto comite Gazoli, Thomaſino A- ANN. CHR. 1324.
„ quabello, Johanne Sperono Britonoriano atque aliis, Arduinus divi Hi-
„ lari Galeatenſis abbas, more majorum, genibus innixus, contacto evan-
„ geliorum libro ſollemne obſequium præſtitit. " Paulo poſt commiſit idem Romanus pontifex Franciſco epiſcopo Florentino, ut Arduinum removeret a regimine Galeatenſis monaſterii, ſed anno 1326. mandavit præfato archiepiſcopo Aymerico, ne ad remotionem ipſius procederet ſuper falſo rumore de ejus exceſſibus: „ Quare, ſubdit Rubeus ad annum „ 1327. Aymericus Arduinum Galeatenſem abbatem juſſu pontificis in „ eo munere confirmavit, a quo dejectus fuerat, eodem jubente pontifi- „ ce, ad quem nonnulli detulerant de aliquot maleficiis Arduini nomen; „ purgavit enim ſe apud pontificem diligenter Arduinus. " Eodem anno ipſi abbati procurationem nonaginta-duorum florenorum impoſuit Bertrandus cardinalis legatus. Pacifice tamen abbatiam Galeatenſem non poſſedit Arduinus, nam anno 1328. ejus abbatiæ adminiſtrator erat idem Aymericus archiepiſcopus ob bella, quæ regionem vaſtaverant, ut legitur apud eumdem Rubeum ſub eo anno, quo Aymericus dominis de Valbona, qui occupaverant caſtra & bona Galeatenſis cœnobii, mulctam indixit, renovavitque jus, confectis tabulis de locis & caſtris ad monaſterium illud ſpectantibus.

XX. Indulgentiæ eccleſiæ S. Hilari de Arretio.

JOHANNES Cajetani Urſinus cardinalis diaconus ſancti Theodori & legatus apoſtolicus accedentibus ad eccleſiam ſancti Hilari prope Puliolam Arretinæ diœceſis & Camaldulenſis ordinis aliquibus ſtatutis diebus, & reparationem ipſius adjuvantibus centum dies indulgentiarum dilargitus fuit. Datum Senis [a] *quinto idus octobris pontificatus domini Johannis papæ* XXII. *anno* IX. ex archivo aſceterii ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri.

a Num. 124

In necrologio monaſterii ſanctæ Mariæ ad Carceres ponitur ſub hoc anno ad diem XXIII. novembris obitus domini Jacobi de Carraria.

Donationem Auræbonæ de Graſſis factam monaſterio ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio hoc anno & Gerardeſcæ abbatiſſæ edidimus pagina XXIII. Monumentorum ejus loci poſt vitam ſancti Pariſii. Anno 1328. abbatiſſa ejus parthenonis erat Soprana.

Julianum Berardingorum abbatem domus vendentem licentia Baſilii abbatis Rotenſis & Johannis eremitæ Camalduli vices agentium Bonaventuræ prioris generalis memorat pagina archinoſocomii Senenſis ad hunc annum ſub die XV. octobris [b].

b Num. 1153.

ANN. CHR. 1325.

XXI. Obitus beati Angeli Gualdenſis eremitæ.

ANIMAM Deo reddidit hoc anno in ſua eremitica cellula beatus Angelus Gualdenſis, ut ſcribit auctor primæ vitæ; auctor vero ſecundæ refert ad annum antecedentem. Facile in prima uſurpatur annus Romanus, annus vero ab incarnatione in ſecunda, ut conſueverant numerare Florentini, Veneti aliique. Hæc porro leguntur de ejus obitu in prima vita. *Hic ergo vir humilis cum continua maceratione corpus ſuum afflixiſſet ſancta pœnitentia, & ſicut dicit Apoſtolus: Vere fuit ex illis ſervis Jeſu-chriſti, qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifixit, & perſeveravit uſque in finem, ideo ſalvus fuit, & vitam ipſius in bono fine concluſit, & vere in eo impletum fuit, quod ipſe Salvator prius ſe diligentibus repromiſit dicens: Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vere igitur hic ſervus Dei Angelus Chriſtum dilexit & ſermonem ejus, & ſancta mandata ſervavit, & ideo Deus Pater dilexit*

eum

ANN. CHR. 1325. *eum & cuſtodivit a malis, & ab omni via mala prohibuit pedes ejus, & Chriſtus ipſum de mundo eripiens cum ſanctis angelis animam ejus ad paradiſum perduxit, ubi manſionem ſanctus vir Angelus æternam apud Deum Patrem facit. Ad cujus felicem exitum religioſi & clerici oppidi Gualdenſis concurrentes eum hymnis & laudibus de cella ſua efferenses Gualdum aſportaverunt, & in eccleſia venerabilis patris ſancti Benedicti reverenter condiderunt circa annos Domini* M. CCC. XXV. *Et ſicut Deus eum in vita ſua innocentia vera & ſanctitate clarere fecit, & ſimilem Sanctis ſuis, ita & poſt ejus felicem obitum plurimis ipſum illuſtravit miraculis, nam non ſolum in ipſo caſtro Gualdi ſigna fecit, & mirabilia, plures a diverſis languoribus ſanans, ſed etiam de civitatibus inſuper Peruſina, Eugubina, Aſſiſinate, Nucerina, Camerinenſi, & Fabriano & aliis locis invocantibus ipſum remedia ſanitatis contulit. Dies vero memorabilis & felicis tranſitus de hoc mundo ad Deum ſancti viri & fidelis Chriſti fratris Angeli ſolitarii agitur de menſe januarii octavo-decimo kalendas februarii eadem die, qua ſancta eccleſia beati Mauri agit de veneranda memoria ad laudem domini noſtri Jeſu Chriſti* &c.

XXII. Mirabilia poſt ejus mortem. FUSIUS de ejus ſancto deceſſu, & de mirabilibus poſt mortem ipſius ſecutis agit auctor vitæ ſecundæ. *Beatus Angelus adhuc vivens in ſuo mortali corpore totus angelicus eſt effectus. Poſt igitur incluſionis ſuæ in prædicta arctiſſima cellula tot annorum completa curricula remunerator bonorum operum Deus omnipotens hunc dilectum ſervum Angelum beatum ad ſe vocare dignatus eſt, ut acciperet ejus anima felix laborum ſuorum & Deo dicati ſui tam prolixi conſtanter continuati ſervitii remunerationem centuplum in cæleſtibus, ut æternæ vitæ præmium immortale, & ſicut tot annis ſolus in conſpectu Dei vixerat ſolius Dei præſentiæ, ſuam pretioſam animam moriendo ſolus in prædicta ſua cellula reddidit hora completorii diei* XV. *menſis januarii anni Incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti* M. CCC. XXIV. *quibus die & hora, ut hujus ſancti obitus manifeſtaretur Chriſti-fidelibus in dicto oppido Gualdi, ubi ſuum ſacrum corpus divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, decreverat honorifice ſepeliri, campanæ eccleſiæ abbatialis beati Benedicti in prædicto oppido per ſe ipſas abſque humano opere trahi ceperunt, & per longum ſpatium ſollemniter ſonuere, ad quarum ſonitus incitatus dicti oppidi clerus & populus univerſus, videntes hoc maximum & inſolitum miraculum campanarum ſonitu demonſtratum, admirantes quid hoc eſſet, inter ipſos ceperunt perquirere; tunc eis communis orta fuit opinio procul dubio inſpirata divinitus, quod hic beatus Angelus ex hoc nequam ſeculo migraſſet ad Dominum. Nuntios continuo miſerunt ad cellulam, qui nuntii ad eam pervenientes introſpexerunt per feneſtrellam, ipſumque videntes genuflexum manibus junctis, haud aliter quam oraret, vocaverunt pluries; nemine vero reſpondente abierunt, & cuncta, quæ viderant, clero & populo narraverunt, illum animam reddidiſſe creatori. His audiſis certiſſime credentes ſine aliqua alia certitudine, divino ſpiritu moti totus clerus & populus cum crucibus erectis ad beati viri cellulam acceſſerunt, & aperientes dictam cellulam beatiſſimum corpus illud, ſicut relatum fuerat per nuntios, genuflexum invenerunt ad Dominum jam migraſſe, imponenteſque illud cum multa reverentia in lectica lignea pannis condecentibus permunita, humeris ſuis ad prædictum oppidum Gualdi proceſſionaliter cum hymnis & canticis ſpiritualibus detulerunt. O mira res! per viam, per quam tranſierunt, de menſe januarii, in quo nives & frigora maxime vigent, præcipue tunc quando campi & arbuſta nivibus tegebantur, ut in Sancto ſuo mirabilia oſtenderet Deus, omnes, qui*

qui hoc ſacrum corpus deferebant & aſſociabant, videruut in campis linum contra naturam, & ſpinas in dumetis illius florere, & inde de tanto ac tali miraculo lætificati congaudentes, Deoque gratias agcutes, de floribus bujuſmodi multi ſerea iu ſuis capitibus apposuerunt, alis manipulos de illis floribus ad manifeſtationem Sancti bujus propriis manibus detulerunt, deinde cum ingenti gaudio Deum in Sancto ſuo tam mirabilibus ſignis & miraculis magnificabant, & viam proceſſiouemque ſuam cum grandi lætitia uſque ad prædictam eccleſiam contiuuarunt. Quidam ex illis, qui hoc corpus ſauctum per viam detulerunt, cum eſſent ſuis genitalibus fracti, ſe ſanos reperierunt, & cum aute fores dictæ eccleſiæ in platea magna corpus hoc ſanctum de humeris ſuis portautes depoſuiſſent, ut cuncti occurrentes tam mares, quam feminæ hoc ſauctum corpus conſpicereue, & cum devotioue tangereut, ſuis precibus recommendarent. Interea intra prædictam eccleſiam præparabant cuncta neceſſaria ſepulturæ; cum vero totus populus irrueret, & preſſuram magnam faceret circumſtaudo huic ſacro corpori in medio plateæ conſtieuto, ſuper humeros uuius aſtautium apparuit unus ſe appodians in ſpecie & veſtibus cujuſdam nobilis domini temporalis oppidi de Cingulo marchiæ Anconitanæ præcedenti triennio defuucti, qui interrogans illum, ſuper cujus humeros inſidebat, an eum agnoſceret, aſpiciens eum ſic ait: Quoniam ſic, & ſciens illum jam fuiſſe defunctum, quæſivit ab eo, quare & quomodo illuc tunc venerat, qui reſpondit: Ego ſum anima illius domini de Cingulo, quem tu in hac vita noviſti. Eram quippe iu purgatorio, ſed ſaucta anima hujus beati Augeli migrando de ſuo corpore a Deo ſpecialiter petiit, & obtinuit, ut animæ quamplures de purgatorio hac hora ſui tranſitus liberarentur, quod factum eſt, & inter illas auimas a purgatorio precibus hujus Sancti liberatus ego illarum una ad ſolucioucm hujus magni beneficii huc venire juſſa ſum, & in hoc habitu cunctis hic adſtantibus apparui, tibique locutus ſum, ac ſic affatus diſparuit, continuatæque fuere exſequiæ ad ſepulturam ſacri corporit hujus ſervi Dei per illam noctem, & per dies ſequentes. Depoſito ſacro corpore hujus beati viri iu prædicta eccleſia viſus redditus uni cæco, poſſeſſus a dæmone quidam liberatus eſt, diverſiſque languentibus & infirmis ad dictas exſequias concurrentibus diviua miſericordia largiri dignata eſt meritis ac precibus hujus beati viri larga remedia ſanitatis. Appoſitumque fuit hoc ſacrum corpus in prædicta eccleſia; houorificeque ſepultum eſt in ſepulcro authentico reconditum, ubi per divinam gratiam graudia et crebra miracula continuata ſunt, et dietim oſtendunt cuuctis ſe devote recommeudantibus precibus et meritis beati Angeli, quem populus Gualdenſis oppidi ab inde impoſterum habuit et habet in ſuum ſpecialem protectorem et patronum tam in communi, quam in particulari in cunctis ſuis necaſſitatibus recognoſcunt fuiſſe et eſſe apud Deum propitium et continuum interceſſorem. Cetera beati Angeli miraeula ad ſuos annos reſervamus. Gabriel Buccellinus ſub anno anrecedenti hæc de beato Angelo paueis complexus eſt: „ Moritur beatus Angelus de Gualdo con-
„ verſus Benedictinus, magnus in patria tutelaris, quam ſæpe a peſte,
„ fame & bello liberavit. “ Ann. Chr. 1325.

Hoc anno monaſterium ſanctæ Crucis de Fonte-avellana, quod hucuſque titulum prioratus obtinuerat, ad titulum abbatiæ translatum fuit a Johanne papa XXII. ut ex epiſtola 1318. partis ſecundæ regeſti ejus anni noni. Extat ipſius Romani pontificis bulla, qua tranſtulit Hubaldum abbatem ſancti Benedicti de Eugubio ad cœnobium Fontis-avellanæ, traducto Morico priore dicti loci ad regimen abbatiæ ſancti Benedicti, non obſtante, quod in iis monaſteriis diverſus veſtium color adbiberetur, ſta- XXIII. Titulus abbatialis inductus in monaſt. Avellanenſe.

ANN. CHR. 1325.

tuens, ut Hubaldus veſtem monachorum Avellanenſium aſſumeret. Datum Avenione *quinto-decimo kalendas martii pontificatus* ſui *anno* IX. *Kalendis* autem *julii* altera bulla præcepit, ut tam ipſe, quam ejus ſucceſſores in abbates aſſumpti benedictionis munus ſuſcipere tenerentur vel ab apoſtolica ſede, vel a legato, ſi foret a latere in provinciam miſſus, vel ab alio, cui eadem ſedes commiſerit, licet, dum monaſterium a prioribus regebatur, non conſueviſſent priores benedici. Conſulantur epiſtolæ 1468. 1808. 1836. regeſti ejuſdem Romani pontificis ſub hoc anno.

Die decima-tertia junii hujus anni, vacante eccleſia ſancti Andreæ de Foſſis diſtrictus Saxi-ferrati Camerinenſis diœceſis, quæ erat membrum monaſterii Vallis-caſtri, Hermannus abbas dicti loci præfecit in rectorem ejus eccleſiæ Franciſcum Baroni. Rogavit paginam Monaldus Bonaventuræ.

Die autem decima-quarta januarii Hermannus epiſcopus Cluſinus conceſſit Valentino priori eccleſiæ ſanctæ Victoriæ de Sarthiano, quod erat beneficium manuale monaſterii ſancti Petri in Campo, eccleſias ſancti Petri, & plebis veteris ejuſdem caſtelli Sarthiani.

XXIV. Paginæ aliquot monaſteriorum.

Ex inſtrumentis Trivienſibus Buldronis notarii edimus in appendice electionem Raynaldi monachi Vergaretani in abbatem ejuſdem monaſterii Vergareti ob obitum Matthæi ultimi abbatis, factam in honorem Ferrancini & Pandulphi de Malateſtis & nobilium virorum Leuzini & Manfredi dominorum de Valbona. Ex aliis inſtrumentis ejuſdem abbatiæ Trivienſis conſcriptis a Nerio quondam Ugucii notario Fridericus abbas Trivienſis de rectore providit eccleſiam ſancti Petri de caſtro Valſavignonis.

Sorores ſanctæ Claræ extra urbem Faventiam habitantes in loco, qui vulgariter nuncupabatur *locus fratris Viviani*, vendiderunt aliquot terras Jacobo priori *loci della Cella*, hoc eſt fratris Laurentii ordinis Camaldulenſis, pro ampliando parthenone ſancti Maglorii ejuſdem urbis.

Theobaldi abbatis ſancti Michaelis de Muriano mentio fit hoc anno die XVI. ſeptembris in pagina [a] ſolutionis decimarum ab ipſo factæ Petro Altici canonico Mimatenſi decimarum collectori & fructuum conſtituto a Johanne XXII. in patriarchatibus Aquilejenſi & Gradenſi, notario Marino de la Sale canonico Clodienſi Venetiis in loco ſanctæ Trinitatis domus Teutonicorum. Inter teſtes legitur Bonifacius prior ſancti Danielis de Venetiis. Monaſterium ſancti Michaelis rexit Theobaldus ſaltem ab anno 1322. ad annum 1346.

a *Capſ. V. n. 9. arch. S. Michael.*

Beatrix abbatiſſa parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri, quæ Sophiæ anno 1319. ſucceſſerat, Rogerio comiti de Dovadula tribuit palatium vetus dirutum juxta flumen Arni, recipiens ipſa e contra a comite terras prope monaſterium ſuum.

XXV. Concordia inter Spoletanos epiſc. & monaſt. Vallecaſtrenſe pro cœnobio Aquæ-paganæ.

Bartholomæus epiſcopus Spoletanus die ſexta ſeptembris, prænarrato ſtatu eccleſiæ ſeu monaſterii ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, quod erat in ſua diœceſi, qualiter ſubjectum fuerit temporibus epiſcoporum Henrici & Nicolai, atque abbatum Valle-caſtrenſium Guillielmi & Hermanni eidem monaſterio Vallis-caſtri, attentis quibuſdam nullitatibus in tranſactionibus ſuper dictam eccleſiam habitis inter præfatos epiſcopos ex una parte, & inter Valle-caſtrenſes abbates ex altera, de conſenſu capituli canonicorum ſuæ Spoletanæ eccleſiæ, Dei intuitu, & ut in ea eccleſia de cetero monachorum & converſorum religio & regularis obſervantia vigeret, ſecularibus clericis & canonicis cedentibus, vel decedentibus, aut alia ex cauſa inde amotis, prædictæ eccleſiæ ſancti Salvatoris de Aqua-pagana capellas ſancti Martini de villa ſancti Martini, & ſanctæ Luciæ de Tiella ſubjectas univit & incorporavit, & cum omnibus domibus, offici-

officinis, juribus & pertinentiis ſibi competentibus ex prædictis donavit & conceſſit Hermanno abbati Valle-caſtrenſi, & omnes ac ſingulos tam priores monachos, quam converſos religioſos eorumque ſucceſſores in dicta eccleſia & capellis poſitos ab omni epiſcopali juriſdictione exemit, & tranſtulit in ipſum abbatem, ac in ſignum libertatis decrevit, ut dictus abbas ejuſque ſucceſſores ſolverent annuatim libras viginti-quinque Ravennates nomine dictæ eccleſiæ epiſcopis Spoletanis in feſto aſſumptionis beatæ Mariæ; manu Clarotii quondam Baldutii de Verezano Florentini civis & notarii. Hæc leguntur in pagina tabularii Fontis-boni juxta excerpta Baroncinii. ANN. CHR. 1325.

Raymundus de Cardona Catalanus dux & vicarius Roberti regis cum exercitu ſtationem fixit ad abbatiam noſtram Puteolanam Lucenſis territorii contra Caſtruccium, qui dominium occupaverat ejuſdem urbis, ut refertur in ſcriptoribus rerum Italicarum Muratorii [a]. De ea Raymundi ſtatione ſcribit etiam Villanius libro IX. ſuæ hiſtoriæ cap. 304. apud Lamium in Deliciis eruditorum [b]. In eo prælio Raymundus captivus factus eſt, ceſſitque victoria Caſtruccio.

[a] T. XI. col. 425.

[b] An. 1741. pag. 668.

In chartis Patavinis ſub hoc anno legitur prior ſanctæ Mariæ de Porcilia extra Patavinam urbem Petrus de Muſſianis.

Sequens inſcriptio proſtat a cornu epiſtolæ aræ majoris eccleſiæ ſancti Mamiliani quadrante milliarii diſtantis ab urbe Senarum extra portam Romanam, nunc parœcialis, olim monialium noſtrarum Camaldulenſium.

ANNO. DOMINI. MILLESIMO. TRECENTESIMO. XXV. CONSTRVCTVM. FVIT. HOC. SEPVLCRVM. TEMPORE. VENERABILIS DOMINE. DOMNE. PHILIPPE. DE. VGORVGGERIIS. ABBATISSE HVIVS. MONASTERII.

Viſitur modo ſuper januam eccleſiæ ſanctus Mamilianus cum dracone, indutus cuculla Camaldulenſi arbitrio artificum ex una parte, ex alia vero ſanctus Bernardinus Senenſis.

COMPOSITIONE Bartholomæi Spoletani epiſcopi, quam anno præcedenti attulimus, videbatur affatim ſopita controverſia ad plures annos producta inter Spoletanos antiſtites & inter abbates Valle-caſtrenſes quoad monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana. Sed concordiæ obedire reluctantibus iis canonicis & clericis, qui beneficia obtinebant in eccleſia ejus cœnobii & in capellis, lis denuo recruduit hoc anno, ut ex actis liquet hujuſmodi cauſæ, quæ fuſe leguntur in tabulario ſancti Romualdi de Urbe. Ex ipſis in cognitionem venimus clericos ſeculares beneficia poſſidentes in eadem eccleſia & capellis, ſed præſertim in iis, quæ ad Fulginatem diœceſim pertinebant (monaſterium enim Aquæ-paganæ bona & eccleſias obtinebat tum in Spoletano, tum in Fulginate territoriis) ſpecialem nuntium & procuratorem creaſſe, qui comparere poſſet coram Johanne de Amelia archidiacono Foro-julienſe, Spoletani ducatus in ſpiritualibus & temporalibus generale rectore; rectorem autem conſtituiſſe Sanctorum canonicum Eſculanum & Jacobum de Reate judices & aſſeſſores dictæ curiæ ad examen præſatæ controverſiæ, quæ vertebat inter præſatos clericos, & inter procuratores abbatis Valle-caſtrenſis & prioris eccleſiæ ſancti Salvatoris. Clerici ſeculares in medium produxerunt inſtrumenta Paparoni epiſcopi Spoletani, quibus is beneficia contulerat ejuſdem eccleſiæ canonicis ſecularibus; literas Jacobi Nicolatri de Urbe vicarii generalis ANN. CHR. 1326. XXVI.

Plura acta ſuper eodem Aquæ-paganæ monaſterio.

Ann. Crh. 1326.

neralis ducatus Spoletani ſcriptas alteri epiſcopo Spoletano Gerardo, committentes eidem abſolutionem ab excommunicatione conferenda iis clericis, qui Moricum monachum Aqua-paganenſem interfecerant; collationem inſuper canonicatus factam a Petro epiſcopo Spoletano; alias ſimiliter beneficiorum proviſiones factas a Bartbolo epiſcopo Spoletano ad mandatum Corati de Narnia judicis generalis Spoletani ducatus, & Henrici de ſancto Elpidio vicarii Franciſci epiſcopi Florentini rectoris ejuſdem ducatus; quibus inſtrumentis Valle-caſtrenſis abbatis procuratores oppoſuerunt legitimam poſſeſſionem ejuſdem monaſterii per ducentos & plures annos pacifice ſervatam, & poſterioribus dumtaxat annis turbatam ab epiſcopis Fulginatibus & Spoletanis. Quid in litis hujuſmodi continuatione profecerint Valle-caſtrenſes monachi, defectu inſtrumentorum non novimus; ſcimus ex paginis autographis ſancti Blaſii de Fabriano hoc ipſo anno die vigeſima-ſexta julii in Fulginii urbe Angelum Hieronymi clericum ſecularem dicti monaſterii Aquæ-paganæ, qui obtinuerat in ejus eccleſia canonicatum ab Arnaldo cardinale ſanctæ Mariæ in Porticu, & in valle Spoletana, in Marchia & in aliis provinciis legato apoſtolico, cognoſcentem ſe minus recte beneficium poſſidere, ipſum renuntiaſſe in manus Hermanni abbatis Valle-caſtrenſis, quem dumtaxat confeſſus fuit legitimam juriſdictionem habere in dictum Aquæ-paganæ monaſterium.

XXVII. Monaſt. S Savini de Piſis ſubtractum congregationi Camald.

Gravissima alia a multo tempore vigebat concertatio inter priores eremi Camaldulenſis & inter abbates & conventum ſancti Savini in Montione extra Piſas quoad ſubjectionem ejuſdem monaſterii eremo Camaldulenſi ad inſtar ceterorum cœnobiorum. Cauſam ſuam tuebantur Sanſavinates, eo quod in electione Urbani abbatis anno 1259. Romanus pontifex Alexander IV. monaſterium declaraverat apoſtolicæ ſedi obnoxium; quamcumque propterea inferiorem ſubjectionem detrectabant, licet idem ſupremus eccleſiæ antiſtes ſequenti anno 1260. conceptis verbis aſſeruiſſet, ſe per hujuſmodi declarationem vel confirmationem nihil inde voluiſſe detrahere juriſdictioni prioris generalis Camaldulenſis. Poſt multa judicia & acta res delata fuerat de mandato Romani pontificis Johannis XXII. ad Guillielmum S. R. E. cardinalem tituli ſancti Ciriaci, qui utriuſque partis procuratores convocans, iſtrumenta, privilegia, paginas omnes ad examen revocavit, ac Romano pontifici retulit. Contra priorem Camaldulenſem pronuntiatum fuit, nam Johannes XXII. hoc *anno pontificatus* ſui *undecimo quinto kalendas* vel *idus januarii* ex Avenione bulla edita declaravit monaſterium ſancti Savini, abbatem, priorem, monachos & conventum loci perpetuis temporibus debere eſſe libera ab omni juriſdictione, poteſtate & dominio cujuſvis perſonæ Romano pontifice inferioris, exemitque monachos ab omni ſubjectione prioris Camaldulenſis, ac ſuppoſuit immediate Romano pontifici & eccleſiæ Romanæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus. Confirmata fuit Johannis conſtitutio ab Innocentio VI. Romano pontifice *ſexto* ſui *pontificatus anno*, nimirum anno 1358. Decrevit tamen Johannes, ut prior Camaldulenſis auctoritate apoſtolica dumtaxat poſſet aſſociatus cum quatuor monachis & notario per ſe vel per Majorem eremi dictum monaſterium ſemel tantum ſingulis annis viſitare, non tamen abbatem, priorem aut monachos corrigere vel punire; & ſi aliqua correctione vel reformatione digna inveniret, voluit, ut ſuper ea re inſtaret prior abbati, qui infra certum tempus corrigeret abuſus. Quod ſi abbas deſes foret, ſtatuit, ut idem prior Camaldulenſis ea, quæ correctione & reformatione indigerent, per literas inſinuaret Romano pontifici. De notoriis autem criminibus auctoritate apoſtolica inquiſitio-

ſitionem faceret, ac ſedi apoſtolicæ inquiſita deſerret. Procurationes quoque ratione viſitationum a monaſterio præſato exigeret. Epiſtola ſeu conſtitutio Johannis papæ reperitur in ipſius regeſto parte ſecunda ſub numero 1241. & etiam in tabulario Fontis-boni [a]. Progreſſu temporis San-ſavinates ad congregationem Camaldulenſem rediere, ut videbimus ſeculo ſequenti.

ANN. CHR. 1326.

a §. Brevia 2. A. 4. 80.

XXVIII. Johannis papæ XXII. electiones Camaldulenſes.

Ex eodem Romani pontificis Johannis XXII. regeſto hæc nobis innoteſcunt ad Camaldulenſes ſpectantia. In locum Andreæ abbatis ſancti Michaelis in Burgo Piſarum elegit ipſe in abbatem Johannem Deotajuti ex epiſtola 140. anni decimi. In necrologio Vangaticienſi ad VIII. idus ſeptembris ponitur obitus Andreæ venerabilis abbatis ſancti Michaelis Piſarum, Alter Andreas aſſumptus eſt ad abbatiam ſancti Gregorii de Urbe ex epiſtola 1783. & prima novembris die anni præſentis, pontificatus ejuſdem anno XI. ex epiſtola 270. rectorem providit eccleſiæ ſancti Jacobi io Orreis de Urbe ad monaſterium ſancti Gregorii ſpectantis. Vacanze per obitum Johannis abbatis monaſterio ſancti Johannis de Burgo-ſancti-Sepulcri, octavo kalendas octobris anni pontificatus XI. Angelum abbatem creavit ex epiſtola 312. Eadem die ex epiſtola 311. Johannem conſtituit abbatem ſancti Petri de Puteolis, quod monaſterium viduatum erar morte Lapi; ipſa die per obitum Rainerii prioris ex epiſtola 317. Urbanum creavit priorem eremi de Vivo; Baſilium quoque ex epiſtola 316. abbatem ſtatuit monaſterii ſancti Petri de Rntis vacantis per reſignationem Angeli de Arretio,

Quoad Andream aſſumptum in abbatem ſancti Gregorii de Urbe, is erat antea prior generalis monachorum congregationis ſancti Silveſtri, qui meritis clariſſimus a Romano pontifice translatus eſt ad reformandum monaſterium illud, in quo etiam naturæ debitum ſolvit anno ſequenti.

In locum Friderici de Fajola abbatis Trivienſis defuncti conſtituerunt ſibi monachi ejus loci in abbatem hoc ipſo anno Benedictum.

ANN. CHR. 1327.

XXIX. Mutatio habitus in monaſt. S. Savini.

MONACHI ſancti Savini de Piſis, qui anno præterito a Johanne XXII. declarati fuerant exempti a juriſdictione prioris generalis & congregationis Camaldulenſis, petierunt hoc anno ab eodem Romano pontifice etiam mutationem veſtium albarum, ne occaſione nimirum ſimilium indumentorum obnoxii diſciplinæ Camaldulenſis crederentur, & denuo ſuſcitaretur lis de ipſorum ſubjectione priori Camaldulenſi. Annuit eorum petitionibus Johannes, decernens, ut impoſterum uterentur habitu coloris griſei, ſi in capitulo generali de communi eorum beneplacito id ſtatueretur, mandans, ut is color in perpetuum adhiberetur ab eorum ſucceſſoribus. Epiſtola eſt numero 1984. regeſti ejuſdem pontificis anno undecimo.

XXX. Aliquot prælatorum electiones.

EODEM anno pridie nonas februarii pontificatus ſui undecimo creavit Benedictum de Toſſia in abbatem ſancti Gregorii de Urbe per mortem Andreæ ex epiſtola 892. & quinto-decimo kalendas martii benedictionis munere munium dimiſit ex epiſtola 793. Baſilium pariter abbatem ſancti Petri de Rotis tranſtulit ad monaſterium Inſulanum ex epiſtola 2228. & quarto nonas decembris Bonaventuram conſtituit abbatem ſancti Frigdiani de Piſis ob defunctum Antonium abbatem ex epiſtola 432. partis primæ.

Homines caſtri Mazzani fidelitatem jurarunt ſupradicto Benedicto abbati ſancti Gregorii de Urbe. Actum in eccleſia ſancti Nicolai ejuſdem caſtri *anno* M. CCC. XXVII. *indictione nona* (legendum *decima*) *menſis madii die vigeſimo-quinto pontificatus domini Johannis pape* XXII.

Amatus

ANN. CHR. 1327.

Amatus abbas ſancti Benedicti in Alpibus vacantem eccleſiam ſanctæ Mariæ in Flumicello diœceſis Foro-popilienſis monaſterio ſuo ſubjectam Benedicto monacho ſui cœnobii contulit.

Liti dirimendæ de quibuſdam terris & domibus inter Petrum abbatem ſancti Thomæ de Torcello, & inter Magdalenam de Cuppo abbatiſſam ſanctæ Margaritæ de Torcello deputati ſuere hoc anno [a] *i dictione* x. *vigeſimo-quinto intrante januario* a Guillielmo abbate Ciſtercii & a capitulo generali Nordiglus abbas Sanæ-vallis de Fullina, & Daniel abbas ſanctæ Trinitatis de Brundulo Clodienſis diœceſis. Qui judices, præſentibus Angelo monacho ſancti Michaelis de Muriano, & Galvano priore monaſterii ſancti Benedicti ſententiam tulere.

[a] *Numm.* 399. 329.

XXXI. Miracula beati Angeli Gualdenſis.

POST obitum beati Angeli Gualdenſis, quem retulimus ad annum 1325. alia prodigia ipſius interceſſione Deus patravit, ob quæ venerationem majorem apud omnes ſibi conciliavit. Hæc narrantur a ſcriptore ſecundæ ejus vitæ. *Paulopoſt*, inquit, *tunc temporis contigit, ut quædam domina de comitatu Caſtelli multis diebus anxie laboraret a partu, de hujus liberatione per ſibi aſſiſtentibus deſperabatur, & credebatur fœtus periclitatus huic mulieri præ nimiis preſſuris & doloribus ſuffocatus, & inter alia peſſima ſigna fœtorem intolerabilem cunctis illa manabat ab ore. Eo tunc die venit ad portam domus mulieris hujus pauper quidam alta voce petens amore Dei eleemoſynam ſibi dari, quem ancilla licentians per dolorem, cauſam tribulationis aperivit, cui pauper dixit: Cito dicas domino suo, dominæque, quod quidem ſanctus Angelus de Gualdo migravit ad Dominum, cui ſi ſe devote recommendaverit, ſalutis gratiam a Domino obtinebit; cumque dicta ancilla domum aſcenderet, & quæ audierat, cunctis domeſticis nuntiaret, omnes cum domina illa prægnanse huic ſervo Dei beata Angelo ſe pro tantæ neceſſitatis caſu devotiſſime recommendarunt, factoque voto illa domina a mortis periculo liberata eſt, ac peperit filium incolumem, quem pro adimplendo voto, eadem mater cum viro ſuo publice detulit ad hujus viri ſancti ſepulcrum cum oblationibus, Deo & Sancto ſuo gratias agens debitas perſolvens, miraculum hoc eis factum cunctis manifeſtavit.*

Quodam alio tempore contigit, quod quidam Stagius Noce habitator loci ſancti Severini Marchiæ Anconitanæ carceratus fuit in caſtro Fabriani pro ſui capitis pretio; vovit ſe huic beato Angelo devote, ut potuit, ſequenti nocte beatus hic Angelus apparuit eidem dormienti dicens: Surge & vade & libereris. Evigilans ille pervenit ad carceris oſtium, tangenſque ſerram oſtii, abſque violensia extraxit vectem ferreum, quo firmatum erat oſtium illud, & aperuit, & inde exiens pervenit ad murum præfati caſtri, & ſaltavit inde ad foſſasa profunda cum compedibus ferreis liber, cum quibus inde illæſus egrediens per tria milliaria & ultra pervenit ad domum quorumdam ſuorum amicorum, qui compedes prædictos ſibi amoverunt, & eiſdem patefecit hoc miraculum, & qualiter beatus Angelus ipſum aſſociaverat uſque ad ingreſſum domus illorum, ac poſtmodum ad perſolvendum votum ſuum homo iſte ſepulchrum hujus Sancti perſonaliter viſitavit, Deo & huic Sancto de tanto miraculo ſibi facto agens gratiarum debitas actiones, detuliſque ſecum, & ibi dimiſit eoſdem compedes ferreos, qui in loco patenti prope ſepulcrum Sancti hujus ſuſpenſi fuerunt pro memoria hujus miraculi, & liberationis a carceribus hominis prælibati. Cetera beati Angeli Gualdenſis miracula proſequemur ſeculo ſequenti, quo contigere.

CUM

Cum monaſterium ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia plures terras obtineret parum utiles, Bonaventura prior generalis commiſit Jacobo priori monaſterii Cellæ ſancti Maglorii Faventiæ & Gherardo priori eccleſiæ ſancti Mauri de Solarolo Imolenſis diœceſis, ut, inſpecta majori utilitate, auctoritate ſua poteſtatem facerent Andreæ de Ulignano abbati dicti monaſterii permutandi eas cum terris utilioribus. Datum Florentiæ ex monaſterio ſancti Salvatoris Camalduli, præſentibus Johanne abbate ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, Bonaventura abbate ſancti Frigdiani, & Jacobo abbate de Cintorio. Permutatæ autem fuere eæ terræ cum aliis utilioribus habitis a nobili & potenti viro Petro nato quondam comitis Alberici de Cunio ſitis prope Solarolum, & in pertinentiis Caſtri-novi.

Ann. Chr. 1328.

XXXII. Paginæ Faventinæ & Trivienſes.

Sraruti fuere confines inter abbatias Trivienſem & Vergaretanam Benedicto abbate Trivienſe cum hominibus ſuis ex una parte, & vicario Vergareti cum aliis hominibus ſuæ curiæ diviſioni incumbentibus. Benedictus abbas Trivienſis electus adhuc dicitur in inſtrumento hujus anni ad diem decimam-octavam decembris, quia nondum confirmationem Romani pontificis obtinuerat. „ Adveniente Bonaventura generali Volaterras hoc an„ no excepit abdicationem, quam abbatiæ ſanctorum Juſti & Clementis „ ejus urbis fecit Bartholus abbas, ut quietem amplexari valeret. Cui „ propterea ſubrogatus fuit Fatius Ravennas, qui tempore adminiſtratio„ nis ſuæ emit terras in Liſcheto a Dino Nicolai de vico ſancti Stepha„ ni. Ornavit pariter abbas iſte templum picturis, quibus acceſſit altare „ beatæ Mariæ virginis penicillo Jothi illuſtre. Navavit etiam operam „ decreto duodecim dominorum defenſorum, & conſilii generalis civitatis „ Volaterranæ, ut bona ſtabilia baſilicæ ſanctorum Confeſſorum eum omni „ ſuppellectili ſacra in libro ſingulari conſcriberentur, qui ab operariis „ ſancti Juſti cuſtodiretur, quorum ramen adminiſtratio ad abbatem per„ tineret, adeout operarii ipſi ſine conſenſu abbatis nil facere aut diſpo„ nere ullo unquam tempore poſſent. “ Hæc leguntur apud Fortunium [a].

[a] *P. II. lib. II. cap. 8.*

XXXIII. Monaſter. de Palma extra Faventiam datum Camaldulenſibus.

Ad eumdem annum referr idem Fortunius [b] aggregationem hoſpitalis ſeu monaſterii de Palma prope Faventiam congregationi Camaldulenſi his verbis: „ Anno Domini 1328. frater Johannes Dominici Foro-livien„ ſis, & frater Jacobus patroni xenodochii ſanctæ Mariæ de Palma juxta „ Faventiam poſiti, meritorum ordinis participes fieri volentes, illud „ cum omni jure ac proprietate ſacræ eremo, ipſique Bonaventuræ gene„ rali, necnon Guidoni Butenſi pro eis recipienti dilargiti ſunt vigeſima„ ſecunda februarii. Cui porro donationi Ugolinus epiſcopus Faventinus „ & gratioſo diplomate aſtipulatus eſt, & locum a juriſdictione epiſco„ pali immunem fecit. Bonaventura vero generalis ejus poſſeſſionem eo„ dem die accepit, ipſumque Guidonem eidem præfecit. “ Sed altius repetenda eſt ædificatio hujus hoſpitalis. Anno 1318. ſub die octava auguſti Richa filia quondam ſer Bencevenne ad honorem Dei & Mariæ virginis ac pietatis intuitu inter vivos donavit fratri Johanni quondam Dominici Aſſalti de Foro-livio in ſubſidium pauperum aliquot terras in loco Bramaſaſolo cum ea conditione, ut ibidem ædificaretur hoſpitale in honorem beatæ Mariæ de la Palma, quod ſubjectum foret ordini ſeu conventui fratrum Pœnitentiæ; manu Alberti quondam Bonaventuræ de Cento notarii. Præſenti vero anno die vigeſima-octava februarii idem Johannes Dominici & Jacobus quondam Johannis de Medicina communis Bononiæ commorantes ut priores & legitimi gubernatores in eodem hoſpitali ædificato prope eccleſiam ſancti Georgii juxta Faventiam, donaverunt

[b] *P. I. lib. II. cap. 58.*

Gui-

ANN. CHR. 1328.

Guidoni de Buiti quondam Guidonis monacho Camaldulenſi monaſterii ſancti Hippolyti de Faventia recipienti vice totius ordinis Camaldulenſis omnia jura & actiones, quas habebant in dicto hoſpitali, cum terris contiguis, & cum domibus, & dictus Guido ſpopondit ſe ædificaturum altare, ubi divina officia celebrarentur, ac monachi ibidem reſiderent juxta regulam ſancti Benedicti, reſervante ſibi tamen Johanne habitationem & veſtitum in dicto hoſpitali & annuo cenſu; manu Jacobi Roncolini notarii. Ipſo anno die decima-nona ſeptembris Bonaventura prior generalis donatum dictum locum excepit ad ordinem Camaldulenſem, ſtatuens, ut de cetero monaſterium evaderet, & prior ac monachi ibidem ſtationem haberent, inſtituendi & reformandi per priorem Camaldulenſem; manu Juſti quondam Bartholomæi Manoelli de Piſtorio notarii. Die vigeſimaſeptima ſeptembris de conſenſu capituli eremitarum promovit ad beneplacitum ſuum in priorem eumdem Guidonem monachum, committens Andreæ abbati ſancti Hippolyti de Faventia, ut Guidonem in poſſeſſionem immitteret, ac ab eo reciperet obedientiæ promiſſionem. Demum die prima octobris Ugolinus epiſcopus Faventinus ſupradictum hoſpitale ſitum in burgo Durbechi extra Faventiam, & Guidonem priorem, ac monachos ibidem commorantes exemit in perpetuum ab omni juriſdictione diœceſani, reſervato ſi.i & ſucceſſoribus ſuis annuo cenſu duarum librarum ceræ novæ in die ſancti Petri; manu Juliani Mainitti medici notarii Faventini. Hæc excerpſimus ex paginis tabularii Fontis-boni [a]. De Ugolino nulla monumenta producit Ughellius, præter nudum nomen.

a §. *Donatio* 5. *A.* 4. 74.

Ad eadem tempora refert hiſtoricus noſter acceſſionem eremo Camaldulenſi domus hoſpitalis fluvii Muneonis ad ripas montis Feſularum, & monaſterii de Scandolone, & ædificata etiam ſcribit tria cœnobia ſancti Johannis-baptiſtæ Faventiæ, ſancti Johannis-baptiſtæ ſimiliter Bagnacavalli, & demum ſancti Johannis-baptiſtæ de Judaica, quæ constructa aſſerit a priore ſancti Mathiæ de Muriano. De his nos agemus ſuis annis.

XXXIV. Viſitatio monaſt. S. Georgii de Apibus.

JUSSU Romani pontificis Johannis XXII. hoc anno ad diem vigeſimam januarii viſitatæ fuere moniales noſtræ ſancti Georgii de Apibus in diœceſi Senenſi a Bernardo Coira ſive Bertrando Coriti archidiacono Varnenſe, & a fratre Guillielmo procuratore generali ordinis Prædicatorum, qui inter cetera ſanctimonialibus præceperunt, ut qualibet hebdomada confeſſionem peccatorum facerent, qualibet dominica prima menſis ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum accederent, & in virtute ſanctæ obedientiæ ipſis mandarunt, ut monaſticas veſtes ad terram protenſas deferrent, non palmo, ut conſueverant, diſtantes, ad crates pergerent cum ſocia, quæ teſtis foret earum ſermonum, non colloquerentur cum ſecularibus præter patrem & matrem, & abbatiſſa invigilaret ſupra clauſtra juxta decreta Bonifacii papæ VIII. & qualibet hebdomada rationem redderet ſtatus monaſterii ſuis monialibus. Ex tabulario monaſterii Roſæ Senarum [b]. Thomaſia abbatiſſa ejus parthenonis legitur ad annum 1305. Victoria ad annum 1316. Jacoba Paganelli ad annum 1335.

b *Num.* 47.

XXXV. Interfectio prioris de Vantio Paduæ.

CONTIGIT eodem anno Patavii infelix ſupplicium illatum ab Ubertino Carrarienſi Hugolino priori ſanctæ Mariæ de Vantio ejuſdem urbis, quod his verbis exponit Albertinus Muſſatus libro de Geſtis Italicorum: „ Nec prioris ſanctæ Mariæ de Vantio deteſtabile ac flagitioſum memo„ ratuque terribile homicidium prætereundum ſilentio eſt, qui cum U„ bertino & Tartaro ad prandium invitatus ſit, cum quatuor ex eorum „ ſicariis ſociatus ad cœnobium remiſſus eſt, in veſtibuloque loci ejus „ mox trucidatus, & ſemivivus indutus ſepulcro jactus & reconditus, &

„ ſcri-

„ ſetiniis capſiſque ejus apertis quidquid cum pecuniis inventum fuit , „ Dominis exportatum . “

Ann. Chr. 1328.

XXXVI. Capitulum generale congregationis in urbe Bononia.

Celebratum fuit præſenti anno in feſto aſcenſionis Dominicæ generale capitulum ordinis in monaſterio ſancti Damiani de Booonia a Bonaventura priore genetali , qui in ipſo una cum Africano abbate Uranenſi , Fatio abbate Volaterrano , Jacobo abbate ſancti Stephani de Cintorio , Benedicto priore ſancti Mathiæ de Muriano , & Johanne Volaterrano ac Jacobo Placentino Camaldulenſibus eremitis edidit quintum librum Conſtitutionum Camaldulenſium de Moribus , annectendum tribus libris Martini III. & quarto Gerardi anteceſſotum ſnorum, necnon conſtitutionibus Octaviani cardinalis, nonnullas veteres corrigens , aliquas vero oovas & *extravagantes* appellatas, quia intra libros ſuperiores non comprehenſas, includens. Præſcribitur in iis plena ſollemnitas de ſancto Romualdo; officium XII. lectionum de ſanctis Antonio , Hilarione & Paulo primo eremita , Vincentio , Blaſio martytibus , Dominico & Franciſco confeſſoribus, & octava aſcenſionis Dominicæ ſtatuitut peragenda ut octava reſurrectionis . Prohibentur calices ſtamnei vel alterius metalli , qui omnino mandantur confici de argento . Prælati in eccleſiis & oratoriis ſuorum monaſteriorum monachos pro capellanis vel pro tectoribus ſtatuentes, aſſignare debent ipſis ſocium, ne ſoli commorentur. Indicta clauſura monaſteriis monialium , quibus tantummodo quinquagenariis permittitur aliquando cum debita licentia ex honeſta cauſa exitus ad tempus e monaſteriis . Stramenta lectorum monialium decedentium uſibus deputantur, hoſpitum ſupervenientium . Taxatur numerus ſanctimonialium pro facultatibus monaſteriorum. Demum ſtatuitur, ut acerrime puniantur, qui anti-papæ vel Bavaro dederint conſilium, auxilium vel ſavorem , vel beneficia receperint ab eis . Ludovicus ſcilicet indigitatur Bavarus , qui ſe imperatorem curonari ſecerat hoc anno, & ante paucos dies extrema temeritate depoſuerat Johannem XXII. legitimum Romanum pontificem , ac contra ipſum in anti-papam creaverat Petrum de Corbaria Aprutinum ordinis Minorum. Hic ad cathedram ſancti Petri ab imperatore ſchiſmatico propoſitus fuerat die duodecima menſis maji , & die vigeſima-ſecunda conſecratus ſuit. Feſtum porro Aſcenſionis Dominicæ hoc anno occurrit die decima tertia maji. Quare vix pervenerant Faventiam recentiſſimi nuntii hujus electionis diebus immediate ſequentibus Aſcenſionem Dominicam, quibus conditæ fuere ſupradictæ conſtitutiones , cum Bonaventura utrumque & anti-papam, & imperatorem io capitulo generali damnandos una cum porrigentibus auxilium & favorem ipſis decrevit . Triginta-ſex conſtitutionibus completur Bonaveoturæ de Moribus liber quintus .

XXXVII. Guido abb. Vangaticienſis fit epiſc. Polenſis.

Guido abbas Vangaticienſis electus ſuit epiſcopus Polenſis præſenti *anno , pontificatus Johannis papæ* XXII. *anno* XIII. *tertio nonas decembris* , ut compertum fit ex regeſto ejuſdem Romani pontificis ſub hoc anno parte ſecunda , epiſtola 1380. Ughellius Guidonis electionem ſtatuit ad annum ſequentem. Ex libro *Obligationum* Guido ſolitum ſubſidium ſacro pollicitus eſt collegio die duodecima menſis martii anni ſequentis . Ipſo anno pariter & ad diem quintam-decimam julii indulgentias cum aliis epiſcopis dilargitus ſuit eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ de Bononia. Translatus eſt ad eccleſiam Concordienſem anno 1331. Epiſcopus Polenſis factus perſeveravit in adminiſtratione abbatiæ Vangaticienſis , quo titulo decoratur in pagina ejuſdem monaſterii ad annum 1331.

Eodem *anno pontificatus* ſui *duodecimo* , *ſeptimo idus julii* epiſtola 2549. partis III. elegit Johannes XXII. per obitum Franciſci Silveſtrum Bar-

ANN. CHR. 1328.

tholomæi in abbatem ſancti Zennnis Piſarum. Similiter epiſtola 2682. ejuſdem III. partis Donatum Ducem de Monte-ſancti-Sabini conſtituit priorem monaſterii ſanctæ Muſtiolæ ad Arcum Senarum, eremo Vivenſi ſubjecti, *quinto idus auguſti pontificatus* ſui *anno* XIII.

Leonardum Camaldulenſem monachum camerarium oppidi ſancti Miniatis ſolventem nomine dicti communis Raymundo Roſſo de Cathanya theſaurario & familiari illuſtris domini domini Karoli ducis Calabriæ, prodit ſyngrapha apud Lamium in Deliciis Eruditorum [a].

a *Anno* 1741. *pag.* 129.

Ognibeni abbatis monaſterii Sacrarienſis inſulæ Sardiniæ mentio fit ad hunc annum in tabulario ſancti Pariſii de Tarviſio [b].

b *Capſ.* 10. *n.* 7.

XXXVIII. Monaſt. Aquæpaganæ adjunctum Vallecaſtrenſi.

SOPITÆ demum fuere præſenti anno contentiones omnes hucuſque agitatæ inter epiſcopos Spoletanos, & ioter abbates Valle-caſtrenſes quoad monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana. Johannes ſiquidem ſancti Theodori diaeonus cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus annuens petitionibus Hermanni Valle-caſtrenſis abbatis, qui in ſupplici libello expoſuerat monaſterium ſuum propter bella regioois diſſenſioneſque litium multam ſubiiſſe reddituum & fructuum diminntionem, ita ut eommode in eo oequirent monachi ſubſtentari, neque conſoeta ſervari hoſpitalitas, indulſit, ut Valle-caſtrenſi cœnobio adijceretur monaſteriom Aquæ-paganæ, & inſuper adjungeretur eeclefia ſancti Stephani de Arcellis Eugubinæ diœceſis, quandoquidem tam ea eeeleſia, quam præſatum Aquæ-paganæ monaſterium erant immediate ſubjecta cœnobio Vallis-caſtri & per monachos Valle-caſtrenſes ad beneplacitum abbatis gubernabantur, ut loquitur Johannes legatus in ſuo privilegio dato Reate *quinto-decimo kalendas julii*, *pontificatus ſanctiſſimi domini domini Johannis pape* XXII. *anno* XII. quem eardinalem de his certiorem reddiderat Petrus epiſcopus Marſicanus cancellarius ſuus.

ANN. CHR. 1329. XXXIX. Permutatio terrarum inter comites de Cunio & monaſt. S. Hippolyti de Faventia.

SECUTA fuit præſenti anno permutatio plurium terrarum prope Zagonariam inter Andream de Ulignano abbatem ſancti Hippolyti de Faventia nomine ſui monaſterii, & inter Petrum filium Alberiei comitis de Cunio, confirmata a Bonaventura priore generali Camaldulenſi. Agit de hac permutatione etiam Hieronymus Bonolus O. M. in hiſtoria oppidi Lughi, ſed pluribus erroribus narrat „ caſtrum Zagonariam ab archie„ piſcopis Ravennatibus & præſertim a Gualterio archiepiſcopo anno „ 1138. donatum fuiſſe Azoni abbati ſancti Apollinaris de Claſſe, tem„ poris vero progreſſu Faventinos dominium ejus caſtri abſtuliſſe per vim „ a Camaldulenſibus uſque ad tempora Frideriei II. imperatoris, qui „ Faventinos ad nihilum redegit, quare timeote Accurſio abbate gene„ rali Camaldulenſium, qui ad ſancti Hippolyti morabatur, ne Faventi„ ni iterum ſuis monachis poſſeſſionem caſtri eriperent, conſilium eepiſſe „ ipſum vendendi vel permutandi cum eomitibus Cunii. “ Sed jam vidimus Zagonariæ caſtrum hominesque ipſius fuiſſe ſubjectos monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia, longe antequam Gualterius monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe traderet Camaldulenſibus & Aznni, qui non abbas ejus monaſterii, ſed prior generalis erat Camaldulenſium eo anno. Rurſus tempore ſupradictæ permutationis non Accurſius prioratum generalem Camaldulenſium obrinebat, ſed Bonaventura, qui generales non in monaſterio ſancti Hippolyti, ſed in eremo Camaldulenſi ſere ſemper eommorabantur, niſi aliis negotiis diſtenti ad alia ſe conſerrent ad tempus monaſteria. An vero alia in Zagonariæ eaſtro & pertinentiis permutatio contigerit anno 1311. ſub Accurſio priore generali,

rali, non inficiamur, præſertim cum ipſe Bonolus ex tabulario publico Lughi extraxiſſe ſe aſſerat inſtrumentum permutationis confectum eo anno ſub die prima julii in monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia manu Saſſini notarii. In ſuperiori permutatione exceperunt tamen Camaldulenſes eccleſiam ſancti Andreæ parœcialem, eccleſiaſque ſubjectas, quas ſuo juri reſervaverunt. Permutationis paginam edimus ex tabulario ejuſdem monaſterii. ANN. CHR. 1329.

REFERENDA eſt ad hunc annum origo monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ de Faventia, de qua hæc Fortunius [a]. „ Anno a partu Virginis „ milleſimo treceteſimo vigeſimo-nono applicuit ad ſancti Mathiæ Mu- „ riani venerabilis Simon de Planellis eremita Faventinus, qui degebat „ in urbe Faventiæ in loco, qui dicebatur cella ſancti Eutaclerii ſeu Dio- „ teclerii de Tridontio in capella ſancti Clementis, ut locum ſacrum vi- „ deret, ſimul fratrum vitam & mores exploraret. Qui quidem captus „ decore ipſius domus & eremiticæ obſervantiæ dulcedine, obtulit ſeſe „ ibi ſponte Deo, atque ſanctiſſimis patribus Benedicto & Romualdo, „ necnon Benedicto priori ejuſque fratribus, & pariter ipſam ſuam cel- „ lam, ut in jus ac proprietatem ordinis Camaldulenſis in perpetuum ce- „ deret; ea ſcilicet lege atque conditione, ut inibi inſtitueretur orato- „ rium cum cœnobio ad honorem altiſſimi Dei, beatiſſimæ Mariæ ſem- „ per virginis, ſancti Johannis-baptiſtæ & omnium Sanctorum, quod cœ- „ nobium incoleretur a monachis, qui ſervarent ſcita Camaldulenſis or- „ dinis, & regulam ſancti patris noſtri Benedicti, ſubjectique eſſent prio- „ ri ſancti Mathiæ. Actum in ipſa eremo ſancti Mathiæ, manu Roma- „ ni Manuelis notarii, die tertia junii. „ Agit de Simone [b] ſacerdos Romualdus Magnanus in vitis Sanctorum & Beatorum Faventinorum, ipſumqoe ex nobili egregiaque familia Planellia Faventiæ ortum aſſerit, & anoo 1320. ſeculo relicto ſeceſſiſſe in domum proximam cuidam oratotio appellato ſancti Eutaclerii, in parœcia ſaocti Clementis, eo quidem in loco, ubi modo conſurgit eccleſia ſancti Johanois-baptiſtæ, & poſt aliquot anoos exactos in hoc receſſu Venetias conceſſiſſe hoc præſenti anno ad monaſterium ſancti Mathiæ de Muriano, ubi erat prior Benedictus, a quo poſt cellæ ſuæ factam donationem ſuppliciter expetiit veſte monaſtica donari in nova monachorom colonia Faventiam deducenda. De hac anno ſeqoenti, quo contigit. Putamus pro cella ſancti Eutaclerii vel Dioteclerii de Tridontio legendum fratris Eutaclerii, vel ut autographa pagina anni ſequentis prodit, fratris Deuticherii, qui ad inſtar fratris Laurentii ordinis Camaldulenſis & fratris Viviani ordinis Minorum cellam ſeu oratorium ibidem condidiſſet ad ſancte beateque vivendum eum aliquot ſociis. Vidimus etiam ad anoum 1280. ex Sartio plures hujuſmodi cellas extitiſſe Faventiæ, inter quas memorabilior cella fratris Montis-clarii. Anne diſcipulus Montis-clarii erat Deuticherius, & Deuticherii Simon Planellius?

XL. Origo monaſterii S.Johan. baptiſtæ de Faventia.

a P. II. lib. III. cap. 7.

b T. I. pag. 204.

SIMON rector eccleſiæ ſancti Silveſtri de Puppio ipſam eccleſiam donaverat eremo Camaldulenſi, juſpatronatus in ipſam eremum transferentibus comite Simone quondam Guidonis comitis de Battifolle & parœcianis ipſius; quare Bonaventura prior generalis hoc anno die decima-nona martii petiit conſilium ab iiſdem eremitis pro conferenda hojuſmodi eccleſia. Extant acta collationis ipſius etiam ad annos 1339. 1343. & 1346.

XLI. Hiſtoria aliquot eccleſiarum Camaldulenſium.

Hoc eodem anno Johannes abbas ſanctæ Mariæ de Agnano contulit parœciam ſancti Gaudeotii, alteram parœciam ſancti Martini a Barbatiano,

Ann. Chr. 1329.

tiano, & aliam eccleſiam ſanctorum Quirici & Julittæ de Battifolle, alias dictam de Viccione rectoribus, qui ipſis inſervirent.

Robertus Tarlati de Petra-mala civis Arretinus juxta Johannem Villanium obſidione cinxit & depopulatus eſt hoc anno Burgum-ſancti-Sepulcri. Guido autem de Petra-mala epiſcopus Arretinus munitiones in eo oppido poſuit, teſte Volaterrano libro V.

XLII. Conſecratio eccleſiæ S. Chriſtinæ de Bononia.

Hugolinus epiſcopus Cremonenſis habita licentia ab Arnaldo epiſcopo Bononienſi, qui ſupplicationi Guidonis Regini epiſcopi eam facultatem fecerat, altare conſtructum in eccleſia ſanctæ Chriſtinæ de Bononia conſecravit ſub vocabulo ſanctæ Catharinæ virginis in latere ſiniſtræ partis dictæ eccleſiæ. Data eſt facultas Arnaldi Bononienſis epiſcopi in caſtro Unzolæ ſuæ diœceſis *die* XV. *julii indictione* XII. Conſecratio autem peracta fuit die ſequenti, conferentibus indulgentiam, præter epiſcopum Cremonenſem, Guidone Regino, Guidone Mutinenſe, Superantio Adrienſe, & Guidone Poleoſi epiſcopis, quam conſecrationis paginam edimus ex tabulario parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia. Hoc ipſo anno Arnaldus ſive Arnoldus Sabaterius honore epiſcopatus Bononienſis ſpoliatus fuit a Bernardo de Podietto cardinale & legato, eo quod de ſimonia convictus fuiſſet, & translatus ad eccleſiam Regienſem in Gallia. Etiam Superantius ex Adrienſi ad Cervienſem ſedem ipſo anno tranſivit. Guidonem Regienſem Ughellius patriæ epiſcopum factum anno dumtaxat 1330. exiſtimat, qui proinde ex pagina noſtra epiſcopatum regebat etiam præſenti anno.

Blaſius de Nerula Viterbienſis canonicos & vicedominus Portuenſis, vice Petri epiſcopi cardinalis Portuenſis & ſanctæ Rufinæ, locavit ſtagnum majus, cujus medietas ad epiſcopatum Portuenſem, altera medietas pertinebat ad monaſterium ſancti Gregorii in Clivo-ſcauri. Inter teſtes nominatur Amicus canonicus eccleſiæ ſancti Chryſogoni.

XLIII. Delegationes pontificiæ factæ abbatibus Camald.

Johannes XXII. commiſit hoc *anno pontificatus* ſui XIV. ex Avenione *die decima-quarta ſeptembris* archiepiſcopo Januenſi, Silveſtro abbati monaſterii ſancti Zenonis de Piſis & Carbono de Monte-lupone ſcholaſtico Hiſpalenſi capellano ſuo, ut Petro Signoretti clerico Piſano conferrent canonicatum & præbendam diaconalem eccleſiæ Piſanæ vacantem ob depoſitionem a canonicatu Ottoboni de Camezana, qui tam canonicatum, quam præbendam reſignaverat in manibus Petri de Corvaria hereſiarchæ & ſchiſmatici, & mentis nequitia ductus tam anti-papæ, quam Ludovico de Bavaria hoſti Dei & eccleſiæ manifeſto adhæſerat. Delegationis paginam communicavit olim Grandio canonicus Abrahamius.

In epiſtola ejuſdem Romani pontificis parte IV. numero 3296. mentio fit litis inter priorem beatæ Mariæ Vallis-mergi Camerinenſis diœceſis, & inter monaſterium Fontis-avelianæ ſuper *balivo* ſeu domo Montis-ficci Callienſis diœceſis ad *diem* XV. *kalendas aprilis anno pontificatus* ſui XIII.

Guidoni demum abbati Claſſenſi *ſeptimo kalendas octobris anno pontificatus* ſui *decimo-quarto* demandavit epiſtola 152. partis primæ proviſionem monaſterii ſanctorum Germani & Decentii de Piſauro, quod erat ipſi Claſſenſi cœnobio ſubjectum.

Ann. Chr. 1330. XLIV. Ædificatio monaſterii Faventini S. Johannis.

Benedictus prior ſancti Mathiæ de Muriano, attenta donatione facta cellæ fratris Deuticherii de Faventia anno præterito a diſcreto viro fratre Simone de Planellis, convocato capitulo monachorum ſeu eremitarum ſuorum, elegit & præfecit in priorem primumque rectorem novi loci ædificandi ſub invocatione ſancti Johannis-baptiſtæ de Faventia

Ugonem

Ugonem presbyterum & monachum ſuum, dans eidem adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus ejus monaſterii; reſervata tamen ſibi facultate corrigendi, viſitandi, reformandi, inſtituendi & deſtituendi priores; manu Romualdi filii quondam Manuelis de Muriano, *anno* M. CCC. XXX. *indictione* XIII. *die* XXVII. *madii tempore Johannis papæ* XXII. præſentibus Bertramo monacho de Columba Ciſtercienſis ordinis, & Johanne Quirino filio quondam Roberti Quirino de Venetiis. In tabulario monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ de Faventia ſub eodem anno & indictione ad diem quintam februarii in charta largitionis bonorum Antonius de Dovadula effertur loci ſive cellæ eremitarum ſancti Johannis-baptiſtæ prior; immo jura manſionis ſancti Johannis de Faventia memorantur ad annum 1327. in ampliſſima donatione facta a Flabiana filia quondam domini Zanioli de Mixiolo, quæ omnia bona ſua contulerat monaſterio ſancti Mathiæ de Muriano, in quo petierat ad habitum converſionis recipi. Quare veriſimiliter monachi ſancti Mathiæ ante aliquot tempus deſignaverant monaſterium in eo loco urbis Faventinæ condere, quod habita occaſione donationis cellæ ſeu oratorii factæ per Simonem de Planellis a fundamentis erexere, & Ugoni electo priori ceſſit Antonius de Dovadula. Magnanus ſcribit Ugoni priori beneficum ſe præſtitiſſe Ugolinum epiſcopum Faventinum, additque venerabilem Simonem de Planellis loci donatorem monaſtico ſchemate indutum piam ibidem & virtutibus plenam duxiſſe vitam, demum ſancte obiiſſe circa annum 1340. De Simone præterea agunt Fortunius, Ractius noſtrique omnes, & Azzurinius in veteribus memoriis mſs. Faventinis.

XLV. Studia & artes introducta in monaſt. S. Mariæ Angelorum de Florentia.

EATENUS monaſterium ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia rectum fuerat a prioribus aliunde vocatis & deſtinatis a prioribus Camaldulenſibus. Præſenti anno, ſi non antea, regimen dimittente ultimo priore, primus prior electus eſt ex familia ejuſdem monaſterii. Male Fortunius id refert ad annum 1332. cum monumenta in tabulario ejus cœnobii extent hujus mutationis ſaltem ad præſentem annum. Sed ipſum [a] Fortunium audiamus: „ Anno 1332. inquit, Gerardo ultimo priore magiſtratum abdicante acceſſit ad ipſum monaſterium Bonaventura generalis, qui videns familiam Angelorum multiplicatam, adeout ex fratrum numero aliquis ad clavum prioratus poni poſſet, conventum habuit, & ut ipſi ſibi priorem eligerent, ſingulis facultatem fecit. Tunc cum fratres non minus voce quam ſuffragiis Philippum Nellium nobilem Florentinum ſibi priorem ſublegiſſent, generalis inſignia de more illi contulit, & dimiſſo conventu abſceſſit. Porro Philippus inito magiſtratu, convertens illico ſe ad ea, quæ decorem domus Dei divinique cultus ſplendorem reſpiciunt; ne libri ad chorum pertinentes impoſterum deeſſent, ſcriptores, pictores & miniatores in primis induxit, & pariter artifices, qui Phrygianas veſtes acu filiſque ſericis & aureis contexere fratres juniores docerent. Quo factum eſt, ut brevi tempore, exercente ſe familia victus gratia, ad imitationem ſanctorum patrum Ægypti, ut dum alii aliis ſtudiis incumbunt, Angelorum domus nobilibus artibus ſit referta; quum tamen ea, quæ ſpiritus ſunt, aſſiduis ſacris lectionibus ſtudiiſque & perpetua oratione æque ſemper vigerent. Idque non ſine loci ſplendore & utilitate, qui propterea ex elaboratis rebus venditis non parum in fabricis accepit in dies incrementi. “ Hæc Fortunius. Celeberrimi ſunt ſcriptores, pictores, miniatores, qui ex ea ſchola prodierunt præſenti & ſequenti ſeculo uſque ad Ambroſii monachi Camaldulenſis tempora, quorum aliquot ſuis annis elogia

[a] *P. II. lib. III. cap.* 13.

ANN. CHR. 1330.

elogia texemus. Libri chorales eo in pretio potiſſimum habiti fuere, ut Leo X. Romanus pontifex Florentiam veniens anno 1518. „ & monaſterium Angelorum introgreſſus libros chori inſignes cum cardinalibus „ cunctis avidiſſime videre voluerit, ſimul manibus ſcriptoris in conſpectu exhibitis ſingulari pietate benedixit; librorum vero eximio opere „ captus hæc intulerit verba: Reverendiſſimi, ſi iſta pulcherrima volumi„ na ſecundum ritum noſtræ Romanæ curiæ ſeſe haberent, aliqua pro „ choro ſancti Petri noſtri accipere liberet, ſingulis juliis pro ſingula no„ ta perſolutis; “ ut proſequitur idem Fortunius [a].

a *P. II. lib. V. cap.* 1.

Hæc vero ſunt monumenta, quæ de Philippo priore Angelorum ad hunc annum extant in tabulario ejus loci. „ Die quarta aprilis [b] Tho„ mas Cionis de Pilaſtris converſus monaſterii & procurator emit a ve„ nerabili fratre Franciſco epiſcopo Florentino & patre pauperum domum „ ad epiſcopatum ſpectantem, ſitam in via Caſajoli e regione monaſte„ rii, cujus fines erant terræ epiſcopatus, via, & mulieres recluſæ (par„ thenonis nimirum ſanctæ Margaritæ) quam domum Philippus prior „ conceſſit Chillæ de Caſa-nova, domum tradentibus Franciſco plebano „ plebis ſanctæ Reparatæ de Pimonte vicario, & Bene de Fulgineo came„ rario epiſcopi. “ Similiter „ die quinta novembris [c] anni ſequentis alia „ domus prope mulieres recluſas ſanctæ Margaritæ donata fuit a Cennino „ Tuccii eidem Philippo. “ Quare emendandus eſt Fortunius, qui non recte ſupputavit tempora Philippi prioris.

b *Num.* 170. 171. 172.

c *Num.* 279.

XLVI. Eccleſia Anconæ donata eremo Camald.

DONATUS Maffæi præſenti anno conceſſit Ægidio priori ſanctæ Luciæ de Ancona recipienti pro dicta eccleſia & pro eremo Camaldulenſi eccleſiam ſeu oratorium *ſacræ eremi* nuncupatum, conſtructum in civitate Anconæ in contrata Capitis-montis cum domo poſita ſecus dictum oratorium, & duabus *voltis* ſeu cameris ſubtus ipſam domum, quam eccleſiam in ſua proprietate ædificaverat, ac eo titulo donatam voluerat, reſervato ſibi jurepatronatus, & ea adjecta conditione, dummodo ipſa reciperetur a priore Camaldulenſi. Actum *anno* M. CCC. XXX. *die octava julii*. Eccleſiam hanc ſub diſciplina eremi Camaldulenſis recepit, & donationem approbavit Bonaventura præſes generalis *anno* M. CCC. XXXI. ſtilo Piſano, hoc eſt præſenti anno *prima die ſeptembris*; manu Lupi Chelli de Pecciolis notarii Piſani, ut conſtat [d] ex pagina archivi Fontis-boni.

d §. *Notabilia* 19. *A.* 10. 147.

XLVII. Paginæ Inſulanæ, Gualdenſes, Vangaticienſes, Bifurcenſes.

ANDREAS abbas ſancti Johannis de Acereta [e], viceſque gerens in monaſterio ſancti Hilari de Galeata magnifici domini comitis Rogerii de Dovadula in Thuſcia Palatini, qui in eadem abbatia vicarius erat in temporalibus Aymerici archiepiſcopi Ravennatis rectoris & adminiſtratoris dicti monaſterii, renovavit Andreæ de Modiona monacho Camaldulenſi & vicario monaſterii Inſulani libellum emphyteuſis pro eccleſia ſancti Matthæi de Monte-guidonis die prima januarii ad centum annos; manu Fabrini Paglante de Planeto notarii. In alia charta ſpectante ad proximum monaſterium Eremi-novæ nominatur ad hunc annum nobilis vir Albericus Cavalcantis de Speſſia.

e §. *Emphyteuſis A.* 4. 1.

Johannes ſancti Theodori diaconus cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus Philippo abbati monaſterii ſancti Benedicti de Gualdo, attentis neceſſitatibus ejuſdem cœnobii & expenſis factis in reparatione monaſterii & eccleſiæ, nec non in proſecutione plurium cauſarum & litium in curia Romana, auctoritate ſuæ legationis conceſſit, ut copulare poſſet & adnectere monaſterio ſuo eccleſias ſancti Laurentii de Colle-baſſano, & ſancti Martini de Collibus, quibus imminebat cura animarum, ſitas in diœceſibus Nucerina & Peruſina ac ſubjectas cœnobio Gualdenſi. Ejus rei notitiam commiſerat

Ann. Chr. 1330.

miſerat cardinalis legatus Jacobo plebano ſanctæ Mariæ de Taino Nucerinæ diœceſis. Datum Spoleti *quarto nonas decembris, pontificatus ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Johannis pape* XXII. *anno quinto-decimo*.

Ipſe autem Romanus pontifex ex] Avenione hoc eodem *anno* VI. *kalendas martii pontificatus* ſui *anno quarto-decimo* Bertrando Rotondi canonico Vivarienſi apoſtolicæ ſedis nuntio mandavit, ut examen inſtitueret contra Marſilium & Ubertinum de Carraria cives Paduanos, hoſtes Dei & eccleſiæ, qui Hugolinum priorem ſanctæ Mariæ de Vantio ſacrilege interfecerant, quique ejuſdem monaſterii, necnon ſanctæ Juſtinæ de Padua, ſancti Stephani de Carraria & ſanctæ Mariæ de Vangaticia monaſteriorum bona indebite occupaverant; eoſque reos compertos excommunicationis ſententia percelleret, & niſi convenienter damnis illatis ſatisfecerint, de bonis ipſorum Ubertini & Marſilii ac eorum complicum monaſteria præfata reſarciri curaret. Integram bullam ex autographo Vangaticienſi ad Appendicem amandamus.

In conventionis pagina inter Hugolinum epiſcopum Foro-popilienſem & inter Amatum abbatem ſancti Benedicti in Alpibus mentio fit hoſpitalis ſancti Petri de Valzauli ejuſdem Foro-popilienſis diœceſis, in quod jus-patronatus habebat monaſterium ſancti Benedicti ex autographo tabularii canonicorum ſancti Laurentii de Florentia. Hugolinus anno 1323. ſucceſſerat Ubaldo translato ad inſulas Tarviſinas.

Vacante in curia monaſterio ſanctæ Mariæ in Inſula Galeatæ per aſſumptionem Baſilii in abbatem ſanctæ Mariæ de Agnano Johannes XXII. [a] præfecit in abbatem Johannem Chiarelli ex Camalduli Florentini familia, & „ quia de antiqua conſuetudine tenentur camerarii domini papæ „ pro præfatis proviſionibus commune ſervitium familiarium papæ de facultatibus eccleſiarum & monaſteriorum exigere, & cum de fructu dicti monaſterii non conſtaret apud curiam, ideo Petrus epiſcopus Portuenſis & ſanctæ Rufinæ S. R. E. cardinalis, & Gasbertus Arelatenſis „ archiepiſcopus camerarii domini papæ commiſerunt una cum iiſdem literis proviſoriis Aymerico archiepiſcopo Ravennati, ut per teſtes inquireret fructus ejus monaſterii, & electum in poſſeſſionem immitteret, „ ut legitur in excerptis Baroncinii. “

[a] §. Fleſti 29. A. 4. 6.

XLVIII. Diviſio monialium a monachis in monaſterio Porcilienſi.

DIVISUM fuit præſenti *anno* M. CCC. XXX. *indictione* XIII. *die* XXIV. *octobris* monaſterium virorum ab aſceterio mulierum Porciliæ extra urbem Patavinam. „ Coram religioſo viro fratre Guffredo priore ſancti Lazari „ prope Patavium vicario epiſcopi, prudentes viri Johannes a Vigontia „ judex & Antonius de Aggrapatis Patavinus judices arbitri communiter „ electi pronuntiarunt, quod cum Porciliæ ſanctæ Mariæ monaſterium ſit „ duplum, in eoque habitent monachi & ſanctimoniales, id quod eſt contra formam legum tum canonicarum, quam civilium, de cetero ſeparentur viri a mulieribus, & mulieres a viris. Pariter bona & jura dicti monaſterii hactenus monachis & monialibus communia dividantur “ &c. ut ex paginis inſtrumentorum tum monaſterii ſancti Michaelis de Muriano, tum parthenonis beati Antonii Peregrini, in quæ transfuſum fuit vetus Porcilienſe cœnobium, indicat in tractatu de canoniciſſis Brunatius [b]; nos vero ad Appendicem rejicimus pro ea parte, quæ ad monaſterium ſancti Michaelis attinet, diviſionis inſtrumentum.

[b] Pag. XXXII.

ANNA-

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUADRAGESIMUS-NONUS.

Ab anno CHRISTI M. CCC. XXXI. *ad annum* M. CCC. XL.

ANN. CRH. 1331. I. Electio abbatis Valle-caſtrenſis.

DECREVERAT dudum Romanus pontifex Johannes XXII. ut proviſiones & electiones omnium monaſteriorum aliorumque locorum eccleſiaſticorum, exempta forent, nec ne, quæ in pontificia ditione eſſent & ad Romanam eccleſiam pertinerent, quæque tunc vacarent, vel impoſterum vacaverint, & ad quorum regimina prælati conſueverant hactenus per electionem aſſumi, diſpoſitioni ſuæ ſediſque apoſtolicæ reſervarentur ad ſuum beneplacitum; quod quidem decretum anno præterito, *pontificatus* ſui XIV. *kalendis januarii* duxerat ad duos annos protendendum; exceptis monialium & aliarum religioſarum mulierum aſceteriis, quæ decreto non ſe velle comprehendere declaraverat. Legem, quam intulit Johannes, confirmavere Romani pontifices ejus ſucceſſores; hinc tot frequentes fuere hoc ſeculo apoſtolicæ proviſiones, translationes abbatum de monaſteriis in alia monaſteria, tot nullæ electiones & irritæ declaratæ, factæ a monachis ignorantibus pontificia decreta, quæ non parum confluxerunt ad diſſolvendam monaſticam diſciplinam jam declinantem in Italia. Cum itaque obiiſſet extra Romanam curiam anno elapſo Hermannus de Mainettis Cingulanus abbas ſancti Romualdi Vallis-caſtri, mandavit idem Romanus pontifex ex Avenione *idibus februarii* hujus anni, qui erat pontificatus ſui XV. Johanni ſancti Theodori diacono cardinali & apoſtolicæ ſedis legato, ut Albricum Venturelli monachum cœnobii ſancti Euſtachii ordinis ſancti Benedicti & Camerinenſis diœceſis præficeret dicto monaſterio Valle-caſtrenſi, ſi aptum, ſufficientemque exiſtimaret, benedictionis munus ei impartiri faceret, ac juramentum ab ipſo exigeret, quod ſigillo abbatis munitum ad curiam pontificiam tranſmitteret. Quare Johannes cardinalis Albricum examinatum & benedictionis honore inſignitum per Petrum Marſicanum epiſcopum & cancellarium ſuum abbatem Valle-caſtrenſibus monachis dedit, præcipiens omnibus emphyteutis, feudatariis,

pen-

penſionariis aliiſque perſonis ſubjectis eidem monaſterio, ut ipſum in abbatem & dominum reciperent.

Ad idem Valle-caſtrenſe cœnobium pertinebat eccleſia ſancti Johannis de Camborano, cujus rectoris proviſio ſacta ſuit hoc ipſo anno die XVIII. julii, tempore, quo facile Albricus nondum poſſeſſionem receperat abbatiæ, a Munaldo priore clauſtrali monaſterii de conſenſu monachorum ejuſdem loci.

Cœnobium ſancti Mathiæ de Muriano in majori conſilio urbis Venetiarum hoc anno *indictione* XIV. *die* XVII. *junii* abſolutum fuit *a datio introitus vini*. Confirmatum fuit majoris conſilii decretum *anno* M. CCCC. LXXXVI. *die* XXII. *februarii* ab Auguſtino Barbadico duce Venetiarum, ſed pro medietate dumtaxat vini.

II. Guido ex Polenſi transfertur ad Concordienſem eccleſiam. De Guilhelmo Politienſe.

GUIDO epiſcopus Polenſis ex abbate Vangaticienſe translatus fuit præſenti anno ad eccleſiam Concordienſem, ut habetur in regiſtro Vaticano. „ Bonaventura prior generalis Camaldulenſis ipſius nepos die decima-nona „ decembris ad inſtantiam Guidonis avunculi ſui & epiſcopi Concordien- „ ſis conceſſit cuilibet ordinis ſui monacho, qui voluerit commorari cum „ dicto epiſcopo, illique inſervire in honeſtis & familiaribus obſequiis, „ facultatem accedendi, “ ut legitur in tabulario Fontis-boni [a]. Etiam cum erat Polenſis epiſcopus vicarium generalem diœceſis ſuæ habuit Jacobum de Peruſio monachum Camaldulenſem. Haud inſueta erant hujuſmodi ſervitia epiſcoporum monachis Camaldulenſibus. Anno 1281. [b] conceſſerat Gerardus prior Camaldulenſis Albertino de Cæſena monacho licentiam commorandi cum epiſcopo Foro-livienſe, ad inſtantiam ejuſdem epiſcopi. Vicarii autem epiſcopales ex monachis plures occurrunt in his Annalibus. Ughellius in epiſcopis Concordienſibus hæc de Guidone habet: „ Frater Guido (cujus ordinis & patriæ adhuc incognitus) epiſcopus „ Polenſis a Johanne XXII. ad hanc ſedem translatus eſt anno 1331. no- „ nis aprilis. Obiit anno 1333. ex regeſto Vaticano. “ Sed adnotator ad Ughellium Guidonis ordinem & patriam ad oram paginæ declarat hæc dicens: „ Guidonem hunc ex Prædicatoria familia emerſiſſe perperam do- „ cet Fontana in Theatro Dominicano. Ejus patriam & inſtitutum habe- „ mus ex codice vetuſtiore anniverſariorum hujus eccleſiæ, qui de Gui- „ done hæc habet: M. CCC. XXXIII. *die* XXII. *martii obiit domnus frater Guido de curia Foro-ſempronii marchiæ Anconitanæ ordinis Camaldulenſis epiſcopus Concordienſis*. „ Fuit abbas Vangadiciæ ex necrologio olim ſan- „ cti Gregorii Venetiarum, nunc Cl. Apoſtoli Zeni, in quo hæc legun- „ tur ad X. kalendas martii: *Obiit Guido epiſcopus Concordienſis, olim abbas Vangaticiæ* M. CCC. XXXIII. „ Hæc adnotator. Sed loco X. *kalendas martii* legitur in ipſo necrologio ſancti Gregorii X. *kalendas aprilis*. Similia reperiuntur quoad diem in noſtro Vangaticienſi necrologio ad diem XXIII. martii: *Obiit domnus Guido Concordienſis epiſcopus, venerabilis abbas Vangaticienſis monaſterii* M. CCC. XXI. Deſignatur hic annus non obitus, ſed regiminis Vangaticienſis monaſterii, quod ab anno 1296. uſque ad annum 1321. pacifice tenuit; inde exturbatus, & poſt recuſationem Claſſenſis ſancti Apollinaris monaſterii, Patavii partim, partim in Vangaticia dies traxit uſque ad annum 1328. quo ad Polenſem cathedram fuit aſſumptus, titulum tamen retinens abbatis Vangaticienſis. Quoad patriam Fanenſis ſemper effertur in paginis Camaldulenſibus, qui Foro-ſempronienſis dicitur in codice Concordienſi. Etiam Bonaventura ejus nepos ex Fano legitur; ſed cum proximum ſit Fanenſi territorio Foro-ſempronienſe, Guido ab aliquibus dictus fuerit Fanenſis, ab aliis Foro-ſempronienſis,

a §. *Notabilia* 20. *A.* 10. 590

b *Reg. II. pag.* 58.

Ann. Chr. 1331. præſertim ſi originem ſuam traxerit non in urbe, ſed in territorio. Ceterum Guido parum ſupervixit factus epiſcopus Concordienſis, neque biennium complevit defunctus anno 1333. Tres Guidonis nomine epiſcopi Concordienſes fuere hoc ſeculo, quorum geſta non ſunt confundenda; Guido noſter ab anno 1331. ad 1333. Guido de Guiſis, qui translatus ex Regienſi Uberto primi Guidonis ſucceſſori ſuffectus fuit anno 1334. & Guido de Abaiſio ad annum 1361. Corrigendi ſunt plures ſcriptores, inter quos Severus Seneſius noſter, qui Guidonis Camaldulenſis obitum referunt ad annum 1321. decepti facile verbis necrologii Vangaticienſis. Confundendus etiam non eſt Guido Concordienſis cum altero Guidone, qui ſuppetias ferens Guecelloni de Camino in obſidione Coneglani occubuit pugnans in exercitu quinto-decimo kalendas februarii anni 1319. atque apud fratres Minores ejus loci honorifice fuit ſepultus.

Obiit hoc anno die XVI. aprilis juxta antiqua acta ſanctus Guillielmus Politienſis in Sicilia apud eremum Galeati. De ipſo hæc memoriæ mandavit in ſuis mſs. ſchedis Grandius noſter. „ Cajetanus arguit Wionem, apud quem ſanctus Guillielmus noſtro Benedictino ordini aſcribitur, dicens videri ſecularem eremitam ex veteri pictura; etenim ædem ſanctæ Mariæ a Partu ingredientibus a læva imago antiqua beati Guillielmi viſitur, qua is tunica ſine cingulo amictus pallio ſuperinjecto, tegumentum capitis demiſſum, tunicam, pallium, tegmen capitis albi coloris, nudis pedibus, baculum altera manu geſtat, altera varios globulos. Inſtar veteris hujus imaginis beatus Guillielmus in altera tabella, quæ in eadem eccleſia eſt, anno 1502. depictus eſt. Ubi addit Henſchenius: Quæ neſcio quomodo probent eremitam ſecularem ſollemnibus religioſorum votis non adſtrictum. Ad ſummum probant, ſubjungit Grandius, non eſſe ex Benedictinis nigris. Vide Bollandiſtas ſub die XVI. aprilis in ejus vita adnotatione prævia V. Vixerat in eremo Galeati, tum apud ædiculam ſanctæ Mariæ de Alto, mox in cœnobio Tragudo, tum Gonati, ac demum in ſanctæ Mariæ a Partu, loco per ipſum ædificato." Hæc Grandius, quibus nil ſuperaddere in promptu eſt, niſi quod Bernardus Bononienſis canonicus, qui ab aliis dicitur Bernardus Compoſtellanus presbyter, Innocentii IV. familiaris & capellanus, gloſſator Decretalium Gregorii IX. lib. I. *de electione & electi poteſtate* cap. XIII. Cœleſtini papæ III. bullam profert hujuſmodi: *Cum monaſterium de Pellicea in tuo ſitum epiſcopatu ad eam diſſolutionem devenerit, ſicut tuarum literarum inſinuatio patefecit, quod fratres ejuſdem domus obſervantiam religionis & ordinem abjecerunt &c. In quemdam, qui cum fratribus ſuis in eremo eſt laudabiliter converſatus, boni teſtimonii virum unanimiter conſenſerunt, eum in abbatem totis deſideriis poſtulantes. Tu vero poſtulationi eorum præbuiſti aſſenſum, & poſtulaſti eamdem ordinationem a ſede apoſtolica confirmari. Nos autem ipſam, ſicut facta eſt, canonice confirmamus.* Ad quam bullam hæc adnotat idem gloſſator: *Credo quod iſte fuit de eremo, quod ſic appellatur, & eſt in Tuſcia & ſunt albi monachi, cui ſubſunt Camaldulenſes, & illi de ſancto Damiano juxta pontem ferreum.* Anne monaſterium de Pellicea eſt Politienſe? Saltem nullum ullo in loco Pellicenſe cœnobium invenimus; Anne per Camaldulenſes monachos ſemel reformatum Politienſe monaſterium, eorum diſciplinam retinuit ad hæc tempora? Sed conjecturis vacare non libet.

CA-

ANN. CHR. 1332.

III. Capitulum generale congregationis in monaſterio Berardingorum.

CAPITULUM generale congregationis congregatum fuit hoc anno ad diem primam maji in monaſterio Senenſi Berardingorum; inter cetera decretum, ut deinceps comitia non haberentur niſi quolibet triennio; ſed rebus diverſa exigentibus id executioni mandatum non fuit, cum legatur anno ſequenti capitulum aliud collectum in urbe Bononienſi. Perpendentes inſuper patres capituli hujus anni Bonaventuram priorem generalem non poſſe tuto commorari in eremo vel in monaſterio Fontis-boni, locis ſuæ reſidentiæ, vel tuto ire & redire, propter hoſtium ſeu graſſatorum diſcrimina (omnia enim loca Caſentini perſtrepebant armatis, totuſque ager Arretinus ab hoſtibus vaſtabatur) decreverunt, ut impoſterum poſſet commorari in Camalduli Florentini monaſterio, in domibus[a], quæ erant extra clauſtrum, ibique manſionem familiæ ſuæ ſtatuere. Stabilitæ quoque fuere annuæ ſolutiones erogandæ legatis apoſtolicis, procuratoribus in Romana curia, ſcribæ prioris generalis ceteriſque officialibus. Demum ſtatutæ ſunt pœnæ contra geſtantes veſtes illicitas vel arma deferentes; ac præſcripta indumentorum genera tam pro monachis, quam pro monialibus. Acta habentur in Appendice, quoad indumenta, quæ ſuperſunt in tabulario Fontis-boni.

a §. *Statuta* 3. *A.* 10. 207.

IV. Venditiones Sardæ.

CONSENSUM præbentibus Silveſtro abbate & monachis ſancti Zenonis Piſarum Cyprianus prior monaſterii ſanctæ Mariæ de Bonarcanto in Sardinia, quod erat ſubjectum Zenoniano, permutavit eccleſias ſancti Gregorii de villa Paulati, & ſancti Martini de villa Biore, quæ erant membra ſui cœnobii; manu Bartholi de Ariſtano notarii. Data quoque fuit ei facultas vendendi curtes de Paulato & de Calcerio, pretiumque ipſarum convertendi in bona exiſtentia in provincia Thuſciæ; manu Zenobii Maphæi notarii[b]. Anno 1329. manumiſſi fuerant nonnulli ſervi ejuſdem Sardi monaſterii; manu Guillielmi notarii. Die XXVIII. januarii hujus anni idem prior Cyprianus tradidit Philippo Manilio doctori & canonico Arborenſi alium ſervum, & ab eo permutationis jure recepit medietatem duorum ſervorum, item ancillas tradidit, inter quas Ardu ancillam eccleſiæ ſancti Gregorii æſtimatam libras quindecim Alphonſorum, cum eſſet annorum trium. Alias ancillas vendidit Georgio Piſano canonico Arborenſi, quæ immediate fuberant eccleſiæ ſancti Martini. Anno ſequenti die ſecunda aprilis Michael alter prior Bonarcanti, ad exhibendum ſubſidium abbati ſancti Zenonis vendidit alios ſervos; conceſſa fuit anno 1346. eadem facultas manumittendi alios ſervos, eoſdemque tradendi in manu ejuſdem Philippi canonici Arborenſis; manu Bartholomæi de Ligia de civitate Areſtani notarii. De ſervis eccleſiarum & de manumiſſione ſervorum legantur diſſertationes Muratorii in Antiquitatibus medii ævi.

b §. *Permutatio* 7. *A.* 4. 11.

V. Suppreſſio aliquot monaſteriorum Bononienſium.

CONCESSERAT Johannes XXII. Bertrando a Podiolo cardinali & epiſcopo Oſtienſi & Veliternſi apoſtolicæ ſedis legato anno præterito, *pontificatus* ſui XV. *quarto kalendas auguſti* bulla ſua incipiente: *Quia cultum divinum* &c. facultatem ſupprimendi plura ſanctimonialium monaſteria, & ex redditibus eorum monaſteriorum erigendi aliquot eccleſias in collegiatas. Is itaque Bononiæ exiſtens hoc anno abbatiſſas, moniales & familiares perſonas locorum ſancti Columbani, ſanctorum Gervaſii & Protaſii, ſancti Salvatoris de Ravone & Domus Dei olim monaſteriorum urbis Bononiæ, ordinis ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini, & Camaldulenſis ad alia monaſteria monialium eorumdem ordinum in eadem civitate conſtituta tranſtulit, & parœciales eccleſias ſancti Columbani, ſancti Michaelis de Lebroxeto, ſancti Jacobi de Carbonaria & ſancti Sigiſmundi erexit in collegiatas ſeculares eccleſias, inſtituens in ipſis novem canonicorum nume-

ANN. CHR. 1332.

rum cum eorum prælato , quem decanum appellandum cenſuit , & tribuens ipſis eccleſiis collegiatis bona & redditus monaſteriorum a ſe ſuppreſſorum. In tabulario parthenonis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia, ad quod monaſterium translatæ fuere ſanctimoniales Ravonis & Domus-Dei, extat utraque tam Romani pontificis , quam cardinalis legati bulla , & tertia inſuper ipſius cardinalis , qua providit cuidam eccleſiæ collegiatæ magis egenti ; data eſt hæc poſtrema Bononiæ III. *nonas martii pontificatus Johannis pape* XXII. *decimo-ſexto* . Ex archivo archiepiſcopali Ravennæ ad annum 1347. moniales ſanctorum Clementis & Columbani de Bononia conſtituerunt in ſuum procuratorem Michaelem de Pariſiis coram epiſcopo Bononienſe, ut appellaret ad archiepiſcopum Ravennatem, „ quod nollent „ ſuum monaſterium a regula ſancti Benedicti reduci ad clericos ſecula„ res. “

Jacobus a Prato-vallis civis Paduanus & prior monaſterii ſanctæ Mariæ Montis-crucum memoratur in pagina Patavina hujus anni , qua ſe ſiſtit coram Gaufredo priore ſancti Lazari prope Paduam, qui erat vicarius Ildebrandini epiſcopi Patavini . Mentio habetur etiam Melchioris prioris ſanctæ Mariæ de Mandria.

Vacante eccleſia ſancti Johannis de Eremo manuali & pleno jure ſubjecta abbatiæ ſancti Ægidii de Fleri Cortonenſis diœceſis, Bartholus adminiſtrator dictæ abbatiæ deputatus ab apoſtolica ſede, & Raynaldus præpoſitus Cortonenſis vicem gerens Bartholi archidiaconi inſtituerunt rectorem dictæ eccleſiæ die XVIII. junii ex tabulario Fontis-boni [a].

[a] §. *Electio* 30. *A.* 4. 14.

ANN. CHR. 1333.

VI. Doctrina infuſa Silveſtri monachi Angelorum.

SILVESTER in monaſterio ſanctæ Mariæ Angelorum dono infuſæ intelligentiæ gaudebat , licet illiteratus omnino eſſet & idiota. Concurrebant plures ad eum, ut ſenſum ſacrarum Scripturarum eis exponeret , divinaque verba interpretaretur . Inter theologos , qui ad eum adventarunt, nominatur potiſſimum venerabilis frater Simon a Caſſia ordinis ſancti Auguſtini , qui ad verbum Dei prædicandum miſſus fuit Florentiam præſenti anno 1333. qui inter cetera volumina tractatum confecit de ordine vitæ Chriſtianæ, & ſancte obiit eodem , quo beatus Silveſter, anno 1348. Quadam etiam die contigit , ut ad Silveſtrum viſitandum advenirent fratres aliquot , quorum unus temera opinione non erubuit dicere , quod ſi ſancta Catharina (intellige de virgine Alexandrina & martyre hujus nominis, nondum enim florebat Senenſis) vixiſſet tempore Dominicæ Incarnationis , Dominus Jeſus-chriſtus carnem ex ipſa aſſumpſiſſet . Cui ſe opponens Silveſter, tamquam hæreticum repulit, oſtendens beatiſſimam virginem Mariam ab æterno ordinatam & prædeſtinatam fuiſſe matrem æterni Verbi. Hæc ita cecinit Zenobius monachus, qui inſuper cœleſtes ejus viſiones, quæque etiam mirabiliter patiebatur, adjunxit.

Moſtrato fù a maeſtri il mutamento,
Et diſſe ciaſchedun, di ver talento
Da Dio havete in eſſo sì gran dono,
Che en queſte parti non ſe n' hà niſſuno.
Da quindi innanzi mutò il ſuo parlare
Che ciaſchedun facea maravigliare,
Parea tutto pieno di caritade
Et vero ſervo della Trinitade.
Fu idiota & legger non ſapeva
Et tutta la Scrittura diſponeva.
Molti maeſtri di punti il dimandaron
Et ſporli veramente confeſſaron,

Dicendo; io non ſapeva queſto nodo
Sciogliere come tu: a Dio ſia lode.
Ben ciento coſe m' ha coſtui moſtrato,
Da Caſcia fra Simone ha confeſſato.
Nell' anno primo hebbe queſto dono
Dall' alto Iddio, como ſervo buono.
Facendo la cucina con affetto
Si piacque a Dio come vero eletto &c.
Un dì gli apparve Chriſto a un rimpetto
Stando in oration tutto ſoletto,
La Majeſtà veggendo, gridò forte
E fra Franceſco udendo ſe vi corſe

E ſe

E ſe il trovò orare & quaſi aſſorto
Di che egli il conſolò & diè conforto.
Così gli apparve orando più fiato.
Stando ginocchioni a man levate:
In quella parte ſtando poi nel letto
L' anche non vuolſe, ma col puro affetto
Vedeva Chriſto, & l' occhio riguardava
In quella parte, e lui ſi riguardava.

ANN. CHR. 1333.

VII. Ejus cœleſtes viſiones.

FRANCISCUS, de quo fit hic mentio, fuit Franciſcus del Fede, qui monachum induerat in eodem cœnobio ſanctæ Mariæ Angelorum anno præterito, & qui ſacramentali confeſſione Silveſtri conſcientiam poſt hos annos fuit moderatus. Vivebat adhuc Franciſcus anno 1394. tempore, quo Zenobius vitam ſcribebat Silveſtri, ex cujus relatione ipſam contexuit, eratque tunc valde ſenex ætatis annos habens octuaginta-quinque, & ſexageſimum-ſecundum annum a recluſione in cœnobium compleverat, & proinde præſenti anno vigeſimum-quartum ætatis annum ſuperaverat. Idem Franciſcus, qui Silveſtro ſemper comes aderat, teſtis fuit alterius viſionis, quam prope eccleſiam ſancti Caji quadam die ipſe habuit, quamque ſic verſibus exponit Zenobius.

Speſſe volte il corpo ſe li inſiava
Et caggendo in terra ſi voltava
Dicendo a fra Francoſco: Sta mi ſul corpo
Con le ginocchia, che diſenſi il corpo
E ſi gridava: Il corpo mi ſi ſpezza
Baſtando queſta pena per gran pezza.
Lo Spirito Divino tanto abbondava
Che nol potea portar, ma traſelava.
Un dì fu aſſalito da tal dono
La ſu a ſan Gaggio, & ſenza dimoro
Sul letto ſi gittò pigliando i' piedi,
In capo ſi mettea le mani & dedi
Forte gridando & tutto conſumando,
En ſu quel letto giva voltelanda,
Così per caſa ſpeſſo volte andava
Tutta affocato, & quaſi trambaſciava.

VIII. Suſcipit regendam Paulam virginem Florentinam.

AD hunc etiam annum referendum eſt magiſterium, quod idem beatus Silveſter ſuſcepit beatæ Paulæ monialis, de quo hæc habet Fortunius, ſive Zenobius monachus in vita ſimiliter edita, & in Italicum converſa a Fortunio anno 1595. „ Diebus illis beatus Silveſter effectus fuit magiſter
„ beatæ Paulæ monialis, quacum habuit plura ſpiritualia familiaria col-
„ loquia ad finem uſque vitæ, & obtinuit, ut monaſterio Angelorum ad-
„ necteretur monaſterium ſanctæ Margaritæ, in quo vivebat Paula, quod
„ ſitum erat, ait, ubi hodie viſitur palatium Caroli a Florentiola pro-
„ pe Angelorum monaſterium. " Sed Paulæ primordia ſunt hic exponenda ex altera vita, quam eodem anno ſubjunxit vitæ Silveſtri ipſe Fortunius ex eodem Zenobio excerptam. Præter enim vitam Silveſtri, vitam quoque conſcripſit Paulæ Zenobius, cujus ſummam verborum refert Fortunius, quæ eſt hujuſmodi: *Ego peccator novi, quæ ſcripſi a reverendo patre fratre Franciſco del Fede ſene monacho ætatis annorum octuaginta-quinque, & profeſſionis eremiticæ ſexaginta-duorum, & a fratre Nicolao Nicolai de Albicis valde familiari, qui ex ore ejus Paulæ referebat, & a fratre Petro a Puppio converſo, qui conjunctiſſimi fuere, ſecumque multoties ſermonem habuere &c.* Extat vita beatæ Paulæ olim abbatiſſæ ſanctæ Margaritæ de Caſagiolo, in capita VII. diviſa, & a Zenobio Tantino elucubrata etiam inter mſs. codices abbatis Conſtantini Cajetani, nunc in bibliotheca Sapientiæ de Urbe. Vitam ipſam ex Italico latinam reddimus: „ Beata itaque Paula, dum ſecularis eſſet, appellabatur Tinga,
„ & puella ſimplex ac devota vivebat Florentiæ in via Pintorum ſub cu-
„ ra patris. Hæc ſe frequenter commendabat beatiſſimæ Virgini Mariæ,
„ cujus imaginem devote contemplabatur, & a Deo oculis pietatis reſ-
„ piciente donata fuit viſione nocturna ejuſdem beatæ Virginis cum in-
„ fante inter ulnas, qui faciem declinans erga Tingam, ipſam oſculatus
„ fuit ore lacte pleno; qua percepta ſuavitate ſenſit ſtatim ſe mirabiliter
„ accendi Dei amore, & ab eadem Dei matre intellexit ſibi dici, ut
„ ad

ANN. CHR. 1333.

„ ad monaſterium ſanctæ Mariæ Angelorum properaret, & Silveſtrum „ precaretur, ut ipſam ad viam ſalutis inſtrueret. Reſpondit Tinga ſe „ ignorare, ubinam eſſet hocce monaſterium; quare ſtatim ſe in viſione „ translatam ad eum locum agnovit; & viſio diſparuit. Die luceſcente „ memoriam loci habens Tinga, cum patre ſuo ad dictum monaſterium „ acceſſit, & de Silveſtro inquiſivit. Qui eam conſpiciens in ore petiit, „ quis eſſet, quid vellet? & audita viſione ab ipſa habita eam interro- „ gavit, an virum noſceret? (Facile inquiſivit, an virgo eſſet, vel deſ- „ ponſata?) Reſpondit puella: Quandoque veniunt ſtaminis opifices, „ qui fila portant. Tam ſimplici reſponſo agnoſcens Silveſter puellam „ virginem eſſe puriſſimam, eam adhortatus fuit ad majorem ſervan- „ dam puritatem & pietatem, & protegendam ſuſcepit. Pater, qui ſer- „ moni præſens fuit, timens amittere filiam, ſi Silveſter eam in ſancti- „ monialium monaſterium induceret, occulte Florentia abiir, & cum fi- „ lia verſus urbem Januam iter ſuſcepit. Credidit Tinga patrem Floren- „ tia exeuntem pergere ad viſitationem alicujus amici ſui ruri commo- „ tantis, cum videns ipſum Piſis navim aſcendete, prorupit in amatiſſi- „ num fletum ſingultibus mixtum dicens: Quo me deducis pater? Et „ cum e navi deſcendiſſent, videns ſe in terra longinqua & a propria re- „ gione remota, aucta afflictione animi ſui, cum ſemper mente retineret „ viſionem habitam & colloquium cum Silveſtro, putavit ſe ibidem tranſ- „ vectam a patre, ut eam in regionibus illis in matrimonium collocaret. „ Quare magis magiſque turbata cepir Jeſum orare, ut ſe in ſponſam „ ſuſcipere dignaretur, & Matrem, ut ſibi foret advocata. Exaudita fuit „ ejus oratio, & pater mutato conſilio redire in patriam conſtitnit, ubi „ cum vix perveniſſet, perrexit una cum filia ad beatum Silveſtrum, „ qui inter orandum raptus a Deo fuerat ad conſpicienda cœli arcana, „ quæ non licet homini loqui. Videns itaque pater, quod contradicere „ voluntati filiæ non valeret, aſſenſum præbuit, permiſitque, ut Silveſter „ locum Tingæ reperiret in proximo monaſterio ſanctæ Margaritæ, ac „ ipſam ſanctimonialibus ejus aſceterii adjungeret; ſed cum Silveſter in „ eo monaſterio locum non reperiſſet, Tingam in parthenone ſanctæ Ur- „ ſulæ conſtituit, & mutans ei nomen vocavit Paulam a ſancto apoſtolo „ Paulo, cujus viſione fuerat donatus. Recepto ſacro habitu Paula tri- „ bulationes plures perpeſſa eſt a ſanctimonialibus loci, quas junior ipſa „ aliquando objurgabat. Qnod intelligens Silveſter, eam tranſtulit ad mo- „ naſterium ſancti Hilari. Sed deficientibus omnibus monialibus ſuperioris „ monaſterii ſanctæ Margaritæ, ipſam hoc anno in vacuum habitatoribus „ cœnobium induxit, cum viginti-duos annos ætatis numeraret, ipſique „ ſocias addidit quamdam conſanguineam ſuam, & etiam aliam conver- „ ſam. Paula numerum adauxit ad quinque moniales. " Cetera beatæ Pau- læ geſta ad alios annos reſervamus. Ractius ingreſſum Paulæ in monaſte- rium ſanctæ Margaritæ biennio prævenit, eumque contigiſſe ſcribit anno 1331. cum vigeſimum-ſecundum ætatis annum atringeret.

IX. Res aliquot monaſteriorum.

COMITIA generalia Camaldulenſis congregationis habita fuere hoc anno Bononiæ, ubi Bonaventura generalis quaſdam declarationes & cenſuras condidit ad conſtitutiones ſuorum anteceſſorum; has autem declarationes unico libello comprehendit, ut tempori inſerviret, & tam ſtabilitati monachorum, quam eremitarum & ſanctimonialium proſpiceret.

Tedices quoque Feſulanus epiſcopus menſe ſeptembri ſanctimonialibus Roſani impoſuit obſervanda aliquot ſtatuta, quæ earum arctioti vitæ providerent.

Soto-

Sorores de Cerreto Burgi-ſancti-Sepulcri obedientiam præſtiterunt Angelo abbati Burgenſi.

ANN. CHR. 1333.

Cum vacaſſet monaſterium Patavinum de Porcilia, fratres Nicolaus, Johannes, Franciſcus, Otto, Bartholomæus comparuerunt coram Franciſco Johannis de Valle-montonis canonico Senonenſi, & vicario Ildebrandini epiſcopi Patavini, ad petendam novam prioris electionem. Nominantur in ea petitione etiam Antonius & Joachim presbyteri monaſterii ſanctæ Mariæ de Vantio.

Juspatronatus in monaſterium Berardingorum ex ſucceſſione dominorum de Valcorteſe ſibi deberi aſſerebat Robba de Ricaſolis, datis hoc anno literis ad Bonaventuram priorem generalem.

X. De parthenone S. Benedicti oppidi S. Miniatis.

JUSTINA abbatiſſa [a] & moniales ſancti Benedicti de Monte-appio prope urbem ſeu oppidum ſancti Miniatis obtinuerant anno 1330. a Guillielmo Dulcino de Monte-albano ex procuratore generali ordinis Prædicatorum electo eo ipſo anno a Johanne XXII. epiſcopo Lucenſi facultatem mutandi habitum monaſticum ex atro in album, ac ſuſcipiendi reformationem, cotrectionem & diſciplinam ordinis Camaldulenſis, & expetendi unionem ſui parthenonis cum monaſterio ſancti Bartholomæi caſtri de ſancta Jucunda, quod erat ejuſdem ordinis, ſubjiciendi propterea aſceterium ſuum abbati ipſius cœnobii. Guillielmus epiſcopus literis datis die XXIV. ſeptembris ejuſdem anni manu Johannis Bernardi de Serazana notarii non ſolum præfato monaſterio ipſas moniales ſubjecerat, & Matthæo ſanctæ Jucundæ abbati, ſed a ſui ipſius poteſtate & juriſdictione penitus exemerat, ut tam in capite, quam in membris perpetuo pertinerent ad idem monaſterium & ad ordinem Camaldulenſem. Hanc unionem, abbatiſſæ & monialium precibus motus approbavit, ratamque habuit hoc anno die ſecunda martii Bonaventura prior generalis, manu Zenobii Maffei Pavonis de Florentia notarii. Eadem die dictæ moniales cupientes in loco magis tuto habitationem ſuam ſtatuere, & monaſterium de novo ædificare, ſcilicet juxta oppidum & portam ſancti Miniatis in loco dicto *a la porta di ſanta Caterina di Poggibonizzi*, tam Romualdum abbatem ſanctæ Jucundæ ipſarum prælatum, qui Matthæo ſucceſſerat, quam Bonaventuram præſidem generalem exorarunt, ut ipſis hanc facultatem concederent, & inſuper copiam facerent vendendi quaſdam poſſeſſiones minus utiles ſui monaſterii poſitas in populo ſancti Andreæ in villa de Monte-appio; quam licentiam conceſſit idem prior manu ejuſdem notarii [b].

a §. *Ratificatio 2. A. 7. 295.*

b *Ibid. n. 296*

ANN. CHR. 1334.

XI. Servata libertas monaſteriis Ravennatibus.

„ BERTRANDUS cardinalis & apoſtolicus legatus tentavit hoc anno „ Argentam, locum tunc temporis & munitionibus, & habitatorum „ frequentia inſignem, a Ravennate eccleſia abſtrahere, & ad Romanam „ ditionem adjungere. Verum iis rebus earumque dominiis, quarum de- „ creverat facere permutationem, prohibitus eſt; pro Argenta enim & „ vicecomitatu, divæ Mariæ in Portu & divi Apollinaris Claſſenſis cœ- „ nobia; ſunt qui addant, divi Severi & Uranenſe, archiepiſcopis decre- „ verat, ſed a Neapoleone cardinali, in cujus fide ac tutela Portuenſe „ erat cœnobium, repugnatum eſt, effectumque, uti Ravennatibus ar- „ chiepiſcopis oppidum & vicecomitatus reſtitueretur. " Hæc ex Rubeo [c] ad hunc annum addiſcimus. In veteribus monumentis, quæ ſervantur in abbatia Claſenſi hæc leguntur: „ *De captione Argentæ per mar-* „ *chiones de Eſte* " M. CCC. XXXIV. Procuravit ſupradictus dominus „ Bertrandus legatus, quod dominus papa caſtrum Argentæ pro- „ prium archiepiſcopatus Ravennæ cameræ apoſtolicæ applicaret, & ar- „ chie-

c *Lib. VI. pag. 556.*

ANN. CHR. 1334.

„ chiepiſcopatui monaſterium Claſſenſe de Ravenna, monaſterium Urani „ de Bertinorio, utrumque Camaldulenſis ordinis, & monaſterium ſancti „ Severii de Ravenna Ciſtercienſis ordinis in cambium aſſignavit, unde „ tenente ipſo cardinale ipſum caſtrum Argentæ, marchiones Eſtenſes, „ ſcilicet Raynaldus, Opizus & Nicolaus cum Ferrarienſium auxilio, do„ minorum Vicecomitum de Mediolano, dominorum de Scala, Ravenna„ tum, Foto-livienſium, Brittonorienſium, Cæſenatum, Cervienſium, „ Ariminenſium & Arretinorum, in quorum liga & ſocietate tunc erat „ ipſum caſtrum, per tempus ſex menſium & dimidii inſidiari fecerunt &c. „ Tandem ipſo domino legato ſuccurrere non valente, ad quod multum & „ pluries laboravit, ſub anno Domini ſupradicto & die ſexta martii frumen„ to & aliis neceſſariis carentes, ſe & dictum caſtrum ſub certis pactis di„ ctis marchionibus reddiderunt. “ Ravennatem ſedem tunc regebat Franciſcus Michaelius Venetus; nam Aymericus olim archiepiſcopus Carnotenſem ante biennium a Johanne pontifice adeptus fuerat eccleſiam, in cujus locum ſuffectus fuerat Guido Bayſius Regienſis epiſcopus Tripolitanus, „ vir „ & nobilitate, & doctrina clariſſimus, quem, ſubdit Rubeus, Bonifacius „ archiepiſcopus Ravennas quadraginta jam annis canonicum Regienſem & „ in aula Romana commorantem in cauſa Claſſenſe unum ex quatuor, „ cui ſideret, nominaverat. “ Sed vix exacto anno Guido Bononiæ interierat, & pontifex in Guidonis archiepiſcopi locum Franciſcum Michaelium Venetum patritium ſubrogaverat ſub finem antecedentis anni. Molimina itaque Bertrandi cardinalis contigere ſub Michaelio archiepiſcopo, qui interim abſens ab eccleſia ſua ipſam per vicarium regebat.

XII. De Alexandro abbate Galeatenſe.

„ AD eumdem archiepiſcopum cum adire non poſſet Alexander mo„ nachus cœnobii divi Hilari Galeatenſis deſignatus abbas, neque et„ iam Ravennam ire ad illius vicarium, & priorem cardinalium Raven„ natium & collegii ob graves inimicitias, quæ intercedebant ſibi ſuiſque „ majoribus cum comite potiſſimum Guillielmo & filiis e familia comi„ tum Guidonum, & cum Franciſco Manfredo ejuſque item filiis & aſ„ ſeclis, cum eſſet in plebe ſancti Petri de Caſſia diœceſis Feſulanæ, „ Vannem rectorem templi ſanctæ Mariæ de Gricciano ejuſdem diœceſis „ procuratorem ſuum fecit, qui apud eos, quos diximus, & illum excu„ ſaret, & impedimenta affirmaret, confirmarique peteret. “ Sed anno inſequenti epiſcopus Foro-livienſis Thomas adminiſtrationem gerebat ejuſdem Galeatenſis monaſterii, quippe qui „ Bonaventuram Gennarium Ra„ vennatem procuratorem ſuum fecit, qui apud vicarium chori Raven„ natis oſtenderet ſibi illud cœnobium jamdiu a ſede apoſtolica, uſque „ dum ſecus ipſa juberet, commendatum, ac ediceret, nequem admitte„ rent, neu deſignatum abbatem confirmarent. “ Omnia ex eodem Rubeo [a] exſcripſimus ad hunc & ad ſequentem annum, quæ conſonant cum paginis [b] tabularii archiepiſcopalis Ravennatis, in quibus etiam reperimus „ Bonum monachum Galeatenſem inſtetiſſe pro confirmatione Alexandri „ monachi electi in abbatem ejus monaſterii “ anno præterito poſt Arduinum abbatem, & poſt diſceſſum Aymerici archiepiſcopi Ravennatis ejuſdem abbatiæ adminiſtratoris.

a *Lib. VI. pagg.* 554. 556. 557.
b *Capſ. G.* 8169. 8180. 8164.

XIII. De eccleſia S. Georgii extra Faventiam data Camaldulenſibus.

UGOLINUS epiſcopus Faventinus conſiderans eccleſiam ſancti Georgii de ſuburbio portæ pontis ejuſdem urbis, cui adjecta erat cura animarum, adeo tenuem eſſe in redditibus, ut neque unus ſacerdos ali in ea commode poſſet, propterquod a triginta annis rectores ipſius ibidem non reſidebant, decrevit ipſam adjungere proximæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Palma, in qua morabantur monachi Camaldulenſes, petito & habito con-

ſenſu

ſenſu canonicorum ſuæ eccleſiæ, & nobilis viris Raulis quondam Guidonis Raulis de Zambraſiis, & Nannis filii quondam Bitini Quartarolæ de Faventia patronorum dictæ eccleſiæ, ſperans eam per fratres dicti loci de Palma poſſe divinis officiis ac ſacramentorum exercitio frequentari. Poſſeſſiones autem ad eccleſiam ſancti Georgii ſpectantes donavit altaribus ſancti Andreæ & ſanctorum Philippi & Jacobi conſtitutis in eccleſia majori Faventina. Paginam damus in Appendice ex tabulario capitulari canonicorum Faventinorum; quibus olim nempe anno 1269. Jacobus epiſcopus Faventinus, teſte Tonduccio [a], conceſſerat die octava auguſti eamdem eccleſiam cum parœcia & theſauro, & cum juribus ſpiritualibus & temporalibus. Appellabatur ea eccleſia etiam de Durbecco a vico ejuſdem nominis, qui erat extra eamdem portam Faventinæ urbis.

[a] Pag. 299.

XIV. Paginæ Camaldulenſes, Valle-caſtrenſes, Prato-veterenſes.

In tabulario Fontis-boni extat [b] ſententia pronuntiata hoc anno a Nicolao Johannis de Matrice judice pro Johanne Bonaparte de Gramontibus de Eſculo poteſtate Florentino ad favorem Benedicti prioris & capellani monialium ſanctæ Mariæ in Querceto de via ſancti Galli pro quibuſdam ejuſdem parthenonis bonis, quæ erant contigua illis monaſterii de Mantignano.

[b] §. Sententia 6. A. 4. 29.

In burgo terræ Montis-milonis exſurgebat eccleſia ſub invocatione ſancti Pauli, cujus beneficii medietas pertinebat ad monaſterium Valle-caſtrenſe, ut ex charta collationis ejuſdem eccleſiæ factæ a Jacobo priore ſeu œconomo ejuſdem cœnobii.

Cum comes Marcovaldus de Dovadola intentus eſſet ad muniendum caſtrum ſuum Prati-veteris cum foſſis & muris, ita ut monaſterium ſancti Johannis-evangeliſtæ proximum arci minus honeſte remaneret clauſum [c], Beatrix abbatiſſa ipſius una cum ſuis monialibus, & conſentiente Bonaventura priore generali, tradidit in commutationem eidem comiti locum, ubi tunc erat ſanctimonialium collocutorium, & recepit a comite alias terras. Altera permutatio pro eodem caſtro ſecuta fuerat [d] anno 1325. inter moniales & inter Rogerium de Dovadula comitem olim comitis Guidonis Salvatici.

[c] Num. 135.

[d] Num. 107.

XV. Donationes factæ eremitis de monte Rhua Patavinæ diœceſis.

VITACLINUS ſindicus communis & hominum villæ Toriliæ in diœceſi Paravina dedit præſenti *anno* M. CCC. XXXIV. *indictione ſecunda die lune* XXIX. *auguſti* cuidam Antonio, qui eremiticam vitam agebat ſub monte Rode, locum dictum ſanctæ Mariæ, ad hoc, ut idem Antonius ædificaret ibidem monaſterium cum oratorio, quod appellari ſemper deberet ſanctæ Mariæ de Roda, una cum ſilvis & juribus ſuis. Locus ſuſceptus ab Antonio primordia fuere monaſterii ſeu eremi Rhuenſis ſive de Rhua, ut vulgo appellatur, ab eodem monte, qui locus, inſtituto ibidem monachorum collegio, primum inhabitatus fuit ab eremitis ſeu monachis noſtris ſancti Mathiæ de Muriano, inde ceſſit ſeculo XVI. eremitis Monte-coronenſibus, appellatis quoque ab incolatu ejus eremi Rhuenſibus. Antonii eremitæ memoriam nobis ſervavit etiam Lucas Barcinonenſis in ſuæ hiſtoriæ Romualdinæ libro IV. [e] qui Antonium Albignaſcium eremitam ſanctæ Mariæ in Rhua ordinis Camaldulenſis una cum Johanne Veronenſe incoluiſſe ſcribit locum, qui pertinebat ad monaſterium ſancti Mathiæ; immo ex alio inſtrumento Paravii acto anno M. CCC. XXX. quodque ipſe vidit, affirmat eremitas Camaldulenſes in ea ſolitudine degiſſe ante præſentem annum. Sed de monaſterii Rhuenſis ædificatione iterum ad annum 1339. ex paginis tabularii ejuſdem loci, quo ſtatuetur annus hujus fundationis.

[e] Pag. 156.

XVI. De monaſterio Bovariæ prope Trebium.

RUGGERIUS filius Giligiti Bartholi Dialti olim abbas ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio, poſtea per triginta & novem annos ab anno 1295.

ANN. CHR. 1334.

ad præſentem abbas ſancti Petri de Bovaria prope Trebium, cum eſſet in ætate gravi, & impotens ad onus regendum, & quia factio Ghibellinorum Trevii, Spoleti & Fulginii uſurpaverant plura bona ſui monaſterii, ac quamplurima damna intulerant, quare monachi a ſuis ſedibus expulſi hac illacque divagabantur, neque eos reformare amplius poterat, decrevit eum ipſorum conſenſu aggregare præfatum monaſterium una cum omnibus ſuis eccleſiis & poſſeſſionibus monaſterio ſanctæ Crucis de Saxovivo, quod tunc pietate & diſciplina monaſtica in primis florebat, idcirco ultima die maji hujus anni ipſe Ruggerius abbas, Johannes a Giliolo prior ceterique monachi Bovarienſes ſubjecerunt ſe & ſuum monaſterium Jacobo Monte-melino Peruſino abbati Saxi-vivi, qui ea ipſa die cum monachis ſuis conſtituerunt Æmilianum Brancaleonis Fulginatem priorem ſanctæ Crucis Urbis-veteris & monachum ſuum in procuratorem ad recipiendum Bovarienſe monaſterium, & ad petendam confirmationem unionis a Romano pontifice, quam anno ſequenti die prima aprilis ratam habuit Johannes Cajetani Urſinus cardinalis ſancti Theodori. Sed Ghibellinorum factione prævalente unio effectum ſuum non fuit ſortita, occupatis monaſterio & bonis ipſius a pluribus tyrannis, ut ſuſe narrat Jacobillius [a] in chronico Saxi-vivenſe.

[a] Pag. 231. & ſeq.

Per obitum Guidonis abbatis Claſſenſis electus fuit ejus monaſterii abbas Apollinaris. Johannes autem XXII. Romanus pontifex *anno pontificatus* ſui XVIII. contulit Juliano a Monte prioratum Pratæ in Foro-julienſe regione ob mortem ejuſdem Guidonis abbatis Claſſenſis. Facile Guido utrumque monaſterium regebat, & reperimus in paginis tabularii Claſſenſis ad annum 1332. Petrum abbatem ſancti Theoniſti de Longiano fuiſſe œconomum monaſterii Claſſis; id, quod confirmat tunc Guidonem abbatem Claſſenſem abſuiſſe a monaſterio Claſſis ob adminiſtrationem alterius Foro-julienſis cœnobii.

ANN. CHR. 1335. XVII.

De altero S. Gottardi in Utinenſi diœceſi.

CUM in cognitionem veniſſet Bertrandus anno præterito electus patriarcha Aquilejenſis tempore, quo diœceſim ſuam luſtrabat, in quadam ſilva ab Utino parum remota verſus flumen Turrum, ubi ſoliti erant degere eremitæ aliique pii viri, quod prædones plures nemus illud occupaſſent, ac eremitas loco cedere juſſiſſent, impune præterea omnia latrociniorum & criminum genera in ea ſilva committerent, ad prædictam ſilvam ſe contulit, & tuguriis illis demolitis, prædones in fugam jecit, locumque expiatum & ſecurum reddidit. Conſecravit poſtea oratorium ibidem conſiſtens, ac ipſum dicavit in honorem Dei, & ſancti epiſcopi Gottardi, quam eccleſiam inde monachi Camaldulenſes divinis coluerunt obſequiis. Hæc noſtris diebus, ſubdit Johannes-franciſcus Palladius [b], ex quo iſta deſcripſimus, magnifico ædificio fuit aucta, & prope ipſam erectum fuit Limocomium, quod urbi Utinenſi inſervit tempore peſtis. Benedictus a Foro-livio prior generalis Camaldulenſis congregationis, *anno* M. CCCC. XXIII. *indictione prima*, *die octava ſeptembris*, tranſlato Luca priore ſancti Gottardi ad regimen monaſterii Orbiſiani territorii Patavini, in priorem ejus cœnobii conſtituit Angelum Cieram Venetum monachum ſancti Michaelis de Muriano. Paginam hujus electionis publici juris fecit [c] Johannes-franciſcus Madriſius Oratorii presbyter in ſua nova editione operum ſancti Paulini patriarchæ Aquilejenſis. Unita ei monaſterio fuit poſtea capella ſanctæ Fuſcæ de Adiliaco, ut alibi videbimus. De zelo, ſanctitate, martyriique corona Bertrandi Aquilejenſis patriarchæ, præter Palladium & antiquiorem hiſtoricum Candidum, videantur

[b] Pag. 329.

[c] Pag. 275.

Ughellius, Bollandiſtæ & Cl. V. Bernardus de Rubeis in Monumentis eccleſiæ Aquilejenſis [a].

XVIII. Indulgentiæ eccl. S. Mathiæ prope Foro-livium.

JACOBUS prior monaſterii ſancti Mathiæ juxta civitatem Foro-livienſem ordinis Camaldulenſis obtinuit præſenti *anno* M. CCC. XXXV. *Benedicti* XII. *pontificatus anno primo*, *die* XV. *menſis martii* ex Avenione indulgentias pro ſua eccleſia a pleriſque epiſcopis, Gartia nimirum Bellunenſe & Feltrenſe epiſcopo, Johanne, forte Jacobo, Mauroceno, Torcellenſe, Thoma Dulcinenſe, Alamanno Suanenſe, Bonifacio Corlavienſe, Petro Montis-marani, Matthæo Balneo-regienſe, Johanne Elenenſe, Johanne Siguenenſe, Galgano Alerienſe, Raymundo Diagorganenſe, Guillielmo Tauriſienſe, & Bartholomæo Clodienſe epiſcopis, quas confirmavit, bullaque ſua munivit die quinta maji ejuſdem anni indictione XI. Thomas epiſcopus Foro-livienſis, in cujus diœceſi conditum erat monaſterium. Picti ſunt in autographa pagina ſanctus Mercurialis librum dans tribus eremitis ſtantibus, ſanctus Valerianus (hi protectores urbis Foro-livienſis,) ſanctus Mathias apoſtolus & ſanctus Romualdus. Gartia Bellunenſis Gorgias de Luſia appellatur ab Ughellio; Gorzia in tabulario noſtro Fullinate ad annum 1345. Bartholomæus Clodienſis omittitur in Italia Ughellii, ſed facile vitiatum eſt in pagina noſtra nomen cathedræ.

XIX. Hieronymiani eremitæ viſitati ab abbatibus Camalduli Florentini.

JACOBUS abbas monaſterii ſancti Salvatoris de Florentia ordinis Camaldulenſis delectus fuit juxta privilegium, quod conceſſerat Johannes cardinalis diaconus ſancti Theodori & apoſtolicæ ſedis legatus, in viſitatorem monaſterii ſui a fratre Bartholomæo Bononis priore primoque inſtitutore novæ congregationis ſecundum regulam ſancti Auguſtini, ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Podio ſancti Sepulcri, quæ poſtea appellata eſt Hieronymianorum. A Bartholomæo ſiquidem una cum capitulo ſuo idem Jacobus abbas ad hoc viſitationis officium præſtandum advocatus fuit die XXX. maji hujus anni, quod ordinate peregit die ſequenti.

Item poſt obitum ejuſdem venerabilis & religioſiſſimi viri fratris Bartholomæi, qui paulo poſt contigit, frater Paulus, qui illi in præfectum ſubrogatus fuerat, iterum elegit in viſitatorem præfatum abbatem Jacobum, quod munus ſimiliter præſtitit die trigeſima-prima maji anni ſequentis, ut ſcribitur in chronico Camporeenſi, ſeu in actis ejus ordinis & monaſterii ſcriptis anno 1371. per fratrem Benedictum Thedaldi priorem dicti ordinis decimo ſui prioratus anno, quæ aſſervantur in tabulario abbatiæ Florentinæ ſanctæ Mariæ, quæque V. Cl. Petrus-Aloyſius Galletus tunc a bibliotheca ejuſdem monaſterii tranſmiſit ad cardinalem Angelum-mariam Quirinum, qui publici juris ea fecit in epiſtola XCVIII. [b] ad Felicem-mariam Nerinium congregationis monachorum ſancti Hieronymi de Italia abbatem generalem. De eodem Jacobo abbate Camalduli Florentini fit mentio in tabulario monialium ſanctæ Apolloniæ de Florentia per hæc tempora, quibus ipſe Jacobus judex fuit inter eaſdem moniales & Philippum Thomæ Piaciti Florentinum. Quoad viſitationem peractam a Jacobo abbate Camalduli Florentini animadvertere libet Placidum Puccinellium in hiſtoria abbatiæ Florentinæ [c], ubi origines deſcribit monaſterii Camporeenſis ad annum 1335. putaſſe Bartholomæum Bononi priorem deputaſſe in viſitatorem & directorem ſuæ recentis congregationis monachum dictæ abbatiæ Florentinæ, ut ſtatuerat decreto ſuo cardinalis Johannes Cajetani Urſinus abbatiæ commendatarius. Vel recuſantibus monachis abbatiæ Florentinæ hoc onus, vel liberam viſitatoris electionem habentibus novis Hieronyminianis aſcetis, exploratum eſt ex monumentis Cam-

[a] Col. 908.
[b] Pag. 664.
[c] Pag. 119.

Camporeenſibus hoc officium, ſaltem ſuperioribus dictis annis, exercuiſſe abbatem Camalduli Florentini.

ANN. CHR. 1335. XX.

Monumenta Vangaticienſia & aliorum monaſteriorum.

Hoc monumentum ſpectans ad hunc annum reperitur in tabulario noſtræ abbatiæ Vangaticienſis. „ Anno a nativitate Domini noſtri Jeſu-
„ chriſti M. CCC. XXXV. indictione tertia, reparata & reformata fuit
„ hæc eccleſia monaſterii ſanctæ Mariæ de Vangaticia, quæ corruerat,
„ & diſſipata erat præ vetuſtate, & chorus dictæ eccleſiæ factus fuit ter-
„ tio per domnum Severum de Saxo-ferrato Dei & apoſtolica gratia ve-
„ nerabilem abbatem prædicti monaſterii, exiſtente domno Marco de Pi-
„ ſis priore clauſtrali dicti monaſterii, nec non exiſtentibus ibi monachis
„ & fratribus domno Nicolao de Peruſio archipresbytero de Cavazzana,
„ domno Johanne Teotonico, domno Eraſmo de Muxello, domno Mal-
„ dolo de Marchettis, domno Nicoletto de Venetiis, domno Benedicto
„ de Malitiis de Padua, & fratre Franciſco de Fano tunc ſacriſta mona-
„ ſterii antedicti. “ Anno antecedenti, & occaſione præfatæ reaptationis eccleſiæ repertum fuerat ſepulcrum Cunegundis uxoris Azonis Alberti magni marchionis Eſtenſis, cujus ſepulcralem inſcriptionem attulimus tomo II. horum Annalium, & ante nos ex Grandio ediderat Muratorius in Antiquitatibus medii ævi [a]. Videatur Bronzerius pag. 177. Reparationem eccleſiæ Vangaticienſis ad annum 1325. refert Seneſius; ſed inventionem ſepulcri ad annum 1334. [b]

a T. IV. col. 607.

b Pag. 60.

Die vigeſima-ſecunda decembris Rogerius quondam comitis Guidonis de Romena una cum Piero, Roſſo, Uberto, & Guidone fratribus ſuis promiſit ſollemniter defenſionem eremi Camaldulenſis, & bonorum ipſius, ut ſimilem ſponſionem fecerant ejus majores.

Præſenti *anno* M. CCC. XXXIV. *ab incarnatione*, *die octava januarii* Bonaventura prior generalis permiſit Friderico ſancti Michaelis de Arretio, & Vincentio ſanctæ Trinitatis de Peruſio prioribus, ut invicem permutarent dictorum locorum regimen. Quare emendandum eſt, quod aſſerit Lubinus, prioratum ſancti Michaelis de Arretio erectum fuiſſe in abbatiam a Johanne XXII. qui jam obierat menſe decembri anni elapſi. Quinimmo titulus prioratus perſeveravit in eo monaſterio uſque ad ſequens ſeculum, quo dumtaxat locus in abbatiam fuit evectus.

In tabulario ſancti Maglorii de Faventia extat ſub hoc anno teſtamentum nobilis dominæ Iſabettæ filiæ quondam Thomaſini de Alfiano, & uxoris nobilis viri Franciſci comitis de Caſtro-caro de Foro-livio, quæ voluit humari in eccleſia Minorum, & locum fratrum eremitarum Camaldulenſium de Foro-livio extra portam, poſt varia legata, in ceteris ſuis bonis reliquit hæredem univerſalem.

ANN. CHR. 1336. XXI.

De eccleſia S. Mariæ de Pietate Maceratæ.

FLORUTIA filia Philippi de Calderola, uxor autem Roberti Petri de Monte-ulmo, habitatrix terræ Maceratæ, conſtituta coram Frederico epiſcopo Maceratenſe, conſentiente viro ſuo, dederat anno 1321. eidem epiſcopo domum ſuam poſitam in contrata fontis Maceratæ, ut ædificaretur eccleſia ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Pietate, aſſignando pro dote eccleſiæ ipſam domum & quamdam vineam, reſervatis ſibi jurepatronatus & electione rectoris, qui deberet confirmari per epiſcopos Maceratenſes, & cum annuo cenſu unius libræ ceræ in feſto ſancti Juliani quotannis perſolvendo epiſcopatui, donec ædificaretur eccleſia. „ Anno M.
„ CCC. XXXVII. duodecima julii Johannes dominæ Bonæ de Macerata ob-
„ tulit ſe & ſua bona omnia mobilia & immobilia Deo & dictæ eccle-

„ ſiæ

„ ſiæ ſanctæ Mariæ, & Ruberto patrono, promittens ſe tamquam con- „ verſum vivere ſub rectore, nec ſe alio transferre, retento ſibi uſufru- „ ctu booorum donatorum; “ ex tabulario Claſſenſi ſancti Apollinaris. Præſenti *anno* M. CCC. XXXVI. *quarta indictione tempore domni Benedicti pape* XII. *die viceſimo-ſexto menſis ſeptembris* uterque jugalium ipſorum donationis titulo conceſſerunt Bartholomæo de Pyro monacho Valle-caſtrenſi, & rectori eccleſiæ ſancti Salvatoris de Decimano diœceſis Auximanæ idem juspatronatus, & facultatem nominandi rectorem ejuſdem eccleſiæ; anno vero ſequenti dono dederunt Valle-caſtrenſi cœnobio ſupradictas domum & vineam. Superſunt electiones poſthac ab abbatibus Valle-caſtrenſibus factæ; nam anno 1352. Benedictus Johannis de Porcarella rector ejus eccleſiæ ipſam reſignavit Alberico abbati Vallis-caſtri, qui Guillielmum Mariani de ſancto Severino monachum ſuum in rectorem elegit, confirmatum ſubinde a Nicolao epiſcopo Maceratenſe. ANN. CHR. 1336.

XXII. Oblatio eccleſiæ S. Apollinaris de Claſſe.

IN tabulario ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia hoc monumentum aſſervatur ſpectans ad cœnobium ſancti Apollinaris in Claſſe: „ Hæredes „ Quirici & Rainaldutii a ſancto Elpidio diœceſis Firmanæ die ſancti „ Apollinaris tempore miſſæ pontificalis poſt evangelium ſub throno de- „ bent offerre unum pallium ſirici, valoris non minus quinque librarum „ Ravennæ, & pro luminariis dictæ eccleſiæ, ac ſacratiſſimi vultus in „ throno ipſius eccleſiæ inſtinctu divino miraculoſe conſtituti, quatuor „ metretos olei olivæ viginti-octo librarum, duodecim uncias pro libra „ pro quolibet metreto capientes; manu Gerardi Ottonis Manfredi nota- „ rii. “ Super hac donatione interrogatus optimus ſenex noſter decanus & bibliothecarius dicti Claſſenſis monaſterii domnus Maria-angelus Flaccius hæc nobis per literas reſpondit: „ Quod ſpectat ad imaginem *ſacratiſſimi vultus* reor hanc eſſe illam Salvatoris, quæ eminet in medio „ Crucis muſivæ efformatæ in catino chori, quam deſcripſit Vitalis A- „ quæductius monachus noſter in ſuo ms. opere *de Ædificatione & mirabilibus ædis divi apoſtolici Apollinaris in civitate olim Claſſenſi*, ubi „ capite primo paginis 13. & 14. muſivum ſacrarii exornans, & ſpecia- „ tim crucem in medio renitentem, affirmat, quod *circumcirca effulgent* „ *aurata ſidera* XCIX. .... *in cujus* (Crucis) *medio Sudarium Chriſti* „ *viſitur divina, ut fertur, arte fabrefactum; inſcripta hæc viſuntur ver-* „ *ba*: Salus mundi. Ante ſactum hujuſmodi vultum ardebant lampades. “

XXIII. Ædificatio eccl. S. Jo: baptiſtæ de Bagna-cavallo.

PERTINET ad hunc annum erectio monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ in oppido Bagnacavalli, olim dicto Tiberiaco. Die ſiquidem decima-nona ſeptembris Guido de Bruſamolinis, Bencevenne de Ruſticis, & Bengus Fere cives ejus loci donaverunt Antonio Galeatenſi monacho cœnobii ſancti Mathiæ de Muriano & procuratori Benedicti prioris ejus loci domum in contrata Podii, ut ipſius loco eccleſia conderetur in honorem ſancti Præcurſoris, quam incolerent monachi ſancti Mathiæ. Hoc autem firmius ſtatutum fuit anno ſequenti die undecima februarii, ut ex chartis tabularii ejuſdem monaſterii Murianenſis. Cauſam autem huic fundationi dedit Leonardus ſancti Mathiæ monachus, qui cum unus ex illis fuiſſet, qui ex ſancto Mathia habitatum ad ſancti Johannis Faventiæ veniſſet, per Tiberiacum tranſiens, ibidem de cœnobio inſtituendo egit, quod ſubinde ædificatum diu & ad hodiernam diem obſervantiæ multæ laude floruit. Ipſius monaſterii conſtructionem ſtatuit Fortunius ſub Dominico priore ſancti Mathiæ, qui tamen nunquam regimen ejus cœnobii tenuit, cum hoc anno & ſequentibus prior ſancti Mathiæ adhuc eſſet Benedictus. Sed ipſum audiamus. „ Ædificatio cœnobii ſancti Johannis-

„ ba-

ANN. CHR. 1336.

„ baptiſtæ Balnei-caballi facta eſt anno 1336. quo tempore præſidebat eremo ſancti Mathiæ Dominicus prior, qui Benedicto vita functo ſucceſſerat. Ad quod, ut protenderentur fines ſancti Mathiæ, cauſam dedit frater Leonardus converſus ibi natus. Is enim cum unus ex illis fuiſſet, qui ex ſancto Mathia habitatum ad ſancti Johannis Faventiæ venerant, per Balneo-caballum (alias Tiberianum) tranſiens tractavit ibi cum Guidone atque Ugone Bruſamolinis, ut ipſi quoque ſuperficiem aliquam compararent pro ædificando in patria cœnobio. Qui quidem re cum Bencivene Ruſtici, Bengio Ferræ, Ruſtico Martini, nec non Guizardio & Maxio Draconiis communicata, qui hoc fieri quam primum maxime cupiebant, emerunt domum poſitam juxta portam Ranarum penes hæredes Brandolini, eamque ipſi fratri Leonardo & Antonio de Galeata ut ſindicis atque procuratoribus ſancti Mathiæ dilargiti ſunt, ut ibi loci ipſorum donatorum ſumptibus erigeretur templum præcurſori Johanni-baptiſtæ cum cœnobio dicatum, ad quod traduceretur monachorum colonia ex eremo ſancti Mathiæ, qui ibi divinis obſequiis ſecundum Camaldulenſium ritum ſedulo operam navarent. Igitur inſtituto mox cœnobio per Dominicum priorem ſancti Mathiæ &c." Sed ipſæ autographæ donationis loci & erectionis cœnobii paginæ habent Benedictum ſancti Mathiæ priorem. Animadverſione dignum plura ex monaſteriis conſtructis a monachis ſancti Mathiæ nomen tuliſſe ſancti Johannis-baptiſtæ, ut fuit Clodienſe anni 1325. Faventinum anni 1329. Bagnocavallenſe hujus anni, quartumque videbimus in inſula, Judaica appellata, Venetiarum anno 1339.

XXIV. Statuta inter abbatiam S. Juſti, & commune Volaterrarum.

PER officiales communis Volaterrarum electos de pari conſenſu Ranuccii de Allegrettis epiſcopi, & Fatii abbatis monaſterii ſanctorum Juſti & Clementis ejuſdem urbis, adnotatæ fuere & recenſitæ præſenti *anno* M. CCC. XXXVI. *indictione* IV. *menſe majo* poſſeſſiones omnes ſpectantes ad opus eccleſiæ dictorum Sanctorum, qui patroni & defenſores appellantur communis & populi Volaterrani. Eæ fuere conventiones inter commune urbis & abbatem monaſterii initæ ad tollendam omnem diſcordiam; nimirum ut in libro exararentur bona & poſſeſſiones dicti operis, nempe ædificii eccleſiæ. Ut adminiſtratio & gubernatio dictorum bonorum pertineret ad abbatem, qui quotannis operario, ſive religioſo ſive ſeculari ab ipſo eligendo tribueret libras ſexaginta denariorum ad augmentum dicti operis, qui operarius una cum aliis operariis ſtatutis a duodecim viris populi Volaterrarum redderet rationem de expenſis; quæ autem præter expenſas remanerent, deponerentur apud abbatiſſam monaſterii ſanctæ Claræ. Ut oblationes cereorum communis erogarentur in idem opus, non autem oblationes factæ ad altaria dictorum Sanctorum pro ſolvendis votis., & pro gratiis impetratis, ac curationibus, quæ ſemper ſpectarent ad ipſa altaria. Ut die feſto eorumdem Confeſſorum duodecim viri populi mitterent militem poteſtatis ſeu populi capitaneum cum eorum *berovanis* ad cuſtodiendum feſtum a rixis.& ab inhoneſtis rebus. Ut planeta, dalmatica, tunicella & pluviale conficerentur valoris centum librarum pro honoranda Sanctorum feſtivitate. Ut delerentur omnia ſtatuta hactenus facta contra abbatem Volaterranum per commune, & præſentia unice firmarentur. Actum Volaterris die vigeſima-octava maji. Berovani ſeu Berroarii & Berroerii ſunt apparitores. Videatur Cangius ad vocem *Berroerii*.

XXV. Paginæ Trivienſes, Avellanenſes, Pratalienſes.

REMISSIONEM omnium offenſarum & reſtitutionis rerum fecit Benedictus abbas Trivienſis hominibus ſuis, qui per vim occupaverant monaſterium, & ſubjugaverant fideles abbatiæ, ceteraque juta invaſerant ipſius

ſius monaſterii, ut fuſe legitur in codice inſtrumentorum Nerii quondam Uguccii notarii in tabulario ejuſdem cœnobii.

ANN. CHR. 1336.

Ubaldus abbas ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ facultatem dedit Puccio rectori ſancti Nicolai de Peruſio recipiendi renuntiationem eccleſiæ ſancti Fauſtini ſpectantis ad alteram eccleſiam ſancti Quirici ejuſdem urbis, quæ erat obedientialis, ut dicebatur, monaſterii ſanctæ Crucis a Bartholo rectore, qui eam mutavit cum eccleſia ſancti Feliciani de Lacu dictæ diœceſis & ejuſdem Avellanenſis juriſdictionis.

Vacante eccleſia ſanctæ Felicitatis de Fregina, cum habenda eſſet electio novi rectoris, intervenit & populus; verum cum nulla occurreret memoria alias populum interfuiſſe, abbas Prataliensis, ad quem ſpectabat electio, proteſtatus eſt ſe intendere id permittere ſine læſione jurium ſui monaſterii. Actum die XXV. decembris; ex tabulario Fontis-boni [a].

In necrologio Vangaticienſi ponitur ſub hoc anno ad diem ultimam decembris: *Obiit Raynaldus marchio domus Eſtenſis*.

Mentio monaſterii ſancti Petri prope Cæſenam, cujus prior erat Placidus, nominatus de ordine Vincareti, fit in tabulario archiepiſcopali Ravennæ [b].

a §. *Electio* 33. *A.* 4. 43.

b *H.* 3335.

ANN. CHR. 1337.

XXVI. Bullæ Benedicti XII. pro monaſt. Carcerum & S. Gregorii de Urbe.

IN locum Johannis XXII. Romani pontificis defuncti die quarta decembris anni 1334. electus fuerat die vigeſima ejuſdem menſis Jacobus Fournerius, olim monachus Ciſtercienſis, qui aſſumpto nomine Benedicti XII. nil antiquius habuit, quam abuſuum reformationem, reparationem monaſticæ diſciplinæ, & dignorum paſtorum delectum. Is præſenti *anno tertio ſui pontificatus ſeptimo idus ſeptembris* ex Avenione mandavit priori monaſterii ſanctæ Sophiæ de Patavio, ut curaret revocare ad proprietatem monaſterii Carcerum bona ipſius cœnobii diſtracta & alienata. *Tertio kalendas januarii* deſinentis præteriti anni abbates ſancti Laurentii extra muros Urbis, & ſancti Gregorii in Clivo Scauri, ac priorem ſecularis eccleſiæ ſancti Marcelli de Urbe deputavit in judices conſervatores abbatiſſæ & conventus monaſterii ſancti Silveſtri de Capite ordinis ſanctæ Claræ ejuſdem Urbis, ut legitur apud Wadingum [c].

c *T. VII. pag.* 476.

XXVII. Aliquot monaſteriorum monumenta.

BICUS Landi de Albergottis prior & vexillifer juſtitiæ Arretinæ civitatis, Johannes de Baroncinis, aliique ſex nominatim expreſſi cives & priores populi Arretinæ urbis, precibus Bonaventuræ prioris generalis ipſorum officio porrectis annuentes, eremum Camaldulenſem ejuſque caſtrum Mojonæ ſuſceperunt, ſicut hactenus fuit conſuetum, in patrocinium civitatis & populi [d]; manu Fortis Roſſi notarii.

d §. *Conventio* ...

Idem Bonaventura die ſexta maji participationem bonorum ſpiritualium congregationis Camaldulenſis dilargitus eſt fratribus Miſericordiæ Salvatoris diſciplinæ, qui colligebantur in cœmeterio conventus ſanctæ Mariæ Novellæ Florentiæ ordinis Prædicatorum, cum eorum filiis & deſcendentibus. Hæc ſocietas ad præſentem diem appellatur *Jeſu peregrini de Capponibus*, & coaleſcit ex primaria nobilitate Florentina. Similem anno 1310. conceſſerat ei ſocietati Accurſius prior.

Pariter cum coram ipſo priore generali accuſatus fuiſſet Rotius monachus ſanctæ Helenæ ad flumen Æſinum & filius nobilis militis Guillielmi Ranaldi de Æſio, quod vigore cujuſdam diſpenſationis obtentæ a Petro de Corbaria damnatæ memoriæ anti-papa, ſe ingeſſiſſet in adminiſtratione dicti cœnobii, & pro abbate ipſius, mandavit idem prior [e] die trigeſima octobris Thomæ priori ſanctæ Mariæ de Serra, ut de præfatis rebus inquiſi-

e §. *Viſitatio* 4 *A.* 4. 50.

ANN. CHR. 1337.

quiſitionem juridice faceret, qui delegatus ad examen vocatis pluribus teſtibus nil certi de hujuſmodi crimine elicere potuit, præſertim cum ipſe Rotius omnia ſe talia tentaſſe inficiaretur.

Eccleſia hoſpitalis ſancti Angeli de Mannolo Caſtellanæ diœceſis ſubjecta monaſterio Trivienſi, collata fuit hoc anno die XXVIII. maji a Benedicto abbate ejuſdem cœnobii ad honorem Benedicti pape XI. (legendum XII.) Ugolini epiſcopi Caſtellani, & Cunfreydi archipresbyteri plebis de Corliano. Ugolini Tiphernatis epiſcopi monumentum non affert Ughellius, niſi ad annum 1342.

Ita ex chartis Ravennatibus ſcimus eccleſiam ſancti Johannis in Meleto ſubjectam fuiſſe monaſterio ſancti Petri ad Vincula, quod erat in Ravennate territorio; Archipresbyterum autem plebis ſancti Laurentii in Vado Rondino diœceſis Livienſis fuiſſe Avezudum monachum ejuſdem monaſterii [a]; Benedictum vero abbatem.

a Capſ. I. 3888.

Alia donatio legitur ſub hoc anno *indictione* V. *die dominico* XVII. *menſis auguſti* ab hominibus villæ Galzignani facta Johanni & Antonio de monte Rode, in qua donationis pagina nominatur monaſterium ſupra montem jam inchoatum. Uberius de eo loco dicemus poſt biennium.

XXVIII. Obitus Thomaſii de Coſtacciario, & miracula.

CONTIGIT hoc anno feliciſſimus obitus beati Thomaſii de Coſtacciario poſt ſexaginta-quinque ſolitudinis, pœnitentiæ & arctiſſimæ vitæ annos, de quo verba fecimus ad annum 1272. cujus acta & miracula ſtatim a morte & a translatione ſacri corporis ſecuta hic edimus ex veteribus mſs. quæ congeſſit olim Alexander Sperellus epiſcopus Eugubinus, & ad collectores Actorum Sanctorum tranſmiſit cardinalis Antonius Bicchius anno 1666. Sunt autem hujuſmodi: *In nomine Domini, amen. Tranſivit venerabilis pater beatus Thomaſius ex hoc mundi naufragio ad Patrem anno Dominicæ incarnationis* M. CCC. XXXVII. *octavo kaleudas aprilis in feſto Annuntiationis beatæ virginis, degens in eremitorio beati Hieronymi de Monte-cuco comitatus Eugubii. Cœpit autem vir Domini ſanctus Thomaſius continuo magnis & multis coruſcare miraculis, quia ejus vita plena ſanctitate & omnibus fuit virtutibus ornata, ut teſtantur illi, qui eum agnoverunt, & cum quibus ipſe beatus* Thomaſius *in eodem eremitorio* LXV. *annis ſolitariam vitam duxit. Cumque in diverſis multarum provinciarum partibus glorioſa ejus miracula, largaque per ipſum impetrata beneficia plurimos ad Chriſti devotionem accenderent, & ad ipſius Sancti reverentiam incitarent, habita prius licentia ab epiſcopo Eugubino, homines de Colleſtacciaro propter ejus ſanctitatem, & beneficia multa ab eo recepta ejus venerabile corpus cum hymnis & canticis, & laudibus ſpiritualibus ad prædictum caſtrum detulerunt.*

Pervenientes denique ad ipſum caſtrum cum jubilo pretioſum theſaurum, quem portabant, in eccleſia fratrum Minorum de caſtro predicto anno Domini M. CCC. XXXVII. *octava die ineunte aprilis cum omni reverentia condiderunt. Porro ſicut vir iſte ſanctus beatiſſimus Thomaſius mirandis virtutum ſignis in vita claruerat, ſic & hoc die tranſitus ſui uſque in præſentem per diverſas provinciarum noſtrarum partes præclaris miraculorum prodigiis divina ſe potentia glorificante coruſcat. Nam cæcis, fractis, ſurdis, mutis, claudis, paralyticis, dæmoniacis, captivis & mulieribus in puerperiis decumbentibus ipſius meritis remedia conferuntur, omnibuſque morbis, neceſſitatibus & periculis ſubvenitur.* Hinc ſequentem iidem fratres orationem compoſuere in ſacris de more recitandam in honorem ſancti viri: *Deus, qui gloriam ſanctitatis beati Thomaſii confeſſoris tui multis & ma-*

gnis

gnis miraculis demonſtraſti, da nobis quæſumus & concede, ſic ejus glorioſis meritis ſuffragari, quod in tuæ beatitudinis gloria cum perenni tranquillitate lætemur.

ANN. CHR. 1337.

Sed narrationem proſequamur. *Nam eo die translationis ejus apud caſtrum Collis-ſtacciarii erat quidam Angelus Buti Taſſi nomine, qui infirmitatem rupturæ diutiſſime portaverat; hic emiſit votum una cum matre, & ſe prædicto Sancto recommendavit, ut eo tempore ipſum a prædicta infirmitate liberaret. Quid plura? extemplo meritis dicti a prædicta infirmitate ſanatus eſt, ita quod nullum veſtigium infirmitatis in eo remanſit. Quidam puerulus Maſſoli Bellæ filius hujuſmodi rupturæ infirmitate laborans devote ſtetit ante corpus dicti Sancti, & manum ejus ſanctiſſimam fecit apponi in loco rupturæ; qui ſtatim cœpit convaleſcere, & altera die rediens & ſtans ante corpus beati Thomaſii totaliter liberatus eſt. Item beatus Thomaſius eadem die liberavit Andream Petri Benvenuti ab infirmitate rupturæ, quam duriter patiebatur, ſicut ipſe cum juramento coram toto populo confeſſus fuit. Eodem tempore Bartolus Guidonis de villa Maina ſuo juramento firmavit, quod fuerat rupturæ infirmitatem paſſus per tempus viginti-quinque annorum, & plus quam ſemel & pluries recommendavit ſe beato Thomaſio, ut liberaret ipſum a dicta infirmitate. Tandem meirtis dicti Sancti gratiam obtinuit, & cum gaudio ad patriam reverſus eſt. Item liberavit beatus Thomaſius quemdam puerulum Matthioli Philippucii de villa Collis-filiorum-Ugonis filium, fractum ex utraque parte, ut Matthiolus pater ejus ſuo juramento coram omnibus confirmavit. Nicolutius Melli de villa Maina ſuo juramento aſſeruit & dixit, quod ipſe fuerat paſſus rupturæ infirmitatem per tempus duorum annorum, qui recommendavit ſe beato Thomaſio humilitate qua potuit, itaque meritis & precibus dicti Sancti reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati.*

Quidam de villa Montis-ſancti-Apollinaris Butellus Petrucii nomine ſuo juramento dixit & aſſeruit, quod ipſe habebat quamdam ſuam filiam parvulam fractam circa umbilicum, & omnes medici unanimiter ſic eam judicabant, qui recommendavit eam beato Thomaſio, promittens ſibi, quod ſi eam liberaret, ipſam duceret ad ejus tumulum viſitandum, & ibi lumbare cereum poneret. Et voto jam emiſſo puella meritis dicti Sancti a dicta infirmitate liberata eſt. Item beatus Thomaſius liberavit Johannem Salutii de villa Nai comitatus Callii ab infirmitate rupturæ, ſicut ipſe coram omnibus affirmavit. Puer quidam Blaſius nomine de villa Paraventi comitatus Callii erat contractus crure ejus dextero, ita quod a genu uſque deorſum quaſi lignum videbatur; & ipſe nullatenus poterat ambulare. Ejus mater compatiens filio ſuo totaliter perdito ipſum recommendavit beato Thomaſio: Mirabile certe! illico facta recommendatione puer ſurrexit, & libere cum aliis pueris ambulavit, & hoc mater ſua ſuo juramento affirmavit.

Soror Angelucia Johannis de Colle-ſtacciario de monaſterio ſanctæ Mariæ de Via-nova attracta renibus fuerat per annos ſex, ita quod erigere ſe minime poterat, & patiebatur vehementer illum dolorem, quæ humiliter ſe beato Thomaſio pro ſalute recuperanda recommendavit, & viſitans corpus perſonaliter, continuo meritis Sancti prædicti ſanitatem obtinuit, ambulans recte & ſine aliquo dolore. Sequenti die poſt ejus translationem mulier quædam de Sigillo Florentia Alexandri nomine habebat manum impeditam, & digitos manus recurvos, taliter quod manum aperire nullatenus poterat, quæ etiam cum lacrymis beato Thomaſio pro ſanitate manus perditæ ſe recommendavit, & videntibus omnibus circa corpus dicti Sancti adſtantibus,

Ann. Chr. 1337.

ſtatim ut tetigit manus ſancti Thomaſii, manum ſuam libere extendit, & plenam ſanitatem recepit, ſicut oſtendit coram omni populo. Finola Roſæ de Buravio pedem habebat graviter a fuſo vulneratum, quæ ſe humiliter beato Thomaſio recommendavit, cujus meritis libere a dicto vulnere & dolore eſt liberata.

Captola de Foniano habebat manum ſuam perditam totaliter, quod cum ea operari aliquid nullatenus poterat, quæ recommendavit ſe beato Thomaſio, & extemplo meritis dicti Sancti manum prædictam rehabuit ſine aliquo impedimento ſanam & liberam. Item beatus Thomaſius liberavit Mariam Ceccoli de villa Anſciani, quæ habebat latus dexterum perditum, & os prope aurem retorſum, cujus meritis plenam ſanitatem recepit, & hoc pater ejus cum juramento affirmavit. Marcus Adjutoli de Podio-molino patiebatur ebnoxie dolorem in ſpatula & in collo, taliter quod nullatenus poterat ſe volvere, & recommendans ſe beato Thomaſio libere reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati. Quidam Mathias Jannoli nomine fuerat paſſus annis quindecim & amplius unam ſcrofolam in ſummitate capitis groſſam ad inſtar ovi gallinæ, qui ſe humiliter beato Thomaſio recommendavit & obdormivit; revigilans autem ſe in prædicta ſcrofola invenit maximum pruritus ardorem & exuſtionem carnis, & ſcalpens & pruriens ſtatim dicta infirmitas crepuit, & meritis dicti Sancti perfecte eſt liberatus.

Eodem die ejus translationis Agnes Neri filia de Colle-ſtacciarie dolorem fortiſſimum in ſua mamilla patiebatur, taliter quod filium ſuum minime lactare poterat; cujus rei cauſa ſe humiliter beato Thomaſio recommendavit, & cepit manum Sancti, & poſuit ſupra ſuam mamillam morbidam & illico ſanata eſt. Eodem die uxor Ceccoli de Cupo, quæ fuerat paſſa octodecim menſibus & ultra dolorem in tibia ſua, recommendans ſe beato Thomaſio ſanata eſt. Eodem die uxor Ricii Johannis de Colle-ſtacciario non habebat de lacte, ut nutriret filiam ſuam. Vir ſuus eam recommendavit beato Thomaſio promittens imaginem ceream ſuper ejus ſepulcrum ponere, & voto jam emiſſo ſtatim mulier illa habuit de lacte ſufficienter ad puellam nutriendam. Uxor Ceccoli Margarita fuerat paſſa pluribus annis morbum caducum, & recommendans ſe precibus humillimis beato Thomaſio liberata eſt.

Quidam puer Angellelus nomine Mathiæ Valentini filius de Feſſate habebat unum apoſtema valde periculoſum in mamilla dextera, itaque a quinque medicis fuerat de ſalute diffidatus, cujus pater triſtis & dolens cum lacrymis eum beato Thomaſio recommendavit; extemploque ſibi apparuit, qui appoſuit ſuper apoſtema modicum de unguento, & tenuit dictum unguentum ſuper dictam infirmitatem diebus novem; & amoto unguento in fine novem dierum aſſeruit cum juramento dictus pater, quod meritis dicti Sancti puer a dicta infirmitate liberatus eſt. Quidam de Eugubio patiebatur malum ſquinantiæ in gutture ſuo, recommendans ſe beato Thomaſio, ſtatim meritis dicti Sancti liberam & integram ſanitatem recepit. Item Andreas Margaritæ ſcriptor nobilis de Eugubio gravem patiebatur infirmitatem, ſcilicet mentis alienationem, & peſſimam occidendi ſe tentationem; tandem ut potuit devotiſſime una cum uxore ſua ſe beato Thomaſio recommendavit, & mox cœpit convaleſcere, & meritis ſancti prædicti reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati. Item liberavit Armanutium Corradi de Collalto a febri continua, qua duriſſime affligebatur.

Beatus Thomaſius liberavit alias duas mulieres temporibus diverſis a ſpiritibus immundis, quarum una vocabatur Santuccia de Rubeano, altera vero Creſciela, quæ vexata fuerat a dictis ſpiritibus per triginta annos &

ultra;

ultra; & dæmones in ea exiſtentes, qui erant plures, terribiliſſima & horribiliſſima faciebant, ut teſtentur illi, qui viderunt. Etiam beatus Thomaſius liberavit etiam mulierem de Vite-groſſa a ſpiritibus immundis vexatam annis ſeptem. Clara uxor Venturæ de Colle-ſtacciaro pluribus annis paſſa fuerat obſcuritatem oculorum ſuorum, ita quod modicum licet etiam non e longe recognoſcere ſive videre poterat, quaſi ſemicæca; & veniens cum lacrymis ad tangendum corpus beati Thomaſii, & ſe ſibi devotiſſime recommendans ſtatim tacto ſacro corpore viri Sancti viſum fuit ſibi, quod quidam pannus recederet ab oculis ejus, & mox confeſſa eſt, & cum juramento affirmavit coram omni populo, quod plene & perfecte videbat a longe & de prope, & meritis glorioſi Thomaſii reſtituta eſt priſtinæ ſanitati.

Ann. Chr. 1337.

Gaſconius Ghirandaſei de Arretio degens in inſula Manfredi totaliter erat perditus, & a plante pedis uſque ad verticem capitis non erat in eo ſanitas, itaque non poterat aliquod membrum corporis movere, ſed ſemper oportebat, quod per alium cibaretur. Dictum fuit ſibi: Recommenda te beato Thomaſio, quod effecit cum multis lacrymis ipſum invocando. Et facta recommendatione ſtatim cœpit ſe adjuvare, & in eipſo ſentire valorem & virtutem dicti Sancti, & ambulare per ſeipſum, quod prius nullatenus poterat ſine adjutorio. Et veniens ad ejus tumulum gratias agens Deo & beato Thomaſio, oſtendit ſe eſſe liberatum, ambulans & exiliens coram populo. Eodem die translationis ejus Paulus Salimbene de Bracciolo recommendavit ſibi filium ſuum, qui laborabat in extremis, & magis ſperabatur de ejus morte, quam de vita; & facta recommendatione ſtatim cœpit convaleſcere, & in die ſequenti portaverunt eum parentes ejus ad corpus beati Thomaſii ſanum & hilarem.

Item beatus Thomaſius liberavit a morte Canſium Ceccoli Petri de ville Anſciani, qui fuerat infirmus per tempus unius menſis, & omnibus videbatur ipſum mori, cujus rei cauſa parentes ejus devotiſſime & cum lacrymis ipſum recommendaverunt beato Thomaſio, & continuo puer cœpit convaleſcere, & meritis dicti Sancti reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati. Jacomellus Caccioli exiſtens pluribus annis ſurdus, ita quod modicum audiebat, niſi cum clamoribus & validiſſimis vocibus, recommendans ſe beato Thomaſio, ſtatim rehabuit auditum; & hoc cum juramento aſſeruit coram omni populo. Domina Caterina uxor Andreæ dixit & ſuo juramento affirmavit, quod ipſe habebat maxillam ſuam dexteram amotam & disjunctam a loco ſuo, ita quod medici non credebant ipſam liberari, & diffidaverant eam, nec poterat aliquod comedere, licet bibere tantum dederunt ſibi aliquas medicinas, quas dicta mulier nullatenus recipere poterat. Tandem ſe humiliter recommendavit beato Thomaſio, & medicinas medicorum ſepoſuit, & dormiens de nocte, & revigilans ſe invenit meritis beati Thomaſii integre & perfecte liberatam.

Angela uxor Buccanutii de colle ſancti Martini prope Sigillum portavit ad beatum Thomaſium quemdam filium ſuum, nomine Thomaſium, quem peperit ipſa Angela mortuum, ut ſuo juramento aſſeruit, & pluribus experimentis fuit per obſtetrices probatum, ſi in illo corpuſculo eſſet aliquo modo de ſpiritu, & judicatum fuit ab omnibus quod non. Videns hoc mater pueri, dolens & triſtis una cum obſtetricibus recommendavit eum beato Thomaſio, vovens, ſi eum reſuſcitabat a mortuis, ut poſſet baptizari, quod ipſum portaret ad tumulum ejus viſitandum, & cingeret ſepulcrum. Et voto jam emiſſo, facto modico intervallo puer meritis beati Thomaſii baptizatus fuit, ut teſtentur illi, qui eum viderunt, & obſtetrices & mater pueri ipſum omni populo oſtenderunt.

Ann. Chr. 1337.

Ad laudem & gloriam nominis ſui volens demonſtrare Altiſſimus, quod in Sanctis ſuis mirabilis efficitur & ſublimis, cuidam religioſo de civitate Eugubii de hoc ſancto Thoma viſio eſt orta cœlitus, non tacenda circa tempora ſui glorioſi tranſitus. Videbatur aperte religioſo prædicto, quod per medium montis ſancti Ubaldi, qui præeminet civitati Eugubii, quidam viri eremitæ proceſſionem notabilem celebrarent; ante quos omnes præcedebat quidam ſenectute venerandus, reſplendens & lucidus velut Sol. Ad cujus mirandum intuitum mens dormientis gaudio ſimul & admiratione repleta requirebat, quis ille foret, qui in proceſſione præcedens tanto lumine reſplendebat. Cognovit autem in ſpiritu, quod ille foret eremita Thomaſius, cujus pœnitentiæ opera Altiſſimus approbans, oſtendebat omnibus glorioſum. Subſequentes autem, fuit intuenti reſponſum, ſunt illi, qui carnem ſuam flagellis pœnitentiæ edomantes, hujus ſancti viri veſtigia imitati, coronam ſimilem & exempla ſalubria ſuſcipiunt. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & ſecretum Regis Altiſſimi, quod in magna reverentia & devote ſuſceperat, devote, reverenter & cauta ad laudem & gloriam divini nominis revelavit. Aſſerebat ſimiliter religioſus præfatus a tempore, quo fuit ſibi viſio præmonſtrata, propter fidem, quam recepit ad Sanctum, beneficia inde plurima recepiſſe. Frequentiſſimæ ſunt in hac beati Thomaſii collectione miraculorum, ſicut & in aliis collectionibus, quas ſub aliis annis afferemus, inteſtinorum fracturæ curationes; id porro tribuendum eſt regioni, locisque circumjacentibus, in quibus vigebat, vigetque hodie hujuſmodi morbus; præterquamquod ſcimus eumdem beatum virum, dum viveret, patientiſſime toleraſſe eam infirmitatem. Idipſum dicendum eſt de beato Albertino priore Avellanenſe in diœceſibus Callienſe & Eugubina, de Alberico eremita ſanctiſſimo Cellæ inter Ambas-paras in diœceſibus Sarſinate & Monferetrana, de beato Angelo de Aqua-pagana in Spoletano, alteroque Angelo Gualdenſe in Nucerino territoriis, quorum virtus apud Altiſſimum præcipue enituit in ſanandis herniis, & inteſtinorum paſſionibus, ut opportune vidimus, & ut mirifica inſuper continuatio earumdem curationum ad hunc diem comprobat.

Ann. Chr. 1338. XXIX. Capitulum generale congregationis Faventinum, & conſtitutiones.

CELEBRATUM fuit die prima maji hujus anni a Bonaventura priore generali capitulum congregationis in urbe Faventina ad monaſterium ſanctorum Hippolyti & Laurentii, in quo per Severum Vangaticienſem, Apollinarem Claſſenſem ſancti Apollinaris, Fatium ſancti Salvatoris Berardingorum, & Jacobum ſancti Salvatoris Camalduli Florentini abbates, alioſque duos eremitas, ſequentes præ ceteris editæ fuere conſtitutiones. Statutum fuit in primis, ut in monaſteriis Vangaticiæ, Claſſis, Urani, ſancti Zenonis, ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, Berardingorum, Camalduli Florentiæ, ſancti Juſti Volaterrarum, & ſancti Mathiæ de Muriano die proximi menſis octobris ſacra ſancto Lucæ inchoarentur ſtudia juxta morem ſcholaſticum Philoſophiæ & Theologiæ, & juxta diſcretionem judiciumque prioris Camaldulenſis, quæ ſtudia in futurum perſeverarent in dictis monaſteriis, & etiam in reliquis cœnobiis conventualibus, vel pene conventualibus, ſtatuto ſalario magiſtris de communi marſupio ordinis, & ex collectis ob id imponendis a priore præfato. Vetitum fuit cuiquam, ne in lectione & in cantu competenter non inſtructus auderet ſe immiſcere cœtui ſtudentium. Perſonæ idiotæ declarantur inhabiles ad quaſcumque prælaturas & ad beneficia conſequenda, vel ad translationem pinguioris beneficii, & ſi quis idiota ſe ingeſſerit pro obtinenda prælatura ſtatuitur, ut ipſo jure & facto habeatur omnino pro

inepto

inepto & incapace beneficiorum regularium. Interdicitur omnino ingreſſus clauſtrorum monialium, exceptis capellanis, converſis & commiſſis habitum ordinis gerentibus, & etiam clericis occaſione exequiarum, invitandis per abbatiſſam, ubi abbatiſſa regit monaſterium, vel per priorem, ubi prior moniales regit. Intelligimus ex hac conſtitutione duplex genus monaſteriorum ſanctimonialium; aliud, in quo excluſis monachis jure ſuo ſe regebant moniales, aliud, in quo ſubjectæ prioribus & monachis degebant ſacræ virgines; quod poſtremum ad genus ſpectabat monaſteriorum duplicium. Mulieres pariter excluduntur ab ingredienda clauſura monialium, exceptis nobilibus dominabus, vel excepta occaſione lethalis infirmitatis aut obitus, exceptis etiam conſanguineis ad quartum gradum, prohibitis tamen tempore funerum fletibus, ululatibus & palmarum tunſionibus. Eadem ratione prohibetur abbatiſſis & monialibus exitus e clauſtris; excipiuntur tamen abbatiſſæ ſanctæ Chriſtinæ de Bononia, ſanctæ Annæ prope Bononiam, ſanctæ Mariæ de Bethleem prope eamdem urbem, & ſancti Antonii de Tuderto, quibus facultas conceditur quandoque adeundi ipſarum vetera monaſteria in locis remotioribus ab urbe olim exiſtentia, ex quibus ſe intra vel prope urbes receperant, & tunc procedere debeant a duabus ſanctimonialibus ſociatæ vel ab honeſtis matronis. Abbatiſſa quoque parthenonis ſancti Johannis-evangeliſtæ de Prato-veteri poſſit viſitare monaſterium ſancti Benedicti de Arretio, quod eſt illius obedientiale & ſuffraganeum, valeat etiam transferre moniales ex uno ad aliud aſceterium. Vetantur monialibus collocutiones cum ſecularibus & cum clericis, niſi forent conſanguinei, & tunc vel ad rotam, vel ad cratem ferream, & in præſentia duarum ex antiquioribus monialibus. Capellani excipientes confeſſiones monialium infirmarum id præſtare debeant, adſtantibus, ſed aliquantulum remotis, ceteris monialibus. Præſcribitur pœna abbatiſſis vel ſacris virginibus ſuæ integritatis & caſtimoniæ ruinam incurrentibus. Decernitur, ut monaſteria ſanctimonialium ab orbibus remota, ſancti nimirum Johannis-evangeliſtæ de Buldrone tribus milliaribus diſtans ab urbe Florentia, ſancti Georgii de Apibus totidem ab urbe Senarum, ſanctæ Annæ extra Bononiam, ſanctæ Mariæ de Bethleem extra eamdem urbem, monaſterium cellæ ſancti Maglorii de Faventia, aliud ſanctæ Chriſtinæ in territorio Foro-livienſi, vel intra urbium ambitum deducantur, vel ſuppreſſis monialibus ad monachorum uſus deveniant, vel transferantur moniales ad alia ditiora ſacrarum virginum domicilia. Hæc tamen conſtitutio abrogata fuit in alio capitulo habito poſt novennium ab eodem generali Bonaventura. Demum patres ſententiam excommunicationis intorſerunt in aliquot Foro-livienſes homines, ſignanter in Gregorium & Jacobum germanos fratres, filios Gothofredi de Foro-livio, qui impie ſacrilegas manus injecerant in Bonaventuram priorem in eccleſia ſancti Johannis de Ravaldino in burgo Foro-livii orantem, ac Jacobum de Orlellis Camalduli Foro-livienſis priorem & monachos, & converſos dicti loci in generalis prioris adjutorium concurrentes, alioſque populares vicinos enſibus ferierant, paulo-ante capituli celebrationem, dum generalis Faventiam iret. Ii nimirum eccleſiam ingredientes cum tumultu, armis & armatis ſtipati animam ipſius cum magnis clamorum vociferationibus exquirebant. Hæ conſtitutiones coram multis prælatis lectæ fuere die tertia maji, & in Appendice integræ referuntur.

Ann. Chr. 1338.

XXX. Cœnobiorum aliquot hiſtoria.

DIE vigeſima-quinta julii [a] idem Bonaventura præſes generalis conſtituit Bartholum abbatem Anglarienſem in ſuum procuratorem ad compromittendum cum nobili viro & potenti milite Tarlato de Petra-mala, qui ſe

[a] §. Mandamenti A.4.57.

ANN. CHR. 1338. ſe dicebat obtinuiſſe a dominis de Monte-acuto jus in electionem & reformationem monaſterii Silvæ-mundani.

Devoluta omni auctoritate eligendi abbatis monaſterii ſancti Johannis de Burgo-ſancti-Sepulcri in Johannem abbatem ſancti Michaelis de Burgo Piſarum tamquam vicarium ejuſdem Bonaventuræ, ex eo quod Angelus olim Burgenſis abbas ſe abdicaſſet a regimine præfati monaſterii, translatuſque fuiſſet ad alterum ſanctæ Agnetis Peruſinæ diœceſis ſuffraganeum

a §. Electio 35. A. 4. 58. Burgenſis, ipſe abbas Piſanus die XIII. auguſti [a] elegit in abbatem Burgenſem Franciſcum abbatem ſancti Petri de Puteolis. Super cauſa Angeli olim abbatis ſancti Sepulcri & tranſlati ad prioratum ſanctæ Agnetis extat conſilium JC. Johannis Andreæ in codice I. ms. Conſiliorum archi-

b Pag. 6n vi Fontis-boni [b].

Idem Franciſcus abbas Puteolenſis, antequam ad abbatiam Burgenſem transferretur, procuratorem, qui pro ſe ageret, creavit; ex qua pagina colligitur, quod a Romano pontifice Benedicto XII. electus fuerat conſervator bonorum & jurium epiſcopatus urbis Lucenſis. Poſt tempora Alexandri IV. & Johannis XXII. quilibet epiſcopatus & quodlibet monaſterium judices & conſervatores a ſede apoſtolica delegatos obtinuerant pro ſervandis ſuis privilegiis & juribus, quin neceſſitatem haberent confugiendi ad Romanum pontificem.

Vacante monaſterio ſancti Petri de Eſte per mortem Marcheſinæ abbatiſſæ, Severus abbas Vangaticienſis, cui ſuberat idem virginum aſcererium, creavit in abbatiſſam Benvenutam. Petierant anno 1319. moniales hujus loci a Bonaventura generali priore, ut fas ipſis foret aſſumere habitum nigrum, & tranſire ad moniales atra veſte nitentes. Vel ergo conſilium ſuum executæ non fuerant, vel ſub habitu nigro parebant abbati Vangaticienſi, qui Camaldulenſem habitum album deferebat.

Die decima maji ſtatuta fuere capitula concordiæ ſtipulanda inter abbates Claſſenſem, Uranenſem, Savignanenſem, priorem quoque de Cavedecollis ex una parte, & ex altera inter civitatem Cæſenæ ſuper litibus dudum exortis circa vexationes, quas ſibi illatas dicebant dicta monaſteria a communi & a miniſtris ejuſdem urbis quoad ipſorum bona, locationes & deductiones fructuum ſuorum bonorum per territorium Cæſenatis urbis.

XXXI. De Caſtellionenſium injuriis illatis monaſterio Vivenſi.

A plutibus annis Caſtellionenſes Vallis-urciæ infeſtabant bona monaſterii de Vivo in diœceſi Cluſina, & ex examine teſtium colligitur, quod poſtremi hujus decennii tempore præſertim multa damna intulerant, injurias, deprædationes ac ſacrilegia commiſerant. Inter cetera anno 1328. die feſtivitatis ſancti Benedicti homines dicti caſtri venientes cum vexillo univerſitatis numero ducenti ad præfatum monaſterium, aſcenderunt ſuper tectum templi, vexillum ſuper turrim campanariam extulerunt, & Rainerium monachum Miſſam tunc celebrantem ferro & lanceis turbarunt, alium ſacerdotem monachum ad terram dejecerunt, lampadem eccleſiæ fregerunt, & enudatis enſibus ceteros monachos omnes effugarunt, eorum utenſilia diripuerunt, portas cœmeterii & tectum eccleſiæ inciderunt; inde progredientes ignem applicuere domibus & monachorum horreis, terras demum devaſtaverunt, uſurparunt & ab eis abſtulerunt. Anno pariter 1331. alia concertatio orta fuit monachos Vivenſes inter, & homines Caſtellionenſes, qui poſtremi jus ſibi vindicabant paſcendi eorum animalia in territorio Vivenſi; ſed miniſtri officii, vulgo appellati *Gabellæ* Senenſis urbis, conſilio Friderici Petruccii Senenſis, ad favorem monaſterii pronuntiarunt, aſſerentes territorium dicti monaſterii ſeparatum eſſe a terri-

torio

torio Caſtellionis Urciæ. Quia tamen contra ſcita divina & humana a moleſtiis nullo non anno deſiſtebant Caſtellionenſes, monachi Vivenſes & ipſorum prior Urbanus confugium habuere ad apoſtolicam ſedem, adienſque prior Benedictum XII. Romanum pontificem in judicem delegatum controverſiarum obtinuit Franciſcum abbatem monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis de Spinetis ejuſdem Cluſinæ diœceſis, cui mandatum fuit, ut de hujuſmodi injuriis rigidam perquiſitionem faceret, & moleſtos invaſores excommunicationis ſententia perculeret. Juſſa apoſtolica exequutus eſt Franciſcus abbas, extantque penes dominos comites de Cervinis, qui in jura introjerunt Vivenſis monaſterii a duobus ſeculis, acta ejus proceſſus ſuper hac re inſtituti, interrogationes factæ ſupradicto monacho ſacerdoti Rainerio, qui tunc evaſerat abbas ſancti Petri de Arniano, Dominico abbati, Marco, Cortinello aliiſque, quæ integra referimus in Appendice. Teſtium depoſitionibus motus Franciſcus abbas ſententiam excommunicationis protulit in Caſtellionenſes reos declaratos, ac miniſtros ſuos deputavit, qui prolatam ſententiam ad ipſorum commune deferret. Die decima-nona martii hujus anni magis magiſque exaſperati Caſtellionenſes paginam judicii e manibus miniſtri abſtulerunt, eumque percuſſum dimiſerunt, & fugaverunt uſque ad flumen Urciæ. Quare die decima-quinta aprilis idem judex abbas habito conſilio peritorum declaravit, & denuntiavit excommunicatione irretitos omnes incolas præfatæ terræ Caſtellionis, curiamque ejus caſtri eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. Actum Sarthiani in *ſala* ſupradicti domini Franciſci abbatis, qui eadem die alios elegit nuntios, ut ſententiam interdicti deferrent, mandans interim rectoribus eccleſiarum ſancti Stephani Caſtellionis Arretini, Seggiani, Rochæ de Salimbene, Corſignani, ſancti Quirici in Oſenna, Montechielli, Campiliæ, Vignonis, Caſtelli-veteris comitum Marciani, & Bricolæ, ut excommunicatam agnoſcerent & proclamarent, in ſuis eccleſiis & plebibus communitatem Caſtellionis. De compromiſſo ſecuto inter Caſtellionenſes & priorem de Vivo dicemus ad annum 1341. Tempore autem ſuperioris examinis poſt Urbanum prior Vivenſis erat Gregorius confirmatus in eo regimine juſſu Bonaventuræ præſidis generalis Camaldulenſis a Fatio Berardingorum abbate. Fatius ex Volaterrana abbatia ad Berardingæ monaſterium translatus fuerat poſt annum 1336. ANN. CHR. 1338.

Collatio eccleſiæ ſanctorum Nicolai & Paterniani de caſtro Collorei, quod erat in ditione nobilis viri Paulotii de Fajola, pertinebat ad priorem ſancti Johannis de Cella inter Ambas-paras, ut liquet ex pagina electionis rectoris factæ hoc anno die duodecima februarii ad honorem Dei, & Benedicti papæ XII. & Franciſci epiſcopi Sarſinatis & Nicolai prioris, & plebis ſanctæ Mariæ de Vignole a procuratore ejuſdem Nicolai Cellenſis prioris. Franciſcus epiſcopus Sarſinas erat ex comitibus de Calbulo Foro-livienſibus.

XXXII. De caſtris Ravennianæ in territorio Fanenſi.

HOMINES Montis-roli, Montis-vetuli, Fractarum, Turris ſancti Viti, Montis-dolii, ſancti Laurentii Collis-alti, inſulæ Gualtareſchæ, Reforzatæ, ſancti Bartholi, Bartis, Ropulæ, rocchæ Mondavii, ſancti Georgii, Lubacariæ & Plagiarum, caſtrorum ſcilicet comitatus Fani expetierunt a Romano pontifice Benedicto XII. ſe ea libertate a communis Fani ſubjectione donari, qua olim ſub Johanne XXII. prædeceſſore ejus fuerant donati per Franciſcum Florentinum epiſcopum & per Falconem Papienſem theſaurarium eccleſiæ Andegavenſis, tunc vice-rectorem marchiæ Anconitanæ; plures enim tyranni ſeu reguli civitatis Fanenſis iterum ea caſtra ſervituti ſubjecerant. Annuit eorum petitionibus Romanus

pon-

Ann. Chr. 1338.

pontifex *decimo-ſeptimo kalendas februarii*, *pontificatus ſui anno quarto*, dicta caſtra exempta & libera declarans, ſubjicienſque tantummodo Romanæ eccleſiæ & rectori marchiæ Anconitanæ. Integrum Benedicti diploma damus ex tabulario Claſſenſis monaſterii, quod jus ſaltem in ſpiritualibus adhuc retinebat in plura ex dictis caſtris appellatis de Ravenniana.

Ann. Chr. 1339. XXXIII. Obitus Bonacurſii fundatoris mon. S. Jo: de Judaica.

OBIIT hoc anno Bonaccurſius de Bonetis ſeu de Benedictis Moriconis filius, civis Lucenſis & Venetus, qui Venetiis mercaturæ gratia conſiſtens, annis elapſis gravi morbo correptus teſtamentum condiderat, quo hæredes ſuorum bonorum relinquebat monachos ſancti Mathiæ de Muriano, duos quoque patricios viros ultimæ ſuæ voluntatis commiſſarios inſtituens, quibus præceperat, ut eo loci, ubi Judaica-nova dicebatur, templum in honorem ſancti Johannis-baptiſtæ erigeretur, eique affine conſtrueretur monaſterium, quod excolerent monachi Camaldulenſes, ſubjicerenturque priori ſancti Mathiæ, ac præter divinum cultum miſericordiæ etiam opera exercerent; adeoque mandaverat, ut prope monaſterium hoſpitale ſub invocatione ſancti Franciſci ædificaretur, in quo, hoſpitalario curante, qui priori ſancti Johannis pareret, binæ pauperum decades alerentur, annuoſque redditus ſtabilierat pro conſtructione eccleſiæ, monaſterii & hoſpitalis. Ex eo morbo convaleſcens latiſundia poſtea emerat in agro Tarviſino anno 1333. eaque monachorum futurorum ſubſtentationi attribuerat. Sed cum jam manus imponeretur operi, omniaque in promptu eſſent pro loci ædificatione, extremam clauſit Bonaccurſius diem menſe majo hujus anni, ſepulcrique honorem habuit in ea eccleſia, quæ poſt ejus mortem condita eſt, cujus fuerat maximus beneſactor, immo auctor, & hac epigraphe fuit donatus:

SEPVLCRVM. BONACVRSI. MORICONI. DICTI. BONETI. DE. LVCA CIVIS. VENECIARVM. OBIIT. ANNO. DOMINI. M, CCC. XXXVIV. MENSIS. MADII. PRO. ANIMA. CVI. DE. BONIS. SVIS. FACTVM EST. ISTVD. MONASTERIVM. MARIAE. ET. SANCTORVM JOHANNIS. BABTISTAE. ET. FRANCISCI. CONFESSORIS. QVORVM PRECIBVS. ANIMA. IPSIVS. BONACVRSI. REQVIESCAT. IN. PACE AMEN. PRO. ANIMA. CVIVS. ET. SVORVM. HAEREDVM. NOS TENEMVR. EXORARE. DOMINVM.

In necrologio Vangaticienſi ponitur Bonaccurſii obitus ſub die quinta maji. Monaſterium ſancti Johannis poſt ipſius deceſſum ſtatim ædificatum eſt; excitatum erat ante annum 1344. ut liquet ex inſtrumento cujuſdam locationis eo anno confectæ, in quo nomine ſuo referuntur procuratores monaſteriorum ſancti Mathiæ de Muriano, & ſancti Johannis-baptiſtæ de Judaica. Anno ſequenti emptum ſolum, ut dicemus; adeoque non ita præveniendum eſt tempus conſtructionis ejus monaſterii, ut fit in additionibus ad Italiam ſacram Ughellii, ubi legitur conditum fuiſſe ad annum 1310. eo facile anno Bonaccurſius primas confecit teſtamentarias tabulas, conſiliumque de monaſterio ædificando meditatus eſt.

XXXIV. De eremo Rubenſi in Patavino territorio.

DE altero a San-mathianis monachis condito cœnobio ſeu eremo nunc dicendum, licet aliqua de ejus conſtructione in anteceſſum protulerimus ſub anno 1334. Ea eremus fuit ſanctæ Mariæ in loco dicto de Ruha vel Rhode in montibus Euganeis territorii Patavini, quam Ildebrandinus de Comi-

Comitibus Romanus, epiſcopus ejuſdem Patavinæ urbis die decima ſeptembris hujus anni conceſſit ſeu confirmavit cœnobitis ſancti Mathiæ. Is autem eccleſiam Patavinam rexit ab anno 1319. ad 1352. Epiſcopi contractus ſeu libellus extat in tabulario Ruhenſi, rogatus ab Antonio filio magiſtri Zupari notarii imperialis & officialis curiæ epiſcopalis Paduæ, quem ad Appendicem remittimus. Ex ipſo itaque intelligimus *anno* M. CCC. XXXIX. *indictione* VII. *die dominico duodecima menſis ſeptembris*, præſente inter ceteros Petrocino abbate monaſterii ſancti Cypriani de Muriano, vicario Ildebrandini epiſcopi, Bonaventuram Bolducqium monachum ſancti Mathiæ, eumdem nimirum, qui ante decem & ſeptem annos fundator fuerat monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ de Foſſa-clodia, conſtitutum coram eodem epiſcopo, procuratorio nomine Benedicti prioris ſancti Mathiæ humiliter ab ipſo antiſtite petiiſſe licentiam ædificandi eccleſiam in honorem beatæ Mariæ virginis, & adjungendi monaſterium, in quo reſidere deberent monachi Camaldulenſes, qui immediate ſubjecti forent priori & eremitis ſancti Mathiæ de Muriano in ſummitate montis Ruhenſis; epiſcopum vero *ob reverentiam ſanctæ & approbatæ regulæ & ordinis Camaldulenſis, ac ſanctitatem & venerabiles mores monachorum ſancti Mathiæ, cupientem ipſorum opera tamquam lucernam ſplendidam ſuper candelabrum poni, ut luceat omnibus Chriſti-fidelibus, qui ſunt in domo Dei, ipſorumque fratrum & monachorum vitam in exemplum hominibus demonſtrari, & cultum divini nominis augmentari* &c. eam licentiam juxta petita tribuiſſe, conſilio & conſenſu jam obtentis ab archipresbytero & a canonicis capituli Paduani, impoſuiſſeque eis annuum canonem unius libræ incenſi, vel duarum perdicum. Ab hoc canone monachos vel eremitas Ruhenſes abſolvit in perpetuum anno 1546. cardinalis Franciſcus Piſani epiſcopus Patavinus. ANN. CHR. 1339.

In tabulario ejuſdem loci, qui modo, ex ceſſione monachorum ſancti Mathiæ, pertinet ad eremitas noſtros Monte-coronenſes, extat antiqua ſcheda clarius originem ejus eremi patefaciens, quæ eſt hujuſmodi: „ In „ nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, videlicet Patris & Filii & Spiritus-ſan„ cti, unius Dei, & Domini noſtri Jeſu-chriſti, ejuſque matris Mariæ, „ & ſancti Michaelis archangeli, ac beatorum apoſtolorum Petri & Pau„ li, ſanctorumque confeſſorum ac noſtri ordinis fundatorum Benedicti „ & Romualdi, & omnium Angelorum & Sanctorum. Incipiunt anno„ tationes quædam pertinentes ad locum hunc ſeu eremitorium nuncupa„ tum ſancta Maria de Ruha, prout invenitur in antiquis contractibus „ & ſcripturis ejuſdem loci ſeu eremitorii, quæ apud nos ſunt in hoc „ ipſo eodem loco, & dictæ ſcripturæ adnotabuntur etiam in hoc libello.

„ In primis de principio hujus eremitorii ſcias, quod anno M. CCC. „ XXXV. indictione III. die martis decimo-octavo mentis julii tempore „ ſanctiſſimi papæ Benedicti, videlicet anno primo; qui papa Benedictus „ fuit CC. III. a ſancto Petro, & XII. in ordine pontificatus illius nomi„ nis. Tunc igitur frater Johannes Veronenſis, & frater Antonius de Al„ bignafico divinitus inſpirati propoſuerunt, & cœperunt habitare locum „ iſtum ad honorem Dei, & beatæ virginis Mariæ matris ſuæ, & de „ eleemoſynis fidelium cœperunt ædificare, prout apparet in quadam char„ ta ſeu patente, quæ eſt apud nos, ubi etiam indulgentia porrigentibus „ manus adjutrices conceſſa fuit quadraginta dierum. Secundo hos duos „ eremitas præfatos de monachis ſive eremitis ſancti Mathiæ de Muriano „ ſeu de Camaldulenſium ordine extitiſſe credimus, ex eo quod inde poſt „ quatuor annos ſequentes invenitur contractus confirmationis ſeu conceſ-

ANN. CHR. 1339.

„ ſionis, qui etiam eſt apud nos, ubi ab eodem epiſcopo eadem ædificandi licentia monachis ſancti Mathiæ de Muriano conceditur; quaoto „ uno tempore, vel e quantis & quibus particularibus monachis ſive eremitis ſuerit habitatus locus hic, notum nobis non eſt, veſtigia tamen „ habitationum invenimus, & contractus antiqui ſub nomine ſanctæ Mariæ de Ruha, qui apud nos ſunt. Tertio ſcias ad Dei ſublimis laudem, „ ejuſque puriſſimæ ac ſanctiſſimæ Matris, quod in anno Domini M. D. „ XXXVII. placuit eidem Domino cœli miraculoſe ad honorem ejus ſanctæ Virginis matris inſtaurare locum nomini ejus dicatum, etiam fortaſſe propter oſſa ſive reliquias eorum Sanctorum, quæ hic ſepulta „ ſunt &c. “ Proſequitur autem ſcriptor narrationem adventus eremitarum Coronenſium, de quo ſub eo anno agemus. De diplomate Benedicti papæ XII. mentionem facit etiam Lucas Barcinonenſis in eremiticæ hiſtoriæ libro IV. [a] affirmans, „ dum novi cultores Ruhæ ſeculo XVI. „ prima tentoria figunt, ſibique tuguriola ex ſtoreis ſeu virgultis aſtruunt, „ repertum ſuiſſe antiquiſſimum diploma apoſtolicum, in quo Benedictus „ papa duodecimus quaſdam concedit indulgentias fratribus Johanni Veronenſi & Antonio Albignaſcio eremitis ſanctæ Mariæ in Ruha ordinis „ Camaldulenſis; ex quibus loci proprietas ſine dubio ad monaſterium „ ſancti Mathiæ præſatum pervenit, nam & illic eremitæ Camaldulenſes „ tunc temporis habitabant. “

a Pag. 156.

XXXV. Paginæ plurium monaſteriorum.

PRIORES Artium Florentiæ, vexilliſer juſtitiæ, populus & commune civitatis Florentinæ literis ſuis commendatitiis *die vigeſima-quarta aprilis* [b] hujus anni rogaverunt civitatum & terrarum dominos & amicos ſuos, ut Camaldulenſium bona quælibet ſita in Caſentino & ſupra uſque ad jugum alpium, maxime vero Modionæ caſtrum cum ipſius curia & diſtrictu, homines & bona ſervare vellent ab omni injuria, tamquam poſita ſub protectione ipſius communis Florentini.

b §. *Brevia* 3. *A.* 4. 64.

Ex paginis Fabrianenſibus notitiam habemus Franciſci abbatis monaſterii ſancti Bartholomæi de Campo-regio Eugubinæ diœceſis, qui Ubaldo abbati ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ ſolvit cenſum quorumdam piſcium hoc anno die decima-octava martii.

Obeunte Johanna abbatiſſa moniales monaſterii ſanctæ Mariæ ioter Saxa elegerunt Mathiolam Angeluccii ad honorem Creſcentii abbatis ſancti Victoris de Cluſis, cui ſubjectæ erant; ipſiuſque electionem coofirmavit idem Creſcentius abbas.

In locum Feliciani prioris ſanctæ Mariæ de Balneo electus fuit a Bonaventura præſide generali in priorem Thomas monachus ejus loci [c], die ſexta ſebruarii. Die XIII. aprilis [d] regimen deponente Micheluccia abbatiſſa ſancti Antonii de Tuderto ſuffecta fuit Lucia, tradita Marco abbati ſancti Andreæ de Puteo pagina ipſius electionis. Demum a monachis ſancti Johannis inter Ambas-paras, ad quos jus ſpectabat, electus fuit abbas Camprianenſis monaſterii ſiti in plebatu Claſſis Arretinæ diœceſis die decima decembris hujus anni [e].

c §. *Electio* 36.
d *Ibidem* 37.
e *Ibidem* 38.

Ex charta Florentina rogata apud eccleſiam ſancti Salvatoris conditum fuit hoc anno Florentiæ partheoon monialium albarum appellatum ſanctæ Apolloniæ, quod dives ſubinde evaſit acceſſione plurium bonorum, ſed præſertim unione veteris monaſterii de Mantignano. Duæ moniales eductæ fuere ex parthenone ſanctæ Mariæ-Matris, conſtituta Andrea una ex ipſis in abbatiſſam.

Paulus abbas ſancti Savini in Montione prope Piſas, & Johannes rector eccleſiarum ſancti Petri de Camoliano, & ſancti Laurentii de Kinſica,

ANN. CHR. 1339.

ſiea, capellani & nuntii a ſede apoſtolica ſpecialiter deputati, vacante eccleſia ſancti Salvatoris de Roſajuolo plebatus plebis de Cappiano, *quæ eſt cum inhibitione & decreto donationi ſedis apoſtolicæ reſervata*, poſſeſſionem inierunt ejus eccleſiæ, committentes ejus gubernationem Andreæ nato Caſtrini quondam Gentilis de comitibus Roſajuoli, ut ex documento, quod in Deliciis eruditorum anni 1743. affert Lamius [a].

[a] *Pag.* 772.

ANN. CHR. 1340.

QUANTA in veneratione eſſet beati Silveſtri converſi monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia nomen apud majores ordinis declarat Fortunius, vel Zenobius Tantinus in ejus vita, ſcribens, „ Bonaventuram generalem priorem conſueviſſe ſæpius ipſum Camaldulum „ advocare; vel quando ipſe generalis Florentiam adveniebat, volebat, „ ut Silveſter apud ipſum ante prælatos & abbates ſederet; id quod ægre „ & poſt multas excuſationes vir humilis præſtabat. Ita etiam prior mo„ naſterii ſanctæ Mariæ Angelorum ipſum ad latus ſuum ſedere cogebat; „ & ſi quando correctiones monachorum erant peragendæ, eas ipſe mul„ ta miſericordia & æquitate faciendas ſuadebat cœnobii præfecto, XXXVI.

Silveſtro monachn Angelorum tributi honores.

Quando il priore faceva correzione
Aſpra, gridando & facendo rumore,
Dalla ſua cella ndendol fra Sylveſtro
La giù correva come cervio d' eſtro
E in Capitolo al lato del ſuo priore
Sedea, facendo a lui ognun honore,
E ſi dicea: Vuo tel manicare?
Che ha fatto coſtui, che pare un cane?
E brevemente voleva, che correggeſſe
Con carità & frate ſi pareſſe,

E ſpecialmente queſto fù ad uno
Che non parve al prior, che foſſe puro.
Quando conſiglio il prior pigliava
Da' ſuoi frati, a lui ſi riporeava
Dicendo: Più ſi dicon che ſi faccia,
E men che nò, chinando la ſua faccia.
Et quelli a l' ora ſi volea ſapere
Chi foſſe l' uno & l' altro, & lo ſuo dire.
Et poi dicea, ſti di maggiorenti
Si vaglion più, che giovanetti venti,

Ad idem ſanctæ Mariæ Angelorum monaſterium evolavit hoc anno, vigeſimo ætatis ſuæ Jacobus Gerius, patruus alterius Jacobi monachi excellentiſſimi ſcriptoris librorum choralium. Primus conſummatus in brevi explevit tempora multa, defunctus anno 1345. ut eo anno dicemus.

MONASTERIUM Roſæ Senarum ædificatum, ut vidimus, ante aliquot annos extra urbem Senenſem in colle Gallignani ad flumen Treſſæ, translatum fuit hoc anno propius urbem. Poſt Marcum Murianenſem monaſterii priorem, qui decennium eo officio functus fuit, electus eſt in cœnobii priorem Johannes Stricca vel Striccia ex numero aſcetarum dicti loci. Is ad monachorum & civium commodiorem uſum, ratus expedire conſtructionem monaſterii fieri prope mœnia, habito ſermone cum Donodeo de Malevoltis epiſcopo Senenſi, obtinuit hoc anno facultatem ipſum ædificandi ſuper amœnum campum menſæ epiſcopalis, quem epiſcopus priori donavit vel vendidit, ſtatuto annuo cenſu florenorum quinquaginta auri ſolvendo a monaſterio epiſcopatui. XXXVII.

Monaſterium Roſæ ad alium locum translatum.

EODEM *anno indictione* VIII. *die* XXVIII. *menſis octobris* Baſilius abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Agnano, & adminiſtrator legitimus monaſterii & eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Gradibus Arretinæ diœceſis, nomine ſuo & ſuorum monaſteriorum & ſingulorum prioratuum, eccleſiarum & capellarum ſibi ſubjectarum appellavit a quibuſdam literis Boſi epiſcopi Arretini ad apoſtolicam ſedem & ad Benedictum XII. Romanum pontificem, ſuppoſuitque ſe & loca ſua protectioni & defenſioni apoſtolicæ. Quare rectores eccleſiarum ſanctæ Chriſtinæ de Clanis, ſancti Blaſii de Arretio, ſancti Petri de Stoppiolo & ſancti Martini de Loreto, qui erant ſubjecti eidem abbati, ratam habuerunt hujuſmodi appellationem. Idipſum præ- XXXVIII.

Appellatio abbatis Agnani a Boſo epiſcopo Arretino.

ANN. CHR. 1340.

præſtiterunt die nona novembris rectores eccleſiæ ſancti Blaſii de Monte-altuzzó, & ſancti Ægidii de ſancto Pancratio, qui æque ipſi ſubjiciebantur abbatiæ Agnanienſi. Boſus de Ubertinis jam ab anno 1326. ſuffectus fuerat in ſede Arretina Guidoni Petramalio.

XXXIX. Indulgentiæ eccleſiæ S. Michaelis de Muriano.

Ex veteri apographo monaſterii ſancti Michaelis de Muriano *die octava aprilis* hujus anni *pontificatus Benedicti papæ* XII. *anno ſexto* ex Avenione plures epiſcopi indulgentias conceſſerunt eccleſiæ dicti monaſterii, cujus abbas erat Theobaldus; nomina autem epiſcoporum ſunt ſequentia: Nermes Manaſgardenſis archiepiſcopus, Petrus Callienſis, Bernardus Banenſis, Petrus Montis-marani, Petrus Acernenſis, Gratianus Dulcinenſis, Sergius Polenſis, Thomas Tinienſis, Salmanus Corphienſis, Jacobus Lubanenſis, Nicolaus Caianienſis, Pinus Januenſis epiſcopi. Sergium Polenſem electum anno 1331. deceſſiſſe Avenione anno 1342. ſcribit Ughellius, ſuffectum autem ei fuiſſe Gratiam Dulcinenſem. Non dubitamus aliquot epiſcoporum cathedras & nomina eſſe vitiata, & de iis aliqua anno ſequenti in conſimili indulgentiarum pagina.

XL. Emptum ſolum pro ædificatione eccleſiæ S. Joh. de Judaica.

AUCTORITATE ſua ratam habuit hoc anno Franciſcus Dandulo Venetiarum dux emptionem ſactam a Benedicto priore ſancti Mathiæ de Muriano terrarum in Judaica-nova pro conſtruendo ſuper ipſas monaſterio ad honorem ſancti Johannis-baptiſtæ juxta teſtamentarias tabulas Bonaccurſii Bonecti de Luca, de quibus anno præterito. Actum Rivoalti; rogavit autem paginam Leonardus Caniza plebanus ſancti Juliani & inclyti Venetiarum ducis cancellarius. Terras vero ſive ſolum dato pretio emit Benedictus a Johanna Philippi Aurii olim uxore. Senatus autem conſulto promiſſum fuit fratribus religionis Camaldulenſis, quod ſemper conſervarentur in loco & eccleſia ſupraſcripta; ex quibus verbis non obſcure a publicæ pietate authoritatis conceſſam fuiſſe erecto monaſterio peculiarem loci protectionem arguitur.

XLI. Donatio pro erectione hoſpitalis prope Socium.

FREDERICUS quondam Guiduccii de Surci in Caſentino familiaris comitis Bonifacii Novelli de Donoratico die XVI. ſeptembris ſuo teſtamento legavit aliquot pecunias monaſterio ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, in quo ſuam elegit ſepulturam, alias reliquit ſororibus ſive recluſis monialibus de Soci, demum eremo Camaldulenſi donavit aliquot latifundia, decernens, ut ſi filius ſuus Alexander ante legitimam ætatem, vel ſi ſine filiis deceſſerit, de bonis ſuis erigeretur hoſpitale prope Socium, ubi eſt domus incluſarum de Soci, ibidemque hoſpitio reciperentur pauperes; capella quoque excitaretur pro ſacris peragendis, & hoſpitalarius, eligendus ab eremitis Camaldulenſibus, quotannis cenſum eremo ſolveret [a]; manu Hugolini Uberti de Socio notarii.

a §. *Teſtamentum* 7. *A.* 4. 7.

XLII. Res aliquot monaſteriorum.

AD inſtantiam Franciſci abbatis Burgi-ſancti-Sepulcri Franciſcus epiſcopus Leſinenſis conſecrationis munus impendit eccleſiæ principali Burgi.

Creſcentius abbas ſancti Victoris per Camerinenſem epiſcopum amotus fuit a regimine ſui monaſterii, ſed iterum die prima ſeptembris monaſterio & regimini reſtitutus eſt a fratre Marco de Peruſio auditore generali in marchia Anconitana.

Flordellce abbatiſſa ſanctæ Mariæ de Porcilia nuntium mittente regimini ejus parthenonis, electa fuit in abbatiſſam Philippa de Ceto monialis aſceterii ſanctæ Agathæ de Patavio a Stephano abbate monaſterii de Foſſono, & Leonardo de Burgo-ſancti-Sepulcri, in quos moniales die vigeſima-prima auguſti ad electionem habendam compromiſerant, ex collectione ms. Brunatii.

In ſententia lata hoc anno a Marco Cornario generali capitaneo totius

tius

tius Payſanatiei Hiſtriæ, & ſancti Laurentii poteſtate, de mandato Franciſci Dandoli Venetiarum, Dalmatiæ atque Croatiæ ducis, domini quartæ partis & dimidiæ totius imperii Romaniæ, inter Johannem de Sardellis Bonooienſem, & epiſcopum Parentinum reſpectu communis Urſariæ, & inter homines ſeu commune ſancti Laurentii, inſeruntur varia vetera inſtrumenta, & ioter cetera inſtrumentum donationis factæ Johanni abbati monaſterii ſancti Michaelis de Lemmo, per illuſtriſſimam dominam Azcicam de conſenſu dominæ Vilpurgæ matris ſuæ *anno* M. XL. *regni Henrici anno ſexto menſe maji die* XII. *indictione* X. In præſeotia autem Franciſci Polani poteſtatis Parentii, Franciſci Boni poteſtatis Vallis, & aliorum territorium utrumque juxta vetera inſtrumenta diviſit idem Marcus Cornarius poteſtas *die veneris* XXV. *februarii indictione* VIII. præſentis anni.

ANN. CHR. 1340.

Gregorius prior Vivenſis appellavit a ſententia utpote injuſta Nicolai quomdam Franciſci de Bononia decretorum doctoris, & judicis communis Seneoſis, qui decreverat priorem Vivenſem non poſſe vendere, nec alienare quamdam ſilvam ſuæ eremi, poſitam juxta viam caſtri Grondani & Veſſolæ, ſed eam debere permanere ad commodum hominum Caſtellionis-Latronum, qui erant ſubditi eidem eremo, ex archivo Senarum.[a]

CXLIII. Monachi Camald. camerarii & capſarii urbium in Thuſcia.

Ex chartula[b] Buldronenſis monaſterii Benvenutus Bononienſis prior ſancti Michaelis de Arretio die XIV. ſeptembris ab excelſa republica Arretina ſyngrapham obtinuit de bene adminiſtrata capſa ærarii publici ipſi commiſſa. Conſueverant monachi Camaldulenſes eligi io camerarios urbium in provincia Thuſciæ, ſed præſertim Arretinæ urbis. Leonardum camerarium oppidi ſancti Miniatis laudavimus ex Lamio ad annum 1338. Anno 1280. Gerardus prior generalis Camaldulenſis literas dedit capitaneo, poteſtatl & conſilio XXIV. virorum eivitatis Arretinæ, quibus ſe excuſat, quod monachum ſuum ad eorum petitionem pro camerario civitatis Arretinæ dare non poterat uſque ad capisulum generale congregationis. Humiliati quoque & Ciſtercienſes monachi in urbe Florentina adminiſtrationem gerebant reddituum urbis ærarii, ex hiſtoriis Scipionis Ammirati: Maſinus ordinis Humiliatorom camerarius communis Senenſis ad annum 1316. Griffolus monachus ſancti Michaelis podii ſancti Donati, Ugo ſancti Salvatoris Montis-amiati, Nieolaus ſancti Galgani ante eum annum camerarii Senenſis eivitatis leguntur in archivo noſocomii Scalæ Senarum.[c] Conſulatur quoque Septimiani cœnobii hiſtoria concinne a Nicolao Baccettio edita, ubi etiam habet[d] Septimianos concellitas adhibitos fuiſſe Florentiæ obſignatores publicarum tabularum, cuſtodes clavium civitatis, armamentorum ac æris publici.

Remittimus ad Appendicem conſultum Dominici de Pizolis juriſperiti Imolenſis ſuper lites enatas inter abbatem ſancti Hippolyti de Faventia, & inter commune Solaroli quoad collectas impoſitas a dicto communi.

a *Num.* 298.

b *Num.* 24.

c *Num.* 1069.

d *Pag.* 95. & 98.

ANNA-

ANNALES CAMALDULENSES

LIBER QUINQUAGESIMUS.

Ab anno CHRISTI M. CCC. XLI. *ad annum* M. CCC. L.

ANN. CHR. 1341.
1.
Indulgentiæ eccleſiæ S. Chriſtinæ de Tarviſio.

CONCESSÆ fuere hoc anno ex Avenione *die decima-octava januarii pontificatus Benedicti* XII. *anno ſexto* indulgentiæ eccleſiæ & hoſpitali ſanctorum Chriſtinæ & Pariſii prope Tarviſium a pluribus epiſcopis, quorum hæc ſunt nomina & cathedræ, a Narſete Manaſgardenſi archiepiſcopo, a Petro Callienſi epiſcopo, Thoma Tinienſi, Petro Montis-marani, Sergio Polenſi, Petro Acernenſi, Gratia Dulcinenſi, Bernardo Cannenſi, & Nicolao Catanienſi, indulgentias confirmante, forte ſub anno 1389. Vitale Milenſi epiſcopo, precibus Johannæ abbatiſſæ dicti loci. Narſetis nomen & ſedes fruſtra requiruntur in copioſiſſimis indicibus Labbei, Caroli a ſancto Paulo, Ughellii, Lequienii & Orlendii. Refert Ughellius Petrum ex canonico Urbinate electum epiſcopum Callienſem (non enim confundendus eſt cum altero Petro ex ordine Prædicatorum, qui eam eccleſiam obtinuit anno 1348.) exauctoratum fuiſſe una cum Jacobo Monte-feretrano epiſcopo, eo quod Frederico Monte-feretrano dynaſtæ per id tempus eccleſiæ hoſti tuliſſent ſuppetias, ab Johanne XXII. ex bulla ejuſdem pontificis maximi data Avenione VIII. *kalendas februarii pontificatus* ſui *anno* X. hoc eſt anno 1326. Et Albertum de Sicardis ex ordine Minorum depoſito Petro, ab eodem pontifice ſubſtitutum fuiſſe anno 1328. Alberto autem defuncto anno 1342. ſuffectum fuiſſe Guidonem. Ex pagina noſtra producta in vita ſancti Pariſii, de qua modo mentionem facimus, & ex altera monaſterii ſancti Michaelis de Muriano, quam attulimus anno antecedenti, liquet Petrum ut Callienſem epiſcopum etiam annis 1340. & 1341. indulgentias conceſſiſſe. Bernardus Cannenſis omittitur ab eodem Ughellio. Rocchus autem Pirrus in Sicilia ſacra tomo primo pagina 538. Nicolaum Catanienſem, quem Nicolaum Grellis de Cevano nominat, putat obiiſſe anno 1339. ex hac membrana patet eum ſupervixiſſe ſaltem ad annum 1341. Tinienſis & Milenſis eccleſiæ erant in inſulis maris Ægei.

BOSUS

ANN. CHR. 1341.

II. Appellationes prioris generalis Camald. a Boſo Arretino epiſcopo.

Bosus de Ubertinis epiſcopus Arretinus jura ſua plus æquo extendere volens, ut vidimus etiam anno præterito, quo abbas Agnanienſis appellavit apud apoſtolicam ſedem, elegit hoc anno Monaldinum quondam Landi de Anglario in plebanum ſanctæ Mariæ de Micciano, cujus plebis collatio pertinebat ad eremum Camaldulenſem. Quare die ſexta julii Frigdianus monachus Anglarienſis procurator Bartholi abbatis de Anglario & vicecomitis eremi Camaldulenſis proteſtatus eſt coram Naldo plebano de Cappanole vicario ejuſdem epiſcopi Arretini de nullitate hujus electionis celebratæ in præjudicium eremi, opponens, ne ad confirmationem procederet [a]; manu Sancti Marchi de Arretio notarii.

Denuntiavit pariter epiſcopus menſe octobris ſub certis pœnis eidem priori generali per literas, ut ad cujuſdam capellæ conſtructionem certam pecuniæ ſummam contribueret (condiderat ſiquidem Boſus inſignem capellam in honorem beati Gregorii X. Romani pontificis, ut in vita ipſius epiſcopi aſſerit Buralius) Verum prior de hujuſmodi contributione, velut indebita, ab epiſcopo appellavit ad apoſtolicam ſedem coram abbate de Candiculis, tamquam perſona publica, cui injunxit, ut ipſi epiſcopo, ad quem tuto accedere haud ſibi præſtabat, id notum faceret, moneretque in judices hujus cauſæ delegatos ab apoſtolica ſede eſſe præpoſitum Florentinum, & priores ſanctorum Apoſtolorum & ſanctæ Mariæ-novellæ, proindeque contra literas epiſcopi proteſtaretur, ne terminus ſolvendi ſibi præfixus, pendente appellatione, decurreret; manu Matthæi Gerardi de Panico notarii.

[a] §. Appellatio 5. A. 4. 18. 21.

Demum anno ſequenti cum per novem officiales cleri Arretii impoſita pridem fuiſſet univerſo clero Arretino taxa florenorum quingentorum auri, cujus meminit idem Buralius, & cum clerus ſecularis integram ſummam nondum perſolviſſet, epiſcopus moliebatur in partem ſolutionis etiam regulares trahere. Monitos itaque patentibus literis ſuis fecit Bonaventura prior abbates & monachos atque moniales ſui ordinis in diœceſi Arretina, ne taxam non debitam incaute perſolverent, neve negligentia aut defectu appellationis illegitimum ſubirent gravamen, quinimmo præcepit cunctis ſub pœna excommunicationis, ut collectori ordinis deputato, ſcilicet priori ſancti Michaelis de Arretio, ſummam expenſarum in cauſa appellationis pro rata rependerent. Datæ fuere literæ ex Camaldulo Florentino die vigeſima-octava januarii, manu Venturæ notarii adnotatæ in regeſto XII.

III. Res ad plura monaſteria ſpectantes.

Captum fuit hoc anno [b] a Peruſinis in bello contra Arretinos caſtrum Anglarii, & deſtructum monaſterium ſancti Bartholomæi, quod redactum fuerat in arcem ſeu fortalitium a dominis de Petra-mala.

In teſtamentariis tabulis Benvenuti de Roſenga, quas hoc anno condidit, legata aliquot ejus bonorum leguntur facta monaſterio ſancti Victoris de Cluſis, eccleſiæ ſancti Angeli de Roſenga, eccleſiæ ſancti Chriſtophori de Valle-magna, eccleſiæ ſancti Petri de Corcilio, eccleſiæ & dominabus ſanctæ Mariæ inter Saxa, tempore, quo fiet ſcala ad eundum in ipſam eccleſiam, eccleſiæ ſancti Blaſii de Fabriano, eccleſiæ ſancti Antonii ejuſdem loci, eccleſiæ ſancti Pauli de Pleroſaria, quæ erant loca ſubjecta monaſterio ſancti Victoris. Teſtamentum Benvenuti aſſervatur in tabulario monaſterii ſanctæ Catharinæ de Fabriano.

[b] Notabilia 324 A. 16. 63.

Franciſcus magnificus, nobilis & potens vir, filius quondam Alberghetti ex familia Manfredorum de Faventia pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum ædificavit hoc anno capellam, oratorium & altare in nova eccleſia eremi ſancti Johannis-baptiſtæ ejuſdem urbis ordinis Camaldulenſis,

Ann. Chr. 1341.

ſis, conſtituens dotem dicto altari cum onere celebrationis Miſſarum quotannis perficiendæ per monachos vel ſacerdotes ejuſdem loci. Actum *die* XXI. *martii indictione* IX. *pontificatus Benedicti pape* XII. *anno ſeptimo*.

Præſenti *anno die* XVII. *auguſti indictione* IX. firmata fuit pax inter monachos Vivenſes, & inter communitatem caſtri Caſtellionis, & ſtatuta mutua concordia inter utramque partem a Nicolao Franciſci dicti de Bononia decretorum doctore, & habitatore civitatis Senenſis, & a Franciſco quondam Britii de Accurſiis, qui electi fuerant amici arbitratores, quique pronuntiarunt, quod Vivenſes eorumque homines deberent ſemper haberi pro caſtellanis ejuſdem caſtri, & quod fas eſſet utrique parti paſcuis uti promiſcue utriuſque territorii. Conventionis paginam edimus in Appendice.

Johannis prioris ſanctæ Mariæ ad Carceres obitus adnotatur in necrologio ejuſdem loci ſub die XIV. menſis decembris hujus anni. Electus in ejus locum Thebaldus, qui & vices geſſit epiſcopi Patavini.

Ann. Chr. 1342.

IV. Miracula alia beati Thomaſii a Coſtacciario.

SUB hoc anno proſequimur miracula ad tumulum beati Thomaſii de Coſtacciario patrata, ex ms. collectione, quæ ſecunda dicitur [a], licet ea miracula pertineant ad proximum ab obitu ſancti viri tempus: *Cum per univerſam provinciam Marchiæ ac etiam alias provincias undique adjacentes beatiſſimi confeſſoris Chriſti Thomaſii fama crebreſceret, & Johannes Saracinelli de civitate Piſauri duriſſimam infirmitatem rupturæ ex utraque parte & crudeliſſime pateretur, venit Collem-ſtacciarum ad ſepulcrum prædicti Sancti, ſtans pluribus diebus ac noctibus ante ejus ſepulcrum, rogans precibus omnibus, quibus poterat, ut ipſe ab ipſa crudeliſſima infirmitate eum liberaret. Igitur peractis omnibus precibus, abſceſſurus ipſe Johannes, proſtravit ſe ante ſepulcrum confeſſoris Chriſti, & cœpit cum lacrymis exorare ſuffragium. Interea dum orationis prolixitas tenderetur, ſomno Johannes arripitur, & dormivit, & revigilans ſe invenit a prædicta infirmitate meritis & precibus prædicti Sancti totaliter liberatum. Duo etiam alia miracula fecit prædictus Sanctus, quæ omnino non ſunt tacenda; ſcilicet quod duobus reſtituit viſum & greſſum, quibus ſenſibus erat quilibet totaliter privatus.*

In eadem provincia Marchiæ, dum vir quidam Georgius nomine de villa Caſarellæ de diſtrictu Saxi-ferrati filium ſuum habebat infirmitate rupturæ obnoxie gravatum, una cum uxore & matre prædicti pueri portaverunt ipſum infirmum ad tumulum confeſſoris Chriſti Thomaſii, ubi ipſum devotiſſime recommendantes, precibus & meritis dicti Sancti, ſanum & incolumem ab omni infirmitate rupturæ de ante ſepulcro levaverunt.

Apud caſtrum ſancti Angeli in Vado in provincia Marchiæ erat vir quidam magiſter Jacobus nomine, qui infirmitatem rupturæ annis quinque duriſſime portaverat; hic audiens miracula, quæ Chriſti confeſſor Thomaſius habentibus iſtam infirmitatem faciebat, ad ſepulcrum ejus humillime profectus eſt, ubi recommendans ſe dicto ſancto Thomaſio, oratione perfecta a dicta infirmitate precibus & meritis prædicti Sancti illico ſanatus eſt.

In comitatu Mathelicæ apud villam Pugetti in provincia Marchiæ, cum quidam ruſticus, Thomaſius nomine, rupturæ infirmitatem pateretur fortiſſime, quod per annum & ultra dictam infirmitatem paſſus fuerat, venit Collem-ſtacciarum ad viſitandum corpus beati Thomaſii, & ſtatim oratione perfecta, ſenſit ſe precibus & meritis dicti Sancti ab infirmitate prædicta liberatum eſſe. Religioſus quidam, frater Aloyſius nomine, beato Thomaſio valde devotus tunc temporis, quando Sanctus vivebat, & in hoſpitali quodam prope Foſſatum trahens moram, gravabatur tam gravi languore rupturæ

b §, *Acta SS. T. III. Martii pag* 600.

Ann. Chr. 1342.

pturæ infirmitatis , tamque prolixo tempore per triginta annos & ultra , quod videbatur aliquando jam morti proximus eſſe ; et ideo prædictus frater moriturus audiens depoſitionem corporis beati confeſſoris Chriſti Thomaſii, ad ejus corporis tranſlationem de eremitorio prædicto , in quo migravit , ad dictum locum Collis-ſtacciarii ſubito venit ad ejus corpus viſitandum, rogans prædictum Sanctum inſtanter , ut pro ſe ad Deum intercederet, quatenus ſcilicet ipſum a languore tam gravi , tamque prolixo liberare placeret . Oratione autem præmiſſa & facto modico intervallo , meritis beati Thomaſii plenæ ſanitati eſt reſtitutus.

Multis vero miraculis claruit beatus Thomaſius , & maxime circa pauperes ægrotos infirmitate rupturæ, ratione compaſſionis , quia ipſe tempore ſuæ vitæ ad affligendum corpus ſuum iſtam infirmitatem ſuſtinuit . Nam apud Eugubium erat quidam Genuenſis , Francioli nomine , qui per tempus ſeptem annorum & ultra iſtam infirmitatem ſuſtinuit, tandemque ſe humiliter beato Thomaſio recommendavit , & tangendo ſuo digito ex devotione monumentum dicti Sancti , & poſtea locum ſuæ ægritudinis , mox meritis dicti Sancti ab illa infirmitate curatus eſt . Item liberavit apud Eugubium beatus Thomaſius de infirmitate rupturæ quemdam juvenem nomine Johannem. In caſtro Collis-ſtacciarii prædictus Sanctus item liberavit ab infirmitate rupturæ Balducium Maſſoli de villa ſancti Andreæ graviter infirmum a dicta infirmitate per ſpatium duorum annorum . Et ipſe Balducius venit cum omni reverentia & devotione ad viſitandum & tangendum corpus dicti Sancti, dum jaceret in feretro inſepultum in eccleſia fratrum Minorum, & flexis genibus ſtetit ante ipſius corpus & perſeverans dicens: Pater ſancte, miſerere mei. Et quia omnes virtutes currunt in ſtadio, ſed ſola perſeverantia accipit bravium , completa ſua oratione ſurrexit , & invenit ſe plene meritis dicti Sancti reſtitutum ſanitati.

Apud caſtrum Paſce-lupi comitatus Eugubii beatus Thomaſius ab infirmitate rupturæ liberavit Venturutium Benincaſe, qui per tempus viginti annorum prædictam infirmitatem paſſus fuerat. Cola Baldelli de civitate Eugubina ægrotus rupturæ ægritudine venit ad viſitandum corpus ſancti Thomaſii confeſſus & contritus ſuorum peccatorum ; qui ſtatim cum intravit ad pilum dicti Sancti, & ſe ſibi precibus ſubjectivit tam humiliter , quam devote recommendavit , meritis dicti Sancti illico ſanatus eſt . De civitate Eugubii Angeluccia uxor Andruccioli apportavit filium ſuum Stephanum infirmum rupturæ infirmitate ad viſitandum beati Thomaſii ſepulcrum, & recommendans eum dicto Sancto , continuo liberatus eſt . Nuper apud Eugubium Baldellus Guirardelli , & domina Barthola uxor ejus portaverunt ad ſepulturam beati Thomaſii quemdam eorum filium a nativitate fractum & probatum ſecundum judicium omnium medicorum de dicta civitate in iſta arte peritorum , cujus præ dolore cum devotione non modica ipſum recommendaverunt, & facto modico intervallo e veſtigio meritis dicti Sancti puer liberatus eſt.

Illa die, quando corpus beati Thomaſii transferebatur de eremitorio beati Hieronymi Collem-ſtacciarium, Paulus Maſſutius de prædicto caſtro , qui fideliſſime operatus fuit in faciendo pilum prædicto Sancto , duriſſime patiebatur rupturæ ex parte ſiniſtra infirmitatem, & recommendans ſe pro ſanitate recuperanda humillime flexis genibus , & precibus omnibus adoravit ejus corpus , quando portabatur , & ſtatim meritis dicti Sancti eſt, reſtitutus priſtinæ ſanitati , ut aſſeruit & cum juramento affirmavit . Puer quidam ſeptem annorum a ſua nativitate fractus, Johannes Marchelli , Borgaldane nomine , de civitate Eugubina recommendavit ſe beato Thomaſio humiliter

& cum voto, ſi liberabat eum a dicta infirmitate, quod cingebat eccleſiam
Ann. Chr. 1342. *circumcirca de candela, ubi ejus corpus tumulatum erat, & hoc facto mox meritis dicti Sancti ab infirmitate curatus eſt.*

In comitatu Eugubino apud Serram domini Brunamontis erant duo viri, unus ſurdus & alter mutus. Surdus vocabatur Venutellus Ugolini, qui per tempus trium annorum & ultra ſteterat, quod nullo modo poterat altum audire, ita amiſerat ſenſum auditus. Mutus vero vocabatur Petrus, qui per menſem & ultra ſteterat, quod loqui penitus non poterat, ita perdiderat officium linguæ. Quid plura? Venientes iſti inſimul & una cum aliis de contrata ad viſitandum corpus beati Thomaſii, mutus libere cœpit loqui, & ſurdus audire, ſtupentibus & lætantibus omnibus, cum quibus comitabantur. Tandem omnes venerunt pariter ad tumulum dicti Sancti benedicentes Deum, qui per famulum ſuum ſurdo reddidit auditum & muto loquelam. Quædam mulier, domina Flos nomine, de villa Platearum comitatus Eugubini totaliter extitit per tempus & tempora ſurda, quæ ut potuit tam humiliter, quam devote, & cum omni reverentia recommendavit ſe beato Thomaſio, quatenus ipſam a prædicta infirmitate liberaret, & confeſtim viſitato ejus ſepulcro meritis dicti Sancti perfecte habuit auditum.

Cum quidam de Urbino, Vannes Silveſtri nomine, fuiſſet captus a malandrinis ſeu a prædatoribus in conerata molendini de Vada in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis inter comitatum Caſtellanum, Callienſem & Eugubinum, & omnium ſuorum bonorum ſpoliatus, ac etiam vulneratus crudeliſſime, duxerunt eum ad locum magis privatum & remotum, ut redimeret ſe, & ut poſſent ab eo magnam pecuniam extorquere, unde jam propter timorem pene ſpiritum exhalabat. Qui Vannes recommendavit ſe beato Thomaſio omnibus viribus cordis ſui, ut eum liberaret de manibus iniquorum iſtorum. Rogatione facta ſtatim tres ex dictis deprædatoribus dormierunt, & quartus vigilabat ad cuſtodiendum eum. Iterum iſte Vannes precibus & lacrymis rogavit beatum Thomaſium, quod etiam iſte quartus, qui ipſum cuſtodiebat, dormiret, ut ipſe quoquo modo evaderet. Mirum dictu! oratione completa quartus dormivit, & ſtatim prædictus Vannes manibus de retro ligatis & fortiſſime vinculatis diſceſſit ab eis, & juxta poſſe fugit ſic ligatus uſque ad locum Planelli de comitatu Callienſi; itaque meritis prædicti liberatus illico ad ejus ſepulcrum venit, & devote beato Thomaſio gratias reddidit.

Quædam domina Carberuccia Minici nomine de caſtro Pergulæ comitatus Eugubii monſtruoſe habebat gulam inflatam a ſua pueritia, & quaſi adinſtar ovi tumefactam, quæ recommendavit ſe beato Thomaſio devotiſſime, rogans ipſum, ut ſibi amoveret opprobrium tumefactionis, venit ad viſitandum corpus dicti Sancti; continuo meritis glorioſi Thomaſii ipſam ipſe ſanavit. Item liberavit beatus Thomaſius Matthæum Magi nomine de Branca comitatus Eugubii infirmum rupturæ infirmitate, ſicut ipſe dixit & ſuo juramento aſſirmavit. Item liberavit beatus Thomaſius quamdam aliam puellam filiam Bartholi, quæ cecidit & fregit manum dexteram, & meritis beati Thomaſii liberata eſt. Cum vir quidam Angeluccius Peſcia nomine de Tiego comitatus Eugubii eſſet graviter infirmus, ita quod a planta pedis uſque ad verticem non eſſet in eo ſanitas, plenus ſcabie & poſtematibus, intantum quod quaſi leproſus videbatur, nec poterat ſeſe in lecto volvere, niſi ab alio volveretur & portaretur, ſe devotiſſime beato Thomaſio recommendavit, qui extemplo cœpit convaleſcere, & meritis beati Thomaſii eſt reſtitutus priſtinæ ſanitati.

Vir quidam Bonaventura Alcuntii de Caſtro Montiroli comitatus Fanen-

ſis

ſis a ſua nativitate validiſſimis infirmitatibus laborans in genu & tibia, graviter & miſerabili cruciaeu urgebatur, ita quod ſingulis boris novum petiebatur dolorem, qui infra ſe colligens ſic ait: Mi pater ſancte Thoma, non ſum dignus orare te, nec exaudiri a te; ſed rogo veſtram pietatem, ut mibi a Deo impetres beneficium ſanitatis. Cum ergo diu cum devotione exoreret ſepulcro dicti Sancti, toealieer eſt liberatus. Cum autem quadam domna de caſtro Monti-roli comitatus Fanenſis baberet offuſcetum unum ſuorum oculorum, qui cum dolore nimio ſanguine tegebatur, & boc per ſpatium eemporis, cucurrie ad fontem miſericordiæ & pieeatis, ſcilicee ad viſitandum corpus beaei Thomaſii, cui intime ſe recommendavit, & modico tempore elapſo perfectem liberationem obtinuie.

Ann. Chr. 1342.

Quædam domina Luminella nomine de ſancto Secundo de prope Eugubium babebat pectus iea oppilatum, & malis bumoribus plenum, quod vix poeerat anbelare, & menibus adoperari, & recommendans ſe beato Thomaſio extemplo gratiam liberationis recepie. In comitatu Eugubino apud Padulem erat quædam mulier Saniola Marci nomine, quæ babebat apaſtema in mamilla dextera cum eumare immodico, ex cujus dolore præ eimore, quod non coqueretur ſive incideretur per manus medicorum, ſæpe ſæpius febricitabae; cujus rei cauſa cucurrie ad monumentum ſancti Thomaſii, cui prece bumili & devoea ſe intime recommendavit. Mirandum certe! continuo iſta infirmitas paulatim receſſit, & precibus & meritis dicti Sancti fuit totaliter liberata.

Quam vero beatus Thomaſius præclarus eximiæ ſanctitetis exſtiterit, poſt ipſius tranſitum multis miraculorum prodigiis ſupernæ bonitatis immenſitas oſtendit; nam vir quidam Ciartia Rubei nomine de villa ſancti Silveſtri de Branca comitatus Eugubii ſuo juramenta aſſeruit, quod in planta pedis dexteri ipſius quædam ſentis intravie, de qua forte medietatem extraxit, ut potuie, alia medietas intus in pede remanſit. Quid plura? Vulnere ſolidata medicamine dalorem fortiſſimum paticbatur cantinue; qui Ciartia incœpie dicere: Miſerere mei, pater ſancte Thomaſie, qui clamo ad te die ac nocte. Inclina pater aurem tuam, & exaudi me, ue liberer, quia bomo inops & pauper ſum ego, & promitto, ſi boc recipiam, viſitare ſepulcrum tuum, & portare unam imaginem ceream. Mirum certe! facto voto pertinax pars ſentis, quæ in pede remanſerae, ex oppoſito, ſcilicet ex parte ſuperiori exivit, & ſic meritis beati Thomaſii reſtieutus eſt ſanitati.

In eadem civieeee Eugubina cum quadam domina Balducia nomine, ut aſſeruit & juramento affirmavit, baberet filium ſuum Murianum nomine ſemimortuum per ſpatium unius diei, & ab omnibus ſic reputabaeur, quia non videbat, nec audiebat, nec etiam loqui poterat, lacrymoſe & devote ipſum pro ſaluee recuperanda beato Thomaſia recommendavie, qui exinde meritis prædicti Sancti ſanitatem recepit. Quædam mulier de Rancara comitatus Eugubii, dum ambularet inter vepres ſeu inter urticas, juravit & dixie, quod quoddam fuſum in pedem ejus dexterum intravit, & aliquantulum de ipſo in pede remanſie, ita quod ab aliquo videri minima poterat, & ipſum ſe duobus menſibus portavit, ſentians die noctuque in pede maximum dolorem; quæ ut recommendavie ſa beato Thomaſio, continuo ipſum fuſi fruſtum vidit, ſed & exivie ex eadem parte aliunde, & meritis Sancti prædicti priſtinæ ſanitati reſtituta eſt.

Vir quidam Venturellus nomine de Valeccia comitatus Eugubii tres annas & ultra babuit dolorem capitis, ut dixie & ſuo juramento affirmavie, & maxime ab uno menſe citra ita dictum capieis dolorem patiebatur, quod erat effectus amens, & dormire nullo modo poterae, ad invocandum beatum Tho-

ANN. CHR. 1342.

Thomaſium tota devotione & recommendatione ſe contulit, & viſitato ejus ſepulcro examuſſi, id eſt integre, meritis beati Thomaſii extemplo liberatus eſt. Quidam de villa Maina comitatus Eugubii Milioratus nomine dixit, & ſuo juramento affirmavit, quod ipſe aſcendit in quamdam quercum ad ligna incidendum, & improviſo cum ſecuri incidit ſibi brachium, non tamen totaliter, ſed modicum ibi de ſubſtantia carnis & pelliculæ non inciſæ remanſit; qui ſtatim recommendavit ſe Deo & beato Thomaſio, & ſic remanſit in arbore per medietatem unius horæ, quouſque conſanguinei venerunt, & de arbore eum depoſuerunt, & paulatim & ſine aliquo membri defectu meritis beati Thomaſii reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati.

Apud Eugubium beatus Thomaſius liberavit Allevuptum nomine Johannem a quadam turgida infirmitate, quam ipſe Allevuptus ſub digitello brachii ſiniſtri maximo cum dolore patiebatur, & paſſus fuerat per ſpatium novem dierum, qui audiens famam beati Thomaſii ſe ſibi cum voto recommendavit, & viſitato ejus tumulo, mox ſanus Allevuptus ad ſuam civitatem reverſus eſt. Petrus Pretii de caſtro ſancti Benedicti comitatus Eugubii dixit & ſuo juramento affirmavit, quod habebat filium ſuum Paganinum nomine, qui erat apud medicum, & faciebat ſe curari ab infirmitate rupturæ, & ex nimio dolore paſſus eſt febrem crudeliſſimam cum bacis, id-eſt vermibus inteſtinorum; cujus rei cauſa pater ejus animi dolore tactus audivit nominari beatum Thomaſium, cui lacrymoſe & intime filium ſuum recommendavit, ex cujus devotione accidit, quod beatus Thomaſius a febre & bacis filio ſuo plenam curationem impetravit.

Quidam de Serra-bordtorum comitatus Eugubii Andreuculus nomine patiebatur malum a corde & continuam febrem, ita quod medici diffidaverant eum, & in extremis quaſi laborabat; & ut ipſe potuit ſe beato Thomaſio recommendavit, & mox cunctis ſtupentibus & mirantibus, meritis dicti Sancti de lecto ſanus ſurrexit. Quidam de Sigillo Petrus Scagnutii nomine dixit & ſuo juramento affirmavit, quod ipſe fuerat infirmus a quatuor annis citra de gutta artetica, ita quod portabat caput tantum depreſſum, quod omnes videntes mirabantur, & nullo modo poterat illud elevare, qui recommendavit ſe beato Thomaſio cum voto, ſi liberaret eum a dicta infirmitate, quod ipſe veniret de Sigillo uſque ad ejus tumulum in diſciplina ſe fuſtigando; factoque voto & Domino concedente meritis Sancti prædicti integre ſanatus eſt.

Apud villam Montis-Juliani comitatus Eugubii beatus Thomaſius liberavit Ubaldum Putii Rudulfini, qui paſſus fuerat febrem continuam cum vermibus inteſtinorum diebus quindecim, ita quod medici & omnes aliæ perſonæ de ipſa infirmitate credebant penitus ipſum mori; qui recommendavit ſe beato Thomaſio, & meritis beati Thomaſii plenæ ſanitati reſtitutus eſt. Item beatus Thomaſius liberavit dominum Sabatellum de villa Montis Juliani, qui habuerat febrem continuam per tempus viginti-quatuor dierum, & etiam ſputum ſanguineum per tempus trium menſium, ita quod medici diffidaverunt eum, & omnes de dicta infirmitate credebant eum mori; qui recommendavit ſe beato Thomaſio, & continuo dictæ infirmitates ceſſaverunt, meritiſque dicti Sancti liberatus eſt.

V. Parthenon S. Margaritæ ſubjicitur monaſterio Angelorum de Florentia.

IN tabulario ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia [a] legitur ſequens memoria ad hunc annum: „ Angelus de Accajuolis epiſcopus Florentinus „ exoratus a monialibus eremitis ſanctæ Margaritæ de Caſſajolo, quod „ monaſterium e regione cœnobii noſtri eſt, pro bono, ſalute & hone- „ ſtate monachorum & monialium, donavit nobis plenam juriſdictionem „ dicti loci, ut de eo tamquam de propria re agere poſſemus, ſubjecit- „ que

[a] *Reg. M. pag.* 72.

ANN. CHR. 1342.

„ que moniales directioni noſtræ, quandoquidem hoc erat earum deſide-„ rium; charta rogata fuit die XVI. auguſti manu Bindi Martini. Hæc „ ſunt nomina eremitarum: Soror Paula, ſoror Franciſca, ſoror Johan-„ na, ſoror Catharina, & Silveſtra, quæ erat ſoror Paulæ. “ Angelus electus fuerat patriæ epiſcopus ſexto kalendas julii hujus anni poſt Franciſcum.

VI. Permutatio villæ Trebanæ facta a monaſt. S. Hippolyti de Faventia.

ANDREAS abbas ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia facultatem expetiit a Bonaventura præſide generali Camaldulenſi permutandi villam Trebanæ, quæ ad monaſterium ſuum ſpectabat una cum adjuncta eccleſia ſancti Michaelis, utpote remotam a ceteris poſſeſſionibus ſui cœnobii, ſitam juxta territorium villæ Aceretæ, & juxta alpes dominorum Manfredorum de Faventia, comitum de Battifolle & de Dovadula, & juxta villam Scarzanæ. Commiſit itaque Bonaventura Johanni de Imola priori monaſterii ſancti Damiani de Bononia, ut inſpecta utilitate præfati monaſterii, licentiam nomine ſuo Andreæ abbati impartiretur, datis literis Florentiæ ex Camalduli monaſterio, præſentibus Fatio abbate Berardingorum, & ſancti Vigilii Senarum, & Jacobo Burgenſi ſcriba ejuſdem prioris generalis, aliiſque.

Maſtinus de la Scala Veronæ dominus comitatus ab Obizone marchione Eſtenſi hoc anno hoſpitatus eſt in monaſterio Vangaticienſi, ut refertur in chronico Eſtenſi apud Muratorium in Scriptoribus rerum Italicarum [a]. Id memorat etiam Rubeus [b], ubi ictum aſſerit in triennium fœdus cum Luchino Vicecomite principe Mediolanenſi. Bernardinum priorem ſanctæ Mariæ de Porcilia, & Franciſcum Coetam monachum ejuſdem loci cauſam dicentes coram Leonardo de Burgo-ſancti-Sepulcri priore ſancti Lazari extra Patavium, & vicario Ildebrandini epiſcopi Patavini prodit charta tabularii ſancti Michaelis de Muriano [c]. Leonardus eo officio fungebatur etiam anno 1344.

[a] *T. XV. col.* 404.
[b] *Lib. VI. pag.* 562.
[c] *Capſ.* 31. 1.

ANN. CHR. 1343.

VII. Capitulum congregationis Burgenſe.

INDICTA fuere hoc anno comitia generalia prælatorum congregationis Camaldulenſis habenda die prima maji in monaſterio ſancti Johannis-evangeliſtæ de Burgo-ſancti-Sepulcri ſub Bonaventura ſupremo præſide. In iis decretum fuit inter cetera, ut jure poſtliminii donaretur [d] monaſterium ſancti Petri de Muro Feſulanæ diœceſis, quod diſtractum olim fuerat & pignori datum Muſciatro de Franaeſis nobili & potenti militi a Davide priore generali. Ut itaque de ea re ageretur cum Nicolao de Stagio fratre germano & hærede dicti Muſciatti, ſtatutæ fuere collectæ monaſteriis ordinis imponendæ. Præſcripta quoque unio monaſterii ſanctæ Mariæ Deciani cum illo Fontis-boni, in quo erectio ſtudii pariter fuit ordinata. Pro obſervanda conſtitutione XXIV. libri IV. de Moribus cautum eſt [e], ne idiotis monachis, oſqoe dum in cantu & lectione competenter non proficerent, darentur conſueta annualia veſtimenta, quæ ſi quis prælatus tribueret, teneretur totidem eremo Camaldulenſi tradere pro reparatione cellarum ipſius eremi. Demum cum defunctus fuiſſet Bertrandus cardinalis diaconus ſanctæ Mariæ in Aquiro Camaldulenſis congregationis protector electus fuit hoc anno in ejus locum Johannes de Columna cardinalis diaconus ſancti Angeli, ut ipſe literis ſuis datis ad patres in ſupradicto Burgenſi capitulo congregatos teſtatum facit.

[d] *§. Notabilia* 26. *A.* 12. 115.
[e] *§. Statuta* 5. *A.* 12. 104.

VIII. Abbas S. Michaelis Piſarum conſervator Studii Piſani.

BENEDICTO XII. Romano pontifici defuncto die vigeſima-quinta aprilis anni elapſi ſubrogatus fuerat Petrus Rogerius die ſeptima maji ſub nomine Clementis VI. Is ſua bulla data Avenione præſenti anno, *pontificatus ſui ſecundo, quarto nonas decembris* mandavit Johanni abbati

ancti

ANN. CHR 1343.

ſancti Michaelis in Burgo Piſarum, ut invigilaret ſuper obſervatione privilegii apoſtolici conceſſi ad favorem univerſitatis Piſanæ, ac una cum archiepiſcopo Piſano, & cum abbate ſancti Pauli ad ripam Arni daret operam, quod legentibus & ſtudentibus in dicta univerſitate tribuerentur ad quinquennium redditus & fructus beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ obtinebant, licet non reſiderent in eccleſiis, in quibus erant hujuſmodi beneficia. Erectum fuerat nuperrime ſtudinm generale in civitate Piſana ſacræ paginæ, juris canonici & civilis, medicinæ, ceterarumque facultatum auctoritate apoſtolica ab eodem Romano pontifice, petitione communis & populi Piſani, cujus ſtudii privilegium edidit in ſuis memoriis Piſanis Troncius [a], ſicut commiſſionem pontificiam edidit Grandius [b] ex archivo Reformationum civitatis Florentiæ in Appendice monumentorum ad ſuam epiſtolam de Pandectis, licet aliqui apud ipſum contendant erectionem Piſani gymnaſii Clementi V. eſſe tribuendam. Conſulantur Grandii notæ [c]. Eidem Johanni abbati poſt triennium, hoc eſt *anno* M. CCC. XLVI. *pontificatus* ſui *anno quarto ſeptimo idus januarii* commiſit judicium controverſiarum, quæ vigebant inter epiſcopum Lucenſem, & inter communitatem Bojani.

a *Pag.* 355.
b *Pag.* 260.
c *Pag.* 59.

IX Translatio corporis beati Angeli Gualdenſis.

ALEXANDER Vinciolus epiſcopus Nucerinus attentis inſignibus prodigiis, quæ interventu beati Angeli Gualdenſis quotidie patrabantur, opera abbatis ſancti Benedicti de Gualdo die decima-quinta martii hujus anni tranſtulit ſacrum corpus ſancti viri in oratorium & capellam peculiarem ejuſdem abbatialis Gualdenſis eccleſiæ. Tradit Jacobillius [d] nomen abbatis fuiſſe Ardenguſium Gontanelli a Podio, qui marmoreum ſepulcrum conſtruxit pro recondendis lipſanis beati Angeli. De præfato Alexandro epiſcopo Nucerino, qui & ipſe in Beatorum catalogum relatus eſt, legitur apud Wadingum, orationibus ſuis & interceſſione beati Raynaldi epiſcopi prædeceſſoris ſui liberaſſe per hæc tempora urbem Nucerinam a flagello peſtis.

d *T. III. pag.* 302.

X. Monumenta aliquot monaſteriorum. De muſivo S. Petri Urſeoli.

IN chartis Ravennatis archiepiſcopii [e] legitur ſub hoc anno Franciſcus abbas ſancti Savini in Montione procurator Aymerici cardinalis ſancti Martini in Montibus legati apoſtolici pro exigendis procurationibus primi anni ſuæ legationis. Is ex archiepiſcopo Ravennate, inde epiſcopo Carnotenſe S. R. E. cardinalis creatus fuerat menſe ſeptembris anni præcedentis a Clemente VI. & in Italiam deſtinatus legatus.

e *Capſ. O.* 8664.

Avellanenſes monachi die vigeſima-quarta martii licentiam impertiti ſunt conſtituendi ædificium occaſione homicidiorum, quæ committebantur in via ex Eugubio ad Serram ſancti Abundii, & ad Pergulam, ut liquet ex membranis aſſervatis iu tabulario Eugubino.

Hoc anno *indictione* XI. *menſe junio* Jacoba monialis ſanctæ Chriſtinæ de Bononia ſollemnem ſuam profeſſionem emiſit in manibus Andreæ abbatis Pompoſiani, promittens obedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti & ſtatuta Camaldulenſis ordinis, ut ex pagina confeſſionis Mariæ abbatiſſæ ejuſdem parthenonis, coram Girardo priore ſancti Damiani de Bononia vicario Bonaventuræ prioris Camaldulenſis. Adſtitere profeſſioni & Guillielmus abbas Nonantulanus, & Bonaccurſius abbas ſancti Proculi de Bononia.

Vigeſima-quinta julii Munaldus capellanus & rector altaris ſancti Antonii ſiti in majori eccleſia Firmana, procurator Maſii Vannis Conradi de Firmo clerici electi in præpoſitum eccleſiæ ſancti Michaelis de Templano diſtrictus podii ſanctæ Luciæ Firmanæ diœceſis, vacantis per mortem Marthæi de ſancto Angelo, & procurator nobilium virorum Gentilis, Nico-

luccii

luccii & Ceccarelli filiorum quondam potentis militis Thomæ de Molliano diœceſis Firmanæ patronorum dictæ eccleſiæ coram Albrico abbate & conventu monachorum Vallis-caſtri, ad quos ſpectabat electi confirmatio, petiit, ut rata haberetur dicta electio; manu Laurentii Sajoli de Eugubio. ANN. CHR. 1343.

Ampla donatio latifundiorum facta hoc anno indictione XI. die octava menſis octobris monaſterio ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis de Fullina a Ricciardo de Camino magnifico & potenti domino & honorabili comite Ceneteuſi, nato quondam nobilis militis domini Gueecellonis de Camino, legitur in tabulario ejuſdem monaſterii ſub numero 1462.

Inter eetera muſiva opera, quibus Andreas Dandulus nobiliſſimus & erudítiſſimus Venetiarum dux hoc anno decoravit capellam baptiſterii ducalis baſilicæ ſancti Marci, viſitur ad hodiernam diem imago beati Petri Urſeoli olim Venetiarum ducis, inde Romualdi diſeipuli, & Cuxanenſis in Aquitania monachi, ſuper cujus caput proſtat in eolumbæ formam Spiritus-ſanctus, adjecto imagini lemmate: *Beatus Petrus Urſiolo dux Veneciarum*. Hanc attulit in ſua diſſertatione de ſancto Petro Urſeolo Juſtus Fontaninus Ancyranus archiepiſcopus; obſervationes autem ad imaginem, & ad monaſtica veſtimenta addidit Grandius noſter in vita ipſius ſancti dueis. Rationem autem reddidit Dandulus, cur inter ceteras imaginem illam Urſeoli pingi curaverit; *relatione*, inquit, *multorum comprovincialium & exterorum, qui devotionis cauſa viſitare non deſinunt ſepulcrum, in quo ejus venerabile corpus digno honore requieſcit & colitur*; quæ ſimul probant eatenus ſemel inductam venerationem ſub Oliba Auſonenſe epiſcopo, qui paulo poſt initia ſeculi undecimi corpus ſancti viri e terra levavit, eatenus perſeveraſſe, & Dandulum tum comprovincialium, tum exterorum relatione motum decreviſſe, ut ſingularis locus imagini Urſeoli ſtatueretur in ea baſilica divi Marci, ubi prima idem ſanctus dux receperat vitæ monaſticæ deſideria, tum per Guarinum Cuxanenſem abbatem, tum inde per Romualdum proto-parentem noſtrum.

Teſtamentum Nicolotæ de Graſſis pro parthenone ſanctæ Chriſtinæ de Tarviſio edidimus in appendice monumentorum ad vitam ſancti Pariſii [a].

[a] *Pag.* XXXI.

TERTIAM collectionem miraculorum beati Thomaſii a Coſtacciario, quæ extat apud agiographos Bollandianos [b] hic damus, ad complendam ipſorum narrationem, quandoquidem ſpectant vel ad ipſum, vel ad ſequentes proximos annos, quo ex hac vita ſanctus vir deceſſit. *Quædam domna, Ague'e Morici nomine, de ſancto Vito de provincia Marchiæ vehementem tibialem dolorem patiebatur a ſua juventute, qua recommendavit ſe beato Thomaſio, & viſitans ejus tumulum ab omni dolore liberata eſt. Marinus Mercati de villa Maina comitatus Eugubii habebat pedes, tibias, brachia plena ſcabie & puſtulis peſſimis, & maxime in uno ſuorum pedum, ita quod calceare ſe, nec ambulare poterat, & recommendans ſe prædicto Sancto, ſtatim meritis dicti Sancti humor ille peſſimus incepit deficere, et modico tempore jam elapſo eſt reſtitutus priſtinæ ſanitati. Dialta uxor Ceccoli de Eugubio habebat brachium obnoxie impeditum et quaſi aridum, ita quod nil cum eo poterat operari; quæ lacrymoſis gemitibus ſe recommendavit beato Thomaſio pro ſalute brachii ſui, et veniens ad ejus tumulum continuo meritis ipſius Sancti extitit liberata, ſicut juramento aſſeruit et toti populo oſtendit.*

ANN. CHR. 1344. XI.

Proſecutio miraculorum beati Thomaſii a Coſtacciario.

[b] T. III. Martii p. 601.

Quidam de Peruſio Ceccus Petri nomine degens in caſtro Sigilli febrem fortiſſimam cum vehementi dolore capitis patiebatur, qui recommendavit ſe beato Thomaſio, ut potuit, et alii aſſiſtentes orabant Sanctum prædictum

pro

Ann. Chr. 1344. *pro eo. Notabile valde! Statim dictus ægrotus cœpit convaleſcere, ita quod in die ſequenti ſanus & liber, qui prius mori videbatur, venit ad viſitandum tumulum dicti Sancti. Item Baldellus Caſellæ de Serra Sancti-Abundii comitatus Eugubii liberatus eſt per beatum Thomaſium ab infirmitate rupturæ, prout aſſeruit & ſuo juramento affirmavit. Item Mattheolus Caſtellutii de villa Chiaſerna fuerat paſſus dolorem anchæ & tibiæ quaſi per annos viginti; recommendans ſe beato Thomaſio devotiſſime continuo meritis dicti Sancti reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati.*

Quidam de Colle-ſtacciario Thomas domini Bartholi nomine habebat viſum ita obfuſcatum, quod quando unum hominem videbat, videbatur ſibi plures homines videre; qui ſe beato Thomaſio recommendavit devotione non modica, cujus meritis plenam viſus recepit claritatem. Mulier quædam Vanna nomine de Vite-groſſa comitatus Eugubii habebat brachium perditum, recommendans ſe cum lacrymoſis vocibus beato Thomaſio, & veniens ad ejus ſepulcrum, plenam meritis dicti Sancti ibi ſanitatem recapit, ut ſuo juramento aſſeruit & toti populo oſtendit. Apud Eugubium Matthiolus Vannis habebat unum ſuorum teſticulorum ita infirmum & groſſum ſicut panem unum, quod medicus dicebat ipſum debere perdere, & aliter minime poſſe mederi. Etiam ipſemet patiebatur infirmitatem inguinariam cum febri duriſſima, ita quod pro his omnibus non poterat comedere, nec dormire, unda ſic anxius in doloribus clamavit & dixit: Quomodo vocatur Sanctus ille de Colle-ſtacciario, ut invocem eum? Quod cum didiciſſet a circumſtantibus, ſe devotiſſime beato Thomaſio recommendavit, qui dormiens meritis iſtius Sancti liber & ſanus ab omnibus hujuſmodi malis ſurrexit de mane.

Mulier quædam de Inſulis comitatus Eugubii Nicolutia nomine habebat brachium fractum & veniens ad ſepulcrum beati Thomaſii, & devote ſe ſibi recommendans, meritis dicti Sancti cum plena brachii ſanitate domum ſuam profecta eſt. Mulieres quinque diverſis temporibus, utpote Thomaſia de villa Saſſi prope Goreggium, Catharina Paſcutii de Fonte-cippi, Amperutia Petri de Burano, Novella de Agello propa Goreggium comitatus Eugubii, & Vanna de Foſſato comitatus Peruſii poſſeſſæ a ſpiritibus immundis ductæ fuerunt ad tumulum beati Thomaſii per plures homines violenter. Illæ vero crebro geſtus miſerabiles emittebant, necnon & voces inſanas & horribiles emittebant, intantum quod omnas circumſtantes ſtupebant & mirabantur, dicentes unanimiter: Sancte Thomaſie ora pro eis. Quid plura? quantumcumque crudeliter a dæmonibus vexabantur, cunctis ſtupentibus & mirantibus meritis beati Thomaſii mox liberatæ ſunt, & ad proprias cum gaudio reverſæ ſunt domos.

Filia Mercatutii de Tagiano comitatus Eugubii laborabat in extremis intantum, quod minima poterat eloqui; mater vero ejus cum lacrymis beato Thomaſio ipſam racommendavit. Mirabiliter certe; ſubito, quæ erat ægrota, cœpit ſe erigere, & patrem ſuum vocare, & ſic meritis baati Thomaſii puella plene liberata eſt. Salimbene Joannioli de Ghicia comitatus Peruſii exiſtens graviter infirmus febra & dolore capitis, recommendavit ſe beato Thomaſio, & ejus patrocinia flagitabat, promittens ſe ad ejus tumulum iturum, & ibi ponere candelam magnam ſecundum longitudinem corporis dicti Sancti. Voto facto ſtatim æger cœpit convaleſcere, & meritis prædicti Sancti reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati.

In civitate Eugubina mulier quædam Militia nomine a ſeptem diebus poſtquam unicam filiam ſuam pepererat, extitit una cum filia ſua a ſpiritibus percuſſa; de qua percuſſione proles illa diu noctuque plorabat, intantum quod ejus mater minime poterat amplius ſufferre, cujus rei cauſa

eam

ANN. CHR. 1344.

eam alteri nutrici dedit. Quæ nutrix ſimiliter eam nequaquam poterat ſuſtinere, unde ab omnibus dicebatur eſſe quid diabolicum. Mater vero puellæ audiens famam ſancti Thomaſii recommendavit eam ſibi, vovens & promittens diſcalceatis pedibus, ſi gratiam reciperet pro puella, ejus tumulum viſitare, quod effectum eſt; ideo extemplo prædicta puella incœpit quieſcere, & meritis dicti Sancti reddita eſt perfectæ ſanitati.

Ceccolus Petrucoli de Colle-filiorum-Ugonis comitatus Eugubii habens filium ſuum parvulum habentem rupturæ infirmitatem ex una parte, ipſum portavit ad corpus beati Thomaſii, & humiliter ſibi ipſum recommendavit, & ponens manum Sancti, quando in feretro jacebat, in loco infirmitatis pueri; hoc facto, puer illico antequam de loco recederet, ſanus effectus eſt, ſicut pater ejus juramento aſſeruit, & toti populo oſtendit. Apud Collem-ſtacciarium Florella uxor Bartholi habens pedem quaſi per quinque menſes impeditum ſe humiliter precibus beato Thomaſio recommendavit, et involvens pedem cum panno, cum quo corpus dicti Sancti involutum fuerat, continuo plenam ſanitatem rehabuit; et etiam digitos aliquos habebat totaliter deperditos, et meritis dicti Sancti priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. Butius Johannis de Coſta-ſancti-Paterniani habens unum ſuorum oculorum impeditum propter quamdam percuſſionem, ita quod modicum videre poterat, devote ſe recommendavit beato Thomaſio, cujus meritis plenam ſanitatem et claram viſionem rehabuit.

XII. Paginæ plurium monaſteriorum.

JOHANNI abbati ſancti Gregorii de Urbe, qui electus fuerat in locum Benedicti, ſacramentum fidelitatis præſtiterunt homines caſtri Mazzani *anno* M. CCC. XLIV. *pontificatus domini Clementis pape* VI. *indictione* XII. *menſis martii die nono*. Ad annum 1347. in codice Gregoriano nomen legitur Nicolai abbatis ejuſdem monaſterii, ſucceſſoris Johannis.

Menſis octobris die octava [a] vacante monaſterio ſancti Mathiæ de Muriano ob liberam reſignationem Benedicti prioris, convocatis de more fratribus, citatiſque ſuffraganeorum monaſteriorum rectoribus, videlicet ſancti Mathiæ de Foro-livio, ſancti Johannis-baptiſtæ de Faventia, ſancti Johannis de Bagna-cavallo, ſancti Johannis de Foſſa-clodia, ſancti Johannis de Judaica, & ſanctæ Mariæ de Monte-Rode Patavinæ diœceſis, per viam ſcrutinii electus fuit in priorem ejuſdem monaſterii Benedictus de Mucello, qui prior erat Clodienſis, & præſens conſenſit ſuæ electioni; manu Hondedei notarii. Ipſum in poſſeſſionem immiſit juſſu Bonaventuræ præſidis generalis Theobaldus abbas ſancti Michaelis de Muriano. Idem abbas approbavit quamdam permutationem aquarum inter dictum monaſterium ſancti Mathiæ & alterum ſancti Nicolai in Litore menſe decembri; ex tabulario monaſterii ſancti Mathiæ [b].

a §. Electio 39. A. 4. 40.

b Num. 11. L. capſ. S. Barbaræ.

In memoriis Piſcienſibus Placidi Puccinellii [c] inter ceteros, qui adfuerunt proceſſui facto hoc anno ſuper ſacra lipſana beati Allucii nominatur Andreas abbas ſancti Salvatoris de Cantignano Lucenſis diœceſis & ordinis Camaldulenſis. Inventæ ſiquidem fuere reliquiæ ſancti viri, qui obierat anno 1134. his temporibus ſub Guillielmo epiſcopo Lucano, qui præſenti anno recognitionem ſacrarum reliquiarum commiſit Paulo Lapi ex ordine Prædicatorum.

c Pag. 375.

Benedictus abbas Trivienſis monaſterii, ad quem ſpectabat electio, conſtituit rectorem in eccleſia ſancti Petri de Valſavignone Caſtellanæ diœceſis.

In tabulario Prato-veterenſi [d] fit mentio ad hunc annum Franciſcæ abbatiſſæ dicti loci promittentis magnificis viris comitibus Carolo, Franciſco & Ricciardo olim comitis Rogerii de Dovadula palatinis in Thuſcia

d Num. 160.

ſe ad libellum conceſſuram quædam bona monaſterii ſui fidelibus eorum comitum.

Ann. Chr. 1344.

Brevia ſtatuta edita hoc anno die jovis XVI. julii a Nordio abbate Sanæ-vallis de Fullina pro reſormatiooe abbatiæ hoſpitalis de Plavi, quæ Fullinati erat ſubjecta, hic ſubjungimus ex autograpbo monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum de Muriano, cujus menſæ copulata fuit abbatia Plavis per hæc poſtrema ſecula.

„ In nomine Domini; amen. Anno ejuſdem M.CCC.XLV. die jovis XVI.
„ julii. Nos frater Nordius abbas monaſterii Fullinæ viſitantes abbatiam
„ hoſpitalis filiam nobis immediate ſubjectam uoa cum religioſo viro domno
„ Heorico monacho ...ea, quæ ſequuntur, ſtatuimus & mandamus ab uni-
„ verſis hujus domus perſonis regularibus inviolabiliter obſervati. In primis
„ cum humanæ fragilitatis conditio ad nihilum ſemper tendat, niſi divinæ
„ pietatis auxilio continue ſubſtentetur, merito tenetur humana inteotio pie
„ divinis laudibus inſiſtere. Idcirco ſtatuimus, ac præcipiendo maodamus,
„ quatenus divini beneficii non immemores....ejus officium ſint ſolito ma-
„ gis ſolliciti & attenti. Adjicientes, quod .... ab ,.. canonicis audeat re-
„ manere, niſi gravis ioſirmitas aut urgens neceſſitas duxerit retinendum,
„ contrarium attemptantes, pro qualibet vice ſint in pane & aqua, & in
„ capitulo .... Item cum ſilentium ſit clavis noſtri ordinis, fueritque a
„ ſanctis patribus ſalubriter inſtitutum, volumus, quod in æcclesia aliiſque
„ locis ab ordine inſtitutis a ſingulis ſilentium præcipue obſervetur; contra-
„ rium ſi quis tranſgreſſus fuerit pro qualibet vice reprehenſus, abſtineat a
„ vino, & in capitulo accipiat diſciplinam. Item quia perſonarum ordinis
„ diſcurſus animarum pericula gignant & ſcandala, præcipimus, ne de cete-
„ ro alicui eundi Tarvixium ſeu Venetias licentia concedatur, niſi .... fue-
„ rit neceſſitas, cui merito non poſſit plenius contradici. Abbas, ſi oppoſi-
„ tum fecerit, ſciat ſe in ſequenti viſitatione acriter puniturum. Item ne
„ prætextu indigentiæ monachos evagari contingat, præcipimus, quatenus
„ tempotibus pro victu & veſtitu dentur, quæ danda ſint, tam infirmis
„ quam ſanis, & miniſtrentur adminiſtranda;... & ſervitores, ſi in hoc ne-
„ gligentes extiterint, ab officiis deponantur. Item quia obedientiæ bonum
„ abdicat ... carnales ſubtrahit faſtus, ac demum cœleſtia compellit adipi-
„ ſci, volumus & ſtatuimus, ac præcipiendo mandamus, quatenus domno
„ abbati de præſidentibus obediant, mutuo ſe diligant, caritatem inter ſe
„ nutriant, zelo ordinis & fraternæ caritatis affectu; contrarium ſi quis at-
„ temptare præſumpſerit, ad nutum præſidentis acriter puniatur. Item quia
„ vanum eſt condere, ſi ſtatuta negligant obſervari, ſingulis capitulum te-
„ oentibus diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus hæc noſtra ſalubriter
„ edita ſtatuta ab omnibus ... attaxatis faciant obſervari. Alioquin in ſe-
„ quenti viſitatione acriter punientur. Hanc autem chartam noſtræ conſti-
„ tutionis dimittimus cantori, quatenus in....capitulo recitandam, ne de
„ ignorantia ſe valeat quis tueri. Datum ſub ſigillo noſtro milleſimo, anno,
„ & die præfatis, tempore viſitationis. “

Ann. Chr. 1345. XIII. Obitus Jacobi Gerii monachi Angelorum.

CONTIGIT hoc anno feliciſſimus obitus Jacobi Gerii poſt quinquennium ab emiſſa profeſſione in monaſterio ſanctæ Mariæ Angelorum Florentiæ. Cum is toto adniſu veſtigia tereret diſcipulorum ſancti Romualdi, qui in eremo Camaldulenſi, & in cœnobio ſuo degebant, cumque humilitate ceteriſque virtutibus in dies proficeret, incidit in morbum iucurabilis phthiſis. Qua in infirmitate laborans nullum unquam querulum

lum verbum protulit, dans mirum manſuetudinis & patientiæ exemplum omnibus monachis, qui eum tamquam novum Tobiam vel Job ſuſpiciebant, taliterque uſque ad finem perſeveravit, reddens Deo purum ſpiritum die quinta auguſti hujus anni. Conſpecti fuere Angeli deducere illius animam cum gaudio ad cœlum, viſioniſque hujus digni fuere beatus Silveſter & beata Paula, qui etiam ipſorum Angelorum concentum ſuper turrim eccleſiæ monaſterii exaudierunt. Corpus quoque ipſius miro colore excellere viſum fuit; quare maximo cum honore tumulatum eſt, cum trigeſimum-tertium ætatis annum dumtaxat attingeret. Sed Tantinum audiamus ſimplici ſtylo canentem. ANN. CHR. 1345.

Un fra Giacob zio di fra Giacobbo
Si crebbe paziente come un Giobbo
Tiſico fu in fine alla ſua morte
Et non ſi dolſe mai per grave ſorte
E infirmità; e ciò, che gli era dato
Portando ſempre, Iddio n'hà ringraziato.
Già mai non ſi conobbe, che voleſſe
O carne, che li goſſi o vova leſſe.

Diceva ſempre: Ogni coſa è buona
Et tutta ha fatto quel, che tutto duona.
Poi ſe morì eſſendo giovanetto
E morto era freſco e vermiglietto.
Cantaron gli Angioli ſu dal campanile
Et preſon la sù l'alma nel partire;
E fra Sylveſtro ſi gli udì cantare
E ſuor Paula gli udì giubilare.

De Jacobo hæc habet Wion ad diem quintam auguſti: „ Florentiæ de„ poſitio beati Jacobi Gerii, eremitæ ordinis Camaldulenſis, ſanctitate „ clari, in cujus tranſitu angelorum voces auditæ referuntur. “ Super quæ verba Actuum Sanctorum collectores ad eam diem. „ Hæc aliunde, „ inquiunt, confirmata cuperemus, priuſquam viro iſti, certe venerabili, „ locum inter Sanctos concedi poſſe exiſtimemus. “ Tantini teſtimonium profecto antiquius eſt, quam revocari poſſit in dubium; porro ipſum Tantini textum publici juris jam fecerant menſe junio in vita beati Silveſtri.

XIV. Geſta beatæ Paulæ monialis Florentinæ

INTEREA ſanctimonialis Paula ſub magiſterio ejuſdem Silveſtri & monachorum ſanctæ Mariæ Angelorum ſpiritu proficiebat. Obtinuerat ipſa ab Angelo Acciajolio epiſcopo Florentino hoc ipſo anno, ut ſibi liceret donationis paginam conficere, qua monaſterium ſanctæ Margaritæ impartiretur poſt obitum ſuum eidem Angelorum cœnobio; quam donationem epiſcopus comprobavit. Dono lacrymarum pollebat; quare ſæpius conquerebantur ceteræ ſorores, quod defluentibus ad terram lacrymis totum pavimentum madefaceret. Diebus ſollemnioribus anni ſe ad ſacram euchariſtiam percipiendam præparabat, quam de manibus prioris Angelorum ſumma animi dulcedine ſuſcipiebat. Cum devotiſſime Chriſti paſſionem meditaretur, pluries Jeſum cruci affixum videre meruit; aliquando etiam ipſum in forma ſuaviſſimi infantis conſpexit, qualem tenerioribus ſuis annis conſpexerat. Infirmitatis ſuæ tempore viſitata fuit ab apoſtolis Petro & Paulo. Referebat etiam ipſa Petro a Puppio converſo Camaldulenſi, viro ſanctæ vitæ, quod elogium ei tribuit Silvanus Ractius, aliquando ſe viſibiliter intuitam eſſe Dominum Jeſum pallio cærulæi coloris indutum, cum aureis lucidiſſimis vittis, qui ipſam participem fecit angelicæ harmoniæ. Cœleſtes concentus audire deſiderans, quadam die ad portam collocutorii juvenem viſa eſt ſibi audire cymbalum pulſantem; accurrens ſtatim, ut ſonum propius perciperet, juvene diſparente agnovit fuiſſe Angelum a Deo miſſum. Viſionibus itaque & concentibus angelicis frequenter conſortata tota in Dei amore colliquefiebat. Hinc etiam cum intenta jugiter eſſet cœleſtium contemplationi, videbatur extra ſenſus rapta; atque cibaria, quæ a priore Angelorum aliiſque ipſi mittebantur, cum ſolita eſſet reponere ſuper quamdam trabem, reperiebantur poſt alicujus

 tem-

Ann. Chr. 1345.

temporis lapſum mucida ; dum enim ſpiritum pabulo cœleſti nutriret, oblivilcebatur corpus terreno cibo nutrire. Aliquando vero tranſmittebat ad eoſdem Angelorum monachos munuſcula, quibus donabatur a matronis Florentinis, præſertim die ſeſto ſanctæ Margaritæ, quinimmo teſtamentariis tabulis ſuis reliquit, ut quotannis poſt mortem ſuam ea oblatio appropinquante ſanctæ Margaritæ ſollemnitate renovaretur. Cum murus horti monaſterii Angelorum ad terram proſtratus cecidiſſet, Paula cum aliquibus venerabilibus feminis intravit ſepta hujus cœnobii, & per locum collocutorii tranſiens, ex quo ad vicinas regiones & arva viſus protendebatur, aliquantulum ſubſtitit, & conſiderans eo viſu evagationes mentis poſſe facile accidere in monachis, in ea verba erupit: „ Cariſſimi, hæc „ nimia eſt & vana oculorum excurſio. Cavete, ne minuantur in vobis „ deſideria ſpiritus, ſanctæ obſervantiæ & amoris Dei, neque ſolvantur „ vincula caritatis, nam latus mundi & ſeculi conſpectus facili ingreſſu „ damna parit & auget ſpiritui. “ Frequenter eam adibant monachi Angelorum, qui & novitios ad ipſam ducebant, ut audirent cœleſtium rerum alloquia ex ejus ore, quos inſtructos atque in Dei amore inflammatos domum remittebat. Sacerdotibus altiſſimam & excellentiſſimam ipſorum dignitatem prædicabat, qua merebantur conficere ſanctiſſimum altaris ſacramentum. Cum vero nocte Dominicæ nativitatis plures presbyteri ſeculares ad ipſam ingreſſi eſſent, ut audirent, quid ſuper tanto myſterio proferret, ſpirituali igne accenſa, eo fervore locuta eſt, ut ſacerdotes illos ſtupore repleverit, quos poſt petitam benedictionem lætos a ſe dimiſit.

Commorabatur ad Septimi locum in quadam habitatione prope monaſterium Angelorum mulier quædam, ſoror abbatis ſanctæ Mariæ de Florentia, quæ familiaritate nota erat beatæ Paulæ. Graviſſimo morbo correpta femina hæc, cum morti proxima eſſet, expetiit a fratre, ut ſibi liceret videre beatam Paulam ejuſque frui alloquio, poſt quæ libens & quieta obiret. Obtinuit abbas a beato Silveſtro, ut licentiam hanc concederet beatæ Paulæ, quæ veſpere infirmam viſitavit, ac ſpiritualibus ſermonibus recreavit, poſt quos ad monaſterium ſuum ſanctæ Margaritæ rediit. Vix domum regreſſa, & orationi ſe præparans per viſum conſpexit animam defunctæ mulieris, quæ interrogata reſpondit ſe vita exceſſiſſe illico poſt ejus diſceſſum; Dei autem judicio ſe addictam piacularibus pœnis ob nimium temporis, quod impenderat, dum erat in vivis, rigandis florum vaſibus. Veni igitur ad te, ſubdit, ut me commendem precibus tuis. Quod pietatis officium ſimul cum ſociabus ſuis uſque ad debiti ſatisfactionem præſtitit Paula. Idem officium eum exhibere vellet nepoti cujuſdam alterius mulieris, prohibita fuit, revelatumque eſt ipſi fruſtaneas fore preces ſuas pro anima jam inferni æternis cruciatibus deſtinata.

XV. *De* Nicolao abbate Florentino. Chartæ cœnobiorum.

QUOAD abbatem ſanctæ Mariæ de Florentia is erat Nicolaus Lapi de Ghinis, cujus monumentum hocce ſervatur in regeſto veteri monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum, de quo bene meruit, pagina XXVI. „ kalendis „ maji anni M. CCC. XLVI. Nicolaus abbas abbatiæ Florentinæ, qui mul- „ tis eleemoſynis locum noſtrum adjuvit, variiſque ſuis libris, nec non „ alabaſtrinis figuris ornavit, cui propterea promiſerunt monachi eadem „ ſuffragia, quæ pro generali aut priore loci mortuo fieri ſolet. “ Ex Malpilia gente progenitum tradidit Puccinellius in chronico ejuſdem abbatiæ [a].

a *Pag.* 28.

Franciſcus abbas Burgi-ſancti-Sepulcri conſenſu monachorum ſuorum deſignavit limites poſſeſſionum & decimarum eccleſiæ ſancti Nicolai ejuſdem Burgi, quæ erat manualis monaſterii ſui ſancti Johannis-evangeliſtæ. Ex

hac

hac pagina, quam propterea edimus in Appendice, illuſtratur topographia ipſius Burgi. ANN. CHR. 1345.

Johannes abbas ſancti Juliani de Arimino, ut conſervator jurium monachorum Camaldulenſium, ſententiam tulit quoad aliquas terras inter Michaelem abbatem ſancti Apollinaris in Claſſe, & inter Jacobum rectorem eccleſiæ ſancti Simonis in Muro de Ravenna juris comitum Malvicinorum, Michael ſubrogatus fuit in regimine monaſterii Claſſenſis Apollinari abbati.

Alterum arbitrium legitur latum hoc anno a Fatio de Ravenna abbate Berardingorum & a Gerio quondam Gerii Senenſe doctore eximio ad favorem Petri Johannis abbatis ſanctæ Mariæ de Toma; ex archivo Roſæ Senarum [a]. a Num. 26. & 36.

Tertium a Ventura abbate ſancti Andreæ de Candiculis inter Johannam abbatiſſam ſancti Johannis-evangeliſtæ de Buldrone & inter presbyterum Rubeum rectorem eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Quarto pro decimis.

Guelfinus de Canali plebanus ſancti Vitalis urbis Venetiarum, & vicarius generalis ac procurator Nicolai Canalii archiepiſcopi Ravennatis confeſſus fuit ſe recepiſſe a Tanſelgardo quondam Hengialerii de Malitiis Patavino procuratore Severi abbatis Vangaticienſis, annuum cenſum pro poſſeſſionibus eccleſiæ Ravennatis, quas ad emphyteuſim tenebat ab iſta Vangaticienſe monaſterium.

In necrologio ſanctæ Mariæ de Carceribus ad hunc annum & diem XXVIII. martii legitur: *Obiit dominus Ubertinus de Carraria dominus generalis civitatis Paduæ*. Sub die ſecunda maji: *Combuſta fuit rocha Montis-ſilicis in una hora per ſeptem ſagittas tonitrui per Dei flagellum*. Demum ad diem VI. maji: *Decollatus fuit domnus Marſilius Papafava hora quarta noctis, qui regnavit quadraginta dies poſt domnum Ubertinum de Carraria in civitate Paduæ*.

In bulla indulgentiarum aſſervata in tabulario Claſſenſi, & conceſſa eccleſiæ fratrum ſancti Johannis-baptiſtæ de Siliceto Foro-livienſis urbis, quæ Vincaretani cœnobii erat membrum, leguntur Johannes Foro-livienſis, frater Andreas Coronenſis, frater Pramus (Tramus apud Ughellium) Urbevetanus, Auguſtinus Anconitanus, Gregorius Famauguſtenſis, Ugolinus Parmenſis, Petrus Barutenſis epiſcopi, & archiepiſcopus Johannes, cujus eccleſiæ nomen corroſum eſt. Data Avenione *die* XVIII. *auguſti indictione* XIII. *tempore domini Clementis* p*a*pe VI. *anno* M. CCC. XLV. Pendent ex ipſa octo ſigilla.

GUIDO de Monte-novo canonicus Faventinus & commiſſarius Aymerici S. R. E. cardinalis presbyteri tituli ſancti Martini in Montibus & apoſtolicæ ſedis legati, ex auctoritate ejuſdem cardinalis æſtimaverat fructus cleri ſecularis & regularis urbis Eugubinæ, & inter eos fructus monaſterii ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ, ſed monaſterii hujus bona ultra medietatem valoris ipſius taxaverat in non leve ejus præjudicium. Quare Ubaldus abbas Avellanenſis querulas literas hac ſuper re detulerat ad apoſtolicam ſedem. Clemens propterea VI. ex Avenione *III. kalendas auguſti pontificatus* ſui *anno* V. detrimenta monaſteriorum nollens demandavit Robaldo de Monte-bevono præceptori domus de Monte-bello, rectori Spoletani ducatus, & Berengario Blaxini ejuſdem ducatus theſaurario, ut diligentius perquiſitionem facerent redditum & fructuum ejus monaſterii. Verum ii urgentioribus negotiis impediti ſubdelegarunt Franciſcum de Menav. canonicum Aſſiſienſem, qui eorum nomine æſtimaret bona dicti monaſterii, Is autem omnibus perpenſis, declaravit fructus, redditus & pro-

ANN. CHR. 1346. XVI. Æſtimatio bonorum monaſterii Avellanenſis.

ſui primo, ſcilicet anno 1317. De hujuſmodi facile bonis & theſauris emptis de manu ſacrilegorum furum inſimulatus fuit Bonaventura.

ANN. CHR. 1346.

XIX. Chartæ Anglarienſes, Piſanæ, Senenſes.

INTER Johannem de Fano abbatem ſancti Bartholomæi de Anglario, & inter priorem ac conventum ſancti Auguſtini de Burgo-ſancti-Sepulcri præſenti anno *die decima februarii* [a] conventionis pagina fuit ſcripta, ut Auguſtinienſes obtinerent a dicto abbate quemdam locum extra portam caſtri Anglarii, ubi dicebatur *el Borghetto*, in parœcia ejuſdem abbatiæ, ea adjecta conditione, ut offerrent quotannis abbatiæ in die ſancti Bartholomæi cereum duarum librarum, tribuerent abbati Anglarienſi medietatem funerum, & ipſum invitarent ad prandium pridie feſtum ſancti Auguſtini, qui poſſet etiam, ſi vellet, miſſam conventualem in eccleſia Auguſtinienſium celebrare. Item eodem die Auguſtinienſes vendiderunt ipſi abbati duas domos contiguas pro habenda eccleſia, in qua divina valerent officia celebrare.

[a] §. *Notabilia* 27. *A.* 13. 68., 69.

Jacobus abbas ſancti Salvatoris de Florentia arbiter conſtitutus a Nicolao abbate ſancti Frigdiani Piſarum de quodam debito, quod ejus anteceſſor abbas Bonaventura, & Andreas abbas ſanctæ Juſtinæ de Patavio contraxerant, pronuntiavit monaſterium ſancti Frigdiani teneri ad ſolutionem ejus debiti; manu Benincaſæ quondam Bencivenne Argumenti de Bencivenne notarii Florentini. Nullus Andreæ locus per hæc tempora inter abbates ſanctæ Juſtinæ de Patavio apud Cavaccium [b], qui hoc ipſo anno cedenti Bellaverio abbati ſuffectum a monachis Nicolaum monachum ſanctæ Mariæ de Saccolongo affirmat. Andreas tamen abbas ſanctæ Juſtinæ de Padua, & Bartholomæus abbas ſancti Nicolai de Litore leguntur ad annum 1335. in tabulario Claſſenſis monaſterii. Facile Andreas eo tempore cœnobio præfuit, quo Gualpertinus abbas exulare coactus a Scaligeris, & direpto cœnobio, fugato & proſcripto Gualpertino, Marſilius Carrarienſis abbatem præfecit nothum quemdam Jacobi Grandis, irritamque decrevit Gualpertini auctoritatem circa annum 1328. ut legere eſt apud eumdem Cavaccium [c].

[b] *Pag.* 168.

[c] *Pag.* 157.

Narratur in chronico Senenſi Andreæ Dei apud Muratorium [d] menſe ſeptembri abbatem ſancti Salvatoris Berardingorum donaſſe caſtellum dictæ abbatiæ Senenſi communi, eo quod ipſe abbas expulſus fuiſſet e ſuo cœnobio a filiis Henrici comitis ſanctæ Floræ, qui tenebat dictæ abbatiæ caſtellum.

[d] *T. XV. col.* 116.

In literis Bonaventuræ prioris generalis regeſto XII. Bertrandus de Deuccio Gallus cardinalis ſancti Marci aſſeritur ſub hoc anno negotiorum ordinis Camaldulenſis promotor; ordinis tamen protector adhuc erat Johannes de Columna, qui ſupervixit ad annum 1348. quo tertio kalendas julii immatura morte deceſſit in urbe Avenionenſi.

XX. Monaſterium Roſæ tranſlatum prope urbem Senenſem.

MONASTERIUM de Galignano fundatum anno 1324. cum nimium diſtaret ab urbe Senenſi, ad viciniorem portam, nempe de Tuffi, tranſlatum fuerat anno 1340. donante aut vendente ſolum Donuſdeo de Malavoltis epiſcopo Senenſe. Sed nec iſtum locum diu inhabitarunt monachi Camaldulenſes, qui eo quod propius emineret muris urbis, deſtructus fuit; quare ad ſanctæ Muſtiolæ de Arcu monaſterium habitandum tranſiere, cui idem Roſæ nomen indidere, quod inditum fuerat primis monaſteriis, quæ incoluerant.

Cedente vel cedere coacto Theobaldo abbate ſancti Michaelis de Muriano ſuffectus fuit in ejus locum Maldulus, ſicut etiam [e] Alexandro ſe abdicanti a regimine eccleſiæ ſancti Silveſtri de Puppio ſubrogavit Bonaventura prior generalis tamquam patronus Antonium monachum.

[e] §. *Electio* 40. *A.* 4 49.

Re-

tuoſam æſtimantes eſſentiam, quæ continue floruit, & floret claris & variis corruſcando miraculis, dignetur ſacra ejuſdem corporis canonizatione præhabita, eumdem in Sanctorum enumerando catalogo merito promovere. Datum Tarviſii die XVIII. *februarii decima-quinta indictione.* Ann. Chr. 1347.

Pro *ſeptuaginta* legendum *octuaginta*; tot enim excurrunt ab anno 1267. emortuali beati Pariſii ad annum præſentem.

XXII. De beatis Silveſtro & Paula.

Parvo tempore ante mortem ſuam, quam oppetiit anno ſequenti, beatus Silveſter quadam die, dum totus Chriſti amore eſſet inflammatus, interrogabat fratres ſui monaſterii, quid eſſet Deus? Cumque nemo interrogationibus illius præberet reſponſum, ſe tranſtulit ad collocutorium beatæ Paulæ, eodemque modo ipſam interrogavit, quid Deus eſſet? Cui reſpondit ſacra virgo: Deus charitas eſt & amor; atque de caritate & amore, ac de Deo loqui numquam deſtitere, niſi ſuperveniente nocte, quæ eorum colloquium diremit.

Un giorno fra Silveſtro era affocato
Di gran amor di Dio, e infiammato
Iva dimandando, ch' è Dio?
E non riſpoſe nullo al ſuo deſio.
Di che ne andò rimpetto a ſuora Paola
E diſſe: Che è Dio? o ſuora Paola?
E quella diſſe: Amore & Carità,
E altro nome non ſe gli confà.
A che gridava: O', O' molto in alto,
Ed entrò a lei iu ſu lo ſmalto,
E tutto il dì parlarono affocati
D' amor di Dio, e parlono alterati.

XXIII. Silveſtrinorum congregatio participationem bonorum concedit monaſterio Angelorum.

Eisdem monachis ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia hoc anno *indictione decima-quinta duodecima die maji* Ugo generalis prior eremi & ordinis ſancti Benedicti de Monte-ſano Camerinenſis dioeceſis, hoc eſt Silveſtrinæ congregationis, & capitulum generale ejus ordinis, ad preces Nicolai abbatis ſanctæ Mariæ Florentinæ urbis, conceſſere participationem omnium beneficiorum & gratiarum in Miſſis & pſalmodiis, orationibus, vigiliis aliiſque ſanctis operibus fratrum ſui ordinis, cum ſponſione orandi Deum pro animabus monachorum ejuſdem monaſterii, quandocumque alicujus eorum obitus generali ipſorum capitulo fuerit nuntiatus.

XXIV. De monaſt. S. Zenonis Piſanum.

Bonaventura generalis prior multam navaverat operam, ut monaſterium ſancti Zenonis de urbe Piſarum eriperetur de manibus archiepiſcopi Piſani, & priſtinæ libertati reſtitueretur, expenderatque mille ducentos florenos auri pro redemptione ejus cœnobii; quare mandavit hoc anno Silveſtro abbati dicti monaſterii ſub excommunicationis aliarumque pœnarum ſententia, ut de ea ſumma florenos ducentos octuaginta & unum ſolveret [a]. Renuit Silveſter, & *anno* M. CCC. XLVII. juxta ſtilum Piſarum, *die vigeſima-ſeptima auguſti* eoram Franciſco abbate ſancti Savini in Montione, & Jacobo priore ſanctæ Mariæ ad Martyres prope Piſas appellavit a literis præceptoriis Bonaventuræ tamquam ſibi ſuſpecti & infenſi ad ſedem apoſtolicam, mandans dictam appellationem denuntiari eidem priori Camaldulenſi; manu Lapi quondam Chelli de Pecciolis notarii. Poſt aliquot annos commendatum fuit monaſterium hocce Johanni priori generali Camaldulenſi.

[a] §. *Appellatio* 8. *A.* 4. 78.

XXV. Capitulum Faventinum congregationis.

Collectum fuit hoc anno die decima-octava octobris capitulum generale congregationis in monaſterio ſanctorum Hippolyti & Laurentii de Faventia pro judicanda cauſa ejuſdem Bonaventuræ præſidis generalis, cui plura crimina inuſta fuerant, ut diximus antecedenti anno. Definitores ejus capituli fuere Franciſcus abbas Burgi-ſancti-Sepulcri, Maldulus abbas ſancti Michaelis Venetiarum, Johannes ſancti Michaelis in Burgo Piſarum abbas, & Andreas abbas ſancti Hippolyti de Faventia; ii, licet ipſis oppoſitum fuiſſet a parte adverſa, ne aliquid innovarent, illegitimuſque diceretur eſſe eorum congreſſus, declararunt tamen Bonaventu-

Ann. Chr. 1347.

ræ innocentiam , & decreverunt , quod impenſis ordinis bonum ubique teſtimonium perhiberetur de ipſo , bonorque ipſius redintegraretur , ſcriberentur etiam ex parte omnium prælarorum literæ ad Romanum pontificem pro ipſius deſenſione. Sratuerunt quoque in ſolatium ejus ætatis , ut in Camaldulo-Florentino deinceps reſideret , ubi & medicorum eſſet copia, ejuſque valetudini neceſſaria miniſtrari commode poſſent. Cum ejus accuſatores reſragarentur actis capituli , & inſiſterent adhuc apud Romanam curiam, lis finem tunc habuit, cum remori a dignitatibus, quas obtinebant, ejus accuſatores ab alia beneficia translati ſuere. Caſſarum fuit pariter in hoc capitulo decretum de transferendis ſanctimonialium monaſteriis, quæ in territoriis ſita erant, intra urbes, vel de collocandis loco illarum monachis, quod ſtabilitum ſuerat in capitulo ſimilirer Faventino anni 1338. Demum propoſita fuit recuperatio monaſterii ſanctæ Mariæ de Bolſemulo Caſtellanæ diœceſis, quod dudum unitum anno 1313. cum altero ſanctæ Mariæ de Vallibus diœceſis Peruſinæ per Accurſium priorem generalem , occupatum poſtea fuerat cum bonis ſuis a marchionibus de Civitella. Extant collationes hujus prioratus ab anno 1280. ad 1355. ſed eadem ſorte, qua illud monaſterium Vallibus , periit, & ab ordine Camaldulenſi penitus eſt diſtractum.

XXVI. Chartæ Prato-veterenſes & Senenſes.

Congregato conſilio hominum ſeu *fumantium* curiæ Prati-veteris de mandato Maſini de Cella vicecomitis & officialis comitum Guidiorum Caroli, Franciſci & Riccardi de Dovadula , actum fuit de exemptione a libra , ab impoſitionibus & collectis dicti communis concedenda bonis & poſſeſſionibus aliquorum hominum , qui ſe ſuaque bona obtulerant abbatiæ de Poplena , & lecto conſilio Laurentii Bononienſis doctoris, ſtatutum fuit , ut ea bona totaliter ſorent exempta & libera a quibuſcumque impoſitionibus . Hæc in excerptis tabularii Fontis-boni conſectis a Baroncinio [a].

[a] §. *Privilegia* I. *A.* 4. 63.

Vacante monaſterio ſeu prioratu ſanctæ Muſtiolæ de Arcu Senarum per promotionem Johannis Fei prioris ad plebanatum ſancti Martini prope Clanas, Gregorius prior & monachi Vivenſes in ipſum compromiſerunt , qui deberer eligere ſucceſſorem præſentandum pro confirmatione Donodeo epiſcopo Senenſi [b]; elegit ipſe Johannem olim Viræ de Arretio in priorem, præſentibus eodem epiſcopo, Petro Bernardini priore hoſpitii ſanctæ Marthæ de Senis, & Lando rectore eccleſiæ ſancti Antonii Senarum.

[b] §. *Electio* 41. *A.* 4. 66.

Amoto Juncta de Caſtilione abbate ſancti Viriani de Arretio ſubrogavit Bonaventura generalis *die tertia januarii indictione* XV. in abbatem Johannem de Biblena.

Ann. Chr. 1348.

XXVII. Obitus Silveſtri monachi Angelorum.

Postremus hic annus fuit vitæ beati Silveſtri converſi Camaldulenſis in monaſterio ſanctæ Mariæ Angelorum de Florentia , cujus geſta per annos diſtribuimus. Obiit die nona junii eo anno, quo Florentiæ deſævit atrox peſtilentia, quæ paucos ſuperſtites reliquit.

Frate Sylveſtro morì nel quarantotto,
Et quì rimnſon ſette di vintotto.

Anni ſettanta bavea fra Sylveſtro
Quando paſsò di queſto mundo alpeſtro.

Antonius de Balinghem in kalendario Mariano ad diem tertiam julii : „ Beatus Silveſter , inquit, Camaldulenſis anno M. CCC. XLVIII. cœlitibus „ jungitur. “

Teſtis ſanctitatis beati Silveſtri omni exceptione major fuit ipſa beata Paula, quæ affirmavit nullum ipſo ſerventiorem & excellentiorem a multo tempote , & poſt ſanctum Franciſcum Minoritici cœtus inſtitutorem ,

in illis regionibus effloruiſſe ; terque raptum ſuiſſe ad cœlum, idque aſſeruit fratri Petro a Puppio converſo Camaldulenſi.

Diſſe ſuora Paola a frate Piero,
Che fra Sylveſtra tratto a deſiero,
Come ſan Paolo fu in paradiſo,
Così fu tre volte, e vi fu aſſiſo,
Et da ſan Franceſco a queſt' hora
Più giuſto di coſtui non fu ancora.
Frate Sylveſtro è il più eccellente,
Che ſia in queſte parti, el più ſervente.

In vita ejuſdem beatæ Paulæ capite quarto refertur , quod XIII. die junii viſa ipſa ſibi fuit rapi in cœlum poſt mortem beati Silveſtri ſui magiſtri, deflens , quod ſe præceſſiſſet ad gloriam . Ibidem tranſlata ſpiritu conſpexit imperatorem magnum ſuper excelſum thronum ſedentem, quem circumdabant plures dynaſtæ, qui unum ex ipſis præ ceteris honorabant. Intuens in ipſum beata Paula vidit ſupervenientem beatum Silveſtrum , qui tabellam præ manibus gerebat diviſam in duas partes , in quarum una imago Crucifixi , in altera beatæ virginis Mariæ coloribus erat expreſſa , & invitata a Silveſtro , ut reſpiceret , ſenſit ſe gaudio ineffabili repletam. Expoſtulavit poſtea a ſancto viro, qui foret magnus ille dynaſta in honore habitus , cui reſpondit eſſe ſanctum Antonium Patavinum ordinis Minorum ſancti Franciſci. Rediens poſtea ad ſenſus beata Paula, poſtquam viſionem retulit priori, & monachis Angelorum, afferri præcepit Martyrologium Sanctorum , & certiores facti fuere diei feſti ejuſdem Sancti, de quo eatenus notitiam non habuerant . Ex hoc teſtimonio pariter ad æterna cœli gaudia tranſiiſſe beatum Silveſtrum compertum ſit.

Silveſtri corpus maximo honore conditum eſt in capella ſancti Franciſci ejuſdem monaſterii , ex qua ob inundationem fluminis Arni , qui locum ejus ſepulcri inquinavit , tranſlatum fuit ad oratorium ſancti Jobi. Iterum anno 1557. exundante flumine collocata fuere ejus ſacra pignora ſub altari capellæ ſancti Johannis-baptiſtæ, dictæ de Beninis, qui erant patroni, quæque pro capitulo monachorum inſerviebat . Demum cum Silvanus Ractius ope ſuorum amicorum , & propriis etiam ſumptibus anno 1598. eccleſiam externam monaſterii a fundamentis pene reædificaſſet, eamque nobilibus picturis & ſculpturis ornaſſet, annuente vicario Alexandri Medices cardinalis & archiepiſcopi Florentini, ſacra lipſana beati Silveſtri in eccleſiam tranſtulit cum epigraphe in polita tabula marmorea aureis literis ſcripta:

SILVESTRI. HIC. SVNT. CONVERSI. MONACHIQVE. JACOBI
VIRGINIS. AC. PAVLAE. OSSA. BEATA. COLE
SILVANVS. RACTIVS. HVIVS. MONASTERII. COENOBITA. P.C.
ANNO. DOMINI. CIↃ. IↃ. IIC.

Primas ipſius corporis tranſlationes deſignat ad ſua tempora Zenobius monachus his verſibus:

Dentro la volta là in ſan Franceſco
Si fu riſpoſto, credo, in ſur un deſco,
Et poi il diluvio dentro vi ſi entrone
E ſello nero e tutta lo guaſtone.
Cavota quindi eravo ſpiccata
Il corpo dalle gambe, e tranſlatato
Si fu là in ſan Giobbo nell' altare
Et coſtà con buſto, ad aſpettare
L'ultimo dì, per eſſer glorioſo,
Al deſtro di Jeſu ſuo amoroſo,
E così in Paradiſo ſempre ſtare
Cou gli altri eletti, & Chriſto contemplare,
Guſtando il cibo della vita eterna
Colli Angioli & colli Santi in ſempiterna,
Cantando & giubilando a Dio Signore
Et ſempre ardendo nel verace amore;
Il qual amore ſi è Chriſto verace,
Che regna coi ſui Santi in vera pace,
E con la Madre ſua incoronato
Fia, ſempre omnipotente in ogni lato,
Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.
Amen.

 Di-

Ann. Chr. 1348.

Diluvium, cujus meminit Zenobius, creditur illud fuiſſe, de quo verba facit Villanius libro III. capite 13. ad annum 1352. Alterum aquarum diluvium contigit anno 1557. quo, teſte Fortunio, deperditus fuit libellus miraculorum, quibus coruſcaverat Silveſter.

XXVIII. De ſorore vel conſanguinea Silveſtri.

An Silveſter ſororem habuerit in proximo ſanctæ Margaritæ cœnobio ſanctimonialem, inquiritur. De ea certam mentionem facit Fortunius in hiſtoriis Camaldulenſibus his verbis. „ Fuit ſoror illi monacha in pro- „ pinqua eremo ſanctæ Margaritæ e regione januæ cœnobii, quam cum „ beatus Silveſter per internuncios ſeu ſcriptis ſæpe viſitare ſolitus fuiſ- „ ſet, & ad cœleſtia bona viridi ſpe animare, accidit noviſſimis diebus „ illam a fratre poſtulare, quando in patria conſummata dulciſſimum eſ- „ ſent Jeſum ſponſum verum animarum ſanctarum viſuri? Cui ille in „ hæc verba reſcripſit. Lætare ſoror æterni ſponſi ſponſa, quia tali die „ (certo ſpero) ipſum læiiſſimi ſimul videbimus ſedentem ad dexteram „ patris, adeout eum ulterius amittere non poſſimus. Non intellexit tunc „ venerabilis virgo horum verborum myſterium, ſed infra paucos dies „ mortali ægritudine laborans impetravit ab epiſcopo, ut ad Angelos ſe- „ peliri poſſet. Interea ipſe quoque beatus Silveſter infirmitate oppreſſus „ ad ultimam ſpiritus venit horam eodem die, quo ſoror animam Deo „ reddidit. Quo factum eſt, ut utrique exequiæ in cœnobio Angelorum „ actæ ſint, & utrumque cadaver ſimul ſepultum. “ Et poſt pauca. „ Aſſervantur utriuſque reliquiæ ad altare ſancti Johannis-baptiſtæ in ca- „ pitulo in arca lignea. “ Quæ Fortunii narratio Papebrochio ſuſpecta eſt, immo ab ipſo Fortunio melius edocto declaratur aperte falſa in præfatione, quam anno 1595. præmiſit ſingulari vitæ, quam ex Tantino exſcripſit beati Silveſtri. „ Edidi, inquit, Silveſtrum habuiſſe ſororem mo- „ nialem dictam Margaritam defunctam & ſepultam cum ipſo die eodem, „ ut legitur parte II. lib. III. capite 14. Quod deprehendo hodie ma- „ niſeſte falſum eſſe ex libello antiquo anni 1394. ſcripto fideliſſime a „ Zenobio monacho noſtro Angelorum. “ Pace tamen Papebrochii, immo & ipſius Fortunii, cum in vita beatæ Paulæ conſcripta ab eodem Zenobio habeatur „ beatum Silveſtrum adjunxiſſe Paulæ moniali ſanctæ „ Margaritæ de Caſajolo, & ſociam dediſſe conſanguineam ſuam, & et- „ iam aliam converſam, beatam vero Paulam numerum auxiſſe ſororum „ ad quinarium numerum, una quarum fuit Paulæ ſoror, “ (quod legitur etiam in regeſto monaſterii Angelorum) nomine ſororis Silveſtri, quam appellat Fortunius, venire poteſt conſanguinea, vel etiam monialis ejuſdem parthenonis, quacum divina Silveſter miſcuerit colloquia, potiuſquam egerit per epiſtolas, quæ obierit eadem die, qua ſanctus vir ad Deum tranſiit. In eodem tabulario ad annum 1338. reperitur nominata *Monna Silveſtra commiſſa Angelorum*. Attamen an hæc fuerit humata in eodem Silveſtri tumulo, nos latet; leguntur unita ſeu tranſlata per Silvanum Ractium ad annum 1598. corpora tantummodo Silveſtri, Jacobi & Paulæ, ut ſuperius diximus, nullaque fit mentio alterius ſanctimonialis. Exploratum quoque eſt ſororis nomine non venire ipſam Paulam abbatiſſam, quæ vicennium ſupervixit ſancto ſuo magiſtro.

Nunc mutata eccleſiæ Angelorum facie, oſſa, quæ repoſuerat in choro veteri Ractius, quieſcunt ſub menſa altaris ſancti Romualdi, quod ad dexteram eſt ingredientibus eccleſiam e parte primi clauſtri monaſterii.

XXIX. Peſtis Florentiæ imminuit monachorum Angelorum numerum.

An inſuper ex ſæviſſima peſte hoc anno graſſante, præſertim in Florentina urbe, obierit beatus Silveſter, ignoramus; certum eſt viginti &

unum

unum monachos Angelorum ex eo flagello ſublatos e mundo, & hoc ſignificant duo illi verſus Zenobii ſuperius adducti: *Frate Silveſtro morì nel quarantotto, & qui rimaſon ſette di vintotto*. Ad præcedentem annum refert hanc eladem Fortunius: „ Anno, inquit, 1347. cum ſic refloreret „ Angelorum domus, contigit Florentiam peſtilentia miſerabiliter laborare, „ adeo ut nulla unquam major imago mortis ibi viſa fuerit. Cujus flui„ da contagio unum & viginti pariter monachos ad Angelos ſuſtulit, nec „ plures quam ſeptem ex omni familia ſuperſtites relicti, qui utique ma„ gis mortui quam vivi ob mœrorem & luctum, ſqualidi per multos „ menſes poſtea permanſere. Ex his unus ſuperſuit Philippus prior, qui „ peſte deoique remiſſa, Deo miſerante, ſummam navavit operam in ex„ pianda univerſa domo, uſtis ubique beneolentibus herbis, atque ſua„ vibus invectis odoramentis. Per id etiam tempus cum tota eivitas in „ pœnitentia ſe maceraret, ac omnibus ſanctis operibus inſiſteret, quod„ que acerbam contagionem evaſiſſent, Deo gratias agerent eertatim ſin„ guli, brevi tempore familia ad Angelos innovatur tanto in numero, „ ut de novis aptandis domiciliis Philippo priori ingrueret neceſſitas; quod „ præſtare non diſtulit, emptis hortis a Bartholomæo atque Johanne Al„ phaniis cœnobio confinibus, ſieut ducitur murus horti novi uſque ad „ ſacellum divi Jacobi eum clauſtro eapituli uſque ad murum Campacii. “

ANN. CHR. 1348.

XXX. Decedit Bonaventura prior Camald. eligitur Johannes.

DECESSIT quoque hoc anno Bonaventura prior generalis Camaldulenſis, qui triginta-tribus annis inter varios eaſus proſperæ & adverſæ fortunæ regimen tenuit, celebris eeteroquin vir, plurimumque ſollicitus pro reparanda monaſtica diſciplina, ut teſtantur conſtitutiones ab ipſo editæ in variis eapitulis generalibus, & epiſtolarum ipſius volumen, quod aſſervatur in tabulario Fontis-boni. Moverat ex ædibus Camalduli-Florentini priſtinam ſuam reſidentiam monaſterii Fontis-boni petiturus optimus ſenex, ae die quarta junii ad locum ſanctæ Margaritæ de Toſina venit, ex quo noviſſimam epiſtolarum ſuarum dedit exemplatam in regeſto XII. Die ſexta ad monaſterium ſanctæ Mariæ de Poplena acceſſit, ubi vitam eum morte commutavit, translatus inde ad ſacram eremum, in qua ſepultus fuit. Ea ſexta die junii etiam in necrologio abbatiæ Vangatieienſis legitur: *Obiit bonæ memoriæ dopnus Bonaventura de Fano prior generalis Camaldulenſis ordinis anno Dominicæ nativitatis* M. CCC. XLVIII. *in monaſterio de Poplena, & ſepultus in heremo.*

Indictus fuit conventus prælatorum pro electione novi præſidis ad diem quintam-decimam julii, qua communibus ſuffragiis poſtulatus eſt Johannes hujus nominis III. ex oppido Burgi-ſancti-Sepulcri, filius Detajuti olim Guillielmi de Abbarbagliatis, qui tunc abbatiam regebat monaſterii ſancti Michaelis de Burgo Piſarum ab anno 1327. Plura evenere ſub longo quadraginta fere annorum Johannis regimine, quæ ſuis annis adnotabuntur.

Deceſſit ipſo anno etiam Severus de Saxo-ferrato abbas Vangaticienſis, ut legitur in necrologio ejus loci. M. CCC. XLVIII. *obiit venerabilis pater domnus dopnus Severus de Saxo-ferrato abbas hujus loci die* XXVIII. *madii.*

Pariter mortuo Franciſco filio comitis Aghinolphi ex Guidiorum familia abbate Pratalienſe, electus fuit a monachis in ejus locum Petrus de Nocerio [a].

[a] *§. Mandatum 30. A 4.76.*

In adnotationibus mſs. ad martyrologium Uſuardi bibliothecæ eremi Camaldulenſis ad diem XXVI. novembris legitur: *In Tuſcia in Feſulana dioceſi beatiſſimi Gaudentii confeſſor s cum duobus diſcipulis ſuis Luciano & Marciano monachis & eremitis.* Et in legendæ corpore adeſt ſignum, etiam hos Sanctos inclu-

includendos. Et ad diem x. junii legitur: *M. dopnus Petrus de Radicefani* M. CCC. XLVIII.

Ann. Chr. 1348.

XXXI. De monaſterio S. Catharinæ de Burgo-ſancti-Sepulcri.

Ecclesiæ monialium Camaldulenſium ſub invocatione ſanctæ Catharinæ in Burgo-ſancti-Sepulcti præſenti *anno* M. CCC. XLVIII. *die* XXVIII. *menſis junii pontificatus domini Clementis pape* VI. *anno ſeptime* ex urbe Avenionenſi plures epiſcopi ſignati in pagina, quam ex autographo canonicorum Burgenſium proferimus, indulgentias conceſſere. Acceſſit & Johannis Camaldulenſis prioris conceſſio participationis omnium congregationis bonorum ſpiritualium iis, qui in conſtructione dictæ eccleſiæ, & pro ſubſtentatione ſororum ibidem degentium manus porrexeriot adjutrices. In poſtrema Johannis pagina nulla apponitur diei nota, ſed certe poſt diem xv. julii, qua electus fuit in priorem generalem.

XXXII. Appellatio monachorum S. Savini de Piſis.

Die decima-nona decembris aliquot monachi cœnobii ſancti Savioi in Montione Piſarum agnoſcentes monaſterium ſuum gravem læſionem periculumque pati ob malam adminiſtrationem & regimen Franciſci eorum abbatis, quem pluries rogaverant, ut juxta regulam divi Benedicti monaſterium gubernaret, inſenſum propter boc ſentientes in ſe dictum abbatem, qui carceribus aliiſque pœnis monachos ſuos affligebat, ad cœnobium ſancti Torpetis ejuſdem ordinis & urbis Piſanæ ſe teceperunt, ut inde facilius appellationem notare poſſent ad apoſtolicam ſedem, utentes opera Thomaſii Johannis de Florentia plebani de Ribona tamquam publicæ perſonæ, petentes etiam, ut hujuſmodi appellatio nota fieret abbati. Actum Piſis in domo comitum de Donoratico Gherardi & Bernabovis olim Rainerii comitis filiorum; manu Jacobi Johannis de Chianis notarii, ex tabulario Fontis-boni [a].

Romanus pontifex Clemens VI. aono ſeptimo ſui pontificatus Antonium mooachum Camaldulenſem præfecit in abbatem monaſterii ſanctorum Salvatoris & Bartholomæi de Cantiniano epiſtola III. partis primæ. Pariter per obitum Nicolai abbatis ſancti Frigdiaoi Piſarum elegit Ubaldum, qui erat abbas ſancti Mamiliani de Monte-chriſto, commendans ipſum electum prioti generali Camaldulenſi [b] die decima-ſeptima ſeptembris.

Petrus quondam Cangi Pappaladis de villa Coſtæ ſindicatus caſtri Rocchettæ teliquit præbendam ſeu altare in eccleſia ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, obligans filium ſuum, ut eam inſtitueret.

Bettinus olim Tunni donavit hoc anno [c] monaſterio ſanctæ Matiæ de Agnano bona in caſtro & curia de Laterina, & juspatronatus in eccleſias ſancti Petri de Soppioto & ſancti Angeli de Poao. Io eccleſia autem ſanctæ Mariæ in Gradibus ſubjecta eidem Agnanienſi monaſterio erecta fuit die vigeſima-octava ſebruarii [d] capella ſancti Gregorii, ut addiſcimus ex paginis tabularii ejuſdem monaſterii ſanctæ Mariæ in Gradibus, a Diana vidua Johannis Fiordavanti tempore Baſilii abbatis.

XXXIII. Primordia parthenonis SS. Trinitatis de Faventia.

Pertinet ad hunc annum erectio loci & eccleſiæ ſanctiſſimæ Trinitatis extra portam pontis Faventiæ, quam ædificarunt Franciſcus Michaelis Benencaſæ & germana ejus ſotor Agnes de Faventia in fundo & domo, quæ ſpectabat ad capitulum ſacroſanctæ Lateranenſis eccleſiæ. Hoc ergo *anno* M. CCC. XLVIII. *indictione* II. *pontificetus Clementis pape* VI. *die* XX. *menſis novembris* Nicolaus de Atloftis prior, Jacobus de Cavis de Annibaldis, Johaones Lupi, Sabbas de Tineoſis, Johannes Ceſſi, Johannes Bobonis, Berthullus, Petrus Camillius & Nicolaus de Gallicanis eanonici conſtituentes Lateranenſe capitulum ſacultatem ſecere præſatis Franciſco & Agneti ædificandi eccleſiam ſub titulo ſanctæ Ttinitatis, & con-

[a] §. *Apellatio* 9.

[b] §. *Electio* 44. *A.* 4. 79.

[c] *Num.* 505.

[d] *Silva VIII. pag.* 267.

conſtituendi ibidem capellanum, confirmandum tamen a Lateranenſi capitulo, & in ſignum dominii penſionem quinque ſolidorum conſtituentes. Quamprimum erecta fuit eccleſia, immo & monaſterium adjunctum, cum reperiamus *anno* M. CCC. LXXXII. *indictione* V. *pontificatus Urbani papæ* VI. *die* XVI. *maji* extitiſſe ibi ſorores, quæ prædictum locum incolebant, ut liquido colligitur ex teſtamento eo anno facto a Franciſca filia magiſtri Mainetti de Mainettis medici Faventini de capella ſancti Michaelis de Faventia, quæ terras reliquit loco & ſororibus ſanctæ Trinitatis de burgo portæ pontis de Faventia, *item domum eidem ſororibus; item loco & eccleſiæ ſanctæ Trinitatis pro ſubſtentatione & vita ſororum in dicto loco ſeu eccleſia reſidentium* alias terras. Videatur & Mannius T. VII. Sigillorum pag. 104. ANN. CHR. 1348.

Quanto tempore ſorores hæ locum incoluerint, incompertum. Certum eſt anno 1455. locum fuiſſe viduatum, nullaſque ibidem ſuperfuiſſe ſorores, quæ eccleſiæ inſervirent, bellorum facile & depopulationum cauſa. Quare eo anno Aſtorgius de Manfredis civitatis Faventiæ dominus & Johanna ejus uxor expetierunt a dicto Lateranenſi capitulo, ut ſibi liceret inſtaurare, reparare, fundare, reædificare & ampliare eccleſiam & monaſterium ruina & vetuſtate collapſum, ex quo jamdiu moniales exierunt, nulliuſque curæ ſubjectum, & abbatiſſam ac moniales in eo reſtituere. Conſenſerunt Lateranenſes canonici, permittentes, ut ordo ibi & regula evocaretur, & ſtatueretur ab ipſis & ab epiſcopo Faventino eligenda, ac præpoſita ibi præficeretur, ac moniales confirmandæ a Lateranenſi capitulo. *Datum Laterani ſub anno Domini* M. CCCC. LV. *indictione* III. *menſe julii die primo, pontificatus Caliſti papæ* III. *anno primo*. Evocavit Johanna fratres Humiliatos, qui ibidem ſanctimoniales ſui ordinis ſtabilirent. Quare Antonius de Ferris præpoſitus ſanctorum Philippi & Jacobi de Sapina Bononienſis diœceſis vicarius Philippi de Crivellis magiſtri generalis ordinis ſcripſit Heliſabeth de Aldovrandinis de Ravenna moniali ſancti Matthæi de Arimino ordinis prædicti, ut onus abbatiſſæ ſuſcipiens Faventiam ſe conferret, ac regimen ſuſciperet dicti monaſterii die XIII. ſeptembris anni M. CCCC. LXII. Veniens ad mortem præfata Johanna Faventiæ domina teſtamentariis ſuis tabulis reliquit pro fabricando loco, & pro ſororibus ſanctæ Trinitatis quadraginta libras Bononiorum, & vineam. An moniales Humiliatæ Faventiam advenerint, vel brevi locum ob egeſtatem reliquerint, adhuc inexploratum. Conſtat poſt paucos annos locum rectum fuiſſe per clericos rectores, & eccleſiam erectam fuiſſe in ſimplex beneficium. Anno 1489. reſignata eccleſia fuit a Rodulpho Miſſiroli priore monaſterii noſtri ſancti Johannis-baptiſtæ de Faventia, & collata a capitulo Lateranenſi cum conſenſu & authoritate Juliani epiſcopi Brittonorienſis, vicarii Juliani cardinalis Oſtienſis, pœnitentiarii, & archipresbyteri eccleſiæ Lateranenſis, vulgo dicti cardinalis ſancti Petri ad Vincula, Benedicto de Muſtulis monacho itidem ordinis Camaldulenſis, qui quommodo ibidem Camaldulenſes ſanctimoniales introduxerit initio ſeculi XVI. uberius dicetur ad annum 1506.

In codice primo conſiliorum diverſorum mſs. tabularii Fontis-boni extat ad hunc annum conſilium domni Lapi abbatis ſancti Miniatis ad Montem Florentiæ *de canonica portione epiſcopali ex legatis locis piis* [a]. Aliud ibidem legitur de eadem quarta epiſcopali, domini Franciſci epiſcopi Cluſini [b]. Hocce Franciſci epiſcopi opuſculum memorat Ughellius [c] in epiſcopis Cluſinis. Is eſt Franciſcus de Aptis ex Cluſina

a Pag. 32.
b Pag. 1.
c T. III. col. 641.

ANN. CHR. 1348.

na ad Caſinenſem, inde ad Florentinam ſedem translatus, & S. R. E. cardinalitia dignitate auctus, Tudertinus patria. Lapus abbas ſancti Miniatis diſtinguendus eſt ab alio JC. qui eodem tempore florebat, Lapo de Caſtillionchio.

ANN. CHR. 1349. XXXIV. Indulgentiæ aliquot eccleſiarum.

DIE decima-tertia aprilis hujus anni facta fuit, teſte Fortunio, dedicatio altaris ſanctæ Catharinæ in eccleſia ſanctæ Mariæ ad Carceres. *Decima* autem *ſeptima die* ejuſdem menſis *indictione* II. *tempore pontificatus Clementis papæ* VI. *anno* VIII. Albertus Leſinenſis epiſcopus ex auctoritate domini Callamoni archipresbyteri plebis Aquæ-ductus & vicarii capituli Foro-livienſis, epiſcopali ſede vacante, confirmavit indulgentias ante aliquot annos conceſſas a variis epiſcopis, anno ſcilicet 1291. monaſterio ſancti Salvatoris de Vico Foro-livienſis urbis. Vacabat eo die eccleſia Foro-livienſis per translationem Johannis ad eccleſiam Viterbienſem. Videatur Ughellius [a]. Die decima-ſexta junii Jacobus epiſcopus Polocenſis ordinis fratrum Minorum dilargitus fuit indulgentias viſitantibus eccleſiam monaſterii ſororum ſanctæ Luciæ de burgo ſanctæ Mariæ in Balneo. Datum Balnei.

a T. II. col. 580.

XXXV. Res plurium monaſteriorum.

VACANTE eccleſia ſancti Donati de Colle-baſſano Nucerinæ diœceſis Albricus abbas Valle-caſtrenſis creavit in rectorem ipſius Bartholum Marini monachum ſuum. Rogavit paginam Stephanus Romualdi de Apiro. Johannes autem Vivenſis prior confirmante Johanne priore Camaldulenſi Rainerium Senenſem præfecit monaſterio Roſæ Senarum; manu Johannis Jacobi notarii; ex archivo Roſæ [b].

b Num. 200.

Vigeſima-octa a januarii Bartholinus Guillielmacii a Laurentiano cum licentia nobilis militis Johannis de Medicis Florentini poteſtatis Arretii & Johannis Amadei de Arretio vendidit Petro quondam magiſtri Lopi de Arretio abbati ſancti Salvatoris de Silva-munda terras in Laurentiano.

Ipſo anno *indictione ſecunda ſeptima menſis januarii tempore domni papæ Clementis* VI. Johannes rector eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Marignano Ariminenſis diœceſis ſiſtens ſe coram Petro de Reate abbate monaſterii ſancti Severi in Claſſe, & coram monachis fidelitatem promiſit, ſeſeque adſtrinxit ad recipiendam viſitationem & correctionem abbatis, cum ſponſione viſitandi annuatim eccleſiam ſancti Severi, & offerendi ſuper altare libram ceræ, & ſolvendi Ariminenſi epiſcopo omnia, quæ is recipere deberet a dicto monaſterio juxta pacta inita inter epiſcopum & idem cœnobium.

Eccleſia ſancti Euſtaſii de Canetulo Faventinæ diœceſis ſpectabat ad abbatiam Biſurcenſem, ut liquet ex pagina reſignationis ipſius eccleſiæ factæ a Johanne rectore in manibus Benedicti abbatis, ut ſas ſibi eſſet recipere eccleſiam ſancti Laurentii de Planicorio Foro-popilienſis diœceſis vacantis, ad quam electus fuerat, cujuſque confirmationem ſperabat ſe habiturum a fratre H.. epiſcopo Foro-popilienſi. Actum in eccleſia ſancti Petri in Caſtagneto territorii Portici. Frater H.. epiſcopus Foro-popilienſis eſt Hugolinus ordinis fratrum Minorum, defunctus anno ſequenti.

Cum Bonifacius abbas Cantiniani, & Ventura abbas de Candiculis procuratores Johannis prioris generalis Camaldulenſis litem vertentem inter ipſum priorem generalem, & abbatem ſancti Salvatoris Camalduli-Florentini ſuper juriſdictione, poſſeſſione & proprietate monaſterii ſanctæ Mariæ de Querceto de via ſancti Galli Florentinæ urbis, compromiſiſſent in Franciſcum priorem ſanctorum Apoſtolorum de Florentia, & in Petrum

plebanum ſancti Alexandri de Joculis Florentinæ diœceſis, & in Petrum monachum vicarium ſancti Felicis in Platea de Florentia, idem prior generalis [a] approbavit, promiſitque ſe obſervaturum, quæ ab iiſdem fuerint ſtabilita.

Ann. Chr. 1349.

a §. Ratificatio 5. A. 14. 5.

XXXVI. Cultus beati Thomaſii de Coſtacciario.

b Ap. Bollandum T. III. Martiipag.603

,, Post ſollemnem beati Thomaſii a Coſtacciario translationem, quæ
,, contigit anno 1337. ipſo ejus obitus, non multum temporis effluxit,
,, ut habet Ractius noſter [b] capite VI. vitæ ejus Italicæ, cum pia Co-
,, ſtacciarenſium communitas ſancto hoſpiti ſuo & patrono extruendum
,, locavit ſacellum elegans, & pretioſum in medio templi ex eo latere,
,, quod a ſancto Antonio nomen habet, ſanctaſque reliquias collocarunt
,, in eo ſubtus altari, cujus frons patula & crate ſerrea præmunita ve-
,, nerantium oculis exhibebat arcam ſacri depoſiti cuſtodem. Quæ quidem
,, arca quoties ſodalitates e vicinis locis peregrinabundæ, aut devotæ aliæ
,, perſonæ accedebant (quod erat frequentiſſimum) mappula virgulæ af-
,, fixa contingebatur, & hæc illius vice porrigebatur ad oſculum. Quod
,, cum fiebat moniti campanarum pulſu indigenæ omnes fere accurrebant,
,, futuri & ipſi ſimili modo participes venerationis Sancto ſuo deſerendæ,
,, profluentiſque ex ea utilitatis. " Capite vero octavo hæc ſubdit: ,, Ne-
,, que ſolum ſacræ beati Thomaſii reliquiæ in ea, quam diximus, quam-
,, que merentur, veneratione ſunt, ſed etiam cilicium, quo viventem
,, uſum fuiſſe conſtat. Etenim quemadmodum de ſanctæ Agathæ velo no-
,, vimus, ſic etiam ipſum per manum alicujus ſacerdotis portatum, ex-
,, poſitumque verſus eam cœli partem, quæ damnoſam agris tempeſtatem
,, grandinemque minatur, ſæpe ſæpius metum omnem diſcuſſit. Præterea
,, dæmonibus admodum formidabile eſt, prout variis occaſionibus patuit,
,, cum illud exhibitum fuit perſonis a maligno ſpiritu poſſeſſis aut male
,, vexatis. Quod autem ad ſepulcri venerationem attinet, ea uſque in ho-
,, diernum diem perſeverat propter miraculorum frequentiam, quæ potuiſ-
,, ſent innumera ſcribi, niſi lectoris tædio conſultum brevitate vel ſilen-
,, tio fuiſſet, nec vero iis ſcriptis eſt opus, cum ſit omnibus notiſſima pa-
,, trocinii ipſius Beati efficacia, quam ſatis teſtantur plurima obtentarum
,, gratiarum ſigna, oblationibus, cereis, tabellis, veſtibuſque appenſis æſti-
,, manda; horum enim tanta affertur in dies multitudo, ut ſi ſimul o-
,, mnia ſervarentur, non modo ipſis capiendis non ſufficeret eccleſia, ſed
,, nec totum, quantum eſt caſtellum, quemadmodum affirmat adm.
,, reverendus pater magiſter Dionyſius San-Matthæi de Coſtacciario ex or-
,, dine Franciſcano, & in præſentiarum generalis inquiſitor per omne do-
,, minium Florentinum. " Hæc Ractius in latinam linguam verſus a Sanctorum Actuum collectoribus. Recentiorem corporis beati Thomaſii recognitionem & translationem afferemus ad ſecula XVI. & XVII.

Ann. Chr. 1350.

XXXVII. Obitus beat Alberti monachi Saxoferratenſis.

c T. III. pag 368.

AD Deum tranſiit hoc anno beatus Albertus monachus Saxo-ſerratenſis in cœnobio ſanctæ Crucis comitum de Tripudio, qui circa annum 1310. veſtem monaſticam acceperat in eodem monaſterio. Quadraginta annis expletis ſanctæ converſationis, quos in aſſiduis orationibus & jugi pœnitentia tranſegit, obiit die ſeptima auguſti ad fidem Jacobillii [c]. Ejus ſacrum corpus venerabiliter in eccleſia cœnobii ſepultum ſub ara laterali jacere per cratem ferream ante oculos poſitam conſpicitur, & a confluentibus populis cultum nunquam interruptum obtinet. Ad lævam pariter ejuſdem altaris partem ſuper parietem legitur *Beatus Albertus*, & exhibetur imago mnnachi antiquo albo habitu amicti. In alia pralonga lignea tabula coloribus expreſſa altera prægrandis imago viſitur, ſub qua duo monachi genuflexi orant, cum hac epigraphe

HVIVS. PICTVRA. ASSERITVR. ALBERTI. FIGVRA
MIRATVR. HIC. ALBERTVS. MONACHVS. ELECTVS
IN. SANCTA. CRVCE. MORTVVS. ET. IBI. EST. SEPVLTVS.

Et hæc eſt antiquior beati viri imago una cum tertia ad aram majorem eccleſiæ depicta ſubjectis literis : *Beatus Albertus* . Antiquioris imaginis ectypon ære inciſum ob oculos ponimus , illud unum animadvertentes in ea imagine veſtem ſuperiorem beati Alberti eſſe amplam cappam , clauſam uſque ad pectus , inde ad terram apertam , ita ut interius ſcapulare conſpici queat ; latera autem cappæ deſcendere e brachiis, & grandes apertaſque deorſum quaſi manicas efformare . Similibus ferme cappis indutæ viſuntur ſanctæ Paraſceves, Barbara & Marina in vetuſta tabula Græcanica, quæ extat in muſeo ſanctæ Genovefæ Pariſiorum , & procuſa eſt in CP. Chriſtiana pagina 104. Ea veſtis ſpecies parum tamen viguit in abbatia Saxo-ferratenſi; nam eadem ætate in pariete dictæ eccleſiæ coloribus exprimitur idem beatus Albertus cuculla indutus ; cucullam etiam geſtat tertia imago recentior ſuper tabulam quadratam aræ majoris depicta una cum beato Gerardo monacho itidem Saxo-ferratenſi ; vel certe dicendum utramque & apertam ad formam cappæ , & clauſam ad formam cucullæ veſtem in eo monaſterio in uſu fuiſſe ſeculo XIV. Ipſius præſentiſſimam opem experiuntur ſpecialiter morbis capitis & inteſtinorum affecti . Jacobillius, præter monumenta vetuſta ejuſdem cœnobii, teſtes adhibet de Alberto loquentes Torquatum Perroctum Amerinum epiſcopum in commentario ms. Saxi-ferrati , & Dorium in commentario Umbriæ ſimiliter ms. tomo III.

XXXVIII. Abbatia Agnani traditur protectioni reipubl. Florentinæ.

CUPIENS Baſilius Junctæ ab Ulignano , qui abbas erat ſanctæ Mariæ de Agnano Arretinæ diœceſis, avertere mala bellorum & ruinarum tempore Boſi Arretini epiſcopi , loca & caſtella ſui monaſterii protectioni reipublicæ Florentinæ commendare curavit , tradiditque ejuſdem juriſdictioni caſtra de Capannole , Caſtellionis-Alberti , plebis de Preſciano , de Cacciano , de Cornia , & de Monte-luci . De hac commendatione hæc habet Fortunius ad annum 1349. [a] „ Opem tulit rei Philippus Maga-
„ lottius vexillifer juſtitiæ , confectumque eſt negotium hujuſmodi invi-
„ cem pactis initis: Ut Senatus populuſque Florentinus , ſeu major civi-
„ tatis magiſtratus unum præfectum cum quatuor famulis in arcibus at-
„ que caſtris memoratis ponerent , quibus abbas homineſque ſui fideles
„ ſtipendia ſolverent , pro quibus applicari eiſdem poſſent mulctæ Vallis-
„ ambræ, facta inter illos diſtributione, & ſi opus ſit , milites atque ar-
„ matos a civitate miſſos recipere ; quibus etiam prætor Buccinenſis jus
„ diceret. Ut abbas, monachi & fideles per ſex annos immunitate dona-
„ ti eſſent ab omnibus oneribus realibus & perſonalibus , præterquam a
„ dictis ſtipendiis, & ab omnibus vectigalibus, præterquam a gabellis por-
„ tarum Florentiæ, ubicumque contractus celebraverint in territorio Flo-
„ rentino extra agrum Vallis-ambræ. Ut dicti fideles infra dictos ſex an-
„ nos tenerentur militare pro republica Florentina , nec non requiſiti ac
„ juſſi firmare cuſtodibus fines , arceſque & loca munita Vallis-ambræ, præ-
„ ſidiaque conferre. Quod elapſis ipſis ſex annis , abbas , monachi atque
„ fideles memorati ſubjecti perpetuo remaneant ſub protectione reipubli-
„ cæ Florentinæ , offerantque quotannis ad templum ſancti Johannis-ba-
„ ptiſtæ civitatis Florentiæ unum bravium æſtimationis florenorum quin-
„ que. Ut reſtitueretur abbati & monachis molendinum de Sono. Quod
„ ſi contingeret aliquo unquam tempore, ut reſpublica Florentina reſtitue-
„ ret epiſcopo Arretino poſſeſſiones, caſtra & jura Vallis-ambræ, tunc in
„ ipſa reſtitutione excipi omnino debeat abbatia ipſa Agnani cum ſuis lo-

„ cis

a *P. II. lib. II. cap 4.*



Effigies S. Alberti Monachi S. Crucis de Saxo-ferrato qui obiit anno 1350. ex tabula seculi XIV. ejusdem ecclesiæ



„ cis, fundis & fidelibus, ſeu reſtituatur ipſi abbati ac ſucceſſoribus. Ad- „ ſcripſerunt paginæ fidelium hominum numero quadraginta. Actum Flo- „ rentiæ in palatio XVI. kalendas januarii manu Pieri Mazzetti Talenti „ de Saxetto dominorum priorum notarii. Hanc immunitatem deinceps con- „ tinenter confirmatam comprobavit noviſſime Franciſcus Medices ma- „ gnus princeps Etruriæ decreto conſilii ducentorum civitatis die XXIII. „ maji anni M. D. LXV. „ Hæc Fortunius. In codice B. C. rubro ſanctæ Mariæ in Gradibus hujuſmodi commendatio legitur facta *anno ab incarnatione* M. CCC. XLIX. *indictione* III. *die* XVI. *januarii*, ſtilo ſcilicet Florentino, & initio præſentis anni Romani. Pro XVI. kalendas januarii in Fortunio eſt legendum XVI. die januarii; cum indictio III. ſpectet ad annum M. CCC. L. Hiſtoriam belli Florentinos inter & Arretinos fuſe narrant ſcriptores, & antiquior ex ipſis Matthæus Villanius. Petrus ſcilicet Sacconus cum Tarlatorum ſua familia, & Boſus de Ubertinis epiſcopus Arretinus, Buſtaccius quoque & Pactii Vallis-arni cum longo tempore protectionem communis Florentini conſervaſſent, Mediolanenſium victoriis elati, contra Florentinos ſe erexerunt & contra comites Guidios, alioſque Florentinorum fideles & amicos. Buſtaccius itaque de Ubertinis abbatiam Agnani occupavit, ibique ſe muniit contra Florentinos, ubi obſidionem ſuſtinuit, & erepta tria Florentini exercitus vexilla ſuper altare abbatiæ erexit. Poſtea abbatia ſe dedidit exercitui Florentino, perſonis, equis & armis ex arce exeuntibus. Eidem Baſilio abbati Boſus epiſcopus Arretinus anno ſequenti remiſit ſubſidium, quod impoſuerat omnibus clericis & beneficiatis ſuæ diœceſis, a quo ipſe Baſilius appellaverat ad apoſtolicam ſedem. Actum Avenione, ubi erat Boſus tunc temporis, *indictione* IV. *die* X. *martii Clementis papæ* VI. *anno* X. *ab incarnatione* M. CCC. L. *in loco fratrum Minorum*, ex tabulario ſanctæ Mariæ in Gradibus [a].

ANN. CHR. 1350.

[a] *Num.* 515.

Interea ſubtraxere ſe penitus etiam ordini Camaldulenſi abbates & monachi Agnanienſes, habitum nigri coloris ſuſcipientes, & ſeparationem ab ordine Camaldulenſi ab Innocentio VI. Romano pontifice Clementis ſucceſſore impetrarunt. Et quamvis poſt decennium, anno nimirum 1360. capitulum generale Fontis-boni facultatem fecerit Johanni præſidi Camaldulenſi reducendi ad veſtes albas & ad ordinem monachos Agnani, diutiſſime tamen dilata fuit eorum reductio uſque ad annum 1403. quo Johannes abbas & monachi cauſa bellorum graviſſima paſſi Bonifacio IX. ſupplicarunt, ut liceret ipſis priſtinam cum Camaldulenſibus ſocietatem expoſcere. Sed de ea ſuo anno.

Hoſpitale ſancti Bartholomæi de Mugnone prope Florentiam curæ & regimini abbatiſſæ ſancti Petri de Luco hoc anno commiſſum fuit, cum facultate, quoties occurrerit, illuc accedendi & inde Lucum revertendi. Ita ex chartis Fontis-boni. Sed de eo fuſam hiſtoriam dabimus anno 1356.

CLEMENS VI. Romanus pontifex *anno octavo die* XVII. *februarii* Blaſium monachum Camaldulenſem præfecit in abbatem monaſterio Inſulano, ex tabulario Fontis-boni [b]. Eodem anno, ſed *nono* ſui *pontificatus nona kalendas junii* creavit Petrum abbatem Silvæ-mundanum in præſulem monaſterii ſanctæ Mariæ de Morrona Volaterranæ diœceſis, tranſlato Bartholomæo abbate Morronenſi ad abbatiam ſancti Johannis-evangeliſtæ de Burgo-ſancti-Sepulcri, ex epiſtola XIII. libri IV. partis primæ. Mortuo Auguſtino abbate ſanctæ Mariæ de Urano, commendaverat idem monaſterium ad vitam Aymerici cardinalis ſancti Martini in Montibus, quo obeunte eadem die ipſius anni præfecit ipſi monaſterio Bonifacium abbatem Cantimanenſem diœceſis Lucanæ epiſtola XIV. ejuſdem libri, & tranſtulit

XXXIX. Variæ electiones factæ a Clemente pp. VI.

[b] §. *Electio* 47. *A.* 4. 85.

ANN. CHR. 1350.

ſtulit ad Cantiniani monaſterium Antonium abbatem ſancti Petri ad Vincula territorii Ravennatis, traducto ad hoc poſtremum monaſterium Donato abbate ſanctæ Helenæ de flumine Æſino epiſtola XXI. Tertio autem nonas novembris defuncto Ubaldo abbate ſanctæ Crucis Fontis-avellanæ ſuffecit Paulum Andrioli Philippi de Eugubio ejuſdem monaſterii monachum epiſtola XXVII. Johannes ab Arretio rector eccleſiæ paroecialis ſanctæ Muſtiolæ Senarum poſtulatus eſt ad abbatiam Silvæ-mundanam; cum vero ipſa ſanctæ Muſtiolæ eccleſia non fuiſſet proviſa ad tempus, Philippus Gualterotti vicarius capitularis Senenſis ad ſe devolutum jus eligendi exiſtimans, priorem in ea elegit Johannem Donati monachum eremi ad Vivum, ex tabulario Roſæ Senarum [a]. Aymericum cardinalem commendatarium abbatem monaſterii Uranenſis defunctum volunt ſcriptores ejus vitæ anno 1348. vel 1349. colligitur ex ſuperius dictis ipſum ad hunc annum vitam produxiſſe.

a Num. 84.

XL. Electio Gabrielis in abbatem S. Andreæ in Inſula.

OBTINUIT hoc eodem anno Gabriel Neccioli monachus Avellanenſis opulentam ſancti Andreæ de Inſula abbatiam, quæ Avellanenſium erat, olimque dicebatur de Inſula-filiorum-Manfredi, non admodum diſſitam a Colle-ſtacciario caſtro Eugubini agri. Ea res, ut nos docet Sartius in epiſcopis Eugubinis [b], non levium ſimultatum cauſa fuerat inter duos gentis Gabrielliæ facile principes, Jacobum, & Johannem Cantuccii filium, qui eo ipſo anno dominatum civitatis invaſerant. Favebat enim Johannes Cecciolo cuidam monacho itidem Avellanenſi, cui ut Inſulana abbatia obtingeret, nihil intentatum reliquerat. Sed Gabriel Neccioli alter monachus Jacobi gratia atque opibus adjutus adverſarium pervicit; erat enim domi foriſque immodica Jacobi potentia, quippe qui & patrimonium divi Petri, amplam Romanæ eccleſiæ provinciam, per eos dies regebat pro Romano pontifice, & duos ex ſuis arctiſſimo cognationis vinculo ſibi adſtrictos habuit duarum illuſtrium civitatum prætores Bononiæ, & Tuderti, quod munus temporibus illis ampliſſimum habebatur. Sed de Gabriele Avellanita & abbate Inſulano, inde epiſcopo Eugubino alia ſuo loco proferemus.

b Pag. 198.

Guido presbyter cardinalis tituli ſanctæ Cæciliæ & apoſtolicæ ſedis legatus ex Tarviſina urbe, *duodecimo kalendas februarii pontificatus domini Clementis pape VI. anno octavo*, confirmavit eccleſiam ſancti Nicolai de Fonto Tarviſinæ dioeceſis monaſterio ſanctæ Mariæ Sanæ-vallis de Fullina.

XLI. De eccleſia S. Hilari de Arretio.

JOHANNES prior Camaldulenſis die trigeſima auguſti [c] hujus anni abſolvit Bartholomæam monialem ſancti Johannis de Prato-veteri, quæ commorans in eccleſia ſancti Hilari de Arretio non perita facultate, & ſe prioriſſam dictæ eccleſiæ conſtituerat, & ſorores loci Agnus-Dei de Arretio ad habitum Camaldulenſem receperat, eamque permiſit commorari in dicta ſancti Hilari eccleſia, ſed tamquam ſimplicem monialem & ſub obedientia abbatiſſæ Prato-veterenſis, cui ſuberat dicta eccleſia, concedens tamen eidem uſumfructus poſſeſſionum, quæ ipſius intuitu monaſterio Prati-veteris donatæ fuerant, ex tabulario Camaldulenſi. Eidem Bartholomææ locatæ fuere ceteræ poſſeſſiones ipſius eccleſiæ ſancti Hilari a Matthæo de Arretio abbate ſancti Viriani.

c §. Notabilia 29. A. 4. 17.

XLII. Fines eremi Camaldulenſis.

DIE ſexta octobris determinati fuere opera Johannis prioris Camaldulenſis fines territorii & joriſdictionis eremi & domus Camaldulenſis, videlicet „ verſus meridiem eſt primus terminus in Monte-corno locus, qui „ dicitur la Cala al Sufiglione, dividens inter territorium Camaldulenſe „ & territorium Raginopolis, & reſpiciendo verſus Orientem dirigitur ad „ locum, qui dicitur Raggio del Galiggio, & deinde aſcendendo uſque

„ ad

„ ad Crucem Focajolam , & de Cruce Focajola uſque ad ſummitatem „ Montis-rotundi , & de culmine Montis-rotundi deſcendir ultra & juxta „ territorium , quod dicitur Campoloppoli in fluvio , qui venit de Ca- „ maldulo & tranſit dictum fluvium , & dirigitur verſus & uſque ad lo- „ cum dictum Lametta ad Sanguinertum in capite piſcinæ , & deinde „ aſcendit verſus ſeptentrionem ad viam Romanam , qua pervenitur ad „ montem Cotozzi, & de Cotozzo dirigitur ad locum dictum Gioghicio- „ lo , & de dicto loco ad jugum alpium , quod dividit inter Thuſciam „ & Romandiolam, ſive inter jura Camalduli , & dominorum de Valbo- „ na, & includitur intra jura Camalduli pratum , quod dicitur el Piano „ del Soglio , deinde dirigitur verſus occidentem ad locum , qui dicitur „ Cala a Trebiolo, & deſcendit per locum , qui dicitur la Fonte a Fa- „ giolo, & deinde tranſit per viam, quæ dividit jura Camalduli a terri- „ torio de Aſqua, & tranſit per locum de la Trappola, & vadit ad pe- „ tram de Monte , & ad calam de Schazza , ubi ſunt confinia domino- „ rum de Prato-veteri , & deinde dirigitur verſus podium Caſtilionis, & „ deſcendit per ſummitatem dicti podii ad calam, quæ dicitur Campolin- „ cionis, & in fluvium Sovæ ad tranſitum de Lametta , deinde aſcendit „ per locum dictum Laja de Domenichi , & aſcendendo regreditur ad „ montem Cornu , ubi eſt cala Suſiglionis primitus deſcripta. Actum in „ Fonte-bono manu Pauli magiſtri Gioli de Burgo-ſancti-Sepulcri notarii de „ mandato dicti prioris [a].

Ann. Chr. 1350.

[a] §. *Tenuta* 12. *A.* 6.

XLIII. Et monaſterii S. Johannis inter Ambas-paras.

Nobilis vir Uguccio olim Franciſci de Fagiola *anno* M. CCC. L. *die decima octobris ſedente ſanctiſſimo domino Calixto papa* II. (hujuſmodi chronicarum notarum monſtra non refellimus) determinavit & aſſignavit confines bonorum & poſſeſſionum monaſterii ſancti Johannis-baptiſtæ inter Ambas-paras Paci de Burgo-ſancti-Sepulcri priori dicti monaſterii . „ In „ podio Famajolis & Rizaveræ terminos Petræ-vivæ , & derivant in po- „ zam eremi ſancti Alberici , & aſcendunt in monte Aguglionis, & in- „ trant in fontem Potiam , & derivant per Serram in monte Vecli in „ Campajolis , & intrant Rochettam & Caſtillionem & param Gorgo- „ tondis , & per param in ponte veclo intrant in rivum podii Vieza , „ & ſerram montis Rainerii in Cruce, & derivant in rivum Galviani in „ param Mercatalis , & eunt per param in rivum canalis , & derivant „ terminos in fontem canalis , & caſam veclam & in podium Mandoli, „ & eunt per ſerram in cavam montis, & derivant per terram in mon- „ tem Famajolis &c. manu Johannis de Calbana notarii ; ex tabulario Fontis-boni [b] . “ Hæc confinium determinatio facta inter nobiles de Fagiola , & monaſterium Cellarum pertinet ad tempora poſteriora , neque ad celebrem Uguccionem armiſque potentem ſunt referenda ; ipſe enim non Franciſci , ſed Rainerii erat filius , ut ex Trivienſis abbatiæ monumentis addiſcimus , & ante triginta annos fato functus fuerat.

[b] §. *Tenuta* 13. *A* 4. 6.

Ex Ravennatibus monaſterii Claſſenſis chartis nobiles viri Simon & Philippus comites de Caſalichio habitatores caſtri Bononienſis ſolvebant quotannis eidem Claſſis cœnobio pro caſtro Pergulæ , quod juris erat dicti monaſterii, duas libras ceræ.

Jehu œconomus epiſcopatus Senenſis ſede vacante ob mortem Donuſdei Malavolti hoc anno die quinta januarii ad ſexennium locavit Roſæ Senenſis monaſterio alia proxima prædia ſtatuto cenſu viginti florenorum, a quo cenſu monaſterium liberatum fuit anno 1354. die vigeſima-tertia auguſti ab Azzolino epiſcopo Senenſe, refutationem ratam habente Innocentio VI. anno ſequenti opera Philippi Gualterotti epiſcopi Volaterrani ,

& per-

Ann. Chr. 1350.

& permutato cenſu cum aliquot bonis, quæ monachi Senenſes ad montem Celleſium extra portam Camuliam poſſidebant. Cum iiſdem monachis liberalem ſe oſtendit Azzolinus, concedens ipſis ad mille libras acquiſitionem uſurarum & rapinarum, quæ, quibus deberentur, non innoteſceret.

Inter allegationes celebris Lapi a Caſtillionchio ad numerum 89. ſententia profertur ab ipſo lata hoc anno contra abbatiſſam ſanctæ Agathæ de Florentia, mandato vicarii generalis epiſcopi Florentini, qua judicat ipſam teneri ad reſtitutionem donationis, quam fecerat quidam Cecchinus a Piſcia dicto monaſterio die, quo ſeipſum in commiſſum obtulerat, eamque ſententiam tulit, quia in contractu non fuerat a monialibus petita licentia ab epiſcopo Florentino [a].

In necrologio Carcerum legitur: *Obiit domnus Jacobus de Carraria dominus generalis in civitate Paduæ die* XVIII. *novembris.*

[a] *Ap. Riccam Not. Ch. Fior. T. V. pag. 270.*

2-Bkn 2.1.115 vol 5

APPEN-

APPENDIX
TOMI QUINTI
ANNALIUM
CAMALDULENSIUM

Vetera Monumenta & Diplomata complectens.

I.

Concordium inter commune Fabriani & monaſterium Vallis-caſtri.

Anno 1251. VI. exeunte ſebr.

Ex autographo ejuſdem monaſterii.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CC. LI. die VI. exeunte februario tempore domini Innocentii pape IV. indictione IX. coram domino Bonacurſo Rambaldi, Villano Actonis Pleſarii, magiſtro Motico Actonis, Palmerio Jacobi, Jacobo Bartholi, Ganzolino Bonagute, Deuteſalvi domini Johannis, Bomercato Gronde, domino Raynaldo Rigorii, domino Munaldo domine Palmerie, Bongratia Bartholi teſtibus ad hec rogatis & vocatis, & pluribus aliis. In generali conſilio coadunato per ſonum campane & vocem preconis in eccleſia ſancti Venantii de caſtro Fabriani, lis & controverſia vertebatur inter fratrem Valentinum monachum & ſindicum monaſterii Vallis-caſtri & conventus ejuſdem, prout in ſcriptis de dicta ſindicaria apparet manu mei magiſtri Raynaldi notarii infraſcripti publicatum nomine dicti monaſterii ex una parte, & Oratorem Raynaldi ſindicum communis Fabriani nomine dicti communis ex altera ſuper petitionibus, que tales ſunt. Petebat namque dictus frater Valentinus ſindicus monaſterii ſupradicti nomine ipſius monaſterii & conventus a dicto Oratore ſindico communis Fabriani, & ab ipſo commune quadraginta homines, quos dictum commune ſibi abſtulerat, & ut ipſos homines fineret dicto monaſterio quiete & pacifice poſſidere, nomina quorum hominum ſcripta ſunt inferius. Ad que dictus Orator ſindicus nomine communis predicti reſpondebat dicens ſe nomine communis predicti non teneri. Immo dictus Orator ſindicus nomine dicti communis petebat a dicto fratre Valentino ſindico monaſterii ſupradicti & ab ipſo monaſterio omnes res, homines & poſſeſſiones, montes & colles conſiſtentes in infraſcripta ſinaita, videlicet ſecundum quod trahit a plano Forche-luparie & tendit per viam Aſinariam a fonte Nequili perveniendo a fonte de Civitella, mergendo ad ſaſſum Elene, tendendo a planum de Caſa-martino, & mergit a Biſſinas & pervenit ad primam ſinaitam, & cum omnibus juribus & actionibus & juriſ-

Ad lib. XLI. n. 5.

juriſdictione in predictis pertinentibus ſeu ſpectantibus. Et quod homines dictos & inferius ſcriptos permittat dicto communi Fabriani quiete & pacifice poſſidere & ipſorum bona, & quod dictum commuoe in predictis nullatenus moleſtati. Que omnia dictus Orator ſindicus nomine dicti communis dicebar ad dictum commune pertinere jure dominii vel quaſi. De qua quidem lite & controverſia, datione, ceſſione, & conceſſione facienda inter ipſos ambe partes ſtipulatione ſolemni interveniente promiſerunt & commiſeront in dominum Ubertum Turſelli, & dominum Matinum arbitros & arbitratores & amicabiles compoſitores ab ipſis communiter electos. Promittentes ambe partes ſtipulatione ſolempni interveniente ſtare, parere & obedire laudo, precepto, arbitrio & voluntati dictorum arbitrorum & amicabilium compoſitorum quam fecerint, communi arbitrio & voluntate ipſi ambo, aut unus ipſorum voluntate alterius quomodocumque & qualitercumque in predictis & quolibet predictorum vel nomine predictorum cum ſcriptura & ſine ſcriptura &c. Que omnia ſuperius ſcripta promiſerunt ambe partes ad invicem inter ipſos obſervare & non cootravenire in aliquo vel aliquibus de jure vel de facto ſub pena ducentarum librarum Ravenoatium & Anconitanarum, qoam unaquaque pars ſtipulata ſiot & actum inter ipſas, &c. Nomina quorum hominum hec ſnor, Albricus Antonii Leti; Benvenutus Peccatoris; filii Berthe Bene; Rolandus Savioi; Martinus Actonis; Caciatus Bene; Beccareous Beoe; Salvicius Ugnli; Nicola Bonnni; Venutus Uguli; Venutus Actonis Berte; filii Actonia Rolandi; Acto Actonis Baruntii; Romaldus Actonis; Gillus Annicii; Petrus Actonis; Raynaldus Accuici; Johannes Benedicti; Albricus Petri Acte; Marcus Petri Acte cum filiis & nepotibus; filii Benvenuti Morte; Johannes Maructi; filii Paulini; Philippus Arbrici; Arbricus Arbrict Martutii; Acto Bambe; Guidus Martutii; Mnricus Bambe; Albertus Raynaldi, Moricus Cuiſe; Tebaldus Bambe; Johannes Adjucti; Beoedictulus Bone; Acto Booafemine; Martinua Petri Bonfilii; magiſter Acto notarius; filii Benedictoli Actonis; filii Actonis Bone; Benvenutus Actoois Banzalis; filii Guidicti.

Item ſnb eodem anno, die, loco & indictione & coram dictis teſtibus. Cum lix & controverſia verteretur inter fratrem Valentinum ſindicum monaſterii & conventus ex una parta, & Oratorem ſindicum communis Fabriani & ipſum commune ex altera de hominibus, terris, ſilvis, poſſeſſionibus, collibus, vallibus ſupradictis, prout io ſuperiori compromiſſo continetur, & petitiooibus junctis in ipſo, & de juriſdictione & ſenaita contempta in ipſo, ut litibus & ſumptibus non vexentur, ad talem tranſactionem & concordiam devenerunc. Videlicer quod dictus frater Valentinus ſindicus dicti monaſterii nomine ipſius monaſterii dedit, ceſſit, conceſſit & mandavit dicto Oratori ſindico communis Fabriani nomine dicti communis recipienti & ipſi communi omnea res, homines, poſſeſſiones, montes & colles conſiſtentes infra ſenaitam ſupradictam, cum omnibus juribus & actinnibus & juriſdictione predictis comperentibus ſeu ſpectantibus, reſervatis ipſi monaſterio vioeis, terris laboratoriis, molendiois & ſilvis guardatis, que ſunt de proprietate dicti monaſterii, & cooſiſtunt infra nominatas ſenaitas, & reſervatis dicto monaſterio debitalibus, uſualibus, ſervitiis, excepto bannis & foliis hominum predictorum. Et reſervato dicto monaſterio, quod ſi dictum commune fecerit caſtrum io aliquo loco iofra dictam ſenaitam, qnod liceat dicto commuoi facere ipſum caſtrum ubicumque voluerit edificare, quod homines omnes habitantes io dicto caſtro teneantur dare ſinguli eorum anouatim dnos denarios nomine penſionis in feſto ſancti Romualdi abbati dicti monaſterii & ſuis ſucceſſoribus pro platea, ubi habitaverint in dicto caſtro; & hoc ſalvo dicto monaſterio, quod poſſit dictum moonaſterium & habere debeat in dicto caſtro onum locum pro domo & eccleſia conſtruenda, ita tamen quod commune dictum primo debeat habere locum pro ſuis domibus & edificiis conſtruendis ubi voluerir. Et hoc ſalvo dicto monaſterio, quod ſi aliquo tempore abbas dicti monaſterii voluerit affraocare aliquem de ſupradictis hominibus, vel cum eis tranſactionem facere, poteſtas in commune Fabrisoi debeat eos cogere, ut dicto monaſterlo & abbati primo relinquant feuda & ſuper pretenſas, & poſtmodum dent partes dicto abbati nomine dicti monaſterii recipienti de aliis bonis ipſorum, ſecundum quod obſervabitur de franchiſis facienda inter bomines Fabriani ſecundum formam capituli Fabriani, & quod aliqund ſervitium a dicto monaſterio non exigatur occaſiono alicujos datii vel collecte, ſeu obſequii. Pro qua quidem concordia, tranſactione, ceſſione & con-

& conceſſione dictus frster Valentinns ſindicua Vallis-caſtri, & domnus Petrus ejuſdem monaſterii abbas fuerunt confeſſi dictum Oratorem ſindicum dicti communis nomine dicti communis Fabriani ſolviſſe eis ducentas libras Ravennates & Anconitanas pro refectione domorum dicti monaſterii facienda, & vigintiquinque tabulaa platearum intra cavas novss dicti caſtri pro conſtructione & edificatione ecclefie & domorum facienda intra dictas plateas, quam edificationem facere promiſerunt. Et pro eo quod dictus Orator ſindicus dicti communis nomine dicti communis promiſit dicto ſindico Vallis-caſtri & abbati dictum monaſterium cum armis intra dictam ſenaitam defendere; in aliis vero locis cum ambaxiatoribus & ſindicis & expenſis communis, ſicut facit dictum commune de aliis ſuia caſtellanis minoribus vel majoribus. Renuntiantes dictus ſindicus Vallis-caſtri & abbas exceptioni non numerate pecunie &c. ſub pena ducentarum librarum Rsvennatium & Anconitanarum &c.

Ego Raynaldus auctoritate imperiali notarius his omnibns interſui, & nt ſupra legitur rogatua ſcripſi.

Et ego Contulus Bernardi auctoritate imperiali notarius, prout inveni, legi & percepi in quodam inſtrumento publico ſcripto manu msgiſtri Raynaldi notarii nil addens vel minuens &c. & una cum msgiſtro Vivano Bonaventure notario ſtudioſe & fideliter legimus & auſcultavimus, & de licentis & auctoritate domini Jscobi domini Uguccionis de Mimate judicis communis Fabriani ſcripſi & publicavi, meoque ſolito ſigno ſignavi, & ſusm auctoritatem interpoſuit & decretum ſub anois Domini M. CCC. XXXIII. indictione XV. tempore domini Johannis pape XXII. die IV. februarii. Actum in palatio dicti communis, preſentibus Raynaldo Matthei, Michele Buſcolo, Vivano Bonaventure teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

II.

Venditio caſtri Caſtellionis facta a monaſterio de Vivo communi Senarum.

Anno 1251. VIII. idus martii.

Ex originali tabularii archinoſocomii Senarum. Sacc. rub. V. n. 759.

E.d.n.4. IN nomine Domini, amen. Cum dominus Petrus ſancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus nobis .. prepoſito Senenſi ſcripſit in hac forma.

Petrus miſeratione divina ſancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis apoſtolice ſedia legatus dilecto cappellano noſtro .. prepoſito Senenſi ſalutem in Domino. Ex parte religioſorum virorum .. prioris & conventus monaſterii de Vivo ordinis Camaldulenſis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cnm ipſum monaſterium ſit gravatum diverſis honeribus debitorum, nec ea perſolvere valeant de proventibus poſſeſſionum ejuſdem, providere ſuper hoc eis paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur eorum precibus inclinati diſcretioni tue preſentium auctoritate msndsmus, quatenus perſonaliter ad monaſterium ipſum accedas, & ſi debita prefata inveneris in utilitatem evidentem dicti monaſterii fuiſſe converſa, diſtrahendi de poſſeſſionibus minus utilibus ejuſdem uſque ad ſummam trecentarum librarum Senenſium & Lucenſium minutorum ad exhonerationem debitorum eorum prefatis priori & conventui, Deum habens pre oculia, licentiam auctoritate noſtra concedas. Datum Fani X. kl. msrtii anno Domini M. CC. LI.

Cujus domini Petri mandatum exequi cupientes ad monaſterium de Vivo predictum perſonaliter nos contulimus, ac ibidem inquiſitionem fecimus diligentem de premiſſis, tam per monschos, quam converſos ejuſdem loci, & cum per eoſdem invenerimus monaſterium ipſum debitorum pluſquam CCC. librarum denariorum ſe gravaverat, redditus & proventus ipſius fere omnes abſorberi a voragine uſurarum, debitaque predicta in utilitatem ejuſdem monaſterii fuiſſe converſa, ab eiſdem monacis & converſis inquiſivimus diligenter, utrum de mobilibus ejuſdem monaſterii predicta debita poſſent commode explicari, & cum non invenerimus, que ex mobilibna ſolvi poſſent, de immobilibus invenimus, quod cum minori leſione dicte Vivine domus poteſt fieri diſtractio caſtri Caſtillionis, quod olim dictum fuit Caſtillionis-latronum, cum propter eorum dicta plenius conſtiterit coram nobis, quod de caſtro illo parvos aut nullos fructus actenus fuerint affecuti, imo eis eſt honeroſum potius, quam fructum percipiant ex eodem. Quare auctoritate predicta vobis priori & conventui infraſcriptis csſtrum Caſtillionis dictum Latronum licentiam concedimus diſtrahendi, mandantes pretium ipſius CL. libr. exinde percipiendum debere converti io prefatorum exſolutionibus debitorum. Lata apud dictum monaſterium

rium de Vivo in eccleſia ipſins monaſterii coram presbytero Salvano , Ranerio priori , Stecchio Guidonis de Senis , & Guarnerio domini Andree Theotonico teſtibus rogatis , in anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo indictione nona die nonarum martii.

Anno, indictione & loco predictis, & die ſcilicet nonarum martii & coram dictis teſtibus rog. Ego domnus Jacobus abbas monaſterii ſancti Petri in Campo de conſenſu domni Petri monaci ejuſdem monaſterii ſancti Petri , & de licentia & auctoritate domni Benigni prioris monaſterii de Vivo, cui dictum monaſterium ſubeſt immediate, nomine ejuſdem monaſterii ; & ego domnus Benignus dictus prior prefati monaſterii de Vivo, de conſilio & conſenſu domni Aldobrandi prioris abbatie ſancte Moſtiole de Senis, domni Gherardi prioris claustri dicti monaſterii, domni Diedari facriſte , domni Blaſii refectonerii, domni Alberti viſitatoris & cuſtodis infirmorum, domni Andree, domni Aldobrandini, domni Guilielmi , domni Nicchole , domni Jacobi monacorum prefati monaſterii , fratris Guiniſci ejuſdem loci, magiſtri Henrighi galigarii, magiſtri Bartholomei ſartoris, Benedicti ſabri , Vitalis prepoſiti molendinarum, Gennarii molendinarii, Neri piſtoris, Dietiſalvi cortiſani, Philippi prepoſiti biſolcarie, Vive gualcherarii, Guilielmi ſubtcellerarii , Petri , Guidonis , Petrucii , Cotonis , Henrighi , Petri , Thomaſii , Johannis & Martini converſorum ejuſdem monaſterii, & in eorum preſentia habita licentia & auctoritate domini Bulgarelli preſentis Senenſis prepoſiti cappellani domini Petri ad velum aureum diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati jubentis mandatum ab eo dandi & concedendi licentiam vendendi de bonis monaſterii de Vivo uſque ad ſummam CCC. librarum, ut ſuperius continetur . Nos & quilibet noſtrum aſſerentes nos facere venditionem infraſcriptam debito imminente , quod pro utilitate dictorum locorum contractum eſſe profitemur, ſicut de hoc dicto domino prepoſito facta eſt plena fides, profitentes etiam in hoc contractu , nihil fieri ad leſionem predictarum Vivinarum domorum & eis utile eſſe hanc venditionem facere , cum res que venditur ſit ſterilis, & ab alio poſſideatur quam a locis prefatis , & non expediat nobis litigare propter ſumptus multiplices , quos cauſe requirunt , & propter dubios eventus, & quia commune Senenſe infraſcriptum recipit in proteptionem loca memorata , ut inferius continetur , ex quo ipſis locis maxima creditur proventura, penſatis dictis utilitatibus &c. vendimus & tradimus nos &c. tibi domino Ugniccioni quondam Bandini judicis ſindico & actori ad infraſcripta conſtituto , ut apparet &c. recipienti nomine communis Senarum , & ipſi eidem communi caſtrum , quod dicitur Caſtillione , ſitum in epiſcopatu Cluſino olim nominatum Caſtillione latronum , & nunc Caſtillione Senenſe , cum curte & diſtrictu & juriſdictione , & hominibus & villanis , & affictis & ſervitiis , & rebus perſonalibus , preſtationibus & redditibus cum terris &c. in dicto caſtro &c. quarum rerum venditarum fines ſunt hii , a cruce de la Seralla uſque ad caſtellum Lazari, & a foſſato cavo, uſque ad aliud foſſatum , quod vocatur vulgo de la Serpentaja; & ſi qui alii ſunt confines &c. exceptis &c. ſcilicet eccleſia ſancte Marie predicti monaſterii ſancti Petri ſite in burgo caſtri predicti cum plateola retro, ſeu caſalino & orticello & cimiterio eidem ipſi eccleſie conjunctis , quibus ex duabus partibus eſt via &c. & excepta domo &c. & hec omnia ſuperius exceptata vendimus & tradimus tibi ſyndico nomine &c. pretio CL. librarum denariorum Senenſium minutorum &c. hoc modo, quod commune Senenſe ad inquiſitionem prioris ipſius loci ſignificabit per bonum nuntium & litteras, expenſis ipſius prioris , dominis & populis terrarum, prope quas poſſeſſiones earum ſunt ſite , quod eremus dicta & loca ei ſubdita & bona eorum ſunt ſub proteptione & defenſione communis Senenſis, & preces affectuoſas porriget eis, ut moleſtiam aliquam ſibi vel in bonis ſuis non inferant , quoniam eos tamquam cives proprios commune prefatum tenetur adjuvare & defendere ab injuriantibus ſuis, & hoc faciet ſine aliquibus expenſis ipſius communis Senenſis ; & quod in vigilia ſive feſto ſancte Marie de auguſto faciet memoratum commune per civitatem banniri, quod commune Senenſe recepit dicta loca & eorum poſſeſſiones & bona ſub proteptione & defenſione communis predicti, ut de cetero commune prefatum & rectores ejus, qui per tempora fuerint pro eo, dictum caſtrum cum rebus aliis ſupradictis jure dominii & proprietatis habeant & teneant &c. & faciant quicquid eis placuerit ſine contradictione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum &c. Renuntiantes &c.

Inſuper in anno & indictione & die predictis apud heremum ſuperiorem de Vivo de dicto ordine & conventu & coram dictis teſtibus rogatis nos domnus

Jo-

Johannes, domnus Antonius, domnus eurſus, domnus Bondie & domnus Orlandus major monaci dicti monaſterii & heromi in preſentia dicti domni Benigni prioris ejuſdem monaſterii ſupraſcripto contractu & omnibus & ſingulis ſupraſcriptis diligenter intellectia, penſatis utilitatibus memoratis promittimus & facimus, per ſingula confitemur & renuntiamus, ut ſupra fecerunt dictus abbas, prior, monaci, & fratres & converſi nominati.

In ſupradictis anno & indictione ſuperius denotatis die VIII. idus martii apud caſtrum dictum de Caſtillione coram Zacchone olim Zacchooi, Ran. Pieri, Ruſſo, Stecchio &c. prefatus Mattheus Grecii actor, procurator &c. induxit dictum dominum Uguiccionem ſindicum dicti communis Senenſis, & pro ipſo communi in poſſeſſionem dicti caſtri & aliarum rerum ſupravenditarum.

Ego Manuel quondam Oliverii notarius predictis omnibus & ſingulis interfui & ea ſcripſi & publicavi &c. & ſubſcripſi.

III.

Promiſſia fidelitatis facta a poteſtate Civitatis-caſtelli abbati Burgi ſi recipienti pro legato Apoſtolica.

Anno 1251. XV. intr. aprili.

Ex lib. III. pag. XI. *archivi epiſcapatus Caſtellani.*

Ibid. n. 3. IN Dei nomine amen. Anno Dominice incarnationis M. CC. LI. die ſabbati XV. intraote aprilis, preſentibus domino Urſo archipresbytero plebis de Canuſio, domino Ranaldo canooico, domino Ranerio Ranuci judice, & Booagratia Zania de Lama notario teſtibus vocatis. Dominus Ugo Ugolini poteſtas Civitatis caſtelli nomine communis dicte civitatis, & noſtro nomine ſpetiali promiſit domno Homodeo abbati Burgi ſancti Sepulcri cappellano domini Petri Capocii ſancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati pro dicto domino cardinali recipieoti, & pro domino papa, ſe jam facturum & curaturum, quod commune Civitatis-Caſtelli, & ipſemet ſtabit ad mandatum fidelitatis & precepta ſancte Matris eccleſie, & dicti domini pape & cardinalis de abſolutiooibus excommunicationis & interdicti, quatenus incurrerat dictum commune & homines ipſius communitatis occaſione quondam priocipis Friderici, & occaſione cenſus eccleſie non ſoluti &c. & occaſione quod iverant contra Certalum hoſtiliter, & quod iverant contra Eugubinos & cujuslibet & alterius occaſione rei &c.

Et ego ſer Petrus de Canuſio notarius epiſcopalis &c.

IV.

Franca abbatiſſa Luci deſcribit damna illata ſuis hominibus & banis.

Anno 1251. IV. id. julii.

Ex archivo ejuſdem monaſterii. A. 36.

EGo Franca Uberti de Florentia abbatiſſa de Luco dico vobis judicibus & arbitris conſtitutis de multis maleficiis & variis injuriis, quas nobis & noſtris hominibus Ugo, Rau & Albertinus atque Nicolaus de Miralduolo & eorum homines fecerunt. Omnia damna ſunt. Ibid. n. 4.

In primis Rau noſtrum biſulcum nomine Redolfioum contrivit & verberavit, & noſtram domum combuſſit, & alium converſum Petrum expoliavit.

Item Gratia noſtrum hominem comprehendit, & ejus jumeota tulit cum rebus ſupra ſe habeotibus, & unam cappam, & duo ſacca valens omnia ſupradicta viginti duo florenos.

Item intravit intra noſtram domum, & percuſſit noſtras feminas & ſervientes, & ſeptem ſolidos abſtulit.

Item Guilielmus quemdam noſtrum hominem comprehendit, & jumenta ejus tulit cum rebus ſupra ſe habentibus valentibus libras ſeptem.

Item conquerimus vobis de Rau & de Guilielmo, quia fecerunt aſſaltum cum armis ſupra noſtros homines noſtra ſervitia peteotes in alpe, que extimamus ſolidos mille.

Item quidquid clam ſive furtive malo animo de noſtro podere acceperit, repetimus, que omnia extimamus ſolidos centum.

Item repetimus omne damnum & omne maleficium & expenſas, quas habuimus vel pro eis fecimus nos & noſtri homines in caſtro de Riofrido, quando Rau abſtulerit, que omnia extimamus libras ducentum.

Item de aſſaltu, quem fecit Rau nocturno tempore cum ſuis hominibus mo-

na-

naſterio armata manu, & ſuper noſtros homines, qui hic exiſtebant, inter damna & injurias ſolidos mille.

Item de damno & maleficio, quem habuimus ab eis in curte de Luco, in Suſciano, & in Collina domos undecim combuſtas, & pluſquam trecentos caſtaneos devaſtatos, que eſtimamus florenos mille, & quod exiſtebat eum rebus intus combuſtis libras centum.

Item de noſtris hominibus ab eis vulneratis & armis perditis petimus damnum, quod eſtimatur libras centum & plus.

Item de noſtra terra, io quam intraveruot eum fructibus inde perceptis, reſtitui petimus damnum, quod eſtimatur libras decem.

Item petimus in eadem terra facere reverti homines ſolitos reſidere, ſcilicet Albertinellum filium Benitendi, & alios fratres, & Benintendi Viviani faciatis reverti, & ab injuriis earum perſooarum & rerum ceſſare faciatis.

Item petimus omne damnum & maleficium, quod fecit Rau Cannito de Cantametulo noſtro ſedenti, cui tulit duodecim modia ioter granum, & alias bladas & tria modia caſtaneorum & novem porcos, quos dicimus valere libras duodecim, petimus omnia reſtitui nobis.

Item petimus duodecim ſtara inter granum & milium per medium de noſtra parte, & caſtaneos & ſalinas, quas noſtris hominibus tulit.

Item conquerimus de Nicolao & Ugone & Albertino, qui cum armis & ſuis hominibus armatis caballatis aſſaltum fecerunt ſupra dominam abbatiſſam Dilectam & ejus mooacas, ſcilicet Adalinam & Adalaſiam & earum ſedentes io noſtro caſtro & in noſtra domo, & eccleſia de Riofrido, & ibidem tunc Petrum noſtrum clericum vulneraverunt, & Guidum converſum cum ſpata evaginata percuſſerunt, pro eo quia petebat ſervitia ſuis hominibus, quam injuriam eſtimamus libras octo. Petimus, ut cum ratione & conſtituto nobis emendari faciatis.

Item Nicolaus depredavit quemdam noſtrum hominem nomine Orlandum, & abſtulit ei quemdam bovem valens ſolidos decem.

Item eumdem hominem comprehendit & ſolidos decem abſtulit.

Hec omnia petimus nobis reſtitui eum ſuo intereſſe.

Item Nicolaus fecit aſſaltum ſuper noſtros homines, & in noſtra curte cum hominibus armatis, & propria maou quemdam noſtrum ſedentem nomine Martinum cum lancetta percuſſit, quod eſt damnum & injuria ſolidorum centum.

Item repetimus de eo, quod abſtulit Petro Teſcbi pro noſtra parte ſolidos triginta, & reſtituat.

Item de eo, quod abſtulit Ubaldino ooſtro ſedenti petimus, ut reſtituat ſolid. quadraginta.

Item conquerimus de Rau, quia tulit ſolidos quinquaginta cuidam noſtro homini Puitutio, & cum ſuo fratre Guilielmo alia viee ſolidos quadraginta & duodecim ſtara grani tunc hec valens tres libras, ut nobis pro duabus partibus reſtituat.

Item petimus unum par bovum, quem Nicolaus de noſtra domo Puituzzo tulit, valens libras duodecim, & novem brachia boni panni & unam vangam & ſapponem, & alia petimus, ut reſtituantur.

Item petimus bovem, quem Albertinus tulit filio Puituzi & nobis reſtitui, quem extimamus ſolidos ſex.

Item petimus granum & milium & bladas & denarios, quos & quas abſtulit a Johanne de ſancto Georgio de domo Bonacurſi duas partes nobis reſtitui, quod eſt damnum libratum vigioti quinque.

Item petimus omnia maleficia, damoa & iojurias, quas nobis & noſtris hominibus Ugo, Nicolaus, & Albertinus fecerunt armata manu cum ſuis hominibus, & in integrum reſtitui a vobis judicibus & arbitris delegatis hoc anoo Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, quarto idus julii indictione oona.

Ego Widus judex & notarius rogatus a ſupradicta abbatiſſa hec omnia ſcripſi & complevi.

V.

Innocentius IV. *vetat communi Callenſi, ne collectas imponas, neque homines monaſterii Avellanenſis in cives recipiat.*

Anoo 1251. II. kl. auguſti.

Ex ſchedis mſs. Romualdi Blanci Mantuani.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri .. epiſcopo Peruſino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii .. prior & cooventus heremi Fontis-avellane ſua nobis querela *Ibid.* n. 1.

mon-

monſtrarunt, quod dilecti filii poteſtas & commune Callen. ipſi heremo & membris in enervationem libertatis eccleſiaſtice & animarum ſuarum diſpendium indebite collectas imponunt, & admittunt homines eorumdem in cives in grave ipſorum prejudicium, & non modicam leſionem. Cum igitur tutum eis non ſit agere talia, que divinam incurrant offenſam, & contra ſe ipſos ſedem apoſtolicam concitent, ipſis damus noſtris literis in mandatis, ut ab impoſitione collectarum hujuſmodi penitus deſiſtant, nec recipiant de cetero in cives homines eorum, ſed ipſos reſtituant eiſdem, quos taliter receperunt. Ceterum cum tantum ejuſdem heremi non poſſimus, nec debeamus ſuſtinere gravamen, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti poteſtas & commune mandatum noſtrum neglexerint adimplere, tu eos ad hoc monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, cognita veritate compellas.

Datum Mediolani II. kal. auguſti pontificatus noſtri anno IX.

VI.

Teſtificationes hominum Æſii & caſtri S. Urbani contra caſtrum Piri.

Anno 1251. IX. exeunte auguſto.

Ex autographo archivi S. Blaſii de Fabriano.

Ibid n. 1. TEſtes producti a Sinato Actonis Petri ſindico communis Eſii & univerſitatis caſtri ſancti Urbani nomine... predicte univerſitatis communis Eſii & hominum caſtri ſancti Urbani contra magiſtrum Rainaldum ſindicum caſtri Piri & ipſam univerſitatem caſtri Piri ſub annis Domini milleſimo CC. LI. die nono exeunte auguſto indictione nona ſuper intentionibus infraſcriptis.

Ante productionem teſtium dicit & proteſtatur magiſter Rainaldus ſindicus communis caſtri Piri omnes exceptiones ſibi competentes & competituras contra perſonas teſtium & eorum dicta.

Intendit probare Sinatus Actonis Petri ſindicus communis Eſii & univerſitatis caſtri ſancti Urbani nomine predicte univerſitatis Eſine & hominum caſtri ſancti Urbani contra magiſtrum Rainaldum ſindicum communis caſtri Piri & ipſam univerſitatem caſtri Piri, quod commune civitatis Eſii habuit & poſſedit longo tempore caſtrum ſancti Urbani cum omnibus hominibus dicti caſtri cum tota curia ſeu curte & cum plena .... omnia predicta habuit, & poſſedit & quaſi poſſedit commune Eſii, & non omnia & ſingula ſupradicta dictum commune Eſii habuit, poſſedit & quaſi poſſedit.

Item intendit probare dictus Sinatus, quod homines caſtri ſancti Urbani infraſcripti ad voluntatem rectoris dicti caſtri fecerunt collectas, datia & alia ſervitia univerſitati dicti caſtri ſancti Urbani, & quod dicta univerſitas ſancti Urbani habet, & poſſidet & quaſi poſſidet omnes infraſcriptos homines.

Item intendit probare, quod promiſſiones, quas fecerunt homines ſancti Urbani communitati caſtri Piri de ſolvendo collectas dicto communi Piri, fuerunt facte per metum & dolum. Homines, quas univerſitas caſtri ſancti Urbani poſſidet & quaſi poſſidet cum decimis & collectis, & aliis ſervitiis, ſunt iſti. Scilio, Benedictus Morici Actonis Grimaldi, Vitalis Albertucii, Albertolus Alberti, Rainaldus ejus frater, Acto Azzolini, Acto Morici, Petructius Alberti, Acto Petri Alberti, Bonellus Marzii, Martolus ejus frater, Actolus Actonis Grimaldi, Acto Dominici, Brunellus ejus frater, Morieus Actonis Actolini, Petrus Actonis Bonomi, Johannes Petri Bonfilii, Petrus Bonomi Urſi, Johannes Moriei Petri, Acto Martini, Ugo Guiſe, Petructius Actonis, Acto Lecti, Albricus Bonfilii, Martinellus, Leonardus Blaſii, Compagnus Adami, Acto ejus frater, Jaconus Ompiani, Acto Ote, Rainaldus Actonis, Andagdeo.

Adjudus Gangi de Avulture juravit & interrogatus dixit ſuo ſacramento. & lectis ſibi intentionibus, quod commune civitatis Eſine nunc habet & poſſidet caſtrum ſancti Urbani cum omnibus hominibus dicti caſtri & cum tota curte & juriſdictione ejuſdem caſtri ſancti Urbani. Interrogatus quomodo ſcit predicta, & quam tenutam vidit dictum commune inibi habere. Reſpondit & dixit, quod vidit Simonem de Collungo civem Eſinum ſtare in poteſtatem & rectorem dicti caſtri pro commune Eſii, & facere claudi & aptari dictum caſtrum, & quod homines dicti caſtri ſancti Urbani hobediunt dicto Simoni, & faciunt ea, que eis precepit, exceptis hominibus de villa Arſiczii, qui non hobediunt dicto poteſtati, quia habitant in caſtro Piri. Dicit, quod non vidit, quod homines caſtri ſancti Urbani fecerint aliquam collectam ſeu dativam communi Eſii. Item di-

dixit, quo vidit, quod homines eurtis ſancti Urbaoi, ſcilicet ville Arſiczii & vallis ſancti Urbani & ville vallis Pucze, & ville Collis Actodaom.... Alii homines dicti caſtri ſuerunt caſtellani & habitatores dicti caſtri ſancti Urbani, & quod ſecerunt collectas & dativas, & alia ſervitia rectoribus & conſulibus ipſius caſtri ſancti Urbani bene pro xxv. annis & plus. Item dixit, quod audivit dici, quod promiſſiones, quas ſecerunt homines ſaocti Urbani communi caſtri Piri de ſolvendo ei collectas & dativas ſeceruot per metum & dolum; dicit tamen, quod ipſe non interſuit ipſis promiſſionibus, & dixit, quod vidit, quod homines caſtri Piri equitaverunt ad villam vallis ſancti Urbani, & depredaverunt homines dicte ville, quia ipſi non ibant ad habitandum & incaſtellandum in caſtro Piri, jam ſunt bene tres anni. Interrogatus ſi omnes homines, qui ſuerunt de ſancto Urbano ſuerunt caſtellani caſtri Piri, & habitaverunt in dicto caſtro, & habuerunt ibi domos & maſarizias ſuas, & modo babent & ſpetialiter, qui habitant a rigo aque, qui appellatur Aſenante verſus caſtrum Piri, & Andagdeo & Leonardus Blaſii ſunt modo caſtellani, & habent maſſarizias in ipſo caſtro, & ipſi & omnes alii de caſtro ſancti Urbani ſteterunt pro caſtellanis caſtri Piri, & bobedierunt communi Piri, & ſecerunt ſupradicta, ſicut alii homines caſtri Piri uſque ad tempus preſentis anni, quo venerunt ante dominum Aroldum poteſtatem, & ſubpoſuerunt ſe de facto ſub protectione & juriſdictione communis Eſii. Reſpondit & dixit, ſe oil ſcire. Item interrogatus ſi ad ipſum teſtem ſpectat inde aliquid dampnum vel lucrum. Reſpondit & dixit, non; & hoc noo dicit pretio, nec precibus & non eſt doctus.

Rinutius Petri Zannecti de Avulture juravit & interrogatus lectis ſibi intentionibus dixit, quod commune Eſii a principio hujus menſis auguſti habuit & poſſedit, & nunc habet & poſſidet caſtrum ſancti Urbani cum omnibus hominibus dicti caſtri ſancti Urbani, & cum tota curia ejuſdem caſtri & ejus juriſdictione. Interrogatus, quam tenutam vidit dictum commune habere de dicto caſtro & hominibus ejuſdem caſtri ſancti Urbani. Reſp. & dixit, quod vidit Simonem de Coll-ogo civem Eſinum ſtare & eſſe in poteſtatem & rectorem dicti caſtri ſancti Urbani pro commune Eſii, & facere claudi & aptari & incaſtellari dictum caſtrum, & facere fieri domos omni die in dicto caſtro, & dixit, quod vidit, quod homines ejuſdem caſtri hobediunt ei, & faciunt ea, que eis precipit pro commune Eſii, & dixit, quod audivit dici, quod doonus Vigilius, qui ſuit abbas ſancti Urbaoi dedit & ſubmiſit dictum caſtrum ſancti Urbani eum hominibus & ejus curte commuoi Eſii; tamen dixit, quod ipſa tunc non vidit, quod commune Eſii haberet inde aliam tenutam, niſi ſicut dictum eſt ſuperius. Item dixit, quod vidit, quod homines caſtri ſancti Urbani ſecerunt collectas & datia, & alia ſervitia uoiverſitati caſtri predicti ad voluntatem ejuſdem caſtri rectoris bene per xxv. anuos & plus, & quod dicta univerſitas caſtri ſancti Urbani non habet & poſſidet homines infraſcriptos. Intertogatus, qui eraot rectores ejuſdem caſtri. Reſpondit & dixit, quod erant abbates ſaocti Urbani, qui fuerunt pro ipſis temporibus, ſilicet abbas Vigilius & abbas Acto, & quando faciebant conſules. Item dixit, qood promiſſiones, quas ſecerunt homines caſtri ſancti Urbani communi caſtri Piri de ſolvendo ei collectas & datia communi caſtri Piri, ſuerunt facte per metum & dolum. Interrogatus qualiter ſciebat, quod ſueriot facte per metum & dolum. Reſpondit & dixit, quia vidit commuoe caſtri Piri & homines Piri equitaverunt pluribus vicibus ad dictum caſtrum ſancti Urbani, & deſtruxerunt eum & combuxeruot, & duxerunt bomines ad caſtrum Piri; dixit tamen quod ipſe tunc non interſuit promiſſionibus predictis. Interrogatus ſi omnes homines, qui ſuerunt de ſancto Urbano ſueruot caſtellani caſtri Piri, & habitaverunt io dicto caſtro, & habuerunt ibi domos & maſſaritias ſuas, & modo habeant & ſpecialiter homines; qui habitant a rigo aque, qui vocatur Aſenante, verſus caſtrum Piri, & Andagdeo & Leonardus Blaſii ſunt modo caſtellani, & habitant & habent maſſaritias in ipſo caſtro, & ipſi & omnes alii de caſtro ſancti Urbani ſteterunt pro caſtellanis caſtri Piri, & hobedieruat communi caſtri Piri, & ſecerunt ſua precepta, ſicuti alii de caſtro Piri uſque ad tempus preſeotis anni, quo venerunt ante dominum Aroldum poteſtatem Eſii & ſubpoſuerunt ſe de facto ſub protectione & juriſdictione communis Eſii. Reſp. & dixit ſe nichil ſcire. Interrogatus ſi ad ipſum teſtem ſpectat inde aliquid dampnum vel lucrum. Reſp. & dixit noo; & dixit, quod homines, quos univerſitas ſancti Urbani non habet & poſſidet in collectis & datiis, & aliis ſervitiis, ſunt iſti: ſcilicet Benedictus Morici Actonis

Grimaldi, Vitalis Albertuczii, Albertolus Alberti, Rainaldus ejus fratur, Acto Aczolini, Acto Morici, Petructius Alberti, Acto Petri Alberti, Bonellus Manczii, Martolus ejus frater, Actolus Actonis Grimaldi, Acto Dominici, Brunellus *&c. ut ſupra in alio teſte.*

Laurentius Alberti Coczii de Avulture juravit & interrogatus lectis ſibi intentionibns dixit, ſe ſcire, quod commune Eſii habet & tenet & poſſidet nunc caſtrum ſancti Urbani cum omnibus hominibus ipſius caſtri cum tota ſua curte & juriſdictione. Interrog. quomodo & qualiter ſcit predicta, & quam tenutam vidit dictum commune Eſii habere inibi. Reſpondit & dixit, quia vidit, quod commune Eſii habet nunc in dicto caſtro Simonem de Collungo civem Eſinum in poteſtatem & rectorem jam dicti caſtri ſancti Urbani, & quia vidit, quod dictus Simon, qui nunc eſt poteſtas ipſius caſtri, moratur in dicto caſtro, & dominatur pro commune Eſii in dicto caſtro, & omnibus hominibus dicti caſtri & ejus curtis bobediendo ei & faciendo ea, que eis precepit; & dixit, quod vidit, quod dictus Simon poteſtas pro commune Eſii fecit & facit claudere dictum caſtrum, & incaſtellare, & reficere domos in dicto caſtro, ſed dixit, quod non recordatur a quanto tempore commune Eſii habuit & poſſedit predicta. Item dicit, quod audivit publice, quod promiſſiones, quas fecerunt bomines ſancti Urbani communi caſtri Piri fuerunt facte per metum & dolum, tamen ipſe non interfuit promiſſionibus. Item interrogatus de capitulis notule adverſe partis, dicit ſe nil aliud ſcire.

Petrus Actolini de Ritorſia juravit & interrogatus dixit ſuo ſacramento ſe vidiſſe commune Eſii habere & tenere & poſſidere caſtrum ſancti Urbani cum omnibus bominibus dicti caſtri, & cum tota ſua curte & juriſdictione per xxx. annos & plus huc uſque & modo eum babet & tenet. Interrog. quam tenutam vidit ipſum inibi habere. Reſpondit & dixit, quod vidit Negozante Matthei Villani, Piccinicum Ercuveri, Deutajude Francupcii, & modo Simonem de Collungo cives Eſinos ſtare & permanere in dicto caſtro ſancti Urbani per poteſtates & rectores ejuſdem caſtri pro communi Eſii, & dixit, quod vidit, quod bomines dicti caſtri & ejus curtis hobediebant eis & reſpondebant in omnibus, que eis percipiebant pro communi Eſii in ſolvendo condempnationes & bampna ſibi impoſita ab eis, & dixit, quod vidit, quod nunc dictus Simon, qui eſt poteſtas dicti caſtri facit refici & claudi, & incaſtellari dictum caſtrum, & facere refici in eo domos, & vidit, quod bomines dicti caſtri & ejus curtis hobediunt ei tamquam poteſtati pro communi Eſii. Item dixit, quod promiſſiones, quas fecerunt homines ſancti Urbani communi caſtri Piri fuerunt facte per metum & dolum. Interrogatus quomodo & qualiter ſciebat predicta. Reſpondit & dixit, quia audivit dici, & quia vidit, quod homines caſtri Piri per plures vices equitaverunt in curte caſtri ſancti Urbani, & capere bomines dicti caſtri ſancti Urbani, & ducere per vim ad caſtrum Piri. Item dicit, quod vidit, quod bomines caſtri ſancti Urbani, qui continentur in intentione, fecerunt collectas & datia & alia ſarvitia univerſitati caſtri ſancti Urbani ad voluntatem rectoris dicti caſtri, & dicit quod dicta univerſitas caſtri ſancti Urbani babet & poſſidet bomines, qui continantur in intentionibus. Interrogatus qualiter ſcit predicta. Reſp. & dicit, quia vidit predicta. Interrog. qui erant rectores, reſp. & dicit, abbas Vigilius, & abbas qui nunc eſt, & poteſtates predicti, qui fuerunt ibi pro communi Eſii. Item interrog. qualiter ſcit, qui nunc habitant, & poſſident dictos homines. Reſp. & dicit, quia vidit, quod habent domos ſuas in dicto caſtro & incaſtellant bona ſua in dicto caſtro, & quia hobediunt rectori & poteſtati dicti caſtri. Interrog. ſi omnes homines, qui fuerunt de ſancto Urbano, fuerunt caſtellani caſtri Piri, & babitaverunt in dicto caſtro & habuerunt ibi domos & maſſaricias ſuas, & modo habent & ſpetialiter homines, qui habitant a rigo aque, qui vocatur Aſenante verſus caſtrum Piri, & Andagdeo & Leonardus Blaſii ſunt modo caſtellani, & habitant & habent maſſaritias in ipſo caſtro; & ipſi & omnes alii de caſtro ſancti Urbani ſteterunt pro caſtellanis caſtri Piri & hobedierunt communi Piri, & fecerunt ſua precepta ſicuti alii bomines dicti caſtri uſque ad tempus preſentis anni, quo venerunt ante dominum Aroldum poteſtatem Eſii & ſubpoſuerunt ſe de facto ſub protectione & juriſdictione communis Eſii. Reſpondit & dicit ſe neſcire. Item interrog. ſi ad eum ſpectat aliquod dampnum vel lucrum. Reſp. & dicit non.

Guiſo Petri Morici de ſancto Urbano juravit, & interrogatus ſe vidiſſe commune Eſii babere & tenere atque poſſidere caſtrum ſancti Urbani *&c.* per xxxii.

& plus huc uſque *&c.* Interrogatus, quam tenutam vidit ipſum commune Eſii inibi habere. Reſp. & dicit, quod vidit dictum commune Eſii habere & tenere dictum caſtrum, & homines ipſius caſtri habere & tenere ad collectas & dativas, & alia ſervitia, que eis petere & imponere volebant per dictum tempus, & dixic quod vidit pro commune Eſii Rainaldum Gagni ab.... & Piccinicum Ercuveri cives Eſioos, & nunc Simooem de Collungo, qui eſt poteſtas dicti caſtri, & Deutajude Francupeii ſtare in dicto caſtro & eſſe pro commune Eſii in poteſtates & rectores ejuſdem caſtri, & percipere & habere collectas & dativas & alia ſervitia ab hominibus dicti caſtri, & imponere & exigere bampna, & punire maleficia, & dicit, quod dictus Simon, qui eſt poteſtas, facit claudere dictum caſtrum & aptari & incaſtellari, & dicit quod homines dicti caſtri & ejus curtis fecerunt collectas, datia, & alia ſervitia ad voluntatem rectoris dicti caſtri ſancti Urbani univerſitati ejuſdem caſtri ſancti Urbani. Interrog. qui erant rectores. Reſpondit & dicit, quod predicti, & abbas Ubaldus, & donnus Vigilius, & donnus Abraam, & donnus Benvenutus. Item dixit quaſque promiſſiones, qeas fecerunt homines caſtri ſancti Urbani communitati caſtri Piri, fuerunt facte per metum & dolum. Interrog. quomodo & qnaliter ſciebat, & ſi interfuit promiſſionibus predictis, Reſp. non; ſed dixit, quod vidit, quod homines caſtri Piri pluribus vicibus equitarunt ad dictum caſtrum, & ad homines dicti caſtri & ceperunt dictum caſtrum ſancti Urbani, & expoliaverunt eum per vim, & conbuxerunt & depredaverunt homines ejuſdem caſtri & duxernnt eos ligatos & captos ad caſtrum Piri ipſo teſte vidente & preſente. Item dixit, quod univerſitas caſtri ſancti Urbani habes & poſſidet ad collectas & datia homines, qui ſcripti ſunt in intentione Sinati ſindici. Interrog. qui ſunt illi homines. Reſp. & dixit Acto Becti, Petrus Actonis Octe, Cezo Guiſi cum nepotibus, Jobannes Morici, Acto Martini, Johannes Petri Bonfilii, Bonfilius ejus ſrater, Caverolus, Petrus Alberti & filii ejus, Bonomus Actonis Bonomi, Moricus ejus ſrater, Acto Morici, Albertus Becti & Rainaldus frater ejus, Vitalis Albertucci, Benedictus Moriconi, Compagous Adami, Acto ejus frater, Jobannes Alberti, Martinellus & Albericus Boofilii. Item interrog. ſi omnes homines, qui fueruot de caſtro ſancti Urbaoi fuerunt caſtellani caſtri Piri, & habitaverunt in dicto caſtro, & habuerunt ibi domos & maſſaritias ſuas, & modo habent, & ſpetialiter homines, qui habitant a rigo aque, qui appellatur Aſenante *&c. ut ſupra in Petro Actolini*. Reſpondit & dixit, non. Sed dixit, quod ſi commune caſtri Piri habet aliqnem de dicto caſtro ſancti Urbani, habet & tenet per vim & contra ſuam voluntatem. Item interrog. ſi ad ipſum teſtem ſpectat aliquid dampnum vel lucrum. Reſp. & dixit non; & non eſt doctus, nequaquam pretio ductus.

Acto Ote de ſancto Urbano juravit, & interrog. dixit ſuo ſacramento, quod vidit, quod commune Eſii habuit, tenuit & poſſedit caſtrum ſancti Urbani cum omnibus hominibus ipſius caſtri, & cum tota ſua curte ſive curia, & cum tota ſua juriſdictione, & cum omoibus hominibus ville Arſiczii per XXXII. annos & plus, huc uſque & modo omnia predicta habet & tenet *&c. ut in ſupradictis teſtibus*. Interrog. quomodo & qualiter ſciebat predicta. Reſpondit & dixit, quia vidit, quod homines caſtri Piri ceperunt per vim caſtrum ſancti Urbani, & deſtruxerunt dictum caſtrum, & combuxerunt & vulneraverunt homines & duxerunt eos ligatos & captos ad caſtrum Piri, & ipſum teſtem eodem modo, & abſtulerunt eis omnia ſua bona mobilia *&c. ut ſupra in aliis*.

Johannes Petri de ſancto Urbano juravit & interrog. *&c. ut ſupra*. Interrog. cui vel quibus preſtabant vel dabant predicta pro communi Eſii. Reſp. & dixit, Piccinico Ercuveri, Deutajude Francuptii, & Saxono Verdiane & Rainaldo Gagni Abiterno, qui colligebant & recipiebant predicta pro communi Eſii, qui fuerunt poteſiates dicti caſtri pro communi Eſii, & quia vidit, quod Simon de Collungo civis Eſinus, qui nunc eſt poteſtas dicti caſtri ſancti Urbani pro communi Eſii, fecit & facit omni die reconciliari dictum caſtrum & claudi & incaſtellari *&c.* Interrog. ſi omnes homines, qui fuerunt de ſancto Urbano, fuerunt caſiellani Piri *&c.* reſpondit & dixit non; ſed dixit, quod homines ville Arſiczii habent maſſaritias ſuas in caſtro Piri, & quidam ex eis habent domos in caſtro Piri, quia commune caſtri Piri tenet eos per vim, & non permittit eos exinde exire & extrahere bona ſua *&c.*

Albertus Actonis Marti de ſancto Urbano juravit, & interrogatus de ſuo ſacramento ſe vidiſſe commune Eſii habere, & tenere & poſſidere caſtrum ſancti Urbaoi *&c.* Reſp. & dixit, quia vidit,

quod

quod homines dicti caſtri & ipſum caſtrum fecerunt collectas, & dederunt datia & fecerunt hoſtem & parlamentum communi Eſii per dictum tempus, ideſt xxxii. annos & plus &c. Interrog. qualiter ſciebat, quod facte fuerint per metum & dolum. Reſp. & dixit, quia vidit, quod bomines caſtri Piri & commune ipſius caſtri equitaverunt ad dictum caſtrum ſancti Urbani, & per vim ceperunt eum & combuxerunt, & depredaverunt, & expoliaverunt caſtrum & bomines dicti caſtri, & duxerunt bomines dicti caſtri ſancti Urbani ad caſtrum Piri ligatos & captos, & multos eorum tenuerunt in vinculis, donec fecerunt eis promiſſiones. Interrog. ſi ipſe tunc interfuit promiſſionibus. Reſp. & dixit, quod ſic; & dixit, quod facte fuerunt ſin caſtro Piri &c. *ut ſupra*.

Acto Lungus de ſancto Urbano juravit &c. Interrog. quomodo & qualiter ſcit predicta, & quam tenutam babuit (*Commune Eſii*) de predictis. Reſp. & dixit, quod commune Eſii habuit & poſſedit ad collectas & datia, & ad oſtem & ad parlamentum. Interrog. cui vel quibus dederunt & ſolverunt & fecerunt predicta pro commune Eſii. Reſp. & dixit Piccinico Eſcuveri, Jacomello Palmerii, & modo Simoni de Collungo & aliis de quibus non recordatur &c. Item dixit, quod omnes homines caſtri ſancti Urbani, & homines ville Arſiczii, qui ſcripti ſunt in intentione, fecerunt collectas & datia, & cavam, & guaitam & alia ſervitia ad voluntatem rectoris caſtri ſancti Urbani & univerſitati ejuſdem caſtri in eodem caſtro. Interrog. qualiter ſcit predicta. Reſp. & dixit, quia vidit predicta, & ipſemet ... pluribus vicibus recepit predicta ab eis pro univerſitate dicti caſtri, quia fuit rector dicti caſtri, & Amicus Alberti Martini, donnus Monachus, Ugo Alberti Gagni, Acto Fab.. Dominicus Ote, & alii multi receperunt predicta &c..

Rainaldus Actonis Grimaldi de ſancto Urbano juravit &c..

Dominicus Ote de ſancto Urbano juravit &c. & dixit, quod ipſemet teſtis collegit collectas ab hominibus dicti caſtri, & dedit & ſolvit eas Piccinico Ercuveri, Deutajude Francupzii, & Negozanti, & Saxono, & hoc anno preſenti Simoni de Collungo pro commune Eſii, qui nunc facit dictum caſtrum aptari, & reconcilisri, & incaſtellari pro commune Eſii &c. Reſp. quod homines Piri & commune Piri equitaverunt cum armis ad dictum caſtrum ſancti Urbani, & ceperunt eum & combuxerunt & rubaverunt dictum caſtrum & homines ipſius caſtri, & duxerunt eos ligatos & captos, & detinuerunt eos, quouſque ipſi fecerunt communi Piri promiſſiones, & dixit, quod ipſi detinuerunt ipſum teſtem per octo dies, & ita dicte promiſſiones facte fuerunt per metum & dolum &c.

Acto Bonomi, qui Parabocta vocatur, de ſancto Urbano juravit &c. Reſp. quod vidit, quod Piccinicus Ercuverii, Negozante, Deutajude Francupzii, Mattheus Eratoris, Rainaldus Gangni &c. cives Eſini habuerunt & receperunt collectas & datia ab eis pro communi Eſii, qui fuerunt rectores dicti caſtri ſancti Urbani &c.

Marcus Actonis Raini de ſancto Urbano juravit &c. *ut ſupra*.

Rainaldus Actonia Gagni de ſancto Urbano juravit &c. Item dixit, quod homines caſtri ſancti Urbani fecerunt collectas & datia & alia ſervitia ad voluntatem rectoris dicti caſtri univerſitati caſtri predicti ſancti Urbani, ſcilicet tempore abbatis Actonis, abb. Abraam, abbatis Ormanni, abbatis Vigilii, abbatis Ubaldi & donni Benvenuti, qui nunc eſt abbas, & hec dixit ſe ſcire viſu &c.

Moricus Alberti de caſtro ſancti Urbani juravit &c. Interrog. qui fuerint illic rectores. Reſp. & dixit donnus Vigilius, abbas Ubaldus, donnus Guarnerius, & donnus Benvenutus, qui nunc eſt abbas, & predicti, qui ſteterunt ibidem in rectores.

Rainaldus Alberti de caſtro ſancti Urbani juravit &c. Reſp. tempore abbatis Vigilii, abbatis Armanni, abbatis Ubaldi & predictorum, qui fuerunt rectores & poteſtates dicti caſtri ſancti Urbani &c.

Acto Morici Martini de ſancto Urbano juravit &c. *ut ſupra*.

Acto Johannia de ſancto Urbano juravit &c. *ut ſupra*.

Bonacurſus de Perciole juravit &c. *ut ſupra*.

Benvenutus Actonia Zangui de ſancto Urbano &c. *ut ſupra*.

VII.

Innocentius IV. *permittit Camaldulenſibus officium prædicationis.*

Anno 1251. II. kal. decembris.

Ex tabulario Fontis-boni §. Brevia. n. 60.

Lib. XLI. n. 1. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Attendeotes, quo quanto diligentius Dominicus ager excolitur, tanto uberior, tsntoque ſuavior Salvatori fructus colligitur ex eodem, devotionis dilectorum filiorum prioris Camalduleoſis, univerſorum abbstum, priorum & conventuum ordinis Camaldulenſis precibus inclinati, at fratres ſive monachi ſui ordinis, qui divinam hsbeot eloquentiam juxta datum eis a Domino ſcientie donum licite ac libere valeant de ſuorum licentis prelatorum populis proponere verbum Dei, cum ad id ab hiis, qui eorumdem populorum curam geront, fuerint requiſiti, auctoritate litararum noſtrarum duximus indulgendum. Qoocirca diſcretioni tue per apoſtolics ſeripta mandamus, quatenus eoſdem non permittas ſuper iis contra cooceſſioois noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujoſmodi per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Peruſii II. kalendas decembris pontificatus noſtri anno IX.

Johannes Parmenſis.

VIII.

Idem vetat, ne mulieres preterant terminos conſtitutos circa eremum Camaldulenſem.

Anoo 1251. V. idus decembris.

Ex eodem chartulario. §. Breve. n. 58.

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus .. Aretino & Feſulano epiſcopis, & dilecto filio .. electo Ravennati ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum dilecti filii heremite de Camalduls pennis ſicut columbe aſſumptis in contemplationis montem volaverint, ut quieſcant, & ſe a tumultu ſeculi elongantes in ſolitudine manere decreverint cum propheta, certis circa heremnm ſuam terminis conſtitutis, quos tranſire non debeant mulieres, ut in tabernaculo Dei a conturbatione hominum, & linguarum contradictione protecti ſolitarii ſedere valeant & tacere, qui eos a puſillanimitate ſpiritus ſalvos faciat, expectantes, mulieres in veſtris dioceſibus conſtitute terminos, ſicut accepimus, non verentur egredi memoratos, forſitan ignorantes quod & Moyſes mandante Domino terminos ſtatuit, ut circa montem quos ſi quis de populo pertranſiret, videbatur continuo lapidari. Unde nobis fuit ex eorum parte humiliter ſupplicatum, ut mulieres eaſdem compeſci a preſomptiooe hujuſmodi faceremus; ne igitur callidi verſutia temptatoria per occaſionem prefatam dictorom fratrum qnietem ſubreptione qualibet valeat perturbare, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus mulieribus ipſis diſtricte iohibeatis per plebanos ac alios prelatos earnm, facientes nihilominus inhiberi, ne terminos ſepedictos preſumant temeritate qualibet preterire. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Dstum Peruſii V. idus decembris pontificatus noſtri anno oono.

IX.

Idem Romanus pontifex inhibet, ne moleſtentur Camaldulenſes ſuper decimis & bonis per XL. *annos poſſeſſis.*

Eiſdem snno & die.

Ex præcitato archivo. §. Breve. n. 59.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori & fratribus Camaldulenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Poſtulaſtis nuper a nobis, ut heremo Camaldulenſi & eccleſiis aliis ad ipſam ſpectantibus ſuper decimis & poſſeſſionibus, quas per annos quadraginta pacifice poſſederunt, paterna vellemus in poſterom ſollicitudine providere, quatinus nullius temeritas poſſet poſſeſſionem eorum, que premiſimus, impedire. Nos igitur volentes petitionibus veſtris favorem apoſtolicum impertiri, ad exemplar ſalicis recordationis Innocentii & Gregorii pape predeceſſorum noſtrorum diſtrictius auctoritate preſentium inhibemus, ne vos vel eccleſias veſtras ſuper illis, que bona fide per annos quadraginta continue poſſediſtis, aliquis pre- Ibidem.

ſumat

ſumat de cetero moleſtare. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis &c.

Datum Peruſii v. idus decembris pontificatus noſtri anno nono.

X.

Renovat ballam Gregorii IX. *pro abſolutione criminum.*

Ipſiſmet anno & die.

Ex præfato tabulario. §. Breve. n. 56.

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua fuit a nobis humiliter poſtulatum, ut tibi licentiam concedere dignaremur; ut hiis, qui poſtquam in monaſterio tuo habitum accipiunt &c. *ut ſupra in altera Gregorii* IX. *anni* 1227. Dat. Anagnie II. idus junii anno I. *edita in Appendice T.* IV. *col.* 453.

Datum Peruſii v. idus decembris pontificatus noſtri anno nono.

XI.

Concedit priori Camaldulenſi, ut per ſe vel per alios, monaſteria viſitare poſſit.

Eodem die.

Ex prædicto chartulario. §. Breve. n. 57.

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia libentius conſuevit indulgeri, quam que de jure communi competit auctoritate procedi. Nos devotionis tue precibus inclinati preſentium tibi auctoritate concedimus, ut omnibus monaſteriis tui ordinis Camaldulenſi heremo pleno jure ſubjectis poſſis per te vel per alios, quos ad hoc provideris deputandos, ſicut ad te pertinet, viſitationis officium impertiri, diſtrictius inhibentes, ne archiepiſcopi, epiſcopi, & alii eccleſiarum prelati, in quorum diocesibus & parochiis monaſteria ipſa conſiſtunt, tuam regularem correctionem ibidem audeant impedire. Nulli ergo &c. noſtre conceſſionis & inhibitionis &c.

Datum Peruſii v. idus decembris pontificatus noſtri anno nono.

Johannes Parmen.

XII.

Eximit Camaldulenſes a procurationibus legatorum.

Anno 1251. II. id. decembris.

Ex eodem archivo. §. Breve. n. 61.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum .. prioris Camaldulenſis & univerſorum abbatum, priorum & conventuum ordinis Camaldulenſis precibus inclinati, ut eis contra illatione agravaminum caveatur, ipſorum devotioni auctoritate literarum noſtrarum duximus indulgendum, ut ad receptionem ſeu proviſionem alicujus in penſionibus ſive beneficiis eccleſiaſticis per ſedis apoſtolice vel legatorum ipſius literas imperatas, per quas nondum eſt jus alicui ſpecialiter acquiſitum, vel etiam impetrandas de cetero, compelli non poſſint, abſque ſpeciali ſedis ejuſdem mandato plenam & expreſſam de verbo ad verbum faciente de indulto hujuſmodi mentionem. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eoſdem non permittas ſuper hiis contra conceſſionis noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ibidem.

Datum Peruſii ſecundo idus decembris pontificatus noſtri anno nono.

XIII.

Et a debito hoſpitandi epiſcopos & patronos in monaſteriis.

Anno 1251. XVII. kal. januarii.

Ex prælaudato tabulario. §. Breve. n. 62.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori Camaldulenſi & univerſis abbatibus, prioribus & conventibus Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ut apoſtolicam ſedem, que benemeritos benignitatis oculos conſpicatur, favorabilem ſentiatis, & veſtre religionis honeſtas, & devotionis ſinceritas, quam ad ſedem eamdem habere noſcimini, promeretur. Veſtra ſiquidem nobis exhibita petitio continebat, quod dioceſani epiſcopi, & Ibidem.

pa-

patroni laici eccleſiarum & monaſteriorum veſtri ordinia plerumque io ipſia eccleſiia & monaſteriis non ex debito juris, ſed ex liberalitatis gratia boſpitio admittuntur, ſed iidem epiſcopi & patroni gratiam hujuſmodi convertere in debitum molientea, ab ipſis procurationea indebitas extorquere nituntur. Nos igitur devotionis veſtre precibua inclinati, ne per talia caritatia hoſpitia ullum vobis vel eiſdem eccleſiis & monaſteriis io poſterum prejudicium generetur, auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo *&c.* noſtre conceſſionis & inhibitionis *&c.*

Datum Peruſii XVII. kal. januarii pontificatus ooſtri anno nono.

XIV.

Concedit Camaldulenſibus facultatem recipiendi in eremo & ad profeſſionem ex aliis ordinibus cœnobitas.

Anao & die iiſdem.

Ex præcitato chartario. §. Breve. n. *63.*

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervua ſervorum Dei dilecto filio .. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictiooem. Fervor & integritaa religionis, que io domo tua, & preſertim in heremo per beneplacitum conditoris vigere noſcitur, inducit nos propenſius & hortatur, ut petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, prompio velimus animo exaudire. Hac itaque ratione inducti tibi & fratribus tuia, ad inſtar felicis recordationis Gregocii pape predeceſſoris noſtri, auctoritate apoſtolica indulgemus, ut eoa, qui de aliis congregationibus venientes in heremo veſtra Domino elegerint, & promiſerint ſub ordine & habitu veſtro in heremo perpetuo deſervire, libere ſine cujuſquam contradictione retinere poſſitis; ita tamen quod non permittantur in ſacria ordinibus, niſi de ipſorum ordinatione certi fueritis, miniſtrare. Nulli ergo omoioo hominum liceat *&c.* Si quis *&c.*

Datum Peruſii XVII. kalendas januarii pontificatus noſtri anno nono.

XV.

Confirmat unionem aliquot eccleſiarum & monaſteriorum congregationi Camaldulenſi.

Eodem die.

Ex præfato archivo. §. Breve. n. *64.*

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectia filiis M.. priori & heremitis Camaldulenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Annuere conſuevit ſedes apoſtolica piia votia & honeſtis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Quapropter dilecti in Domino filii veſtria juſtis poſtulationibus grato concurrentea aſſenſu, locum qui Camaldula vulgariter appellatur prope Veronam, & eccleſiam ſancti Viti juxta Vincentiam vobia conceſſa, eccleſiam quoque ſancte Marie prope Forlivium ſitam in loco, qui Caſale vocatur, ae eccleſiam ſancti Euſtaſii juxta civitatem Imolenſem in braita de Berſiola conſtructam, & heremum inſuper de Salimbene in loco, qui appellatur Montale in Arimin.. .... & in Ceſenen. diocesibus conſtituta, pia vobia fidelium liberalitate collata, ſicut ea juſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per voa eccleſie veſtre ad inſtar felicis recordationia Innocentii pape predeceſſoris noſtri auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimua. Nulli ergo omnino hominum liceat *&c.* Si quis *&c.* *Ibidem.*

Datum Peruſii XVII. kalendaa januarii pootificatus noſtri anno oono.

XVI.

Privilegium ejuſdem Innocentii IV. *pro monaſterio S. Urbani de Æſinante.*

Eodem anno.

Ex chartulario S. Blaſii de Fabriano.

INoocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiia .. abbati monaſterii ſancti Urbani de Aſenate, ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuria regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium . . . . . *Ibid. n. 1.*

. . . .
. . . .
. . . .

eccle-

eccleſias cum pertinentiis earumdem, ſancti Andree & ſancti Silveſtri de Lapiro eccleſias cum pertinentiis earumdem , ſancti Petri de Lamitula , ſancte Marie delle Percirle , ſancte Marie de Cripta eccleſias cum pertinentiis earumdem, ſancti Johannis de ſancto Johanne .... ſancti Viti , ſancti Johannis de .... ſancti Srephani & ſancti Martini de Suſiano , ſancti Nicolai de Arcu eccleſias cum pertinentiis earumdem. Tertiam partem caſtri Rodoſſe . Quartam partem caſtri de Faietis , & villam ſancti Johannis cum pertinentiis earumdem; ſalmas, quas habetis in loro , qui dicitur Fundum ſalinarum, terras & ſilvas , quas habetis ibidem ; Silvam in loco Saſſarerle , ſilvas & terras , quas habetis in locis , qui vocantur la Mitula Rotundum. Item de monte vocatur . Terras & ſilvas , quas habetis in loco, qui planum Fragane appellantur, molendina , que habetis in aqua , que dicitur Flumeſinus ; manſos, quos habetis in loeo, qui .... Furoleſus vocatur, manſos, quos habetis in locis Nocerinis; jura, que Johannes Bertale nominantur, cum pratis, vineis, terris , nemoribus , paſculis , in boſco & plano , in aquis & ..... libertatibus , immunitatibus . . . .

. . . .

. . . .

. . . . Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & eſtreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati aut interdicti ſint , aut etiam publici uſurarii , nullus obſiſtat , ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur , redimendi & legitime liberandi de manibus eorum , & ad eccleſias , ad quas pertinent , revocandi liberum ſit vobis de noſtra auctoritate . Obeunte vero te nunc ejuſdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucreſſorum .... nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Dei, & beati Benedicti regulam providerint eligendum . Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere , ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere , ſeu violentiam audeat exercere . Preterea omnes libertates, immunitates a predeceſſoribus noſtris monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates ..... a regibus & principibus &c. . . . .

. . . .

. . . .

Ego Ricrardus ſancti Angeli diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Datum Peruſii per manus Guillelmi ſancte Romane ecrleſie vicecancellarii indictione x. incarnationis Dominice anno M. cc. Lt. pontificatus Innocentii PP. IV. anno nono.

Er ego Matheus Gontii de Eſio publicus notarius de lirentia venerabilis domini Neapolionis miſeratinne divina ſancti Adriani diaconi cardinalis provinciarum Marchie & ducatus Spoleti a ſede apoſtolira legati generalis rectoris auſcultavi ann. 1300. indictione xiii. tempore domini Boniſacii pape octavi die xx. menſis ſeptembris &c.

XVII.

Ejuſdem literæ encyclice contra moleſtatores & invaſores bonorum Camaldulenſium.

Anno 1252. ii. nonas januarii.

Ex archivo Fontis-boni. §. Breve. n. 50.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus epiſcopis & dilectis filiis abbatibus , prioribus , decanis , archidiaconis , plebanis , archipresbyteris & aliis eccleſiarum prelatis per Tuſciam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Non abſque dolore cordis & plurima turbatione didirimus, quod ita in pleriſque partibus eccleſiaſtira cenſura diſſolvitur , & canonice ſententie ſeveritas enervatur , ut viri religioſi, & hii maxime , qui per ſedis apoſtolice privilegia majori donati ſunt libertate paſſim a malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione ſubveniat , & pro fovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat . Specialiter autem dilecti filii .. prior & fratres Camaldulenſes Aretine dioceſis tam de frequentibus injuriis , quam de ipſo cotidiano defectu juſtitie conquerentes , univerſitatem veſtram literis petierunt apoſtolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefa- Ibid. n. 7.

factores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere, qood ab anguſtiis, quas ſuſtinent & preſſuris, veſtro poſſint preſidio reſpirare. Ideoque univerſitati veſtre per apoſtolica ſeripta maodamus atque precipimus, quatinus illos, qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum vel hominum ſuorum irreverenter invaſerint, aut ea injuſte detinuerint, que predictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos fratres vel ipſorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerint promulgare, vel decimas de nutrimentis animalium ſuorum ſpretis apoſtolice ſedis privilegiis extorquere, monitione premiſſa, ſi laici fuerint, publice candelis accenſis ſinguli veſtrum in dioceſibus & eccleſiis veſtris excommunicationis ſententia procedatis. Si vero elerici vel canonici regulares ſeu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio & beneſicio ſuſpendatis, neutram relaxaturi ſententiam, donec predictis fratribus plenarie ſatisfaciant. Et tam laiei quam clerici ſeculares, qui pro violenta manuum injectione in fratres eoſdem vel ipſorum aliquem anathematis vinculo fuerint ionodati, eum dioceſani epiſcopi literis ad ſedem apoſtolicam venientea ab eodem vinculo mereantur abſolvi.

Datum Peruſii II. nonas januarii pontiſicatus noſtri anno nono.

XVIII.

Concedit Camaldulenſibus facultatem conſtituendi procuratorem generalem in Romana curia.

Anno 1252. nonis januatii.

Ex eodem tabularia. n. §. Breve. n. 51.

Ibidem.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. priori Camaldulcoſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Tuis & dilectorum filiorum univerſorum abbatum, priorum, & fratrum tui ordinis precibus inclinati, conſtituendi generalem procuratorem pro eodem ordine in noſtra curia ad impetrandum & contradicendum ac judices eligendum auctoritate preſentium plenam tibi coneedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis &c.

Datum Peruſii nonis januarii pontificatus noſtri anno nono.

XIX.

Indulget monachis Claſſenſibus, ne quis proviſionem recipiat ex eorum beneficiis.

Anno 1252. id. januarii.

Ex autographo Claſſenſi.

Ibidem.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati & conventui monaſterii Claſſenſis ordinis Camaldulenſis Raveonat. dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Volentes vobis, quos malitia inſtantis turbat temporis, a futuris gravaminibus, quaotum eum Domino poſſumus, precavere, auctoritate vobis preſentium iodolgemus, ut ad cujuſquam proviſionem in beneficiis eccleſiaſticis pecunia ſeu penſionibus aut poſſeſſionibus veſtri monaſterii vel membrorum ipſius per ſedis apoſtolice vel ejuſdem Legatorum litteras impetratas, per quas non fit .... vel etiam impetrandas compelli nequaquam poſſitis, niſi eedem littere impetrande .... de verbo ad verbum de hac indulgentia veſtroque monaſterio & ordine fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum &c. noſtre conceſſionis &c.

Datum Peruſii id. januarii pontificatua noſtri anno nono.

XX.

Eamdem indulgentiam extendit omnibus Camaldulenſibus.

Anno 1252. kal. februarii.

Ex archivo Fontis-boni. §. Breve. n. 52.

Ibidem.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori Camaldulenſi & uoiverſis abbatibus, prioribus & conventibus ordinis Camaldulenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ut apoſtolicam ſedem, que benemeritos beoignitatis oculo intuetur, favorabilem ſentiatis, & veſtre religionis honeſtas, & devotionis ſinceritas, quam ad ſedem eamdem habere noſcimini, promeretur. Veſtris igitur precibus inclinati, ut vobis contra illationes gravaoiinum caveatur, devotioni veſtre auctoritate preſeotium indulgemus, ut ad receptionem ſeu proviſionem cujuſquam in beneficiis eccleſiaſti-

cis

cia pecunia ſeu penſionibus annuis aut poſſeſſionibus veſtrorum monaſteriorum vel membrorum ipſorum per ſedis ejuſdem vel legatorum ipſius literas impetratas, per quas nondum eſt jus alicui ſpecialiter acquiſitum, vel etiam impetrandas compelli de cetero non poſſitis abſque ſpeclali ſedis ejuſdem mandato, plenam & expreſſam de verbo ad verbum faciente de indulto hujuſmodi & de predictis monaſteriis & membris eorum, ac veſtro ordine mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceas &c. Si quis &c.

Datum Peruſii kalendis februarii pontificatus noſtri anno nono.

XXI.

Ejuſdem Innocentii IV. *privilegium pro monaſterio S. Crucis de Tripudio prope Saxum-ferratum.*

Anno 1252. VIII. id. februarii.

Ex chartario S. Romualdi de Urbe. L. 7.


Ed. t. 10. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati monaſterii ſancte Crucis de Tripudeo ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus &c. quapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancte Crucis de Tripudeo Camerinenſis dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis quidem ſtatuimus, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem monaſterium in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Camerinenſi ſancti Petri de Scorzano, ſancti Angeli de Murazzana, ſancti Nicolai de Fabriano, ſancti Johannis de Satrano, ſancti Chriſtophori de Heremita Septemſontis, ſancti Laurentii de Trenquello, ſancte Crucis de Pernaculo (*vel* Tanedolo), ſancti Martini de Collemedio, ſancti Clementis de Genga, ſancte Marie de Gualdemaria, ſancti Blaſii & ſancte Marie de Valentano eccleſias cum pertinentiis earumdem. In epiſcopatu Senogallienſi ſancte Marie de Abbatiſſis cum capella ſancti Laurentii dependente ab ipſa, ſancte Lucie de Serra, ſancte Crucis & ſancti Laurentii de Montonis Montis Elbodii eccleſias cum pertinentiis earumdem. In epiſcopatu Nucerino ſancti Angeli de Bagnaja, ſancti Stephani de Laudiſa, ſancti Antonii (*vel* Antimi), ſancte Lucie & ſancti Feliciſſimi eccleſias cum pertinentiis earumdem, ſancte Marie de Serraſole, ſancti Laurentii de Avenali, ſancti Ciriaci de Serra, ſancti Stephani de Sementana & ſancti Johannis de Inferno eccleſias cum pertinentiis earumdem, ſancti Petri de Saxoferrato, ſancte Marie Filiorum Gorborum, ſancte Marie de Cerro eccleſias, cum pertinentiis earumdem, ſancti Severini de Serra, ſancti Laurentii de Inſula Fabriani, ſanct. . . . . in campo Marie, ſancte Marie Almacan, ſancti Fortunati, ſancti Angeli de Collepuno & ſancti Stephani de Boſſeto eccleſias cum pertinentiis ſuis. Terras, poſſeſſiones, quas habetis in locis, qui Cerrus Rubianus & Scorzanus vocatur, vineas, quas habetis in locis, qui Caſalina vocatur, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percipit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatis ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſ-

ma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a dioceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochie veſtre nullus ſine aſſenſu dioceſani epiſcopi & veſtro capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Romanorum pontificum. Ad hec novas & indebitas exactiones ab archiepiſcopis & epiſcopis, archidiaconis & decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, & eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, vel etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere, capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo &c.

Notas † *fac mihi*

SCS PETRUS	SCS PAULUS
INNOC PP.	ENTIUS IIIJ.

Domine vias vite.



Ego Innocentius catholice eccleſie epiſcopus ss.

† Ego Rainaldus Oſtienſis & Velletrenſis epiſcopus ss.

† Ego Petrus Albanenſis epiſcopus ss.

† Ego Stephanus ſancte Marie Tranſtiberim tit. Calixti presbyter cardinalis ss.

† Ego Petrus tit. ſancti Marcelli preſbyter cardinalis ss.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis ss.

† Ego Willelmus ſancti Euſtachii diaconus cardinalis ss.

† Ego Octobonus ſancti Adriani diaconus cardinalis ss.

Datum Peruſii per manum Guilielmi magiſtri ſcholarum Parmenſis S. R. E. vicecancellarii VIII. idus februarii indictione X. incarnationis Dominice anno M. CC. LII. pontificatus vero domni Innocentii pape IV. anno IX.

XXII.

Comes Guido Guerra cedit Martino priori Camaldulenſi eccleſiam S. Mariæ de Petra-ficta.

Anno 1252. XV. februarii.

Ex autographo S. Mariæ Angelorum Florentiæ.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CC. LII. die XV. febr. indictione XI. Dominus comes Guido Guerra filius olim comitis Marcovaldi Dei gratia Tuſcie palatini requiſitum & rogatum domnum Martinum priorem Camaldulenſem, ut venerabilem locum, & eccleſiam ſancte Marie de Petra-ficta cum ſuis pertinentiis reciperet ſub protectione, regimine, correctione, inſtitutione, viſitatione ac reformatione ſua nomine Camaldulenſis heremi, conferendo pro remedio anime ſue, & ſuorum parentum, dando & tribuendo eidem priori pro Camaldulenſi heremo dictam eccleſiam ſancte Marie de Petraficta cum omnibus pertinen- *Ibid. n. 10.*

tinentiis ſuis ad regendum, gubernandum, viſitandum, corrigendum, inſtituendum & deſtituendum, ponendum ibi priorem, & amovendum ibi monacos, & converſos, prout viderit expedire; qui ſupradictus prior dictam eccleſiam cum ſuis pertinentiis, ut dictum eſt, recepit de conſilio venerabilium fratrum ſuorum, videlicet domni Benedicti abbatis de Pozzeulis, domni Pauli abbatis ſancte Jocunde, domni Leunardi prioris clauſtralis de Pozzeulis, domni Pieri ſancti Angeli de Enpoli, domni Johannis monachi Camaldulenſis, & domni Venture monacbi monaſterii ſancti Salvatoris de Berardinga.

Rogati teſtes ad hec presbyter Guido de Soviliana, Bacialus & Mercatante fratres, & filii olim Cruccbi, Gioffredus quondam Oddi, Ricoverus filius Bernardi, & Antone quondam Alcomani.

Actum Soviliane in domo eeeleſie ſancti Bartolomei de Soviliana.

Ego Aliottus imperialis aule judex ordinarius atque notarius predictis omnibus interfui, & de mandato dicti comitis hec omnia ſcripſi & publicavi.

XXIII.

Innocentius IV. *eximit monaſteria Camaldulenſia a penſionibus legatorum.*

Anno 1252. xv. kal. martii.

Ex tabulario Fontis-boni. §. Breve. n. 53.

Ibid. n. 9. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum .. prioris Camaldulenſis & univerſorum abbatum, priorum & fratrum Camaldulenſis ordinis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſorum ordo tam ſedis apoſtolice, quam ipſius legatorum auctoritate ſuper proviſione plurium ſit gravatus, exonerare ipſum a proviſionibus quorumlibet in pecunia ſeu penſionibus de mandato eorumdem legatorum annis ſingulis exhibendis, aut poſſeſſionibus conceſſis ad tempus de benignitate ſedis apoſtolice curaremus; ipſorum igitur precibus inclinati diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ad proviſiones hujuſmodi monaſteria & eorum membra ejuſdem ordinis, a quibus eas clerici vel laici quicumque de bonis propriis ſubſtentari valentes percipiunt, auctoritate noſtra denunties non teneri, niſi de ſpeciali mandato noſtro impoſite ſint eiſdem.

Datum Peruſii xv. kalendas martii pontificatus noſtri anno nono.

XXIV.

Ejuſdem literæ contra moleſtatores Camaldulenſium.

Anno 1252. IV. kal. martii.

Ex eodem chartulario. §. Breve. n. 54.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Obviare malitiis perverſorum & quieti religioſorum conſulere paſtorali ſollicitudine commonemur, ut & illorum peccandi refrenetur audacia, & ipſi devotius Domino valeant famulari. Cum itaque ſicut dilecti filii .. prior & heremite Camaldulenſes nobis exponere curaverunt, a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, moleſtias multiplices patiantur, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus non permittas eoſdem & ipſorum heremum contra indulta privilegiorum apoſtolice ſedis ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ibidem.

Datum Peruſii IV. kalendas martii pontificatus noſtri anno nono.

XXV.

Aliæ ejuſdem pro Vicecamitatu fratrum Aguſellorum civium Cæſenatum.

Anno 1252. kal. martii.

Ex cancellaria epiſcopali Cæſenæ.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis nobilibus viris baronibus, militibus, poteſtatibus, rectoribus, conſulibus ac univerſis & ſingulis hominibus per Ceſenatem & Bobienſem civitates & diſtrictus ſeu comitatus earum, necnon per plebatum Balnenſem conſtitutis preſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Puritas devotionis & fidei, quam dilecti filii nobiles viri Johannes Aguſelli po- Ibidem.

teſtas Cervienſis, & Buccaquatuor Aguſellus & Palmerius fratres cives Ceſenates circa Romanam eccleſiam preteritis temporibus inconcoſſe fervaruot, gravia damna rerum & perſonarum diſpendia, ſicut accepimus, ſuſtinentes nos reddit corde ſollicitos, ut in iis, que digne poſſumus, eos ablata gratia ſoveamus. Sane, ſicut ipſi aſſerunt, quondam Fridericus imperator, antequam fuiſſet per ſedem apoſtolicam vinculo excommunicatiooia adſtrictus, quondam Johannem patrem eorum & ſuos heredes in civitate Ceſeoe ac ejus diſtricto & comitatu, necnoo io comitatu Bobienſi & plebatu Balnei vicecomites conſtituens jura & honores vicecomitatus in hujuſmodi loeis ei, cujus ipſi beredes, ſicut aſſeruot, conceſſit, prout ſpectabat ad eum, & in ipſius literis ſeu privilegiia eainde confectis plenius dicitur contineri. Cum itaque nos, quod ſuper premiſſis ab eodem Friderico provide ſactum eſt, ratum & firmum habentes, ideo per noſtras literas duximus confirmandum, univerſitatem veſtram attente rogandam duximus, & monemus per apoſtolica vobis ſcripta firmiter precipiendo mandantes, quatenus eiſdem fratribus ſuper juribus, hoooribus & juriſdictionibus, que in dictis literis hujuſmodi vicecomitatua ad eos pertinere noſcuntur, nullam injuriam, moleſtiam ſeu gravamen aliquod Interatis, ſed pro apoſtolice ſedis & noſtra revereotia ſuper premiſſis juxta tenorem dictorum privilegiorum, ſeu literarum liberaliter reſpoodentes, ſi ſorte vos vel aliqui veſtrum aliqua ex ipſis indebite occupaſtis, qualibet difficultate ſeu occaſione remota predictis ſratribus, ut tenemioi, reſtituere procuretis. Ita quod eis vos in hac parte benivolos reperiſſe gaudentibus, nos vobis exinde gratias referamus; alioquin dilecto filio .. abbati ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennatenſis dioceſis damus noſtris literis in mandatis, ut vos ad id monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota previa ratione compellat.

Datum Peruſii kalendis martii pontificatus noſtri anno IX.

XXVI.

Privilegium Innocentii IV. pro monaſterio Claſſenſi.

Anno 1252. III. nonas martii.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. *ut in conſimili Gregorii pp.* IX. *ad annum* 1229. *in Appendice T.* IV. *col.* 479. *Ibidem.*

Sequuntur ſubſcriptiones.

Notas	† *ſac michi*
SCS	SCS
PETRUS	PAULUS
INNO	CENTIUS
PP.	IIIJ.

Domine vias vitæ,



Inoocentius catholice eccleſie epiſcopus ss.

† Ego Rainaldus Oſtienſis & Velletrenſis epiſcopus ss.

† Ego Petrus Albanenſis epiſcopus ss.

† Ego Petrus Sabinenſis epiſcopus ss.

† Ego Stephanus ſancte Marie Traoſtiberim tit. Calixti presb. card. ss.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucina presb. card. ss.

† Ego Riccardus ſancti Angeli diac. card. ss.

† Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum diac. card. ss.

† Ego Willelmus ſancti Euſtachii diac. card. ss.

† Ego Ottobonos ſancti Adriani diac. card.

Datum Peruſii per manum Guilielmi magiſtri ſcholarum Parmenſis S. R. E. vicecancellarii III. nonas martii indictiooe X. incarnationis Dominice anno M. CC. LI. pontificatus vero domni Innocentii pape IV, anoo IX.

Sigilli † loca.

XXVII.

XXVII.

Idem ſcribit, ut reprimantur moleſtatores monaſterii S. Savini Piſarum.

Anno 1252. III. nonas martii.

Ex codice membranaceo S. Michaelis Piſarum.

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. archidiacono Vulterrano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia nonnulli ſic in malitia delectantur, ut voluntatis libito abſtinentie ruptis babenis ad illicita relaxato perſonas religioſas ſuper bonis ſuis Dei timore poſtpoſito multipliciter moleſtare preſumant, conſuevit apoſtolica ſedes perſonis ipſis contra pravitatem talium defenſionis remedio miſericorditer ſubvenire, quod earum bona tuta permaneant, moleſtatorum ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committeodi ſimilia precludatur. Cum itaque, ſicut dilecti filii .. abbas & conventus monaſterii ſancti Savini Camaldulenſis ordinis Piſane dioceſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ſua nobis petitione monſtrarunt, a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ſuper bonis ſuis, que in Piſana dioceſi obtinent, moleſtias multiplices patiantur, nns volentes eis contra inſolentiam & conatus malignantium providere, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenns eiſdem abbati, & conventui efficaciter preſidio favotis aſſiſtens, non permittas ipſos contra indulta privilegiorum apoſtolice ſedis ſuper preſatis bonis ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, preſentibus poſt triennium minime valituris.

Datum Peruſii III. nonas martii pontif. noſtri anno nono.

XXVIII.

Ejuſdem literæ, ut decidantur lites monaſterii Pratalienſis.

Anno 1252. II. nonas martii.

Ex chartulario Fontis-boni. §. Breve. n. 55.

Ibidem. INnocentius epiſcopus ſervns ſervorum Dei dilecto filio .. electo Fnropopulienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii .. abbas & conventus monaſterii ſancte Marie de Pratalia nobis conquerendo monſtrarunt, quod .. de Corezzo, & .. de Ornina rectores eccleſiarum, Bencevene & Bono ſratres de Ornina, heredes quondam Rainerii notarii de Aretio, heredes Guerini de Meldola, heredes quondam Juncte Iſotii laici & qnidam alii Aretine & Foropopulieoſis civitatum & dioceſum ſuper decimis, terris, poſſeſſionibus, redditibus debitis & rebus aliis injuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem &c.

Datum Peruſii II. nonas martii pontificatus noſtri anno nono.

XXIX.

Sententia circa jus rectoris eccleſiæ S. Petri ad Gradus prope Piſas.

Anno 1252. V. id. aprilis.

Ex archivo ſecreto archiepiſcopi Piſarum.

IN eterni Dei nomine, amen. Ego Urbanus prior monaſterii ſancti Fridiani arbiter ex compromiſſo electus a ven. P. D. Vitale Dei gratia Piſano archiepiſcopo pro archiepiſcopatu, & vice & nomine archiepiſcopatus Piſani ex una parte, & a Gottiſredo de Poreari prepoſito eccleſie ſancti Petri ad Gradus ex altera ad omnes lites, & controverſias, & differentias, quas inter ſe habebant, vel babere poterant aliquo modo, vel jure, & nominatim pro dicta eccleſia, & occaſione ipſius eccleſie ſancti Petri diffiniendas a me per rationem vel laudamentum, aut amicabilem compoſitionem, ſeu conventum meo libero arbitrio promittentibus inter ſe ad invicem per ſtipulationem, & ad penam centum marcharum argenti viciſſim inter ſe ſtipulatione promiſſam tenere firmum & habere ratum, & facere & obſervare totum, & quidquid de dictis litibus aliquo predictorum modorum dixero, vel pronuntiavero, ut in ſcheda ipſius compromiſſi rogata a Bartholomeo notario filio Guidonis continetur. Ipſas quidem lites per laudamentum, & amicabilem compoſitionem diffiniens ſine litis conteſtatione & petitione aliqua, aut oblatione libelli. Lib. XLI. n. 11.

Ex

Ex poteſtate mihi conceſſa a partibus lites predictas, etiam lite non conteſtata, & non ſervato juris ordine finiendi, ut in dicto compromiſſo continetur, pro bono pacis & concordie utriuſque partis, voluntatibus partium perquiſitis, & eas in totum quaſi ad concordiam reducens ad penam in compromiſſo appoſitam dico, laudo, pronuntio & arbitror, ut dictus Piſanus archiepiſcopus pro Piſano archiepiſcopatu, & ejus vice & nomine, & ſucceſſores ipſius non inquietent, nec moleſtent, ſed ſinant, & permittant & patiantur dictum Goctiſredum, donec vixerit, ſicut verum & legitimum prepoſitum dicte eccleſie quiete & pacifice habere, & tenere & poſſidere dictam eccleſiam, & bona & res, & poſſeſſiones & oblationes ipſius eccleſie, & ad ipſam eccleſiam pertinentes, & adminiſtrare, & temporalia & ſpiritualia eccleſie memorate, & omnibus predictis uti, frui ſuo libero arbitrio, ſalvo quod infra de oblationibus dicitur. Et ad eandem penam dico, laudo, pronuntio & arbitror, ut dictus Goctiſredus ſinat, & permittat & patiatur dictum archiepiſcopum, & nuntios & ſucceſſores ipſius quiete & pacifice habere, & percipere, & exigere oblationes dandas, & concedendas dicte eccleſie ſingulis annis, quoad vixerit dictus Goctiſredus, die feſtivitatis aſcenſionis Domini, & die vigilie ipſius feſtivitatis ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & aliis diebus uſque in tres tantum ad electionem dicti archiepiſcopi, quam faciat hinc ad unum menſem proxime venturum; dum tamen oblationes, que fient & concedentur dicte eccleſie die jovis ſancti annuatim[1] vivente dicto Goctiſredo non poſſit eligere, aut habere. Quas oblationes diei jovis ſancti, & oblationes fiendas & offerendas pro opera, & intuitu opere dicte eccleſie, etiam predictis diebus, quibus, ut ſupra ſcriptum eſt, archiepiſcopus ſupradictus oblationes habere debet, & omnes alias oblationes totius anni, tam votorum occaſione, quam alia offerendas, & legata dicte eccleſie, aut opere relinquenda preter oblationes dictorum dierum deputatorum dicto domino archiepiſcopo, & predictorum dierum eligendorum ab eo, dum tamen non eligat, nec poſſit eligere oblationes diei jovis ſancti, nec que fient pro opera, aut votis, vel legatis, habeat, percipiat & exigat dictus Goctiſredus pro ſue voluntatis arbitrio. Ita tamen quod predictis diebus domino archiepiſcopo deputatis, non liceat dicto Goctiſredo, vel ab eo prepoſitis, vel preponendis colligere oblationes, que fient pro opera, niſi extra dictam eccleſiam. Et in predictis a me laudatis, & pronuntiatis unum alteri, ut ſcriptum eſt, modo laudamento ad ſupradictam penam condempno. Ab omnibus autem aliis undecumque inter ſe agere poterant pro dicta eccleſia, & ejus occaſione, ſalvis que a me ſuper laudata ſunt, eos ad invicem, & unum ab altero meo arbitrio & laudamento ad ſupradictam penam abſolvo & libero. Non prejudicando juriſdictioni ordinarie competenti predicto archiepiſcopo in ſupradictum Gottiſredum prepoſitum ſupradicte eccleſie, ſicut in ceteros eccleſiarum prelatos ſibi ſubjectos. Dum tamen non ideo, ſive propterea predicta a me laudata, & pronuntiata ledantur, aut in aliquo vitientur. Datum & lectum eſt hoc laudamentum Piſis in curia dicti archiepiſcopi, & Piſani archiepiſcopatus. Preſente utraque parte, & preſentibus domino Bonifacio clerico, & Rodulfino notario, & Pantonerio notario, & Magiſtro Hubaldo clerico, Dominice incarnationis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo indictione decima, tertio idus martii. Poſtea vero Dominice incarnationis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio, indictione decima v. idus aprilis, predictus archiepiſcopus ſequens formam ſupradicti laudamenti ...... dies infraſcriptos, ſcilicet diem Dominicam Carnis privii, que dicitur Quinquageſima, diem feſtivitatis cathedre ſancti Petri, & diem ſabbati proxime precedentem Dominicam Paſſionis.

Actum Piſis in ſupradicto loco preſentibus ſupradicto domino Bonifacio, & Guidone notario quondam item Guidonis teſtibus rogatis.

Ego Bartholomeus filius Guidonis imperialis aule notarius omnibus predictis interfui, & ſupradictum laudamentum a dicto arbitro latum ſua parabola & mandato, & ſupradictam electionem dierum factam a ſupradicto archiepiſcopo, ejus rogatu ſcripſi & firmavi.

XXa.

XXX.

Literæ Innocentii IV. ut Tegrinus & VVi, de comites de Mutiliana abſolvantur ab excommunicatione.

Anno 1252. v. id. julii.

Ex apographo Guidonis Grandii.

Ibid. n. 9. INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dil. filiis.. priori Fontis-boni, & fratri Jacobo monacho eremi de Camalduli ordinis Camaldulenſis Aretine dioceſis. Significarunt nobis nobiles viri Tegrinus & Vvido de Mutiliano filius ejus comites palatini in Thuſcia, quod ipſi olim de mandato quondam Frederici Romanorum imperatoris, cujus tunc temporia ditioni ſuberant, licet inviti, ven. fratrem noſtrum Saxenatenſem epiſcopum capi, & in poteſtatem ipſius tradi fecerunt. Quare humiliter petebant a nobis, ut cum ipſi pretextu dicti epiſcopi, quamvis reſtitutus ſit priſtine libertati, ſe timeant excommunicationis vinculum incurriſſe, nec propter viarum pericula ſedem apoſtolicam commode adire poſſint, abſolutionis beneficium obtenturi, providere ſuper hoc eis miſericorditer curaremus. Nos itaque de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, preſentium vobis auctoritate committimus, quatenus vos cum propter hoc ab eis fueritis humiliter requiſiti, de aſſenſu tamen & voluntate predicti epiſcopi juxta formam eccleſie vice noſtra abſolutionis beneficium impendatis, & injungatis nihilominus penitentiam ſalutarem; quod ſi non ambo &c.

Datum Peruſii v. id. julii anno x.

XXXI.

Executio literarum ejuſdem Innocentii IV. pro monaſterio Piſarum.

Anno 1252. VIII. id. auguſti.

Ex veteri codice S. Michaelis in Burgo Piſarum.

Ibidem. IN eterni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico inſtrumento ſit omnibus manifeſtum, quod domnus Urbanus prior monaſterii ſancti Fridiani Piſarum pro ſe & ejus conventu, & pro domno Henrico ſancti Savini, domno Filippo ſancti Zenonis, domno Maineto ſancti Michaelis de Burgo, & domno Luca ſancti Pauli monaſteriorum abbatibus, & eorum conventibus Camaldulenſis, & Vallis-Umbroſe ordinum, obtulis & preſentavit prudenti viro domino Siſmundino plebano plebis de Calcinaria Piſane dioceſis ex parte providi & ſapientis viri domini Michaelis prepoſiti plebis de Pecciolis infraſcriptas literas dicti domini prepoſiti & reſcriptum domini pape, cujus reſcripti domini pape idem dominus prepoſitus eſt judex delegatus. Quarum literarum tenor talis eſt. Viro provido & prudenti domino & amico ſuo inter alios ſpeciali domino S.. plebano plebis de Calcinaria Piſane dioceſis M., prepoſitus plebis de Pecciolis domini pape judex delegatus ſalutem in Domino. Noveritis me recepiſſe mandatum a ſummo pontifice in hunc modum. Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. prout per ipſum reſcriptum vobis conſtare poterit manifeſte. Quia igitur predicte cauſe ad preſens, quibuſdam aliis impeditus negotiis, commode ſupereſſe non valeo, vices meas duxi vobis in eadem cauſa totaliter committendas. In cujus rei teſtimonium ſigillo meo pendenti preſentes feci literas roborari. In ſigilli cujus imagine eſt quedam cuppa, ſeu calix cum lilio deſuper, in qua cuppa ſeu calice tenent roſtra due aves ſimiles cignis, ſive gruibus, litere quidem circumſtantes imagini ſupradicti ſigilli dicunt ita: *Sigillum Michaelis Prepoſiti Pecciolenſis*. Tenor vero reſcripti talis eſt.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie de Pecciolis Vulterrane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis dilecti filii ſancti Savini, ſancti Zenonis, ſancti Michaelis de Burgo, & ſancti Pauli monaſteriorum abbates, & prior ſancti Fridiani Piſarum, & eorum conventus Camalduli & Vallis-Umbroſe ordinum petitione monſtrarunt, quod cum Petrus Bonnaccurſi judex Aretinus ad .. prepoſitum & Vivianum canonicum eccleſie Aretine, ut a.. qui ſe dicebat an.. nutus quondam Friderici Romanorum imperatoris, dirutis ejus domibus, bonis ſuis omnibus ſpoliatum, & coactum penas exilii portaſſe amaras, facerent a predictis monaſteriis in vigintiquinque lib. Piſanas parvorum per quadriennium, annis ſingulis provideri, dilecti filii noſtri P.. ſancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis, tunc in illis partibus apoſtolice ſedis legati literas impetraſſe, dictique prepoſitus, & canonicus abbatibus, priori & con-

ven-

ventibus auctorum literarum ſedis ejuſdem, vel legatornm ejus, nequeant ad providendum ;alicui de beneficio eccleſiaſtico, ſeu penſione compelli, prout per exhibitionem ejuſdem indulgentie erant legitime docere parati, per preſentes literas ejuſdem cardinalis ad proviſionem dicti judicis cogi de jure non poterant, nec debebant. Et quia memorati prepoſitus, & canonicus exemptionem hujuſmodi admittere contra juſtitiam denegarant, ipſi ſentientes ex hoc indebite ſe gravari ad noſtram duxernnt audientiam appellandum. Quo circa diſcretioni tue per apoſtolica ſeripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, revoces in ſtatum debitum, quicquid poſt appellationem hujuſmodi inveneris temere adtemptatum. Alioquin negotium hujuſmodi ad judices eoſdem remittas appellantes in expenſis legitimis condemnando. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perbibere. Datum Peruſii VIII. kal. martii pontificatus noſtri anno nono. Quod reſcriptum erat roboratum bulla plumbea, in qua ex una parte eſt imago capitum ſanctorum Petri & Pauli, & deſuper ſunt ee littere *S. Pa. S. Pe.* ex alia ſunt alie litere videlicet;: *Innocentiur epiſcopur* IV.

Actum in clauſtro ſupradicte plebis de Calcinaria prope eccleſiam, preſentibus Pane clerico quondam Bonaccorſi de Calcinaria, & presbytero Abbraciabene canonico ſupradicte plebis de Calcinaria, teſtibus ad hec rogatis Dominice incarnationis anno milleſimo ducenteſimo LIII. indictione X. VIII. idus auguſti.

Ego Simon quondam Ugolini Rope de Fileitulo Piſanus civis & imperatoria auctoritate notarius & judex ordinarius predictam chartam a Pantonerio notario quondam Bencinvennis de Rillione rogatam, ut in ejus actis commiſſis mihi per conſilium Senatus & Credentie & aliorum ordinum Piſane civitatis inveni; itaque auctoritate dicte commiſſionis ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi.

XXXII.

Ejuſdem literæ, ut epiſcopi difficiles ſe reddant in ordinationibus Camaldulenſium.

Anno 1252. idibus novembris.

Ex archivo Fontis-boni. §. Brevia. n. *67.*

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis preſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum dilectis filiis .. priori Camaldulenſi & univerſis abbatibus, prioribus & conventibus ordinis Camaldulenſis a ſede apoſtolica dicatur indultum, ut dedicationes altarium ſeu baſilicarum, & clericorum ſeu monachorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a quocumque maluerint catholico epiſcopo queant ſuſcipere, quidam veſtrum, ut accepimus, quod ipſorum dedecet honeſtatem, ſuper hujuſmodi requiſiti, difficiles ſe impendunt. Quia igitur in contemptum eccleſie Romane id agi conſpicitur, ad quam dicti prior Camaldulenſis, univerſi abbates, priores & conventus ordinis Camaldulenſis nullo pertinent mediante, univerſitatem veſtram monendam duximus & hortandam per apoſtolica vobis ſcripta precipiendo mandantes, quatinus cum ab ipſis fueritis requiſiti juxta indultum hujuſmodi, predicta ſine difficultate qualibet liberaliter impendatis; ita quod exinde veſtra poſſit devotio commendari, noſque vobis ſuper hiis ulterius ſcribere non cogamur. *Ibidem.*

Datum Peruſii idibus novembris pontificatus noſtri anno decimo.

XXXIII.

Privilegium ejuſdem pro univerſa congregatione Camaldulenſi.

Anno 1252. III. kal. decembris.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori Camaldulenſi, ejuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Officii noſtri nos admonet & invitat auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti & tranquillitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtati *Ibidem.*

con-

conveniens eſſe dinoſcitur, ut qui ad earum regimen domioo diſponente aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum incurſibus tueamur, & beati Patri atque apoſtolice ſedis patrocioio muniamus. Eapropter, dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & fel. memorie PASCHALIS, EUGENII, ANASTASII, ADRIANI, ALEXANDRI, CLEMENTIS, INNOCENTII & GREGORII predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontifi. eum veſtigiis inherentes precipimus, & preſentis decreti auctoritate ſancimus, ne cuiquam omnino perſone clerico, monacho, laico cujuſcumque ordinis aut dignitatis preſentibus aut futuris temporibus liceat congregationes illas & loca illa, que Camalduleoſis eremi ſive cenobii diſciplinam & ordinem ſuſceperunt, aut ſunt in poſterum ſuſcepture, queque hodie ſub illius regimine continentur, ab ejus ullo modo ſubjectione & unitate dividere. Que videlicet loca & congregationes cooſervande unitatis gratia ſingularibus viſa ſunt vocabulis annotanda. In epiſcopatu Aretino eccleſiam videlicet ſancti Dooati, que Fons-bonus dicitur eum hoſpitali & omnibus pertinentiis ſuis. In ipſa eivitate ſancti Petri in Piculo, ſancti Laurentini monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; eccleſiam ſancti Michaelis eum omnibus pertinentiis ſuis, & omnibus, que ab epiſcopis Aretinis eidem eccleſie conceſſa eſſe noſcuntur; eccleſiam ſancti Martioi, que eſt juxta Letarcle cum omnibus pertinentiis ſuis; Silve-munde; ſancte Marie de Agnano; ſancti Petri de Rota, & ſancti Salvatoris Berardiogorum monaſteria eum omnibus pertinentiis eorumdem; ſancti Savini in Chio; ſancte Marie de Pratalia; ſancti Andree de Caſtellione, & ſancti Quirici de Roſa monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; eccleſiam ſancti Nicolai de Curia Luponis cum pertinentiis ſuis; heremum & monaſterium ſancti Egidii de Fleri cum pertinentiis eorumdem; ſancti Viriani & ſancti Bartholomei in Anglari monaſteria eum caſtellis & aliis pertinentiis eorumdem; plebem ſancte Marie de Micciano cum eccleſiis & aliis pertinentiis ſuis; eccleſiam ſancti Johannis ſitam in caſtello, quod vocatur Anglari, eum pertinentiis ſuis; de Monte-Aureo, de Viario, de Mojona, & de eaſtello Laurentiano eccleſias cum pertineotiis earumdem; eccleſiam ſancte Marie de villa, que dicitur Montione eum pertinentiis ſuis; eccleſiam ſancti Vitalis prope Laurentianum

cum pertinentiis ſuis; de Agna, de Soei, & de Condoleſe eccleſias cum pertinentiis earumdem; letanias plebis de Micciano; viſitationes plebium de Bujano & Partina, quemadmodum eſt ab Aretinis epiſcopis ordinatum; integras decimationes de Agna, Largnano, Pergentino, Corſignano & Avana, & quidquid habetis in curte de Tejano. Item quicumque eidem eremo Camaldulenſi decimam ſuam dare voluerit, que ab aliquo Aretioo epiſcopo recte ordinata vel donata non fuerit, inde babeat facultatem, ſicut ab ipſis Aretinis epiſcopis eſt conſtitutum & a dictis PASCHALI, & ANASTASIO noſtris predeceſſoribus confirmatum. Caſtrum, quod Mojona vocatur, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod emiſtis ab Henrico prepoſito & reliquis canonicis Aretinis; villam de Moncione, quam emiſtia ab abbate ſancte Flore; quidquid juris dicta eccleſia ſancti Donati in villa de Mojona, & in villa de Moncione habebat; monaſterium ſancte Marie de Thoma cum omnibus pertinentiis ſuis; In epiſcopatu Caſtellano monaſterium ſancte Marie de Decciano eum pertinentiis ſuis; monaſterium ſancti Sepulcri cum toto Burgo ſancti Sepulcri & omnibus pertintiis ſuis; eccleſiam ſancti Petri de Planetulo eum caſtello Planetuli & omnibus pertinentiis ſuis; plebem ſaocte Marie de Soara & eccleſiam de Valliala cum caſtello de Valliala & omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Feſulano monaſterium ſancte Marie in Poplena & eccleſiam ſancti Michaelis juxta monaſterium ipſum; eccleſiam ſancti Bartholomei de Aſtra-Petronii; ſancte Margarite in Pomino; ſancti Egidii in Gavilere; ſancti Nicolai de Monte-mezzano; ſancti Miniati de Lonano eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem; ſancti Johannis de Prato-veteri, & ſancti Petri de Monte-muro monaſteria cum omnibus pertinentiia eorumdem. In epiſcopatu Florentino ſancti Petri de Luco; ſancti Salvatoris, ſancte Marie Magdalene de Podio-Bonizi, & ſancti Andree de Candiculis monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; heremum de Buldrone cum pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Lucano monaſterium ſancte Jocande, monaſterium ſancti Petri in Puteolis cum capella burgi Porcarie; monaſterium ſancti Salvatoris de Cantiniano; monaſterium ſancti Andree in Silva eum omnibus pertinentiis eorumdem; hoſpitale, quod habetis juxta burgum ſancti Geneſii. In epiſcopatu Vulterrano monaſterium ſancti Juſti prope civitatem eamdem; ſancti Petri de Cerreto; ſancte Marie in Pullieiano, & ſan-

cti Petri in Fontiano monaſteria cum omnibus pertinentiis corumdem. In epiſcopatu Piſano ſancte Marie de Morrona; ſancti Stephani in Cintorio, & ſancti Savini in Montione monaſteria cum omnibus pertinentiia corumdem; in ipſa civitate ſancti Michaelis; ſancti Fridiani; & ſancti Zenonia monaſteria cum omnibus pertinentiis corumdem; hoſpitale ſitum prope monaſterium ſancti Fridiani. In epiſcopatu Maſſano monaſterium ſancti Mamiliani cum omnibus pertinentiia ſuia. In epiſcopatu Cluſino heremum & monaſterium ſancti Petri de Vivo cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Peruſino ſancte Trinitatis, ſancte Marie de Monte Tetio; ſancte Agnetia; ſancti Severi; ſancti Donati eccleſiaa eum omnibus pertinentiis earumdem. In epiſcopatu Aſſiſinate monaſterium ſancti Angeli de Roſſano cum pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Tudertino monaſterium ſancti Antonii cum omnibus pertinentiia ſuis. In epiſcopatu Urbevetano monaſterium ſancte Marie in Silva; ſancti Felicia; ſancte Crucia; ſancti Severi eccleſias cum omnibus pertinentiia ſuis. In epiſcopatu Eſino monaſterium Heremite, & eccleſiam ſancti Georgii eum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Auximano monaſterium ſancte Marie in Serra eum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Anchonitano eccleſiam ſancte Lucie. In epiſcopatu Penſaurienſi monaſterium ſancti Decentii, & heremum Sajoli. In archiepiſcopatu Ravennate monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe cum omnibus pertineotiia ſuis. In epiſcopatu Montis-Feretrani monaſterium ſancte Trinitatis de Monte-Herculis. In epiſcopatu Foro-popilienſi hoſpitale Aimerici, & eccleſiam ſancti Paterniani de Ferraciann. In epiſcopatu Ariminenſi heremum Montalis ſalutia eum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Ceſenate hoſpitale de Roboreto; eccleſiam ſancte Marie, quam habetia in loco, qui vocatur Caſale juxta civitatem Foro-livienſem; monaſterium ſancte Marie de Inſula cum omnibus pertinentiia ſuia; heremum de Fajola; monaſterium ſancte Marie in Trivio. In epiſcopatu Faventino monaſterium ſancti Hyppoliti eum omnibus pertinentiia ſuia; eccleſiam ſancti Euſtaſii ſitam prope civitatem Imolenſem. In epiſcopatu Bononienſi ſancti Archangeli juxta caſtellum Britti; ſancte Chriſtine; ſancti Damiani; & ſancte Marie de Bethleem monaſteria cum omnibus pertinentiia eorumdem; heremum Bononienſem; & hoſpitale de Ravone cum pertinentiis ſuia. In epiſcopatu Veronenſi monaſterium ſancte Marie de Vangaticia eum omnibua pertinentiis ſuia; monaſterium, quod Camaldulinum dicitur, cum pertinentiis ſnia; eccleſiam ſancti Viti ſitam prope Vicentiam cum pertinentiis, In epiſcopatu Terviſino monaſterium ſancte Chriſtine cum pertinentiia ſuis; eccleſiam ſancti Michaelis in palude prope Venetiaa eum omnibua pertinentiia ſuia; & heremum ſancti Mathie de Muriano. In Iſtria monaſterium ſancti Michaelia de Lemmo cum omnibus pertinentiis ſuis, In epiſcopatu Senenſi ſancti Georgii de Api; & ſancti Vigilii eccleſiaa eum omnibua pertinentiis earumdem. In inſula Sardinie monaſterium ſancte Trinitatia de Sacraria cum omnibua pertinentiia ſuis; ſancte Eugenie in Samanar; ſancti Michaelis; ſancti Laurentii in Vanari; ſancte Marie; ſancti Johannia in Altaſar; ſancte Marie in Contra; ſancti Jobannis & ſancti Simeonis in Salvenaro; ſancti Nieolai de Trulla; ſancti Petri in Scanno; ſancti Pauli in Cotroniano; & ſancti Petri in Olim eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. In epiſcopatu Spoletano monaſterium ſancti Silveſtri de Monte Subaſi cum omnibua pertinentiis ſuia, In epiſcopatu Camerinenſi monaſterium ſancte Helene juxta fluvium, qui vocatur Eſinus, cum omnibus pertinentiis ſuis; heremum Aque-Perellis & heremum de Quadrigaria cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiia, paſcuia, in boſco & plano, in aquia & molendinia, in viia & ſemitis, & omnibus aliia libertatibua & immunitatibua ſuis. Ad hec ſel. recor. Alexandri & Clementis predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes monaſterium de Urano vobis & conventui veſtro, ſalvo jure Ravennatis eccleſie, auctoritate apoſtolica confirmamus. Hec igitur omnia cum omnibus ad ipſa monaſteria vel eccleſias pertinentibua ſtatuimua, & apoſtolice ſedia auctoritate ſancimus, tamquam corpua unum ſub uno capite, ideſt ſub priore Camaldulenſis heremi temporibus perpetuia permanere, & illius diſcipline obſervatione perſiſtere. Sub illo, inquam, priore, qui ab ipſius congregationis abbatibua ſive prioribus & heremitis regulariter fuerit electus. Porro congregationem ipſam ita ſub apoſtolice ſedis tutela perpetuo confovendam decernimus, ut nulli epiſcoporum facultas ſit eccleſiis, que a veſtre congregationis fratribus gubernantur, divinum officium interdicere, vel aliquam ex hiia eccleſiis ſeu monaſteriia abſque prioris conivencia, vel apoſtolice ſedis

licen-

licentia, excommunicare. Fratribus autem ipſis licentia ſit, a quo maluerint catholico epiſcopo conſecrationum & ordinationum ſacramenta ſuſcipere. Preterea in communi civitatis ſeu parochie officio interdicto, clauſis januis, & non admiſſis dioceſanis, eccleſiarum veſtrarum monachi nequaquam prohibeantur divina officia celebrare. Hoc etiam adjicientes, ut nemini fratrum veſtre congregationis poſt factam profeſſionem abſque prioris & rationabili fratrum licentia ſit egrediendi facultas. Si vero exire preſumpſerit, & ſecundo tertiove commonitus redire contempſerit, quouſque congrue ſatisfecerit, ipſum excommunicationis ſententie ſubjugamus. Quicumque vero pro obſequio ſervorum Dei in heremo Camaldulenſi degentium ad aliquas partes perrexerint, tam in eundo, quam in redeundo ſeu etiam ſtando a nullo penitus moleſtentur. Statuimus inſuper, ut decimas laborum veſtrorum nullus a vobis exigere vel extorquere preſumat, ſed diſtribuendi eas hoſpitalibus veſtris in uſus pauperum ſecundum antiquam conſuetudinem veſtram liberam habeatis auctoritate apoſtolica facultatem. Indulgemus etiam vobis, ut in conventus veſtris prelatis inſtituendis & amovendis, ſicut hactenus dicitur ab anteceſſoribus noſtris obtentum, liceat & vobis ſine contradictione qualibet obſervare. Libertates preterea & immunitates, necnon antiquas & rationabiles conſuetudines monaſteriis veſtris conceſſas, & hactenus obſervatas ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum &c. Si quis igitur &c. Cunctis autem &c. amen.

Notas † *fac mibi*

SCS	SCS
PETRVS	PAVLVS
INNO	CENTIVS
PP.	IIIJ.



Domine vias vite.

Ego Innocentius catholice eccleſie epiſcopus ss.

† Ego Rainaldus Oſtienſis & Velletrenſis epiſcopus ss.

Datum Peruſii per manum Guillielmi magiſtri ſcholarum Parmen. ſancte Romane eccleſie vicecancellarii III. kalend. decembris indictione XI. incarnationis Dominice anno M. CC. LII. pontificatus vero domni INNOCENTII pape IV. anno decimo.

Loco † ſigilli plumbei.

XXXIV.

Idem confirmat bullas prædeceſſorum ſuorum circa monaſterium Vangaticiæ.

Anno 1252. IV. nonas decembris.

Ex autographo Fontis-boni. §. Breve. n. *68.*

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori & conventui Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Tenore literarum fel. rec. Innocentii pape predeceſſoris noſtri ſuper reformatione monaſterii de Guandaticia inſerto literis bone memorie Honorii & Gregorii predictorum liberam ejuſdem monaſterii correctionem & plenam tibi fili prior & ſucceſſoribus tuis duximus committendam, ita tamen quod qui pro tempore fuerit electus ibidem Romano pontifici preſentetur ab eo confirmationis & benedictionis gratiam recepturus. Ad cujus amotionem, ſi quando apud exceſſus ſuos fuerit amovendus, inconſulto Romano pontifice nullatenus procedatur. Tenor autem literarum dicti Innocentii talis eſt. *Ibidem.*

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori & conventui Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum dudum ad correctionem. *Cetera extant in App. T.* IV. *col.* 325. Datum Sigoie VII. kal. octobris pontificatus noſtri anno ſexto-decimo. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis &c. Datum Peruſii IV. nonas decembris pontificatus noſtri anno decimo.

XXXV.

Inveſtitura feudi facta abbati de Follina ab Odorico comite Collis-alti.

Anno 1253. XV. intr. majo.

Ex originali ejuſdem monaſterii. n. 195.

† ANno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio indictione XI. die XV. intrante martio, in preſentia Enſediſi filii quondam Jeremie de Mantelago, Regenaldi de Colfuſco, Rantolfini de Suſingana &c. & aliis. Domnus Lambertus abbas monaſterii Foline nomine & vice illius ſancte Marie de Folina venit coram domino comite Odorico filio quondam domini comitis *Ad lib. XLII. n. 19.*

 An-

Anſediſii, & petit ab eo nomine dicte domus Foline inveſtituram de tali feudo, qualiter comes Maiſredus & comes Ranbaldus quondam inveſtivit domnum Albertum abatem ſancte Marie de Fulina, & domnum Anſelmum abatem dicte domus Fuline accipientem nomine & vice domus Foline, in carte facte manu Veodramini & Laurentii notariorum continebatur. Et ibi in preſenti dictus comes Odoricus inveſtivit dictum domnum Lambertum abbatem dicte domus Puline recipientem *&c.* de dicto ſaudo & de ſua rationa ut in dicte carte facte manu *&c.* continebatur non prejudicando predicto comiti, nec predicto domno Lamberto abbati & predicte domui Fuline *&c.*

Actum in caſtro Colaldi in domus oſpitalis ſancti Johannis de Colaldo.

Ego Redolfinus Tit.. ſacri palatii notarius interſui & ſcripſi.

XXXVI.

Præſentatio literarum Innocentii IV. *circa cauſam de eccleſia S. Petri de Suiratico.*

Anno 1253. menſe octobri.

Ex apographo tabularii S. Franciſci de Bononia. D. 59.

Ad lib. XLI. n. 10. . . . . . milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tercio tempore Innocentii pape IV. die ſabati menſis octobris XI. indictione. Frater Hemerantius .... monaſterii ſancti Romani de Ferraria procurator & ſindicus memorati monaſterii nomine ipſius monaſterii & pro ipſo monaſterio dedit, obtulit .... entavit domno Almerico abbati venerabilis monaſterii ſancti Apollenaris in Claſſe de Ravenoa quamdam literam domini pape roboratam ſui ſigilli pendentis, tenor ejus talis eſt. Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancti Vitalis Ravennatis, & ſaucti Apollenaris in Claſſe Ravennatis dioceſis monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. In cauſa, que inter priorem & conventum monaſterii de Ferraria ex parte una, & Lambertum & Cazanemicum ... colarem nobilium virorum ..... & ornamentum civium Bononienſium nata ſuper eccleſia ſancti Petri de Suiratico & quibuſdam poſſeſſionibus Bononienſis dioceſis ax altera vertitur, dilectum filium magiſtrum Martinum capellatum noſtrum priorem ſecularis eccleſie .... dedimus auditorem .... aſſenſu per apoſtolica ſcripta mandamus .... teſtes vobis tranſmiſit .... intercluſas pro..... voluit prudenter per vos vel per alios recipere ac .... eadem interrogatoria infra unum menſem poſt receptionem ..... quam iiſdem partibus ad .... aſſignamus, diligenter examinare curatis, earum dicta in monumenta publica redigi facientes ipſa ſub .... incluſa ſigillis cum eiſdem articulis & intarrogatoriis ad noſtram preſentiam tranſmiſſis .... prefixo .... partibus termino peremptorio competenti, quo per ſe vel per procuratores ydoneos noſtro ſe coſpectu .... juſtam, dante Domino, ſententiam recepture .... citationis forma & .... per veſtras literas harum ſerie continentes ſtuduerint fideliter intimari. Teſtes autem *&c.* Datum Aſſiſii kalendas ſeptembris pontificatus noſtri anno undecimo. Data & preſentata fuit in porticu ..... civitatis Ceſene cum quibuſdam aliis literis ſigillatis ſigillo domini magiſtri Martini, in quibus continebantur interrogatoria & articula ...... in quibus ſigillis depicta ... ... ſeu forma majeſtatis virginis Marie cum filio ſuo erat, preſentibus domno Benigno monacho monaſterii Claſſis, Forment..... camarlingo dicti monaſterii, & Guidone ſervitore abbatie dicti monaſterii Claſſenſis & aliis.

Ego Benvenutus .... imperiali auctoritate notarius his omnibus preſens interſui & rogatus.

XXXVII.

Concordium inter commune caſtri Piri & abbatem S. Urbani circa caſtrum S. Urbani.

Anno 1253. menſe novembri.

Ex hiſtoria Vallis-caſtri mſs. Romualdi Blanci pag. 74.

IN nomine Dei excelſi, ejuſque glo- *Ibid. n. 18.*
rioſiſſime ſue matris anni ſunt M. CC. LIII. indictione XII. intrante menſe novembri tempore domni Innocentii pape IV. Almazabous ſiva Albericbus ſindicus & procurator monaſterii ſancti Urbani ad infraſcripta conſtitutus, & domnus Benvenutus abbas predicti monaſterii nomine ejuſdem monaſterii, & pro ipſo monaſterio dederunt, ceſſerunt & conceſſerunt magiſtro Girardo Girardi notario & ſindico communis caſtri Piri nomine dicti caſtri recipienti & ſtipulanti

caſtrum

caſtrum ſancti Urbani & ejus homines ſub jurisdictione & ſinaita caſtri Piri, & ad habitandum dictos bomines in dicto caſtro Piri, exceptis hominibus de Retorſia, & dant & concedunt eidem Ghirardo ſindico dicti Communis omnes homines, quos dictum monaſterium habet in villa Arſicie, & in caſtro Piri & ejus curia, & omnes bomines pertinentes ad dictum monaſterium occaſione hujuſmodi dominii & ſignoriee caſtellani, ſive vaſſallagii vel quacumque de cauſa ſub juriſdictione & ſinaita ipſius caſtri Piri, & ad habitandum in eodem caſtro, & promiſerunt & convenerunt eidem Ghirardo ſindico dicti Communis caſtri Piri, non facere aliquod caſtrum, nec aliquam manſionem a caſtro Saxi, a caſtro Precicchie, a Saxorecchie extra verſus caſtrum Piri; & dant & concedunt dicto Gbirardo ſindico dicti Communis recipienti pro dicto Communi jus imponendi collectas & datia & obſequia, que dictum monaſterium conſueverat babere in dictis bominibus; & concedendo eidem Gbirardo ſindico dicti Communis pro dicto Communi recipienti omnem juriſdictionem meram & mixtam, & correctionem, quam babent in ſupradictos homines, & eorum ſucceſſores occaſione alicujus ſignorie, nec occaſione alicujus delicti ſive banni, nec alia qualibet occaſione. Item quod aliquos homines dicti caſtri Piri non coget, neque cogi faciet aliquem ſive aliquos de ſupradicto caſtro Piri pro aliqua cauſa vel cauſis, queſtione ſive queſtionibus, criminalibus ſive civilibus reſpoodere ſub alio judice, niſi ſub regimine dicti caſtri Piri ſpeſialiter in prima cauſa. Item promiſerunt conſtringere ſeipſoa de dicto monaſterio ſub regimine caſtri Piri & omnibus cauſis & queſtionibus, de qua vel quibus & ab aliquibua vel ab aliquo conveniretur monaſterium vel aliquis de monaſterio, ſupponendo ſe ſub juriſdictione ipſius regiminis, & promiſerunt eſſe, & ipſum juvare bona fide pro poſſe, & aſſeruerunt ſupradictum monaſterium & bomines aliis non conceſſiſſe, nec dediſſe, nec pallium alicui civitati vel caſtro promiſiſſe, nec ipſum monaſterium, nec predictum caſtrum ſancti Urbani de voluntate abbatis & capituli. Et ſi promiſiſſent vel alicui conceſſiſſent, promiſerunt predictum caſtrum & homines ſancti Urbani & Commune caſtri Piri indemnes de predictis obligationibus conſervare & eos defendere omnibus expenſis ipſius monaſterii in principio litis uſque ad finem. Item quietaverunt & remiſerunt eidem Ghirardo ſindico Communis nomine dicti Communia omnem injuriam, omne maleſitium, quod & quam dictum Commune feciſſet eidem monaſterio & hominibus ejuſdem, & omnia male accepta ab eodem, & de omnibus penis, quas dictum monaſterium poſſet petere a dicto Commune Piri pro occaſione compromiſſi facti in domnum Pbilippum olim epiſcopum Camerini, & laudi facti ab eodem, & de omni alia pena, quam dictum monaſterium petere poſſet a dicto Commune caſtri Piri. Excepto quod dictum monaſterium debeat habere ab hominibus ſuis omnia uſualia & debitalia ſervitutis, Spallas, Focatias, & Capones & Penſiones terrarum, quas ipſi babent, vel aliquis eorum in empbyteuſim. Et ſi aliquia ipſorum bominum ipſius monaſterii non deberet facere ſupradicta ſervitia, uſualia, ſpallas & focatias vel aliquid de predictis, quod ille vel illi teneantur preſtare dicto monaſterio operas conſuetas, ut debuerunt, & monaſterium ab eia poſſit exigere, non obſtante ſupradicta conceſſione. Et ſi aliquis vel aliqui dictorum hominum morientur ſine filiis, tunc liceat monaſterio apprehendere ſive capere tres partes bonorum ipſius morientis & auſugientis, quarta remaneat Communi, & fugiens ſi redierit, rebabeat manſum preſtito ſervitio, & remirare poſſit ſua auctoritate propria ſine requiſitione curie preſtito ſervitio debitali & uſuali monaſterio. Hec ideo fecerunt & promiſerunt pro dicto Ghirardo Ghirardi ſindico dicti Communis nomine ipſius Communis recipienti & ſtipulanti pro ipſo Communi, quia obſervaverunt, & voluerunt obſervare laudum factum per dictum domnum Pbilippum epiſcopum Camerinenſem, & conceſſionem factam a domno Virgilio abbate dicti monaſterii. Et quia predictus Gberardus ſindicus dicti Communis quietavit dictum abbatem de pena mille librarum, in qoa dictus abbas & monaſterium ceciderat, quia non obſervaverunt laudum factum a dicto domno Philippo epiſcopo ſupradicto arbitratore inter dictum monaſterium & Commune caſtri Piri; & quietaverunt dictum ſindicum & Commune caſtri Piri de eo, quod dictum monaſterium petere poſſet a dicto Commune occaſione dicti laudi facti per dictum epiſcopum & promiſſionis facte abbati Virgilio, vel quacumque alia occaſione, excepta promiſſione de defenſione eccleſie ſancti Andree de Umbriano, & bonorum ejuſdem, qui ſibi eſſet obligatum dictum Commune, cum non liberat;

&

& excepto quod debeat habere dictus abbas medietatem omnium bonorum & mulctarum, que exigerentur a regimine vel commune caſtri Piri ab omnibus ipſius monaſterii infraſcriptis, & omnes coodemnationes predictas hujuſmodi, que ſtaret, quod per dictos homines vel aliquem ipſorum, donec non eſſent affrancati a predicto monaſterio, & Commune & regimine ipſius caſtri curet & ſaciat, ut predictum monaſterium habeat predictam medietatem condemnationum, penarum & mulctarum infra octo dies, poſtquam fuerint exacte, ſi petite fuerint ab abbate vel ſindico predicti monaſterii; & quia dictum Commune promiſit eidem ſindico monaſterii & abbati pro eodem monaſterio recipientibus, tenere, juvare, & manutenere bona fide ſine fraude, ſine preſtatinne aliquorum ſervitiorum realium & perſonalium & exercitio ipſum monaſterium, abbatem & conventum. Item promiſit dictus ſindicus nomine dicti Communis eiſdem abbati & Almazabovo ſive Amelricbo ſindico dicti monaſterii nomine ipſius monaſterii recipienti, quod unus ex hominibus dicti monaſterii, qui erit poſitus caſtaldus ab abbate ipſius monaſterii, non exigatur collecta, oec aliquod aliud obſequium a regimine & commune caſtri Piri, donec in dicta caſtaldaria durant, & finito uffitio ſuo, alius de ſuis hominibus, qui ponatur loco ſui, lungatur eodem officio, & ſic de ceteris. Et dictus Gherardus ſindicus nomine Communis promiſit curare & ſacere, quod quando abbas & conventus dicti monaſterii ſancti Urbani vellet affrancare ſupradictoa ſuos homines, qui ſuerant habitatores ſancti Urbani, & habitaverint, quando petetur affrancatio in caſtro Piri vel ejus diſtrictu, vel aliquem ipſorum, quod ipſi homines, vel ille, quem ipſe vellet affrancare, dabit predicto monaſterio & abbati pro eodem monaſterio medietatem omoium bonorum ipſius hominis vel hominum, mobilium & immobilium, jurium & actionum, & quod ante partem dicto monaſterio reaſſignabit & dabit ſeuda & res malo modo acceptas ab ipſo homine in poſſeſſionibus & immobilium, ſalvo quod commune conſtringeret predictos homines ad predicta ſacienda, & curia contrarium mandaret, Commune non teneatur ad predicta, & abbas ipſius monaſterii habeat licentiam contradicere predicta ſacere, conveniendi in quacumque curia voluerit de predictis & aliis, de quibus vellet contradicere & convenire, & regimen conſtringat cum effectu ad predicta ſacienda. Item, quod monaſterium habeat medietatem ſupradictorum, & abbas & ſindicus monaſterii promiſit & convenit, quod ſi homines predicti vel aliquis ex eis peteret, quod affrancaretur a dicto abbate & monaſterio, quod abbas & capitulum ejuſdem teneantur ipſos vel ipſum affrancare, habita medietate bonorum ipſorum & ſeudorum, & bec teneantur ſacere fieri rector caſtri Piri infra menſem. Et quia dictum Commune & ſiodicus ejuſdem & fidejuſſores ab eo dati promiſerunt eidem abbati & ſindico predicto tricentas viginti libras Raveonates & Anconitanas dare & ſolvere, & decem ſoveas in plano ſuper ripam juxta Mudam, & dederunt licentiam dicto Gherardo ſindico dicti Communis recipienti pro ipſo Commune imponendi & exigendi collectas a predictia hominibus & habitaroribus ſancti Urbani in ſuturum, quotieſcumque Commuoi placebit, ut aliis caſtellanis ipſius Communis, & collectam exactam in utilitatem ipſius Communis convertere exceptis converſis, qui permanerent, & habitarent infra dictum monaſterium. Hec omnia ſupraſcripta & conventa a ſindico Communis ipſi abbati & ſindico ejuſdem fuerunt promiſſa & cooventa ſub hae conditione, ſi ſimilis promiſſio fieret ab ipſo abbate & ſindico ejuſdem omnibus, que ſuperius promiſſa ab ipſo abbate & ſindico ejuſdem monaſterii, Ghirardo ſindico dicti Communis domino domino epiſcopo Camerini preſente & voleote, & ſuum decretum impooente in predictis vel domino marchiooe, vel ſufficienter vel rationabiliter impetrarit de ſupradictis & omnibus obſervandis. Aliter ſupradicte promiſſionea & conventiones ſacte a ſindico ſupradicto & abbate & ſindico ipſius monaſterii Commune vellet, quod dicte promiſſiones valerent, quod tunc valeant tam promiſſiones ſacte abbati & ſindico monaſterii, quam a ſindico Communis predicti. Denique vero, quas Commune promiſit dicto abbati & ſindico ejus convertantur in utilitatem eccleſie. Tali modo poſſeſſiones & domos valentes ducatos triginta libraa Raveonates vel Anconitanas bona fide ſine fraude emantur a coherentium infra verſus caſtrum, & Commune teneatur dare ſupradictas ducentas libras Ravennates & Anconitanas, & dicte poſſeſſiones predicte ſint obligate pro dicto Communi pro dictis hominibus. In quibus obligationibus liceat dicto Communi mirare ſua auctoritate, ſi predicta non obſervaret abbas & monaſterium dictum. Hoc autem promiſerunt attendere & obſervare

vare

Digitized by Google

vare, & in nullo contrafacere, nec agere vel venire aliqua occaſione vel exceptione ſub pena mille librarum Ravennatium & Anconitanarum ſolemni ſtipulatione promiſſa. Qua pena ſoluta vel non contractus ipſe ratus & firmus permaneat omni tempore.

Hoc actum in caſtro Piri in domo Albertuoli, . . in conſilio generali & ſpetiali preſentibus magiſtro Raynaldo Becchardi notario, Bonfilio Berardi notario, qui debet ſe ſubſcribere, Bentivolio notario, Stranguidone notario, Raynaldo Alberti notario, Benedicto Actolini, Albertano, Actano, Petro, Bartholomeo Bentevoli, domino Ufredutio Nicole de Jannello, domino Aldaterio de Falconibus, Savinello dicti Communis, Petro Actonis notario, Benvenutone Berardi dicti Communis, & Alberico Actonis Shezonis dicti Communis & pluribus teſtibus.

† Et ego Johannes Antonii notarius publicus his omnibus interfui rogatus una cum Bonfilio notario, qui ſe debet ſubſcribere, ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi.

XXXVIII.

Philippus archiep. Ravennas concedit monaſterio S. Severi prope Ravennam plura Pollicinia in territorio Ferrarienſi.

Anno 1254. VIII. martii.

Ex authentico Claſſenſis monaſterii.

Lib. XLI. n. 25. HOc eſt exemplum cujuſdam exempli authentici inſtrumenti, cujus tenor & forma talis eſt. In nomine Domini, amen. A nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto die octava intrante martio indictione duodecima in palatio archiepiſcopatus Ravenne preſentibus domno fratre Gualterino epiſcopo Faventino, domno Johanne Popilienſi electo, domno Oneſto domini Coradini, domno Zurita monacho de Claravalle, Valore & Vianizio teſtibus rogatis & vocatis.

Philippus Dei & apoſtolica gratia ſancte eccleſie Ravennatenſis electus tibi donno Guidoni abbati monaſterii ſancti Severi de Ravenna vice & nomine ipſius monaſterii, & pro ipſo ſuiſque ſucceſſoribus in dicto monaſterio commorantibus petitioni tue, que habetur in ſubditis, libenter accommodamus adſenſum, ob hoc quia nec munificentia deperit, nec percipientibus in perpetuum, quod datur, acquiritur, & quoniam ſperaſti, ut totum & integrum pollicinum Taſſaroli a primo latere flumen, quod vocatur Taſſarolum, a ſecundo flumen Barzage, a tertio flumen Scortegate, a quarto flumen de Puncilivio, & totum & integrum pollicinum Veze a primo latere flumen Barzage, a ſecundo flumen de Puncilivio, a tertio rupta Figaroli, quod Pollicinum infra hec tria latera conſiſtit. Et totum & integrum Pollicinum Auriole, a primo latere flumen Scortegate, a ſecundo flumen de Pucilivio, a tertio rupta Figaroli, quod infra illa tria latera conſiſtit. Et totum & integrum Pollicinum Paviole, & Pollicinum Garophali, & Pollicinum Racbani, & Pollicinum ſancte Sophie, & Pollicinum, quod eſt poſitum ante ipſum Pollicinum ſancte Sophie, a primo latere omnium prefatorum Pollicinorum rupta Figaroli, a ſecundo canale Paviole, a tertio canale Taſaroli, a quarto canale Urazi rupti, & Pollicinum Gurzoni a domo Gurzoni inferius, a primo latere canale Taſſaroli, a ſecundo canale Paviole, a tertio canale ſancte Sophie uſque ad domum muratorum, que pergit in Paviola. Et totum & integrum Pollicinum Ruſtizani, quod eſt in villa Piſcarie, a primo latere flumen Padi, & omnes poſſeſſiones poſitas in fundo Ruſtizane, poſita ſunt hec omnia in Polliciniis Ferrarie & Figaroli, ſeu comitatibus eorum plebe ſancti Donati in fundo Canarii. Has res omnes cum introitu & exitu eorum, arbuſtis & arboribus ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus jure pacti poſtulaſti a nobis largiri, ſi tamen juſte & rationabiliter a nobis petiſti, & ab aliis minime detineri videntur, ad habendum, tenendum, poſſidendum, defenſandum, & in omnibus meliorandum in annis advenientibus ſexaginta ad renovandum datis cur... pro renovatione centum ſolidis Ravenne, & penſionem nobis noſtriſque ſucceſſoribus, & eccleſie Ravennati dare & ſolvere debeatis omni anno in menſe martii, vel infra indictionem unam libram cere, nec quiquam preſens preceptum aut ſupradictas res alicui homini dare vel vendere, ſeu transferre, aut commutare, aut opponere audeatis, nec ulli venerabili loco dare vel derelinquere, nec in guardiam vel in commendationem alicujus mittere, nec ad alterius placitum vel diſtrictum pro his rebus, niſi ad noſtrum ire. Et nec aliquando adverſus ſanctam noſtram benefatricem ve-

ſtram

ſtram Ravennatenſem eecleſiam aliquid eontra juſtitiam tractare ſeu agere, niſi propriam cauſam, ſi contingeric tantummodo per juſtitiam ventilare audeatis. Quod ſi in aliqua tarditate vel neglectu inventi fueritis extra agere de iis omnibus ſuperius adfixis conditionibus, non ſolum de hoc precepto cadetis, verum etiam daturi eritis parti noſtre ſancte ecclefie Ravennatis pene quinquaginta libras Ravennates, & ſi non perſolveritis ſopradictam penſionem infra biennium, ut leges cenſent, tunc pena ſoluta liceat actoribus ſancte eccleſie Ravennatis vos exinde expellere, & eas res, ſicut providerint ordinare. Que omnia & ſingula iſta dictus abbas pro ſe ſuiſque fratribus & ſucceſſoribus & pro dicto monaſterio ſancti Severi ſolemni ſtipulatione promiſit attendere & obſervare ſua pena predicta, & ea ſoluta & commiſſa vel non, predicta omnia & ſingula rata maneant atque firma.

Ec ego Cambius de Ravenna imperiali auctoritate & ſancte eccleſie Ravenne notarius ſupradictis preſens ſicut ſuperius legitur, ſcripſi, publicavi dicto domino meo electo mandante.

Ego Benvenutus ſilius quondam Girardini notarius.

Ego Petrus de Giſla ſancte Ravennatis eccleſie notarius.

Ego Criſſimbene filius qu. Attiverii notarius, tempore domini Azonis de Pirovanis poteſtatis Ravenne anno 1254.

Ego Petrus filius q. Manzi Ferrarienſis notarius. 1260.

Ego Allegrinus filius Bartholomei Gralli de Ferraria notarius. 1261.

Ego Conradinus filius domini Paparini Ferrarienſis notarius. 1344.

XXXIX.

Contradictio circa eccleſias S. Nicolai, S. Martini & S. Viti de Fonto abbatiæ de Fullina ſubjectas.

Anno 1255. v. exeunte januario.

Ex autographo ejuſdem abbatiæ. n. 484.

Ibid. n. 30. ANno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto indictione XIII. die v. exeunte januario. In preſentia Gerardini Caſtelani de Sulico & Bilinaſii de Caniglano & Vincentii de Fontaniva &c. & aliorum. Coram Artengo villico pro domino E.. de Romano in Sulico nonus Marcus ſindicus & procurator monaſterii ſancte Marie de Fulina nomine illius monaſterii & pro ipſo monaſterio, & ex parte domni Lamberti abbatis memorati monaſterii & totius conventus predicti monaſterii contradixit, & interdixit beneficium eccleſie ſancti Nicolai de Fonto Walſredo notario filio presbiteri Alberici de Fonto, & precepit ei ex parte domini E.. de Romano, ut ab illa die in antea non deberet ſe intromitti in beneficio predicte eccleſie, necnon in eccleſiis beatorum Martini & Viti, de quo beneficio fuerat inveſtitus ab abbate jamdicte domus Foline, ut in inſtrumento facto manu Flabiani notarii de Mianis continetur, prout idem Walfredus confeſſus fuit, etiam hoc precipue; quia dictus Walſredus legitimam habet uxorem, ut idem nonus Marcus dicebat.

Actum in caſtro Sulici ſub porticu domus curie.

Ego Almericus de Sulico regalis aule notarius juſſu predicti villici ſcripſi.

XL.

Alexander IV. committit, ut bona male diſtracta reſtituantur Camaldulenſibus.

Anno 1255. VIII. kal. februarii.

Ex tabulario Fontis-boni. §. Breve n. 69.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut dilecti filii .. prior & fratres heremi Camaldulenſis Aretine dioceſis nobis exponere curaverunt tam ipſi, quam predeceſſores eorum, terras, vineas, redditus, poſſeſſiones, & quedam alia bona ipſius heremi datis ſuper hoc literis, & interpoſitis juramentis, necnon penis adjectis, nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt in gravem ipſius heremi leſionem, quorum aliqui ſuper hiis literas confirmationis in forma communi a ſede apoſtolica impetrarunt. Nos itaque dictorum prioris & fratrum ſupplicationibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ejuſdem heremi per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem heremi memorate legitime revocare procures; non obſtantibus pre- Ibidem n. 27.

predictis literis, juramentia, penis & confirmationibus, aut ſi aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi vel interdici, aut excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Neapoli v. kalendas februarii pontificatus noſtri anno primo.

XLI.

Delegatio Apoſtolica abbatum S. Galgani & Berardingæ pro monaſterio S. Eugenii prope Senas.

Anno 1255. VIII. id. aprilis.

Ex chartis Huberti Benvolgentii.

Ibidem. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. ſancti Galgani Ciſtercienſis &.. ſancti Salvatoris de Berardenga Camaldulenſis ordinis abbatibus Vulterane & Aretine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii.. abbas & conventus monaſterii ſancti Eugenii ad Romanam eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Senenſis dioceſis nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum idem monaſterium, tam propter guerras, quam hactenus Florentini & Senenſes ad invicem habuerunt, & propter collectas & exactiones, quas commune Senenſe extorſit ab eis, quam propter ſteccati cujuſdam molendini eorum recuperationem adeo gravi prematur ſarcina debitorum, quod niſi celeriter ſuper hoc provideatur, incurret irreparabile detrimentum alienandi de bonis immobilibus dicti monaſterii minus utilibus pro debitis hujuſmodi perſolvendis uſque ad ſummam mille librarum Senenſium minutorum, & cum alios non habeant, unde poſſint de ſuis deponere humeris onus iſtud, eis licentiam de benignitate ſedis apoſtolice largiremur. De veſtra igitur circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus propoſita neceſſitate inſpecta, & habentes pre oculis ſolum Deum, eiſdem prout ipſius monaſterii utilitas & neceſſitas exegerit, petitam licentiam tribuatis, proviſo quod pecunia ipſa in debitorum ipſorum ſolutionem totaliter, vel ſi debitorum quantitatem exceſſerit, ſuperfluum in utilitatem ipſius monaſterii per manus veſtras ſub veſtri teſtimonio convertatur. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Neapoli VIIII. idus aprilis pontificatus noſtri anno primo.

XLII.

Alexandri IV. literæ contra occupantes eccleſiam S. Mariæ de Fabriano ſubjectam abbatiæ S. Savini.

Anno 1255. nonis auguſti.

Ex vetuſto codice S. Michaelis in Burgo Piſarum.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori ſancti Pauli ad Hortum Piſarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis dilecti filii.. abbas & conventus monaſterii ſancti Savini ordinis Camaldulenſis Piſane dioceſis patroni eccleſie ſancte Marie de Fabriano Florentine dioceſis, quod Incontrus de Capraria presbyter Piſtorienſis dioceſis ipſam eccleſiam ſancte Marie contra juſtitiam occupavit & eandem detinet occupatam in eorumdem abbatis & conventus prejudicium & gravamen. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias cauſam & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem &c. Ibidem.

Datum Anagnie nonis auguſti pontificatus noſtri anno primo.

XLIII.

Idem præcipit, ut bona monaſteriorum male alienata reſtituantur.

Anno 1255. III. id. decembris.

Ex archivo Fontis-boni. §. Breve n. 69.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. abbati ſancti Salvi ordinis Vallis-umbroſe Florentine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii abbates & priores or- Ibidem.

Digitized by Google

dinis Camaldulenſis ſua nobis petitione monſtrarunt, quod predeceſſores eorum quoſdam homines, terras, poſſeſſiones, & alia bona monaſteriorum & prioratuum ordinis Camaldulenſis nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, datis ſuper hoc literis & interpoſitis juramentis, necnon penis adjectis, in enormem ipſorum monaſteriorum & prioratuum leſionem, quorum aliqui ſuper hiis literas confirmationis in forma communi a ſede apoſtolica impetrarunt. Nos itaque dictorum abbatum & priorum ſupplicationibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis eorumdem monaſteriorum & prioratuum per conceſſionis hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem ipſorum monaſteriorum & prioratuum, non obſtantibus predictis literis aut confirmationibus juramentis & penis, legitime revocare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem *&c.*

Datum Laterani III. idus decembris pontificatus noſtri anno primo.

XLIV.

Confirmatio abbatis S. Helenæ de Æſino.

Anno 1256. XIII. februarii.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

Aldib. XLI. n. 19 IN Dei nomine, amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo LVI. indictione XIIII. tempore domni Alexandri pape IIII. die XIII. februarii intrantis. Ad honorem ſumme & individue Trinitatis & beate Marie ſemper virginis omniumque Sanctorum & Sanctarum Dei, domni pape, nec non & heremi Camaldulenſis & dompni Martini Dei gratia digniſſimi prioris Camaldulenſis, domnus Rainerius vicarius & viſitator in Anconitana Marchia vice prefati dompni Martini & de ejus mandato elegit, & confirmavit in abbatem & rectorem monaſterii ſancte Helene de Gino dompnum Angelum monachum & camerarium ipſius loci. Dictus vicarius canonice confirmavit ipſum electum inſtituens in ſede ponendo, conferendo ſibi per librum amminiſtrationem ſpiritualium & temporalium ipſius monaſterii, recipiendo ab ipſo abbate noviter inſtituto manualem obedientiam intuitu amminiſtrationis ſibi collate, & dando regulam beati Benedicti & Camaldulenſium inſtituta, precipiens fratribus prelibati monaſterii, ut dicto abbati obedientiam & reverentiam regulariter ſtudeant obedire.

Actum in dicto monaſterio ſancte Helene coram dompno Rainaldo priore heremite Mandriolis, dompno Angelo priore eccleſie ſancti Georgii, dompno Henrico monaco, dompno Lanzaloto domini Agerbini, dompno Gozo domini Montis, & dompno Matteo domini Ugonis & aliis pluribus teſtibus rogatis & vocatis.

Et ego Jacobus imperiali auctoritate notarius de hiis, ut ſupra legitur, de mandato ipſius viſitatoris ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi.

XLV.

Alexander IV. ſublevat Camaldulenſes a penſionibus.

Anno 1256. nonis martii.

Ex tabularia abbatiæ Vangaticienſis.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori Camaldulenſi & univerſis abbatibus, prioribus & conventibus ordinis Camaldulenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ut apoſtolicam ſedem, que benemeritos benignitatis oculo intuetur, favorabilem ſentiatis, & veſtre religionis honeſtas, & devotionis ſinceritas, quam ad ſedem eamdem habere noſcimini, promerentur. Veſtris igitur precibus inclinati, ut vobis contra collationes gravaminum caveatur, adinſtar felicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri, devotioni veſtre auctoritate preſentium indulgemus, ut ad receptionem ſeu proviſionem eujuſquam in beneficiis eccleſiaſticis pecunia ſeu penſionibus annuis aut poſſeſſionibus veſtrorum monaſteriorum vel membrorum ipſorum per ſedis ejuſdem vel legatorum ipſius literas impetratis, per quas nondum eſt jus aliter ſpecialiter acquiſitum, vel etiam impetrandas compelli de cetero non poſſitis, niſi eadem ſedes ipſius impetrande plenam & expreſſam faciat de indulto hujuſmodi, & predictis monaſteriis & membris eorum ac veſtro ordine mentionem. Nulli ergo *&c.* Datum Laterani nonis martii pontificatus noſtri anno ſecundo. Ibidem

XLVI.

XLVI.

Idem confirmat priori Camaldulenſi facultatem viſitandi monaſteria.

Anno 1256. IV. nonas aprilis.

Ex autographo Fontisboni. §. Breve n. 70.

Ibid. n. 3. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia liberius conſuevit indulgeri, quam que de jure communi competit auctoritate procedi, nos devotionis tue precibus inclinati ad inſtar felicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri preſentium tibi auctoritate concedimus, ut omnibus monaſteriis tui ordinis Camaldulenſi heremo pleno jure ſubjectis poſſis per te, vel per alios, quos ad hoc provideris deputandos, ſicut ad te pertinet, viſitationis officium impertiri: diſtrictius inhibentes ne archiepiſcopi, epiſcopi & alii eccleſiarum prelati, in quorum diocesibus & parochiis monaſteria ipſa conſiſtunt, tuam regularem correctionem ibidem audeant impedire. Nulli ergo omnino hominum *&c.* Si quis autem *&c.*

Datum Laterani IIII. nonas aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

XLVII.

Ejuſdem encyclice litere, ut Camaldulenſes ab uſurpatoribus defendantur.

Anno 1256. II. nonas aprilis.

Ex eodem tabulario. §. Breve n. 71.

Ibidem. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus epiſcopis & dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris, & aliis eccleſiarum prelatis per Tuſciam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Non abſque dolore cordis & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur, & canonice ſententie ſeveritas enervatur, ut viri religioſi, & hii maxime, qui per apoſtolice ſedis privilegia majori donati ſunt libertate, paſſim a malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione ſubveniat, & pro fovenda pauperum innocentia, ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti filii .. prior & fratres Camaldulenſes Aretine diocesis tam de frequentibus injuriis, quam de ipſo cotidiano defectu juſtitie conquerentes, univerſitatem veſtram ſreris petierunt apoſtolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere, quod ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris veſtro poſſint preſidio reſpirare. Ideoque ad inſtar felicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri univerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum vel hominum ſuorum irreverenter invaſerunt, aut injuſte detinuerunt, que predictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos fratres vel ipſorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta, ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerint promulgare, vel decimas de nutrimentis animalium ſuorum ſpretis apoſtolice ſedis privilegiis extorquere, monitione premiſſa, ſi laici fuerint, publice candelis accenſis ſinguli veſtrum in diocesibus & eccleſiis veſtris excommunicationis ſententia procedatis. Si vero clerici vel canonici regulares ſeu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio & beneficio ſuſpendatis, neutram relaxaturi ſententiam, donec predictis fratribus plenarie ſatisfaciant, & tam laici, quam clerici ſeculares, qui per violentam manuum injectionem in fratres eoſdem, vel ipſorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum dioceſani epiſcopi literis ad ſedem apoſtolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur abſolvi.

Datum Laterani II. nonas aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

XLVIII.

Alexander IV. eximit Camaldulenſes a debito hoſpitandi epiſcopos & patronos.

Anno 1256. IV. nonas aprilis.

Ex chartulario Vangaticienſis monaſterii.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori Camaldulenſi & univerſis abbatibus, prioribus & conventibus Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Uc apoſtolicam ſedem, que benemeritos beni- Ibidem n. 31.

nignitatis oculo conſpicit, ſavorabilem ſentiatia & veſtre religionis honeſtas & devotionia ſinceritas, quam ad ſedem camdem habere noſcimini, promerentur. Veſtra ſiquidem nobis exhibita petitio continebat, quod dioceſani epiſcopi & patroni laici eccleſiarum ſeu monaſteriorum veſtri ordinis plerumque in ipſis eccleſiis & monaſteriia non ex debito juris, ſed ex liberalitatis gratia hoſpitio admittuntur, ſed iidem epiſcopi & patroni gratiam hujuſmodi convertere indebite molientes ab ipſis procurationes indebitas extorquere nituntur. Nos igitur devotionis veſtre precibus inclinati, ne per talia charitatis hoſpitia ullum vobis vel eiſdem eccleſiis & monaſteriis impoſterum prejudicium generetur, ad inſtar ſelicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo *&c.*

Datum Laterani IIII. nonas aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

XLIX.

Idem confirmat priori Camaldulenſi facultatem abſolvendi ab excommunicatione ordinem ingredientes.

Anno 1256. II. nonas aprilis.

Ex eodem Vangaticienſi archivo.

Ibidem. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua ſuit a nobis humiliter poſtulatum, ut tibi licentiam concedere dignaremur....... dum eſſent in ſeculo, manua violentas in clericos injeciſſe abſolutionis beneficium..... Alexandro papa predeceſſore noſtro ſuit conſtitutum, quod de ſeculo ſugientes, qui religionis habitum in monaſterio receperunt, &... confitentur ſe tale commiſiſſe delictum, ab ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrerunt, ſine licentia Romani pontificis abbas nec debeat, nec poſſit abſolvere... delinquentium debita valeat animadverſione punira. Nos tamen in religionis ſavorem, ut evagandi materia ſubtrahatur, uberiorem eis gratiam exhibere volentea, ad exemplar ſelicis recordationis Innocentii, Gregorii, Innocentii IIII. predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum devotioni tue auctoritate preſentium indulgemus, ut talibus delinquentibus beneficium valeas impartiri, niſi exceſſus eorum difficilia & enormis fuerit; ut pote ſi ad mutilationem membri vel effuſionem ſanguinia eſt proceſſum, aut etiam ſi violenta ſit manus injecta, eum exceſſus in hia ſine ſcandalo nequeat preteriri. Datum Laterani II. nonas aprilis pontificatua noſtri, anno ſecundo.

L.

Philippus archiep. Ravennas committit Tivirolo caſtrum S. Benedicti in territorio Galeata.

Anno 1256. XI. junii.

Ex tabulario archiep. Ravenne. F. n. 2285.

IN nomine Domini. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto tempore domni Alexandri quarti pape indictione quartadecima die undecimo intrante madio apud Adricinum in eccleſia ſancti Nicolai Adrienſis dioceſia. *Ibid. n. 33.* Domnus Philippua ſancte eccleſie Ravennatis electua nomine & vice ſua & pro ipſo tantum & non pro ſupradicta eccleſia Ravennate conceſſit & commiſit Tivirolo de Aquabelli preſenti in guardia caſtrum ſancti Benedicti de territorio Galiate & curtem eum omnibus ſibi pertinentibus, exceptis decimis & primitiis & aliis ſpiritualibus, ut ipſum caſtrum cum dicta curte & cum juribus, rationibus, redditibus, ſervitiis & fructibus & hominibus ſibi pertinentibus ex obligatione ipſi domno Philippo facta de predictis a dopno Maſſatio abbate monaſterii ſancti Yllarii de Galliata ex inſtrumento publico ſcripto manu mei Ugonia notarii infraſcripti bene & fideliter & legaliter, pro ſeipſo domno Philippo ſuiſque heredibus tantum debeat ſalvare & guardare, & nulli perſone dare neque reſtituere, niſi ſibi vel ſuis heredibus, vel illi perſone, de qua ſibi horetenus diceret; ſalvo quod poſſit & debeat dictus Tivirolus pro ſe retinere fructua pro dicta cuſtodia facienda. Nec tamen ſibi liceat vendere nec alienare, neque modo aliquo obligare alicui dictum caſtrum, neque aliquid de predictia, nec renovare aliquem ſeu renovationem aliquam facere. Quod caſtrum & curtem & omnia predicta dictus Tivirolus ibidem recepit in guardiam, & confeſſus fuit per hanc ſcripturam publicam penes ſe habere, renuntiana exceptioni non traditi, & non habiti, & non recepti caſtri, & promiſit per ſe ſuoſque liberoa & heredea, ac ſucceſ-

ſucceſſores ipſi dopno Philippo ſtipulanti pro ſe ſuiſque heredibus reddere ſibi ſuiſque heredibus vel illi, de quo ſibi horetenus dixerit, ipſum caſtrum cum curte & omnibus ſupraſcriptis in eo ſtatu, in quo nunc eſt vel meliori; in quo idem domnus Philippus vel alius pro eo ſibi quadringentas libras Ravennates duxerit perſolvendas, & tribuendas, quas recipere teneatur, quando ſibi voluerit exhibere, detentis ſibi fructibus pro cuſtodia, ut eſt dictum, & quod in Argenta ſecuritatem ad ſuam voluntatem dabit ſibi de predictis omnibus attendendis infra octo dies, poſtquam fuerit requiſitus, & predicte promiſſioni &c.

Preſentibus teſtibus ad hec vocatis & rogatis domno.... cardinali eccleſie Ravennatis, dopno Johanne monacho ordinis Camaldulenſis quondam priore de Venetiis, Viali..... qui nunc moratur Meldule, & Orlandino de Monte coſtino domicello, & domno Valore camerario dicti domni electi Ravennatis, & domno Johanne electo Pupilienſi, & domno Aldrevadino archipresbitero plebis Meldule.

Ego Ugo Matthei Bretuldi de Forlivio imperialis notarius preſens mandato & rogatus... ſcripſi & publicavi, & interlineavi, ubi dicitur predicta omnia firma exiſtant.

LI.

Alexander IV. mandat epiſcopis, ut ſine difficultate ad ordines promoveant Camaldulenſes.

Anno 1256. XII. kal. junii.

Ex autographo chartularii Balneenſis.

Ibid. n. 31. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis preſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum dilectis filiis.. priori Camaldulenſi & univerſis abbatibus, prioribus & conventibus ordinis Camaldulenſis a ſede apoſtolica dicatur indultum, ut dedicationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum ſeu monachorum, qui ad ordines ſunt promovendi, a quocumque maluerint catholico epiſcopo, queant ſuſcipere, quidam veſtrum, ut accepimus, quod ipſorum dedecet honeſtatem, ſuper hujuſmodi requiſiti difficiles ſe impendunt. Quia igitur in contemptum eccleſie Romane id agi conſpicitur, ad quam dicti prior Camalduli, univerſi abbates, priores & conventus ordinis Camaldulenſis nullo pertinent mediante, adinſtar felicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri univerſitatem veſtram monendam duximus & hortandam, per apoſtolica vobis ſcripta precipiendo mandantes, quatinus eum ab ipſis fueritis requiſiti juxta indultum hujuſmodi predicta ſine difficultate qualibet liberaliter impendatis, ita quod exinde veſtra poſſit devotio commendari, noſque vobis ſuper his alterius ſcribere non cogamur. Datum Laterani XII. kalendas junii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LII.

Idem Romanus pontifex precipit, ne Camaldulenſes excipiantur in alterius ordinis monaſteriis ſine licentia prioris generalis.

Anno 1256. idibus junii.

Ex chartulario Vangaticienſi.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis univerſis abbatibus & prioribus, ad quos litere iſte pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut ſcire poteſtis dilecti filii fratres Camaldulenſes ſub arcta religionis obſervantia obſequiis divinis laudabiliter immineant, & operibus creatoris indignum videtur pariter & abſurdum, ut quiſquam veſtrum monachos vel converſos ab eis ſine eorum licentia diſcedentes recipere debeat vel tenere, cum & in eo vobis poſſit plurimum derogari, & eorum religio incurrere detrimentum. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, ac ad inſtar felicis recordationis Celeſtini, Gregorii & Innocentii predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum vobis per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nullus veſtrum quemquam ex monachis vel converſis predictorum fratrum ammodo ſine licentia ipſorum recipiat; ſed ſi quando ad vos quiſquam illorum pervenerit, ipſum ad eumdem ordinem paternis commonitionibus benignius remittatis. Datum Anagnie idibus junii pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ibidem.*

LIII.

LIII.

Peivilegium Alexandri IV. pro univerſa cangregatiane.

Anno 1256. XVII. kal. julii.

Ex tabulario Fantis-boni.

Ibidem.

A*Lexander* IV. *pont. max. antequam ederet pro Camaldulenſibus ampliſſimam illud diploma.* Datum Viterbii X. kal. auguſti indictione I. anno M. CC. LVIII. anno IV. *quod extat apud Fartunium Hiſtor. Camald. Par. I. pag.* 206. *in Bullar. Ram. & in libro Privilegiorum Camald. pag.* 14., *alind eiſdem conceſſerat confic. muns alia diplamata ſeu privilegia prædeceſſarum ſuorum Paſchalis, Eugenii, Anaſtaſii, Adriani, Alexandei, Clementis, Innocentii, Gregorii & Innocentii IV. quæ ſuis annis ſuperius peatulimus. Hocce peivileginm ſic ſubſcriptum & datum fuit.*

Suſcipe † *Domine*

SCS	SCS
PETRVS	PAVLVS
ALE	XANDER
PP.	IIIJ.

ſervum tuum in bonum.



Ego Alexander catbolice acclefie epiſcopus ss.

† Ego Stephanus Peeneſtinus epiſcopus ss.

† Ego Oddo Tuſculanus epiſcopus ss.

† Ego frater Johannes tir. ſancti Laurentii in Lucina presb. caed. ss.

† Ego feater Ugo tir. ſancte Sabine presb. card. ss.

† Ego Richardus ſancti Angeli diac. eard. ss.

† Ego Petrus ſancti Georgii ad Velnm aureum diac. card. ss.

† Ego Octavianus ſancte Marie in via lata diac. card.ss.

† Ego Otbobonus ſancti Adriani diac. card. ss.

Datum Anagnie per manum magiſtei Jordani domini pape ſubdiaconi & notarii XVII. kal. julii indictione XIV. incarnationis dominice anno M. CC. LVI. pontificatus vero domini Alexandri pape IIII. anno ſecundo.

LIV.

Alexander IV. vetat, ne quis aſſumatur in pealatam monaſteriorum ex alieno ordine.

Anno 1256. IV. kal julii.

Ex archivo Featis-bani. §. Breve. n. 73.

A Lexander epiſcopus ſervus ſervoeum Dei dilectis filiis .. prioei Camaldulenſi & univerſis abbatibus, peioribus, & fratribus Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ne contingat aliquem ad alicujus monaſteriorum ſeu peioratunm vel locorum veſtrorum aſſumi regimen, qui veſtri neſciat oedinis inſtitura, & cum docere debeat, non expediar quod a diſcipulis doceatur, nt nullus in abbatem, peiorem vel prelatum in veſtro aſſumatue ordine, qui de ipſo ordine non exiſtat, & in eo prius laudabilitee converſatus, auctoeitate preſentium diſtrictius inbibemus, deceenentes ſi ſecus attemptaei contigerit, irei, tum & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis &c. Ibidem

Datum Anagnie IIII. kalendas julii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LV.

Alexander IV. mandat compeſci epiſcopum Imolenſem moleſtatarem Camaldulenſium.

Anno 1256. IV. kal. julii

En tabularia Fantis-boni. §. Breve.* n.74.

A Lexander opiſcopna ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Faventine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia nobis dilecti filii .. peior & fratres heremite Camaldulenſes conqueſtione monſtrarunt, quod venerabilis frater .. Ymolenſis epiſcopus ipſos contea peivilegiorum tenorem ſibi a ſede apoſtolica indultoeum multiplicitee aggravans in. . prioeem & ſorores ejuſdem ordinia Ymolcaſis dioceſis, ac in nonnullos alios feates & ſorores ejuſdem oedinis, eiſque communicantes excommunicationis & interdicti ſententias pro ſue voluntatis arbitrio ſine cauſa rationabili peomulgavit, locum de Linario, & quamdam ſilvam dictam de Boniſaciis ad ipſos de jure ſpectantes contra juſtitiam occupando. Unde cum iidem Ibid. n 31.

dem prior & fratres contre eumdem epiſcopum movere intendant ſuper hiis in noſtra curia queſtionem, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripre mandamus, quatinus dictum epiſcopum ex parte noſtra peremptorie citare procures, & infra onius menſis ſpatium poſt tue citationis edictum per ſe vel per procuratorem idoneum noſtro ſe conſpectui repreſentet, facturus & recepturus ſuper premiſſis, quod dictaverit ordo juris. Diem vero citationis, & quicquid exinde feceris, nobis per tuas literas harum ſeriem continentes, ſtudeas fideliter intimare.

Datum Anagnie IIII. kal. julii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LVI.

Electio procuratoris pro monaſterio S. Victoris de Cluſis & pro eccleſiis eidem ſubjectis.

Anno 1256. XII. julii.

Ex autographo archivi S. Romualdi de Urbe. XV. 8.

Ibid. n. 35. IN nomine Domini. Anno ejuſdem milleſimo CC. LVI. indictione XIIIJ. die XIJ. in menſe julio tempore domini Alexandri pape quarti coram Venuto Genarij, Raſo Actonis Pilate, Deuteſalve Dentaiuti, & Actulo Raſi teſtibus de hiis rogatis & vocatis. Dopnus Moricus abbas monaſterii ſancti Victoris de Cluſis cum conſenſu & voluntate fratrum ſuorum, capituli & conventus ipſius monaſterii, videlicet dompni Rolandi, dompni Benedicti, & dompni Bartoli monachorum, & dompni Severi, dompni Actonis, dompni Johannis, dompni Venture, dompni Benvenuti, & dompni Boni converſorum dicti monaſterii, una cum monachis & conventus ipſius monaſterii nomine ac vice monaſterii predicti, ac omnium & ſingolarum eccleſiarum ipſi monaſterio ſubjectarum, que ſunt membra ejuſdem monaſterii, & que ſite ſunt in comitatu Camerini & Senogallie, quarum eccleſiarum vocabula ſive nomina ſubter ſcripta ſunt, ipſum capitulum & conventum voluntate dicti abbatis fecit, conſtituit adque ordinavit dompnum Bentevegna Alberti....... & quilibet eorum in ſolidum ſindicos..... procuratores & idoneos & legitimos reſponſales & defenſores predicti monaſterii & ejus eccleſiarum, que ſcripte ſunt inferius, in cauſam, quam habent vel habere intendunt cum domino Aldrovandino Rigi ſup... cum Bartulucio filio olim Gaſarelli, & domina Schiſata filia olim Johannis Bengule, & generaliter ad omnes & ſingulas cauſas, & queſtiones, & lites vel controverſias, quas dictum monaſterium & ejus ſubter ſcripte eccleſie habent, habere intendunt, ac habebunt vel habere voluerint, contra quaſcumque perſonas, loca & univerſitates coram curia communis Fabriani, & omni alia curia in Marchia conſtituta, & coram epiſcopo Camerini & ſuis auditoribus, & coram quolibet auditore cauſarum & queſtionum ad agendum, defendendum contra omnes & ſingulos &c. Nomina vero eccleſiarum dicto monaſterio ſubjectarum, quarum dictus dompnus Bentevegna & Petrus ſunt ſiyndici coſtitusi, quilibet eorum in ſolidum, ſunt iſta, in primis eccleſia ſancti Blaſii, eccleſia ſancti Laurentii de Collina, & eccleſia ſancti Petri de Muſcano, eccleſia ſancti Salvatoris de Valle, eccleſia ſancte Marie de Plebe, eccleſia ſancti Severini de Serra, eccleſia ſancti Victoris de Rubiano, eccleſia ſancti Paterniani de Clavi, eccleſia ſancti Petri de Colcello, eccleſia ſancti Angeli de Roſenga, eccleſia ſancti..... de Piaroſaria, eccleſia ſancti Stefani de Ginga, eccleſia ſancte Marie in Cap..pa, eccleſia ſancti Petri de Lappurano, eccleſia ſancti Michaelis de Lappureno, & eccleſia ſancti Stephani de Aventia.

† Ego Deutaleve auctoritate imperiali notarius, ut ſupra legitur, rogatus ſcripſi & publicavi.

LVII.

Alexander IV. indulget, ne teneantur Camaldulenſes reſpondere literis apoſtolicis, quæ de ordine ipſo non fecerint mentionem.

Anno 1257. V. idus januarii.

Ex autographo tabularii Fontis-boni §. Breve. n. 75.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori & pre- Ibid. n. 41.
latis aliis ordinis Camaldulenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut aſſeritis, grave nimis exiſteret, quod vos pro qualibet ordinis veſtri domo ſpecialem procuratorem apud ſedem apoſtolicam haberetis, & unus ſi conſtitueretur

retur pro univerſiiate ordinis omnibus precavere non poſſet; cum nonnumquam eonira ſratres veſtri ordinis apoſtolice litere nulla de ordine ipſo mentione habita impetrentur, nos veſtris precibus inclinati obviare veſtris moleſtiis, & quieti providere volentes, ad inſtar felicis recordaiionis G: pape predeceſſoris noſtri auctoritaie vobis preſentium indulgemus, ut ſuper biis, que vobis a ſede apoſtolica ſunc indulia, non teneamini vos & alii predicti ordinis ſratres per illas literas reſpondere, que de ordine ipſo expreſſam non ſecerinr mentionem. Nulli ergo omnino bominum liceat &c. Si quis &c.

Datum Laierani v. idus januarii pontificatus noſtri anno tertio.

LVIII.

Ejuſdem privilegium pro monaſterio S. Mariæ de Urano, confirmata donatione Ægidii ep. Foro-popilienſis.

Anno 1256. nonis martii.

Ex eodem chartulario, §. Breve. n. 76.

Ibidem.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. abbati & conveniui monaſterii de Urano Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos ſacilem prebere conſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Quapropier dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſancti Benedicti, ſancti Petri de Campogallano, & ſancte Marie de Lacu cappellas, quas ſicut proponitis, bone memorie Populienſis epiſcopus, capituli ſui accedente conſenſu, monaſterio veſtro conceſſit, necnon libertates & immunitates eiſdem cappellis ab epiſcopo prefato indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, ut in ejuſdem epiſcopi literis plenius continetur, vobis & per vos ipſi monaſterio veſtro adinſtar felicis recordaiionis Gregorii pape predeceſſoris noſtri auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad cautelam autem literarum ipſarum tenorem de verbo ad verbum preſentibus duximus inſerendum, qui talis eſt. In nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti, amen, tempore Gregorii pape & Frederici imperatoris. Nos Egidius Populienſis epiſcopus cum conſenſu prepoſiti & canonicorum noſtrorum attendentes honeſtatem & religionem, que viget in monaſterio de Urano Camaldulenſis ordinis, & tranquillitati & paci ejus provide intendentes, ad honorem Dei, & beate Marie ſemper virginis pro remedio anime noſtre, noſtrorumque predeceſſorum & ſucceſſorum pure, & ſponte & libere concedimus, largimur & donamus in perpetuum pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus tibi domno Ugoni abbati monaſterii de Urano recipienti pro te tuiſque fratribus & ſucceſſoribus, ſcilicet cappellam ſancti Benedicti, & cappellam ſancti Petri de Campogallano, & cappellam ſancte Marie de Lacu cum populis, parochiis & omnibus ſuis pertinentiis in temporalibus & ſpiritualibus, quoad omnia exercenda, & quartam partem teſtamentorum debitam epiſcopatui de jure communi vel conſuetudine in plebatu Bertenorii. Item concedimus tibi populum, & parochiam & jura parochialia omnia cum oblationibus, primitiis, & ſepulturis plene & libere quecumque vel que dictum monaſterium ab antiquo habere conſuevit. Ita tamen quod cappellani monaſterii & cappellarum predictarum ſive ſint monachi, ſive converſi vel clerici ſeculares, preſententur a te tuiſque ſucceſſoribus vel a capitulo nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, & curam animarum de manu noſtra noſtrorumque ſucceſſorum recipiant. Et liceat tibi cuiſque ſucceſſoribus dictos cappellanos, quandocumque volueritis, corrigere, removere, & alios nobis noſtriſque ſucceſſoribus teneamini preſentare, & nos noſtrique ſucceſſores teneamur eis curam animarum ſine gravamine ſeu difficultate committere. Item concedimus tibi tuiſque ſucceſſoribus medietatem decimarum pertinentium epiſcopo vel epiſcopatui Populienſi de jure communi vel ſpeciali de omnibus poſſeſſionibus, quas habetis vel juſte in futurum acquiretis in plebatu Bertenorii. Monaſterium quoque veſtrum eximimus ab omni jure epiſcopali, & liberum & exemptum decernimus ſub Camaldulenſis heremi diſciplina perpetuis temporibus permanere, ſalvo jure Ravennatis eccleſie, ita tamen quod tu tuique fratres ac ſucceſſores pro predictis omnibus nobis noſtriſque ſucceſſoribus teneamini ſolvere & ſolvatis annuatim in menſe martii centum denarios Ravennatis monete nunc currentis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis, largitionis, donationis & exemptionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si

quis

quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & noſtram ſe noverit incurſurum. Ad cujus rei teſtimonium & plenam fidem preſentem paginam anthenticari per manum publicam & noſtro ſigillo ſecimus communiri. Datum in capitulo monaſterii de Urano, preſentibus & conſentientibus domno Guidone priore Camaldulenſi, domno Rodulpho & domno Uberto monachis Camaldulenſibus, Ranuccio canonico de Sarſen. presbytero Rainerio de cappella ſancti Salvatoris, presbytero Maiſridio de Orgagno, Guidolino notario teſtibus rogatis anno Domini M.cc. xxviii. octavo die exeunte menſe maii indictione prima. Ego Johannes Bonus ſacri palatii notarius de mandato domin. epiſcopi, prioris & abbatis ſupraſcripſi & manu propria publicavi. Ego Egidius Populienſis epiſcopus ſubſcripſi. Ego Johannes prepoſitus Populienſis. Ego presbyter Petrns. Ego presbyter Ambroſius. Ego presbyter Gaudentius. Ego Viſitus diaconus, & ego Johannes ſubdiaconus ſubſcripſimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere *&c.* Si quis *&c.* Datum Laterani nonis martii pontificatus noſtri anno tertio.

LIX.

Bulla ejuſdem circa emphyteuſes illegitime factas.

Anno 1257. v. kal. junii.

Ex tabulario Vangaticiæ.

Ibid. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori Camaldulenſi & abbatibus, prioribus aliiſque prelatis & fratribus univerſis Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Voluntarium nobis eſt ſemper ſic prodeſſe ſupplicibus, ur unde illis utilitatis compendia providemus, non inrogemus aliquibus diſpendia leſionis. Habebat ſiquidem lecta devotionis veſtre petitio coram nobis, quod ſepe contingit, quod vos monaſteriorum, prioratuum & locorum veſtrorum utilitate penſata poſſeſſiones eorum emfiteotico, aut livellario, ſeu aliis contractibus juxta conſuetudinem regionis ad certos annus redditus vel penſiones certis conditionibus appoſitis, aliquibus ad certum tempus, quibuſdam vero perpetuo, & aliis pro ſe ac filiis & nepotibus eorumdem receptis a talibus in locationibus hujuſmodi certis pecuniarum ſummis, ita quod illi, qui dictas poſſeſſiones conducunt, eas alicui eccleſie, perſone eccleſiaſtice vel loco pio, aut viro potenti vel ſervo vendere ſeu donare ſive transferre non poſſint quomodolibet in eoſdem. Verum quia quibuſdam religioſis perſonis dicimur indulxiſſe, ut poſſeſſiones & alia bona mobilia & immobilia, dummodo pro his, que ſub certo cenſu annuo ſtallo ſeu ficto, ſive reditu aut penſione vel livello ſeu ſcripto vel quocumque alio modo vel titulo detinentur,. vel ſunt conducta hujuſmodi canonem annuum exolvant, que liberas perſonas ad monaſterium ſeu locum ipſarum mundi relicta vanitate volantes & profeſſionem facientes in ipſis, ſi remanſiſſent in ſeculo ratione ſucceſſionis vel quocumque alio juſto titulo contigiſſent, poſſint petere, recipere ac libere retinere, vos metuentes per hoc vobis veſtriſque monaſteriis, prioratibus & locis poſſe diſpendium provenire cum frequenter accidat, quod tales poſſeſſiones, ad quas vos per illorum mortem, quibus eodem ſunt locate, vel filiorum ſeu nepotum ipſorum aut finitis locationibus revertantur, ex quo indepnizari per apoſtolice ſedis indulgentiam humiliter poſtulaſtis. Cum igitur ordinis veſtri ſacra religio ſic vos apud nos dignos ſavore conſtituerit, ut votivum vobia exiſtat vos ab omnibus, per que vobis poſſent provenire diſpendia immunes libenti animo perſeverare, ut nulli religioſe perſone cujuſcumque ordinis, etiamſi de ipſo ordine expreſſam oporteat in noſtris literis, alioquin contra ipſas non valeant, fieri mentionem, pretextu talium indulgentiarum ſeu alias liceat poſſeſſiones veſtras ſic locatas, vel quas contigerit vos vel veſtros ſucceſſores locare aliquo modo ſine veſtro vel ſucceſſorum ipſorum conſenſu recipere vel receptas etiam retinere, voſque ac iidem ſucceſſores tales poſſeſſiones a predictis religioſis detemptas taliter, & ſi quas forte detineri contigerit, ad jus & proprietatem predictorum monaſteriorum, prioratuum & locorum vendicare predictis indulgentiis & aliis non obſtantibus valeatis, vobis auctoritate preſentium indulgemus. Decernentes nihilominus irritum & inane ſi quid contra hujuſmodi conceſſionis noſtre tenorem contigerit attemptari. Nulli ergo omoino hominum *&c.*

Datum Viterbii v. kalendas junii pontificatus noſtri anno tertio.

L X.

Ejuſdem literæ contra moleſtantes bona Camaldulenſium.

Anno 1257. II. nonas julii.

Ex archivo Fontis-boni. §. Breve. n. 77.

Ibidem n. 41. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii .. prior & fratres heremite Camaldulenſis heremi conqneſtione mooſtrarunt, quod de Agna & de Popio, de Struma, de ſancto Donaro, de Largnano°, & quorumdam aliorum locorum homines Aretine & Feſulane dioceſum ſuper decimis, terris, poſſeſſionibus, redditibus & rebns aliis injuriantur aiſdem. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamua, quatinus partibua convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſnram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perbibere. Proviſo ne in aliquam univerſitatem dictorum locorum excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas, niſi a nobis ſuper hoe mandatum receperia ſpeciale.

Datum Viterhii ſecundo nnnas julii pontificatns noſtri anno tertio.

L X I.

Charta emphyteuſis, in qua mentio fit de corpore S. Dominici Vernagallii monachi S. Michaelis in Burgo Piſarum.

Anno 1257. kal. octohris.

Ex autographo ejuſdem monaſterii.

Ad lib. XXXVII. n. 43. IN nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Dominice Incarnationis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo indictione XIV... kal. octubris. Ex hujus publici inſtrumenti ſerie ſit omnibus manifeſtum, quod domnus Mainectus abbas mnnaſterii ſancti Michaelis de Burgo preſentia, conſilio & conſenſu domni Paſqualis prioria clauſtralis, domni Rainerii, domni Realis, domni Jacobi & dnmni Petri monachorum in dicto monaſterio Deo profitentium & famulantinm pro ipſo monaſterio, & nnmine ipſius monaſterii requiſitus pro ſupradicto monaſterio a Rainerio copertoriario fratre penitantie quondam Menabovis procuratore..... gubernatore Trovatellorum ſancti Dominici ſancti Michaelis de Burgo procuratorio & rectorio nomine pro ſupradictis Trovatellis, ut emeret infraſcriptam ſuperficiem .. infraſcripto petio terre dicti monaſterii pro libris triginta denariorum Piſanorum, ut de ipſa requiſitione appsret publicum inſtrumentum rogatum, ſcriptum, & firmatum a....... Calciſani anno Domini M. CC. LVII. indictinoe XIV.. XVII. kal. octobris dedit, & tradidir jure libellario, & in libellum ad cenſum perexolvendum Boneſigne dicto Cenni filio quondam Guglielmi de Lajano agenti & recipienti pro ſe, & Torcello germano ſuo filio quondam ſupradicti Guglielmi, & pro eorum, & cujuſque eorum heredibus, & proberedibua maſculini & feminini ſexus ex ſe deſcentibus, & de cetero deſcenturis in perpetuum, & pro ſuis ſucceſſoribus unum petium terre, ſuper quo eſt ſuperficies, ſive edificium domus eorundem germanornm ipſi Bonenſegne pro ſe & ſupradicto germano ſuo a ſuprascripto Rainerio copertorario procuratorio nomine pro ſupraſcriptis Trovatellis ſancti Dominici, cujus venerabile corpus eſt in eccleſia & monaſterio ſupradicto, vendita ſive venditum eſt, nt in carta ipſius venditinois bodie rogata a Jacobo notario quoodam Pagani de Lajano plenius continetur. Quod petium terre eſt poſitum Piſis foris portam in parochia ſupradicti mnnaſterii, & tenet unum caput in claſſo publico ſurnorum, aliud caput in claſſo publico, latus unum in terra ſupradicti monsterii, ſuper qua eſt ſuperficies heredis Guilielmotti aurificis pro cenſu ſolidorum IV. & denariorum Piſanorum, inde dando & ſolvendo annuatim, ut infra dicitur *&c.* Actum Piſis ſuper ballatorio clauſtri exterioris ſupradicti monaſterii preſentibus Dolabene Oleario quondam Bonajuti, & psrocbo ſupradicti monaſterii, & Bonaccurſo de Arena de Valle Serchi quondam Curradini teſtibus rogatis.

Ego Paotonerius filius Bencivennis de Rillione imperiali auctoritate iudex ordinarins, & notarius hane cartam rogatam a ſupradicto Jacobo notario io quinterno proprio ſupradicti monaſterii ejus ſcheda a me viſa & lecta ſua quoque parabola ſcripſi, & in puhlicam formam redegi.

L X I I.

LXII.

Alexander IV. eximit Camaldulenſes a procurationibus legatorum ſodis apoſtolicæ.

Anno 1257. x. kal. octobris.

Ex autographo Fontis-boni. §. Breve. n.78.

Ad lib. XLI. n. 41. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. univerſis abbatibus, prioribus & fratribus Camaldulenſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quod licet olim vobis noſtris literis duxerimus indulgendum, ut ex tunc uſque ad quinquennium procurationes & collectas legatis vel nunciis apoſtolice ſedis, qui non eſſent de latere noſtro miſſi, niſi ad monaſteria veſtra & loca accederent, non teneremini exhibere, nonnulli tamen legati & nuncii ejuſdem ſedis a vobis adhuc dicto non elapſo quinquennio contra indultum bujuſmodi procurationes & collectas exigunt & extorquent, quamvis ad eadem loca & monaſteria non accedant, ſuper quo ſalubre adhiberi remedium poſtulaſtis. Nolentes igitur vos commodo hujuſmodi gratie defraudari, auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, ut nullus de predictis legatis vel nunciis de noſtro latere non tranſmiſſis procurationes a vobis vel collectas hujuſmodi contra indulti predicti tenorem exigere vel extorquere, aut facere extorqueri preſumat, ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis ſententias, ſi quas in vos vel veſtrum aliquem propter hoc contra tenorem hujuſmodi promulgari contigerit, non tenere, ac nulla exiſtere penitus decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem &c.

Datum Viterbii x. kalendas octobris pontificatus noſtri anno tertio.

LXIII.

Martinus prior Camaldulenſis concedit licentiam dandi in emphyteuſim molendinum monaſterii S. Jacobi de Heremita.

Anno 1257. 30. ſeptembris.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

Ibidem n. 46. IN nomine Domini. Anno a nativitate ejus M. CC. LVII. indictione xv. die ultimo menſis ſeptembris. Dompnus Martinus venerabilis prior Camaldulenſis ſua vice & nomine & totius ſui capituli dedit & conceſſit domno Angelo abbati monaſterii ſancte Elene poſito in dioceſi Camarinenſi plenam locandi & liberam poteſtatem & concedendi in empbyteuſim perpetuam quoddam molendinum cum ſolo & edificiis & aquibulo, & cum omni jure & uſu & omnibus & ſingulis ad ipſum molendinum ſpectantibus ſeu pertinentibus, quod molendinum eſt monaſterii ſancti Jacobi de Heremita, & eſt poſitum in loco nominato Ricampora juxta flumen Exinum. Eo vero modo, ut dictus domnus Angelus poſſit vice & nomine dicti prioris & ſui capituli, & etiam capituli predicti monaſterii ſancti Jacobi locationem predictam & conceſſionem libere & expedite, ſicut viderit expedire, facere, & defenſionem & penam & dampna & expenſas pro ipſo contractu integre conſervando promittere, & bona dicti monaſterii ſancti Jacobi pro ipſo contractu integre obſervando obligare, & omnia & ſingula pro predictis vel circa predicta agere & facere, que dictus prior Camaldulenſis poſſet, ſi preſens eſſet, & promiſit ei, quod quicquid de predictis omnibus & ſingulis fecerit, promiſerit ſeu obligaverit omni tempore per ſe & ſuos ſucceſſores ratum & firmum habebit & tenebit.

Actum in palatio curie Camaldulenſis de Soci, & in preſentia & teſtimonio domni Diodati prioris ſancte Marie de Serra, domni Rodulphi prioris ſancte Lucie de Ancona, & domni Antolini, qui ad omnia predicta fuerunt teſtes rogati.

Ego Julianus ſacri palatii notarius & domini Friderici Romanorum imperatoris judex ordinarius atque notarius predictis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi & publicavi & ſubſcripſi.

LXIV.

Jacobus abbas S. Zenonis Piſarum vendit bona pro ſolvenda impoſitione facta ab epiſcopo Piſtorienſi.

Anno 1157. pridie nonas octobris.

Ex autographo olim penes canonicum Abrabamium.

IN eterni Dei nomine amen. Dominice incarnationis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo indictio- Ibidem n. 48.

ne prima pridie nonas octobris. Ex hujus publici inſtrumenti ſerie pateat evidenter, quia domnus Jacobus vencrabilis abbas eccleſie monsſterii ſancti Zenonis pro ipſa eccleſia & monaſterio pro expediendo debitum librarum quinquaginta quinque de Piſana monera, quas dictum monaſterium dare tenetur domino P.. Dei gratia Piſtorienſi epiſcopo de data impoſita monaſterii & eccleſiis Piſana civitatis & ejus dioceſis ex proviſione, quam idem dominus epiſcopus contra monsſteria & eccleſias Piſarum civitatis, & dioceſis a domino Innocentio olim ſummo pontifica meruit, quando idem domiaus epiſcopus ad dictum dominum papam in Regnum acceſſit cum honorabili militum comitiva, & de qua impoſita vel recollecta pro ſupraſcripto domino epiſcopo dominus Leonardus Piſanus canonicus, & nunc immeritus srchipresbyter extitit executor. Preſentia quoque, conſilio & conſenſu capituli dicti monaſterii, videlicet ſubſcriptorum monachorum & fratrum ſuorum in capitulo dicte eccleſie ad bec ſpecialiter congregatorum, ſcilicet donni Petri, donni Jacobi, donni Guidonis, donni Jacobi ſecundi, & donni Ugolini, & ipſi idem predicti monacbi una cum dicto abbate vendiderunt & tradiderunt Palmerio de Carraria Gonello de Kinthica territorii Praienſis agenti, & recipienti nomina & vice Thomaſi Vinarii de eadem Carraria quondam Cortenove, & pro ipſo Thomaſo medietatem integram pro indiviſo unius petii terre, quod eſt ſedium cum vinea, fructibus & arboribus ſuper ſe & omni ſua pertinentia, poſiti infra confines ſancti Juſti in Canniccio io loco dicto Renajo, quod totum petium terre tenet unum caput in via publica, qua itur ad ſanctum Juſtum predictum, aliud caput in terra donni Siſmundaſchi de Siſmundis, latum unum in terra dicti Tomaſi emptoris, aliud latum in terra domini Andree Ranuccini Venecti, & nepotum, & eſt pro menſura ipſa medietas, que venditur, ſtariora duo & medium, & ſi plus vel minus eſt pretium; augeatur, & minuatur inter dictas partes ad ſubſcripiam ratinnem cum omni jure & proprietate & actione, ac pertinentiis ejus. Inſuper omnia jura, actiones, & ratiooes directas & utilcs &c.

Actum in capitulo dicti monaſterii preſenıibus Jacobo Mardule quondam Bonalbergi Mardule, & Bartholomeo de ſancto Juſto in Cannicio quondsm Ugolini teſtibns ad hec rogatis.

Ego Ranerius quondam Ildini de Navacchio domini Frederigi Romanorum Dei gratia imperatoris notarius omnibns predictis interfui, & hanc inde cartam a me rogatam rogstus ſcripſi.

L X V.

Alexander IV. præcipit archiepiſcopo Piſano, ut revocet unionem hoſpitalium monaſteriorum Camaldulenſium factam majori hoſpitali Piſarum.

Anno 1257. III. nonas novembris.

Ex autographo Fontis-boni. §. Breve a. 79.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorom Dei venerabili ſratri.. archiepiſcopo Piſano ſslutem & apoſtolicam benedictionem. Oblata nobis ex parte dilectorum filiorum.. prioris & ſratrum heremitsrum Camaldulenſis heremi Aretine dioceſis petitio continebat; quod cum, poteſtas & commune Piſan. occaſione compoſitionis nuper inter ipſos & Romanam accleſiam inite, quoddam hoſpitale, quad jam incepiſſe noſcuntur & tanentur Piſis conſtruere de bonia propriis & dotare, tu tunc electus Piſanus, ad inſtantiam, ſicut dicitur, dilecti filii fratris Manſueti de ordine Minorum capellani & penitentiarii, & tunc in partibus illis nuncii noſtri omnia hoſpitalia civitatis & dioceſis Piſane hoſpitali conſtruendo per ipſos ſubjeciſti auctoritato propria, ut dicitur, & univiſti, & noa poſtmodum eadem hoſpitalia hoſpitali eidem ſeu magiſtro ipſius per certum aſſignari execuiorem ad hoc deputstum a nobis literis noſtris dicimur mandaviſſe: quocirca ſraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſubjectionem & unionem hujuſmodi, omnemque conceſſionem ſactam per ſe vel quemlibet alium qualicumque conditione vel modo de hoſpitalibus, que tsm ipſi prior & heremite, quam.. ſancti Zenonis.. ſancti Micbaelis civitatis.. ſancti Savini &.. ſancti Stephsni de Centorio dioceſis predicte ac aliorum monaſteriorum abbates & conventns Camaldulenſis ordinis apud eaſdem civitatem & dioceſem obtinent, ſtudeas infra octo dies poſt receptionem preſentium ſine difficultate qualibet revocare, alioquin dilecto filio.. priori ſancti Petri majoris Lucan. literis noſtris injungimus, ut ipſe ex tunc hujuſmodi mandatum apoſtolicum per ſe vel alium exequstur, contradictores auctoritste noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non ob- Ibid. n. 42.

ſtante

ſtante confirmatione ſuper hoc obtenta cujuſcumque tenoris a ſede apoſtolica vel etiam obtineoda. Datum Viterbii III. nonas novembris pontificatus noſtri anno tertio.

LXVI.

Idem mandat priori Lucenſi, ut id exequatur, ſi archiepiſcopus Piſanus reluctetur.

Eadem die.

Ex præcitato archivo. §. Breve. n. 80.

Ibidem. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .·. priori ſancti Petri majoris Lucan. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Oblata nobis &c. *ut in ſuperiori ad archiepiſcopum Piſanum uſque ad verba:* alioquin dilecto filio .·. priori, *quorum loco legitur:* quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatious ſi dictus archiepiſcopus mandatum oostrum ſuper hoc neglexerit adimplere, tu illud ex tunc ſine dilationis diſpendio per te vel per alium exequaris. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo: noo obſtante coofirmatione ſuper hoc obtenta cujuſcumque tenoris a ſede apoſtolica vel etiam obtinenda.

Datum Viterbii III. nonas novembr' pontificatus noſtri anno tertio.

LXVII.

Idem jubet, ne moleſtentur Camaldulenſes ob procurationes legatorum.

Ipſa die.

Ex eodem archivo. §. Breve. n. 81.

Ibid. n. 41. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori ſancti Bartholomei de porta Ravennate Bononien. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Significantibus dilectis filiis abbatibus, prioribus & fratribus univerſis Camaldulenſis ordinis nobis inootuit, quod licet olim eis noſtris literis duximus indulgendum, & ex tunc uſque ad quinquennium procurationes ſeu collectas legatis vel nunciis apoſtolice ſedis, qui non eſſent de latere noſtro miſſi, niſi ad loca & monaſteria eorumdem accederent, exhibere minime teneantur. Nonnulli tamen legati & nuncii ejuſdem ſedis ab eiſdem abbatibus, prioribus & fratribus adhuc dicto quinquennio non elapſo contra iodultum hujuſmodi procurationes & collectas extorſerunt hactenus, & adbuc exigunt & extorquere oituntur, quamvis ad eadem loca & monaſteria non accedant, ſuper quo extitit apoſtolice proviſionis remedium imploratum. Nolentes igitur eoſdem abbates & priores & fratres commodo hujuſmodi gratie defraudari, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus revocato auctoritate noſtra per te vel alium ſine difficultate qualibet quicquid cootra indulti predicti tenorem inveoeris attemptatum, relaxes excommunicationis, ſuſpenſionis, ſententias, ſi que propter hoc cootra tenorem hujuſmodi in eoſdem abbates, priores & fratres, vel eorum aliquos aut ipſorum eccleſias ſunt prolate, ac diſpenſes eum eis ſuper irregularitate, ſi quam exinde forſitan contraxerunt. Nonobſtantibus aliquibus literis ab eadem ſede obtentis, per quas effectum preſentium valeat quomodolibet impediri, & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Datum Viterbii III. nonas novembris pontificatus noſtri anno tertio.

LXVIII.

Idem renovat facultatem Camald. priori eligendi procuratorem generalem in Romana curia.

Anno 1257. VI. idus oovembris.

Ex prædicto tabulario. §. Breve. n. 82.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori Camaldulenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Tuis & dilectorum filiorum uoiverſorum abbatum, priorum & fratrum tui ordinis precibus inclinati ad inſtar fel. rec. Innocentii pape predeceſſoris noſtri conſtituendi generalem procuratorem pro eodem ordine in noſtra curia ad impetrandum & contradicendum, ac judices eligendum auctoritate preſentium plenam tibi concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis &c. Ibid. n. 42.

Datum Viterbii VI. idus novembris pontificatus noſtri anno tertio.

LXIX.

LXIX.

Idem committit præpoſito Arretino, ut abbatem Pratalie campellat ad abebedientiam prioris Camaldulenſis.

Anno 1257. XII. kal. decembris.

Ex præfato archivo. §. Breve n. 86.

Ibid. n. 42. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. prepoſito eccleſie Aretine ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii.. prior & fratrea heremite Camaldulenſis heremi petitione monſtrarunt, quod cum ipſe prior in poſſeſſione vel quaſi exiſtat confirmandi abbatem in monaſterio de Pratalia Camaldulenſia ordinis Aretine dioceſis, & recipiendi ab eo obedientiam manualem, excommunicandi & interdicendi abbatem & monachos ipſius monaſterii, & alia omnia, que ad ſubjectionem pertinent in ipſo monaſterio exercendi, quia Benvenutus ejuſdem monaſterii monachus nuper electus ab ipſius monaſterii monachia in abbatem abſque dicti prioris confirmationem in anime ſue periculum adminiſtrationi ſepedicti monaſterii tamen ſe ingeſſit & ingerit, de preda ſollicitus potiusquam de cura, idem prior in eum & in Palmerium, Rainerium ac in alios quoſdam ejuſdem monaſterii monachos & fratres eidem Benvenuto tamquam abbati confirmatione ab ipſo priore non habita obedire preſumentes, competenti monitione premiſſa, diverſas excommunicationis ſententias exigente juſtitia promulgavit, & idem monaſterium eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. Set dicti Benvenutus & monachi hujuſmodi ſententiis dampnabiliter vilipenſis divina officia celebrare, quin potius, quantum in eis eſt, profanare preſumunt in animarum ſuarum periculum & ſcandalum plurimorum: unde preſati prior & fratres humiliter petierunt, ut dictas ſententias firmitatis robur debitum obtinere, ac eoſdem Benvenutum & monachos pro tanta preſumptione pena puniri canonica faciamus. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſententias ipſas, ſicut rationabiliter ſunt prolate, facias auctoritate noſtra appellatione remota inviolabiliter obſervari. Super eo vero, quod iidem ſic ligati dicuntur celebraſſe divina, quod canonicum fuerit appellatione remota decernas, quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari.

Datum Viterbii XII. kal. decembris pontificatus noſtri anno tertio.

† Ego Giunta imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius publicus rogatus ſupraſcriptum privilegium bulla Alexandri pape IV. bullatum ſcripſi & fideliter exemplavi.

LXX.

Idem confirmat priori Camaldulenſi donationem abbatiæ Claſſenſis factam a Gualteria archiep. Ravennæ.

Anno 1257. XI. kal. decembris.

Ex autagrapho ejuſdem abbatiæ:

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori & fratribus heremitis Camaldulenſia heremi Aretine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt *&c.* Sane petitio veſtra nobia exhibita continebat, quod bone memorie G.. archiepiſcopus Ravennas habens ad ordinem veſtrum ſincere caritatis affectum monaſterium ſancti Apollinaris ſitum in Claſſe Ravennatis dioceſis quondam Azoni priori heremi veſtre ejuſque ſucceſſoribus cum omnibus ſuis pertinentiis deliberatione provida contulit, capituli ſui accedente conſenſu, bona ipſius monaſterii certis deſignando nominibus, & quedam ſibi obſequia reſervando, prout in literis inde confectis & ipſius archiepiſcopi ſigillo munitis plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper his ab eodem archiepiſcopo pie ac provide factum eſt, ratum habentes & gratum, illud auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem literarum ipſarum de verbo ad verbum preſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. *Ibid. n. 43.*

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Gualterius Dei gratia ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopus dilecto in Chriſto filio Azoni Camaldulenſium priori ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas *&c. Integram Gualterii chartam edidimus in Appendice tomi III. horum annalium col.* 369. Nulli ergo omnino hominum *&c.* Si quis *&c.*

Datum Viterbii XI. kalendas decembris pontificatus noſtri anno tertio.

† *Loco ſigilli plumbei pendentis ex chordula ſerica rubei & flavi coloris cum literis in eo impreſſis:*

ALEXANDER PP. IIII.

LXXI.

LXXI.

Gotbifredus ep. Torcellanus ſubmittit priori Camaldulenſi monaſterium S. Mathiæ de Muriano.

Anoo 1257. xxx. novembris.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

Ibid. n. 45. IN nomine Dei eterni, amen. Ea, que ſunt fuiuris temporibus obſervanda, ne proceſſu temporis a memoria elabantur, dignum eſt feripture teſtimonio lucidari. Quapropter nos frater Gotifredus Dei gratia epiſeopus Torcellanus cum noſtris ſucceſſoribus vobis domno M.. priori & conveotui & venerabili ordini Camaldulenſi eccleſiam ſancti Mathie de Muriano diocesis Torcellane, ubi domnus Jobannes prior cum quibuſdam fratribus veſtri ordinis devote & in humilitate maxima Domino famulantur, cum ſuis pertinentiis intuitu pietatis concedimus propter ſalutem snimarum maxime commorantium io vicinia memorata, ita quod habeatis in es canonicsm obedientiam & reverentiam, ioſtitutionem & conſtitutionem, correctionem & reformationem, tamen cum cauſe cognitione, viſitationem quoque anouam. Nobis autem & ſucceſſoribus noſtris hec obſequia tenebuntur aonis ſiogulis exbibere fratres, qui fuerint in eccleſia predicta, videlicet duas ampullas puri vini octo diebus ante feſtum ſancti Mathie, in feſto ſancti Hermachore cnm Gradum iverimus ſtorium unum, in menſe martii quindecim blancos. Et ut preſentibus fides plenior habeatur, eas fecimus noſtri ſigilli monimine communiri. Data in ooſtro epiſcopali palatio anno Domini M. CC. LVII. indictione xv. die ultimo exeunte menſe novembris.

LXXII.

Citatur abbas Vangaticienſis, ut ſolvat archiepiſcopo Ravennati, quæ injuſte detinet.

Anoo 1257. exeunte deeembri.

Ex archivo tabularii archiep. Rav. M. 5855.

Ibid. n. 44. IN Chriſti nomine, die x. exeunte decembri preſentibus dominis Paſaroti notario de Abbstia, & domino Bonaventura de Bononia & Tomaſio ſerviente domini abbatis de Vangaticia teſtibus rogatis & aliis, qualiter Guido, qui dicitur Formaclerius de Roſs, repreſentavit deditque has literas infraſcriptas domino dum Ugo abbati mooaſterii ſancte Marie de Vsngaticia ex parte domini P.. prioris ſancti Romani de Ferraria delegati domioi Philippi Dei & apoſtolica gratia ſancte Ravenostis eccleſie electi arcbiepiſcopi & apoſtolice ſedis legati diſcreto viro.. sbbati monaſterii ſancte Marie de Vangaticis Adrienſis dioeeſis ſalutem in Domino. Noveritis nos a dicto domino Philippo apoſtolice ſedis legato in hunc modum literas pereepiſſe. Philippus Dei & spoſtolica gratia ſancte eccleſie Rsvenoatis electus apoſtolice ſedis legatus viro religioſo.. priori monaſterii ſancti Romani Ferrarie ſalutem in Domino. Significavit nobis dilectus in Chriſto Drudo cantor & ſiodicus ſancte Ravennatis eccleſie, quod.. abbas & conventus monaſterii ſanctc Marie de Vangsticia, arcbipresbyter & capitulum plebis de Rodigio Adrieoſis dioceſis, .. abbas & conventus ſancti Bartbolomei, arcbipresbyter & capitulum plebis de Contrapado, rector & clerici eccleſie de Saleta Ferrarienſis dioceſis, .. abbas & conventus monaſterii ſancti Nicolai de Littore Caſtelleoſis dioceſis, Guidetus de Ymolenſibus laicus civis Ferrarienſis, Finetus de Csrtirago laicus Adrienſis dioceſis, & quidam alii clerici & laici dictarum civitatom & dioceſum ...... decimis & rebus aliis injurisntur eidem eccleſie Ravenne. Quocirca diſcretioni tue, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus partibus coovocatis cauſam audias, & debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticsm firmiter obſervsri. Teſtes, ſi qui fueriot nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, ceoſura compellas eidem veritati teſtimonium perbibere, Data infra plebem Portus-msjoris dioceſis Raveone idus novembris xv. indictione. Verum quia ipſius legsti msndatum nos oportet implere reverenter, diſtricte, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus decima die poſt receptionem preſentium debeatis per vos vel idoneam perſonam coram noſtra preſentia comparere de juſtitia reſponſuri ſindico memorato, qui terminus volendo parcere laboribus expenſarum unum pro tribus dictis, videlicet primo, ſecundo, tertio & peremptorio prefigendum, & ſi dictus terminus in diem iociderit feriatam, ſequentem non feristam vobis pro dicto

dicto termino aſſignamus. Qund ſi vos coram nobis venire contempſeritis, noveriiis nos contra vos mediante juſtitia proceſſuros.

Actum in camera dicti domni abbatis in terra Abbatie milleſimo CC. LVII. indictione XV.

Ego Ubertinus filius quondam domini Exalati notarius his interſui.

LXXIII.

Alexander IV. precipit, ne Camaldulenſes ſuper decimis moleſtentur.

Anno 1257. IV. kal. januarii.

Ex originali Fontis-boni. §.Breve. n.87.

Ibidem n. 42. ALexaader epiſcnpus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. abbati ſancte Trinitatis Florentin. ordinis Vallis-umbroſe ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis .. prior & fratres heremite Camaldulenſis heremi, quod.. de Biblena.. de Bujano &.. de Fartina plebium plebani.. de Agna.. de ſancto Donato &.. de Largnano eccleſiarum rectnres & quidam alii cletici Aretine dioceſis ſuper decimis, terris, vineis, poſſoſſionibus, redditibus, & rebus aliis injurantur eiſdem: ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus convocaiis partibus audias cauſam & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per ceoſuram eccloſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem &c.

Datum Vitetbii IIII. kalendas januarii pontificatns noſtri anno quarto.

LXXIV.

Jacobus ep. Ariminenſis dnnat abbatiæ Claſſenſi eccleſiam S. Andreæ fsris portam de Arimino.

Anno 1258. XVI. januarii.

En authentico ejuſdem abbatiæ.

Ibid. n. 51. JAcobus Dei gratia Ariminenſis epiſcopus dilectis in Chriſto ſibi Aymerico abbati & conventui ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennatis dieceſis & domoo Petro monacho & ſyndico ac yconomo dicti monaſterii ſalutem in perpetuum. Religionis veſtre ſavor & converſatio vite veſtre laudabilis exigunt, ut votis veſtris ſavnrabiliter annuatur, & admittantur ylariter ad exauditinnis gratiam preces veſtre. Hinc eſt, quod nns divino intuitu veſtris juſtis poſtulationibus benivolo concurrentes aſſenſu, ac volentes vobis gratiam facere ſpecialem, de eccleſia beati Andree ſoris portam de Arimino inſpecta utilitate ipſius eccleſie & parochianorum, in qua libere poſſitis divinia vacare officiis, & ſaluti animarum parochianorum eidem ſalubriter providere, ac ipſam eccleſiam reſnrmare, que quodammodo propter defectum & negligentiam rectoris ad deſtructionem & innpiam videtur eſſe perducta, eccleſiam ipſam cum libris, paramentia, campanis, teſtamentis, ſepulıuris, nblationibus, decimis. preſentibus & ſuturis, domibus, pnſſeſſionibus, juribus & actionibus, realibus & perſnnalibus, civilibus & naturalibus, utilibus & directis, preſentibus & ſuturis, & cum omnibus ſibi pertinentibus, competentibus & competituris in integrum, liberam & exemptam ab omni jure epiſcopali tam dioceſano, quam juriſdictionis, dicto monaſterio, abbati & conventui, & tibi ſyndico dnmpno Petro preſenti pro ipſia recipienti cnncedimus per nos nnſtroſque in perpetnum ſucceſſores ſubjicimus & donamus, dantes tibi liberam ſacultatem ipſius eccleſie & ejus jurium poſſeſſionem vel quaſi auctoritate propria accipiendi, tenendi & poſſidendi, utendi & fruendi pro libito, nihil nnbis vel noſtris ſucceſſnribns, vel epiſcopatui ſeu eccleſie Ariminenſi in preſata eccleſia & perſonis ibidem morantibus, vel poſſeſſionibus ſeu juribus ipſius eccleſie omnino in aliquo reſervantes, preter unam libram cere, quam abbas Claſſenſis vel ejus nuntius nobis noſtriſque ſucceſſnribus & epiſcnpatui pro ipſa eccleſia teneatur annis ſingulis in ſeſto beati Andree dare in ſignum reverentie bnjns conceſſionis, ſubjectionis, donationis & exemptionis, & eccleſiam dictam regere & gubernare in temporalibus & ſpiritualibus teneatur dictus abbas per ſufficientem rectorem, ita quod eccleſia divinis obſequiis non fraudetur. Quam conceſſionem, ſubjectionem, donationem, liberatinnem & exemptionem, & omnia & ſingula ſupraſcripta promittimus per nos & ſucceſſores noſtros tibi dompno Petro ſyndico ipſius monaſterii recipienti nnmine ipſius abbatis & conventus & monaſterii rata habere perpetuo & tenere, & non contraſacete vel venire, ſed dictam eccleſiam cum omnibus ſuis bonis & juribus & pertinentiis nmnibus ab omni perſona, enllegio & nniverſitate legitime defendere, auctorizare, ac disbri-

gare

gare in judicio & extra, eccleſie Ariminenſis ſumptibus & expenſis ubique ſub pena quinquaginta marebarum argenti optimi totiens in ſingulis capitulis in ſolidum committenda, quotiens contra & non ita fieret. Et ego dompnus Petrus ſyndicus nomine dicti monaſterii acceptans & confirmans & recipiens pro ipſo monaſterio omnia & ſingula ſupradicta promitto ſolemniter nomine dicti monaſterii, abbatis & conventus & ſuorum ſucceſſorum vobis venerabili patri domino Jacobo epiſcopo Ariminenſi nomine veſtri epiſcopatus ea omnia & ſingula ſupraſcripta attendere & obſervare perpetuo, & non contrafacere vel venire aliqua occaſione, de jure vel de facto ſub pena predicta ſolempniter in ſingulis capitulis ſtipulata & premiſſa, & totiens committenda, quotiens contra & non ita fieret rato ſemper manente contractu. In cujus rei perpetuam memoriam preſens ſcriptum per Fredericum notarium infraſcriptum mandavimus authenticum fieri, & nos Jacobus Ariminenſis epiſcopus ſigilli noſtri appenſi inferius munimine roborari.

Actum in epiſcopatu Ariminenſi, preſentibus domino Bonaccurſio canonico Ariminenſi, & etiam conſentiente domino Actone Ravignano, domino Toleſendo Gambincerro, Johanne ejus filio, domino Galiano judice, Nigrello Ravignano, Martino Caracauſe notario, Berardo de Ripamaſſana notario, Benvenuto notario de Lonzano, Thomaſino notario, domino Ranucio archipresbitero ſancti Petri in Computo, & aliis pluribus teſtibus. Sub anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo indictione prima tempore Domini Alexandri pape quarti die ſextodecimo intrante januario.

Et ego Fredericus filius quondam magiſtri Bencevenne medici imperiali auctoritate notarius predictis omnibus preſens fui, & rogatus ſcribere ſcripſi, & publicavi, & me ſubſcripſi.

In nomine Domini, Amen. Anno ejuſdem milleſimo CC.LVIII. indictione prima die XVI. menſis januarii intrantis tempore *&c.* preſentibus *&c. ut ſupra* venerabilis pater dominus Jacobus Dei gratia Ariminenſis epiſcopus ad eccleſiam ſancti Andree foriſportam de Arimino perſonaliter accedens dedit & tradidit domno Petro monacho & ſyndico monaſterii Claſſenſis nomine dicti monaſterii corporalem poſſeſſionem vel quaſi & tenutam eccleſie ſupraſcripte, & jurium ejus & bonorum temporalium & ſpiritualium inducendo ipſum per manum in dicta eccleſia, & dando ei pacificam poſſeſſionem pannorum altaris, paramentorum & librorum, & funium campanarum, & oſtiorum domorum eccleſie ipſius pro ipſa eccleſia, & juribus & bonis omnibus temporalibus & ſpiritualibus pleno jure.

Et ego Fredericus *&c. ut ſupra.*

LXXV.

Eremitæ S. Mariæ Magdalenæ de Saltu Mutinenſis diœceſis ſe ſubmittunt priori Camald.

Anno 1258. XII. kal. februarii.

Ex autographo S. Mathiæ de Mariano.

IN nomine ſancte Trinitatis, & ejuſdem individue Unitatis. Anno Domini milleſimo duceateſimo quinquageſimo octavo papa Alexandro reſidente duodecimo kalendas februarii indictione prima. Donnus Joannes & donnus Mutinenſis fratres loci ſancte Marie Magdalene poſiti in plebatu de Saltu Mutinenſis dioceſis conſtituti coram donno Martino priore Camaldulenſi humiliter et ſupplicaverunt, ut tam perſonas ſuas, quam aliorum ſuorum fratrum in dicto loco manentium & prefatum locum ſancte Marie Magdalene cum ſuis pertinentiis ad Camaldulenſem ordinem recipere dignaretur, aſſerentes, quod propter ſuavem odorem & famam Camaldulenſis ordinis hoc diu deſideraverunt totis affectionibus adimplere. Quorum pia deſideria prefatus prior conſiderans habito conſilio fratrum ſuorum ſibi offerentium jam dictos fratres ad ordinem & hobedientiam, ut infra continetur, pro ſe & loco memorato benigne recepit. Donnus Johannes & donnus Mutinenſis fratres loci ſancte Marie Magdalene poſiti in plebatu de Saltu Mutinenſis dioceſis dederunt, conceſſerunt donatione inrevocabili locum prefatum ſancte Marie Magdalene tam pro ſe, quam pro aliis fratribus ſuis profitentes, quod omnes unanimiter hoc deſiderant & affectant. Promiſerunt inſuper jam dicto priori Camaldulenſi hobedientiam & reverentiam ſecundum regulam beati Benedicti & ſtatuta Camaldulenſis ordinis: quos idem prior, ut dictum eſt, gratanter ſuſcepit cum loco predicto pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Conſtituens & ordinans prefatum donnum Johannem ſuum procurato- *Ibidem n. 59.*

torem & certum nuntium, ut vice & nomine dicti prioris recipiat reliquos fratres, ut dictum eſt de predictis duobus, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus nomine Camaldulenſis heremi.

Actum in clauſtro eccleſie ſancti Michaelis Aretine civitatis, preſentibus donno Guidone priore eccleſie ſancti Michaelis Aretine civitatis, donno Michaele dicte eccleſie, donno Aldobrando, donno Orlando, & donno Guidone monachis Camaldulenſibus ad hec ſpecialiter vocatis & rogatis teſtibus.

Egn Rubeus nntarius filius olim Rigoli Alberti his omnibus interſui, &, ut ſupra legitur, rogatus ſcripſi & complevi.

LXXVI.

Alexander IV. precipit priori Camald. ut transferat moniales S. Mamiliani ad ecclesiam S. Georgii de Apibus prope Senas.

Anno 1258. v. kal. februarii.

Ex archetypo Fontis-boni. §. Breve. n. 84.

Ad Lib. XLI. n. 60. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori Camaldulenſi Aretine diocesis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex ſignificatinne dilectarum in Chriſto filiarum.. abbatiſſe & conventus eccleſie ſancti Mamiliani Seoen. tui ordinis ad audientiam noſtram pervenit, quod eedem de loco ſuo caſtri Podii Bonitii, in quo tum propter deſtructionem caſtri ejuſdem, tum propter gravem neceſſariorum, quem patiebantur ibi defectum, nimis incommode morabantur, ad ipſam eccleſiam exilem admodum de juriſdictione venerabilis fratris noſtri .. Senen. epiſcopi exiſtentem ſe de tua licentia tranſtulerunt, ubi etiam ſub ingenti anguſtia paupertatis non abſque gravi ſcandalo moram trahunt, ex en quod ratione loci eidem ſubduntur epiſcopo, quodque pro conſolatinne, quam ibidem circa vite ſue ſubſidia & alia in ſpiritualibus habere ſperabant, turbatinnis ibidem diſpendia experiuntur jugiter & incommoda graviora. Quare ſuppliciter petebatur a nobis, ut de eccleſia ſancti Georgii de Allapi Senen. Camaldulenſis ordinis ad tuam collationem, ut dicitur, libere pertinente provideri mandaremus eiſdem, preſertim cum ad morandum in ea plurimum dicatur ipſis eſſe accommoda, & nulli alii niſi tibi & ordini predicto ſubjecta. Nos igitur ipſis ſuper hoc pie ac benivole proſequentes, devotionem tuam rogandam attente duximus & hortandam, per apoſtolica tibi ſcripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus provide attendens quod abbatiſſa & conventus predicte utpote tue & predicti ordinis filie in ipſa eccleſia ſancti Georgii ibi decenter & commode ſecundum ſtatuta ipſius ordinis degere valeant, per ſe precipue debeant collocari, eamdem pro noſtra & apoſtolice ſedis reverentia conferre ipſis & aſſignare procures. Non obſtante quod.. abbas monaſterii de .,. prior quondam ipſius eccleſie vel quiſquis alius auctoritate apoſtolica vel cue collationis pretextu eccleſiam ipſam teneat, aut ſi tibi vel ordini prelibato, quod de eccleſiis ipſius ordinis per literas apoſtolicas cuiquam provideri non poſſit, a ſede apoſtolica ſit indultum, & alia qualibet indulgentia ſedis ejuſdem, per quam hujuſmodi noſtri mandati effectus impediri valeat vel differri .... mandatum & preceptum apoſtolicum ſuper hoc taliter impleturus, quod memoratis abbatiſſe & conventui remedia ex inde opportune conſolationis proveniant, tua quoque de pio circa illas affectu merito poſſit devotio commendari.

Datum Viterbii v. kalendas februarii pontificatus noſtri anno quarto.

LXXVII.

Jacobus abb. S. Mercurialis cedit portionem ſue parochie priori S. Marie Camalduli Foroliviii.

Anno 1258. iv. ex. februarii.

Ex libro Biſcia pag. 91. *archivi S. Mercurialis.*

IN nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo indictinne prima tempore domini Alexandri pape quarti die quarto exeunte februario Forlivii in monaſterio ſancti Mercurialis. Egn frater Jacobus abbas dicti monaſterii amore Dei & beate virginis Marie & pro remedio anime mee meorumque predeceſſorum & ſucceſſorum vobis donno Antonio priori ſancte eccleſie ſeu loci ſancte Marie de Camaldoli juxta Forlivium recipienti pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & loco predicto pure & ſimpliciter & inrevocabiliter in per- Ibid. n. 61.

pe-

petuum do, & dono parochiam ad monaſterium predictum pertinentem poſitam in burgo Ravaldini retro Forlivium, & plebatum ſancti Martini in Strata. A primo latere foſſatum novum civitatis, a ſecundo foſſatum Ramberti Baccellerii, a tertio brimale communis, ſicut recto tramite, & domus per dictum burgum Ravaldini, ut libere omnes homines & mulieres in dicto burgo, & infra dicta latera habitantes, vel qui de cetero habitaverint, poſſitis recipere ad officium & ad ſepulturam, & ad omnia eccleſiaſtica ſacramenta, dans, mandans & cedens vobis omne jus & actionem, quod & que in dicta parochia a parochianis pertinent ad dictum monaſterium, & ab omni eo, quod tenebamini dicto monaſterio ſancti Mercurialis per inſtrumentum concordie, olim factum inter dictas eccleſias ſuper predicta parochia ſcriptum per Raynerium de Bonviſinis Populienſem notarium, ſitis penitus abſoluti, excepto quod terra ſeu poſſeſſiones, que reperirentur de proprietate vel quaſi dicti monaſterij habere non debeatis, vel aliquo modo recipere in futurum. Et quia cognoſcitis dictam parochiam & ſepulturam ad dictum monaſterium ſancti Mercurialis pertinere de jure & antiqua conſuetudine in ſignum dominij & reverentie promititis pro dicta parochia & parochianis, & ſepultura per vos veſtroſque fratres & imperpetuum ſucceſſores, & pro veſtra eccleſia dare & deferre mibi, meiſque fratribus & ſucceſſoribus, & dicto monaſterio annuatim in feſto beati Mercurialis unam libram integram cere. Hanc autem donationem, conceſſionem, & ceſſionem, & omnia & ſingula ſupradicta promittimus ad invicem firma & rata habere & tenere, & non contra agere vel venire, aliqua juris vel facti occaſione auctorizare & defendere contra omnes perſoſas, univerſitates, & loca, in judicio, & extra, propriis expenſis dicti monaſterii per nos noſtroſque fratres, & in perpetuum ſucceſſores, & noſtras eccleſias, ſub pena quingentarum librarum Ravennatum, & obligatione bonorum mobilium & immobilium, preſentium & futurorum, in qua bona valentia pena expenſas, dampnum & intereſſe poſſit quilibet noſtrorum, contra quem fecerit ipſo ſervante contractum intrare ſua auctoritate ſine judicis licentia, & qualibet interpellatione, & ea tamdiu habere & tenere, donec predicta pena, damno, expenſis & intereſſe fuerit plenarie ſatisfactum. Et pena ſoluta, commiſſa vel non, rata & firma permaneant omnia, & ſingula ſupradicta. Acta ſunt hec omnia preſentibus teſtibus rogatis & vocatis Bonfilio Dominici de Furanico, Palmerio ejus fratre, Zamolo Quandadone de ſancto Martino, Bonanto Piſtorienſi da contracta ſancti Guillielmi, Criſtophano Guidonis Uguiccionis de Vinea abbatis, & Dominico ſerviente ſupradicti domini abbatis.

Ego Benvenutus dictus Abbatis da contrata Lunghareti auctoritate ſedis apoſtolice notarius, ut ſuperius legitur, preſens voluntati ſupradicti domini abbatis ſcripſi, & in publicam formam deduxi.

LXXVIII.

Canonici Ariminenſes confirmant unionem eccleſiæ S. Andreæ factam monaſterio Claſſenſi ab ep. Jacobo.

Anno 1258. xvi. junii.

Ex autographo abbatiæ Claſſenſis.

IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo indictione prima tempore domini Alexandri pape IIII. die xvi. menſis junii. Conſtituti Raynaldus prepoſitus Ariminenſis eccleſie, dominus Bonaccurſius diaconus, dominus Ventura, & dominus Bernardus diaconi, dominus Guido de Macerata, dominus Guido archipresbyter ſancte Paule, dominus Johannes de Moriſano & dominus Zaninus de Parma ſubdiaconi & canonici Ariminenſis eccleſie, viſo, lecto & audito ac recitato diligenter coram eis inſtrumento conceſſionis & donationis, liberationis & exemptionis facte dompno Aymerico ibidem preſenti abbati monaſterii ſancti Apollinaris in Claſſe Ravenne, & domno Petro ſindico & monacho monaſterii ſupraſcripti a venerabili patre domino Jacobo Dei gratia Ariminenſi epiſcopo nomine ſui epiſcopatus de eccleſia ſancti Andree foris portam de Arimino cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis omnibus, & cum pactis, promiſſionibus & obligationibus omnibus & penis appoſitis, ut viderunt legitime contineri in inſtrumento publico confecto per me Fredericum notarium infraſcriptum ex certa ſcientia & nullo interveniente errore, approbaverunt, laudaverunt, ratificaverunt & confirmaverunt quidquid factum eſt per ipſum dominum epiſcopum de ipſa eccleſia in *Ibid. n. 11.*

in premiſſis, & dicto contractui in omnibus & ſingulis ſuis capitulis ſuum conſenſum prebuerunt ſeriatim & ordinatim incontinenti propriis manibus dicto contractui ſe liberaliter ſubſcribentes. Actum in canonica Ariminenſi preſentibus Martino Caracauſe notario, Rolando de Galiata, Bonſignore Tuſco de Gazio, Martino de Caſale, dompno Conſtantino priore canonice ſancti Salvatoris, Sitivivi filio Nicolai domine Anne & pluribus aliis teſtibus.

Et ego Fredericus filius quondam magiſtri Bencevene medici imperiali auctoritate notarius predictis interfui, & rogatus ſcripſi & publicavi, & me ſubſcripſi.

LXXIX.

Alexander IV. adprobat ceſſionem, quam fecit prior Camaldulenſis, eccleſiæ S. Mariæ Camalduli Bononienſis Alberto canonico Bononiæ.

Anno 1258. idibus julii.

Ex originali S. Romualdi de Urbe.

Ibid. n. 52. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Alberto capellano noſtro canonico Bononienſi conſobrino dilecti filii noſtri O.. ſancte Marie in via lata diaconi cardinalis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio continebat, quod dilectus filius Guilielmus de Regio presbyter vicarius dilecti filii prioris Camaldulenſis attendens grata ſervitia, que ipſi priori & conventui heremi Camaldulenſis impenderas, & quod eccleſia ſancte Marie Camaldulenſis ordinis Bononienſis dioceſis, que in temporalibus erat non modicum deformata, per te reformari poterat, & in ſuis juribus conſoveri, eccleſiam ipſam ad eamdem heremum pleno jure ſpectantem cum pertinentiis ſuis auctoritate ipſius prioris, ad cujus ordinationem eadam eccleſia pertinet, & a quo habebat ſuper hoc ſpeciale mandatum, tibi dedit & conceſſit a te, quoad vixeris retinendam, quod poſtmodum idem prior ratum & firmum habuit, & etiam approbavit, prout in inſtrumentis publicis inde confectis plenius continetur. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hiis perinde factum eſt, ratum & firmum habentes, id auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenores autem inſtrumentorum ipſorum de verbo ad verbum preſentibus inſeri fecimus, qui tales ſunt. Tenor inſtrumenti ejuſdem collationis talis eſt. Milleſimo CC. LVII. indictione XV. die primo menſis martii in camera infraſcripti domini Alberti Bononienſis canonici, preſentibus magiſtro Ventura canonico ſancte Marie majoris de Bononia, domino Martino canonico ſancti Georgii Bononienſis dioceſis, Alberto filio domini Guidoloni de Gangalanda, Pelagotto filio Tami de Monte-apoli, & Martino Dominici Ub.. tatis teſtibus ad infraſcripta vocatis & rogatis. Dominus Guilielmus de Regio capellanus domni Martini Dei gratia prioris Camaldulenſis vicarius, procurator & ſindicus, actor & nuntius ſpecialis ad infraſcripta ſolempniter conſtitutus, ut conſtat ex inſtrumento ſcripto manu Bonaventure de Feſulis imperiali auctoritate judicis ordinarii & notarii ſigillato ſigillo dicti domni prioris, in quo ſculpte ſunt due columbe tenentes capita ſuper uno calice in dicto ſigillo ſculpto, quod inſtrumentum ſindicarie domino Alberto domini pape capellano & canonico Bononienſis eccleſie, & a dicto domno priore & Camaldulenſis heremi, heremitis & monachis Fontis-boni, conſideratis obſequiis & ſervitiis habitis & preſtitis a dicto domino Alberto &c. & preſtandis impoſterum heremo Camaldulenſi & fratribus dicti loci, & etiam certo certius comperto & diligenter inſpecto, quod locus eccleſie ſancte Marie Camaldulenſis Bononienſis dioceſis, qui multum erat in temporalibus deſtitutus, non poterat ita bene per aliquem alium reformari, foveri ſeu etiam in ſuis juribus defenſari, ſicut per predictum dominum Albertum &c. & viſis hiis omnibus ac diligenter inſpectis, & ſpecialiter ob reverentiam ven. patris domini O.. ſancte Marie in via lata diaconi cardinalis dedit, conceſſit & locavit predicto domino Alberto &c. locum & eccleſiam ſancte Marie ordinis Camaldulenſis Bononienſis dioceſis, ſeu monaſterium & omnes domos, vineas & terras cultas & incultas, prata, nemora, ſilvas, berletas, & oliveta, & ceteras & ſingulas alias poſſeſſiones omnes cum omnibus juriſdictionib. & rationibus dicto monaſterio & eccleſie pertinentibus a tempore predicti domini A.. uſque ad totum tempus vite ipſius generalis ...... licet; quod eccleſiam dictus dominus A.. lu-

minaribus & aliis neceſſariis booorabit juxta beati Benedicti regulam & Camaldulenſis ordinis inſtituta; clauſtrum, broilum cum adjacentibus locis cuſtodiet & cuſtodiri faciet debita honeſtate, ipſum clauſtrum cum aliis domibus omnibus in tectis & omnibus edificiis ſanum &, integrum conſervabit, mulieribus clauſtri & orti omnino introitum prohibebit; priori & uni monacho cum duobus ſervientibus tam egris, quam ſanis in cunctis vite neceſſariis decenter & congrue providebit ſecundum Camaldulenſis ordinis inſtituta; priori Camaldulenſi vel ejus viſitatori ſemel in anno cum quinque vel ſex equitaturis honorabiliter providebit; item prior & monachus in dicto loco non ponatur aliquis vel inſtituatur, niſi ſit ordinis Camaldulenſis, & niſi de voluntate & aſſenſu domini A.. qui eidem domino A.. placuerit, quem prior Camaldulenſis ad generale capitulum mittet ſecundum conſuetudinem ordinis memorati, hoſpitalitatem fratribus ſui ordinis ilariter exhibebit in clauſtro, refectorio, choro & dormitorio, cellis & broillo honeſte habitet & ſocietate congrua permanebit, in refectorio omnino carnes non comedet, nec manducari permittet, fiet inventarium de rebus mobilibus & immobilibus eccleſie generale, terre omnes menſurabuntur, tornature omnes, prout ſunt in inſtrumento, ponentur & ſingule, de fructibus autem ipſarum terrarum & poſſeſſionum recipiet ipſe dominus A.. domini pape capellanus ſine aliqua contradictione in vita ſua; debita omnia & ſingula perſolvet, nec aliqua contrahet, propter que per ſuum deceſſum dictus locus maneat oneratus; juxta vero poſſeſſuum poſſeſſiones bona & res alienatas, diſtractas & illicite occupatas ſtudebit ad jus & proprietatem dicti monaſterii revocare, nec poſſeſſionis bona vel res dicti loci alienabit modo aliquo, nec etiam inſeudabit, literas confirmationis a domino papa per ſe vel per alios nullatenus impetrabit, ita quod ab obedientia & ſubiectione, qua tenetur dicta domus Camaldulenſi heremo, valeat amoveri; in ſignum autem dominii in die ſancti Michaelis de fine ſeptembris tres libras parvorum Bononien. annuatim perſolvet; juriſdictionem autem hoſpitalis dictus prior Camaldulenſis omnino ſibi reſervat. Quam dationem, locationem & conceſſionem & omnia alia a dicto ſindico promiſſa & conceſſa ipſi domino A.. capellano domini pape promiſit dictus ſindicus vice & nomine dicti domni prioris heremi Camaldulenſis & ipſius heremi, & heremitarum & fratrum rata & firma perpetuo habere atque tenere & non contra facere vel venire de jure vel de facto modo aliquo vel ingenio ſub pena centum librarum imperialium & refectione damnorum &c. & e converſo dictus dominus A.. predicto ſindico promiſit predicta omnia firma & rata perpetuo habere &c. Que omnia & ſingula facta ſunt, preſente conſentiente, & volente ac approbante magiſtro Alberto archidiacono Lunenſi & predicto domino Alberto domini pape capellano &c. Tenor vero inſtrumenti approbationis dicti prioris eſt talis. Anno M.CC.LVII. indictione XV. die XII. intrante majo apud ſanctum Damianum in camera domini abbatis de Caſtro-brittonum, preſentibus magiſtro Alberto archidiacono Lunenſi, domino Raynerio plebano ſancti Petri in Piſcide, domino Alberto canonico ſancte Marie ſupra portam, magyſtro Gerardo de Parma & Angelo Pedi teſtibus vocatis & rogatis, domnus Martinus prior Camaldulenſis viſo inſtrumento ſcripto manu mei Michaelis quondam Betrami notarii dationis, locationis & conceſſionis facte per domnum Guilielmum de Regio capellanum dicti domni prioris Camaldulenſis ordinis de ſpetiali mandato ipſius domni prioris & conventus Camaldulenſis dicto domino Alberto capellano domini pape &c. habuit ratam & firmam predictam locationem & conceſſionem &c. ſalvo quod dictus domnus prior Camaldulenſis ordinis habeat liberam poteſtatem inſtituendi & deſtituendi priores & monachos predicte eccleſie ſive monaſterii ſancte Marie, prout ſibi placuerit, ſine requiſitione, jure, contradictione predicti domini Alberti &c. & quod hec poſſit facere dictus domnus prior Camaldulenſis, prout ſuperius continetur, voluit, conceſſit & approbavit dictus dominus Albertus domini pape capellanus. Ego Michael notarius filius quondam Bertrami notarii predictis omnibus interfui, & de voluntate & rogatu ac mandato predictorum ſcripſi. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis &c. Datum Viterbii idibus julii pontificatus noſtri anno quarto.

LXXX.

LXXX.

Privilegium ampliſſimum ejuſdem Alexandri IV. pro univerſa congregatione.

Anno 1258. x. kal. auguſti.

Ex authentics S. Michaelis de Muriano.

Ibid. n. 49. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori Camalduli, ac univerſis abbatibus, prioribus & abbatiſſis, eorumque fratribus & ſororibus Camaldulenſis ordinis tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Officii noſtri nos admonet, & invitat auctoritas pro eccleſie ſtatu ſatagere, ac earum quieti & tranquillitati auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut qui ad eorum regimen Domino diſponente aſſumpti ſumus, eos a pravorum hominum incurſibus tueamur, & beati Petri atque apoſtolice ſedis patrocinio muniamus. Ea propter dilectiſſimi in Domino filii veſtris juſtis poſtulatinnibus clementer annuimus, & Camaldulenſem eremum ac monaſteria, prioratus, hoſpitalia & alia loca ſibi ſubjecta ſpecialiter in jus & proprietatem beati Petri ſuſcipimus, atque noſtram, & preſentis ſcripti privilegio munimus; ac precipimus & preſentis decrati auctoritate ſancimus, ne cuiquam omnino perſone, clerico vel monacho, cujuſcumque ordinis aut dignitatis ſeu laico preſentibus aut futuris temporibus liceat congregationes illas & , loca illa, que predicte heremi ſive cenobii ordinem & diſciplinam ſuſceperunt, aut ſunt impoſterum ſuſceptura, queque hodie ſub illius regimine continentur , ab ejus ullo modo ſubjectione, & unitate dividere. Que videlicet loca & congregationes conſervande unitatis gratia propriis duximus vocabulis exprimenda. In epiſcopatu Aretino eccleſiam videlicet ſancti Donati, que Fons-bonus dicitur, cum hoſpitali & omnibus pertinentiis ſuis. In ipſa civitate ſancti Petri in Piculo & ſancti Laurentini monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; eccleſiam ſancti Michaelis cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnibus que ab epiſcopis Aretinis eiſdem eccleſiis conceſsa eſſa noſcuntur; eccleſiam ſancti Martini, que eſt juxta Letarcle cum omnibus pertinentiis ſuis; Silve-munde, ſancte Marie de Agnano, ſancti Petri de Rota, & ſancti Salvatoris Berardingorum monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; ſancti Savini in Chio, ſancte Marie de Pratalia, ſancti Andree de Caſtellione, & ſancti Quirici de Roſis monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem; eccleſiam ſancti Nicolai de Curte Luponis cum pertinentiis ſuis, eremum & monaſterium ſancti Egidii de Fleri cum pertinentiis eorumdem; ſancti Viriani, & ſancti Bartholomei Anglarii monaſteria cum caſtellis & aliis pertinentiis eorumdem; plebem ſancte Marie de Micciano cum eccleſiis & pertinentiis ſuis; eccleſiam ſancti Johannis ſitam in caſtello Anglarii cum pertinentiis ſuis; de Monte-aureo, de Viario, de Mojona & de caſtello Lorentiano eccleſias cum pertinentiis earumdem; eccleſiam ſancte Marie de villa, que dicitur Montione, cum pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Vitalis prope Laurentianum cum pertinentiis ſuis, de Agna, de Soci, de Condoleſe eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem, litanias plebis de Micciano; viſitationes plebium de Bujano & Partina, quemadmodum eſt ab Aretinis epiſcopis ordinatum, integras decimationes de Agna, Larniani, Pergentine, Corſiniani & Avane, & quicquid habetis in curte de Verazano; item quiſquis eidem eremo Camaldulenſi decimam ſuam dare voluerit, que ab aliquo Aretino epiſcopo recte ordinata vel donata non fuerit, inde habeat facultatem, ſicut ab ipſis Aretinis epiſcopis conſtitutum eſt: caſtrum, quod vocant Mojona, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod emiſtis ab Henrico prepoſito & ceteris canonicis Aretinis; villam de Montione, quam emiſtis ab abbate ſancte Flore, quidquid juris dicta eccleſia ſancti Donati in villa de Mojona & in villa de Montione habebat; monaſterium ſancte Marie de Thoma cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Caſtellano monaſterium ſancte Marie de Deciano cum pertinentiis ſuis, & monaſterium ſancti Sepulcri cum toto Burgo ſancti Sepulcri & omnibus pertinentiis ſuis; eccleſiam ſancti Petri de Planetulo, cum caſtello Planetuli & omnibus pertinentiis ſuis; plebem ſancte Marie de Soara, & eccleſiam de Vallialla cum caſtello de Vallialla & omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Feſulano monaſterium ſancte Marie in Poplena, & eccleſiam ſancti Michaelis juxta monaſterium ipſum, eccleſiam ſancti Bartholomei de Aſtra-petronii, ſancte Margarite in Pomino, ſancti Egidii in Gaviſerre,

ſan-

ſancti Nicolai de Monte-mezzano & ſancti Miniatis de Lonnano eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem ; ſancti Johannis de Prato-veteri & ſancti Perri de Monte-muro monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem. In epiſcopatn Florentino ſancti Petri de Luco, ſancti Salvatoris, ſancte Marie-magdalene de Podio-bonitio & ſancti Andree de Candiculis monaſteria cum omnibus pertinentiia eorumdem ; eremum de Buldrone cum omnibus pertinenriis ſuis. In epiſcopatu Lucano monaſterium ſancte Jucunde ; monaſterium ſancti Petti in Puteolis cum capella burgi Porcarie ; monaſterium ſancti Salvatoris da Cantiniano & monaſterium ſancti Andree de Silva cum omnibus pertinentiis eorumdem ; hoſpitale quod habetis juxta burgum ſancti Geneſii. In epiſcopatu Volaterrano monaſterium ſancti Juſti prope eivitatem eamdem ; ſancti Petri de Cerrero, ſancte Marie in Pulitiano & ſancti Petri in Fontiano monaſteria cum omnibus pertinenriis eorumdem. In epiſcopatu Piſarum ſancte Marie de Morona, ſancti Stephani in Cintorio & ſancti Savini in Montione monaſteria cum omnibus pertinentiis eorumdem ; in ipſa civitate ſancti Michaelis, ſancti Frigdiani, & ſancti Zenonis monaſteria cum omnibuc pertinenriis eorumdem ; hoſpitale ſitum prope monaſterium ſancti Frigdiani. In epiſcopatu Cluſino eremum & monaſterium ſancti Petri de Vivo cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Maſſano monaſterium ſancti Mamiliani cum omnibus pertinentiia ſuis. In epiſcopatu Peruſino ſancte Trinitatis, ſancte Marie de Monte-tetio, ſancte Agnetis, ſancti Severi & ſancti Donati eccleſias cum omnibua pertineotiis earumdem. In epiſcopatu Aſſiſinatenſi monaſterium ſancti Angeli de Roſano cum pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Tudettino monaſterium ſancti Antonii eum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Urbevetano monaſterium ſancte Marie in Silva cum ſancti Felicis, & ſancte Crucia, ſanctique Severi eccleſiis & omnibus pertineniiis ſuis. In epiſcopatu Eſino monaſterium Eremite, & eccleſiam ſancti Georgii cum omnibua pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Auximano monaſterium ſancte Marie in Serra cum omnibus pertinentiis ſuia. In epiſcopatu Anconitano eccleſiam ſancte Lucie. In epiſcopatu Piſaurienſi monaſterium ſancti Decentii & eremum Sajoli. In archiepiſcopatu Ravennate monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Monte-feretrano monaſterium ſancte Trinitatis de Monte-hereulis. In epiſcopatn Foro-populianſi monaſtetium de Urano cum juribus & pertinentiia ſuis ; hoſpitale Aymerici, & eccleſiam ſancti Paterniani de Ferraciano. In epiſcopatu Ariminenſi eremum Montalis Salutia cum omnibus pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Ceſenate hoſpitale de Roboreto ; eccleſiam ſancte Marie, quam haberis in loco, qui dicitur Caſale, juata civitatem Forolivienſem ; monaſterium ſancte Marie de Inſula cum omnibus ſuis pertinentiis ; eremum de Fajolo ; monaſterium ſancte Matie in Trivio. In epiſcopatu Faventino monaſterium ſancti Hippolyti cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti Euſtachii prope civitatem Imolenſem. In epiſcopatu Bononienſi ſancti Archangeli juxta caſtrum Brittorum, ſancte Chriſtine, ſancti Damiani & ſancte Marie de Bethleem monaſteria eum omnibua pertinentiis eorumdem ; eremum Bononienſem & hoſpitale de Ravona cum pertinentiis ſuis. In epiſcopatu Veronenſi monaſterium ſancte Marie de Vangaticia eum omnibus pertinentiis ſuis ; monaſtetium, quod Camaldulinum dicitur, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti Viti ſitam ptope Vicentiam cum ſuia pertinenriis. In epiſcopatu Tarviſino monaſterium ſancte Chriſtine eum perrinentiis ſuia. Eccleſiam ſancti Michaelis in Palude prope Venetias cum omnibus pertinentiis ſuis, & eremum ſancti Mathie de Murano. In epiſcopatu Concordienſi eccleſiam ſancti Martini cum omnibus pertinentiia ſuis. In Iſtria monaſterium ſancti Michaelia de Lemmo cum omnibus pertineotiis ſuis. In epiſcopatu Senenſi ſancti Georgii de Api & ſancti Vigilii eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. In inſula Sardinie monaſterium ſancte Trinitatis de Saccaria cnm omnibus pertinentiis ſuis, ſancte Eugenie in Samanar, ſancti Laurentii, ſancti Michaelis in Vanari, ſancte Marie, ſancti Joannis in Altaſar, ſancte Marie in Contra, ſancti Johannis, ſancti Symeonia in Salvenero, ſancti Nicolai in Trulla, ſancti Petri in Scanu, ſancti Pauli in Cotroniano & ſancti Petri in Olim eccleſias cum omnibua pertinentiis earumdem. In epiſcopatu Spoletano monaſtetium ſancti Silveſtri de Monte-ſubaſio eum omnibus pertinentiia ſuia. In epiſcopatu Camerinenſi monaſterium ſancte Helene juxta flumen Eſinum cum omnibus pertinentiis ſuis ; eremum Aque-perellis & eremum da Quadrigaria, cum tertis, pratia, vineis, nemoribus, uſuagiis,

grits, paſcuis, in monte & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane ſtatuimus monaſteria, prioratus, eccleſias, hoſpitalia, capellas & loca predicta cum pertinentiis & membris eorum tamquam corpus unum ſub uno capite, ſub priore dumtaxat eremi ſupradicte perpetuis temporibus permanere, ac ſub illius diſcipline obſervatione perſiſtere, ſub illo, inquam, priore, qui ab ipſis eremitis & congregationis abbatibus & prioribus ipſius ordinis regulariter fuerit electus. Eremum quoque, monaſteria, prioratus, eccleſias, hoſpitalia, capellas & loca preſcripta, perſonaſque ipſius ordinis ab omni jugo, juriſdictione & lege juriſdictionis & dioceſana archiepiſcoporum, epiſcoporum, archidiaconorum, & quorumlibet ordinariorum judicum penitus eximimus; retento nobis & eccleſie Romane annuo cenſu unius uncie auri in ſignum perpetue libertatis, ut vos in ſpeciales filios & apoſtolice ſedis aſſumpti nullius alterius judicium ſubeatis. Statuimus etiam, ut eremus, monaſteria, prioratus, eccleſie, hoſpitalia, capelle, ac loca & perſone dicti ordinis tantum Romano pontifici ſint ſubjecta; diſtrictius inhibentes, ne quis archiepiſcopus, archidiaconus, epiſcopus ſeu quilibet judex ordinarius in eremum, monaſteria, prioratus, eccleſias, hoſpitalia, capellas, & loca ſeu perſonas ejuſdem ordinis excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententias promulgare, aut in eis correctionis vel viſitationis officium ſive juriſdictionem aliquam exercere, aut perſonas ipſas ad ſynodum evocare, ſeu ab eis exactiones vel collectas aliquas exigere vel extorquere preſumant. Non obſtante ſi aliqui archiepiſcopi & epiſcopi contra perſonas vel loca dicti ordinis pro ſubjectione eremi, monaſteriorum, prioratuum, eccleſiarum, hoſpitalium ſeu locorum dicti ordinis moverint queſtionem, decernendo hujuſmodi ſententias ſi quas in perſonas, monaſteria, prioratus, eccleſias, hoſpitalia & loca predicta per archiepiſcopos, epiſcopos, archidiaconos & judices ordinarios contra inhibitionem hujuſmodi promulgari contigerit, irritas & inanes, & predictas perſonas ad obſervationem predictarum ſententiarum aliquatenus non teneri. Preterea inhibemus, ne aliqua perſona ipſius ordinis vel alia monaſterium aliquod, eccleſiam, hoſpitale, capellam aut locum aliquem a dicte congregationis unitate removere preſumat. Statuentes, ut prior eremi preſate, qui pro tempore fuerit, tamquam pater dicti ordinis, abbates, priores, monachos, converſos, abbatiſſas, moniales, converſas, hoſpitalarios, monaſteria & loca ipſius ordinis ſine contradictione aliqua viſitare per ſe vel alium, aut alios, quos duxerit ad hoc deputandos, ac reformare, prelatos in monaſteriis & locis predictis inſtituere & deſtituere, & electiones eorum confirmare, prout ſecundum Deum & inſtituta prefati ordinis viderit expedire, ac omnem juriſdictionem in eos libere valeat exercere. Ad hec concedimus vobis, ut liceat vobis parochianis veſtris per monachos & oblatos veſtros presbyteros divina officia celebrare ac celebrari facere, injungi penitentias, proponere verbum Dei, exhiberi alia eccleſiaſtica ſacramenta, contradictione archiepiſcoporum, epiſcoporum & aliorum eccleſiarum prelatorum aliquatenus non obſtante. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum & clericorum, benedictiones abbatum, abbatiſſarum, monialium, vaſorum & veſtium recipietis a quocumque malueritis catholico epiſcopo gratiam & communionem apoſtolice ſedis habente, qui noſtra fretus auctoritate, quod poſtulatur, vobis impendat. Preterea cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis in monaſteriis & locis veſtris, excluſis excommunicatis & interdictis, januis clauſis, non pulſatis campanis & voce ſubmiſſa divina officia celebrare. Porro laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale, ac etiam novalium, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum vel ſororum veſtrorum poſt factam in dicta eremo ſeu monaſteriis aut locis ipſius ordinis profeſſionem, fas ſit ſine prioris eremi predicte licentia, de eremo, monaſteriis, vel locis eiſdem diſcedere; diſcedentem vero abſque literis dicti prioris nullus audeat retinere: quod ſi quis forte retinere preſumpſerit, liceat dicto priori in ipſos tam prelatos, quam ſubditos, monachos & converſos, abbatiſſas, moniales, converſas regularem ſententiam promulgare, illud diſtrictius inhiben.

bentet, ne alicui prelato & conventui ipſius ordinis terras vel beneficium aliquod eccleſiis veſtris collatum liceat dare, vendere, obligare, alienare ſine predicti prioris licentia ſpeciali. Si que vero donationes vel alienationes aliter, quam ut dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſa cenſemus. Ad hec probibemus, ne aliquit monachus vel converſua ſub profeſſione alicujus domus ordinis ejuſdem aſtrictus ſine conſenſu & licentia ſui prelati ac majoris partis capituli ejuſdem domus pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra ſummam capituli veſtri providentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus ipſius utilitatem; quod ſi quit facere forte preſumpſerit, non teneatur conventus pro bis aliquatenus reſpondere. Ceterum ſi archiepiſcopi vel epiſcopi, aut alii eccleſiarum rectores in mercenarios, vel familiam veſtram, pro eo quod aliqua vobis obſequia ex caritate preſtiterint, vel eos ad laborandum adjuverint, in illis diebus, in quibus vot laboratis & alii feriantur, excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra apoſtolice ſedis indulta prolatam decernimus penitus non tenere, nec litere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Gamaldulenſis ordinis & contra indulta privilegiorum apoſtolicorum contigerit impetrari. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiarum veſtrarum nullus ſine aſſenſu diocesani apiſcopi & veſtro capellam vel oratorium de novo conſtruere audeat. Sepulturam etiam locorum veſtrorum liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna imposterum ſollicitudine providentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu granciarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, bominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus & aliis arcbiepiſcopis, & epiſcopis monaſteriis & locis veſtris conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis Chriſti-fidelibus rationabiliter vobis indultas, ac etiam veſtras antiquas & rationabiles conſuetudines auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eremum, monaſteria, eccleſias & loca predicta temere perturbare, aut eorum poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclaſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis bonoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem, qui eiſdem locis ſua jura ſervare voluerint, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen.

Suſcipe † *Domine*
SCS PETRUS | SCA PAULUS
ALEXANDER | PP. IIII.
ſervum tuum in bonum.

Ego Alexander catholice eccleſie epiſcopus.

† Ego Stephanus Preneſtinus epiſcopus ss.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucina presb. card. ss.

† Ego frater Ugo tit. ſancte Sabine presb. card. ss.

† Ego Riccardus ſancti Angeli diaconus card. ss.

† Ego Octavianus ſancte Marie in via lata diac. card. ss.

Datum Viterbii per manum magiſtri Jordani S. R. E. vicecancellarii & notarii x. kal. auguſti indictione prima incarnationis Dominice anno M. CC. LVIII. pontificatus vero domini Alexandri pape IIII. anno IIII.

LXXXI.

Monachi S. Mercurialis Foro-livii approbant pacta inita inter eorum abbatem & inter priorem S. Mariæ de Camaldulo Foro-livienſi.

Anno 1258. III. auguſti.

Ex codice Biſcia *monaſterii S. Mercurialis,* pag. *91.*

Ibid. p. 55. IN nomina Domini, Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo indictione prima die terzio intrante auguſto, Forlivii in monaſterio ſancti Mercurialis, preſentibus teſtibus vocatis & rogatis domino Albertino domini Sibaldi, Jacobo ejus fratre, Zunta Tuſco de contrada ſancti Guilli, & Brunamonte Danielia de contrata Campuſtine, & Tiberto de Civitella de cootrata ſancti Blaſii, dompnus Benvenutus, dompnus Gerardus & dompnus Jacobus de Boccaccis monachi, & capitulum dicti monaſterii, preſenta, & volente & mandante domno Jacobo abbate dicti monaſterii, ratificaverunt & approbaverunt deliberatione prehabita omnem contractum & obligationem, & ceſſionem & donationem initam ſive factam per ſupradictum domnum Jacobum abbatem, & archipresbyterum ex una parte, & domnum Antonium priorem eccleſie ſive loci ſancte Marie de Camaldoli juxta Forlivium de parochia & parochianis, hominum, loci, burgi Ravaldini, & omnia & ſingula, que in ipſo contractu continentur, prout in inſtrumento ſcripto a me infraſcripto notario, lecto dicto inſtrumento coram ſupradictis, & omnibus, que in eo continentur, certioratis. Hoc autem ideo fecerunt pro redemptione eorum animarum, & utilitate monaſterii ſupradicti. Ego Benvenutus dictus Abbatis de contrata Lughareti authoritate ſedis apoſtolice notarius, ut ſupra legitur, preſens voluntate, & mandato dicti domini abbatis ſupraſcripti, & monachorum rogatus ſcripſi, & in publicam formam deduxi.

LXXXII.

Literæ Alexandri papæ IV. pro monaſterio S. Savini Piſarum.

Anno 1258. VI. kal. octobris.

Ex archivo Fontis-boni. §. Brevis. *n.* 85.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri .. epiſcopo Maſſano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis .. abbas & conventus monaſterii ſancti Savini Camaldulenſis ordinis petitione monſtrarunt, quod cum Bernardus de Calatagirone laicus Siracuſane dioceſis ſuper proviſione ſibi & duobus ſuis conſanguineis facienda ab eccleſiis & monaſteriis Piſane civitatis & dioceſis ad venerabilem fratrem noſtrum .. Piſtorienſem epiſcopum executorias, ut dicitur, a nobis literas impetraſſet, ac .. prior ſancte Reparate Lucan. cui dictus epiſcopus commiſerat, ut dicebat, ſuper hoc totaliter vices ſuas eiſdem abbati & conventui mandaſſet, auctoritate hujuſmodi literarum, ut eidem Bernardo in quadam ſumma pecunie providerent, predicti abbas & conventus ex eo ſentientes ab eodem ſubdelegato indebite ſe gravari, quod ſubdelegationis ſue copiam, quam numquam habuerant, ſibi facere contra juſtitiam denegavit, humiliter requiſitus, ad noſtram duxerunt audientiam appellandum. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatir. qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes antem &c. Ibidem. 55.

Datum Viterbii VI. kalendas octobris pontificatus noſtri anno quarto.

LXXXIII.

Alia ejuſdem Rom. pont. contra moleſtatores monaſteriorum Camaldulenſium.

Anno 1258. IV. nonas decembris.

Ex eodem tabulario. §. Brevia, n. 86.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. ſancti Felicis Bononien. & .. ſancti Petri de Peruſio monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sub religionis habitu Ibidem.

habitu vacantibus pie vite ſtudio ita debemus eſſe propitii, ut in diviois beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum itaque ſicut ex parte dilectorum filiorum .. prioris & conventus heremi Camaldulenſis fuerit propoſitum coram nobis, ipſi ac abbates, abbatiſſe, priores & conventus, ac fratres & ſorores Camaldulenſis ordinis, a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ſuper bonis ſuis multipliciter moleſtentur. Nos volentes eorumdem abbatum, abbatiſſarum, priorum & conventuum, fratrum & ſororum providere quieti & moleſtatorum ipſorum malitiis obviare, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus abbatibus, abbatiſſis, prioribus & conventibus, fratribus & ſororibus predictis opportuni preſidio ſavoris aſſiſtentes non permittatis eos in perſonis vel bonis ſuis contra indulta privilegiorum ſedis apoſtolice ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante aliqua indulgentia ſedis ejuſdem, de cujus toto tenore oporteat in noſtris literis plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus preſentium impediri valeat vel differri, & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Datum Anagnie IIII. nonas decembris pontificatus noſtri anno quarto.

Ego Jacobus filius Proficati imperialis aule notarius & judex ordinarius autenticum hujus bullatum bulla plumbea domini pape cum filo canapis pendenti; ex una parte cujus bulle erant impreſſe ymagines duorum capitum & crux in medio, & litere deſuper ſic continentes S. PA. S. PE. ex alia vero parte ipſius bulle erant he litere ALEXANDER PP. IIII. non abholitum, nec viciatum, nec corruptum in aliqua parte ſui, ſed in ſui prima figura conſiſtens vidi & legi; ideoque fideliter exemplavi & meum ſignum appoſui.

Ego Upethinus filius Bonaceurſi domini Frederici Romanorum imperatoris notarius authenticum hujus vidi ideoque ſubſcripſi &c.

Ego Guido quondam Rodulfi domini Frederici &c. notarius &c.

LXXXIV.

Electio Urbani in abbatem S. Savini Piſarum.

Anno 1259. XVII. kal. martii.

Ex veteri codice S. Michaelis in Burgo Piſarum.

IN nomine Domini, amen. Ex hujus publici inſtrumenti clareat lectione, quod domnus Martinus prior ordinis Camaldulenſis viſa & conſiderata concordia fratrum & monachorum monaſterii ſancti Savini predicti ſcripta in alia charta a me Ildebrando notario confecta ad honorem Dei, beate Marie ſemper virginis, beati Savini patroni noſtri, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei io continenti, ad honorem domni prioris Camaldulenſis & ordinis univerſi, eligendo poſtulavit, & poſtulando elegit, Spiritus Sancti gratia invocata, domnum Urbanum priorem ſancti Fridiani de Piſis in abbatem & rectorem prefati monaſterii ſancti Savini, cui electioni jam dictus electus conſenſit. *Ibid. p. 31.*

Actum in capitulo monachorum dicti monaſterii, preſentibus Martino quondam Ranuccii, & Sigerio dicto Dotto quondam Bonaccurſi Riccii de Montione, & Savino, qui moratur in dicto monaſterio pro quoco, teſtibus ad hec rogatis, Dominice incarnationis anno M.CC.LVIIII, indictione II. XVII. kal. martii.

Ego Ildebrandus quondam Viviani judex & notarius domini Friderici Dei gratia excellentiſſimi Romanorum imperatoris, Jeruſalem & Sicilie regis predictis omnibus interſui, rogatus ſcripſi & firmavi.

LXXXV.

Suſpenſio rectoris S. Andree de Zagonaria facta ab abbate S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1259. XXV. februarii.

Ex autographo archivi S. Hippolyti.

IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, amen. Nos domnus Rainerius abbas monaſterii ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia cum conſenſu capituli predicti monaſterii. Quia nobis conſtitit per inſtrumenta publica & precepta Arma- *Ibid. n. 61.*

h ii nioum

ninum presbyterum ſancti Andree de Zagonara Ymolenſis diorafis ad dictum abbatem & ejus monaſterium pleno jure ſpectantiś, poſt excommunicationem per ipſum domoum abbatem in eum latam, & interdictum, poſt in ipſa eccleſia divina officia celebraſſe, celebravit & in eccleſia ioterdicta; propter quod irregularitatis notam iocurrit, ac reatum perjurii incurriſſe. Ideo noleotes, ſicut & debemus, tantos exceſſus relinquere impunitos, prefatum Armaninum presbyterum ab officio & beneficio tam in temporalibus, quam io ſpiritualibus eccleſie supredicte ſancti Andree ſententialiter perpetuo ſubmovemus, excommunicantes presbyterum eumdem, ſi de cetero in dicta eccleſia preſumpſerit contra ſententiam permanere. Presbyterum vero ipſius eccleſie in ſcriptis excommunicamus, ſi deinde ipſum presbyterum contra ſeotentiam noſtram in dicta eccleſia preſumpſerit retinere, eidem aut ad hoc preſtiterit auxilium, conſilium vel favorem. Lata fuit hec ſententia in balchione domus clauſtri monaſterii predicti ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia ſub annis Domini milleſimo cc. LVIIII. tempore domini Alexandri pape IIII. die martis XXV. menſis februarii indictione ſecunda, preſentibus teſtibus Viſintino Johannis de Viſentina, Roccus Gabriel, Rabutinus Zuliani de Midiſina, & frater Zanettus Bautus de Lugo.

Et ego Johannes Sart.. imperiali auctoritate notarius omnibus ſupradictis interſui rogatu ſupradicti abbatis omnia ſupradicta ſcripſi & publicavi.

LXXXVI.

Litera Alexandri IV. pro recuperatione bonorum monaſterii S. Petri ad Vincula Ravennatis diœceſis.

Anno 1259. v. kal. aprilis.

Ex archivo Fontis-boni. §. Brevia n. 88.

Ibid. n. 64. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. abbati ſancti Laurentii Ceſenat. ordinis ſancti Beoedicti ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii abbas, & conventus monaſterii ſancti Petri ad Vincula ordinis ſancti Benedicti ad Romanam eccleſiam nullo modo pertineotis Ravennatis dioceſis nobis ſignificare curarunt, quod tam ipſi, quam predeceſſores eorum terras, poſſeſſiones, vineas & res alias ipſius monaſterii nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, datis ſuper hoc literis, penis adjectis, & interpoſitis juramentis, in gravem ipſius monaſterii leſionem, quorum aliqui ſuper hiis confirmationis literas in forma communi a ſede apoſtolica impetrerunt. Quare dicti abbas & conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipſius monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem monaſterii ſtudeas legitime revocare. Non obſtantibus literis &c. Contradictores &c.

Datum Anagnie v. kalendas aprilis pontificatus noſtri anno quinto.

LXXXVII.

Privilegia bina ejuſdem Alexandri IV. pro monaſterio S. Severi Ravennæ & ſanctæ Mariæ de Caſtagnola Æſinæ diœceſis.

Anno 1259. II. kal. maji.

Ex autographo abbatiæ Claſſenſis.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *I.* abbati monaſterii ſancti Severi Ravennat. ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ibidem n. 51. Religioſam vitam eligentibus &c. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancte Dei genitricis & virginis Marie ac ſancti Severi Ravennat. in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam ac inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a vobis poſt concilium generale ſuſceptam, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem monaſterium juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino

mino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocsbalis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum nmnibus pertinentiis ſujs; in civitate Rsvenaate ſancte Msrie in Xenodochio, ſsncti Tbome, & ſancti Severi de Camarsno eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. In civitate Faventina ſancti Caſſiani, & ſancti Severi de Cunio eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem; terras, vineas & poſſeſſiones, quas hsbetis in territorio civitstis ejuſdem; villam, qne dicitur Carpenells cum omnibus pertineatiia ſuis; eccleſiam ſsncti Egidii, & tertiam parcem eccleſie ſancte Marie cum nmnibus pertinentiis earumdem, quas hsbetis ibidem; ſancti Severi, ſaacti Msrtiai, ſancti Cbriſtophori, ſancti Andree de Catinano, & ſancti Paternisni cspellas cum omnibus pertiuentiis esrumdem, quas habetis in epiſcopatu Populienſi. In dioceſi Ceſenatenſi eccleſiam ſsncti Pauli de Caſa-meruli cum nmnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſsncti Aageli cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habetis in civitate Ariminenſi; ſancte Msrie de Msrignaao, ſsncti Stephani in Pereto, & ſancti Msrtiai in Lucisno eccleſias cum nmnibus pertiaentiis earumdem, quas habetis in epiſcopatu Ariminenſi. Eccleſiam ſancti Jscobi cum omaibus pertiaentiis ſuis, quss hsbetis in civitate Penſaurienſi. Ssncti Cyriaci in Gsons cum toto ſundo, ſancti Jobannis in Palumbice, ſsacti Johannis de Ayelo, & ſancte Marie de Lamorats eccleſias, cum nmnibus pertiaentiis earumdem, quss habetis ia Anconitsnn & Auximano epiſcopatibus. Villsm de Msrignano cum omnibus pertinentiis ſuis; villam, que vulgariter appellatur Scloo cum juribus, terris, vineis, pratis, paſcuis & nmnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum Montis-Feretrsn. cum nmnibus pertinentiis ſuis, quod habetis in epiſcopatu Bobienſi. Caſtrum Corrie cum eccleſiis & pertinentiis ſuis, quod habetis in comitatu Caſtelli. Tertiam partem caſtri, quod sppellstur Afra, & tertism partem eccleſie ipſius caſtri. Eccleſism ſsncte Sopbie cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habetis in epiſcopatu Ferrarienſi. Poſſeſſiones ſitas in fundis, qui Ruſtigale & Canslia vulgsriter nuncupaatur. Quidquid hsbetis in villa, que appellatur Msſs, terrss, domos, poſſeſſiones, quss habetis in civitate Ravennsteaſi & ejns dioceſi, uſum piſcandi ac paſcendi, quem habetis in inſula ſita inter monaſterium veſtrum, & aquam, que vulgariter appellatur Bidens. Rotanum & Maſcenzanum grsngias cum omnibus pertinentiis earumdem, que idem moaaſterium, antequam Ciſtercienſium fratrum inſtituta ſaſciperet, poſſidebat, cum terris, prstis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuia, in boſcn & plsno, in aquis & molendinis, ia viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſnmptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgaltis & piſcstinnibus veſtris, vel de nntrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis eccleſiaſticos vel laicos liberos & abſolutos e ſeculo ſugientes ad converſioaem recipere, & eos sbſque contradictione sliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli frstrum veſtrorum poſt factam in moasterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatis ſui licentis de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum csutione nullus audeat retinere: quod ſi quis forte retinere preſumpſerit, licitum ſit vobis in ipſos monachos vel converſns regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inbibeates, ne terras, ſeu quodlibet beneficium eccleſie veſtre collatum, liceat slicui perſoaaliter dsri, ſive alio modo alienari sbſque conſenſu totius capituli, vel majnris aut ſsnioris partis ipſius. Si que vero doaationes ſeu alienstiones aliter, quam dictum eſt, facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus ſive converſus ſub profeſſione veſtre domus adſtrictus ſine licentia & conſenſu sbbatis & msjoris partis cspituli veſtri pro sliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat nltra ſummam capituli veſtri providentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus veſtre utilitstem, quod ſi facere forte preſnmpſerit, aon teneatur conveutus pro iis aliquatenus reſpoadere. Licitum preterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem continesns queſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis nti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum valeat ia aliquo deperire. Inſuper auctoritato spoſtolica inhibemus, ne ullus epiſcopus vel quelibet alia perſona ad ſyaodos, vel conventus forenſea vos ire vel judicio ſeculari, vel de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſioaibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad do-

nios

mos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire preſumat, nec regularem electionem abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſterciensſis ordinis, ſe aliquatenus intromittat. Si vero epiſcopus, in cujus parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate ac devotione, qua convenit, requiſitus ſubſtitutum abbatem benedicere, & alia, que ad officium epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, & alia, que ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio epiſcopo percipere, que a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea ſint epiſcopi forma & eſpreſſione contenti, que ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet abbates ipſi epiſcopo, ſalvo ordine ſuo, profiteri debeant, & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus vero altarium vel eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquare; ſed hec omnia gratis vobis epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antiſtitem, gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi ſedes dioceſani epiſcopi forte vacaverit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen ut ex hoc impoſterum proprio epiſcopo nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii epiſcopi copiam non habetis, ſi quem epiſcopum Romane ſedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apoſtolice ſedis recipere valeatis. Porro ſi epiſcopi, vel alii eccleſiarum rectores in monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi commorantes, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſine aliqua occaſione eorum, que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate preſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eamdem ſententiam protulerint, ipſam tamquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam decernimus irritandam; nec litere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra indulta apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere rapere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercare. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo *&c.*

Suſcipe †	*Domine*
SCS	SCS
PETRUS	PAULUS
ALE	XANDER
PP.	IIII.

ſervum tuum in bonum.



Ego Alexander catholice eccleſie epiſcopus ss.]

† Ego Odo Tuſculanus epiſcopus ss.

† Ego Stephanus Preneſtinus epiſcopus ss.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucina presb. card. ss.

† Ego frater Hugo tit. ſancte Sabine presb. card. ss.

† Ego Richardus ſancti Angeli diac. card. ss.

† Ego Octavianus ſancte Marie in via lata diac. card. ss.

† Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum diac. card. ss.

† Ego Johannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano diac. card. ss.

† Ego

† Ego Ottobonus ſancti Adriani diac. card. ss.

Datum Anagnie per manum magiſtri Jordani S.R.E. notarii & vicecancellarii II. kalendas maji indictione II. incarnationis Dominice anno M. CC. LVIIII. pontificatus vero domini Alexandri pape IIII. anno quinto.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati monaſterii de Caſtagnola, ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus &c. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancte Dei genitricis & virginis Marie de Caſtaneola Senogallienſis dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a vobis ante concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones &c. vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis in civitate & dioceſi Senogallienſi, ſilvam Caſtaniole & molendinum unum juxta ſilvam eandem, terras, vineas & aquimola, que habetis ibidem, grangias, quas habetis in locis, qui ſanctus Johannes de Sanguineto, Cacafava, Rubianum, Albinianum, Campora Freſſini, ſanctus Benedictus de Caſtanioli vulgariter nuncupantur; domus, caſalina, ſalinas, hortos, terras, vineas, ſilva, prata, paſcua, molendina, aqueductus, piſcarias, aquimola & piſcariam de foce fluminis Eſini cum ripa ipſius fluminis & omnibus pertinentiis eorumdem. In civitate & dioceſi Anconitana domos, caſalina, hortos, molendina, que dicuntur de quatuor, cum aqueductu, edificiis, terris, poſſeſſionibus & aliis pertinentiis eorumdem; molendina, que habetis in loco, qui dicitur Aquaviva, cum edificiis, aqueductu, clauſura & omnibus pertinentiis eorumdem; grangiam, que dicitur ſanctus Stephanus cum omnibus pertinentiis; poſſeſſiones, quas habetis in locis Cerreto, ſancto Johanne de Caſſiano, dompniſſa & maxilla de Bucco vulgariter nominatis, poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui dicitur ſanctus Johannes de Preſenzano; montem Caſtelliani, ſilvam, que dicitur Bandita, & poſſeſſiones, quas habetis juxta montem, qui dicitur ſanctus Vitus. In civitate & dioceſi Eſina domos, caſalina, hortos, terras, vineas, ſilvas cum omnibus pertinentiis eorumdem. In civitate & dioceſi quondam Auximana domos, caſalina, hortos, terras, vineas, ſilvas cum omnibus pertinentiis eorumdem cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus earumdem. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale, ſe etiam novalium, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque &c.

† Ego Alexander catholice eccleſie epiſcopus ss.

† Ego Odo Tuſculanus epiſcopus ss.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucina presb. card. ss. &c.

LXXXVIII.

Diviſio monachorum & monialium ſancti Benedicti de Padua facta ab epiſcopis Vicetino, Adrienſi & Patavino.

Anno 1259. die II. julii.

Ex autographo Vangaticienſi.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono indictione ſecunda die ſecundo intrante julio, Coram venerabili patre domino Hanrico Dei gratia Ebredunenſi archiepiſcopo apoſtolice ſedis legato, & huic ſententie auctoritatem ſuam ac judiciale decretum interponente, & preſentibus honorabilibus viris Rannio Thomaſio Alechrdino de Verona, magiſtro Ottolino de Ferraria, Bartholomeo Craſſo canonicis Paduanis, magiſtro Philippo in decretalibus, qui eſt cum domino legato, magiſtro Widoto clerico eccleſie de Coſtalta vicario domini epiſcopi Paduani. Venerabiles patres domini Johannes Dei & apoſtolice gratia epiſcopus Paduanus, Bartholomeus eadem gratia epiſcopus Vicentinus & Florius eadem gratia epiſcopus Adrienſis talem in ſcriptis protulerunt ſententiam, ſic dicentes. *Ibidem n. 69.*

Cum

Cum ad aures ſummi patris & domni A .. Dei gratia in preeminenti ſpecula paſtoralia ſollicitudinia reſidentis referenta priore ſancti Benedicti de Padua ordinis ſancti Benedicti perveniſſet, quod procurante humani generis inimico inter priorem, fratres, ſorores domus ejuſdem, ipſorum exigentibus culpia tanti adeo ſcandali & diſſenſionis materia pullulaſſet, quod niſi medentis ſuum cure paſtoris adhiberet remedium ſalutare, miſerabilis & irreparabilis deſolationis incurreret detrimentum, ſancte Marie de Vancio Paduane, & de Monte-vinearum prioribus ordinis ſancti Benedicti Paduane dioceſis ſuis ſub certa forma dedit literis in mandatia, ut ad locum perſonaliter accedentes, ac habentes pre oculis ſolum Deum, ſi eiſdem prioribus conſtaret propoſita vera eſſe, eidem monaſterio viſitationia, correctionis & reformationis officium impenderent, reformanda reformantes, & corrigenda corrigentes, tam in capite, quam in membris, ſicut litere apoſtolice ſuper hoc directe plenius exprimebant. Pendente autem inquiſitione premiſſa, & dicto priore coram ſummo pontifice conquerente, quod quidam monachi dicte domua eidem priori debitam exhibere obedientiam & reverentiam denegabant, prefatus ſummua pontifex priori de Villa ejuſdem ordinis certa forma ſuia dedit literis in mandatis, ut ipſi priori & predictis monachis debitam obedientiam & reverentiam faceret exhiberi, ſicut ſuper hoc oprente litere continebant, ex quibus in ipſo monaſterio majoris turbationis & ſcandali invaluit corruptela. Unde iterato prefati prior & conventus ſummo pontifici ſupplicarunt, ut pacem & tranquillitatem prefato monaſterio cura paterne ſollicitudinis procuraret. Quorum miſerabili & inſtanti ſupplicatione commotus venerabilibus patribus Vincentioo & Adrienſi epiſcopis, Adrienſi tunc electo, ſub certa forma mandavit, ut ad locum ipſorum perſonaliter accedentes ſalutifere viſitationis officium eidem monaſterio procurarent tam in capite, quam in membris, impendentes & providentes, tam in capite quam in membris, que correctioois & reformationia remedia indigerent, prout reſcripti apoſtolici ſuper hoc confecti ſeries patentiſſime continebat, Prefati quoque epiſcopi filialis nequaquam obedientie inexpertes, & nolentes merito reprehendi de negligentia vel contemptu, ſi mandatum tanti patris ſilentii latibulo preterirent, ad locum eumdem juxta tenorem mandati apoſtolici perſonaliter accedentes, a priore, fratribus & ſororibus, omnibus & ſingulis ſuper ſtatu & reformatione dicte domua tam in capite, quam in membris receperunt corporalia juramenta, & depoſitio prioris, fratrum & ſororum dicte domus redactis in ſcripeis, prior, fratres & ſororea ejuſdem monaſterii omnea & ſinguli communi & concordi concurrente conſenſu, & domus pudori parcere intendentes, pro bono pacia & concordie, venerabilis patris Paduani epiſcopi loci ordinarii accedente conſenſu, prefatos venerabiles patres Vicentinum & Adrienſem epiſcopos in arbitros, arbitratores, & compoſitores amicabilea elegerunt, ordinationi, diſpoſitioni, & reformationi ipſorum, preciſe, & abſolute ſeſe & eamdem domum remittentes, promittentes & preſtantes corporale juramentum, quod omnia & ſingula, que prefati epiſcopi ſuper ſtatu & reformatione dicti monaſterii ducerent ordinanda, diſponenda, & corrigenda & reformanda illibata & inconcuſſa perpetuo obſervare, delegata ipſis epiſcopis a ſede apoſtolica poteſtate in omnibus & ſingulia reſervata, prout in inſtrumeoto compromiſſi inde confecto per Johannem de Marola notarium plenius continetur. Et licet prefati epiſcopi tam delegata, quam arbitraria poteſtate idem negotium poſſent juris poteſtate finire, attendentes tamen, quod funiculus triplex difficile diſſolvatur, noluerunt Romano pontifice inconſulto, cujus auctoritate ſuffulti in eodem negotio proceſſerunt .... ordinationis & diſpoſitionis terminis commendare, & ſic ad ſummi pontificis apicem concurrentes humiliter ſupplicarunt, ut adjuncto ſibi venerabili patre epiſcopo Paduano loci ejuſdem ordinario, eorum proceſſum, & compromiſſum prefatum auctoritate apoſtolica confirmaret. Sepedictus autem ſummus pontifex illius imitator, qui dixit: Pax vobis, plenam ſuper terram in ſpiritualibus optinens poteſtatem, & ad cujus maxime officii pertinet dignitatem clero & populis univerſis & maxime monaſteriis & eccleſiis pacis commoda procurare, quod ſuper hoc factum fuerat, ratum babens & firmum, & eumdem Paduanum epiſcopum dictis epiſcopis ad executionem adjungendo hujuſmodi negotii liberam eiſdem Vicentino, Paduano & Adrienſi epiſcopis contulit facultatem, priorem prefatum ac alias perſonas ab ipſo monaſterio amovendi, necnon ipſi priori de bonis ejuſdem monaſterii pro ſubſtentatione ſua quoad vixerit, providendi, ac preficiendi predicto monaſterio perſonam idoneam

in

in priorem, fructuſque prefati monaſterii inter monachos & moniales in ipſo degentes monaſterii dividendi, necnon omnia & ſingula reficiendi, ordinandi ac etiam diſponendi, que in litteris apoſtolicis a me notario de verbo ad verbum viſis & lectis plenius continentur. Ipſi namque patres & epiſcopi jactantes in Domino corda, & corpora & opera, oculiſque paterne compaſſionis apertis ſuper ſtatu miſerabili dicte domus, & ſcandalo, quod non ſolum in clerum & populum civitatis Paduane diffunditur, verum per univerſam quaſi provinciam propagatur, attendenteſque quod pleraque ſint ax cauſa, loco & tempore attendenda, cauſa, videlicet ſcandalum cleri & populi Paduani, & diſſenſio divulgata, loco, quaſi fratrum & ſororum vicinitas & conjunctio propter diaboli inſidias, & multa & varia pericula, quæ ex tali vicinitate emergunt, docente Hieronymo: Non poteſt toto corda habitare cum Deo, qui feminarum acceſſibus copulatur, quia femina conſcientiam ſecum pariter habitantis eſurit, cum etiam multiplici viris eloquio cohabitatio & commixtio deteſtetur; tempore vero, guerrarum videlicet diſcrimine imminente, cui multipliciter ſubjacet civitas Paduana, nec mirum, quod pro temporis qualitate hominum diſponuntur agenda, & ideo quod alias requirente tempore provide ac mature factum eſſe ſecernitur, nonnunquam tempore contrario requirente non improvide revocatur, & quod prius in ipſa ſui ordinatione ſuis placueris auctoribus, poſtmodum diſplicent effectu contrario ſubſequente, predictis & multis aliis, que difficiliter exponenda & notanda occurrunt, ſolerti cura & diligenti ſollicitudine in trutina matura deliberatione perpenſis, multorum & presbyterorum religioſorum, quam predictorum notitiam habuerint, & prudentum virorum requiſito conſilio, ad honrem omnipotentis vivi Dei, ad ſtatum & reformationem, & perpetuam tranquillitatem & pacem dictorum fratrum & ſororum, ad omnem ſcandali & diſſenſionis materiam de fidelium cordibus funditus evellendam, prefati epiſcopi unanimi & concordi apoſtolica, necnon translata in prefatos Vicentinum & Adrienſem epiſcopos per priorem & fratres & ſorores dicte domus unanimiter & concorditer poteſtate pronuntiaverunt, voluerunt, ſtatuerunt & ordinaverunt, quod fratrum conventus a ſororum conventu & collegio penitus ſeparetur, & ipſos conventus etiam ab invicem ſeparant, in loco, in quo degere conſueverunt remanentibus monachabus, omni communione, jure communionis, indempnitatis, collegii & univerſitatis totaliter diſſolutis, ita quod nulla ulterius communio ſeu communitas, indempnitas vel univerſitas inter fratrum & ſororum conventus de cetero obſervetur, niſi ſicut inter alia monaſteria civitatis & dioceſis Paduane, que per abbates proprios & priores reguntur aut etiam diſponuntur, & inter que nulla communio ſeu communitas obſervatur. Quibus per venerabilem patrem epiſcopum Paduanum ſollemniter collegium ordinetur, cui collegio dicti epiſcopi ſtatuerunt ex nunc preficere & ordinare perpetuam abbatiſſam, qua cedente vel decedente idem collegium & conventus poſſint & debeant eligere & preficere abbatiſſam ſecundum jura & canonicas ſanctiones. Voluerunt, ſtatuerunt & dixarunt, preceperunt & ordinaverunt etiam, quod eccleſia ejuſdem loci, que fratribus & ſororibus conſuevit eſſe communis, cum domibus, in quibus habitant moniales, libere, quiete & pacifice & abſque fratrum contradictione cum quinque paſſibus ultra eccleſiam verſus fratres ſeu verſus locum, in quo fratres habitant, & conſueverunt hactenus habitare, ipſis remaneat monachabus, diviſione facta ſecundum hos confines, a via, que tendit verſus civitatem inter flumem & dictam domum per directam lineam tranſeundo uſque ſpaldum. Alia vero pars fratrum conventui cum domibus ſuper poſitis, in quibus degunt & conſueverunt degere, ipſis fratribus remaneat libere & quiete; ita tamen quod infra annum dicti fratres incipiant illa edificia removere, & alia in loco idoneo cum conſilio & voluntate dioceſani epiſcopi habitationis ſue locum transferre debeant, & ibidem eccleſiam & conventum & collegium perpetuum ordinare. Interim autem prefati epiſcopi voluerunt & ſtatuerunt priorem perpetuum preficere ipſis monachis & etiam ordinare, quo cedente vel decedente ad fratres ſive collegium dicte domus prioris ſpectet electio & ordinatio ſecundum jura & canonicas ſanctiones. Item voluerunt & ſtatuerunt, quod omnes poſſeſſiones & jura ejuſdem monaſterii, nomina & debita inter monachos & moniales communiter dividantur, videlicet quod medietas dictarum poſſeſſionum & jurium, necnon nominum, debitorum & teſtamentorum monialibus, alia vero medietas monachorum conventui aſſignetur ſecundum iſtam diviſionem & examinationem faciendam ab illis, quos prefati

epiſcopi ad hoc duxerint eligeodos; fructus quoque & redditus, & proventus uſque ad dictam diviſionem completam cum effectu inter dictos ſratres & ſorores communiter dividantur. Verum quia parum eſſet de diſpoſitione & ordinatione temporalium cogitaſſe, niſi ſubſequenter de ſpiritualibus, ordine licet quaſi prepoſtero, cogitetur, dicti epiſcopi matura deliberatione prehabita, Deum habentes pre oculis, pro bono pacis & quietis diſpoſuerunt & providerunt dompnum Willielmum ejuſdem monaſterij priorem a dicto prioratu & monaſterio amovendum, ipſumque pro bono concordie amoverunt, & procul a domo ejuſdem ordinis Paduane civitatis & dioceſis collocari eumdem dicti epiſcopi concorditer voluerunt ſecundum ipſius Willielmi prioris electionem, ita tamen quod ſama ipſius Willielmi ex amotione hujuſmodi non ledatur, ſed illeſa & integra conſervetur. Nihilominus ſtatuerunt & ordinaverunt, quod eidem Willielmo, quoad vixerit, pro ſubſtentatione ſua tantum de terris vel poſſeſſionibus ejuſdem monaſterii tunc communibus, de cetero ſeptuaginta libras Venetas parvorum poſſit & debeat percipere annuatim, dictarum poſſeſſionum proprietate penes dicta monaſteria & conventus integraliter remanente juxta taxationem, examinationem & proviſionem dictorum bonorum proborum virorum a dictis epiſcopis aſſigoaodorum. Voluerunt inſuper & preceperunt quadraginta libras Venetas parvorum ipſi priori dari & aſſignari ab ipſis conventibus pro expenſis, quas fecit a tempore diſſenſionis exorte extra dictum monaſterium commorando, que quadraginta libre eidem Willielmo priori in ſeſto ſancti Michaelis proximi perſolvantur. Item dicti epiſcopi Barthomeum & Egidium monachos dicte domus a dictis collegiis & conventibus perpetuo & ſine omni ſpe reverſionis ſententialiter amoverunt, diſponentes eos in aliis monaſteriis ejuſdem ordinis Paduane civitatis vel dioceſis collocando, ſecundum quod eiſdem epiſcopis magis videbitur expedire. Nihilominus decernentes, quod dicto ſratri Bartholomeo duodecim libre de bonis dictorum conventuum aſſignentur pro expenſis, quas fecit a tempore diſſenſionis exorte extra dictum monaſterium commorando. Et ut omnia & ſingula antedicta, & quodlibet predictorum majoris & indiſſolubilis roboris obtineant firmitatem, preſati epiſcopi unanimiter & concorditer voluerunt, ſtatuerunt & ordinaverunt, & irreſragabiliter & irrevocabiliter ediderunt freti tam delegata, quam ordinaria in ipſos poteſtate translata predicta omnia & ſingula, & quodlibet eorum in perpetnum inconcuſſa & illibata perſiſtere ſub pena & in pena in compromiſſo preſato adjecta, omnes & ſingulos monachos & monachas, ac ceteros alios dicte domus ſub atteſtatione divini judicii atteſtantes, & in ea pena preſtiti juramenti, ut premiſſa vel aliquid premiſſorum tunc vel impoſterum quocumque modo non liceat infringere per ſe vel per alios, aut in aliquo impedire directe vel indirecte modo quocumque vel ingenio. Et ſi, quod non credunt, quiſquam contra predicta vel aliquid predictorum violator temerarius appareret, ipſe ex tunc auctoritate apoſtolica excommunicationis ſententia innodetur; ſalvo in omnibus & ſingulis jure, hoore & juriſdictione iu locis preſatis diocaſano epiſcopo competentibus loci ſive juris, honoris & juriſdictionis, cujus quoad alia, que preſato epiſcopo dioceſano ex ordinaria juriſdictione competere dignoſcuntur, nullum volunt vel intendunt dicto epiſcopo prejudieium generari. Preterea preſati epiſcopi arbitri, arbitratores & amicabiles compoſitores, necnon a ſede apoſtolica delegati retinuerunt & reſervaverunt ſibi plenam, liberam poteſtatem addendi, minueodi, corrigendi, mutandi, interpretandi, & etiam declarandi, ſi quid addendum, n inuendum, corrigendum, mutandum, interpretandum & etiam declarandum, ſecundum quod eiſdem videretur epiſcopis expedire, & amovendi dominas & domus officinas predictorum conventuum, & diſponendi eccleſias ſecundum regularem honeſtatem & corrigendi dominas, que deliquerint, & mutandi & transſerendi eas in alia monaſteria, ut eis videbitur expedire, maxime que huic ſententie & arbitrio, quod abſit, rebellarent, & optento pacis.

Actum Padue in pilo epiſcopatus, quod dicitur Cordonica, Proilo.

Item die ſequenti intrante julio, preſentibus domno Guiberto Dei gratia abbate monaſterii ſancti Felicis de Vincentia, domno Giordano abbate monaſterii ſancte Euphemie de Villanova dioceſis Tarviſine, fratre Martino de ordine fratrum Predicatorum ſancti Auguſtini de Padua, fratre Bene, qui moratur cum domino epiſcopo Vicentino, magiſtro Widoto clerico eccleſie de Coſtalta, Willelmo filio domini Mucii de Ravolate de Abbatia, Vitali de Vincentia, Alberto de Portulignaco, Antonio de Caſtegnio ſervitoribus domioi epiſcopi Adrien-

Adrienſis & aliis. Venerabiles patres domini Bartbolomeus Dei gratia epiſcopus Vicentinus, & Florius eadem gratia epiſcopus Adrienſis de verbo, conſenſu & voluntate venerabilis patris domini Johannis Dei gratia epiſcopi Paduani ſententiam ſupraſcriptam, quam coram rev. patre domno Henrico Dei gratia Ebredunenſi archiepiſcopo legato ſedis apoſtolice protulerunt, ſententiando, arbitrando & declarando ex delegata ſibi a ſummo pontifice poteſtate, & arbitraria juriſdictione in pleno capitulo monacbarum monaſterii ſancti Benedicti de Padua coram fratribus beati Benedicti Novelli & ſororibus dicti loci, & Jacobino quondam Ugenii de Jullario procuratore domni Wilielmi olim prioris memorati monaſterii, publicaverunt, manifeſtaverunt & declaraverunt, addentes in ſcriptis, contradictores inſuper & rebelles tam clericos, quam laicos, & preſtantes auxilium vel etiam favorem rebellantibus excommunicationis vindicta innodarunt, & excommunicatos eſſe denuntiaverunt auctoritate domini pape, qua funguntur in bac parte.

Actum Padue in capitulo monacharum monaſterii ſancti Benedicti da Padua.

LXXXIX.

Abbas Adelmenſis eligit priorem monaſterii S. Bartbolomai de S. Mariano.

Anno 1259.

Ex autographo S. Mariæ Angelorum Florentiæ.

Ibidem. n. 65. IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CC. LIX. indictione III. die lune .... Ego donnus Dominicus abbas monaſtecii ſancte Marie de Elmo videns, atque conſiderans utilitatem, & neceſſitatem monaſterii ſancti Bartholomei de ſancto Mariano, & maxime cum ipſum monaſterium nunc egeat rectore ... qui in ejuſdem officiali munimine ... ſiſtat, & quod bona ejuſdem, & res & negotia tractet & adminiſtret, & babita ſuper hiis deliberatione plena diligenti ad honorem Dei, & beate Marie virginis & ſancti Bartholomei, omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & ad honorem ..... & monaſterii mei, totiuſque ſui capituli, & omnium & ſingularum perſonarum jus babentium in dicto monaſterio ſancti Mariani, Chriſti nomine invocato, donnum Junctam monachum, qui nunc eſt in monaſterio ſancte Marie de Morona, in priorem, dominum & rectorem dicti monaſterii ſancti Bartholomei de ſancto Mariano eligo & confirmo ..... de beneficio & officio monaſterii ſupradicti.

Actum in clauſtro dicti monaſterii ſancte Marie de Elmo, coram M.... re quondam Franciſchi .... & Maffeo notario .... & Benvenuto .... teſtibus ad hec rogatis & vocatis.

Ego Bonaventura notarius ... predictis omnibus interfui, & ea ſcripſi & publicavi rogatus.

X C.

Petrus abb. S. Gregorii de Urbe locat Creſcentio Leonis caſale cum turri.

Anno 1260. menſe martio.

Ex codice ejuſdem monaſterii, p. 241.

IN nomine Domini. Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo anno ſexto pontificatus domni Alexandri quarti pape... in menſe martii die vigeſimo ſeptimo in preſentia mei Petri Jobannis Zamboni ſcriniarii & teſtium ſubſcriptorum ad hoc rogatorum. Domnus Petrus abbas monaſterii ſanctorum Andree apoſtoli & Gregorii confeſſoris, quod ſitum eſt in clivum Scauri, & totus ejuſdem monaſterii conventus eorum bona voluntate, de mandato ac precepto ſeu arbitrio fratris Senobaldi monaci ſancti Sabbe & arbitratoris a partibus ſubſcriptis electi, ut patet inſtrumento ſcripto per Petrum ſcriniarium, locaverunt *&c.* nobili viro domino Creſcentio Leonis Johannis judicis ſuiſque filiis *&c.* unum caſale poſitum extra portam ſancti Pauli cum turri & terris, quas ipſe dominus Creſcentius nunc tenet, & terram, quam tenet donna Rigalis cum introitibus *&c.* extra portam predictam in Gualdoro in loco, ubi dicitur Montorium, inter bos fines, a primo latere tenet monaſterium ſancti Xiſti, ab alio ipſe dominus Creſcentius, ab alio filii Petri Baſtardelle juris dicti monaſterii, ab alio Johannes Calixti *rivo mediante*, & ab alio rivus, fines Balſioli juxta rivum, a primo latere tenet Johannes Calixti, & domina Maria Jacobi Johannis Berardi, ab alio ſancta Maria in Campitello, ab alio rivus, ab alio idem Johannes .... de molendino rivo mediante, ad tenendum *&c.* pro qua locatione idem dominus Creſcentius promiſit eidem Ibidem. n. 94.

abbati &c. ſolvere annuatim quinque ſolidos proviſinorum &c.

Angelus Thome ſcriniarius teſtis, Petrus Romani teſtis, Raynaldus Jordani portararius teſtis, Paulus Zoppus teſtis, Paulus quocus teſtis, Petrus Bartholomei teſtis.

Ego Petrus Zambonus Dei gratia ſancte Romane eccleſie ſcriniarius interſui, & rogatus ſcripſi, complevi & abſolvi.

XCI.

Alexander IV. indulget Camaldulenſibus, ut de male acquiſitis bona recipere poſſint pro reparatione eremi.

Anno 1260. XII. kal. maji.

Ex autographo Fontis-boni.
§. Brevia. n. 89.

Ibid. n. 70. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori & conventui heremi Camaldulenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veſtre meritis religionis inducimur, ut vos illa proſequamur gratia, que veſtris neceſſitatibus eſſe dinoſcitur opportuna. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ut de uſuris, rapinis, & aliis male acquiſitis, dummodo hii, quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat, omnino inveniri & ſciri non poſſint, necnon de redemptionibus votorum auctoritate dioceſanorum prius factis, Jeroſolymitano dumtaxat excepto, uſque ad ſummam M. librarum Senenſium, pro reparatione cellarum heremi veſtro recipere valeatis, auctoritate vobis preſentium duximus concedendum, ſi pro ſimilium receptione non ſitis a nobis hujuſmodi gratiam conſecuti. Ita quod ſi aliquid de ipſis mille libris dimiſeritis vel reſtitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujuſmodi dimiſſum vel reſtitutum ſeu datum nihil ad liberationem eorum proſit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo &c. Si quis &c.

Datum Anagnie XII. kal. maji pontificatus noſtri anno ſexto.

XCII.

Idem Romanus pontifex commendat Duci Venetiarum monaſterium S. Mathie de Muriano.

Anno 1260. idibus maji.

Ex autographo ejuſdem monaſterii.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Ibid. n. 71.
Dei dilectis filiis nobili viro duci & communi Venetorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Credentes apud vos tamquam devotionis filios preces noſtras plenum invenire ſavorem, illas vobis pro quibuslibet, & preſertim pro perſonis eccleſiaſticis, que ſub religionis & honeſtatis habitu virtutum Domino devotum exhibent famulatum, porrigimus confidenter. Hinc eſt, quod univerſitatem veſtram pro dilectis filiis priore ac fratribus heremi ſive monaſterii ſancti Mathie de Muriano Torcellanenſis dioceſis Camaldulenſis ordinis nobis merito ſue religionis acceptis rogamus attentius, & hortamur in remiſſione vobis peccaminum ſuadentes, quatenus ipſos cum eorum monaſterio pro divina & apoſtolica reverentia propenſius commendatos habentes vos eis exhibeatis beneficos, & in quantum cum Deo poteritis gratioſos, nec permittatis eoſdem, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus vobis ſubditis moleſtari; ita quod exinde vobis divina retributio debeatur, & noſtrarum pariter actio gratiarum. Datum Anagnie idibus maji pontificatus noſtri anno VI.

XCIII.

Idem præcipit epiſcopo Arretino, ut reſtituat Camaldulenſibus res ablatas.

Anno 1260. XIII. kal. junii.

Ex autographo Fontis-boni.
§. Brevia. n. 90.

ALexander epiſcopus ſervus ſervo- Ibid. n. 70.
rum Dei venerabili fratri .. epiſcopo Aretino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Referentibus nobis dilectis filiis .. priore & conventu heremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis tue dioceſis egre didicimus, quod quidam ſatellites tui non abſque tua conniventia & aſſenſu

ad

ad eorum heremum accedaotes, ac eam auſu ſacrilego violantes, monacbos ejuſdem heremi percuſſerunt atrociter, & calices, libros, veſtes, quamdam pecunie ſummam, animalia & res alias tam ipſorum, quam bomioum caſtri de Soci ad predictam heremum pertineotis ſecum exinde oequiter aſportarunt, & oihilominus aliquos ejnſdem eaſtri homines, duobus ex eis percmptis gladio, diro caceri manciparunt, panem & alia neceſſaria, ſine quibus vita nequit eorum ſubſiſtere, ſemel in hebdomada more ſolito portari ad eos, quaſi facti rebelles amatorum Chriſti, minime permittentes. Et licet iidem prior & fratres a te, ut ſibi ſic ablata reſtitui faceres, humiliter poſtulaſſent, tu tamen velud afflictis immiſericors tandiu calices, libros, animalia & res alias detineri feciſti, donec pro ipſorum redemptione tibi quamdam pecunie ſummam ſolvere ſunt coacti, de quibus, ſi veritata ſulciantur, vehemenier admirari cogimur, & debes non immerito reprehendi, eum ad hee dignitatis apex, quo preemines, te concitare non debeat, eum nequsquam pontificalem temperantiam deceat illos, quibus paterna teneris proviſione eonſulere, a te opprimi, & defendi. Nolantes igitur predictorum ptioris & conventus injurias, qui calcatis mundanis illecebris elegerunt Domino deſervire, ſicut nec debemus elauſis oculis pertranſire, fraternitatam tuam rogamus, monemus & hortamur attente per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatinus ob revarentiam apoſtolice ſedis & noſtram a predictorum prioris & cooventua injuriis & gravaminibus da cetero conquieſcens predictos calices, libros, pecunie ſummam & res alias ipſorum ſibi reſtitui facias ſine mora.

Datum Anagnie XIII. kal. junij pontificatns noſtri anno ſexto.

XCIV.

Idem confirmat priori Camaldulenſi jus in monaſteriam S. Savini Piſarum.

Aono 1260. XIII. kal. juoii.

Ex originali Fentis-boni. § Brevia. *n. 91*.

Ibid. n. 70. ALexandet apiſcopus ſervus ſarvorum Dei dilecto filio .. priori heremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis Aretine dioceſis ſalutem & apoſtoliaam benedictionam. Petitio tua nobis exhibita cootinebat, quod cum priores heremi Camaldulenſis, qui fuerunt pro tempore, in monaſterio ſancti Savini ordinis Camaldulenſis Piſae dioceſis, ſicut in aliia monaſteriis ejuſdem ordinis, correctionis & viſitationis officium conſueverint exercere .. abbas ejuſdem monaſterii ſancti Savini eo pretextu, quod ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinere dicitur, quodque nuper in confirmatione electionis ſue eooventui ejuſdem monaſterii ſancti Savini mandavimus, ut eidem tamquam abbati ..... & reverentiam debitam axhiberent, te quominus in eodem monaſterio hujuſmodi officium impendere valeas.... Cum autem nequaquam noſtre intentionis exiſtat propter literas ipſas predictum monaſterium ſancti Savini a tua viſitatione eximere, aut juriſdictioni tue in aliquo derogare, tibi ut io eodem monaſterio, predictis nequsquam obſtantibus, officinm viſitationis conſuetum & debitum impendere valeas auctoritate preſentium indulgemus. Nulli ergo omoino bominum &c.

Datum Anagnia XIII. kalendas junii pontificatus noſtri anno ſexto.

XCV.

Jacobus ep. Ariminenſis ſubmittis Aymerico abbati Claſſenſi monaſterium S. Theoniſti de Longiano.

Anno 1260. XI. auguſti.

Ex autographo abbatia Claſſenſis.

IN Chriſti nomine, amen. Anno au- *Ibidem n. 73.*
tem ejus milleſimo ducenteſimo ſexageſimo .... indictione III. dia XI. auguſti iotrante, Arimini in palatio domini epiſcopi Ariminenſis. Bone rei dare conſultum ad preſens primum pertinet & futurum. Quapropter nos Jacobus Dei gratia Ariminenſis eccleſie epiſcnpus in favorem & intuitum religioois, ac pro eterne mereedis retributiona tibi dompno Aymerico abbati monaſtetii ſancti Apollioaria in Claſſe de Ravenna Camaldulenſis ordinis recipienti vice & nomine ipſius monaſterii, & pro ipſo, & pro ſatuiſqua ſucceſſoribus in perpetuum in monaſterio ſupradicto damus, donamus, concedimus, ſummittimus atque incorporamus, & in perpetoum traasferimus tibi & tuo monaſterio & in veſtrum jus & potaſtatem tranſactamus liberaliter & ex toto, preſente, volenta, conſentiante & nobiſcum unanimiter ſaciente dompno Ho-

modeo

modeo abbate monaſterit ſancti Theoniſti noſtre diocesis, necnon ...... totius familie ejuſdem monaſterii, videlicet preſatum monaſterium ſancti Theoniſti ar... poſſeſſionibus ... oroamentis ... primitiis, oblationibus, & parochiis & parochianis ſuis & quibuſcumque .... temporalibus, perſonalibus, realibus, preſentibus & ſuturis ad ipſum mooaſterium ſancti Theoniſti ſpectantibus &c. ad monaſterium ſupradictum, ut de cetero tu tuique ſucceſſores in perpeiuum ex hac noſtra pleniſſima & liberali conceſſione, incorporatione ſive unione predictum monaſterium ſancti Theoniſti cum omnibus preſatis & ſingulis rebus & juribus ad ipſum monaſterium ſpectantibus vel competentibus habeatis, teneatis, poſſideatis, diſponatis, reſormetis & reformatum conſervetis in ſpiritualibus & temporalibus ad veſtrum liberum arbitrium diſponentes, ſalva tamen ſemper ibidem ordinis diſciplioa, ac de veſtra familia & ordinis veſtri in ipſo monaſterio abbatem ſive rectorem & officiales monachos, converſos & clericos quot & quales & quotiens volueritis, inſtituatis & deſtituatis, ſicut vobis & utilitati, ac oeceſſitati ipſius monaſterii, & animabus parochiandorum ejuſdem monaſterii videritis expedire. Cum ipſum monaſterium in temporalibus & ſpiritualibus adeo ſit collapſum, quod niſi per zelum & ſtudium veſtri ordinis eidem monaſterio ſuccurratur, ad eum ſtatum deveniet, imo jam devenit, quod vix adiciet ut reſurgat. Inſuper hec omnia & ſingula ſupraſcripta, & quidquid juris vel poſſeſſionis ſeu conſuctudinis in ipſo monaſterio vel ſuis juribus ſeu poſſeſſionibus ad nos pertinet, vel ad noſtram eccleſiam ſeu epiſcopatum aliqui ... ſeu ..., diocesana vel juriſdictionis competit, vel unquam competere poſſet io predictis, vobis, ut dictum eſt, veſtriſque ſucceſſoribus largimur, ... donamus ...... nobis vel noſtro epiſcopatui ſeu Ariminenſi eccleſie in dicto monaſterio & ſuis rebus vel ...... ſet omnioo dictum monaſterium cum omnibus rebus & juribus ſuis a noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum & epiſcopatus ac eccleſie Ariminenſis generaliter & ex toto liberamus & eximimus poteſtate. Hoc tamen nobis retento io predicto monaſterio, quod nos noſtrique ſucceſſores habere debeamus annuatim pro toto decimo, quod colligitur pro ipſo monaſterio, tria ſtaria grani, quod decimum dari debeat per abbatem, qui per tempora fuerit ibidem, nuncio noſtro, quandocumque petierit apud dictum monaſterium. Et archipresbytero plebis oostre ſancti Petri in Compedo tria ſtaria grani ſimiliter dari debeat annuatim per abbatem predictum nuncio dicti archipresbyteri apud dictum monaſterium pro ea parte decimi, que ad dictam plebem pertinebat de toto decimo, quod colligitur in ipſo monaſterio & pro ipſo. Et dictus archipresbyter teneatur preſtare ea ſacramenta eccleſiaſtica, que preſtare conſueverat parochianis dicti monaſterii pro decimo, quod habebat ab ipſis; quod ſi noluerit eſſe contentus huic taxationi, habeat eam partem dicti decimi, quam habere cooſueverat, & preſtet, que preſtare conſueverat. Tali quidem pacto, quod abbas preſatus ſuique ſucceſſores nobis & preſato archipresbytero predicta ſex ſtaria grani dare minime teneantur tempore geoeralis guerre vel tempeſtatis, ſi pro altero iſtorum, quod abſit, poſſeſſiones de ..... cum monaſterio colligitur fructum oon redderent expectatum. Et quod capellanus ſive monachus ſacerdos, qui ibidem cum abbate fuerit ..... predictam plebem in ſolemni bapriſmo & in letaniis ſive rogatinnibus, & quod abbas rector, qui pro tempore fuerit in dicto monaſterio, contribuere teneatur archipresbytero dicte plebis in collectis & procuratiooibus legatorum & nuntiorum apoſtolice ſedis, ſicut actenus conſuevit. Hec omnia & ſingula ſupradicta & ioſradicenda promittimus ad invicem per nos noſtroſque fratres & ſucceſſores in perpetuum habere & tenere firma io ſingulis capitulis ſupradictis, & auctorizare & deſenſare ab omni perſona & loco, uoiverſitate & collegio, in judicio & extra, nec contra facere vel venire in aliquo, aliqua occaſione, jure vel modo ſub pena mille marcharum puri argeoti, que pretia totiens poſſint exigi & requiri, quotiens contraventum fuerit in aliquo & ſiugulis predictorum. Qua omiſſa vel commiſſa, ſoluta vel non ſoluta, nibilominus hec omnia & ſingula ſupradicta in ſua ſtabilitate integre perpetuo perſeverent. Teſtes fuerunt ad hec omnia ſupraſcripta vocati & rogati domious preſbyter Paulus capellanus dicti domini epiſcopi Ariminenſis, dominus Beovenutus judex, qui fuit quondam de Burgo ſancti Sepulcri, dominus Petrus Novellus judex quondam de Murino, & Accharinus quondam Parmenſis, Jacobinus quondam de Regio, Marchiſinus quondam Bononienſis, Johannes .... & alii plures, & Petrus notarius de Monte Flore, qui rogatus a partibus ſcripſit inſtrumentum ejuſdem tenoris.

† Ego

† Ego Angelus Ariminenſis eccleſie prepoſitus huic contractui conſenſi & propria manu ss.

† Ego presbyter Stephanus canonicus Ariminenſis eccleſie huic contractui conſenſi & propria msnu ss.

† Ego Albericus presbyter canonicus Ariminenſis eccleſie huic contractui *&c.*

† Ego Bonacurſus diaconus canonicus Ariminenſis eccleſie *&c.*

† Ego Ventura diaconus canonicus Ariminenſis eccleſie *&c.*

† Ego Bernardus diaconus canonicus Ariminenſis eccleſie *&c.*

† Ego Marcellinus diaconus canonicus Ariminenſis eccleſie *&c.*

† Ego Msrtinus diaconus canonic.... *&c.*

† Ego Guido de Materata Feret ... ſubdiaconus Ariminenſis canonicus *&c.*

† Ego Johannes canonicus Ariminenſis & ſubdiaconus *&c.*

† Ego Guido archipresbyter ſsncte Paule canonicus Ariminenſis *&c.*

Et egn Longavita quondam Rogerii imperiali auctoritate notarius bis omnibus preſens ſui, & ut ſuperius legitur, de voluntate ſupradictarum partium ſcripſi & publicavi.

XCVI.

Sententia Angeli abb. S. Helena de Æſino ſuper eccleſia de Appurano.

Anno 1260. x. novembris.

En autegrapho S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 74. IN Dei nomine amen. Ego Angelus abbas monaſterii ſancte Helene de Gino albiter & albitrator electus a dompno Bono ſyndico monaſterii ſancti Victoris de Cluſis ex parte una, & a fratre Franciſco ſyndico monaſterii ſancti Savini de Eſio ex altera, ſuper litibus & diſcordiis inter eos vertentibus hoccaſione eccleſiarum, poſſeſſionum & bonorum de Lapurano, viſis & auditis eorum allegationibus & ractionibus & inſtrumentis, habito conſilio ſapienium, & mecum plena deliberatione ſic in Dei nomine inter eos laudo & precipio ex vigore compromiſſi in me ſacti ſcripti manu Deoteſalve nntarii; quod abbas monaſterii ſancti Victoris & ſindicua monaſterii ſancti Victoris quieſcat & penitus remittat, det & cedat omne jus omnemque actionem & ractionem, quod & quas dictum monaſterium ſancti Victoris habet vel habere poſſet vel alius pro dicto monaſterio habet in quartam partem eccleſie ſancti Petri de Appurano, & in ſuis poſſeſſiooibus & rebua aliia, & omne jus, quod hsbet vel alius pro dicto monaſterio habet in toto manſo, quod olim ſuit Benedicti Gualterii de Appurano, poſitum in villa & curia Lapurani ſindico monaſterii ſancti Savini de Eſio ſtipulanti pro dicto monaſterio; & preſatus ſindicus ſancti Savini penitus remittat, quietet, det & cedat abbati monaſterii ſancti Victoris, & ſindico predicto ſtipulanti pro dicto monaſterio ſancti Victoris omne jus omnemque actionem & rationem, quod vel quam habet dictum monaſterium ſancti Savioi vel alius pro dicto monaſterio habet in manſo, quod olim ſuit Morici Alduotii, & quiequid ad dictum manſum ſpectat de jura, quod manſum eſt in curis Appurani. Hee omnia precipio ab utraque parte firmiter obſervari ſub pena centum librarum Ravenn. & Ancon. que continetur in compromiſſo ſupradicto, qua commiſſa ſoluta vel non, hoc laudum ſemper firmum perduret. Hoc laudum latum ſuit aput monaſterium ſancte Helene de Gino coram dompno Bartulo & dompno Vigilio monachis dicti mnnaſterii ſancte Helene, Franciſco Martini, Boncio Girardi Bonomi, & Venuto ejus fratre & Angelo Cartuſu..ni teſtibus rogatis, & coram fratre Franciſco ſindico ſancti Savini, & Venuto Jennarii ſindico ſancti Victoris ad hoc ſpecialiter conſtitutis, & preſente domno Morico abbste ſancti Victoris approbantibua & emologantibus dictum laudum, & omnia, que in eo continentur.

Sub anno Domini milleſimo ducenteſimo LX. indictione tertia tempore domini Manſredi Sereniſſimi regis Cicilie die deeimo intrante novembris.

Unde in continenti preſentibus teſtibus predictis in eodem loco dictus frater Franciſcus ſindicus mnnaſterii ſancti Savini de Eſio *&c.* quietavit & reſutavit *&c.* dicto Venuto ſindico ſancti Victoris *&c.* & domno Morico abbati ipſius eccleſie nomine ipſius monaſterii *&c.* omne jus *&c. ut ſupra.*

Et ego Jacobus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus, ut ſupra legitur, Interſui, & de mandato ipſorum contrahentium rngatus ſcripſi & publicavi.

XCVII.

XCVII.

Litera Alexandri IV. contra commune Aretii, ut ſatisfaciat damnis eremo Camaldulenſi illatis.

Anno 1260. xi. kal. januarii.

Ex archetypo Fontis-boni.
§. Brevia. n. 94.

Ibid. n. 71. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie Feſulane ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum .. prioris & conventus heremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis recepimus continentem, quod commune civitatis Aretii ipſis quamdam bladi quantitatem contra juſtitiam abſtulerunt, ac plebem de Miciano ad dictos priorem & conventum pleno jure ſpectantem, necnon & curiam de Motena, & quaſdam domos eorum nequiter combuſſerunt, alia eis dampna gravia & injurias irrogando. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi eſt ita, predictum commune, quod eiſdem priori & conventui bladum predictum reſtituant, ac ipſis de dampnis & injuriis hujuſmodi plenariam ſatisfactionem impendant, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellas, proviſo, ne in univerſitatem civitatis ejuſdem excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale.

Datum Laterani xi. kalendas januarii pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XCVIII.

Idem eximit Camaldulenſes a ſolutione procurationum.

Anno 1260. x. kal. januarii.

Ex originali Fontis-boni.
§. Brevia. n. 95.

Ibidem n. 72. ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. plebano de Biblena Aretina dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii .. prior & conventus heremi Camaldulenſis, quod eis a ſede apoſtolica eſt indultum, ut procurationes ſeu collectas legatis vel nuntiis ſedis ipſius, qui non fuerint de latere noſtro miſſi, niſi accedant ad ipſorum loca & monaſteria, exhibere minime teneantur. Verum cleri Florentin. & Feſulan. civitatum & dioceſum ſuggerentes nobis, quod quidam religioſi & clerici ſeculares eorumdem civitatum & dioceſum in procurationibus legatorum & nuntiorum ſedis predicte, que interdum cleris imponuntur eiſdem, pretextu quarumdam indulgentiarum eis conceſſarum a dicta ſede, contribuere denegant, ut tenentur, licet tam de jure communi, quam ex ordinatione facta ſuper hoc auctoritate fel. rec. Gregorii pape predeceſſoris noſtri, & poſtmodum per ſedem confirmata eamdem, religioſi & ſeculares predicti debeant cum cleris contribuere memoratis, ad certos judices noſtras literas impetrarunt inter alia continentes; ut ſi eſſet ita, religioſos & ſeculares prefatos ac omnes alios clericos dictarum civitatum & dioceſum, quibuſdam exceptis, quod in hujuſmodi procurationibus juxta ordinationem ipſam cum eiſdem cleris contribuant, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita coarctarentur, non obſtantibus ſupradictis & quibuſcumque aliis indulgentiis predicte ſedis, per quas effectus hujuſmodi mandati noſtri ſuper hoc impediri poſſet, vel etiam retardari, & de quibus ſeu quarum totis tenoribus oporteat in noſtris literis fieri mentionem. Porro predicti judices auctoritate hujuſmodi literarum noſtrarum directarum ad eos abbatibus, abbatiſſis, prioribus, fratribus & ſororibus predicti Camaldulenſis ordinis earumdem civitatum & dioceſum injunxerunt, ut in procurationibus legatorum & nuntiorum prefate ſedis, qui non fuerunt de latere noſtro miſſi, cum predictis cleris contribuant & ad hoc compellunt eoſdem. Sicque predicta indulgentia conceſſa perſonis dicti Camaldulenſis ordinis in nullo vel modico eis prodeſt. Volentes igitur indulgentiam hujuſmodi conſervare illeſam, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi eſt ita, predictos judices, quoad perſonas predicti Camaldulenſis ordinis, ad contribuendum cum eiſdem cleris in procurationibus legatorum & nuntiorum ſedis apoſtolice prefate, qui non fuerint de latere noſtro miſſi, contra tenorem indulgentie predicte non cogantur, ſed potius ab hujuſmodi eorum moleſtatione deſiſtant, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellas.

Datum Laterani x. kalendas januarii pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XCIX.

XCIX.

Literæ ejaſdem Romani pontificis ad priorem Camalduli Florentiæ pro parthenone ſancti Ilari.

Anno 1261. x. kal. aprilis.

Ex hiſtoria Paſſiniani Soldanii. p. 143.

Ad Lib. xlii. n. 1.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio .. priori ſancti Salvatoris Camaldulenſis Florentin. ſalutem & apoſtolicam benedictionam. Intellecto dudum, quod monaſterium ſancti Ilari, tunc ordinis ſancti Benedicti, Feſulane diocesis adeo in ſpiritualibus & temporalibus collapſum erat, quod vix aut nunquam poſſet in ſuo ordine reformari, nos ipſius monaſterii provideri ſaluti, & dilectis filiis .. abbati & conventui monaſterii Vallis-umbroſe ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ejuſdem diocesis in religionis ipſorum ſavorem facere gratiam intendentes, dictum monaſterium ſancti Ilari eum eccleſiis, villis, capellis, privilegiis, inſtrumentis, juriſdictionibus, libertatibus, immunitatibus, actionibus, poſſeſſionibus & omnibus aliis juribus & bonia ſuis in quibuſcumque locis haberentur, dicto monaſterio Vallis-umbroſe de fratrum noſtrorum conſilio duximus concedenda, ſtatuentes, ut idem monaſterium ſancti Ilari cum predicto monaſterio Vallis-umbroſe unum cenſeri debeat, & utrumqua ſub cura & adminiſtratione abbatis Vallis-umbroſe, & ſucceſſorum ſuorum perpetuis temporibus gubernari. Verum, ſicut accepimus, abbatiſſa & monialea predicti monaſterii ſancti Ilari poſt unionem & conceſſionem hujuſmodi nonnulla de bonis ipſius monaſterii ſancti Ilari diſtrahere & alienara pro ſue voluntatis libito preſumpſerunt. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, que de bonis predicti monaſterii ſancti Ilari taliter alienata inveneris vel diſtracta, ad jus vel proprietatem ipſius ſtudeas legitime revocare, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem *&c.* Datum Laterani x. kal. aprilis pontificatus noſtri anno ſeptimo.

C.

Donatio pro conſtruendo monaſterio S. Mariæ de Inſula in diœceſi Faventina.

Anno 1261. II. octobris.

Ex archivo Fontis-boni. §. Donatio. n. 447.

Ibidem. n. 3.

IN nomine Chriſti amen. Anno a nativitate ejuſdem M. CC. LXI. indictione IIII. die ſecunda intrante menſe octobris Romanorum imperio imperatore vacante in villa ſancti Petri de Duxino apud domum mei notarii inſraſcripti. Guido de Rio filius quondam Bencevene notarii de ſancto Caſſiano pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus ſuo proprio motu & ſpontanea voluntate, amore Dei & beate Marie virginis & pro anima ſua & remiſſione ſuorum peccatorum pro ſaciendo loco religioſo ad honorem Dei & ſancte Marie de Iſola dedit, donavit & tradidit ſratribus Petro & Johanni, qui ſuerunt de civitate Verone, accipientibus pro ſe & eorum ſucceſſoribus vice & nomine dicti loci, & pro eis & ſucceſſoribus in dicto loco permanſuris imperpetuum, videlicet unam petiam terre & ſylve poſitam in iſola de Albenello juxta ipſum Guidonem cum ſuo ſratre a tribus lateribus, & rivus Albenelli a quarto, & ſi qui alii ſunt confines in epiſcopatu Faventie, & plebatus plebis Tiperani cum introitu & exitu ſuo & cum omnibus & ſingulis ſupra ſe, inſra ſeu intra ſe habitis in integrum, omnique jure & actione atque proſecutione, uſu & requiſitione ſibi ex dictis vel pro predictis rebus aliquatenus pertinente vel pertinere ſive ſpectare poſſet modo aliquo ſive cauſa ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & dictum locum religioſum faciendum & ipſum locum committendum, & ſubponendum cuicumque ordini voluerint, & quicquid ſibi & ſucceſſoribus dicti loci ſancte Marie placuerit perpetuo ſaciendum, dans eis licentiam intrandi poſſeſſionem ſupradictarum rerum ſua auctoritate & ejus donatoris mandato, & committendi & ſubponendi dictum locum cuicumqua ordini voluerint, & eas res ſe eorum nomine & pro eis conſtituerunt poſſidere donec corporalem earum rerum acceperint poſſeſſionem, promittens dictus Guido pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus jamdictis ſratribus ſtipulantibus pro ſe & eorum ſucceſſoribus vice & nomine

dicti loci faciendi, & pro eo & ſucceſſoribus in eodem perpetuo permanſuris, ſcilicet dictas res ais ab omni perſona & univerſitate defendere & auctorizare ſui donatoris & ſuorum heredum pro iis omnibus expenſis, & ab omni lite & briga quietare & disbrigare. Dampnaque omnia & expenſas & intereſſe, que propterea fierent, integre reficere: & hunc contractum & omnia predicta & ſingula ab omni perſona & univerſitate defendere, & firma & rata habere & tenere & obſervare, & per ſe vel per alium non contra facere vel venire de jure vel de facto ſub pena dupli eſtimationis dictarum rerum ut ... aliquando forent, & ea ſoluta vel non bic contractus & omnia predicta & ſingula rata ſint & firma, tali vero conditione & pacto inter eos axpreſſe appoſito in hoc contractu, quod ſi quo tempore perſone religioſe in dicto loco faciendo non habitarent & dictum locum non facerent, & nec manutenerent religioſum ipſi fratres vel eorum ſucceſſores vel ordo cui eum ſubpoſuerint, quod dicte res ... dicto Guidoni vel ejus beredibus revertantur libere & quiete; & inſuper dictus Guido pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus promiſit jamdictis fratribus ſtipulantibus pro ſe & eorum ſucceſſoribus & nomina dicti loci, videlicet ſe facturum & taliter curaturum, quod Blancus frater ejus firmum & ratum habebit & tenebit & obſervabit hunc contractum, & omnia predicta & ſingula, & non veniet contra occaſione minoris etatis, nec aliqua alia, & quod ratificabit & confirmabit hec omnia predicta & ſingula ad ſenſum eorum judicis & notarii infra quindecim dies, poſtquam fuerit requiſitus ſine aliqua axactione pecunie legitima etata completa ſub jamdicta pena, & ea ſoluta vel non dicta omnia rata ſint & firma, & ſub obligatione ſuorum bonorum. Quibus omnibus teſtes interſuere rogati Zanni de Pozo da villa ſancti Petri in Duxino, Grillus de Andriano & Spalatagnus frater ejus.

Et ego Bereteivitus de Lama imperiali auctoritate notarius dictis omnibus preſens fui, &, ut ſupra legitur, de mandato ſupraſcriptorum contrabentium ſcripſi & publicavi.

CI.

Charta pro eadem fundatione.

Eiſdem anno & die.

Ex citato tabulario. §. Donatio. n. 447.

IN nomine Chriſti amen. Anno a nativitate ejuſdem M. CC. LXI. indictione IIII. die ſecunda intrante menſe octobris Romanorum imperio imperatore vacante in villa ſancti Petri de Duxino apud domum mei notarii infraſcripti. Frater Petrus, qui fuit de civitate Verone fecit, conſtituit, ordinavit atque creavit fratrem Johannem, qui fuit de eadem civitate ſuum procuratorem, legitimum factorem & nuncium ſpecialem ad comparendum coram venerabili domno priore ordinis Camaldulenſis, & ejus capitulo, ſi neceſſe fuerit, & ad ſubponendum, dandum atque donandum eidem domno priori nomine dicti ordinis locum ſancte Marie de Yſola, qui eſt in epiſcopatu Faventie & plebatus Faventie plebis Tiperani, & ad inquirendum, committendum & ſubponendum ſe dicto ordini Camaldulenſi, & ad habitum & regulam dicti ordinis recipiendum & obligandum ſe dicto ordini, & ad promittendum dicto priori & ejus capitulo nomine dicti ordinis obedientiam & reverentiam, & ad recipiendum ab ipſo domno priore, & ejus capitulo & ordine omnia & ſingula, que ſuper imponere & injungere voluerit idem domnus prior & capitulum, & generaliter ad omnia & ſingula facienda & exercenda, que in predictis & circa predicta neceſſaria & utilia videbuntur in principio, medio & fine. Promittens eidem ſe ratum habiturum & firmum quicquid in predictis vel circa predicta fecerit vel duxerit aliquatenus peragendum. Quibus omnibus teſtes interſuere rogati Zanni da Podio de villa ſancti Patri in Duxino, Grillus de Andriano & Spalatagnus frater ajus. *Ibidem.*

Et ego Bereteivitus de Lama imperiali auctoritate notarius dictis omnibus preſens ſui, & ut ſupra legitur, de mandato dictorum fratrum ſcripſi & publicavi.

CII.

CII.

Inſtitutio Oliverii presbyteri in capellanum S. Petri de Opitergio.

Anno 1261. XIII. auguſti.

Ex archetypo S. Michaelis de Muriano.

Ibid. n. 2. ANno Domini milleſimo ducentaſimo ſexageſimo primo indictione quarta die ſabbati tertiodecimo intrante auguſto. Preſentibus presbytero Johanne capellano presbyteri Boni plebani Sacilis, domino Perro de Moriali, qui nunc manet in Sacili, Ubertino & Ulſeghero fratribus ejus filiis, Majo filio Morandi de Sacili & aliis. Cum presbyter Bonus plebanus de Sacili aſſumpſerit literas a domino Gregorio Aquilegienſis ſedis patriarcha cum ſigillo ſuo appoſito roboratis hujuſmodi litteras continentes. G.. Dei gratia ſancte Aquilegienſis ſedis patriarcha dilecto capellano ſuo Bono plebano de Sacilo ſalutem & benedictionem in Domino. Cum, ſicut intelleximus, dilectus filius Oliverius presbyter de Opiſergio ad capellam noſtram ſancti Petri ſitam in confinibus de Opitergio, & in partibus illis ſe sransfarre diſponat, devotioni tue per preſentes committimus & mandamus, quod ſi tibi conſtiteris capellam eamdem ad nos nullo medio persinere, tu preſatum pretbyterum auctoritate noſtra inſtituas in eadem. Data Civitati duodecimo exeunte julio indictione quarta. Prenominatus igitur presbyser Bonus plebanus de Sacili auctoritate, qua fungitur, ab ipſo domino G.. patriarcha, & ex commiſſione, loco, & vice ipſius domini antedicti inveſtivit atque dictum presbyterum Oliverium de Opitergio de eccleſia & beneficio ſancti Petri ſita in confinibus & in territorio Opitergii inſtituit in eamdem.

Actum in eccleſia ſancti Nicolai de Sacilo.

Ego Ingeramus ſacri palacii notarius interfui & ſcripſi.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo indictione quarta die ſabati XIT. exeunte novembri, preſentibus Johanne notario de Nigriſia, Radeſio filio Manfredini notario de Bebeo, Ardengo de Bonovillano de Opiſergio & aliis. Cum presbyter Zilius de Opitergio receperis literas a presbytero Bono de Sacili hujuſmodi continentes. Dilecto in Chriſto domino presbytero Zilio plebano Opitergii presbyter Bonus plebanus Sacilis ſalutem in Domino. Cum in mandatis ſumpſerim a domino G.. Dei gratia Aquilegenſi patriarcha, ut presbyterum Oliverium de Opitergio ad capellam ſancti Petri ſitam in Opitergio & illis confinibus ipſum inſtituere debeam in eamdem, prout in literis continetur cum ejus ſigillo proprio roboratis. Cum itaque prelibatum presbyterum Oliverium de illa capella & beneficio ejuſdem debeam inveſtire, auctoritate, qua fungor ab ipſo domino patriarcha, vobis presbytero Zilio duxi literis preſentibus injungendum, quod in tenutam & corporalem poſſeſſionem eccleſie & plebis predicte & beneficii ejuſdem dictum presbyterum Oliverium inducere debeatis. Preſatus igitur Zilius auctoritate predicta presbyteri Boni plebani de Sacilis, & ipſius commiſſione poſuit prelibatum presbyterum Oliverium in tenutam & corporalem poſſeſſionem de eccleſia predicta atque plebe, aperiendo & claudendo januam eccleſie antedicte, & vectem in manu dicti presb. Oliverii dicto presbytero dante; & per illam namque intromiſſionem in tenutam & corporalem poſſeſſionem ipſe presbyter Oliverins intravis de ipſa capella & eccleſia, & de omni beneficio illi in integrum pertinenti.

Actum in porticali dicte eccleſie & in ipſa.

Ego Ingeramus de Opitergio ſacri palatii notarius interfui & ſcripſi.

CIII.

Charta circa venditionem caſtri S. Benedicti factam ab abbate Galeatæ.

Anno 1261.

Ex autographo archiep. Ravennæ. F. 2288.

IN nomine Domini. Anno ab ejuſdem circumciſione milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo tempore domni Alexandri pape quarti in camera domini archiepiſcopi Ravennatis infraſcripti, preſentibus teſtibus domino Gratia cardinali & Drudone cantore, M... bino clerico & familiare dicti domini archiepiſcopi, Clemente de Roma habitatore Argente, & Tediſio de publica ſam.... Tivirolus de Aquabelli deberes recipere ab .. abbate & conventu monaſterii ſancti Yllari de Galiata, & ab ipſo monaſterio ſexcentarum librarum Ravennatum, Ibidem n. 5.

tum , quas debebat recipere ab iiſdem pro venditione ab ipſo facts dompno Maſſario quondam abbati, & .... podere, quod ipſe Tivirolus habebat in Saſſorata, Coergoreta & Certino de Rochis, ſeu alibi ... ſeu affitatis in hominibus & mulieribus, in ſervitiis & preſtationibus, poderibus & reſediis quomodocumque ſint, ut .... hui notario de Planecto , & pro dictis quadringentis libris Ravennatibus dictus dompnus Maſſarius abbas & ... ſindicus conventus omnibus .... venerabili patri dompno Philippo archiepiſcopo Ravennati caſtrum ſancti Benedicti de territorio Galiata , ac curtem cum omnibus ſibi pertinentibus , & cum omnibus juribus ejuſdem caſtri, ut patet inſtrumento ſcripto manu mei Ugoois Matthei de Forlivio ..., ipſi Tivirolo, ut de dicta quantitate pecunie quadringeotarum librarum nullatenus dubitaret , quando ſi deberet integraliter &c. Quare dictus dominus archiepiſcopus nolens, quod ejus negligentia .... requireretur manibus in extremo judicio, dompno Ubaldo preſenti abbati dicti monaſterii pro ſe & ſuo conventu & monaſterio &c. proteſtatus fuit atque precepit in civitate Ravenne, quod de civitate non exiret, niſi .... in concordia eſſet de omnibus ſupradictis &c. preſentibus teſtibus domino Johanne epiſcopo Foropupilienſi &c. Ego Ugo Matthei de Forlivio imperialia notarius &c.

CIV.

Philippus archiep. Ravennas approbat electionem in epiſcopum Foropopilienſem Aymerici abbatis Claſſenſis.

Anno 1262. VIII. februarii.

Ex archivo abbatiæ Claſſenſis.

Ibid n. 9. IN nomine Domini . Anno a nativitate ejus milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo die octavo intrante februario indictione quinta Ravenne in palatio archiepiſcopatus, preſentibus domino Floro prepoſito Populienſi, domno Guilielmo abbate monaſterii ſancti Petri in Vincolis, dominis Guidone quondam domini Lamberti, & Guidone quondam domini Alberici de Polenta, comite Rogerio de Bagnacavallo , Thomaxio de Gezzis, Guidone de Signorellis, Ugone notario , & aliis multis teſtibus clericis & laicis. Venerabilis pater domnus Philippus Dei & apoſtolica gratia ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopus preſentibus & volentibus fratribus ſuis dominis Henrico, Johanne & Accorredore presbyteris, Aymerico diacono , & Paganello ſubdiacono cardinalibus, dominis Simone prepoſito , Gezzo Ugolino de Ravenna, Amatore Ugolino de Sarxena & Azzolino canonicibus eccleſie Ravennatis , viſa electione facta da dompno Aymerico abbate Claſſenſe ſcripta manu Gervaſii notarii filii Naccheboi de Forumpopilio & diligenter examinata, electo in epiſcopum & paſtorem ſeu rectorem eccleſie, & epiſcopatus Populienſis, quia ipſam electionem invenit de perſona idonea factam & canonice celebratam, ipſam approbavit, ratam habuit & confirmavit, dans & concedens eidem domino electo plenam licentiam & liberam poteſtatem adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus in eccleſia & epiſcopatu Populienſi , & eumdem dominum electum de ſpiritualibus & temporalibus, & omnibus pertinentibus ad epiſcopatum & eccleſiam Populienſem inveſtivit.

Ego Artuſinus filius quondam domini Cambii imperiali auctoritate ſancte Ravennatis eccleſie & Ravennas notarius ſupradictis preſens, ut ſupra legitur, de mandato dicti domini mei archiepiſcopi ſcripſi & publicavi.

CV.

Moricus abb. Cluſinus inſtituit Rolandum in rectorem monaſterii S. Mariæ inter Saxa.

Anno 1262. II. julii.

Ex apographo S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini milleſimo CC. LXII. indictione V. *Ibid. n 11.* regnante domino noſtro Manfredo rege Sicilie regni ejus anno IIII. die ſecunda intrante julio. Actum in clauſtro monaſterii ſancti Victoris coram Petro Sperchinie, Jacopo Jacopini, Deotiſalvi Riccii & Voragro Anmondeo Ugolinelli teſtibus ad hoc vocatis. Domnus Moricus abbas monaſterii ſancti Victoris de Cluſis , volentibus & conſentientibus ſuis fratribus ibidem exiſtentibus , videlicet dompno Bartolo prepoſito , domno Severio, domno Petro, fratre Benedicto & fratre Gidio monachis dicti monaſterii , Venuto Januarii & Accolo Ruſi converſis dicti monaſterii , dedit, aſſignavit & reco-

recomendavit ad uſum & ad ſuum beneplacitum & mandatum domno Rolando monacho dicti monaſterii monaſterium ſancte Marie inter Saſſa cum omnibus rebus, juribus & actionibus ad ſe pertinentibus in ſpiritualibus & temporalibus, dando ſibi licentiam & liberam poteſtatem regendi & exigendi ſpiritualiter & temporaliter tamquam rector ipſius eccleſie omnia & ſingula, que ad commodum & utilitatem eidem eccleſie cognoſcet pertinere, & ſi idem domnus Rolandus nollet ibi pro tempore reſidere, a dicto monaſterio ſancti Victoris dicti, & omnia ipſe victualia habeat, ſicut aliquis monachus dicti monaſterii habet facientium reſideotiam in eodem, & hoc propter paupertatem dicte eccleſie ſancte Marie voluit & conceſſit.

Ego Simon auctoritate imperiali notarius rogatus.

CVI.

Epiſcopus & canonici Bellunenſes confirmant inſtitutionem Oliverii in eccleſiam S. Martini de Opitergio.

Anno 1263. xxx. januarii & 1. feb.

Ex originalibus archivi S. Michaelis de Muriano.

Ibid. n. 16. ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio iodictione ſexta die penultimo januarii in civitate Belluni in canonica eccleſie majoris Bellunenſis, preſentibus presbytero Ottone de Rudo, presbytero Bartholomeo, domini Girardi de Ux.. a.. lo, presbytero Antonio ſacriſta eccleſie predicte Bellunenſis & aliis. Ibique Odolricus decanus predicte eccleſie Bellunenſis, & domini presbyteri Grandonius & Conradus de Caſtello ejuſdem eccleſie Bellunenſis canonici in capitulo more ſolito congregati uoanimiter ſuo nomine, & nomine capituli eccleſie Bellunenſis, & pro ipſo capitulo ad petitionem domini presbyteri Oliverii de Opitergio petentis laudaverunt, approbaverunt & confirmaverunt omnem conceſſionem factam in ipſum dominum presbyterum Oliverium de loco & eccleſia beati ſancti Martini de Opitergio Bellunenſis diœceſis per dominum Adalgerium Dei gratia Bellunenſem, & Feltrenſem epiſcopum, ut in ſuis literis cootinetur ibidem perlectis, & ſigillatis ſigillo cereo ejuſdem domioi epiſcopi, & in omnibus predictis, & quod continetur in literis predictis ſuam auctoritatem & predicti capituli interpoſuerunt.

Actum eſt hoc.

Ego Beoe de Rudo notarius interfui & rogatus ſcripſi.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio iodictione vi. die primo intrante februario. Preſentia domini Perſavii Dei gratia Ceneteoſis epiſcopi, Magen.. Comitis canonici Ceneten. domini, Megne gaſtaldi Cenete & aliorum. Dominus Odoricus de domino Pandulfino canonicus eccleſie Bellunenſis laudavit & confirmavit illam datam & confirmationem, quam caonici & capitulum eccleſie Bellunenſis laudaverant & confirmaverant presbytero Oliverio de Opitergio de eccleſia ſancti Martini de Opitergio, & firmam & ratam habere promiſit, de qua dominus epiſcopus Bellunenſis fecerat datam & conceſſiooem dicto presbytero Oliverio, & eidem confirmationi dedit aſſenſum.

Actum Cenete ſuper palatium predicti domini epiſcopi in ejus camera.

Ego Seravallis, qui dicor Bonacius, ſacri palatii notarius ioterfui rogatus & ſcripſi.

CVII.

Urbanus papa IV. recipit ſub ſua protectione monaſterium Carcerum.

Anno 1263.

Ex eodem tabulario.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori & conventui monaſterii ſancte Marie de Carceribus ordinis ſancti Auguſtini Paduane diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tamquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti io Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, terras, poſſeſſiones, reddiius, domos & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirma- Ibidem.

firmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. bane paginam noſtre protectionis &c.

Datum apud Urbem-veterem x. kal. aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

CVIII.

Literæ ejuſdem Urbani IV. pro electione Anſelmi abbatis S. Petri iu Vinculis Raveune.

Anno 1263. vii. kl. aprilia.

Ex autographis Fontis-boni.
§. Brevia. o. *96.*

Ibid. n. 14 URbanus epiſeopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Anſelmo abbati monaſterii ſancti Petri ad Vincula ad Romanam eccleſiam oullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Ravennatis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet eunctarum eccleſiarum *&c. ut iu proximo ſequenti bulla.* Datum apud Urbemveterem v. kal. aprilis anoo ſecundo, *uſque* incrementa. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, qustinus, impoſitum tibi onus devote ſuſcipiens, ſic curam ejuſdem monaſterii ſancti Petri ſollieite gerere ſtudeas, quod tibi per vite meritum & aliis proficias per exemplum. Noſque perſonam toam exinde precipui ſavoris gratia proſequi oon immeriio teneamur.

Datum apud Urbemveterem viii. kalendas aprilia pontificatus ooſtri anno ſecundo.

URbanus epiſeopus ſervus ſervurum Dei dilectis filils cooventui mooaſterii ſancti Petri ad Vincula ad Romanam eccleſiam nulln medio pertinentis ordinia ſancti Benedicti Ravennatis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet cunctarum eccleſiarum ex debito paſtoralis officii ſollicitudo nobis incumbat, tamtn circa loca religioſa, preſertim que apoſtolice ſedis ſunt immediate ſubjecta, tanto vigilamus attentius, & curam de ipſis gerimus potiorem, quanto potius noſtra intereſſe dignoſcitur, ut de ipſorum ſtatu proſpero cogitemua. Illud autem erga illa maxime, que deplurant viduitatis incommoda, curam noſtram ſpecialiter excitat, ut eis paſtores preficiantur ydonei, quorum induſtria ipſe in ſpiritualibus fulgeant & temporalium proficiant ioeremeotis. Sane monaſterio veſtro ſancti Petri ad Vioeula abbatis regimine deſtituto, vos omniboa coovocatis, qui voluerunt, debuerunt & putuerunt commode intereſſe pro futuri ſubſtitutione paſtoris, ut moris eſt, convaoientes in unum die ad eligendum prefixo in dilectum filium Anſelmum abbatem dicti monaſterii ſancti Petri ad Vincula, tuoc monachum monaſtarii ſancti Johannis Evangeliſte Ravennatis dioceſis, direxiſtis unanimiter vota veſtra, & dilectus filius Vitalis ejuſdem ſancti Petri monaſterii monachus de conſeoſu & voluotate omnium veſtrum & vice ipſum Aoſelmum Spiritus ſancti gratia invocata elegit in abbatem preſati monaſterii ſancti Petri. Preſentatam itaque nobis electionem eamdem examinari fecimus diligeoter, & quia ipſam invenimus de perſuna ydonea canonica celebratam, eam confirmantes, ipſum Anſelmum ipſi monaſterio ſancti Petri in abbatem preſecimus & paſturem, ſperantes quod per ſue circumſpectionis iodustriam, mooaſterium ipſum in ſpiritualibus & temporalibus auxiliante Domino ſalubria ſuſcipiet incrementa. Ideoque univerſitati veſtre per apoſtolica ſeripta mandamus, quatious eidem abbati, tamquam patri & paſtori animarum veſtrarum impendatis obedieotiam & reverentiam debitam, ejus ſalubria monita & precepta ſuſcipieodo, devote ac humiliter obſervando. Alioquin ſententiam, quam iiiem abbas rite tulerit io rebelles, ratam babebimuaauxiliante Domino uſque ad ſatisfactionem condignam appellatiooe remota inviolabiliter obſervari.

Datum apud Urbemveterem v. kal. aprilis pootificatus noſtri anno ſecundo.

CIX.

Concordia iuter epiſcopum Livienſem & priorem S. Maria do Camaldulo.

Aono 1264. ix. junii.

Ex chartulario S. Hippolyti Faventie.

IN nomine Domini ooſtri Jeſu Chriſti. *Ibidem n. 17.* Anno ab ejuſdem nativitate milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto tempore domini Urbaoi pape IV. indictione vii. die ix. intrante meoſe junii in palatio epiſcopatus Forlivii. Cum inter venerabilem patrem dominum Richelmum epiſcopum Livieoſem oomine ſuo & ſui epiſcopatus ex parte una, & dompnum Jacobum priorem ſaocte Marie de Camal-

maldolis de Forolivio nomine ſuo & dicte eccleſie ex altera ſuper ſinodo, penſione, quarta mortuorum & teſtsmentorum occaſione quorumdam inſtrumentorum ſubhorta fuiſſet materia queſtionis, tandem inter eos talis coocordia interceſſit, videlicet quod dictus domnus prior eidem domino epiſcopo Livienſi & epiſcopatui preſtsre teneatur & debeat de teſtamentis & mortuariis quartam partem in futurum, preterquam de his, que relinquuntur predicte eccleſie ſancte Marie pro ornamentis vel in ornamentis ſeu fabrica, luminaribus, anniverſario, ſepsimo, vigeſimo, trigeſimo ſeu aliis ad perpetuum cultum divinum relictis. Pro ſynodo vero & penſione ſeu penſionibus idem domnus prior, & ejus ſucceſſores ipſi domino epiſcopo vel ejus ſucceſſoribus in futurum nihil ſolvere vel preſtare debeat occaſione arbitrii alieujus vel inſtrumentorum mandstorum factorum inter anteceſſores ipſius domini epiſcopi & dicti prioris, ſeu inter epiſcopum & eccleſiam ſupradictam, privilegio exemptionis reclamsnte a domino Alexandro papa IV. ordini Camaldulenſi conceſſo vel iodulto. Inſuper dictus dominus epiſcopus Livienſis dicta inſtrumenta & arbitris penſionia, ſynodi & cujuslibet alterius exactionis ſeu preſtationis mandavit eſſe caſſa & vana, faciens eidem domno Jacobo priori recipienti pro dicta eccleſia finem, refutationem & pactum de ulterius oon peteodo pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in futurum, & de omnibus ſingulis ſupraſcriptis, quibus dictus domnus prior & ejus eccleſia eidem domino epiſcopo & epiſcopatui eſſet adſtricta, preter de quarta ſupraſcripta teſtamentorum & mortuariorum occaſione alicujus inſtrumenti vel inſtrumentorum pacti, arbitrii vel alterius cujuslibet contractus, pro eo quod idem domnus prior dedis & ſolvit eidem domino epiſcopo Livienſi centum ſolidos Ravennates pro quarta hactenus retenta teſtamentorum & mortuariorum & pro compoſitione habita inter eos. Que quidem omnia ſuprsſcripta dictus dominus epiſcopus pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus dicto domno priori ſtipulante pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, & dictus domnus prior, preſente & conſentieote domno Braymano abbate monaſterii ſaocti Hippolyti de Faventia ad hoc tranſmiſſo a domno priore majori Camaldulenſi, us patet per literas ejuſdem domni prioris majoris ſigillo munitas, a me ootario viſas, & de verbo ad verbum lectas, eidem domino epiſcopo Livienſi ſtipulanti pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus promiſerunt inter ſe viciſſim firma & rata habere, & in nullo contrafacere vel venire ſub pena centum librarum Ravennatum sd invicem per ſtipulationem promiſſa, & obligasione bonorum ſuorum & bonorum dicti epiſcopatus & eccleſie memorate, & pena ſoluta vel non, a psrte, que contra fecerit vel veneris alseri parti predicta ſervanti nibilominus hec omnia firma exiſtant, preſentibus teſtibus presbytero Michaele eccleſie ſancti Jacobi de Strata de Forlivio, fratre Fauſtino de ordine Predicatorum, presbytero Deutayde eccleſie ſancte Marie in Tontula, & domino Alberto judice quondam domini Sybsldi de contrata ſancti Guilielmi.

Ego Jvanus Caſotti de contracta turris Floreotioe imperiali auctoritate Livienſis ac nomine dicti epiſcnpi notarius predictis omnibus interſui, & ut ſuperius legitur, mandato dicti domini epiſcopi & dicti domini Jacobi prioris ſcripſi & publicavi.

CX.

Philippus archiep. Ravennæ eximit monaſterium S. Severi ab omnibus penſionibus &c.

Aooo 1265. XII. februarii.

Ex autographo archivi Rangonii.

IN Chriſti nomine amen. Nns Philippus Dei & apoſtolica gratia ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopus, preſentibus, volentibus & expreſsim conſentientibus fratribus noſtri Gratia srchidiacono, Heorico, Jobanne & Bernardo presbyteris, Aimerico, Aldrevandino & Jacobino diaconis, Paganello, Sinibaldo & Albertino ſubdiaconis cardinalibus, & Gezzo de Vidone, Ugolino de Ravenna, Ugolino de Sarſena, Azzolino presbytero, Armanino presbytero, Alberto & presbytero Gruamonte cantoribus ejuſdem eccleſie Ravennatis per nos noſtroſque ſucceſſores in dicta eccleſia ſuccedentes in perpetuum, & nomine & vice ipſius eccleſie & pro ipſa damus tradimus ac permutando concedimus tibi domoo Guidoni abbati monaſterii ſsncti Severi dudum Claſsis Ravennatis dioceſis, & tibi domno Gerardc ſyodico ejuſdem monaſterii ad hec ſpecialiter conſtituto, ut patet per publicum inſtrumeotum ſcriptum manu Deutsvantii notarii de Raveona viſum & lectum a notario ſubdicendo recipientibus vice & oomine ipſius *Ibid. n. 25.*

mo-

monaſterii & ordinis Ciſtercienſis, & pro ipſis jus exigendi, petendi & recipiendi a te abbate & ſyndico predicti veſtriſque fratribus & ſucceſſoribus & monaſterio ſupradicto albergarias comeſtiones recepta ſive receptationes dationes preſtantias vegetem unam vini vel plures penſiones tam in denariis, quam in cera ſeu quocumque alio modo, & generaliter omnia alia ſervitia debita & uſualia realia & perſonalia, que tu abbas & dictum monaſterium vel veſtri anteceſſores preſtare & facere & exhibere nobis & noſtris predeceſſoribus & eccleſie Ravennati tenebamini vel eratis obligati debito uſu vel conſuetudine ſeu alia qualibet occaſiona vel jure annuatim ad nos & noſtram menſam ſpectantia. Preterea damus cedimus & concedimus per nos noſtroſque ſucceſſores & eccleſiam Ravennatem, ſicuti ſuperius dictum eſt, omna jus omnemque actionem & rationem utilem & directam realem & perſonalem tacitam & exprnſſam, uſum & requiſitionem, quod & quando habemus & nobis & eccleſie Ravennati pertinet vel pertinere poſſet aliquo modo vel jure contra te nominatum abbatem nomine tui predicti monaſterii, tuoſque fratres & ſucceſſores & dictum ordinem occaſione predictnrum ſervitiorum & preſtationum & cujuslibet predictorum vel alterius cujuslibet juris aliqua occaſione jure vel modo, promittentes dictum jus ceſſum habere, licere tibi abbati & ſindico ſupradictis recipientibus pro vobis veſtriſque fratribus & ſucceſſoribus, & pro dicto monaſterio & ordine in perpetuum, & dolum malum abeſſe abſuturumque eſſe. Ad hec per nos noſtroſque ſucceſſores & eccleſiam Ravennatem tibi abbati & ſyndico recipientibus pro vobis veſtriſque fratribus & ſucceſſoribus & pro dicto monaſterio & ordine in perpetuum facimus finem, definitionem, quietationem, remiſſionem, tranſactionem & pactum de non petendo in perpetuum de omnibus & ſingulis ſupradictis & de omni jure & actione & ratione utili & directa, reali & perſonali, tacita & expreſſa, uſu & requiſitione & conſuetudine nobis & eccleſie noſtre competenti & competitura occaſione predictorum ſervitiorum & preſtationum, vel alicujus eorum ſeu alterius cujuslibet juris, ita quod nullam reſervationem facimus in predictis vel aliquo predictorum ſeu alterius cujuslibet juris ſervitii & preſtationis, que dici vel excogitari poſſit. Pro eo quod tu abbas & ſindicus prefati veſtra ac convantus ipſius monaſterii vice & nomine ac pro ipſa univerſitate & ipſo monaſterio pro omnibus & ſingulis ſupraſcriptis datis, traditis, conceditis & permutatis nobiſcum pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus & eccleſia Ravennate in perpetuum ſtipulantibus & recipientibus petiam unam terre & vinee poſitam rerritorio Ceſſinati plebe ſancti Thome in fundo, qui dicitur Caſameruli, ab omnibus lateribus cujus ſunt vie publice percurrentes, quam aſſeritis eſſe XXIV. toraaturias vinee & decem terre aratorie ad perticam communis Ceſene, & ſi plures ſunt, in iſto contractu permaneant cum introitu & exitu ſuo *&c.* que poſſeſſio cunctis temporibus ad noſtram menſam noſtrorumque ſucceſſorum eſſe deputata, & ipſam nobis noſtriſque ſucceſſoribus non liceat in aliam partem transferre, nec ad uſus alios, preter quos dictum eſt ſuperius, deputare, ad habendum tenendum *&c.* ſub pena & in pena duo millium librarum Ravignorum *&c.* Que omnia preſcripta domnus Andreas abbas monaſterii de Caſtagnola Glaravallenſis ordinis Ciſtercienſis, cui monaſterio prefati ſancti Severi monaſterium immediate ſubeſſe dicitur, approbavir & ratificavit, & iiſdem omnibus & ſingulis ſupraſcriptis ſuum aſſenſum preſtitit expreſſe & conſenſum.

Actum Ravenne in palatio archiepiſcopatus in conſiſtorio, preſentibus domno Benvenuto abbate monaſterii ſancti Johannis Evangeliſte, domno Bartholomeo archidiacono Tripolitano, domno Johanne dn Abbate, domno Thomaſio de Ghezzis, domno Guidone quondam domni Alberici de Polenta, domno Rodulfino de Galliſidi, Guidone de Caturaba, domno Cypriano judice, Ugone notario de Forolivio & aliis multis clericis, & laicis teſtibus ad hec rogatis & vocatis, ſub annis Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, die duodecimo intrante februario indictione octava.

Ego Artuſinus filius quondam domini Cambii imperiali auctoritate S. Ravennatis eccleſie & Ravennas notarius ſupraſcripta preſens, ut ſuperius legitur, mandato dicti domini mei archiepiſcopi & rogatu dictorum abbatum & ſindici ſcripſi & publicavi.

CXI.

Clemens papa VI. concedit Camaldulenſibus facultatem erigendi nova oratoria & capellas.

Anno 1265. v. kl. novembris.

Ex veteri apographo S. Mathiæ de Muriano,

Ibidem n. 23. CLemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei . . priori & fratribus heremi Camaldulenſis, ac abbatibus, abbatiſſis, prioribus & conventibus Camaldulenſis ordinis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtre precibus inclinati ad inſtar Alexandri pape predeceſſoris noſtri auctoritate vobis preſentium indulgemus, ut in locis & domibus veſtris pari liberalitate gaudentibus poſſitis libere, non obſtante contradictione dioceſanorum epiſcoporum vel aliorum quorumlibet, ſicut diſcretione provida expedire videritis, de novo conſtruere oratoria, capellas, & in eis quemadmodum vobis in aliis locis veſtris pleno vobis jure ſubjectis per privilegium ſedis apoſtolice conceſſum eſſe dignoſcitur, parochianis veſtris ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare & facere miniſtrari. Nulli ergo &c. noſtre conceſſionis &c.

Datum Peruſii v. kal. novembris pontificatus noſtri anno primo.

Ego Mattheus filius Floracii de Florentia judex ordinarius imperiali auctoritate atque notarius authenticum hujus exempli vidi & legi, & quidquid in eo reperi hic de verbo ad verbum nil addito vel minuto fideliter exemplando tranſcripſi &c. in preſentia ven. patris domini Antonii Dei gratia epiſcopi Feſulani predictis omnibus ſuam auctoritatem & decretum interponentis ad invicem concordare inveni, ideo in teſtem & teſtimonium me ſubſcripſi die veneris xxvi. aprilis milleſimo ccc. viii. indictione ſexta.

CXII.

Canonici Juſtinopolitani eximunt monaſterium S. Michaelis de Muriano a jure quarteſii.

Anno 1265. menſe octobri.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

IN nomine Dei eterni. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto indictione octava, actum Juſtinopoli in eccleſia majori die quarto exeunte menſe octobri, preſentibus presbytero Wecelo, presbytero Boniſacio We. . ra domini epiſcopi & aliis plurimis. In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, amen. Candorem monaſtice puritatis &c. *ut in altera anni* 1247. Nos Artuicus decanus una cum capitulo, qui Deo auctore non meritis noſtris Juſtinopolitane eccleſie preſidemus, dignis in Domino, quibus poſſumus, ſavoribus proſequentes, ut eorum ſpiritualibus pijs ſuffrsgiis apud miſericordem Deum, qui terrenis contagiis ultra volitum frequentius adheremus, valeamus jugiter adjuvari; conſiderata &c. *ut in alia*. Ea propter nos dictus Artuicus Juſtinopolitanus decanus, Papo archipresb. Vitalis ſcolaſticus, Andreas ſacriſta, presbyter Almericus, presbyter David, presbyter Ginannus, presb. Petrus Fuſculinus canonici Juſtinopolitane eccleſie conſentiente capitulo univerſo, de conſenſu & voluntate domini Conradi Dei gratia Juſtinopolitani epiſcopi per nos noſtroſque ſucceſſores intuitu Dei & pro redemptione anime noſtre noſtrorumque predeceſſorum imperpetuum damus, concedimus & inveſtimus, & per hanc noſtri privilegii ſeriem confirmamus tibi dono .. priori ſancti Michaelis de Murano recipienti pro te tuiſque fratribus & ſucceſſoribus & eidem monaſterio quartiſium totum & jus quartiſii, quem in confinio vel in civitate noſtra habetis, vel poteritis Deo volente juſtis modis futuris temporibus adipiſci, tam ſi laboraverint, quam alii laboraverint pro ipſis in civitate Juſtinopolitana ſuum laborerium proprium, retentis nobis noſtroque capitulo ac noſtris ſucceſſoribus propter hoc duabus libris piperis tempore vindemiarum per vos veſtroſque ſucceſſores annis ſingulis exhibendis, quas ſi non ſolveritis tempore prelibato teneamini ad penam dupli: predictum vero quarteſium & jus ipſius quarteſii nemini datum, infeudatum, alienatum ſeu pignori obligatum veraci- Ibidem n. 27.

ter profitemur, promittentes per nos noſtroſque ſucceſſores tibi .. priori *&c.* ſub peoa centum librarum Venet. parvulorum cum obligatione bonorum noſtrorum omnium, noſtrique capituli auctorizare adque defenſare firmiter pollicemur invicem. Nemini igitur liceat *&c.* *ut in ea anni* 1247.

Ego Eppo Adalg. . . Juſtinopolitanus & ſacri palatii imperialis judex & notarius interſui, rogatus ſcripſi & roboravi.

CXIII.

Fragmentum litis inter monaſterinm Fontis-avellanæ & commune Engnbii ſuper aliquot caſtra.

Anno 1265. x. novembris.

Ex archivo ſecreto Eugnbii.

Ibid. n. 24. IN nomine Chriſti amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam arbitrii ſeu ſententie *&c.* late *&c.* per dominum Ubertum ſancti Euſtachii diaconum cardinalem *&c.* ſcripte *&c.* per Paridem notarium inter commune Eugubii & ſindicum dicti communis ex parte una, & heremum ſancte Crucis Fontis-Avellane & ſindicum dicte heremi ex altera *&c.* In nomine Domini, amen. Ad ſopiendas odioſas contentiones *&c.* Sane inter religioſos viros priorem & conventum heremi ſancte Crucis Fontis-Avellane ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ex parte una, & poteſtatem, conſilium, commune civitatis Eugubii ex altera, ſuper caſtris Montis Socli Callenſis, Litie Nucerine, Inſule, Campietri & Capitalis & ville Sortis Eugubine dioceſum, & ſuper deſtructionibus, dampnis & incendiis datis & illatis priori & conventui in dictis caſtris & villa, & predictis poteſtati, conſilio & communi *&c.* ſub annis Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto die x. intrante novembri indictione VIII. pontificatus domni Clementis pape IV. anno primo.

CXIV.

Concordium inter monaſt. S. Severi Ravennæ & commune Forolivii circa villam Scloæ.

Anno 1266. 1. junii.

Ex tabulario Claſſenſis abbatiæ.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Ibid. n. 30.
ſancti, amen. Suborta dudum inter religioſos viros abbatem & conventum monaſterii ſancti Severi de Ravenna, & dompnum Bernardum eorum ſyndicum ex parte una, & commune Forolivii, & dominum Thomaſinum judicem contrate ſancti Martini ſyndicum ipſius ex parte altera, materia queſtionis ſuper petionibus infraſcriptis, que tales erant. Coram yobis patre venerabili domino R.. epiſcopo Livienſi, & magiſtro Jacobo abbate ſancti Mereurialis arbitris electis a dompno Bernardo ſyndico monaſterii & capituli ſancti Severi de Ravenna ex una parte, & domino Thomaſino judice ſyndico communis Foro-livii ex altera, proponit & dicit dictus dompnus Bernardus ſyndicus nomine & vice dicti monaſterii & capituli contra dominum Thomaſinum ſyndicum communis Forolivii & ipſum commune, quod dominus Ardizonus quondam poteſtas Forolivii, & commune & homines dicte terre ſecerunt inſultum cum armis, vexillis & campanis ſonatis in villam Scloe ad dictum monaſterium pleno jure pertinentem contra abbatem & ſyndicum ſive ſyndicos dicti monaſterii & homines dicte terre in prejudicium, dampnum non modicum & gravamen abbatis, monaſterii & capituli memorati, injurias maximas eiſdem inſerentes, capiendo abbatem in ipſo inſultu ſive occaſione dicti inſultus, & ſyndicum ſive ſyndicos, & Zapellum vaſſallum eorumdem detinendo ipſos in palatio etiam communis Forolivii pluribus diebus captos, & quoſdam ex ipſis in vinculis compeditos, quam injuriam dictus abbas & ſindicus & capitulum monaſterii ſupradicti ſuſtinere noluiſſent pro mille libris Ravenne, ſine dampnis & expenſis aliis, quas ſecerunt occaſione predicta, & ſubſtinuerunt. Quare petit per vos dictos arbitros predictum commune Forolivii & ejus ſyndicum ſupraſcriptum ſibi nomine & vice dicti monaſterii, & ipſi monaſterio & capitulo condempnari ad reſectionem predictarum injuriarum, quam facit mille libr. Ravenne, & ad dampna & expenſas, quas

occa-

Digitized by Google

occaſione predicta fecerunt vel ſubſtinuerunt, prout in proceſſu cauſe declarabit ſyndicus memoratus. Item quod predictus poteſtas contra jus & ſine cauſa condempnavit predictos Benvenutum ſyndicum dicti mnnaſterii & Zapellum vaſſallum ejuſdem, ſcilicet Benvenutum in trecentis, & Zapellum in ducentis libris Ravenne in dampnum & prejudicium dicti monaſterii & capituli falſa cauſa contra inſerta & ejecta in condempnationibus ipſis & dictas condempnationes exegerint exactores communis Forolivii condempnat :.. cum quintis inique, & contra jus in dampnum & prejudicium monaſterii ſupraſcripti; ideo petit ſyndicus dicti monaſterii dictum dompnum Thomaſinum ſyndicum dicti communis, & dictum commune ſibi nomine dicti monaſterii & ipſi monaſterio condempnari ad reſtitutionem dictarum quingentarum librarum & quintorum eorumdem, & dampna & expenſas, quas & que dictum monaſterium & capitulum ejuſdem pro dictis occaſionibus fecerunt & ſubſtituerunt; quorum nomine petit quingentas libras Ravenne. Item quod commune Forolivii & rectores dicte terre perceperunt & habuerunt ab hominibus dicte ville a quatuordecim annis citra quingentas libras Ravenne in condempnationibus, ſndro & aliis rebus ab hominibus dicte ville exactis inique & contra jus in dampnum & prejudicium dicti monaſterii, cum ipſa villa & homines ejuſdem ad dictum monaſterium pertineant, ut dictum eſt, ideo petit dictus ſyndicus nomine dicti monaſterii dictum dominum Thomaſinum ſibi condempnari ad reſtitutionem predictorum denariorum a predictis hominibus, ut predictum eſt, exactorum. Item quod per poteſtatem communis Forolivii tempore dicti inſultus & ejus occaſione ſyndicus monaſterii ſupraſcripti & capitulum ipſius mnnaſterii & ipſum monaſterium privati fuerunt poſſeſſione ſive poſſeſſionibus inſraſcriptarum rerum indebite ſine cauſa; ideo petit dictus ſyndicus nomine dicti monaſterii ante omnia per vos arbitros poſſeſſionem dictarum rerum ſibi reſtitui, & in earum poſſeſſione reſtitui & poni, & ad fructus perceptos, vel qui percipi potuerunt de dictis poſſeſſionibus a tempore, quo 'mnnaſterium ſancti Severi & capitulum ejuſdem privati fuerunt, petit dictus ſyndicus monaſterii dictum dominum Thomaſinum ſyndicum & ipſum commune ſibi condempnari. Item quod Rialtus fidejuſſor abbatis dicti monaſterii condampnatus fuit in decem libras Ravenne, eo quod res mobiles ſupradictas non reſtituit ad dictum terminum ſibi datum per poteſtatem in dampnum & prejudicium dicti monaſterii, ideo petit dictus ſyndicus dictum dominum Tbnmaſinum ſyndicum communis Forolivii & ipſum commune condempnari ad reſtitutionem dictarum decem librarum Ravenne, cum exacte fuerint per ipſum commune. Item petit expenſas factas & faciendas in lite ſive in litibus, quas occaſionibus predictis cum commune Forolivii & dictum monaſterium & ſyndicum ejuſdem fecerunt, & quas facturi ſunt, de quibus omnibus per vos dictos arbitros rationem ſibi fieri poſtulant, ſalvo jure addendi vel minuendi *&c.* Item res vero, quarum poſſeſſione ſive poſſeſſinnibus privati fuerunt ſyndicus & capitulum antedictum ea ſunt, videlicet. Quatuor petie, due petie ſunt poſite in capella ſancti Martini in Caſa-marudola, & in Pozale, alie due in fundo Triſani, latera prime petie, in qua habitat, hec ſunt: a primo via, a II. Ubertus Falzonus & Zannnus Luſenga, a III. Palmerius de Sigardis, a IV. heredes Amadoli & Guidonis Bonomi. Latera vero alterius petie terre, que eſt in Pnzale, appellatur Spadnlanum, a II. Rubeus de Scloa & Gilius & Vanzolus de Flamiis, a III. Guilelmus Cardini, a IV. Martinus Squarzavacca & Laurentius. Latera autem tertie petie que eſt in Triſano, a I. latere via, a II. Rodulpbus de Laurentiis & dictus Palmerius, a III. Peraltius & Rodulpbus & Palmerius, a IV. latere heredes domini Richonis Mainardi de Bertenorio & dictus Palmerius. Latera vero quarte petie dicti loci a primo ſtrata, a II. dictus Palmerius, a III. flumen, a IV. Zamalus, & dicta latera omnia ſunt de jure dicti monaſterii & ad dictum monaſterium pertinebant, & aliis rebus mobilibus pertinentibus ad dictum monaſtarium conſtitutis prope villam Scloe jamdictam in plebatu Quinti, que ſunt unius partis animalium unius vegetis, viginti ſarcinarum vini, quinque caprarum & unius rate, que omnia erant de jure dicti monaſterii & ad ipſum monaſteriom pertinebant, cum olim tempore poteſtarie domini Azonis abbas & ſyndicus ſancti Severi de Ravenna nomine & vice ipſius monaſterii eorum prnpria auctoritate & auſu temerario hominibus coadunatis cum armis conſpiratione prehabita tenuerunt & inſultum fecerunt in homines ville Scloe diſtrictus Forolivii atroces & capitales injurias inſerendo, iniquam leſionem & opprobrium populi & communis Forolivii, quod dictum com-

mune nollet ſibi iolatum ſore pro mille marchis boni, puri & legalis argenti; ideoque Thomaſinus Zacharie ſyndicos communis Fornlivii nomine & vice ipſius communis & pro ipſo commnoi agit contra dompnum Bernardum mooachum & ſyndicum ſancti Severi & ipſum mooaſterium, petens ipſum ſyndieum nomine dicti monaſterii & ipſum monaſterium ſibi condempnari ad quantitatem mille marcharum argenti ſuperius nominatam nomine & vice commuois Forolivii, & pro ipſo communi. Item quod abbas & conventus ſancti Severi curbaverunt & ioquietaverunt commune Forolivii nolla juſta cauſa iotercedente in quaſi poſſeſſione juriſdictionis ville Scloe, & quoſdam reditus etiam contra juſtitiam perceperuoc a decem aoois citra, ita quod ex ipſa ioquietatione & turbatione commune Forolivii dampnificatum eſt io quingeotis libris Ravenne; ideoque petit dictus ſyndicus oomine & vice communis *&c.* eumdem ſyndicum oomine & vice monaſterii *&c.* condempnari ſibi ad quantitatem preſatam, & quod eidem ſyndico nomine & vice monaſterii *&c.* ne de cetero talia pertenteot, perpetuum ſilencium imponatur. Item quod dictus abbas & conventus *&c.* per pravitatem & calumpniam commune Forolivii traxerunt in cauſam coram domino .. epiſcopo Saxenate, necnon & coram Dalfinate generalis curie auditore judicibus ab apoſtolica ſede conceſſis, ſatigando dictum commuoe iodebite & contra juſtitiam gravibus ſumptibus & expenſis, ita quod dictum commune occaſione ipſa dampnificatum eſt, & expendit in quantitate qningentarum librarum Ravenne; idcirco dictus ſyndicus *&c* communis petit ſyndicum *&c.* monaſterii *&c.* & ipſum monaſterium ſibi condempnari in quantitate preſata predicta occaſione, de quibus omnibus & ſingulis ſupraſcriptis per vos venerabilem patrem domioum R.. epiſcopum Livien. & dictum dompnum Jacobum abbatem ſancti Mercurialis cum partes elegerinc communi concordia & voluotate ſub veſtro examine litigare vos arbitros aſſumendo in cauſis ab utraque parte movendis dictus ſyndicus nomine & vice dicti communis *&c.* juſtitiam ſibi fieri petit, ut jura volunt, & hec cum expenſis factis & ſaciendis uſque ad finem cauſe, ſalvo jure addendi & miouendi *&c.* & ſuper his coram diverſis judicibus fuiſſet diutius litigatum, tandem partes ipſe ad ooſtri domini R., epiſcopi Livienſis & fratris Jacobi abbatis monaſterii ſancti Mercurialis Forolivienſis arbitrium & compoſitionem recurrere decreveruot. Nos vero ex vi compromiſſi in nos facti viſis & auditis ratiooibus utriuſque partis, & omoibus, que coram nobis proponere & inducere volueruot, habita plena deliberatione per nos ipſos pro bono pacis & concordie calem ſeotentiam, moderatiooem & compoſitionem faciendam duximus inter ipſos ... pre oculis habentes videlicet, quod dictum dominum Thomaſioum ſyodicum dicti communis & ipſum commune moderaodo & arbitrando condempnamus predicto dompoo Bernardo ſyndico dictorum abbatis & conventus ſancti Severi & ipſi mooaſterio in crecentis & qoinquaginta libris Ravenne in compenſatiooem & ſatisfactionem coodempnationum & injuriarum ſactarum per dictum commune in perſonas dompoi abbatis ſancti Severi & Benvenuti oblati & ſyndici dicti monaſterii, &, Zapelli vaſſalli mooaſterii preſati *&c.* ville Scloe, & Rialti Druduli cootrate ſancti Guilielmi, que ad ipſum commune de bonis monaſterii predicti perveoeruot occaſiooe cavalcate & inſultus quondam facti cootra abbatem & monaſterium predictum per dominum Ardizonem tunc poteſtatem Forolivii & ipſum commune Forolivii eootra juſtitiam & eccleſiaſticam libertatem, que trecente & quinquaginta libre Ravenne ſcribi debeant & poni in debito in libro communis Forolivii pro predicto ſyndico monaſterii uſque ad tresdies proximos; ita quod liceat dicto ſyndico & monaſterio predictos denarios dare & vendere & conſignare cui & quibus volueriot, & dictum commune teneatur dare & conſignare & compenſare integraliter dictos denarios illis perſonia, quibus ſyndicos dicti monaſterii dederit vel vendiderit, ſive conſignaverit vel dari maodaveric, Item moderando & componendo inter ipſos dicimus pro bono pacis & coocordie, quod dictus ſyndicus & abbas & conventus monaſterii ſupradicti debeaot & teneantur ſacere finem & quietationem communi Forolivii de non moleſtando & inquietando vel turbaodo in judicio vel extra aliquo modo vel ingenio dictum commune Forolivii ſuper poſſeſſionem & juriſdictionem ville Scloe toto tempore vite abbatis & monschorum, qui nunc ſunt in dicto monaſterio, & hec hinc ad tres dies proximos, poſtquam ſuerint requiſiti. Item pro bono pacis & concordie dicimus, laudamus & componimus & deceroimus, ne aliqua diſcordia io futurum oriri poſſit, quod Deos avertat, ioter dictum commune & monaſterium ſepedi-

ctum,

ctum, quod ſyndico monaſterii ſancti Severi & ipſi monaſterio ſuper his & de his, que debent recipere ab aliqoo eive Forolivii per commuoe & per rectores ſive officiales dicti communis ratio fieri debeat ſummaria ſecundum formam inſtrumentiorum initorum inter monaſterium & ſyndicum ſupradictum ex uoa parte, & eives Forolivii ex altera, coram quocumque jodice communis Forolivii, ſi cootra aliquos eives Forolivit de · predictis rebus per ſyndicum dicti monaſterii queſtio verreretur, & hec fieri debeant ſioe juris ſolempnitate & judieiorum ſtrepitu, ut io cartis & diaceptis dicti monaſterii inventum fuerit eontineri. Item quod dictum commune teneatur monaſterium ſuprsſcriptum & abbatem monaſterii ipſius in ſuis juribus manutenere & defeodere, & in eivem & pro eive dictum abbatem & monaſterium reeipere, cum per dictum abbatem ſive ſyndicum fuerit requiſitum, & ipſe abbas & ſyndicus ad hec ſpecialiter cooſtitutus teneatur ſe & dictum monaſterium eives Forolivii facere, eum per dictum commune vel ejus ſyndicum ſuper hec fuerint requiſiti. Item quod dictus abbas & monaſterium ſaocti Severi poſſint habere in civitate Forolivii advocatum, ſyndieum & procuratorem quemcumque conſtituere voluerint pro cauſis & negotiia dicti monaſterii peragendis. Item quod dictus abbas & monsſterium & eorum ſyndicus libere poſſint extrabere & portare fructus & redditus ſuos, quos & quando dictum monaſterium habet & percipit in diſtricto Forolivii ad monaſterium ſepedictum vel ad ſuas grangias, loca vel eccleſias ſine aliquo dstio & contradictione, etiamſi fuerint extra diſtrictum Forolivii eonſtitute, dummodo ſyndicus monaſterii ſuprsſcriptl juret in animam ſuam & abbatis & conventua quolibet anno in principio regiminis poteſtatis & rectorum Forolivii coram poteſtate & espitaoeo Forolivii, quod frumentum ſive bladum vel alias res vetitas non extrahet vel extrabi faciet ex diſtrictu Forolivii, ſed tantum ſuas. Item quod homines civitatis & diſtrictus Forolivii, qui tenentur dare & ſolvere peoſionem, ſive affictom vel alium redditum dicto monaſterio, ſi requiſiti fuerint de penſiooe & affictu ſive reditu ſolvendo & preſtando ſyndico dicti monaſterii & ooo ſolverint infra duos menſes predicta, teneantur poſtea ſolvere duplicata. Item pro bono pacis dicimus & laudamus, quod preſens eoncordia ſive compoſitio, & moderatio, & omnia, que continentur in ea, debesnt ſcribi in ſtatutis communis Forolivii, & de cetero pro ſtatutis haberi debeant & ioviolabiliter obſervari, & de hoc abbas predictus ſatiſſacere debeat ac teneatur .... qui predictam coocordiam ſcripſerint jo dictis ſtatutis ab omnibus aliis petitionibus & querimoniis binc inde contra ſe & iotra ſe ſsctis tam ſuper damois, injuriis, expenſis & quibuſcumque aliis actibus utramqoe partem ab impetitione alterius reddimua abſolutam. Et hec omnia & ſiogula ſupraſcripts & infra dicenda precipimus, laodamus ab otraque parte perpetuo ioviolabiliter obſervari, ſub pena & in penam mille marcarum boni & puri argenti in compromiſſo inſertam cum obligatione bonorum dicti monaſterii & communis; reſervata & retenta nobis de partium voluntate pleoa licentia & libera poteſtate iterum laudandi, moderandi & precipiendi, & ea, que laudata ſuot & precepta & moderata interpretari, corrigere & emendare ſemel, & pluries ad noſtram omoimodam voluotatem, & pena ſoluta vel non a parte, que contrafecerit vel venerit, alteri parti predictam ſervaoti, nihilominus predictum laodum, ſenteotiam, arbitrium, compoſitionem & moderationem io ſua perpetua firmitate permaneant.

Lata fuit hec ſenteotia, laudum & arbitrium preſeore dicto domino Bernardo ſyndico dicti monaſterii, & dicto domino Thomaſino ſyndico communis Forolivii ad dictam ſententiam, laudum & arbitrium audiendum ſub anno a nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo duceoteſimo ſexageſimo ſexto tempore domioi Clementis pape IV. indictione IX. die I. intrante menſe junii in palatio epiſcopatus Forolivii, preſentibus teſtibus domioo Guinizengo plebano, qui moratur ad monaſterium ſancti Mercurialis de Forolivio, domino Petro archipresbytero plebis ſancti Petri in Trentula, domino presbytero Benedicto eccleſie de Villanova, Vincentio elerico caoonico plebis Sadurani dioceſia Livieoſis, domioo Marcbo judice de Penſaoro, & nuoc moratur io Forolivio in cootrata ſancti Martini, & Gualterio Guideogi familiare dicti domini epiſcopi.

† Ego Johannes ſer Sentardi Matthei de Maldentibus de Forolivio, qui aliter dicitur Malocius, imperiali auctoritate notarius, atque judex ordinarius predicta omoia, ut in protocollis quondam ſer Ivaoi de Caſottis notarii de Forolivio tunc ſcribe epiſcopatus Forolivii in dicta curia cooſervatis ioveni, ita hec

fide-

Digitized by Google

fideliter tranſcripſi, ſubſcripſi & in publicam formam redegi nihil addena vel minuena ſalva conſcientia, quin ſanſum mutet vel variet intellectum de licentia & mandato habitis a ſapienti viro domino Bono .... de Ceſena judice & aſſeſſore nobilis militia domini Armanni de Monte de la Caſa honorabilis poteſtatia civitatia Forolivii, & de mandato predicto mihi facto a dicto domino Bono conſtat per publicum inſtrumentum ſcriptum manu Nerii ſer Ghirardioii de Solareniria notarii de Forolivio, & hec ad petitionem & inſtantiam ſer Baldi, ſer Peppi de Tacciia de Forolivio ſyndici ſupradicti monaſterii, ut dignoſcitur contineri ex inſtrumeoto ſcripto manu ....

CXV.

Literæ Clementis IV. papæ in cauſa duplicis monaſterii S. Benedicti de Patavio.

Anno 1266. idibus martii.

Ex apographis Brunatianis mſſ. pag. 1982.

IN Dei nomine. Anno ejuſdem nativitis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto indictione nona die quintodecimo exeunte junio Padue in domo domini Po..ti tabernarii, qui ſuit a turre Baibe, preſentibus domino Boneſacino clerico ſancti Pauli de Monteſilice, Gualterio notario ejuſdem loci, Palavicino ſervitore domini epiſcopi Paduani, Bonoſegoore filio Po..ti ſupradicti tabernarii, Petro filio Ordani callegari de Padua, Bartholomeo filio Nigri caxalini ejuſdem loci, & aliis teſtibus rogatia. Ibique frater Dynua de loco ſancti Benedicti Novelli de Padua preſantavit & dedit literaa ex parte domini pape domino Gerardo archipreabitero plebia Montiaſilicis ſanas & integraa bulla, filo, carta, & litera, quarum tenor talis eſt.

Clemens episcopus servus ſervorum Dei dilectia filiia .. archipresbiteris plebium de Sacco & Montezilitze Paduane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Significarunt nobis dilecti filii .. prior & conventua monaſterii ſancti Benedicti Novelli Padusni ordinia ſancti Benedicti quod ſelic. recordationia Alexander papa predeceſſor noſter intellecto, quod inter Guilielmum priorem & quoſdam monachoa ſibi adherentes monaſterii ſancti Benedicti Paduani ex una parte, & A., abbatiſſam & conventum ipſius monaſterii ex altera ſuper prioratu ipſius monaſterii & aliia diverſia articulia orta erat materia queſtionia, poſt diverſas & varias altercationea coram diverſis judicibus tam auctoritare ordinaria, quam apoſtolica in hujuſmodi negotio habitas, venerab. fratribus noſtria .. Vicentino & Adrienſi tunc electo epiſcopia ſuia dedit literis in mandatis, ut ad monaſterium ipſum perſonaliter accedentes, & inquirentes ſuper ſtatu dicti monaſterii & perſonarum degentium in eodem ſollicite veritatem corrigerent & reformarent ibidem eam in capite, quam in membris, que correctionis & reformationia officio noſcerent indigere. Cumque iidem epiſcopi tamquam in arbitros ſeu compoſitores amicabilea & ordinatores reſervata eis poteſtate commiſſa, & jurameoto hinc inde ſuper hoc preſtito de conſenſu ven. fratris noſtri .·. epiſcopi Paduani dioceſani loci unanimiter & concorditer compromittere juraverunt, dantes predictia Vicentino & Adrienſi epiſcopia plenam & liberam poteſtatem ordiuandi de ipſo priore ſeu ponendi alium inibi aorum vel alteriua ordinis, necnon amovendi perſooas dicti monaſterii & alia omoia faciendi, que forent ad reformationem ejuſdem ordinis opportuna. Idemque predeceſſor, quod ſuper hoc factum fuerat, ratum habena & firmum, ac eundem Paduanum epiſcopum executioni hujuſmodi adjungens negocii eiſdem preſatis Vicentin. & Adrien. epiſcopia amovendi eumdem priorem & aliaa perſonas a dicto monaſterio & ipſi priori de bonia dicti monaſterii proviſionem congruam aſſignandi & preficiendi nominato monaſterio perſonam ydoneam in priorem, ae etiam dividendi froctus bonorum dicti monaſterii inter monachoa & moniales degootes in eo, maxime cum inter monachos ipſoa, & abbatiſſam & monialea, ex eo quod bona eadem erant communia, eootingebat aliquoties diſſenſiones & ſcandala exoriri, necnon & collocandi perſonas, quas per eos taliter amoveri contingeret, in aliia ejuſdem ordinia monaſteriia, & conventu monachorum a conventu monialium ſeparandi, ac faciendi alia omoia juxta tenorem compromiſſi hujuſmodi, prout viderent melius expedire; compeſcendi qnoque contradictores, ſi qui forent, vel rebellea per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota conceſſit per ſuas litteras ſacultatem. Iidem vero epiſcopi per ordinationem quamdam providam fructua & bona prefati monaſterii, necnon & conventum monachorum a

con-

conventū monialium diviſerunt, & quedam alia ſecundum tenorem compromiſſi ejuſdem, ac formulam eis traditam ſtatuerunt & ordinaverunt in monaſterio memorato, prout in inſtrumento publico exinde confecto plenius dicitur contineri. Ac pie memorie Urbanua papa predeceſſor noſter, quod ſuper hoc ab ipſis epiſcopis factum extitit, ratum habens & firmum, idque auctoritate apoſtolica confirmans. . . primicerio eccleſie ſancti Marci de Veneciia ſuis dedit litteris in mandatis, ut illud per ſe vel per alium faceret obſervari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Sane cum predicti prior & conventus monachorum ipſorum, quod dicti epiſcopi ab eodem monaſterio amoverant quandam eccleſiam in quodam loco diſtante ab ipſo monaſterio quam conſtruere incepiſſent, idem primicerius priori & conventui ſupradictis inhibuit, ut deſiſterent ab opere ſic incepto. Propter quod ipſi ſentientes indebite ſe gravari, ad ipſius predeceſſoris Urbani audientiam appellarunt; quorum appellationi dictus primicerius detulit reverenter, procuratore dictarum abbatiſſe & conventus appellationem hujuſmodi approbante. Dictus autem predeceſſor Urbanua dilecto filio noſtro S.. tit. ſancti Martini presb. cardinali in illis partibus apoſtolice ſedis legato ſuis dedit litteris in mandatis, ut vocatis qui vocandi forent, finito hujus appellationis articulo, vel de partium voluntate procederet concordia, vel ordinatione provida terminare curaret, faciens, quod ſtatueret, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Porro predicto cardinali ad inſtantiam partis adverſe .. abbati ſancti Nicolai de Littore de Veneciia &c.. archipresbytero Paduano committente ſuper hoc vices ſuas, deffinitiva ſibi ſententia reſervata, ex parte dictorum prioris & conventus fuit coram eis de ſubdelegatis, in quorum fuere citati preſentia, excipiendo propoſitum, quod cum dictus archipresbyter eſſet excommunicationis vinculo innodatus, pront erant in continenti legitime probare parati, dictus archipresbiter & idem abbas cum eo procedere in dicto negocio de jure non poterant, nec debebant. Et quia prefati abbas & archipresbiter eos ſuper hoc audire contra juſtitiam denegarent, dicti prior & conventus ſentientes ex hoc indebite ſe gravari, ad eumdem cardinalem primo, & demum ab eo nolente cauſam hujuſmodi revocare, ad noſtram duxerunt audientiam appellandum. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum quicquid poſt appellationem hujuſmodi inveneritis temere attemptatum, in negocio ipſo juxta priorem ad eundem cardinalem decretarum continentiam literarum appellatione remota, ratione previa procedatis; alioquin partes ad ipſius cardinalis remittatis examen, appellantem in expenſis legitimis condempnando. Teſtes autem, qui fuerunt nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione poſtpoſita ceſſante cogatis veritati teſtimonium perbibere.

Daum Peruſii id. martii pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quas litteras dictus archipresbiter cum reverentia recepit.

Ego Guilielmus de Bonafide Mejadinenſis ſacri palacii notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CXVI.

Venditio facta a Matthæo abb. S. Petronillæ portionis territorii Lemmenſis.

Anno 1266. XIX. ſeptembris.

Ex archivo S. Mathiæ de Muriano.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexſageſimo ſexſto indictione nona die duodecimo exeunte ſeptembri, preſentibus domno Bregogna abbate ſancti Michaelis de Subterra, Lungaro ſubdiacono Parentino, Papono filio domini Ardizonis de Pola, Corillo de Orſario, Girardino Gartinea, Bonifacio ſerviente dicti domni Bergogne abbatis ſancti Michaelis de Subterra & aliis teſtibus rogatis. Actum Parentii in domo domni Semperboni abbatis ſancti Petri de Silva. Ibidem domnus Matheus abbas ſancte Petronille de Duobuscaſtellis de conſenſu & voluntate domini Ottonis Dei gratia epiſcopi Parentini dedit & vendidit in perpetuum domno Semperbono abbati ſancti Petri de Silva & ſuis ſucceſſoribus medietatem totius territorii ſancti Michaelis de Lemmo, que pars eſt verſus caſtrum Orſarie, tali pacto & conditione, quod dictus Semperbonus abbas & ſui ſucceſſores teneantur ſolvere domino epiſcopo Parentino & ſuis ſucceſſoribus annuatim nomine cenſus unum porcum unius anni in feſto Nativitatis Domini, & ſi dictus abbas ſancti Petri vel ſui ſucceſſores ſtarent, quod non ſolverent dictum cenſum per quinque Ibid. n. 31.

annos,

annos, tranſactis quinque annis, teneantur ſolvere dicto domioo epiſcopo vel qui fuerit pro tempore, eenium libras parvorum Venetorum, & ſi dictas centum libras noo ſolverint, liceat epiſcopo, qui pro tempore ſuerit, intromittere dictum territorium, & ſi dictus abbas vel ſui ſucceſſores edifieaverint aliquam eccleſiam in dicto territorio, ſpiritualia remaoeant in dicto epiſcopo Parentino, ponendo dictus abbas rectorem in dicta eccleſia, & babendo dictus dominus epiſcopus conſeerationes clericorum & eccleſiarum. Fioes cujus territorii bii ſunt. Ineipiente a vena Vaeina que eſt ſupra Lemmum & venientes ad molos lapidum & poſtea tranſeunt per lammam parvulam aque & venit ad terminum alture terre & vadit per terminum illud, exitque ad paludem ſecam cum ſuis juribus dominationibus & confinibus, ſeeundum quod eccleſiam ſancti Michaelis de Lemmo continebatur. Ex altera parte verſus caſtellum Urſarie bii ſunt confines, incipiente ab arvo qui eſt ſupra Lemmum, & venientes per terminum corooe juxta pedem montis calvi & tranſeuntes per cacumen montis ficulne & venientes ad ſemitas, que vadunt verſus Parentium, & redeunt per terminum illud ad dictam paludem & ex utraque parte uſque ad aquas ſalſas, ſecundum quod Mattbeus abbas ſancte Petronille de mandato dicti domini epiſcopi Parentioi, qui predictos confines affirmavit & ratificavit, dederat plenam & liberam poteſtatem, & domno Bregogoe abbati ſancti Michaelis de Subterra ponendi in tenutam & poſſeſſionem ſupradicti territorii dictum Semperbonum abbatem ſancti Petri de Silva, & dictus domnus Bregogna ſuit confeſſus & manifeſtus ſe poſuiſſe in tenutam & poſſeſſionem ſupradicti territorii coram me ioſraſcripto notario & teſtibus ſupraſcriptis dictum domnum Semperbonum abbatem ſancti Petri antedicti, ut ſuperius legitur, cum ſuperioribus & inferioribus finibus, acceſſibus & regreſſibus ſuis uſque ad viam publicam, & cum omnibus ſupra ſe & inſra ſe habitis in integrum omnique jure actione & ratione, uſu ſeu requiſitione, reali & perſonali, utili & directo ei pertinentibus pro pretio trecentarum librarum denariorum Venetorum parvorum, qua pecunia dictus domnus Mattheus abbas eonfeſſus fuit eoram me notario & teſtibus antedictis ſore plene ſolutum a predicto emptore ad abendum, tenendum, vendendum, teſtandum, alienandum & omnem ſuam voluntatem deinceps ſaciendum, Renuntians exceptiooi non numerati, non ſoluti & oon habiti pretii in tempore hujus contractus omnique auxilio legum oove & veteris conſtitutionis & conſuetudinis, Omne damoum litis & expenſis idem integre reſervare promittens dictus domnus Mattbens abbas per ſe ſuoſque ſueceſſores dictum territorium legiptime defendere & varentare contra omnes homines dicto hemtorl & ſuis ſueceſsoribus ſub peoa dupli dicte rei vendite, ſecundum quod pro tempore plus valebit vel ſuerit meliorata in conſimili loco in extimatione bonorum hominum, qui ſemel & pluries ſimul & ſeparatim exigi & peti poſſit pena non ſoluta vel non, bec preſens carta venditionis in ſua ſemper permaneat firmitate.

Ego Petrus anctoritate imperialis aula notarius his omnibus interſui rogatus ſcripſi & publicavi.

CXVII.

Gregorius patriarcha Aquilejenſis confirmat eamdem terrarum venditionem.

Anno 1267. 11. novembris.

Ex lib. A. p. 8. *archivi S. Mathiæ de Muriano.*

IN nomine Dei eterni*, ameo. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione decima. Actum apud eccleſiam ſancti Petri de Silva die ſecondo intrante junio. Hoc eſt exemplum unius privilegii ſigillati ſigillo pendenti eereo integro, ſano & non corrupto, venerabilis patris domini Gregorii ſancte ſedis Aquilegienſis patriarche, Yſtrie atque Carniole marchionis. Gregorius Dei gratia ſancte ſedis Aquilegienſis patriarcha univerſis tam preſentibus, quam ſuturis rei geſte memoriam. Utilitates noſtras augert eoſpicimus, eum ſubditorum onſtrorum commoda ſub honeſtatis regula procuramus. Sed id eſt precipue nobis acceptius, ſi loca religioſa & pia ſavoris noſtri preſidio confoventes, perſonas degentes in ipſis beoigne io eorum petitionibus exaudimus. Cum igitur, ſicus dilectus filius Semperbonus abbas monaſterii ſancti Petri de Silva Parentine dyoceſis in noſtra propoſuit preſentia eonſtitutus, dilectus filius Mattheus abbas monaſterii ſancte Petronille de Duobus-caſtellis, venerabilis ſratris noſtri O.. epiſcopi Parentioi loci dioceſani aeecdente conſenſu, *Ibid. n. 31.*

ſenſu, medietatam totius territorii monaſterii ſancti Michaelis de Lemo, quod ad dictum monaſterium ſancte Petronilla pleno jure pertinere dinoſcitur, cum juribus & pertinentiis ſuis ſub certis confinibus eidem abbati monaſterii ſancti Petri de Sylva, & per eum ipſius monaſterio in perpetuum vendiderit pro certa pecunie quantitate, ſicut in inſtrumento publico confecto exinde continetur. Nos prefati abbatis monaſterii ſancti Petri de Sylva devotis ſupplicationibus favorabiliter inclinati, venditionem & traditionem hujuſmodi per ſupradictum abbatem monaſterii ſancte Petronille de conſenſu memorati epiſcopi factam, ſecundum quod ad utilitatem dicti monaſterii ſancti Petri facta eſt, & in inſtrumento publice facto exinde continetur, ratam habemus & gratam, & pro nobis & ſucceſſoribus noſtris tenore preſentium confirmamus. In cujus rei teſtimonium & ſtabilem firmitatem preſentem paginam inde ſcribi juſſimus, & ſigilli noſtri pendentis munimine roborari.

Actum apud Civitatem XII. exeunte novembri anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto none indictionis. Hoc privilegium eſt lectum & aſcultatum diligenter de verbo ad verbum per diſcretos & religioſos viros presbiterum Gotefredum, presbiterum Petrum, presbiterum Ep..pum commorantes in monaſterio ſancti Petri de Sylva, & per alios.

Ego Albertus imperialis aula publicus notarius ex precepto predicti venerabilis patris domini Gregorii ſancte ſadis patriarche Aquilegienſis preſens privilegium de verbo ad verbum, nihil addens vel minuens, propter quod ſententia mutari poſſit, diligentius exemplavi in inſtrumenti formam fideliter conducendo.

CXVIII.

Acta diaria miraculorum ad ſepulcrum B. Antonii Peregrini de Padua.

Anno 1267. 1268. &c.

Ex veteri codice parthenonis B. Antonii Peregrini Patavii.

Ibid. n. 36. Milleſimo CC. LXVII. indictione X. dia mercurii ſecundo intrante februario Padue in plathea ſive cimiterio monaſterii ſancte Marie de Porcilia, preſentibus dompno Caſtellano priore monaſterii antedicti, archipresbytero ſancti Fidentii Paduane dioceſis, presbytero Raimerio eccleſie ſancti Thome Paduan. dominis Petro de Artineſio, Bartholomeo Alverii da Zacho, Dominico quondam Orsboni, & Tealdo notario de Soligo & aliis multis de Padua, qui infraſcriptam infirmam cognoſcebant, quando erat infirma, & modo eam viderunt eſſa ſanatam. Maria filia Armerende de contrata ſancti Bartholomei hora veſpertina ſuprascripti diei venit ad ſepulturam Antonii Peregrini habens contractam manum dexteram, & pedem dextrum ſimiliter, ſtans ſuper ipſam ſepulturam divina miſericordia recepit ſanitatem de dicta ſua manu. Et in ſequenti mane circa aurorам in predicto pede recepit ſanitatem virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini.

Die eodem & loco, preſentibus fratre Bono monacho ſancte Marie de Porcilia, Mondino de Montagnana ejus patre, magiſtro Zonello medico, & Johanne oſtiario dicti loci, & aliis multis de Padua, qui cognoſcebant infraſcriptam infirmam, & eam viderunt poſtea ſanatam eſſe. Beatrix quondam Dragi de contrata Arene habens manum contractam, expandens ſe ſuper ſepulturam Antonii Peregrini per Dei gratiam in eadem hora veſpertina, & meritis ejuſdem Antonii Peregrini recepit ſanitatem in dicta ſua manu.

Die III. intrante februario Padue in zimiterio ſancte Marie de Porcilia, preſentibus domino Paduano Sangonacio, Petro de Artiniſio, Raynerio Biſcazerio, Johanne filio quondam Johannis Leoncicelli cuſtode ſepulture Antonii Peregrini, Franciſco corezario, & Brexano, qui facit cabias & aliis multis de Padua, qui infraſcriptum infirmum viderunt eſſe infirmum, & inde viderunt ſanatum eſſe. Amizolus Mediolanenſis habens manum dexteram contractam in preſentia predictorum teſtium ſtans ſuper dictam ſepulturam Antonii Peregrini divina miſeratione cum devotione & oratione premiſſa, & meritis etiam dicti Antonii Peregrini in predicta ſua manu recepit ſanitatem.

Eodem die & loco preſentibus domno Caſtellano priore ſancte Marie de Porcilia, donno Arrangerio priore monaſterii omnium Sanctorum, presbytero Raimerio eccleſie ſancti Thome, & presbytero Marcio eccleſie ſancti Mathei Paduan. presbytero Guizardo, qui fuit da Rido Paduan. dioceſis, & magiſtro Rolandino de grammatica, & multis aliis

de Padua, qui viderunt infraſcripram infirmam ſanaiam eſſe. Geltruda Teotonica de partibua Aquilegieoſibus veniens ad ſcpulturam Antooii Peregrini habens guiam io latere dextro, iia quod non poterat ſe juvare a brachyo uſque ad tibyaa, & ſtans ſuper ipſam ſepulturam virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, & meritia dicti Antonii Peregrini reſtituta eſt ſanitati, ſicut ipſa eſt proteſtata. Die dominico vi. intrante februario io monaſterio ſancte Marie de Porcilia coram teſtibus antedictis.

Die ſabbaio v. intrante februario Padue in zimiterio ſancte Marie de Pore. preſentibus magiſtro Rolandino de grammaiica, Franciſco Biſcazerii, ſratribus Alberto & Johanne converſis dicti monaſterii, & Johanne filio quondam Johannis Leoncelli cuſtodis ſepulture Antonii Peregrini & aliia multis de Padua. Elicha filia Guecili de Fabris de Bredepalea veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini habens ſchynam ſuam fractam & guiam in genu ſiniſtro, & pede ſimiliter ſiniſtro, ita quod non poterat ire ſine baculo, ſtans ſuper ipſam ſepulturam per Dei gratiam, & meritia dicti Antonii Peregrini recepit ſanitatem circa horam matutinam illius diei.

Die dominico vi. intraote ſebruario Padue in zimiterio monaſterii ſancte Marie de Porc. preſentibus ſratribus Alberto & Johanne converſis monaſterii dicti loci, & Johanne cuſtode ſepulture predicte filio quondam Joh. Leoncelli & aliis multis, Richeldioa quondam magiſtri Hengenulfi, que ſacit mantilia, & ſtat in ſancto Leonardo de Padua, que patiebatur in geoibus & renibus per afflictionem gute venieoa ad ſepulturam Antonii Peregrini. ſtans ſuper eam per Dei gratiam, & meritis dicti Antonii Peregrini recepit ſanitatem in bora Miſſe illius diei.

Die eodem & loco, preſentibus ſratribus Albertino & Gratio monachis ſancte Marie de Pore. & Johanae cuſtode dicte ſepulture filio q. Joh. Leoncelli & aliis multis. Nicolaus filius Adameii, qui ſtat in Padua in ſancta Caterina, veniena ad ſepulturam ſupradicti Antonii Peregrini babens ſuam manum dextram contractam, ita quod ipſa manu non poterat ſe juvare, & ſtans ſuper ipſam ſepulturam per Dei gratiam, & meritis dicti Antonii Peregrini recepit ſanitatem circa horam tertie illius diei.

Die viii. intrante ſcbruario in zimiterio monaſterii ſancte Marie de Porcilia, preſentibus donno Caſtellano priore dicti loci, donno Armengerio priore monaſterii omnium Sanctorum Padue, presb. Bonaverſo eccleſie de Ronzone Paduane diocaſis, dominis Ugone de Epanna, & Corrado filio quondam domini Manfredioi de Cerrudis & aliis multis de Padua. Aona filia Bonefidei, que ſtat in Padua a ſancta Heupbemia de Padua, que ducta fuit ad tumulum dicti Antonii Peregrini habens ſcbynam ſuam fractam & gibosſam, ita quod non poterat ſtare erecta, nec ullo modo ambulare, ſtans ſuper ipſam ſepulturam ſeu tumulum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini circa boram nooam ſupradicti diei reddita eſt priſtioe ſaniiati.

Die mercurii viii. intrante ſebruario Padue in zimiterio antedicto, preſentibus doono Caſtellano priore ſancte Marie de Porcilia, donno Armengerio priore monaſterii omnium Sanctorum Paduan. dompno Spinabello monaſterii ſancti Pauli de Cariuro Paduane dioceſis, presb. Sanſono monaſterii ſancte Marie de Porcilia, qui viderunt infraſcripium infirmum ſanaium eſſe, & domino Viviano de Muxo, Gualpertino ootario de Octavo, Omnebono notario quondam Johannis de Andrea, Jobanne Panella omoibua de contraia Caude-longe de Padua, & Johanne de Todoleoda notario, & Facio filio quondam Aycardini Binaroli ambo de Capite pontis vicinis ipſius infirmi, qui eum viderunt & cognoſcebaot iofirmum, & ounc cognoſcunt ſanaium eſſe. Franciſcus filius Omneboni Bartolomei Johanois clerici de contraia ſaocti Jacobi de Capite pootia de Padua veniena ad ſepulturam dicti Antonii Peregrioi habens genu ſioiſtrum contractum occaſione inciſionis unius apoſtematis, iia quod convenienter niſi claudicando non poterat ambulare, ſtans ſuper ipſam ſepulturam per gratiam Dei & meritis dicti Aotonii Peregrioi de dicta ſua infirmitate convaluit circa auroram diei ſupra denotati.

Die eodem & loco preſentibus teſtibus antedictis, qui cognoſcebant infraſcripiam infirmam, ſaoatam & infirmam. Adeleita quondam Carlli aſſerraturris de Caudalonga veniens ad ſepulcrum dicti Antonii Peregrini habens curvitatem in renibus, ita quod curviter ambulaverat bene xx. annis, ſtans ſupra dictam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antooi Peregrini circa auroram dicti diei recepit ſaoitatem de iofirmitate ſuperius notata.

Die eodem & loco, preſentibus donno Ca-

Caſtellano priore &c. fratre Guidone monaſterii antedicti, & dominis Bartolomeo judice Vani de Zacho, & Gabriele judice quondam Guidonis de Nigro, Rainerio biſcazetio, & Johanne filio q. Job. Leoncelli cuſtode ſepulture dicti Antonii Peregrini & aliis multis de Padua. Triſtanus Teotonicus de Suderlof veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini babens ſchynam ſuam fractam, & ibat etiam cum genu per terram, ita quod aliquo modo non poterat juvare, ſtans ſuper ipſam ſepulturam circa horam none illius diei per gratiam Dei, & meritis Antonii Peregrini conſecutus eſt priſtinam ſanitatem.

Die eodem & loco, preſentibus Gondriga uxore quondam Uberti de Aliota de Perarolo Paduane dioc. avia infraſcripti infirmi, domino Mantello milite nobilis viri domini Jacopini Rubei Parmenſis Padue poteſtatis, Ugolino filio dicti domini Jacopini, & Johanne filio Joh. Leoncelli cuſtode ſepulture predicte, qui omnes infraſcriptum infirmum eſſe infirmum viderunt, & donno Caſtellano priore &c. donno Armengerio priore &c. donno Artuſio abbate Carraria, donno Borlengo priore loci ſancti Lazari Paduan. & aliis multis de Padua, qui eum ſanatum viderunt. Naſcinbene filius quondam Dinelli de Perarolo, qui ductus fuit ad ſepulturam Antonii Peregrini habens brachium & crus dextrum contractos, ita quod ſe aliquo modo non poterat juvare, ſtans ſupra dictam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis predicti Antonii Peregrini de dicta ſua infirmitate recepit ſanitatem circa horam veſpertinam illius diei.

Die jovis intrante februario Padue in zimiterio antedicto, preſentibus Federico maſtellario de Capite pontis, Bernardo filio quondam Joh. Petregne, & Petro quondam Bucii cerdonis vicinis infraſcripti infirmi, Aldrigeto filio quondam Apollonii notario, & domino Ricardo judice de Strada, & qui eum ſimiliter cognoſcebat infirmum eſſe, & domno Artuſio abbate Carrarie, donno Caſtellano priore ſancte Marie de Porcilia, domno Armengerio priore omnium Sanctorum de Padua, & donno Borlengo priore loci ſancti Lazari Paduan. & aliis multis de Padua, qui eum viderunt ſanatum, Andreas filius Proſdocimi Zupari de Capite pontis veniens ad tumulum dicti Antonii Peregrini habens genu ſiniſtrum contractum, contra quod recte non poterat ambulare, ſtans ſupra dictam ſepulturam ſeu tumulum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini recepit ſanitatem de dicta ſua infirmitate circa horam nonam diei ſupranotati.

Die eodem & loco, preſentibus Henrico filio quondam Bonfantis de Camurada fratre infraſcripti infirmi, & Zuſtina ejus ſorore, Alberto filio Petri de Camurada, & Johanne mercenario ejuſdem loci vicinis ejuſdem infirmi, qui eum cognoſcebant & viderunt eum infirmum eſſe, & domno Artuſio abbate Carrarie, domno Caſtellano &c. domno Armengerio &c. & aliis multis de Padua, qui ipſum infirmum viderunt ſanatum eſſe. Albertus filius quondam Bonfantis de Camurada Paduane dioceſis veniens ad tumulum Antonii Peregrini habens genu dextrum & pedem dextrum ſimiliter contractum, ita quod recte non poterat ambulare, ſtans ſupra dictum tumulum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis Antonii Peregrini ejuſdem summo mane illius diei reſtitutus eſt ſue priſtine ſanitati.

Die eodem & loco, preſentibus presb. Raimerio eccleſie ſancti Thome Paduan. Dominico quondam Oraboni, Arialto filio quondam domini Jacobi judicis de Flabiano, Bernardo Dente de Criſpo, & Frixa uxore Gunbertini murarii, qui infraſcriptam infirmam cognoſcebant, & eam viderunt infirmam eſſe, & donno Caſtellano priore &c. & aliis multis de Padua, qui eam viderunt ſanatam eſſe cum antedictis. Corteſe uxor quondam Blanchi draparoli de contrata ſancti Mathei de Padua veniens ad ſepulcrum dicti Antonii Peregrini ad primum ſero dicti diei reddita eſt ſue priſtine ſanitati.

Die ſabbati III. exeunte februario Padue in zimiterio ſancte Marie de Porcilia, preſentibus presbytero Johanne, qui ſtabat a ſancto Salvatore Paduan. Toto cerdone, & Johanne Mezeto cerdone, Symeone clerico filio quondam Albertini de Mortiſio, Aicardo de Ruffo, Zenello filio quondam Brocardi a ſancto Salvatore, Omnebono quondam Johannis de Andrea, & Dominico filio Otolini notarii de Cauda longa. Marca uxor Andree a Lignamine de Caudalonga, Scandrica uxor quondam Danielis baliſtarii, & India uxor Paſqualis a ſancto Salvatore omnibus vicinis & notis infraſcripte infirme, qui eam viderunt habere infraſcriptam infirmitatem, & nunc etiam viderunt ſanatam ab egritudine infraſcripta. Antonia uxor quondam Johannis fabri de Bredepalea, que nunc ſtat in Padua a ſancto Salvatore, que

erat ydropica , veniens ad ſepulturam Antonii Peregrioi ſe cum baculo retinendo , babens ventrem ſuum a dicta ydropiſi graviter tumidum & ioflatum, & ambas gambas in pluribus & diverſis locis turpiter fiſtolatas cum cicatricibus ſeu vulneribus in dictis gambis , que cnlabant , ita quod non poterat ſine baculn ambulare, ſtans ſuper ipſum ſepulcrum per gratiam Dei, & meritis Antonii Peregrini reſtituta eſt priſtine ſanitati, que Aotonia paſſa eſt dictam infirmitatem jam ſunt VIII. anoi , ſicut ipſa proteſtata eſt coram donnn Caſtellano prinre monaſterii antedicti, & coram aliis teſtibus die ſabbati ſupradicto.

Die veoeris XI. intrante februarin Padue io zimiterin monaſterii ſancte Marie de Poreilia, preſentibus dominis Bnnifacin jndice de Stenis , Ricardn judice de Strada , Benedictn Zoega de Bibano , Bernardo de Criſpo, Adame , qui dicitur Betnlus filio qunndam Garxendini ſartoria, domino Zordano presbitero monaſterii ſancti Jobaonis de Verdaria, qui cngnnſcebant & viderunt infraſcriptam infirmam eſſe infirmam ab infraſcripta infirmitate, donoo Artuſio abbate Carrarie, donno Borlengo priore loci ſancti Lazari Paduani, & presb. Andrea eccleſie campi ſancti Martini Paduane dioceſis & aliis multis, qui eam viderunt ſanatam eſſe . Nicoleta filia Jobannis de Turre , que ſtat io Padua in contrata Strade, vanieos ad tumulum dicti Antonii Peregrini multum & graviter claudicandn, babena ns anche & crus ſiniſtrum contractum, ita quod ooo poterat , niſi elaudicandn graviter ambulare, nec calcaneum poierat ponere in terra, ſtans ſupra dictum tumolum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrioi conſecota eſt ſanitatem dicto die ſummo maoe , que Nicoleta ita nata fuerat, & a tempore ſue nativitatis citra paſſa eſt dictam iofirmitaiem , que habet circa XIIII. annos.

Die eodem & loco, preſentibus Marchexina uxnr quondam Bnnagentis, Maria uxor quondam Lazari , Vana filia quondam Marehesini de Scarſaneſcn vicinabus infraſcripte iofirme, que eam cogooſcebant & viderunt infirmam eſſe, & fratre Ugolino loci ſancti Maximi de Padua, & fratre Johanne dicti loci, preſbytero Dominico eccleſie ſancte Agnetis Paduane, & Nicbolao quondam Thnmaſini pelliparii de cootrata majoris eccleſie Paduane , & aliis multis de Padua , qui eam viderunt ſanatam eſſe. Adelmota uxor Petri de Brunicaldia de Tumbolo de Cittadella veniens ad ſepulturam Aotonii Peregrini habens manum dexteram cootractam, ita quod de ipſa mano ſe non poterat juvare , ſtans ſupra dictam ſepultnram per gratiam Jeſo Chriſti, & meritis dicti Antnnii Peregrini convalnit de dicta infirmitate ad primum ſero illius diei.

Die eodem & loco , preſentibus Pulmeria matre inſraſcripte infirme, Johanne cerdono, qui dicitur Paradiſins, magiſtro Baxano cerdnne, Bertolino quondam Terviſii preconis, Andrea quondam Terviſij notarin , Manfredinn filio Falconis a ſancto Mattheo, & Johanne quondam Jnhannis Leoncelli cuſtode ſepulture Antnnii Peregrini, qui cognoſcebant & viderunt iofraſcriptam iofirmam, & fra Ugolino loci ſancti Maximi de Padua , & fra Johanne dicti loci, & fratre Bonnbnmioe mnnaſterii ſancti Jacobi a Pnnte corvn , & aliis multis , qui eam viderunc ſanaram eſſe. Bonaventura filia Andaloe cerdonis , que ſtat a ponre Cnntarinorum de Padua veniens ad tumulum dicti Antonii Peregrini habens contractam ancham dextram & oervos, ita quod non poterat ire niſi graviter claudicando , quia ita nata fuerat , & a tempnre ſue nativitatis citra paſſa eſt dictam iofirmitatem , ſtans ſupra ipſam ſepultoram per gratiam Dei , & meritis dicti Antonii Peregrini circa horam matutinam dicte diei recepit ſanitatem de infirmitate ſupra nominata.

Die ſabbati XII. intranre februarin Padue in zimiterio ſancte Marie de Poreilia, preſentibus Albertino , qui dicitur Boccabarile, Jnbanne qunndam Petri de Ygo , Caroto precone fratre Geremie preconis, Yvano, qui fuit de Verona , Naſcimbeno filio Petri de Roncalia, qui omnes ſunc vicini infraſcripte infirme , & ſtant ab argere in Padua , qui eam cognoſcunt habere infraſcriptam infirmitatem jam ſunt XXX. anni vel circa, & Jacobo, qui dicitur Peca filius quondam Gerardi ſartoris de Calſura, qui eam ſimiliter cogooſcebant infirmam , & dnnno Caſtellano priore &c. & dompoo Spioabello priore monaſterii ſancti Pauli de Carturo , donno Martino priore monaſterii ſaocti Jnhanois de Venda , Rainerio biſcazerio, & Jacnbo filin q. dnmini Ugonis jodicis de Areoa, qui eam viderunt ſanatam . Benvenuta uxnr Peverini de Cerreda Vernnenſis dioceſis, qui ſtat io Padoa ſuper agerem , venieos ad ſepulturam Antonii Peregrini habens gutam in ambabus anchis, ita quod ab otraque parte graviter elaudicabat , ſtans ſuper

ipſam

ipſam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini convaluit, & reddita eſt ſue priſtine ſanitati circa veſperas illius diei.

Die eodem & loco, preſentibus domino Seniſio nepote domini patriarche, Antonio Mediolanenſe, qui ſtat in Foro-julii, Caceta de Peccora, fratre Gerardino converſo monaſterii ſancte Marie de Porcilia, Johanne filio quondam Johannis Leoncelli cuſtode &c. & Antonio de Mejoratis de Terra nigra ſimiliter cuſtode dicte ſepulture, qui omnes infraſcriptam infirmam viderunt, & cognoſcebant ipſam babere infraſcriptam infirmitatem, & donno Caſtellano priore &c. donno Martino priore monaſterii ſancti Johannis de Venda, donno Phylippo monaſterii ſancte Marie nove de Terviſio priore, & fratre Albertino filio quondam Viviani de P..mia de monaſterio ſancte Marie de Porcilia, & aliis multis, qui eam viderunt ſanatam eſſe ab egritudine infraſcripte. Cauriola filia quondam Herbordi de Foro-julii, que ducta fuit ad ſepulturam Antonii Peregrini babens genu ſiniſtrum contractum, & nervos de ambabus anchis contractas ſimiliter, ita quod ſe non poterat juvare, nec ſtare in pedibus poterat ullo modo, ſtans ſupra dictam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis ejuſdem Antonii Peregrini recepit ſanitatem de dicta ſua infirmitate die dominico XIII. intrante februario circa horam tertie illius diei, ut ipſa proteſtata eſt coram teſtibus antedictis die ſabbati XII. intrante februario ſupradicto.

Die veneris XIII. intrante februario Padue in zimiterio monaſterii ſancte Marie de Porcilia, preſentibus Prando cerdone, qui ſtat a ſancta Sophia de Padua, Johanne filio quondam Jobannis Leoncelli & Johanna Tralli filio de Leonico cuſtodibus ſepulture Antonii Peregrini, Almerico filio domini Tadi de Tadia, Albrigeto quondam domini Berti de burgo ſancte Sopbie predicte, & Henrigeto filio Manchabruni not. de Verona, qui ſtat in Padua e ſancto Matbeo, qui viderant & cognoſcebant infraſcriptam infirmam eſſe infirmam, & poſtea viderunt eam ſanatam, & donno Martino priore loci de Venda, donno Caſtellano priore &c. de Porcilia, & fratre Albertino filio quondam Viviani de F..mia de dicto loco, & Parcitade notario de Bognolo & aliis multis de Padua; qui eam ſimiliter viderunt ſanatam cum teſtibus antedictis. Floria filia Deolavance de Tyeme Vicentine dioceſis, que ducta fuit ad tumulum Antonii Peregrini habens ambas manus contractas, & pedes etiam, ita quod non poterat ſe juvare, nec ullo modo ambulare e tempore ſue nativitatis citra, quo paſſa eſt dictam infirmitatem, ſtans ſupra dictum tumulum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini de dicta ſua infirmitate recepit ſanitatem circa horam none illius diei, que Floria habet circa IIII. annos. *Hec curatio ſpectat ad alium annum. que dies* XIII. *erat feria* VI.

Die eodem & loco preſentibus Nigro filio quondam Orredici a ponte curvo de Padua, Menico quondam Zonis de vicinancia ſancti Martini de Abbano, Petro filio Gumberti de vicinancia de ultra ſovea de Abbano, Johanne quondam Gerardi de Herboro, Berno Petri de Forzato, & Gerardo de Jacobino omnibus de vicinancia ſancti Laurentii de Abbano vicinis infraſcripti infirmi, qui eum cognoſcebant infirmum eſſe, & donno Martino priore loci de Venda, donno Caſtellano priore &c. de Porcilia, & fratre Albertino quondam Viviani de Fi..mia dicti loci, & Bartholomeo notario de Rovereda, qui ipſum infirmum viderunt ſanatum, & aliis multis de Padua. Petrus filius quondam Guerriſii de vicinancia ſancti Laurentii de Abbano veniens cum baculo ad ſepulturam Antonii Peregrini habens nervos anche ſiniſtre contractos, & ipſe anche extra ſimiliter bene per tres digitos, ita quod non poterat embulare ſine baculo, graviter & fortiter claudicando jam ſunt IIII. anni vel circa, ſtans ſupra dictam ſepulturam per Dei gratiam & meritis Antonii Peregrini circa horam nonam illius diei reſtitutus eſt ſue priſtine ſanitati.

Die lune XIIII. intrante februario Padue in zimiterio monaſterii ſancte Marie de Porcilia, preſentibus Petro Bone notario filio Martini de Bondeno, qui ſtat in ſancto Stephano de Padua, Jacobo quondam Zordani de Camurada, donno Artuſio abbate Carrarie, Bontante de Camurada Paduane dioceſis, donno Borlengo priore ſancti Lazari de Padua, domino Anſediſio Comite de Triviſio canonico Triviſino, & Dominico quondam Johannis a Stupa a ſancto Stephano de Padua, qui infraſcriptum infirmum viderunt, & cognoſcebant infirmam eſſe, excepto domino Anſediſio antedicto, qui eum vidit ſolummodo ſanatum eſſe cum teſtibus infraſcriptis, ſcilicet cum donno Caſtellano priore &c. de Porcilia, fratre Zordano presbytero mo-

monaſterii ſancti Johannis de Verdaria, domino Rainaldo judice, Pincoto, Parcitade notario de Bognolo, & aliis multis de Padua, qui eam viderunr eſſe ſanatam. Palma filia Petri Henrici de Camurada Paduane dioceſis veniens ad ſepulturam dicti Antonii Peregrini habens gutam in ambabus anchis, ita quod turpiter & graviter claudicabat, ſtans ſupra dictam ſepulturam per Dei gratiam, & meritis ejuſdem Antonii Peregrini circa tertiam illius diei recepit ſanitatem.

Die martis XIIII. exeunte ſebruario Padue in zimiterio *&c. ut ſupra*, preſentibus presbytern Benvenuto eccleſie de Pillanica, Johanne presbytero de eadem villa, Petro ſcutifero de Scaltinico Pad. dioceſis, & Beatrice amita infraſcripti infirmi, qui eum cognoſcebant & viderunt infirmum eſſe, donno Martino priore ſancti Johannis de Venda, donno Benvenuto priore monaſterii ſancti Johannis de Verdaria, domino Ariberto de Ofredino, fratribus Aventura & Petro de Regio converſis dictis monaſterii de Verdaria, & Johanne notario de Todolenda de capite pontis, & Guizardino, qui fuir de Mantua & nune ſtat in Arena in Padua, & aliis multis de Padua, qui eum viderunt ſanatum eſſe. Jacobus filius quondam Otonis de Pellanica veniens ad ſepulturam dicti Antonii Peregrini habens gutam in ambabus anchis, ita quod turpiter & graviter ambulaverat ſemper a tempore ſue nativitatis citra claudicando, die jovis x. intrante ſebruario ſupradicto ſtans ſupra dictam ſepulturam per Dei gratiam, & meritis ejuſdem Antonii Peregrini recepit ſanitatem die ſabbati XII. intrante ſebruario circa horam matutinam illius diei.

Die mercurii XIII. exeunte februario Padue in zimiterio *&c. ut ſupra*, preſentibus Zambono de Machagno patre infraſcripte infirme, Nicholan filio quondam Thomaſini pelliparii de contrata Domi, Petro cerdone ſilio quondam Jacobi de Ganio, qui ſtat apud dictam infirmam, Careto tabr.. qui cognoſcebant infirmam infraſcriptam, & eam viderunr habere infraſcriptam infirmitatem, & donno Martino priore monaſterii ſancti Johannis de Venda, donno Spinabello priore monaſterii ſancti Pauli de Carturo Paduane dioceſis, domino Johanne de Montagoana, magiſtro Dominico notario de Pergamo, & Henrigeto filio Manchabruni tab. & notarii de Verona, qui nunc ſtat in Padua a ſancto Mattheo, & aliis multis de Padua, qui eam viderunr ſanatam eſſe. Deſiderata filia dicti Zamboni de Machagno veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini habens os ancha ſiniſtrum extra de ſuo loco bene per unum digitum jam ſunt x. anni, ut ipſa dicebat, ita quod a dicto tempore citra, turpiter & ſortiter claudicabar, & etiam non poterat ponere calcaneum in terra propter afflictionem dicte infirmitatis, ſtans ad dictam ſepulturam per Dei gratiam & meritis dicti Antonii Peregrini ad primum ſero illius diei reſtituta eſt ſue priſtine ſanitati, que Daſiderata habet XI. annos.

Die ſabbati III. exeunte ſebruario Padue in dicto loco, preſentibus dominis Bartolomeo judice, Vanni de Zacho, Bartholnmeo parvo de Zachis, ſratre Yvano presbytero monaſterii ſancti Benedicti de Padua, ſratre Nicholao presb. ejuſdem loci, Azone de Zachis, Corredo da Epa..na & aliis multis de Padua, qui viderunt infraſcriptam infirmam ſanatam eſſe ab egritudine inſraſcripta. Blancha filia Jacobini Jnhannis de Beniamino de villa Solexin. Paduan. dioceſis veniens ad tumulum Antonii Peregrini habens os anche remotum a loco ſuo, ita quod graviter & turpiter claudicabar a cunabulis ſuis, quando parva erat citra, ſtans ſupra ipſum tumulum per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini recepit ſanitatem. Iſti vero teſtes, qui ſunt de dicta villa Solexini dictam infirmam cognoverunr eam eſſe infirmam, & ſunt ſui vicini, ſcilicet Vincentius gaſtaldus domini Marchionis Eſtenſis, Jacobinus de Griia, Petrus de Oſta, Albertus Luſa clericus de Bergalla, & Antonius Guidonis Segale a ponto curvo de Padua, quamvis tunc non eſſent preſentes, quando ſanata fuit.

Die penultimo menſis ſebruarii Paduo in dicto zimiterio, preſentibus donno Galvaoo monaſterii de C..ſpignega ſancti Jacobi, donno Armengerio monaſterii omnium Sanctorum Paduan. presbytero Petro capellano domini epiſcopi Paduani, ſratre Torna monaſterii ſancte Marie de Vancio, dominis Donato de Salomone, & Antonio de Zachis, & aliis multis de Padua, qui viderunt inſraſcriptam infirmam ſanatam eſſe ab egrisudine ioſraſcripta. Armerina filia Guidonis de Marchoardo de Barbarano veniens die ſabbati x. exeunte februario ad ſepulturam Antonii Peregrini habens crus ſiniſtrum contractum, & nervos anche ſiniſtre ſimiliter contractos, ita quod non poterar ponere calcaneum in terra, & turpiter & graviter claudicabat, que nata fuit cum dicta infirmitate, & a tem-

pore

pore ſue nativitatis citra paſſa eſt dictam infirmitatem, ſtans ſupra dictam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis Antonii Peregrini die veneris VIIII. intrante ſebruario recepit ſanitatem circa auroram illius diei. Iſti ſunt teſtes, qui eam cognoſcunt infirmam eſſe, & ſunt ſui vicini, qui poterunt ſuper hiis veritatis teſtimonium perhibere, videlicet; Conſortus quondam Gerardi Rubeis, Marius de Caveada, Bonjohannes de Galvano, Oliverius Vitalis de Yſabella omnes de Barbarano, & Galvanus notarius, Zibichinus de Vicentia, qui ſtat in Padua a ſancta Lucia.

Die dominico penultimo menſis ſebruarii Padue in zimiterio *&c. ut ſupra*, preſentibus domno Martino priore ſancti Johannis de Venda, fratre Torna monaſterii ſancte Marie de Vancio, Johanne Nigro & Syro cuſtodibus majoris eccleſie Paduane, qui viderunt infraſcriptum infirmum ſanatum eſſe ab egritudine infraſcripta, Bartolameus filius Johannis ſamitarii, & Jacobine ejus uxoris, qui ſtat in Veneciis in contrata eccleſie ſancti Jacobi de Lurio de Veneciis in domibus domini Marchi Badoarii de Veneciis veniens ad tumulum Antonii Peregrini die martis VII. exeunte ſebruario habens ſuam ſchynam fractam, ita quod ſe erigere non poterat, nec ambulare, niſi cum manibus ſuper genua curviter & turpiter ambulando, modo per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis Antonii Peregrini recepit ſanitatem circa horam Miſſe dicti diei martis. Iſti vero teſtes de Veneciis ſui vicini, qui eum cognoſcunt ſic infirmum eſſe, poterunt ſuper hoc teſtimonium perhybere, videlicet dominus Marchus Badoarius, & Marinus ejus filius, plebanus ſancti Jacobi de Lurio, Johannes de Giſlerio, qui fuit de Verona, & nunc ſtat in Veneciis in contrata dicti infirmi, & Jacobinus Bri..za, qui ſtat in dicta contrata in Venecciis.

Die eodem & loco preſentibus donno Armengerio priore monaſterii omnium Sanctorum Pad. presbytero Johanne Gaibana manſionario majoris eccleſie Paduane, Gabriele clerico eccleſie de Vicoaggeris, Ugeto notario de Secundo & aliis multis de Padua, qui viderunt infraſcriptum infirmum ſanatum eſſe ab egritudine infraſcripta. Albertinus filius domini Clerici de Palaxolo Parmenſis dioceſis, qui ſtat in Padua in ſcolis a domo Stephani de presbytero Grimaldo, coram donno Caſtellano priore monaſterii ſancte Marie de Porcilia dixit & proteſtatus fuit, quod die veneris IIII. exeunte ſebruario, cum eſſet in ſcholis domini Giberti Juſti doctoris legum, invaſit eum quedam egritudo & contractio nervorum in ambabus manibus, & inſuper amiſit loquelam ſuam die veneris ſupradicto, & eadem die loquela recuperata vovit ſe noſtro Domino Jeſu Chriſto &, beato Antonio Peregrino, promittendo dicto beato Antonio Peregrino ſe oblaturum eidem quandam ſtatuam ceream, ſi contingeret, quod divina miſericordia pro interceſſione dicti beati Antonii perfectam liberationem reciperet ab egritudine ſupraſcripta, & hoc facto die ſabbati ſequenti ſe invenit per Dei gratiam ab egritudine liberatum. Iſti vero teſtes viderunt eum infirmum ab egritudine antedicta, qui ſuper hoc etiam poterunt teſtimonium perhibere; ſcilicet Raynerius ſcholaris de Parma ejus ſocius, Jacobus de Palazolo conſanguineus dicti infirmi, & magiſter Vivianus texarius ejus vicinus, & eum etiam viderunt magiſter Johannes medicus de Terradura, & II. fratres Minores, & II. fratres Heremitanos, & III. fratres de Brundulo.

Die ultimo menſis februarii Padue in dicto zimiterio, preſentibus donno Martino priore monaſterii ſancti Johannis de Venda, donno Spinabello presbytero monaſterii ſancti Pauli de Carturo, fratre Torna monaſterii ſancte Marie de Vancio, & fratre Paſquale presb. ejuſdem monaſterii, & aliis multis de Padua, qui viderunt infraſcriptam infirmam ſanam eſſe ab egritudine infraſcripta. Giſla uxor Johannis Martini de Columbella, qui ſtat in Baaano a domo Johannis Zoti a ponte Brente de Baxano veniens ad ſepulturam dicti Antonii Peregrini graviter & turpiter claudicando propter afflictionem gute, & bene per VIII. annos paſſa eſt dictam infirmitatem, ſtans ſupra ſepulturam predictam per gratiam Jeſu Chriſti & meritis dicti Antonii Peregrini circa horam veſpertinam dicti diei reſtituta eſt priſtine ſanitati. Iſti vero teſtes, qui ſunt de Baaano vicini dicte infirme, qui eam viderunt eſſe infirmam ab egritudine antedicta, poterunt ſuper his teſtimonium perhybere; ſcilicet Bartholomeus de Fulchino, Granphyonus de domina Avinante, Sciminus Johannis Zoti, Gabriel de Giſolfa uxor quondam Durelli, Johannes de Trabucho, & Jacobinus de Gracia.

Die dominico VI. intrante marcio Padue in dicto cimiterio, preſentibus Gerardo quondam Anguli de Scandolato de Lignario patre infraſcripte infirme, Zeto filio Petri Zuffi, Lanzaroto filio

Terriſii,

Terriſii, Blanco quondsm Gumbertelli, Villano filio quondam Johannis Zochi, Galvano filio quondam Johanois de Caſtro-ſrancho, & Henrigeto filio quondam Reguardi a ponte ſancti Nicolai vicinis infraſcripte infirme, qui eam viderunt eſſe infirmam ab egritudine inſraſcripta, & donno Martino priore ſancti Johannis de Venda, ſratre Jacobo monaſterii ſanctę Marie de Vancio, donno Marcheſino priore loci ſancti Luce de Maroſtica, qui eam viderunt cum tribus antedictis ſanatam eſſe ab egritudine inſraſcripta. Aicarda filia Gerardi quondam Agnoli de Scandolajo predicto veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini turpiter & graviter claudicando ab utraque parte, ita quod ſe cingere & ire non poterat niſi graviter & ſortiter claudicando, & habens nervos etiam de ambabus anchis contractos, que Aicarda paſſa eſt dictam infirmitatem jam ſunt XVII. anni.

Die dominico V. exeunto marcio Padue in zimiterio monaſterii antedicti, preſentibus presbytero Peiro eccleſie ſancti Petri de Noenta, Rolandò de Boto quondam Johannis patre inſraſcripte infirme, & Deſiderata ejus matre, qui ipſam infirmam viderunt & cognoſcebant infirmàm, & modo viderunt ſanatam eſſe, & aliis multis. Maria filia Rolandi quondam Johannis Boti de Noenta Paduane diocceſis veniens ad ſepulcrum Antonii Peregrini habens genua verſa & torta unum contra aliud, ita quod a tempore ſue nativitatis citra turpiter & graviter claudicabat, & ſtans ſuper ipſum ſepulcrum per gratiam Jeſu Chriſti & meritis dicti Antonii Peregrini de dicta infirmitate ſua convaluit circa horam nonam ſupradicti diei. Iſti vero ſunt teſtes, qui ſunt de vicinis dicte infirme, qui eam cognoſcunt de Noenta, & ſuper hoc, ſi neceſſe ſuerit, poterunt teſtimonium perhybere, videlicet presbiter Guilielmus dicte eccleſie de Noenta, Albergetus filius magiſtri Zaneti barberii, Orredicus Bexatus quondam Symeonis, Minellus de Pa.anina, & Benedictus ejus filius, Zambonus de Mataore, & Petrus Bonus nepos dicti presbyteri Guilielmi omnes de Noenta.

Eodem die & loco preſentibus Zilio quondam Johannis Martini Nigri, Zilio de Almerico, Madonio ejus ſratre, Johanne de Nicolao omnibus de volta Burzigane, & Aulivella matre infraſcripte infirme, & ejus vicinis & aliis multis. Maria filia quondam Dominici de volta Burzigane predicte veniens ad ſepulcrum Antonii Peregrini habens contractam ancham ſiniſtram & nervos, ita quod jam ſunt VIIII. anni, quod non poterat ire, niſi graviter & turpiter claudicando; ſtans ſuper dictam ſepulturam recepit ſanitatem virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini circa horam none diei ſuperius nominati, ſicut ipſa infirma proteſtata eſt coram domno Paulo abbate monaſterii de Brundulo, donno Caſtellano priore ſanctę Marie de Poreilia, ſratre Adame presbytero dicti loci de Brundulo, & fratre Paſquale presb. ſancti Johannis de Verdaria.

Die lune IIII. exeunte marcio Padue in dicto cimiterio, preſentibus Aliabella uxore quondam Andree de Ardizone, Roſa ejus filie de Cologna Ferrarienſis dioceſis, & Blaſio filio Bonimercati de Sandalo, qui ſtat in Cologna predicta vicinis inſraſcripte infirme, que & qui eam viderunt, & cognoſcebant infirmam, & nunc eam viderunt ſanatam eſſe & aliis. Verderia uxor Mercadelli de Cologna Ferrerienſis dioceſis veniens ad ſepulcrum Antonii Peregrini habens brachium aridum & contractum, ita quod de dicto brachio ſe non poterat juvare bene per annum unum integrum, nec poterat ipſum brachium ad aliquam partem ducere, nec volvere, ſtans ſuper ipſam ſepulturam per Deì gratiam convaluit, & reſtituta eſt priſtino ſanitati circa horam ſupradicti diei, & meritis dicti Antonii Peregrini, ſicut ipſa proteſtata eſt infirma coram donno Paulo abbate monaſt. de Brundulo, donno Pregadeo priore ſancti Thomaſii de Vicentia, donno Bartholomeo judice quondam Vani de Zacho & ſratre Adame caniperio majore monaſterii de Brundulo. Iſti vero ſunt vicini dicte infirme, qui eam cognoſcunt de dicta villa, ubi ipſe moratur, qui ſuper hoc poterunt teſtimonium perhybere, videlicet Alexius de Padua, qui nunc ſtat in dicta villa de Cologna, Benvenutus de Pozola, Corradinus, qui dicitur Butterius, & Amadeus maritus Almerade omnes de Cologna predicta.

Die mercurii penultimo menſis martii Padue in dicto zimiterio, preſentibus Facio de Phylippo de plebe Saci barbano inſraſcripte infirme, Martino de Bortoloto de Ambroxio, qui ſtat in plebe in quarterio ſancti Martini, Alberto cerdone de magiſtro Lenzo, Gerardo cerdone quondam Menici de plebe vicinis inſraſcripte infirme, qui eam cognoſcebant infirmam eſſe, & nunc eam viderunt ſanam, & aliis multis. Donnegelda

gelda

gelda filia quondam Guidonis Moicli de plebe Saci veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini die ſabbati vii. exeunte martio habens ancham ſiniſtram, & nervos ipſius anche contractam & contractos, ita quod turpiter & graviter claudicabat, & non poterat etiam ponere calcaneum in terra jam ſunt viiii. anni ſtans ſupra dictam ſepulturam per gratiam & virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini reſtituta eſt ſue priſtine ſanitatis die vi. exeunte martio in nocte illius diei, que Donnegelda nunc habet circa xiiii. annos.

Die jovis ultimo menſis martii Padue in dicto zimiterio, preſentibus Henglerada uxore magiſtri Mathei carrarii de Meſtre matre infraſcripte infirme, Flore ſorore ipſius infirme, & Antonio fratre ejuſdem infirme, Maria uxore Martini de Berta, & Verzeria uxore Jacobi Caraſeſte de Meſtre omnibus de Meſtre qui ipſam infirmam cognoſcunt, & nunc eam viderunt ſanatam eſſe, & aliis multis. Benvenuta filia magiſtri Matthei carrarii de Meſtre veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini die ſabbati vii. exeunta martio, habens ancham ſiniſtram contractam & nervos contractos ipſius anche ſimiliter, ita quod turpiter & graviter claudicabat jam ſunt xx. anni, & ſtans ſuper ipſam ſepulturam per gratiam Jeſu Chriſti, & meritis dicti Antonii Peregrini reddita eſt ſue priſtine ſanitati die dominico v. exeunta martio circa veſperas illius diei, que Benvenuta nunc habet circa viginti-quinque annos. Iſti vero ſunt vicini dicte infirme, qui eam viderunt & cognoſcebant infirmam eſſe ab egritudine ſupradicta, qui ſuper hoc ſi neceſſe fuerit, poterunt teſtimonium perhybere, videlicet Petrus Zuffus de Scandolato, Marcheſius a ponte ſancti Nicholai, Franciſcus quondam Andree, Vandi Scalſoti, & Petrus quondam Johannis Palmarii, & notandum eſt, quod dicta infirma & pater ejus, & ſui fuerunt de Scandolato, quamvis ipſa ſtat nunc in Meſtre.

Die eodem & loco, preſentibus Nicolao Navario ab Omnibus Sanctis patre infraſcripte infirme, Ugoleto infirme ejus fratre, Prophyliaſio piſcatore filio quondam Paſiſii de Arino, Rodulfo Nauclerio ab Omnibus Sanctis, Laurentio quondam Alberici Dentis, Omnebono filio Petri Guaie caxalino, Marcheſino filio Alberti ſegatore, Naſcimbene quondam Gerardi de Plunca, & Portenario tabernario omnibus de dicta contrata Omnium Sanctorum, ubi moratur dicta infirma, vicinis ejuſdem infirme, qui eam viderunt & cognoſcebant infirmam eſſe, & nunc eam viderunt ſanatam eſſe & aliis multis de Padua. Lucia filia Nicolai Navarii ſupradicti veniens ad ſepulturam Antonii Peregrini habens ancham dexteram contractam & nervos contractos ipſius anche, ita quod non poterat ambulare, niſi graviter & nequiter claudicando, ſtans ſupra dictam ſepulturam per virtutem omnipotentis Dei & meritis dicti Antonii Peregrini convaluit de dicta ſua infirmitate die ultimo menſis martii ſupradicto circa horam none illius diei, que Lucia nunc habet circa xiiii. annos, & nota fuit cum dicta infirmitate & paſſa eſt dictam infirmitatem a tempore ſue nativitatis, ut pater ejus dicebat.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ad preſentium eterne rei certitudinem & memoriam futurorum, ad honorem omnipotentis Dei ac beate & glorioſe ſemperque virginis Dei genitricis Marie & Omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, necnon beati Antonii Peregrini, qui per multas & varias turbines hujus ſeculi tranſiens vitam ſuam in ſancta & honeſta converſatione ducens migravit ad Dominum, & per virtutem ſummi Dei, & meritis & interceſſionibus ipſius beati Antonii Peregrini miracula infraſcripta fuerunt in tranſitu & migratione ipſius, que quilibet verus & bonus chriſtianus ipſa veraciter ita facta poterit intueri, & facta fuerunt ſub milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione decima, & ſcripta per manum Thealdi notarii de Soligo, & tranſcripta per me Thealdum notarium infraſcriptum ex imbreviaturis predicti Thealdi de Soligo avi mei mihi conceſſis per majus conſilium communis Padue. In nomine Chriſti anno ejuſdem nativitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione decima die mercurii ſecundo intrante februario Padue in platea ſive zimiterio *&c. ut ſupra ad col.* 176.

Ego Thealdus notarius filius domini Fini piſtoris hec autentica ſumpta ex imbreviaturis olim Thealdi notarii de Soligo avi mei mihi conceſſis in pleno & generali conſcilio communis Padue. Cartam factam per Perſivallem notarium de Guariento exemplavi & relevavi & in publicam formam redegi nihil addendo vel minuendo *&c.* ſub milleſimo triceneſimo tertio indictione prima.

Ego Batholomeus Cleregarius filius quondam domini Jacobi notarii de centi. Domi & contrata burgi novi ſacri palatii

notarius & officialis epiſcopalis eurie Paduane ultraſcriptas ſcripturas miraculorum ſactorum per beatum Antonium Peregrinum contentas in premiſſis octo cartis & uno latere ſumpſi & tranſcripſi bona fide ex quodam quaterno, in quo ipſa miracula erant ſcripta & in publicam formam redacta per Thealdum notarium filium domioi Fini piſtoris ſumpta per ipſum ex imbreviaturis olim Thealdi notarii de Soligo avi ſui ſibi conceſſis in pleno & generali conſcilio communis Padue. Sub anno Domini milleſimo treeenteſimo vigeſimo quarto indictione ſeptima, die vigeſimo quarto intrante februario Padue in curia epiſcopali, preſentibus Leazario quondam domini Petri de Superba, & Jobanne de Titulo quondam domini Zamboni teſtibus & aliis.

CXIX.

Compromiſſio Johannis ep. Portuenſis & Petri abb. S. Gregorii de Urbe in Nicolaum de Terracina.

Anno 1267. XI. auguſti.

Ex codice Gregoriano. pag. 118.

Ibid. n. 31. IN nomine Domini. Anno dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo pontificatus domni Clementis quarti pape anno ejus tertio indictione decima menſis auguſti die undecimo. Corsm me Jobanne Rsynerio ſcriniario & teſtibus ſubſcriptis &c. venerabilis & religioſus pater domnus Petrus abbas venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe & frater Bartholomeus monachus camerarius, procurator & ſyndicus ejuſdem monaſterii pro parte & nomine dicti monaſterii &c. ex parte una; & diſcretus vir dominus Gentilis Aprutinus electus, procurator & capellanus reverendi patris domini Johannis Portuenſis & ſancte Rufine epiſcopi nomine dicti domini epiſcopi, & epiſcopatus Portuenſis ex altera &c. compromiſerunt in venerabilem virum magiſtrum Nicolaum de Terracena domini pape capellanum licet abſentem tamquam arbitrum, arbitratorem &c. de omnibus litibus & queſtionibus, que vertunt vel verti poſſent inter predictum dominum epiſcopum Portuenſem, & predictos abbatem & conventum & monaſterium predictum de Stagno, quod dicitur Stsgnum majus, & terra ex deſiccata ..... poſitis prope mare, quibus hi ſunt fines, ab una parte eſt Campoſylva, ab alia ſylva ...... ab alia Campoſalina, dantes eidem magiſtro Nicolao plenariam poteſtatem, qua ipſe poſſit dictas canſas, queſtiones ſeu lites terminare &c. ſub pena mille librsrum proviſinorum Senstus. Actum in palatio hoſpitalis ſancti Spiritus de Urbe preſentibus his teſtibus vocatis & rogatis, ſcilicet domino Maximo judice, magiſtro Adinulpbo judice, fratre Martiono familiare domini J.. Portuenſis epiſcopi, fratre Jannino converſo ſancti Pancratii, & Romano clerico ſanctorum Johannis & Pauli teſtibus.

Ego Johannes Raynerii Dei gratia ſancte Romsne eeeleſie ſcriniarius, quia predictis omnibus interſui, ideo exſcripſi & in publicam formam redegi rogatus.

CXX.

Decretum Junctæ abb. Trivienſis ſuper alienationes bonorum fidelium ſui monaſterii.

Anno 1267. XXVI. novembris.

Ex autographo archivi Trivienſis.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CC. LXVII. indictione X. tempore domini Clementis pape & nullius imperatoris regnantis, die XXVI. meoſis novembris. Pateat inſpecturis, quod domnus Juncta abbas monaſterii ſancte Marie in Trivio preſentibus dompno Berardo, dompno Guidone, & dompno Palmerio monacbis ipſius monaſterii communiter & concorditer cum eo facientibus & volentibus, videns quod poſſeſſiones pauperum fidelium dicti monaſterii alienabantur ab eis, & a divitibus occupsbantur, occaſione quarum venditionum ad nibilum deveniebant poſſeſſiones predictorum pauperum, ac etiam propter hoc in tantum ledebatur monaſterium in jure ſuo, videlicet io amictendo bomines reſidentes & ſervitia conſueta ac dabita, que debebsntur ab eis monaſterio ſupradicto, quod propter hujuſmodi venditiones & âlienationes factas in fraudem a predictis, quia monaſterium ad nibil de predictis ſervitiis veoiebat, volens antedictus domous abbas una cum dicto domino ſuo capitulo, & ipſi monachi cum eo ſimul obviare predictis, ſtatuit & decrevit hoc publico inſtrumento impoſterum valituro, ut hujuſmodi venditiones Ibid. n. 35.

ſeu

ſeu conceſſiones a dictis fidelibus non fiant abſque ſua licentia ſpeciali petita ab ipſo pariter & obtenta. Quod ſi aliquis dictorum fidelium contrafecerit, amittat rem emptam, & pretium perdat, & nihilominus tam venditor, quam emptor ſolvat bannum xx. ſolidorum bonorum denariorum Ravennatum, precipiens etiam ſub juramento, quo tenentur eidem abbati nomine dicti monsſterii, ut dicte venditiones ſeu conceſſiones non fiant abſque ipſius domni abbatis licentia ſpeciali.

Dompnus Angaialis prior monaſterii ſancti Salvatoris huic contratui conſenſit & ſe ſubſcribi mandavit. Dompnus Jacobus monachus monaſterii Trivienſis huic contractui conſenſit,

Actum in ſcaldatorio dicti monaſterii presbytero Berardo rectore eccleſie de Monte-cornario, Datarolo, Salimbene caſtaldione ipſius monaſterii & Benedetolo de Vallibus teſtibus ad hec vocatis.

Ego Aringerius de Corliano imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, & ut ſuperius legitur, ſcripſi & publicavi.

CXXI.

Inſtitutio rectoris eccleſiæ S. Paſchaſii facta ab abbate S. Victoris de Cluſis.

Anno 1268. xii. exeunte februario.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 42. IN Dei nomine, amen. Anno ejuſdem milleſimo cc. lxviii. indictione xi. die xii. exeunte ſebruario tempore domini Clementis pape IIII. Dominus Guilielmus abbas monaſterii ſancti Romualdi de Valle-caſtro cum voluntate & expreſſo conſenſu ſcilicet ſuorum fratrum dompni Petri, dompni Aunci, dompni Michaelis, fratris Petri, fratris Munaldi, fratris Fydanze, & fratris Bevenuti monachorum & converſorum dicti monaſterii, & ipſi monachi & converſi cum auctoritate ipſius abbatis nomine dicti monaſterii, capituli & conventus, conſtituerunt & ordinaverunt dompnum Juntam ſacerdotem capellanum & rectorem eccleſie ſancti Paſcaſii, que pertinet & eſt ſubjecta pleno jure ipſi monaſterio, ad regendam, defendendam, manutenendam & gubernandam ipſam accleſiam in ſpiritualibus & temporalibus uſque ad beneplacitum, voluntatem & mandatum abbatis & conventus dicti monaſterii Vallis-caſtri, auferentes ipſi dompno Junte licentiam & poteſtatem alienandi, dandi & obligandi, & de novo affiprandi poſſeſſiones & tenimentum & bona dicte ecclelie ſancti Paſcaſii, inveſtiendo & recipiendo ipſe dompnus abbas ipſum dompnum Juntam capellanum & rectorem dicte eccleſie ad oſculum pacis & manus.

Actum in capitulo dicti monaſterii preſentibus Andres domini Rigotii, Zennaro Raini, Phylippino Bone, & Accurſicto Actonis Nuvelli teſtibus ad hoc vocatis.

Et ego Ventura Actonis notarius plublicus omnibus predictis preſens interſui, & ut ſupra legitur rogatus ſcribere ſcripſi, & publicavi.

CXXII.

Bulla Clementis IV. & ſententia Nicolai de Terracina ſuper lites inter Joh. ep. Portuenſem & Petrum abb. S. Gregoris.

Anno 1268. iv. octobris.

Ex codice monaſterii S. Gregorii p. 119.

IN nomine Domini. Hoc eſt exemplum cujuſdam privilegii confirmationis papalis, cujus tenor talis eſt. *Ibid. n. 41.*

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri .. epiſcopo Nepeſino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis venerabilis fratris noſtri J.. Portuenſis epiſcopi petitio continebat, quod cum inter ipſum ex parte una, & dilectos filios .. abbatem & conventum monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe ordinis ſancti Benedicti ſuper Stagno-majori contra ex deſiccatione ipſius ſtagni ad ſolum redacta poſitis prope mare Portuanſis dioceſis olim ex altera, fuiſſet materia queſtionis exorta, tandem procuratores partium habentes ad hoc ab eis ſpeciale mandatum ſuper hujuſmodi queſtione, immo ſuper omnibus litibus & queſtionibus, que ſupra eiſdem ſtagno & terra inter partes ipſas vertebantur, vel verti poſſent, in dilectum filium magiſtrum Nicolaum de Terracena capellanum noſtrum, decretorum doctorem, tamquam arbitrum, arbitratorem, laudatorem, preceptorem & amicabilem compoſitorem ſponte ſub certa pena compromittere curaverant, dantes ei plenariam

poteſtatem qua poſſet lites ſeo queſtiones bujuſmodi terminare ac finire, parte una preſente, & abſente altera, prout ſibi viſum foret atque placeret; viſis tamen & inſpectis privilegiis *&c.* idem autem capellanus recepto hujuſmodi compromiſſo, ac inſtrumentis, privilegiis, allegationibus *&c.* partibus quoque ipſis ſemel & iterum legitime & demum peremptorie citatis ad pronuntiationem arbitrii audiendam procuratore ipſius epiſcopi preſeote, ac altera parte abſente per contumaciam, queſtionem ſeu queſtiones predictas per quoddam equum arbitrium terminavit, prout io publicu inſtrumento confecto exinde, ac ſigillo ipſius capellani ſignato plenius continetur. Nos itaque ipſius epiſcopi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus arbitrium ipſum, ſicut eſt equum, per penam in compromiſſo expreſſam facias auctoritate noſtra firmiter obſervari. Tenorem autem ipſius inſtrumenti de verbo ad verbum preſentibus feeimus annotari, qui talis eſt. In nomine Domini, amen. Olim inter venerabilem patrem dominum fratrem Joannem Portuenſem & ſancte Ruffine epiſcopum ex una parte, & religioſos viros domnum Petrum abbatem & conventum monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe ex altera, ſuper ſtagno .... mare, & terra ex deſiccatione ipſius ſtagni ad ſolum redacto, poſitis prope mare Portuenſis diocesis orta materia queſtionis, ven. pater dominus .... tunc Aprutious epiſcopus ejuſdem epiſcopi & epiſcopatus procurator, & religioſus frater Bartholomeus monachus & camerarius, procurator ſive ſyndicus ejuſdem monaſterii, habentes ad hoc ab eiſdem epiſcopo, abbate & conventu ſpeciale mandatum ſuper hujuſmodi queſtione, immo ſuper omnibus litibus & queſtionibus, que ſuper eodem ſtagno & terra inter dictos epiſcopos & epiſcopatum, & abbatem & conveotum ac monaſterium vertuntur vel verti poſſent in nos. Nos magiſtrum Nicolaum de Terracena domini pape capellanum & decretorum doctorem tamquam io arbitrum, arbitratorem *&c.* compromiſerunt *&c.* prout oobis viſum fuerit *&c.* viſis *&c.* ſalvis *&c.* Nos itaque hujuſmodi arbitrio ſecundum formam ejuſdem inſtrumenti pro divina & eorumdem epiſcopi & epiſcopatus Portuenſis, necnon abbatis & conveotus dicti monaſterii reverentia in nobis recepto, eiſdem abbate & ſyndico dicti monaſterii, & ven. parre dicto domino Gentile Aprutino epiſcopo procuratore ejuſdem epiſcopi & epiſcopatus Portuenſis, preſentibus coram nobis eiſdem certam diem aſſignavimus, in quo comparereot coram nobis ad procedendum in cauſa hujuſmodi, & ad preſentaodum & producendum privilegia & inſtrumenta, quibus in saoſa ipſa uti volebant, quo die adveniente, eiſdem procuratoribus coram nobis conſtitutis pro parte predictorum epiſcopi & apiſcopatus Portuenſis quedam privilegia apoſtolica preſentata fuerunt, & ex parte dicti monaſterii ſimilitar producta ſunt duo inſtrumenta, que publica dicebantur: & requiſitus dictus procurator eorumdem epiſcopi & epiſcopatus Portuenſis, ad quid privilegia predicta induceret; reſpondit; quod ad probandum, quod ſtagnum majus & terra deſiccata juxta ipſum ſtagnum, vel ex deſiccatione ipſius ſtagni ad ſolum reducta, de quibus agitur, ſpectat ſive ſpectant ad ipſum & epiſcopatum Portucoſem, ſuper quibus petebat pro ſe ſententiam ferri ſecundum formam arbitrii ſeu compromiſſi preſati, & quia predicta ſtagnum & terra eraot in territorio & io dioceſi Portuenſi, petebat de predictis ſive totum, ſive partem ſecundum quod eiſdem deberi per dicta privilegia monſtrabant. Requiſiti vero dicti abbas & procurator monaſterii memorati ad quid & ipſi ſua ioſtrumenta producerent; reſpooderunt pro parte ipſius monaſterii ſecundum quod idem electas reſponderat pro eccleſia Portuenſi, ſcilicet quod producebant ea ad oſtendendum, quod dictum ſtagnum & terra, de qua agitur, ad ipſum monaſterium ſpectat, & propter hoc ea petebant eidem monaſterio per arbitrium adjudicari; hoc tam per privilegia aſſignata, quam etiam per alia aſſignanda. Sic itaque temporibus procedentibus privilegiis & allegationibus juris, quas utraque pars coram nobis voluit prodocere, receptis, viſis & diligenter inſpectis, & in libra juſtitie exaratis, aiſdem partibus, ſemel & iterum coram onbis legitime & peremptorie ad audiendum ſententiam citatis, Benedicto Ricardi ſeriniario de Urbe procuratore dictorum abbatis & conventus & monaſterii contumacia abſente, & Eunuſrio de ſancto Angelo predictorum epiſcopi & epiſcopatus Portuenſis procuratore preſente, & conſtituto coram nobis ipſo preſente: nos preſatus magiſter Nicolaus Dei ejuſque Matris Virginis glorioſe & Omoiom Sanctorum auxilio invocato, arbitrando, laudando, precipieodo, & amicabiliter compo-

componeodo laudamus, ordinamus, arbitramur, mandamus & dicimus, quod preſati epiſcopus & epiſcopatus Portuenſis in eodem ſtagno majori integram medietatem habeant, teneant, poſſideant, & ipſa medietate pro ſua, ſicut placet, commoditate utantur, prout ad eos per apoſtolica privilegia ſpectare & pertinere legitime declaratur. Dicta vero deſiccata ſeu deſiccanda ipſius ſtagni, licet in ſtagnis jus alluvioois mioiroe agnoſcatur, dicimus tamen & ſententiamus, quod ſi aliqua terra talis inveniator in ſtagno ipſo, idem jus in ipſa terra predicti epiſcopi & epiſcopatus Portueoſis babeant, quod io preſato ſtagno pronuntiamus habere. Et bec omoia uoiverſa & ſingula ab eiſdem partibus attendi, adimpleri, fieri, obſervari & omni tempore rata & firma & inconcuſſa haberi precipimus & mandamus ſub pena mille librarum proviſinorum in compromiſſo appoſita & adjecta. Latum, promulgatum & pronuntiatum fuit hoc preſeos arbitrium Viterbii in camera predicti magiſtri Nicolai preſente magiſtro Euoufrio procuratore predictorum epiſcopi & epiſcopatus Portueoſis, Beoedicto de Urbe procuratore predictorum abbatis & conventus monaſterii memorati ſe per contumaciam abſentante, ſub anno Domioi milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo indictione undecima duodecimo kalendas octobris pontificatuadomni Clementis pape quarti anno quarto, preſentibus ven. patre domino Gualterio Pennenſi epiſcopo, domino Jacobo de ſancto Donato domioi pape capellano, & Senonenſi canonico, domino Berengario Adalberti de Narboaa, Bernardo rectore eccleſia de Salzano Narboneoſis dioceſis, dompno Jordano canonico Amelienſi, Aodrea de Salcis familiare dicti magiſtri Nicolai clericis, & Paulo de civitate Pennenſi laico teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis. In cujus rei teſtimonium & futuram memoriam premiſſorum preſens publicum inſtrumentum per manum Berardi infraſcripti notarii ſcribi, & in publicam formam redigi fecimus, noſtri ſigilli munimine roboratum; & ego Berardus filius Bonibominis de Cario publicus imperiali auctoritata notarius, promulgationi & pronuntiationi dicti arbitrii interfui, ipſumque de mandato predicti magiſtri Nicolai ſcripſi, & in publicam formam redegi, meoque ſigno ſigoavi rogatus.

Datum Viterbii quarto menſis octobris pootificatus noſtri anno quarto.

CXXIII.

Concordia inter Guillielmum ep. Arretinum, & priorem Camaldulenſem.

Anno 1269. v. martii.

Ex tabulario Fontis-boni. §. Donatin n. 451.

IN nomine Dei eterni, amen. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti a nativitate Domini M. CC. LXIX. indictione XII. die v. iotrantis menſis martii apoſtolica ſede & imperio vacante. Decet epiſcopos & alios eccleſiaſticos prelatos & quoslibet poſitos io ſoblimi in pace & quiete conſiſtere, ut a curis mundanis & vexationibus expediti liberius valeant vacare divinis, ut iis, que Domino ſuot placita, intendere toto niſu, & eum ad hoc ex officio ſibi credito teneantur, alios debent a litigiis & vexationibus revocare, & multo fortius in ſe ipſis oſtendere cum ad curam ſint poſiti alinrum, qualiter eos in domo Domioi oporteat cooverſari. Cum igitur ex privilegio exemptioois dudum impetrato & indulto heremo Camaldulenſi tam io capite, quam in membris a bone memorie Alexandro papa IIII. lis & diſcordia foret orta inter venerabilem patrem dominum Guilielmum epiſcopum Arretinum, & domnum priorem Camaldulenſis heremi & fratres ipſius, pro eo maxime quod jus epiſcopale tam in hiis, que ad legem dioceſanam, quam ad legem juriſdictionis ſpectant, videretur in pluribus minoratum, leſum, immo quaſi eorvatum, ut idem dominus epiſcopus aſſerebat, & multe eccleſie & alia loca heremo predicte ſubjecta videntur eſſe a juriſdictione dicti domioi epiſcopi tracte vel ſobtracte, propter quod idem pater dominus epiſcopus Arretinus in maximum raocorem & odium verſus Camaldulenſes concepiſſe crederetur, & multa alia litigia & . . . . inter partes predictas viderentur eſſe, quapropter varias & diverſas cauſas volentes partes predicte, videlicet venerabiles patres dominus Guilielmus epiſcopus Arretinus & domnus Johannes prior heremi Camaldulenſis, & ejuſdem ordinis generalis omnem inter ſe & eccleſias ſoas ſcandali & diſſenſionis materiam amputare, & ad pacem & concordiam perpetuam ſuper omnibus devenire, penſata & conſiderata utilitate magna otriuſque eccleſie, epiſcopatus ſcilicet & heremi Camaldulenſis, habita ſu- *Ibid. n. 13.*

per

per hiis longa & ſolempni deliberatione ad infraſcriptum contractum vel contractus tranſactionis, concordie, finis, refutationis & pacti, donationis ſive permutationis & cambii ex certa ſcientia devenerunt.

Videlicet, quod in primis idem venerabilis pater dominus Guilielmus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores ex certa ſcientia, & non per errorem, ex cauſa refutationis, perpetue donationis, conceſſionis & traditionis dedit, ceſſit, conceſſit, tradidit atque donavit, & perpetuo dicto domno Johanni priori Camaldulenſis heremi, & ejuſdem ordinis generali pro ſe & ſuis ſucceſſoribus & heremo predicte recipienti omnia & ſingula conſcripta, & infradicenda, vel ex aliquibus predictarum cauſarum, ſicut melius de jure & de facto fieri poteſt dari, tradi, donari, cedi & concedi.

Videlicet, quod quidem dominus Guilielmus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores, & nomine ſui epiſcopatus aſſenſit & conſenſit expreſſe exemptioni habite & obtente per dictum privilegium impetratum ipſius domini Alexandri pape IIII. ſub anno Domini M. CC. LVIII. pontificatus vero dicti domini pape anno IIII. eximens, immo ratam habens & approbans Guilielmus auctoritate diocceſana exemptionem ſupradictam factam de dicta heremo & omnibus eccleſiis & locis & rebus & perſonis heremo predicte ſubjectis, & ſpecialiter de monaſterio de Pratalia & omnibus membris, juribus, & pertinentiis ſuis, & omnibus eccleſiis & locis & rebus, & ab omni jure, ſi quod ei competit vel competerat, remanſit vel remanſerat poſt impetrationem privilegii predicti de jure vel de facto, uſu, abuſu, detentione vel detentatione, poſſeſſione vel quaſi auctoritate predicta dioceſana exemit & liberavit monaſteria, loca, eccleſias & perſonas dicte heremi Camaldulenſis, & eccleſias ſubjecta vel ſubjectas eidem ab omni juriſdictione & jugo epiſcopali ſecundum tenorem privilegii memorati, promittens idem dominus epiſcopus per ſe & ſuos ſucceſſores, & nomine ſui epiſcopatus defendere, protegere & manutenere juxta poſſe dicto domino priori Camaldulenſi pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipienti & heremo ſupradicta & locis omnibus predictis ſitis in ſua dioceſi, & omnia & ſingula jura, poſſeſſiones, fideles, & omnia bona preſentia & futura in caſtris, villis, civitate Arretii & ubique locorum ſecundum tenorem privilegiorum Camaldulenſi ordini indultorum, & a ſe & epiſcopatu predicto Arretino omnem juriſdictionem & ſpeciem juriſdictionem & ſpeciem juriſdictionis, & imperium merum & mixtum, poteſtatem, uſum, conſuetudinem, quod, que & quam habuiſſet olim epiſcopatus vel ipſe dominus epiſcopus, vel habetur a dicta heremo vel locis dicti ordinis, vel ipſe heremo ſubjectis, & in omnibus rebus ad ipſam heremum & loca eidem ſubjecta quocumque modo vel jure, vel cauſa, vel de facto aut conſuetudine ſpectantibus, in genere vel ſpecie, a ſe & epiſcopatu predicto Arretino penitus & totaliter abdicavit, & eidem domino priori Camaldulenſi conceſſit recipienti pro ſe & ſucceſſoribus ſuis & heremo predicta, & in eum tranſtulit & transfudit &c.

Item, quod prefatus dominus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores privilegium exemptionis ſupradictum, & quicquid in ipſo privilegio continetur, & alia omnia jura, inſtrumenta, pacta, conſuetudines, uſus & uſanzias dicto domno priori Camalduli pro ſe & ſucceſſoribus ſuis recipienti, & heremo ſupradicte, ſervabit, proteget, manutenebit, tuebitur imperium ſuum, ipſe & faciet incorrupta ſervari, & penitus illibata, & ipſum privilegium & certa ſcientia & conſcientia acceptavit, & voluit obſervari, ex eo videlicet quod privilegio viſo prefato, & eodem tenore diligenter inſpecto idem dominus epiſcopus recognovit ipſum domnum priorem Camalduli ..... tatam & loca ſibi ſubjecta & in privilegio contenta tam in capite, quam in membris exemptos eſſe ſive exempta, quod neque predictos priorem & heremum & fratres & loca ipſius .... nec debebat moleſtare, turbare vel etiam inquietare contra tenorem ipſius privilegii & ejus impetrationem habitam & obtentam, unde predicta omnia & ſingula acceptavit & ratificavit, approbavit & obſervari voluit, prout ſuperius eſt narratum.

Item ceſſit, conceſſit, dedit, tradidit atque donavit perpetuo dictus dominus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores dicto domno priori Camaldulenſi pro ſe & ſucceſſoribus ſuis recipienti & heremo ſupradicta monaſterium ſancte Marie de Pratalia dioceſis Arretine cum omnibus membris & juribus, eccleſiis, curtis, & pertinentiis ſuis, & maxime eccleſiam ſancti Clementis de Arratio cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, uſibus, detentionibus, detentationibus in quibuſcumque locis & ubique locorum poſitis vel inventis, vel poſſent in antea inveniri quocumque modo vel jure, vel

cauſa,

cauſa, facto aut conſuetudine vel uſu ſpectantibus & pertinentibus ad idem monaſterium de Praralia, & ubicumque dictum monaſterium de Pratalia habet, vel poſſidet de jure vel de facto.

Item prefatus dominus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores dedit, tradidit, donavit, & tranſtulit, & tranſfudit in eodem monaſterio de Pratalia, & omnibus membris ſuis eccleſiis & locis dicto domno priori Camalduli pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipienti, & ipſa heremo inſtitutionem & deſtitutionem, viſitationem, inquiſitionem, correctionem, reſormationem, & ordinationem abbatum, priorum, monachorum, converſorum, commiſſorum & aliorum familiarium dicti monaſterii Pratalienſis & membrorum ipſius, & omnia jura & juriſdictionem, & leges ..... & imperium merum & mixtum, & poteſtatem ſpiritualium & temporalium prelibati monaſterii de Pratalia & rerum omnium ad dictum monaſterium ſpectantium quocumque modo vel jure *&c.*

Item idem dominus epiſcopus per ſe & ſuos ſucceſſores confirmavit, ratificavit, & approbavit ex certa ſcientia & conſcieotia donationem olim factam per venerabilem patrem bone memorie dominum Yeronimum epiſcopum Arretinum priori & heremo Camaldulenſi & fratribus dicti loci de predicto monaſterio ſancte Marie de Pratalia, ſuum expreſſe eidem donationi aſſenſum tribuens & conſenſum, & ex certa ſcientia ſuum interponens decretum, confitens etiam ipſam donatiooem fore ac fuiſſe factam legitimam & canonicam, ſicut in privilegio ſuper hoc habito & obtento & impetrato ... felicis recordationis ſanctiſſimi patris domini Adriani pape IIII. ſub anno Domini M. C. LVII. pontificatus vero dicti domini pape anno tertio continetur expreſſe, ſive inveniatur ipſa donatio, ſive noo.

Item, quod predictus dominus Guilielmus epiſcopus Arretious per ſe & ſuos ſucceſſorea ſupradicto privilegio domini Adriani pape IIII. & omnibus aliis in quantum ſpectanead monaſterium de Pratalia predictum cum ſuis pertinentiis omnibus ex certa ſcientia aſſenſum ſuum prebuit & conſeoſum expreſſe confirmationem dicte donationis ratam & gratam habens ex certa ſcientia & acceptam, prout io jam dicto privilegio continetur expreſſe, ſive inveniatur dicta donatio ſive oon, ut ſuperius oarratum eſt; & ſi quod jus io dicto monaſterio de Pratalia vel in membris ſuis, rebus & juribus ad eum ſpectantibus Arretino epiſcopatui remanſerant, vel etiam competant per clauſulam illam in ipſo privilegio contentam, nbi dicitur, ſalva juſtitia matricis eccleſie *&c.* vel alias quocomque modo, jure vel cauſa eidem domno priori pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipienti & heremo ſupradicte renunciavit, remiſit, refutavit, ceſſit & conceſſit expreſſe *&c.*

Item idem dominus epiſcopus per ſe & ſuos ſucceſſores promiſit dicto domioo priori Camaldulenſi pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipienri, & heremo ſupradicte inducere ipſum in corporalem poſſeſſionem prrdicti monaſterii de Pratalia, & membrorum & jurium ipſius, que habet in dioceſi Arretina, & inductum tueri, defendere & manutenere pro poſſe ab omnibus perſonis & locis, donec pacificam & quietam poſſeſſionem habebit predicti monaſterii de Praralia, & membrorum, & jurium ipſius, & deinceps quotiens opus fuerit, & ipſi domno priori videbitur expedire, & quotienſcumque memoratum dominum epiſcopum requiſierit per ſe, val requiri fecerit per literas aut nuncium ſpecialem.

Item ſi prefatum dominum epiſcopum Arretinum ad aliqua monaſteria vel loca Camaldulenſis ordinis, que in ſua dioceſi conſiſtunt, accedere aliquando caſu contigerit, & ibidem de voluntate habitantium in eiſdem domibus vel locis recipi gratis, quod fieri non poſſit, nec debeat preter voluntatem habitantium in eiſdem, tunc pro hujuſmodi receptione vel gratia dicto priori Camaldulenſi & ſucceſſoribus ſuis, heremo & locis predictis & domibus, perſonis, locorum privilegiis & indulgentiis, aut immunitatibus eiſdem conceſſis & datis nullum omnino prejudicium generetur. Quam donationem, ceſſionem, conceſſionem, traditionem, confirmationem & aſſenſum, & omnia & ſingula ſupradicta promiſit idem dominus epiſcopus Arretinus per ſe & ſuos ſucceſſores dicto domino priori Camaldulenſi pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipienti facere per ſedem apoſtolicam conſ.........s poſſint de jure tenere. Preterea idem dominus Guilielmus epiſcopus per ſe & ſuccaſſores ....ſſionis, conceſſionis, traditionis, confirmationis & omnia & ſingula ſupradicta promiſit dicto domioo priori Camaldulenſi pro ſe & heremo ſupradicta recipienti & ſuis ſucceſſoribus omni tempore firma & .... ſſionem & in nullo contravenire de jure vel de facto nullaque except. ...... ſubmiſſam vel ſubmittendam, qu..a omnia

que

que conſiſtunt in dioceſi Arretioa, & res predictaa per ſe & ſuos ſucceſſores legitime ab omni perſona vel loco defendere juxta poſſe, auctorizare, disbrigare & de iis omnibus, que in ſua dioceſi conſiſtunt, que pertineant ad dictum monaſterium de Pratalia, dare & tradere liberam & expeditam poſſeſſionem, ut dictum eſt, & eam defendere in curia & extra ſtatim lite mota, & poſt in agendo & defendendo ſuis & dicti epiſcopatua pignoribus, judiciis, ſumptibus & expenſis, & quia non dedit, nec ſecit, nec dabit, nec faciet per ſe vel alium aliquod huic contractui nociturum, quod ſi in aliquo contraveniret vel faceret per ſe vel alium, vel ſi omnia & ſingula, ut dictum eſt, non obſervaret & ſaceret, promiſit eidem domino priori Camaldulenſi pro ſe & dicta heremo recipienti & ſuis ſucceſſoribus dare & ſolvere nomine pene centum marchas auri pena ſemper inſolidum exigenda & committenda pro quolibet capitulo non ſervato, & omnia dampna & expenſas reficere & reſarcire, que & quas dictus dominus prior vel heremus Camaldulenſia vel ſucceſſores ipſius in curia & extra ſuſtinerent & facerent, libere & ſponte promiſit tantum ſui nuncii juramento, qui pro tempore fuerit abſque alia probatione vel judicis taxatione; renuncians dictua dominus epiſcopus Arretinus in hoc facto omnibus exceptionibus & beneficiis ſibi & eccleſie ſue competentibus & competituris, que in aliquo ſuo relevarent vel eccleſiam Arretinam, exceptioni doli mali in factum ſubſidio conditionis ſine cauſa, cauſa inquietudinis & omnibus aliis exceptis beneficiis, & aliis legum & juris auxiliis preſentibus & futuris eidem quocumque modo vel cauſa de jure vel de facto competentibus vel competituris, *&c.*

Actum fuit predictum inſtrumentum donationis & conceſſiona in civitate Arretina in camera palatii dicti domini epiſcopi, preſantibus domiois Petro capellano, & Lato camerario dicti domini epiſcopi, dominis Oronda & Benencaſa judicibus de curte Arretina, domino Rainerio de Vulterria de domo Ubertinorum, domino Altimano capellano dicti domini epiſcopi & aliia teſtibus ad hec adhibitia & vocatis.

Preterea eodem anoo & eadem indictione currente, & loco predicto, & eadem apoſtulica ſede vacante die VIII. intrantis menſis junii, preſentibus domino Petro capellano dicti domini epiſcopi, & Deſſe clerico, qui moratur in epiſcopatu predicto Arretino, & aliis teſtibus ad hec adhibitis & vocatis.

Congregatis omnibua & ſingulis Arretini epiſcopatus canonicia in plena & ſolempni concordia in palatio dicti domini apiſcopi Arretini ad petitionem & mandatum ipſius, videlicet domino Viviano archidiacono, domino Bono primicerio, domino Rainerio de Erceſſa plebano Biblenenſi, domino Bernardino, Gregorio Bene, domino Donato de Sarcincllis, domino Bonſignore & ab eiſdem .... in preſentia domini Guilielmi epiſcopi Arretini audito diligenter tenore ſupradicti contractus, & eiſdem fideliter lecto per me notarium infraſcriptum, & prefato ..... omnibus & ſingulis, que in ipſo eontinentur, capitulis, ſponte & libere prefati canonici de certa ſcientia & conſcientia, & non per errorem ſuum prebuerunt aſſenſum & conſenſum expreſſe, & eorum auctoritatem interpoſuerunt atque decretum, confirmaotes, acceptantes, roborantes & approbantes ſupradictum contractum, & omnia & ſingula, que in ipſo continentur, & promiſerunt omnibus & ſingulis ſupradictis per ſe vel alioa ſubmiſſos ab eis de cetero non contravenire de jure vel de facto aliqua occaſione vel cauſa, ſed ut dictum eſt omnia predicta firma & rata habere atque tenere perpetuo.

Ego Brunus notarius olim Melliorelli una cum Parenzio notario dicti domini epiſcopi Arretini omnibus predictis interſui, &, ut ſupra legitur, de voluntate & mandato ipſius & dicti domini prioris Camaldulenſis ſcripſi & publicavi, meumque ſignum appoſui.

CXXIV.

Obizo marchio Eſtenſis ſub ſua protectione ſuſcipit monaſterium Vangaticienſe.

Anno 1270. 1. martii,

Ex tabulario ejuſdem monaſterii.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo indictione tertiadecima die ultimo martii in caſtro ville Abbatie ſuper palatium infraſcriptum dompni abbatis preſentibus hiis teſtibus dominis Albertino & Nicolao de Fontana, Vorandino de Mantua, Antonio filio quondam Petri de Navalatis, Sabello, qui fuit de Monte Silice, Antonio, qui fuit de Caſtanedo, & fratre Alberto, qui fuit de Lendenaria & aliia. Ibique dominus *Ibidem n. 64.*

Obizo

Obizo Eſtenſis marchio quaſdam fecit petitiones dompno Johanni Dei gratia abbati ſancte Marie de Vangadicia & ſuo conventui, cujus taoor talis eſt. Primo ei dixit: Volumus & petimus, quod ſiodicus monaſterii, conventus ſeu capituli monaſterii abbatie Vangadicie ad infraſcripta ſpecialirer conſtitutus, ſicut de inſtitutione ejus plenius pstet ex inſtrumento ſindicatus ipſius ſcripto manu mei notarii, conſiderata utilitate monaſterii memorati, & ad hoc ut monachi & converſi in pace vivere valeant & quiete, & divinum valeant officium celebrare in ſingulari domicilio conſtituti, & ad hoc ut jura ipſius monaſterii per aliquam perſooam ſingularem, vel aliquam univerſitatem ſeu corpus non uſurpentur, ſed libere defendantur, augeantur & tueantur. Conſiderata itaque fide illuſtris viri domini Obizonis marchionis Eſteoſis & Anchonitani, & fide & devotione, quam predictus dominus marchio, ac ejus omnes anteceſſores habuerunt adverſus Romanam eccleſiam matrem omnium fidelium, & chriſtianæ fidei fundamentum, necnon adverſus alias eccleſias & religioſas perſonas, & ſpecialiter adverſus ſupradictum monaſterium Abbatie & perſonas predicti monaſterii & res ejuſdem. Conſiderata itaque utilitate locorum predicti domioi marchionis & aliorum ſuorum amicorum & fidelium, inteota etiam, & conſiderata potentia & vicinia ipſius domini marchionis, de conſenſu & voluntate dompni Johanois venerabilia abbatis & cooventus poſiti in tali loco, & infra tale confinium cum omnibus ſuis juribus & juriſdictionibus, piſcationibus & venationibus, paſculis & pratis, oemoribus, vallibus & paludibua, fluminibus navigabilibna vel non, poſuit in protectione & defenſione, cura & ſollicitudine illuſtris, potentis & magnifici viri domini marchionis Eſtenſia & Anchonitani, ita quod predictus dominns marchio poſſeſſiones & quaſi poſſeſſiones dicti monaſterii tamquam ſuam proprietatem defendat, protegat, tueatur & augeat, & ea integrabiliter ab omni violentia & oppugnantia, injuria & turbatione defendat, & bonum & pacificum ſtatum, & tranquillitatem monaſterii ſupradicti tueatur obponendo ſe cuilibet univerſitati, corpori ſeu collegio & ſingulari perſone ſeculari vel eccleſiaſtice, que contra predicta, vel aliquid predictorum aliquid preſumeret facere attemptare. Qui dictus dominus marchio tamquam fidelis & devotus eccleſie in hnnorem Dei & beate Marie virginis, in cujus honorem predictum monaſterium eſt conſtructum, & pro remedio animarum ſuorum anteceſſorum & aliorum omnium fidelium defunctorum pergratanter & libenter ſuſcepit, & ſolemni ſtipulatione promiſit ſpontanee predicto ſindico nomine & vice dicti monaſterii ſtipulanti attendere & obſervare cum tota ipſius fortia & potentia, & virtute caſtrorum & turrium ad ſe ſpectantium, cum populo & militia, militia & populo, cum armis & ſine armis, ſi res eas exegerit, exercitus, & cavalcatas ipſius propriis axpenſis facere, quandocumque neceſſe fuerit pro predictis attendendis & obſervandis, oac contrafacere vel venira vel attentare ſub pena oille librarum de argento puriſſimo in colibet & pro colibet capitulo a predicto ſindico monaſterii ſolemniter ſtipulanti domino marchione ſolemniter premiſſa ſub obligatione omnium bonorum dicti marchionis, & refectione damnorum & expenſarum, ob quas promiſſiones ſupradictas per dictum dominum factas predictus ſindicus monaſterii abbatie Vangadicie nomine & vice dicti monaſtarii ſpootanea voluntate & ſpeciali pacto, & ſtipulatione, & promiſit domino marchioni ſtipulanti, quod ſupradictum monaſterium nec ejus juriſdictionem, nec jus aliquod vel in totum, vel in partem nec dominium, nec quaſi dominium, nec donare, nec vendere, nec poſſeſſionas in predicto monaſterio alicui univerſitati, collegio vel corpori clericorum vel laicorum, vel ſingulari perſone ſaculari ſeu eccleſiaſtice concedere, vel ſolutum dationia vel donationis vel contractus amphyteoſeos, ſive libellum, vel dare in feudum val aliquo alio titulo, qui diei vel excogitari poſſit, ſine expreſſa licentia & voluntate predicti domini marchionis. Liceat tameo ais ſolitos contractus, & in ſolitis quantitatibus & qualitatibus facere, & cum ſolitis perſonis & ſimilibus, dum tamen non cum extraneis nec potentioribus, de qua licentia & voluntate appareant & apparere debeant ſcripta publica inſtrumenta manu trium tabellionum in forma publica, & in preſentia trium religioſarum perſonarum, & ſint dicta inſtrumenta roborata ſigillo domini marchionis, & alia forma dicta licentia non valeant. Aſſerendo dictus ſindicus nomine predicti monaſterii, quod dictum monaſterium in totum vel in partem ſuis juriſdictionibus & juribus nullam donationem uſque in horam preſentis contractus io aliquam univerſitatem corpus ſive collegium, vel ſingularem perſonam eccleſiaſticam vel ſecularem factam non eſſe. Et ſi contra factum eſſet hine

retro, vel fieret deinceps contra ſupradicta, vel aliquod ſupradictorum conſtituit predictus ſindicus ſe poſſidere dictum monaſterium, & omnes juriſdictiones illius & jura, & quaſi poſſidere in cauſis predictis & colibet eorum precario nomine pro dicto domino marchione ex nunc ſicut ex tunc, ita quod ſuper dictis omnibus ſeu aliquo predictorum poſſit auctoritate propria & ſine cujuſpiam judicis inquiſitione ſecularis ſeu eccleſiaſtici poſſeſſionem predicti monaſterii, & quaſi poſſeſſionem juriſdictionum & jurium ſicut ei queſitam retinere, & de novo auctoritate propria ex vigore conventionis preſentis acquirere. Ad honorem & gloriam virginis Marie & bonum ſtatum monaſterii ſupradicti, & inſuper promiſit dictus ſindicus ſolepni ſtipulatione predicto domino marchioni nomine & vice monaſterii, quod predictum monaſterium faciet & curabit, quod ſummus pontifex preſentem contractum, & omnia & ſingula ſupradicta ſcripta & infraſcripta, que in eo continentur, confirmabit, & comprobabit, & ſolepniter ſuam virtutem interponet. Renuntiando dictus ſindicus nomine & vice dicti monaſterii exceptioni doli & mali, & metus conditioni ſine cauſa & actioni in factum, & omni alii legum & juri auxilio tam canonico, quam civili. Juravit etiam dictus ſindicus corporaliter tactis ſacroſanctis evangeliis in ſui animam & dicti domni Johannis abbatis & omnium monachorum & converſorum dicti monaſterii, quod que dicta ſunt de alienatione predicta non facta uſque in horam preſentem per contractum vera eſſa, & quod predictum monaſterium ſeu capitulum perpetuo omnia ſupra ſcripta & infraſcripta, & ſingula habebit rata & firma *&c.*

Item petiit dictus dominus marchio Eſtenſis dicto abbati & conventui quamdam inſtitutionem fieri in villis monaſterii, quam porrexit dicto abbati in ſcriptis ſic continentem. Nos dompnus Johannes de Ravolariis abbas dicti monaſterii, & Obizo Eſtenſis & Anchonitanus marchio ſtatuimus & ordinamus, quod da cetero nullus habitator, terrerius vel forenſis ... predicti monaſterii ſeu terra abbatie poſſit vel debeat fieri civis ſeu cittadinanciam acquirere alicujus civitatis Tarviſine ſeu Lumbardie aliqua da cauſa generali vel ſpeciali, ſive aliquo ingenio vel colore, niſi hoc proceſſerit de ſpeciali conſenſu, licentia & voluntate utriuſque noſtrum, ita quod conſenſus unius noſtrum non excuſet eum, & qui contrafecerit, vel facere attemptaverit, perpetuo banniatur de juriſdictione abbatie predicte, & omnia ſua bona publicentur per nos dominos ſupradictos, & ſi captus fuerit, puniatur in pede ſibi amputando. Ad que omnia reſpondic dictus dompnus abbas unanimiter & ejus conventus, quod non poterat, nec volebat conſentire vel obedire aliquo modo vel ratione ſupradictis petitionibus ſine ſummi pontificis licentia, voluntate vel conſultatione, cum dicte petitiones facte contra juſtitiam, & contra libertatem eccleſie & contra ſacramentum dicti abbatis, & jurium honorem & juriſdictionem *&c.*

CXXV.

Electio Martini in abbatem Montis-Chriſti.

Anno 1270. XVI. maji.

Ex autographo olim penes Grandium.

IN Dei nomine, amen. Vacante monaſterio Montis-Chriſti Maſſane dio- *Ibid. n. 15.*
ceſis Camaldulenſis ordinis per translationem domni Orlandi quondam abbatis ipſius monaſterii ad prioratum monaſterii de Quadrigaria Eſine dioceſis, venerabilis vir domnus Johannes Dei gratia prior Camald. ordinis volens ipſius monaſterii Montis-Chriſti utilitatibus, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus providere, Spiritus-ſancti gratia invocata, domnum Martinum majorem Camaldulenſis heremi providendo elegit, & eligendo prefecit in abbatem dicti monaſterii Montis-Chriſti, abſolvens ipſum ab adminiſtratione majoratus heremi prelibate, & concedens eidam, quod quamcito ad prefatum monaſterium Montis-Chriſti pervenerit, libere inibi tam in ſpiritualibus, quam temporalibus adminiſtret, & ipſe domnus Martinus dicte electioni de ſe facte conſenſit, & ipſi domino priori intuitu adminiſtrationis ſibi collate promiſit & fecit ſecundum privilegia & ſtatuta predicti ordinis Camaldulenſis obedientiam, & reverentiam manualem.

Actum eſt Viterbii in camera, in qua moratur venerabilis pater dominus Octavianus ſancte Marie in via lata diaconus cardinalis, preſentibus ipſo domino cardinale, domino Synibaldo camerario ejus, domno Paulo priore monaſterii ſancti Michaelis de Venetiis, & domno Benedicto priore monaſterii de Planettulo teſtibus. Sub anno Domini M. CC. LXX. die veneris XVI. menſis maji indictione XIII. Ad majorem autem rei evidentiam, & perpetuam firmitatem dictus dominus

prior

prior Camaldulenſis preſeoti inſtrumcnto ſigillum ſuum fecic apponi.

Ego Johannes de Campulo apoſtolice ſedis auctoritate notarius predictis ioterſui, & ea de maodato ſupradicti domini prioris Camaldulenſis ſcripſi, & publicavi, ac ſignum meum feci.

CXXVI,

Indulgentia conceſſa a XXV. *epiſcopis die conſecrationis eccleſiæ S. Maglorii de Faventia.*

Anno 1270. VIII. Sepiambris.

Ex autographo parthenonis S. Maglorii.

Ibidem n. 62. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Iſte ſuni indulgentie heremi ſive eccleſie ſancti Maglorii Faventie Camaldulenſis ordinis.

Nos Philippoa Dei & apoſtolica gratia ſancte eccleſie Ravenoe archiepiſcopus auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apollenaris, Vitalis atque Urſicini glorioſis meritia confidentes, omoibus, qui dictam heremom io die conſecrationis & inſra octavam conſecrationis ejuſdem, & ſingulis annis ipſa die conſecrationis & ioſra octavam diem cum devotione & reverantia viſitaverint, & de bonis propriis eidem loco contulerint vel tranſmiſerint, unum aanum & quadraginta dies de injuncta eis penitentia in Domino miſericorditer relaxamus.

Eodem modo & iiſdem verbis dominus Jacobus Dei gratia epiſcopus Faventinus auctoritate omoipotentis Dei & beati Patri apoſtoli unum annum & XL. dies in Domino relaxat.

Eodem modo & iiſdem verbia dominus Sinibaldus Imoleoſis epiſcopus auctoritate Dei omnipotentis & beati Caſſiani unum annum & XL. dies relaxat in Domino.

Eodem modo &c. Octavianus Bononienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Petri apoſtoli unum annum &c. *ut ſupra*.

Eodem modo &c. Matthens Muiinenſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Geminiani &c. *ut ſupra*.

Eodem modo &c. Goilielmus Reginus epiſcopus auctoritate Dei & glorioſe virginis Marie &c.

Eodem modo &c. Opizo Parmenſis epiſcopus auctoritate Dei & beate Marie virginis &c.

Eodem modo &c. Albertus Ferrarienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Georgii martyris &c.

Eodem modo &c. Jacobus Adrienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Petri apoſtoli &c.

Eodem modo &c. Michael Comaclenſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Caſſiani &c.

Eodem modo &c. Thederieus Cervienſis epiſcopus auctoritate Dei & beate Marie virginis &c.

Eodem modo &c. Rodulphus Livienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Mercurialis &c.

Eodem modo &c. Ravaldinus Forlipopilienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Rufilli &c.

Eodem modo &c. Johannes Anconitanus epiſcopus auctoritate Dei & beati Quiriaci &c.

Eodem modo &c. Johannes Feretranus epiſcopus auctoritate Dei & beati Leonis &c.

Eodem modo &c. Gratia epiſcopus Sarcenſis auctoritate Dei & beati Vicini &c.

Eodem modo &c. frater Everardus Ceſenatenſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Johannis Baptiſte &c.

Eodem modo &c. Petrus epiſcopus Urbinas auctoritate Dei & beati Creſceotii martyris &c.

Eodem modo &c. frater Morandus Fanenſis epiſcopus auctoritate Dei, beate Marie virgiois & beati Paterniaoi &c.

Eodem modo &c. Uguccio Exinus epiſcopus auctoritate Dei & beati Serini &c.

Eodem modo &c. frater Ambroſius Ariminenſis epiſcopus auctoritate Dei & beate Columbe virginis &c.

Eodem modo &c. Jacobus Callienſis epiſcopus auctoritate Dei & beate Marie &c.

Eodem modo &c. Jacobus Senogallienſis epiſcopus auctoritate Dei & beate Marie Magdalene & beati Paulini &c.

Eodem modo &c. Benvenutus Dei & apoſtolica gratia Auximanus epiſcopus auct. Dei & apoſtolice ſedis & beati Leopardi duos annos & duas quarantenas io Domino relaxat.

Eodem modo &c. Yldibrandus Foroſempronienſis epiſcopus auctoritate Dei & beati Moreti martyris unum annum & XL. relaxat in Domino.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ejuſdem nativitatis M. CC. LXX. indictione XIII. die VIII. intrante menſe ſeptembris, ſcilicet in die nativitatis glorioſe virginis Marie matris Domini no-

ſtri Faventie in orto ſive broilo ſancti Maglorii Camaldulenſis ordinis, preſentibus dominis Alareſio, Rolandino, & Jacobo canonicis Faventinis, domino fratre Felicio & Alberto ordinis Predicatorum conventus Faventie, domino preſbytero Guidone caooooico plebis Bagnacavalli, domino Benvenuto Caffarelli & aliis multis. Domious Jacobus Dei gratia venerabilis pater Faveotinus epiſcopus in plena predicatione & coram magoo popolo Faventinorum auctoritate, qua fuogitur, ex parte omnipotentis Dei, & beati Petri apoſtoli meritis Sanctorum confiſus confirmavit, ratificavit indulgentias factas per ſupraſcriptos venerabiles patres & dominos epiſcopos omnibus illis, qui in die conſecrationis altaris virginis glorioſe, hoc eſt in die oativitatis ejuſdem, & ſingulis anois ipſa cooſecretionis & infra octavam die illius conſecretioois, qui pro ſalute ſuarum animarum de bonis propriis ipſam heremum viſitaverint vel traoſmiſeriot. Et ad majorem evidentiam hujus rei, & ut oemini dubium ſit, voluit & precepit dictus venerabilis epiſcopus dominus Jacobus has literas manu propria ss. & ſui ſigilli inſerius appenſi munimine roborari.

Et ego Dentacurre quondam Faville Senenſis nunc ſamiliaris ſcriba venerabilis patris domini mei Faventini epiſcopi imperiali auctoritate notarius indulgentias ſupraſcriptas munitas ſigillorum epiſcoporum vidi & legi, ac eorum ſigilla diligenter aſpexi, & cum diligentia conſideravi, ſecique ad perpetuam rei memoriam de mandato dicti domini mei Jacobi epiſcopi Faveotini ſubſcriptionem, & ſignum mee manus appoſui, ſub annis Domini ſupraſcriptis, ſcilicet anno, menſe, & die & iodictione eadem.

Loco † ſigilli cerei.

CXXVII.

Teſtamentum Creſcentii Leonis Johannis.

Anoo 1271. 30. ſeptembris.

Ex codice San-gregoriano pag. 234.

Ad lib. xliii. *n.* 3. IN nomine Domini, amen. Anno Domini ab incarnatione ejus milleſimo duceteſimo ſeptuageſimo primo indictione tertiadecima menſis ſeptembris die ultimo ejuſdem menſis, apoſtolica ſede paſtore vacante. Cum nihil ſit, quod magis teneantur homines, quam diſpoſitionem facere ſue ultime voluntatis, poſtquam vix, aut numquam mortem vitare poſſunt, donec eis liberum elargiatur arbitrium, quod numquam cognoſcitur reverſurum. Ideoque ego Creſcentius domini Leonis Johannis judicis infirmus corpore, ſanus tamen mente, & pura conſcieotia, eum inteſtatus decedere nollens, preſens teſtamentum mihi condo & ſacio ouncupativum, hoc eſt ſine ſcriptura vel ſolempnitate civilis juris coram magiſtro Nicolao ſcriniario & ſeptem ſubſcriptis teſtibus ad hoc a me ſpecialiter vocatis & rogatis: Videlicet io primis inſtituo mihi heredes pauperes Chriſti, quibus relinquo jure inſtitotionis centum ſolidos proviſinorum Senatus, & ſint contenti, & plus de meis bonis oon petant. Item volo, atque precipio, quod ſatisfiat de bonis meis omoibus illis perſonis, quibus teoeor ex teſtamento domioi Leonis patris mei quoodam. Item relinquo monaſterio ſancti Gregorii io clivo Scauri de Urbe teoimentum meum cum turre & clauſtro, quod babeo in Gualdore & mihi locatum ſuit ab abbate & cooventu monaſterii ſupradicti, ut ſuis finibus concluditur. Videlicet a primo latere tenet monaſterium ſancti Xiſti, ab alio latere teoet Leonardus Baſtardella juris dicti monaſterii, ab alio Johannes Caliſti, & Egidius filius quoodam Caliſti rivo mediante, ab alio rivus. Fines Valtioli juxta rivum, a primo latere teoet Johaones Caliſti, & Egidius filius quondam Johannis Caliſti, ab alio latere tenet eccleſia ſancte Marie de Campitello, & Jacobus Johannis Ber.. ab alio rivus, ab alio predicti Johanoes & Egidius, Valtiolum de molendino rivo mediante, & ſi qui alii ſunt ejus confines *&c.* ſub hoc tenore & conditione, quod abbas & monachi dicti monaſterii ſaocti Gregorii deot, & dare & ſolvere teneantur ſubſcriptis meis executoribus quatringentas libras proviſinorum Senatus, aliter nullo modo dictum relictum habeat dictum monaſterium *&c.* Item relinquo mooaſterio ſancti Gregorii in clivo Scauri pro ſubtractis & male ablatis decem libres proviſinorum Senatus. Item volo atque precipio, quod preceptor hoſpitalis ſancti Spiritus de Urbe, qui per tempora ſuerit in ipſo hoſpitali; frater Adinulphus de Pooticello de ordine ſratrum Minorum, ſi tunc vixerit, ſeu eſſet in Urbe in loco ſratrum Minorum de Urbe; alioquin loco ejus ſit guardianus ejuſdem loci ſretrum Minorum; prior eccleſie ſancte Sabioe, qui pro tempore ſuerit de ordine fratrum Predicatorum, ſiot executores hujus mei teſta-

teſtamenti, & fideicommiſſarii, quibus do plenam & liberam poteſtatem & arbitrium petendi & exigendi &c. Item relinquo pro muris Urbis duodecim proviſioos; & hec eſt ultima mea voluntas &c. Actum in Urbe apud militiam predicti teſtatoris.

Frater Alamandus de Baniorcia ordinis fratrum Minorum teſtis.

Frater Thomas Judic. de ordine Predicatorum teſtis.

Frater Paulus Miliarius teſtis.

Laucritius domioi Johannis judicis teſtis.

Nicolaus Gancon.. teſtis.

Paulus Sutor teſtis.

Petrus de Mareo teſtis.

Ego magiſter Nicolaus Dei gratia ſancte Romane ecclefie ſcrioiarius rogatus ſcripſi & in publicam ſormam redegi & ſigoum nominis mei feci.

CXXVIII.

Acta capituli generalis celebrati Arretii,

Anno 1271. xix. ſeptembris.

Ex archivo monaſterii Fontis-boni.

Ibidem n. 1. IN nomine Domini, amen. Hec ſunt acta capituli generalis Camaldulenſis ordinis celebrati Aretii in feſtivitate ſancti Michaelis de ſeptembri ſub anno Domioi M. CC. LXXI. tempore venerabilis patris domni Jacobi prioris Camaldulenſis & definitorum dicti capituli, videlicet domni Romualdi ſancte Marie de Urano, domni Braimanni ſancti Sepulcri de Burgo, domni Guidooia ſancti Michaelis de Piſis monaſteriorum abbatum, domni Pauli ſancti Michaelis de Venetiis, domni Boni ſacriſte & domni Symonis Camaldulenſis eremi eremitarum.

I. In primis ordinamus, quod conſtitutio venerabilis patris domini Octaviani Dei gratia ſancte Marie in via lata diaconi cardinalis cum ſumma diligentia obſervetur. Ut incipiens a ſanctuario Domini, & a ſanitate capitis noſtri, ſilicet a reformatione Camaldulenſis heremi volumus & ſtatuimus, ne in heremo Camaldulenſi ponantur octo heremite incluſi, & octo aperti viri religioſi, moribus & etate maturi, qui divinum officium ſciant, & poſſint ſecundum beati Benedicti regulam adimplere. Nec ponatur ibi aliquis, niſi prius ſteterit in monaſterio ordinis annis tribus, & attigerit etatem xxv. annorum, de quibus eremitis unus ſit major, & alter ſacriſta.

II. Item inhibemus, ut nihil detur viſitationis nomine alicui eremite Camaldulenſi ſingulariter vel privatim. Si aliquis voluerit quicquam exhibere, dabit ſacriſte dicte heremi in communi, & hoc dicitur, ut peculiare flagitium radicitus extirpetur. Viſitatores autem, qui heremum pro tempore viſitabunt, ſuper hoc diligenter inquirant, & graviter puniant tranſgreſſores, ut ſi inventus fuerit aliquis dictorum heremitarum tali vitio irretitus, de heremo penitus eliminetur. Incluſio vero io dicta heremo nulli concedatur omnino, niſi a domno priore Camaldulenſi cum conſilio definitorum tantum in capitulo generali.

III. Item ſtatuimus, quod in monaſterio Fontis-boni ponantur octo monachi ad minus, de quibus unus camerarius & alius ſacriſta.

IV. Item mandamus, ut quilibet prelatus inventarium faciat de rebus immobilibus, quod ſecum portet ad ſequens capitulum generale. Viſitatores mandabunt prelatis monaſteriorum, qua viſitaverint, ſub pena officii, ut inventarium faciant ſupradictum, & repreſentent definitoribus, & capitulo generali.

V. Item mandamus, ut conſtitutio de noo organizando diligentius obſervetur.

VI. Item ordinamus, quod conſtitutio de non recipiendis ad monachatum, niſi fuerint perſone idonee, obſervetur, & qui contrafecerit, graviter a viſitatoribus puniatur.

VII. Item ordinamus, quod nullus notabiliter illiteratus, & qui patiatur defectum in natalibus, non preficiatur ad officium prelature.

VIII. Item ordinamus, quod ſtatim cum dominus papa fuerit conſecratus, domnus prior Camaldulenſis procuratorem inſtituat, & det operam, ut recuperentur monaſteria nobis ſubtracta, videlicet monaſteria ſancti Savini, Vangadicie, & de Caſtro Brittorum, & hoſpitale ſancti Lazari de Cluſis Camerine dioceſis.

IX. Item mandamus & prohibemus omnino, quod nullus monachus cauſa infirmitatis vadat extra monaſterium ad jacendum ad loca ſecularium perſonarum, ſed in monaſterio boneſte provideatur eidem ſecundum regulam beati Benedicti, & Camaldulenſia inſtituta, & qui ſecus fecerit, graviter puniatur.

X. Item ſtatuimus & ordinamus, ut nullus monachus vel converſus, qui de ordine

ordine tercio exieris, de cetero in ordine ooo recipiatur.

xi. Item monemus, quod conſtitutionea, in quibus prohibetur, quod monachi ad monaſteria monialium religioſarum & recluſarum non accedant, nec pernoctent ibidem; & cetera capitula, que da mooialibus loquuotur, diligentius obſerventur, & tranſgreſſores per priorem Camaldulenſem, & viſitatores gravius puniantur.

xii. Item prohibemus, quod nullus equitet in ſcapulari ſine cappa vel cuculla, & quod ſcapularia ampla non deferaot, varnatias, vel argotos. Et ſupea hoc viſitatores diligeotiua ioquirant, & graviter puniant traoſgreſſores, & hujuſmodi veſtibus omnino privent eoſdem.

xiii. Item inbibemus, quod nullus mooachus veniat ad capitulum generale ſine licentia ſui prelati, & qui venerit, in capitulo generali recipiat diſciplinam, & ſtatim recedat ad mooaſterium proprium, rediens tribus diebus jejuoet in pane & aqua.

xiv. Item ordinamus, quod in ſollemnitatibus beate Marie virgioia & aliarum Virginum dicantur cantica: *Audite me.*

xv. Item remonemus, quod non dicantur verſicula: *Domine Deus virtutum, converte nos* ante orationes, ſed poſt: *Et ne nos*, dicatur immediate: *Dominus vobiſcum.*

xvi. Item mandamus priori Vicentino, ut locationem per ſuum predeceſſorem factam de viii. campis poſitis juata monaſterium ſupraſcriptum debeat penitus revocara.

xvii. Item volumus & mandamus, quod de feſto beati Bernardi fiant xii. lectiones, & ponatur in kalendario, & ſcriōatur in cooſuetudine inter feſta celebranda infra aſſumptionem beata Marie virginis xiii. kal. ſeptembria.

xviii. Item prohibemus, ut accuſatio ſecularium perſonarum contra aliquem prelatum vel ſubditum noſtri ordiois nullatenus admittatur.

xix. Item mandamus diſtricte viſitatoribus, ut conſtitutionem de viſitatiooe diligenter obſervent reddituri accuſatis & denuntiatis oomina accuſantium, vel denunciantium, & catera omoia, que io predictis conſtitutionibus continentur. Idem faciat prior Camalduli in monaſterio, qood viſitaverit ipſa.

xx. Item monacbi & converſi euntes per ordinem non recipiantur io noſtris monaſteriis ultra quam ad unam refectionem abſque literis teſtimonialibus ſuorum prelatorum; quas literas prelati, ad quos declinaverint, ab eiſdem exigant & requirant.

xxi. Item reſtituimus domno Paci eccleſiam ſancti Laurentini, cum eidem in ejus amorione ſit facta injuria manifeſta.

xxii. Item inhibemus, ut nullus monachus noſtri ordinis monaſterium exeat cauſa addiſcendi aliquam artem, niſi de prioris Camaldulenſis liceotia ſpeciali.

xxiii. Ordioamus, quod monachi noſtri ordinis ſua loca teneant in eccleſia, capitulo, & menſa & ubique, ita quod in minoribus ordioibus conſtituti non preponantur aliis, qui ſunt in ſacris, nec diaconus ſacerdoti propter aliquam potentiam & ſuam nobilitatem.

xxiv. Ordinamus & inhibemus, quod oulla ars ſive aliquid aliud fiat in heremo Camalduli, per quam quies Camaldulenſis heremi inquietetur.

xxv. Item ordinamus & inhibemus, quod nulli prelato vel monacho noſtri ordinis beneficium aliquod ſpirituale vel temporale concedatur ad vitam, & ſi cui hujuſmodi licentia data eſt, ſit irrita & inanis.

xxvi. Item ordinamus, quod domous Petrus & domnus Nicholetta Camaldulenſis heremi eremite incluſi nullam vocem perpetuo in heremo habeant. Et Nicholetta uſque ad unum annum alicui non loquatur, niſi cum priore Camaldulenſi, majore heremi, ſervitore & penitentiario.

xxvii. Itam conſtituimus, ut Camaldulenſis beremus io civitate Aretii ultra qoam duos advocatos vel ſyndicos habere noo debeat, & ſi plures ibidem ſunt, caſſentor per dictum priorem Camaldulenſam.

xxviii. Item ordinamus, quod domnus Albertus revertatur ad monaſterium Montis-Chriſti, vel ad aliquod aliud monaſterium, & non ſit Camaldulenſis heremi eremita.

xxix. Item revocamus affictus, & ſuperimpoſitionea factas a monaſteriis a triennio & citra, & ipſos affictus decernimus irritos & inanes, & eadem monaſteria, & eccleſias ad ſolutionem predictorum affictuum decernimus penitus non teneri.

xxx. Item diſtricte mandamus viſitatoribus, ut conſtitutiones domini cardinalis, & acta geoeralis (*Capituli*) diligeoter conſcribant, & ſecum deferant ad monaſteria & loca, que viſitaverint, legant, & ſcribi faciant in monaſteriis & locis predictis,

xxxi.

xxxɪ. Item penam infligendam, vel ejectionem ex ordine monachis & converſis, qui moram faciunt in monaſterio de Vangadicia contra voluntatem domini cardinalis & prioris Camsldulenſis in magnum prejudicium abbatis dicti loci ſuſpendimus uſque ad beneplacitum domini cardinalis.

xxxɪɪ. Item mandamus diſtricte, quatenus omnes prelati, qui ad capitulum generale noo veniunt, faciant penitenciam, que in noſtris conſtitutiooibus continetur.

xxxɪɪɪ. Item ſtatuimus & ordinamus, quod abbates & priores Camaldulenſis ordinis non poſſint abſolvere ſubditos ſuos a vinculo excommunieationia, niſi in caſibot, que reſervantur ſuperiori.

xxxɪv. Mandamus iterum, quod jejunium ſecundum regulam, & ſecundum conſtitutionem noſtri ordinis obſervetur, & qui predictum jejunium ſine licentia ſui prelati fregerit, io pane & aqua jejunet.

xxxv. Item ordinamus viſitatores ſancte Helene de Eſino, & ſancti Hyppoliti de Faventia abbates, & iſti viſitabunt provincias Romaniole, Matchie Aoconitane, & Triviſane.

xxxvɪ. Item abbatem de Cerreto & priorem Camalduli de Florentia, & iſti viſitabunt eremum Camalduli & iotam Thuſciam.

xxxvɪɪ. Item domnos Guidonem, & Deodatum priores clauſtrales ſancti Michaelis de Piſis, & Camalduli de Florentia, & iſti viſitabunt monaſterium Montis-Chriſti, & in Sardinia monaſterium Sacrarienſe, vicariam de Trulla, & Orream Picchinam, & completo & peracto viſitationis officio nullam juriſdictionem exerceant in monaſteriis. De viſitatione vero infra criduum ſe expedianc ad plus, in paucis vero diebus moram facianc breviorem, ſicuc viderint expedire. Bini autem viſitatores duos equos vel tres ad plus ſecum ducere valeant. Domnus prior per ſe vel per alium predicta monaſteria viſitatorum poterit viſitare.

xxxvɪɪɪ. Item in ſecretarium ordinis predicti ſtatuimus domnum Bonum Camaldulenſis heremi ſacriſtam.

xxxɪx. Item capitalum generale ordinis ſequenti anno apud Camaldulum in feſto ſancti Luce evangeliſte.

Iſta ſunc ſuffragia.

Pro domino Papa & ſtatu univerſalis eccleſie quilibet ſacerdos dicat ɪɪɪ. Miſſas.

Pro ven. patre domino (*Octaviano*) ſancte Marie in via lata diacono cardinali quilibec ſacerdos unam Miſſam.

Pro beneſactoribus noſtris deſunctis unam Miſſam. Quilibet autem monachus, qui non eſt ſacerdos unum pſalcerium. Convetſi pro qualibet Miſſa dicent L. Pater-noſter.

Ego Petrus quondam magiſtri Albertini Viterbienſis ſacroſancte Rom. eccleſie auctoritate notarius, & nune R. P. dicti D. D. Octaviani cardinalis ſcriba huic promulgationi & publicationi interſui dictarum conſtitutionum, & eas de mandato & auctoritate dicti D. eardinalis propria manu ſetipſi, & in publicam formam ſub meo proprio ſigno redegi, io predicto palatio dicti eardinalis ſub anno Domini M. cc. ʟxxɪ. xɪ. kal. octobris indictione xɪv. preſentibus diſcreto viro Sinibaldo de Labro eamerario, plebano de ſancto Pecro in Pixide, capellano Benvenuto de Gandia, magiſtro Johanne de Bon medieo, & magiſtro Simone de Urbe clerico dicti domini cardinalia, & religioſo viro fratte Guidone de Stagio heremitarum ordioia ad hoc rogatis, & voeatis teſtibus.

CXXIX.

Sinibaldus de Labro eligitur procurator & adminiſtrator monaſterii Caſtri-britorum ab eodem capitulo generali.

Anno 1271. ɪɪ. octobris.

Ex eodem tabulario. §. Donatio. n. 452.

ANno Domini M. cc. ʟxxɪ. iodictione xɪɪɪɪ. die ſecunda intrante menſe octobris venerabilis pater domnoa Jacobus prior heremi Camaldulenſis & cotiua ordinia generalis exiſtens in capitulo generali apud Aretium celebratum in feſtivitate ſancti Michaelis de menſe ſeptembri ſuh anno Domini M. cc. ʟxxɪ. de voluntate & conſenſu diffinitorum capituli generalis, videlicet domni Romualdi ſancte Marie de Aurano, domni Braymani ſancti Sepulchri de Burgo, domni Guidonis ſancti Michaelis de Piſis monaſteriorum ebbatum, domni Pauli prioris ſancti Michaelis de Venetiis, domni Boni ſacriſte & domni Symonis heremi Camaldulenſis heremitarum, necnon ipſi & ſinguli deffinitores de licentia & mandato dicti domiai prioris, & ipſe domnus prior una cum eis dederunt, ceſſerunt, *Ibidem.*

tra-

tradiderunt, & donaverunt domino Sinibaldo de Labro Aretine dioceſis capellano & camerario venerabilis domini Octaviani ſancte Marie in Vialata diaconi cardinalis protectoris ordinis Camaldulenſis omnia jura & actinnes, reales & perſnnales, utiles & directas, tacitas & expreſſas, que & quas babebant, & habere videbantur in monaſterio & eccleſia ſancti Michaelis de caſtro Britorum dioceſis Bononienſis, conſtituentes dictum dnminum Sinibaldum recipieotem nomine, quo ſupra, procuratorem, ita quodammodo poſſit agere, placitare, & ſe pro dictn monaſterio ab omni collegio & univerſitate deſendere, quemadmodum dicti domini prior & deffinitores facere pnterant, Et ſi reperiretur aliquo tempore dictum dominum cardinalem aliquam donationem feciſſe ſeu conceſſionem per ipſum factam fuiſſe alicui ordini vel perſone, ipſam talem dnnationem approbaverunt & affirmaverunt omni modo & jure, quo melius fieri poteſt, promitteotes per ſe & ſuos ſucceſſnres predicta omnia & ſingula perpetuo firma & rata habere & tenere, & nnn contrafaeere vel venire per ſe vel per alium aliqua ratione vel cauſa, de jure vel de facto ſub hypotbeca & obligatione dicte heremi Camaldulenſis & ordinis univerſi.

Actum in choro eccleſie ſancti Michaelis de Aretio, preſentibus fratre Johanne de Viterbio de ordine Predicatorum capellano & peniientiali dicti domini cardinalis, fratre Guidnne de Stazia de ordine heremitarum capellano dicti domini eardinalis, dnmno Angelo abbate ſancte Helene de Heſino, domno Guidone de Spiria prinre elauſtrali ſancti Michaelis de Piſis, domno Deodato priore clauſtrali Gamalduli de Florentia, qui omnes ſunt de dicto ordine.

Ego Petrus Philippi Viterbienſis imperiali auctoritate notarius & dicti domini cardinalis publicus notarius hiis omnibus interfui rogatus, & juſſu dictnrum domnorum prinris & deffinitorum hec ſcripſi & in publicam formam redegi.

CXXX.

Executores teſtamenti Creſcentii Leonis vendunt terras abbati S. Gregorii de Urbe,

Anno 1272. iv. januarii.

Ex codice San-gregoriano pag. 235.

IN nomine Domini. Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo *Ibid. n. 3.* ſeptuageſimo ſecundn indictione quintadecima, menſis januarii die quarta coram domino Maximn Petri Oddonis judice, me Leonardo nntario & teſtibus ſubſcriptis ad hec vocatis & rogatis. Religioſi & diſcreti viri frater Jacobus de Bubacianis prior conventus Predicatorum de Urbe, & frater Adinulfus nrdinis Minorum executores ultime voluotatis nlim nobilis viri domini Creſcentii Lennis Johannis judicis, & frater Johannes de Florentia procurator religinſi viri fratris Bernardi preceptnris hoſpitalis ſancti Spiritus in Saaia de Urbe executores dicte ultime voluntatis dicti domini Creſcentii habens ab eo poteſtatem faciendi ſubſcripta, & publico inſtrumento procurationis ſcriptn per Stephanum Petri Angeli judicem & ſcriniartum a me nntario viſo & lecto continetur procuratorio nomine pro ipſo preceptore, quem promiſit facere conſentiri in ſubſcriptis, ad petitionem ſubſcripti domini abbatis, eorum bona & ſpontanea vnluntate vendiderunt & conceſſerunt venerabili petri domno Gregnrio abbati & religinſo viro ſratri Bartholomeo monacho & camerario venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregnrii in clivo Scauri de Urbe, recipientibus vice & nnmine ejuſdem monaſterii & eonventus ejuſdem, eorumque ſucceſſorum &c. ideſt unum eaſale eum turre, dnmibus, caſtellario ſeu reelauſtro cum terris cultis & incultis, mnntibus, vallibus, coſtibus, plagiis &c. poſitis extra portam ſancti Pauli in loco, qui dicitur Gualdora & Mnntorium inter hos fines: a primo latere tenet monaſterium ſancti Xiſti &c. *ut in ſuperiori teſtamento*, & dederunt, ceſſerunt &c. Que omnia vendiderunt &c. ipſi pro dicto monaſterio pro pretio quadringentarum librarum Proviſinnrum, quas dicti executores ab ipſo dnmino abbate &c. confeſſi ſunt recepiſſe &c. quas quadringentas libras Proviſinnram dicti dominus abbas & conventus &c. mutuo receperunt a domino Oddone Frajapane de Gra-

Gradellis ſolvendas executoribus prediſtis &c. Teſtes dominus Maximus Petri Oddonis judex, Oddo Frajapane de Grudellis, Petrus filius eius, magiſter Nicolaus ſcriniarius, Benedictus Maſſarolus campſor, Julianus campſor, qui omnes interfuerunt venditioni predicte.

Eodem die preſentibus Oddone Frajapanis de Gradellis, Nicolao domini Thomaſii, Johannis Henrici, Leonardo qui dicitur Furraca bubulco, & Laurenaio bubulco de caſtello ſancti Pauli teſtibus ad hec rogatis. Dictus magiſter Nicolaus notarius procurator conſtitutus ad hoc inveſtimentum faciendum ab executoribus predictis predictos dominnm abbatem & camerarium pro dicto monaſterio de predictis omnibus & ſingulis ſuperius affinatis ioveſtivit, & in corporalem poſſeſſionem & tenutam inmiſit, & dicti dominus abbas & camerarius nomine dicti monaſterii corporalem poſſeſſionem & tenutam adepti ſunt.

Ego Leonardus Jacobi Rubei ſancte Romane ecclefie notarius, quia predictis omnibus & ſingulis interfui, ſcripſi & complevi rogatus.

CXXXI.

Auliverius plebanus Opitergii cedit priori Camaldulenſi eccleſiam S. Martini.

Anno 1272. III. maji.

Ex autographo S. Mich. de Muriano. Capſ. LXI. I.

Ibid. n. 42. IN nomine Domini. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo indictione quintadecima die martis tertio intrante majo Tarviſii in canonica, preſentibus his teſtibus rogatis, videlicet dominis Symeone Mauro, Tolberto Calza canonicis Tarviſinis, presbytero Nicolao plebano de Molianis, presb. Martino de domo, Jacobo ſacriſtano, clerico ejus fratre, presb. Nicolao olim capellano domini epiſcopi Tarviſini, Gualperto olim Johannis de Nigriſia, Petro & Nicolao de Saleto, Articho de Nigriſia & aliis. Dominus presbyter Auliverius plebanus ecclefie ſancti Johannis de Opitergio, rector & adminiſtrator eccleſie ſancti Martini de Opitergio dioceſis Cenetenſis intuitu Dei, & pro remedio unime ſue dedir & ceſſit atque mandavit omne jus tam ſpirituale ſeu ſpirituali annexum, quam temporale, quod habet in ipſa eccleſia ſancti Martini de Opitergio, & actiones omnes reales & perſonales, utiles & directas venerabili ordini Camaldulenſi, ſeu domno Jnhanni priori ſancti Martini de Prata & Benciviene capellano ſancte Chriſtine de Tarviſio procuratoribus conſtitutis a venerabili dompno Jacobo priore totius heremi Camaldulenſis &c. Item ceſſit & dedit & mandavit modo & ordine ſupradicto atque tradidit ordini ſupradicto Camaldulenſi ac ipſius procuratoribus recipientibns pro dicto ordine omnes terras & poſſeſſiones ſuas, quas habet & poſſidet, ſeu viſus eſt habere, tenere, & poſſidere in Opitergio & Colſrancudo & eorum territoriis predicte dioceſis Cenetenſis, videlicet ſedimen unum cum decima, quod eſt apud eccleſiam ſancti Martini &c. retento ſibi uſufructu dictarum poſſeſſionum & terrarum & eccleſie predicte in vita ſua, tali pacto & conditione appoſita, quod ſi prior vel ordo Camaldulenſis vel ſupradicti procuratores ſeu alius pro dicto ordine moveret aliquam queſtionem ſuper ipſis de jure vel de facto coram quocumque judice ordinario vel delegato in judicio vel extra judicium, qund ex tunc collatin juris eccleſie predicte, quam habet dictus ordo Camaldulenſis & procuratores ſupradicti pro eo in eccleſia predicta ſancti Martini & poſſeſſionum & terrarum ſupradictarum nullius ſint valoris atque momenti; & ita promiſerunt ſibi ad invicem predictus presbyter Auliverius & predicti procuratores ad hoc ſpecialiter conſtituti ſollemni ſtipulatione firmiter obſervare. Et ſuper his omnibus & ſingulis renuntiaverunt predictus preſbyter Auliverius & predicti procuratores literis ſeu privilegiis impetratis ſeu impetrandis, appellationibus &c. Item ibidem & preſentibus dictis teſtibus incontinenti dixit & proteſtatus fuit dictus presbyter Auliveriua plebanus, quod per cappam albam, quam portat, ſeu mutationem habitus, non intendit facere aliquam profeſſionem ſeu ſubjacere aliter ordini ſupradicto, niſi ſollemniter profiteretur regulam ſupradictam; & de his voluerunt dicte partes, quod duo fiant inſtrumenta unius tenoris, ſcilicet unum dicto ordini, & alterum dicto presbytero Auliverio.

Ego Oto Johannis notarii de Nigriſia ſacri palatii notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CXXXII.

Abbas Adelmenſis inſtituit rectorem in eccleſia S. Mariani.

Anno 1272. XIII. julii.

Ex tabulario Angelorum Florentiæ.

ibid. n. 5. IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CC. LXXII. indictione quintadecima XIII. julii. Appareat, quod domnus Matheus Dei gratia abbas ſancte Marie Adelmenſis ad ..... eccleſia ſancti Mariani paſtoris ad preſens in ſuum damnum & magnum detrimentum & animarum periculum & ſcandalum plurimorum ſolatio deſtituta, unde dicta eccleſia .... currit leſionem, ad honorem Dei omnipotentis & glorioſe virginis Marie ..... Sanctorum & Sanctarum Dei & ad honorem domini Beringerii quondam domini Cavalcalambardi, Puccini & Orlandini fratrum quondam domini Ildebrandini, Bindi quondam Galli, & Jacopi & Gentilis fratrum quondam domini Galgani, Gentilis quondam Degnicciutolli, & Gherardi quondam Curradi di Monteſignoſoli, & Albizzini & Cenni fratrum quondam Sanguinei, Bencinvenni quondam domini Sanguinei, & Puſcii, Landini, & Curſi fratrum quondam Ugolini de Caſo .... patronuum dicte eccleſie ſancti Mariani, & propter bonum iſtatum eccleſie prelibate, eccleſiam ipſam recomendavit Gerio .... acano canonico plebis ſancti Johannis de Monte .... committens eidem curam temporalium & ſpiritualium bonorum dicte eccleſie uſque ad duodecim annos proxime venturos, dans eidem Gerio liberam poteſtatem adminiſtrandi bona dicte eccleſie temporalia & ſpiritualia vice ipſius & nomine recomendationis. Et incontinenti dictus clericus recepit ab eo inveſtituram ipſius eccleſie .... abbas ipſum inveſtivit per librum de adminiſtratione.... eccleſie... ſancti Mariani .... Gerius clericus recepta inveſtitura adminiſtrationis ipſius eccleſie .... ad ſancta Dei evangelia non vendere, non alienare, non cambiare, non permutare, non inf.... nec ſubmiſſionem facere, neque p.... de theſauro, poſſeſſionibus .... libus eccleſie prelibate, nec contractum aliquem facere, ſive pactum vel tranſactionem aliquam abſque ven. donni abbatis licentia ſpeciali, & in fine dicti termini eidem pacifice renuntiare .... eccleſiam.

Actum in caſtro Monteſani, ſcilicet in plebe ſancti Johannis dicti loci, preſentibus presbytero Alberto rectore eccleſie ſancti Andree de Petra, & magiſtro Martino quondam Ormanni ad hec vocatis teſtibus & rogatis.

Ego Corlu ... Aviti de Monteſigno auctoritate imperiali notarius his omnibus predictis interfui, & ut ſupra legitur, mandato dicti domni abbatis ſcripſi & publicavi rogatus.

CXXXIII.

Bartholomæus ep. Civitatis-novæ benedicit primum lapidem pro nova eccleſiæ S. Martini de Opitergio.

Anno 1273. III. ſeptembris.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano.

ANno a nativitate Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio indictione prima die tertio intrante ſeptembri. Venerabilis pater dominus frater Bartholomeus Dei gratia epiſcopus Civitatis-nove ad requiſitionem & petitionem presbyteri Oliverii benedixit primum lapidem edificande & conſtruende eccleſie ſuper terretorio monachorum Camaldulenſium in Opitergio in capite ville ad Dei honorem & nominis beati Martini confeſſoris tali conditione, quod per hanc benedictionem non intendit derogare privilegiis ordinis Camaldulenſis, nec ob hoc intendit habere in ipſa eccleſia aliquam jurisdictionem; committens eidem presbytero Oliverio, ut dicat, cui vult, ut ponat primarium lapidem benedictum per eum in fundamento dicte eccleſie. Actum eſt hoc Venetiis in ſancto Salvatore in domo habitationis predicti domini epiſcopi, preſentibus teſtibus dominis presbytero Dominico Civitatis-nove, Rodulpho Parmenſi, qui moratur cum dicto domino epiſcopo, & aliis. *ibid. n. 7.*

Ego Albertus filius quondam domini Girardini de Barizolis imperiali auctoritate notarius interſui rogatus, & ſcripſi.

CXXXIV.

Auliverius presbyter ponit ipſum primum lapidem pro dicta eccleſia erigenda.

Anno 1273. XIII. ſeptembris.

Ex originali S. Michaelis de Muriano.

Ibidem.

ANno Domini mill. ducenteſimo ſeptuageſimo tertio indictione prima die martis tertio-decimo intrante ſeptembri, in preſentia presbyteri Martini de Opitergio, domini Manfredini, domini Catanei Wecelli de Salica notarii, Martini ..... fabri, Almerici de Rinaldo Salc.. de Opitergio, domini Federici de Mattheo de Ezilino de Tarviſio, Viviani de Fortaguto de Tarviſio & aliis. Dominus presbiter Auliverius de Opitergio ad honorem Dei & ſancti Martini poſuit primum lapidem, ubi eccleſia ſancti Martini debet edificari ſuper territorio ordinis Camaldulenſis jacente in Opitergio in vicinatu ſuperiori in capite ville apud ſedimen Fraſenelli & Calcimiti fratrum, ut dicitur, & hoc commiſſione domini fratris Bartholomei Dei gratia epiſcopi Civitatis-nove, qui dominus epiſcopus commiſit illi presbytero Auliverio, ut poneret ſua auctoritate primarium lapidem benedictum per ipſum dominum epiſcopum in fundamento edificande eccleſie ſancti Martini ſuper territorio Camaldulenſis ordinis poſito in Opitergio, prout in carta illius commiſſionis facta per Albertum filium quondam domini Gerardini de Barizolis imperiali auctoritate notarii continetur, & cum idem ordo Camaldulenſis habeat licentiam & verbum a domino Clemente papa edificandi eccleſiam ſuper ſuo territorio ſine verborum contraditione aliquorum dioceſanorum pontificum vel aliorum quorumlibet, prout in ſuo privilegio ſigillato cum uno ſigillo plumbeo habente duas teſtas intus continetur. Actum in Opitergio in dicto territorio, ubi dicta eccleſia debet edificari apud ſedimen dictorum Fraſenelli & Calcimiti fratrum.

Ego Romanus de Fagaredo ſacri palatii notarius interſui & ſcripſi.

CXXXV.

Bondi Benvenuti cedit abbati Vallis-caſtri jus ſuum in eccleſiam S. Luciæ territorii Cinguli.

Anno 1274. V. aprilis.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini millesimo CC. LXXIIII. indictione II. *Ibid. n. 12.* die quinta intrante menſe aprilis tempore domini Gregorii pape X. Diſcretus vir dompnus Bondi Benvenuti Pauli ſua bona, propria & ſpontanea voluntate & libero arbitrio reſſignavit, & renuntiavit, & remiſit, & refutavit & ceſſit juribus omnibus ſuis ex certa ſcientia ſibi competentibus, vel que ſibi competere poterant vel habere in eccleſia ſancte Lucie poſita in pertinentiis Cinguli, ſeu ſancti Severini exiſtenti prope foreſtam communis Cinguli, & omnibus juribus & pertinentiis ſuis temporalibus & ſpiritualibus in manu & preſentis religioſi viri dompni Petri abbatis monaſterii ſancti Romualdi Vallis-caſtri, ad quod monaſterium adſerit dictam eccleſiam ſancte Lucie pertinere pleno jure, quam quidem eccleſiam ipſe impetraverat & acquiſiverat tam per indulgentiam & conceſſionem domini Symonis cardinalis olim in marchia Anconitana apoſtolice ſedis legati, quam per confirmationem domini Clementis pape quarti, ut in ipſius privilegio ſeu reſcripto apertius continetur; quibus etiam literis & reſcripto ceſſit & renuntiavit expreſſim. Quam quidem renuntiationem, reſſignationem, remiſſionem, reſutationem & ceſſionem ipſe dompnus Bondi promiſit predicto domino abbati recipienti pro dicto monaſterio ſancti Romualdi Vallis-caſtri perpetuo ratam, & firmam habere & tenere, nec non in aliquo contradicere nec contrarium facienti conſentire, nec per ſe vel alios in contrarium replicare de jure vel de facto aliqua ratione vel occaxione ſive exceptione ſub pena C. librarum Ravennatum & Anconitanarum, & obligatione bonorum ipſius dompni Bondi &c. Actum in capitulo dicti monaſterii ſancti Romualdi Vallis-caſtri, preſentibus magiſtro Laurentio notario de Cingulo & Munaldutio de Colpalumbo, & Medezono de Fabriano & aliis pluribus teſtibus de hiis vocatis & rogatis.

Et ego Angelus Venuti imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi.

p ji CXXXVI.

CXXXVI.

Et abbas Vallis-caſtri eumdem Bondi in ipſa eccleſia pro rectore rurſus inſtituit.

Anno 1274. v. aprilis.

Ex autographo ejuſdem S. Blaſii.

Ibidem. IN Dei nomine, amen. Anno Domini milleſimo cc. lxxiiii. indictione ii. die v. intrante menſis aprilis tempore domini Gregorii pape X. Religioſus & diſcretus vir dompnus Petrus Dei gratia abbas monaſterii ſſancti Romualdi Vallia caſtri cum conſenſu & voluntate ſuorum monachorum, ſcilicet dompni Johannis Santeſe monaci, fratris Petri prepoſiti, & dompni Albrici monaci, & fratris Symonis, & fratris Ajudi converſorum dicti monaſterii, poſt renuntiationem, reſſignationem *&c.* humiliter & ſpontanee factam per diſcretum virum dompnum Bondi Benvenuti Pauli de eccleſia ſancte Lucie poxita in pertinentiis Cinguli ſeu ſancti Severeni prope foreſtam communis Cinguli, & jurium & pertinentiarum ipſius, ut ſcriptum apparet manu mei Angeli Venuti notarii, divina ſolum annuente clementia & Dei ſolum conſiderato intuitu, conceſſit dictam eccleſiam in temporalibus & ſpiritualibus, ita quod inde alienare, permutare, obligare, pignorare, infeudare, commodare, donare non poſſit de bonis dicte eccleſia ſine voluntate & licentia abbatis dicti monaſterii, & quandocumque placuerit dicto dompno Petro abbati ipſum removere & revocare de dicta eccleſia & adminiſtratione rerum & bonorum ipſius, nullam habeat vel habere poxit in contrarium reluctandi vel contradicendi licentiam & poſſibilitatem ſive poteſtatem, & incontinenti cum eidem fuerit vetitum vel contradictum per ipſum abbatem vel alium de mandato ipſius ſe amplius ingerere vel amminiſtrare in temporalibus & ſpiritualibus dicte eccleſie, incontinenti deſiſtet & ſcedet, & ſe non intromittet amplius in adminiſtrationem vel geſtionem dicte eccleſie & bonorum ipſius, qua omnia dictus dompnus Bondi promiſit dicto abbati nomine & vice dicti monaſterii ſtipulanti attendere & obſervare, & non contrafacare ſub pena c. librarum Ravenn. & Anconit. *&c.* que pena *&c.* Actum in capitulo monaſterii ſancti Romualdi Valli-scaſtri, preſentibus *&c.* *ut in ſuperiori inſtrumento.*

Et ego Angelus Venuti notarius *&c.*

CXXXVII.

Compoſitio inter abbatiam Trivienſem & commune Trivii.

Anno 1274. vi. maji.

Ex autographo Trivienſi.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo cc. lxxiiii. indictione ſecunda tempore domini Gregorii pape & nullius imperatoris, die .vi. maji intrantis. Cum inter ven. patrem dompnum Juntam abbatem monaſterii ſancte Marie in Trivio & dompnum Berardum, dompnum Guidonem, dompnum Benvenutum & dompnum Johannem monachos dicti monaſterii & confratres ipſius domni abbatis nomine dicti monaſterii ex parte una, & homines communis & univerſitatis de Trivio, ſcilicet de Monte cornario, caſtro Celle, & villis Trivii fideles ipſius monaſterii ex parte altera, lis & queſtio ac diſcordia verteretur ſuper temporali juriſdictione & rebus aliis, quas dictum monaſterium habet in ipſis hominibus & bonis eorum, & ſuper dicto communi & univerſitate eorumdem, & ſuper dominio & hominio, quod ipſum monaſterium habet in ipſis terris & communi ac univerſitate & hominibus infradicendis, & bonis eorum, & ſuper omni modo & forma, quem & quam dictum monaſterium & rectores ejus ſervare debeant in utenda juriſdictiona & dominio ſupradicto, & ſuper omni ſtatu & conditione ſeu conditionibus modo & eſſe, quo vel quibus dicti homines de Trivio vivere, verſari & morari debeant cum dicto & ſub dicto monaſterio & rectoribus & capitulo dicti monaſterii, & ſuper omnibus & ſingulis ſupradictis, predictum commune & homines ipſius communis & univerſitatis velint cum dicto monaſterio, abbate & capitulo ipſius monaſterii ad plenam concordiam & compoſitionem & pacem, tranſactionem & pacta venire. Dum parva jam cepiſſet inter dictas partes ſuper predictis diſſenſio exoriri, idcirco convocati & congregati pro bono & utilitate & commodo dicti communis & univerſitatis, & nomine & vice dicti communis & univerſitatis, & pro ipſo communi & univerſitate, & ipſis hominibus & perſonis de monte Cornario, caſtro Celle & villis Trivii, & pro omnibus & ſingulis hominibus, perſonis, ſtantibus & habitantibus in territorio Trivii, homines dicti com- *Ibidem.*

communis & univerſitatis, quorum nomina hominum inferius ſcribentur, pro ſe ipſis & quilibet eorum ſuo proprio & privato nomine, & ipſorum heredum ac poſterum ſucceſſorum conſulte & ſcienter & deliberato animo & plano animo, & habito ſuper his longo & longiſſimo tractatu ac deliberatione, videntes, cognoſcentes & affirmantes hec omnia & ſingula fieri ad utilitatem & commodum cujuslibet eorum & heredum ſuorum, & dicti communis & univerſitatis ejuſdem, & ſingularium perſonarum dicti communis, & etiam cognoſcantes & adfirmantes nihil fieri ad leſionem predicti communis & univerſitatis, vel alterius eorum vel alicujus eorum ſpetialium, communiter & concorditer fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt atque creaverunt diſcretum & ſapientem virum Roſſum de Mercatali de ipſo communi preſentem & ſponte mandatum ſuſcipientem dicti communis & univerſitatis, & eorum & cujuſlibet eorum legitimum & generalem ſyodicum & procuratorem &c. ad tranſigendum, componendum &c. cum dicto monaſterio &c. qualitercumque quomodocumque &c. ſibi placuerit &c. & ad condenda & componenda capitula & ordinationes, pacta & promiſſiones ſuper certis capitulis obſervandis inter dictum commune & univerſitatem predictam, & homines & perſonas & bona eorumdem communis & univerſitatis ex parte una, & dictum monaſterium & rectores ipſius monaſterii ex altera. Specialiter & in primis qualiter & in qnibus quantitatibus puniantur per ipſum abbatem vel nuntios ſuos, omnes & ſinguli homines & perſone, qui vel que maleficium commiſerint aliquod vel foliam quamcumque maleficii vel folie genere commiſſum fuerit dicto vel facto. Item ad ſtantiandum & ordinandum, per quos homines & cujus expenſis cuſtodiatur turris caſtri montis Coronarii. Item ad ſtantiandum & ordinandum, ex quibus hominibus vel perſonis abbas dicti monaſterii vel capitulum ipſius monaſterii conſtituere poſſit in vicecomitem in terris monaſterii & non alium, & quando & quid ipſe vicecomes promittere debeat fidelibus dicti monaſterii de obſervandis pactis celebratis inter ipſum monaſterium & fideles ſuos. Item ad ſtantiandum & ordinandum, qualiter & quomodo, & qua forma dictus abbas vel ipſius vicarius ſeu vicecomes reddat jura inter fideles dicti monaſterii & de fidelibus dicti monaſterii tam in civilibus cauſis, quam in criminalibus, & tam ſuper exterminationibus agrorum, quam ſuper omnibus aliis litibus & queſtionibus ordinariis, quam extraordinariis, & quam penam ſubſtinent, qui accuſam per eum factam non probaverit, & qualiter accuſatus abſolvi debeat, ſi contra eum non probetur. Item ad ſtantiandum & ordinandum ſuper comparis ſeu aquiſtis per ipſum monaſterium faciendis, de quibus aquiſtis fideles dicti monaſterii facere debeanc adjutorium dicto monaſterio, & de quibus non, & in quanta quantitate graventur fideles dicti monaſterii, & quantam quantitatem ſolvat ipſum monaſterium. Item ad ſtansiandum & ordinandum, qualiter compellantur per dictum domnum abbatem omnes, qui fuerint electi ad aliquod officium exercendum. Item ad ſtantiandum & ordinandum, qualiter & quomodo fratres quotcumque ſint vel ſorores viciſſim ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedant, & qualiter dictum monaſterium partem defuncti fratris ſuperſtiti vel ſuperſtitibus renovet, & ſub quomodo & forma, & in quibus caſibus & quantum per renovationem dictum monaſterium accipere debeat. Item ad ſtantiandum & ordinandum, quod deficientibus fratribus eujuſcumque perſone mortue hereditas 'ad predictum monaſterium devolvatur & redeat. Item ad ſtantiandum & ordinandum de poderibus, que remanent diſcaſſata & diſhabitata decedente detentore vel detentoribus eorumdem, & qualiter abbas dicti monaſterii teneatur & quibus perſonis illud locare & concedere debeat, & qua forma. Item ad ſtantiandum & componendum, ſi alicujus hereditas in femina deveniret vel antea vocaretur, qualitet ſubcedac, & ſi ipſa nupſerit, qualiter dictus abbas renovet, & concedat viro eam ſibi copulanti ipſam hereditatem ſeu bona, & quantum pro ipſa renovatione accipiat dictus abbas. Item ad ſtaotiandum & ordinandum, ſi aliquis homo territorii Trivii maritaverit aliquam ſuam filiam alicui homini de Trivio, & dederit ei unam ſuam petiam terre vel plures (uſque ad quartam ſui poderis, qualiter abbas ſuum conſenſum prebeat, nichil exacto niſi debitis ex ea conceſſa ſarvitiis & quantitate ſtatuta. Item ad ſtantiandum & ordinandum, qualiter fideles dicti monaſterii permutationes inter ſe facere valeant, & in quibus rebus teneat permutatio, & in quibus non. Item ad ſtantiandum & ordinandum, ſi quis ex dictis fidelibus vellet alienare de inmobilibus ſuis, que bona & in quanta quantitate ſibi liceat alienare, & quando & in quibus dictus abbas con-

conſentiat & quantum pro conſenſu accipere debeat, tam a venditore, quam ab emptore. Ad contractus ſolemnes ſuper predictis & de predictis omnibus & ſingulis cum predicto domno abbate & capitulo iniendos, ſaciendos, recipiendos & celebrandos cum ſolemoibus ſtipulationibus, & cum pene, ſeu penarum promiſſionibus hioc inde ſaciendis, & quolibet capitulo non ſervato committenda & exigenda. Jtem ad bona dicti communis & univerſitatis & hominum ſiogulariter & univerſaliter dicto monaſterio obliganda pro predictis omnibus & ſingulis obſervandi & tenendi, & geoeraliter ad omnia & ſingula ſacieoda, gerenda, exercenda, capitanda, compillanda, que omnia predicta vel aliquod predictorum ſibi utilia videbuntur, & que unuſquiſque articulus predictorum requirere videtur *&c.* & promittentes ipſi bomioes *&c.* ſervare, ſacere, & implere perpetuo *&c.*

Nomina vero hominum tooſtituentium ſyndicum ſupradictum ſunt bec: Cambius de monte Cornaro, Roſſus de Mercatali, Guido Albertini, Arginellus de caſtro Celle ... es hominum dicti communis & univerſitatis.

Matreus del Ben de monte Coronario.
Accattabenis olim Finiguerre.
Guido Donnabene.
Amadeus.
Ramerius Vulpes.
Marengallia.
Beneamieus dal Vado.
Ugolinus de Cella.
Milioratus de Cella.
Salvi Levore.
Panicus.
Tobaldus.
Vita Baſſorum.
Caciannus.
Coradinus.
Boous Villani.
Brunellus.
Nigroboons.
Arientus de Canuſia.
Auretta de monte Coronario.
Bonus dal Vado.
Guido Pegolettus.
Zallus Millionis.
Benamatus de Cameraſci.
Venutus de Cella.
Bacius de Cella.
Ventura Multeboni.
Rigatius de Canuſia.
Plendutius Buſſe de Podio.
Bertaldi in Canuſia.
Jacobus de Caſagia Trivii.
Pondus de *Mer*catale.
Solimben Buſſanti de Vado.
Johannes Ragetti de Camerag.
Boociveoe de Prato.
Netegardi ejus ſrater.
Longius de Caouſia.
Bentevegna dal Vado.
Ravaldinus de Canuſia.
Sabatinus Rigetti de Camerag.
Bonus de Trario.
Guido Gianelli dal Vado.
Gratia de Mercatali.
Bergeſe dal Vado.
Amatus de Cella.
Guido Buſſanti de Vado.
Salimben Albaneſe ejuſdem loci.
Miſchius de caſtro Celle.
Pegolotus de Canuſia.
Vita de Trivio.
Johannes Falci.
Arientucius Millioris.
Villanus de Cameraſci.
Avedutus de la Stretta.
Minus Calzolarius de Trivio.
Boncompagnos de Battiſolle.
in Canuſia.
Benvenutus de Mercatali.
Claromonte.
Ricius de la Cella.
Canellus de Canuſia.
Drudus de dicto loco.
Marcellus de Vado.
Magiſter Johannes.
Daniellus Rigetti de Vado.
Guido Zannis de Vado.
Palmerius de Prato.
Drudolus de Prato.
Dominicus calzolarius de la Stretta.
Bavatus de Prato.
Buſſetta *ejuſdem* loci.
Caramannus de Trivio.

Actum In eccleſia ipſius monaſterii coram nobilibus viris Ugutio comite dn monte Duleo, Rajnerio de Fagiola, Bernardino de monte Acuto, Griſſolo de Raſſena, Raſpulio de Cap . . ſa & Guidatio Gentilis teſtibus preſeotibus ad hec vocatis habitis & rogatis.

Ego Aringerius de Corliano imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interſui, & ut ſuperius legitur rogatus ss., & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

CXXXVIII.

Gregorii X. littera pro confirmatione electi abbatis Vangaticienſis.

Anoo 1274. II. oonas auguſti.

Ex regeſto Vaticana anni III. epiſt. 19.

GRegorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei . . patriarcbe Gradeoſi & . . epiſcopo Torcellano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dudum mooaſterio de Vangadicia ad Romanam eccleſiam, ut aſſeritur, nullo medio pertinente Camaldulenſis ordinis Adrienſis dioceſis abbatis regimine deſtituto, taodem dilecti filii conventus ejuſdem monaſterii die ad *Ibidem* n. 11.

eli-

eligendum prefixa, ac vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe ad electiooem ſuturi abbatis, per viam compromiſſi procedere intendentes io quoſdam ejuſdem monaſterii monachos ſub ea ſorma concorditer compromittere curaverunt, ut illum ad regimen ejuſdem monaſterii eligerent, de quo ſecuodum Deum utilitati ejus expedire viderent, ſicque predicti monachi recepto bujuſmodi compromiſſo conſiderantes, quod monaſterium ipſum per dilectum filium ſratrem Bernardum priorem ſancti Petri de Monteſilice monachum ipſius monaſterii poterat in ſpiritualibus & temporalibus ſalutaria ſuſcipere incrementa, predictum ſratrem Bernardum ſuo & dicti conventus nomine canonice in abbatem dicti monaſterii elegerunt. Sane fratribus Guidone & Albertino olim monacbis dicti monaſterii aſſerentibus ſe in hujuſmodi compromiſſo fore contemptos, & predicte electioni ſe propter hoc oppooentibus, orta quoque ſuper hoc in predictum conventum ex parte uoa, & Guidonem & Albertinum predictos materia queſtionis, ac hujuſmodi cauſa per appellationem dictorum G. & A. ad ſedem apoſtolicam legitime devoluta, nos dilectum filium noſtrum S.. tituli ſancti Martini presbyterum cardinalem dedimus in omnia hujuſmodi partibus auditorem. Lite igitur coram eodem cardinali in cauſa ipſa legitime conteſtata, & diverſis proceſſibus babitis coram eo, tandem iidem Guido & Albertinus ad mandatum dilecti filii.. prioris Camaldulenſis & capituli ejuſdem ordinis generalis pro bono & tranquillo ſtatu ejuſdem monaſterii io manibus dictorum prioris & capituli hujuſmodi liti & queſtioni renuntiaverunt expreſſe ac ſpoote ceſſerunt. Nolentes itaque vacationem dicti monaſterii diutinam ſuſtinere, fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit predictum monaſterium de Vangadicia ad Romanam eccleſiam nullo medio pertioere, de modo electionis eligentium ſtudiis & electi meritis inquiſita diligentius veritate, ſi electionem ipſam inveneritis eſſe canonicam, & de perſona idonea canonice celebratam ipſam confirmantes auctoritate noſtra vos vel alter veſtrum eidem electo munus benedictionis impendere ſtudeatis, ſibique faciatis a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, contradictores quoslibet per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Recepturi ab eo poſtmodum noſtro & eccleſie Romane nomioe fidelitatis ſolite juramentum juxta formam, quam vobis ſub bulla ooſtra mittimus introcluſam. Formam autem juramenti, quod ipſe preſtabit de verbo ad verbum, per ejus patentes literas ſuo ſigillo ſignatas nobis per proprium nuntium ſtudeatis quantocius deſtinare. Alioquin ea rite caſſata ſaciatis eidem monaſterio de perſona idonea per electionem caoonicam provideri. Quod ſi noo ambo hiis exequendis potueritis iotereſſe, unus veſtrum ea nihilominus exequatur.

Datum Lugduni ſecundo nonas auguſti aono III.

CXXXIX.

Acta inter epiſcopum Vicetinum & priorem S. Viti.

Anoo 1275.

Ex originali archivi S. Viti.

IN Chriſti oomine, amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto indictione tertia die mercurii quarto iotrante ſeptembris Vincentia in aula epiſcopali, preſentibus dominis Soyno de Ripa, Federico de Montebello judicibus, dominis Alberto de Soavi, Marcho de Barbazone notario & aliis. Ibique veoerabilis pater dominus Bernardus Dei gratia Vincentie electus, preſentibus infraſcriptis Viviano ſindicario nomioe infraſcripto ex uoa parte, & domno Prohenzo priore infraſcripti monaſterii ſancti Viti, & Gerardo Bellelle notario ſindicario nomine ipſius prioris & conventus ſancti Viti ex altera pronuntiavit juxta conſilium infraſcriptum. Cujus coonſilii tenor hic eſt. Super queſtione, que vertitur inter Vivianum Corvolini notarium ſyndicum & ſyndicario nomine.. abbatiſſe monaſterii & conventus ſancti Petri Vincentini ex uoa parte agentem, & Gerardum Bellelle notarium, ſyndicum & ſindicario nomine prioris & coonventus loci ſancti Viti Vinceotie de ordine Camaldulenſi ex altera ſe defendentem, in qua queſtione predictus Vivianus porrexit predicto Gerardo ſyndicario nomine ſupraſcripto quemdam libellum coram ven. patre domino Bernardo Dei gratia Vincentino electo, volens ipſum & predictum monaſterium ſancti Viti convenire. Ex adverſo opponebatur per dictum Gerardum ſyndicario nomine predicto, quod predictum monaſterium coram Ibidem n. 14.

ram predicto domino electo oon poterat conveniri propter quoddam privilegium exemptionis ei a ſede apoſtolica indoltum & ordini Camaldulenſi conceſſum. Super his viſis, auditis & intellectis allegationibus utriuſque partis, viſo etiam ipſo privilegio, conſilium ſapientum, videlicet dominorum Berni de Plantaporria canonici Vicentini & Petri Stravoldi tale eſt, videlicet quod predictus Gerardus ſyndicus & ſyndicario nomine ſupraſcripto & ipſum monaſterium ſancti Viti poſſit & debeat conveniri ſuper ipſo libello porrecto coram domino electo & predicto Viviano ſyndico ſancti Petri in dicta queſtione teneatur reſpondere.

Ego Johannes ſcriba imperiali auctoritate notarius interſui & hoc ſcripſi.

In Chriſti nomine. Anno *&c. ut ſupra* die martis XI. intrante ſeptembris Vincentie in aula epiſcopali, preſentibus magiſtro Jacobo clerico de Credacio, Albertino de Favalina & aliis. Ibique ven. pater dominus Bernardus Dei gratia epiſcopus Vicentinus electus infraſcriptam ſententiam protulit ſic dicens: Cum nos Bernardus Dei gratia epiſcopus Vicentinus pluries in mandatis dederimus Gerardo Bellelle notario *&c.* nomine domni Probenſi prioris & conventus monaſterii ſancti Viti Vincentini *&c.* ut nobis ſuos judices ſuſpectos exhiberet in ſcriptis, quoniam volebamus habere coaſilium ſuper gravamine, quod idem ſindicus pro dicto priore & conventu ſore ſibi dicebat illatum in quadam ſententia ſive pronuntiatione per nos lata inter dictum priorem *&c.* ex una parte, &.. abbatiſſam & conventum monaſterii ſancti Petri Vinceotini *&c.* ex altera, ſi quod erat gravamen; precipientes inſuper auctoritate noſtra eidem Gerardo ſindicario nomine ſupraſcripto, quod ſindico monaſterii ſancti Petri *&c.* coram nobis deberet de juſtitia reſpondere, & mandata noſtra ſuper his prorſus adimplere contempſit, dictos priorem & Gerardum ejus ſindicum pronuntiamus contumaces *&c.* in his ſcriptis excommunicamus *&c.* Ego Johannes ſcriba *&c.*

In oomine Domini. Anno ejuſdem M. CC. LXXVI. indictione IV. die jovis XIX. martii Vincentie in aula epiſcopali, preſentibus Guidone Nordigli, domino Raynaldo de Collo, Deolavancio clerico & aliis, in preſentia Viviani Corvolini, & Gumberti Marmutiani ſindicorum & procuratorum .. abbatiſſe *&c.* ſancti Petri Vincentini. Ven. pater dominus Bernardus Dei gratia Vincentinus electus, ob reverentiam veoerabilis viri domini fratris Egidii monaſterii ſancti Felicis de Bononia abbatis domini pape legati ſeu conſervatoris dicti ordinis Camaldulenſis a bone mamorie domino Alexandro papa IV. in juribus ſuis, revocavit omnem ſententiam excommunicationis latam per ipſum dominum electum in priorem & conventum monaſterii ſancti Viti Vicentini, ſive in priorem ſive in conventum ſupraſcriptum de dicto monaſterio ſancti Viti ſive ſuum ſindicum, occaſione abbatiſſe ſive conventus ſancti Petri Vincentini ſeu ſindici *&c.* & ita proceſſum factum in ipſos ſive in aliquem ipſorum pronunciavit irritum & inanem.

Ego Guillielmus olim Jacobini Bonamici imperiali auctoritate publicus notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CXL.

Petrus abb. Vallis-caſtri inſtituit in rectorem eccleſiæ S. Luciæ de Foreſta Petrum de Petriolo.

Anno 1276. VI. junii.

Ex archetypo S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine, amen. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo CC. LXXVI. quarta indictione, die ſexta menſis junii exeunte, tempore domni Innocentii pape V. Congregato capitulo & conventu monaſterii ſancti Romualdi de Valle-caſtro, in quo capitulo & conventu dompnus Petrus abbas ipſius monaſterii volens providere & tractare de rectore & paſtore eccleſie ſancte Lucie de Foreſta, que eſt membrum ipſius monaſterii, & ipſam eccleſiam ſancte Lucie & proventus & fructus ipſius retinere & habere ad menſam dicti monaſterii, cum conſenſu & voluntate ſuorum fratrum, videlicet dompni Bartholi, dompni Munaldi, fratris Benevenuti, dompni Ugolini, dompni Actonis & fratris Pauli monachorum & converſorum dicti monaſterii, & ipſi monachi & converſi nomine ipſius monaſterii, capituli & conventus ejuſdem inſtituerunt & fecerunt dompnum Petrum de Petriolo monachum dicti monaſterii rectorem & capellanum dicte eccleſie ſancte Lucie ad regendam, manutenendam, defendendam & gubernandam ipſam eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus uſque ad voluntatem & mandatum dicti abbatis & conventus dicti monaſterii, auferendo eidem dompno Petro rectori licentiam & poteſtatem vendendi, alie- *Ibid. n. 11.*

nandi

nandi & obligandi thezaurum & poſſeſſiones & bona ipſius eccleſie & affictandi ſine licentia & voluntate prefati abbatis & conventus dicti monaſterii; recipiens dictus dompnus abbas ipſum dompnum Petrum monachum & rectorem dicte eccleſie ad oſculum manus, & inveſtiendo ipſum de dicta eccleſia per manum dicens: Eſto capellanus & rector ad benefaciendum uſque ad noſtrum beneplacitum & mandatum, dantes eidem dompno Petro rectori fratrem Adjutum in ſotium & pro ſotio. Actum ante capitulum ipſius monaſterii, preſente Agerbino domini Rainaldi, Riczo Benevenuti, & Paulutio famulo dicti Agervini teſtibus ad hec vocatis.

Ego Ventura Actonis notarius publicus omnibus predictis preſens interfui, & ut ſuperius legitur, rogatus ſcribere ſcripſi, & publicavi.

CXLI.

Andreas Quaglottus ſe offert pro oblato & converſo monaſterii Fulline.

Anno 1277. VII. exeunte auguſto.

Ex autographo ejuſdem monaſterii n. 102.

a. 91. ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo indictione quinta die mercurii ſeptimo exeunte auguſto, in preſentia dominorum Odorici Pollexani, Bertaldini de Scomico, Folcerii de Scotto, Morandi de Scomico, Belle Benaxii & aliorum. Dominus Andreas Quaglotrus de Taglamento videns hujus ſeculi vitam momentaneam, tranſitoriam & inanem, conſiderando inter cetera Chriſto ſervire regnare eſſe in eternum, ideo ipſe ſponte habitum ſumere monialem ſecundum beati Benedicti regulam & ordinem in monaſterio ſancte Marie de Folina, ſe in manibus domni Leonardi abbatis dicti monaſterii, preſentibus domnis Blanco & Odorico ſyndicis dicti monaſterii, volentibus & recipientibus pro fratribus & conventu dicti loci, ſe in confratrem contulit atque dedit. Quem dominum Quaglottum dicti domini abbas & fratres ſupradicti in confratrem acceperunt benigne eidem ſpondentes pro dicto loco cum fraterno amore tractare in victu & veſtitu ſecundum facultatem loci & regulam ſupradictam, eumque defendere & tueri, tam in monaſterio ſtando, quam extra ab omni perſona, parte, collegio, univerſitate, principe quolibet & rectore, dum honeſte ad dompni abbatis voluntatem permanſerit atque fratrum. Hic quidem dompnus abbas una cum dictis ſuis fratribus facientibus pro ſe & ſuo conventu eidem domino Andree propter infirmitatem, & debilitatem ſue perſone tunc imminentem conceſſerunt de gratia ſpeciali miſericorditer & benigne, videlicet, quod ipſe Conecliani in domo ſua poſſit morari & habitare, & ſi ipſa ejus uxor domina Peſſa precederet eumdem dominum Andream Quaglottum, quod ipſe tunc ad monaſterium proponit ducere vitam ſuam, & dum vixerit habitare; e contra ſi ipſe dominus Andreas tunc decederet, ſtatuit, ordinavit & voluit, quod portari debeat ad dictum monaſterium ſepelliendum cum habito moniali, ſicut fratre ordinis ſupradicti. Poſt namque dictus dompnus abbas audita ipſius confeſſione, eum de peccatis confeſſis & confiteri volentibus abſolvit, eumque de penitentia inveſtivit, tribuendo eidem eucharistiam ſecundum eccleſiaſtica . . . menta ad ipſius anime ſalutem perpetuo obtinendam. Que omnia & ſingula facta fuerunt de voluntate dicte domine Peſſe ejus uxoris, & ea preſentialiter perpetrata. Actum in caſtro Conecliani in domo Arpinelli ejus fratris, in qua ipſe dominus Andreas nunc moratur.

Ego Semprebene Coneclanenſis ſacri palatii notarius interfui rogatus & ſcripſi.

CXLII.

Guillielmus ep. Arretinus ex commiſſione abbatis Agnani eligit rectorem S. Chriſtine ad Clanas.

Anno 1277. XXV. octobris.

Ex autographo S. Romualdi de Urbe I. 2.

VNiverſis preſentes licteras inſpecturis pateat evidenter, quod nos Guillielmus Dei gratia epiſcopus Aretinus reminiſcentes poſtulationis & electionis facte de presbytero Martino, nunc rectore eccleſie ſancte Chriſtine ad Clanas, curie de Talzano confitemur, dicimus & aſſerimus in verbo veritatis nos electionem & poſtulationem factam de dicto presbytero Martino ad eccleſiam ſupradictam, feciſſe de licentia, & aſſenſu religioſi viri domni Guidonis *Ibidem*

tunc & nunc abbatis & conventus monaſterii de Agnano, & ex commiſſione ipſorum, ad quos ipſa eccleſia pleno jure dicitur pertinere, proteſtantes nichilominus ex certa ſcientia, quod propter electionem ſeu poſtulationem predictam, jora, que habet dictum monaſterium in ipſa eccleſia, non minuantur in aliquo nec ledantor, ſed ſemper, ut ante prefactam electionem & poſtulationem habebat, remaneant integra & illeſa. In cujus rei teſtimooium preſeotes litteras fieri juſſimus, & oostri pendentis ſigilli muoimine roborari.

· Datum Gort. xxv. menſis octobris v. indictione ſub annis Domini milleſimo cc. LXXVII.

CXLIII.

Benevenuta abbatiſſa S. Anne de Bononia cedit monaſterium ſuum parthenoni S. Marie de Bethleem.

Anno 1278. ix. auguſti.

Ex authographo S. Chriſtine Bononie. Q. 29.

Ibidem n. 23. IN nomine Domini amea. Anno ejuſdem milleſimo duecenteſimo ſeptuageſimo octavo indictione ſexta die nono intranta auguſto domna Benevenuta abbatiſſa monaſterii ſancte Anne de extra Bononiam intuitu pietatis & ad cultum Dei amplificandum dedit & ceſſit dictum monaſterium ſuum cum omnibus ſuis juribus venerabili patri & religioſo viro domno Azoni abbati monaſterii ſancti Proculi de Bonnnia ſindicario & procuratorio nomine, & vice monaſterii ſancte Marie de Betbeleem & totius conventus ejuſdem monaſterii ſub hac forma; videlicet quod abbatiſſa dicti monaſterii ſancte Anne remaneat toto tempore vite ſue in officio abbatie, & liberam babeat adminiſtrationem tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus rebus pleno jure, nec teneatur, oec compelli poſſit ad reddendam adminiſtratiooia ſue rationem, ſive univerſaliter ſive ſpecialiter, non obſtante quocumque jure vel conſtitutione, vel quacumque conſuetudioe regulari. Item, quod nulla domioa de dicto monaſterio ſancte Marie de Betheleem poſſit vel debeat in predicto loco ſancte Anne habitare vel venire, vel reſidentiam facere, niſi ſecundum quod dicta abbatiſſa ſancte Anne voluerit & elegerit, & ille domine, quas ipſa abbatiſſa ſancte Anne elegerit habitaturas ibidem, teneantur ei tamquam proprie abbatiſſe in omnibus obedire, nec aliquid retioere poſſint ad uſus proprios, niſi de ſua licentia ſpeciali. Item, quod ſi ille domine, quas ipſa abbatiſſa ſancte Anne elegerit habitaturas ibidem ſive moraturas, volent predicta ſervare, vel cum ea pacifice vivere, liberam habeant poteſtatem, & ipſa abbatiſſa ſancte Anne licentiare eas, quod redeant ad dictum monaſterium ſancte Marie de Betheleem, & ipſe domine teneantur redire ad dictum monaſterium ſancte Marie de Betheleem ſecundum licentiam abbatiſſe predicte. Item, quod ipſe domine, que de voluntate abbatiſſe inibi morabuntur pro tempore, teneantur de opere manuum ſuarum ſingule dare in manibua abbatiſſe xx. ſol. Bonon. annuatim, niſi eſſet aliqua infirma, que oon poſſet ſuis manibus laborare. Reſiduum vero, quod lucrate fuerint de opere manuum ſuarum, teneantur expendere pro veſtibus vel quibuſcumque neceſſitatibus ſuis, & boe eum conſenſu & licentia abbatiſſe predicte. Item, quod convcotus dominarum ibidem moraturarum ooo poſſit, nec debeat mutare vocabulum ſancte Anne, & ſub iſto vocabulo locus conſtruatur ibidem. Que omnia & ſingula ſupraſcripta capitula promiſit dictus ſyndicus & procurator ſyndicario & procuratorio nomine monaſterii ſancte Marie de Betheleem obſervare & facere obſervari de voluntate & conſenſu domni Gerardi prioris majoris totius ordinis Camaldulenſis ſub pena mille librarum Bonoo. & ſub dicti monaſterii ſancte Marie de Betheleem bonorum omnium ypoteca, qua ſoluta vel non predicta omnia & ſingula firma perdurent.

Actum Bononie in eccleſia ſancti Proculi de Bononia preſeotibus fratre Rogerio ordinis Predicatorum.

Dompno Petrobono monacho monaſterii ſancti Proculi Bonnnie.

Fratre Dominico capellano monaſterii ſancte Aune.

Fratre Jacobo Carlaxini monacho monaſterii ſancti Proculi Bononie teſtibus ad hec vocatis.

Ego Antonius de Codonio imperiali auctoritate notarius hiis omnibus preſeos fui, & rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi.

CXLIV.

CXLIV.

Johannes arrchiep. Barenſis & Canuſinus concedit indulgentiam die conſecrationis eccleſiæ S. Mariæ de Lacu prope Brittonorium.

Anno 1279. XXIII. aprilis.

Ex archivo abbatiæ Claſſenſis.

Ibid. n. 18. UNiverſis Chriſti-fidelibus preſentes literas inſpecturis frater Johannes miſeratione divina Barenſis & Canoſine ſedis archiepiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam. Conſecrationes eccleſiarum, in quibus Chriſtus vivens in altaris myſterio imolatur, ad abolendam noſtrorum criminum corruptelam populus Chriſtianus cum humili devotione venerari tenetur cum animi puritate, membra ſua Domino dedicando ſervitura juſtitie in ſanctificatione, que prius iniquitati & immunditie ſerviebant, ut ſic, que par Chriſti miniſtros in eccleſiis viſibiliter exhibentur, myſtice in templo fidelis anime divinitus peragantur. Sancta eccleſia beate Marie de Lacu Foro-populienſis dioceſis a venerabilibus patribus Foro-populienſi & Ceſenate epiſcopis debet prima dominica poſt Aſcenſionem Domini conſecrari, ſicut idem Foro-populienſis epiſcopus nobis per ſuas literas inſinuare curavit, & petiit ac conceſſit, ut omnibus, qui ad predictam eccleſiam in dominica conſecrationis ejuſdem, ac etiam annuatim acceſſerint, aliquam indulgentiam concedere valeremus. Nos itaque cupientes, quod eccleſia ipſa a Chriſti-fidelibus veneretur, ac venerantes pro temporali ſolempnitate, quam peragunt, ſpirituali munere gratulentur, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad eamdem eccleſiam in die dedicationis predicte & in dicta dominica cauſa devotionis acceſſerint, annuatim quadraginta dies de injunctis ſibi penitentia miſericorditer relaxamus.

Datum apud Imolam ſub annis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo-nono indictione ſeptima die vigeſimo-tertio intrante menſe aprilis.

CXLV.

Proteſtatio ſindici monaſterii S. Gregorii de Urbe circa caſtrum Petræ-pertuſæ.

Anno 1279. XXVII. junii.

Ex codice San-gregoriano pag. 204.

IN nomine Domini amen. Anno Dominice incarnationis milleſimo ſeptuageſimo nono tempore Domini Nicolai pape tertii indictione ſeptima menſis junii die vigeſimo-ſeptimo, in preſentia mei Nicolai Gualterii ſcriniarii & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Frater Johannes de Cerelearia monachus, procurator, & ſyndicus & actor venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe *&c.* exiſtens coram capitulo venerabilis baſilice ſancti Petri congregato in canonica dicte baſilice ad ſonum campane, ut moris eſt, & coram domino Petro Judicis canonico dicte baſilice vicario & procuratore venerabilis patris domini Matthei eccleſie ſancte Marie in Porticu diaconi cardinalis archipresbyteri baſilice ſupradicte, eodemque domino Petro procuratore capituli & canonicorum dicte baſilice ad infraſcripta ſpecialiter conſtituto *&c.* & de ipſius capituli conſenſu nomine dicti monaſterii, & pro eo proteſtatus eſt, & proteſtando dixit, quod caſtrum Petre-pertuſe cum ſuo tenimento ſpectat pro tertia parte ad monaſterium nominatum, & quod dominus Petrus Scottus tenuit tertiam partem predictam jure locationis a ſupradicto monaſterio, quam ſibi alienare non licuit ex forma dicte locationis in eccleſiam vel pium locum, & alias perſonas in ipſa locatione prohibitas dictam tertiam partem alienare vel transferre, que omnia pro dicto monaſterio oſtendit in continenti per publicum inſtrumentum, quod coram dicto capitulo produxit & lectum fuit. Unde cum dicatur dictum dominum Petrum Scottum predictam tertiam partem in dictam baſilicam alienaſſe, ipſi alienationi contradicit expreſſe pro jamdicto monaſterio, & per infraſcripta dictus dominus abbas & monachi non intendunt dicte alienationi preſtare aſſenſum tacite vel expreſſim; nec per predicta vel infraſcripta aliquod prejudicium tempore aliquo generetur, maxime ſi tardarent aliquo tempore litigium de rebus predictis movere & litigare. Verum ſi dictus dominus Petrus Scottus in bien-

Ibidem n. 19.

nium inveſtiret de conſcientia abbatis & conventus predicti etiam partem novem millium octingentarum librarum Proviſinorum, que ſunt pretium totius dicti caſtri, in poſſeſſionibus utilibus dicto monaſterio nomine dicti monaſterii, & pro eo, & in Romano territorio relocandis ipſi domino Petro ſub pactis, tenoribus, preſtationibus, conditionibus & obligationibus, que in inſtrumento locationis dicte tertie partis dicti caſtri facte dicto domino Petro continentur. Tunc obtenta licentia a ſummo pontifice de conſenſu, vel transferenda tertia parte dicti caſtri in baſilicam memoratam, & recepta quantitate quinquaginta librarum Proviſinorum pro conſenſu vel translatione dicti dominii in baſilicam ſupradictam, & penſione biennii a dicto domino Petro ſoluta, parati erunt & promittunt conſentire contractui inter dictam baſilicam & prefatum dominum Petrum Scottum, & in dictam baſilicam transferre dominium predicte tertie partis. Predicti vero vicarius & procurator prefati domini cardinalis archipresbyteri dicte baſilice & canonici ejuſdem baſilice ſupradicte promiſerunt dicto ſyndico dicti monaſterii ex nunc, quod ſi predicta non fierent per dictum dominum Petrum infra biennium ſupradictum, recognoſcent, ut recognoſcere debuerunt, in judicium bonam fidem de jamdicto dominio dicte tertie partis dicti caſtri dicto monaſterio pertinentis; nec malitioſe different, ſed infra dictum biennium promittit dictus frater Johannes nomine dicti monaſterii non litigare de dicta tertia parte caſtri. Si vero predicta omnia & ſingula cum effectu non fierent, per hanc ſcripturam & proteſtationem, & que continentur in eis, nullum jus dicte baſilice prebeatur, ſeu dicto domino Petro, & nullum poſt dictum biennium ex hoc prejudicium dicto monaſterio generetur. Acta fuerunt hec in canonica dicte baſilice, & hi interfuerunt teſtes, magiſter Adinulſus judex, dominus Nicolaus Malaſpina, Johannes guardianus dormitorii ſancti Petri, & Andreas Guilielmi.

Ego Nicolaus Gualterius ſancte Romane eccleſie ſcriniarius predicta ſcripſi, & in publicam formam redegi, complevi & abſolvi rogatus.

CXLVI.

Venditio caſtri S. Viti & caſtellaris Caſalis-fabri diœceſis Narnienſis.

Anno 1279. VIII. ſeptembris.

Ex eodem veteri codice pag. 201.

IN nomine Domini. Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo-nono pontificatus domni Nicolai pape tertii anno ejus ſecundo indictione octava menſis ſeptembris die octava, in preſentia domini Angeli Petri Matthei cauſidici & mei Juſtini de Juſtino judicis & ſcriniarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum, Nobilis vir dominus Riccardus filius quondam domini Mathie Anibaldi ſua bona propria & ſpontanea voluntate vendidit *&c.* domino Petro Scotto filio quondam domini Octaviani Petri Scotti pro ſe ſuiſque heredibus & ſucceſſoribus, & cui dare & concedere eidem placuerit, ad veram proprietatem perpetuamque hereditatem in perpetuum, videlicet caſtrum ſancti Viti, & caſtellarium, quod dicitur Caſale-ſabro, eo modo quo dominus Riccardus bone memorie ſancti Angeli diaconus cardinalis emit cum rocca & caſtro, vaſſallis, domibus, caſis, caſarinis, ortis, canapinis, vineis, vinealibus, foraginalibus, juribus, juriſdictionibus, & omnibus ac ſingulis ejus tenimentis tam ex antiquo, quam ex novo, cum juribus patronatus eccleſiarum, cum aquis, aquimolis, piſcariis & juribus piſcandi in flumine & in lacubus, & cum collibus, planis, planitiis, ſilvis, ſtirpetis, pratis, pratacinis, arboribus, aquis, fontibus...... *&c.* dominam Pernam matrem ſuam, dominam Oddolinam uxorem ejus, & dominam Paulam uxorem domini Johannis... *&c.* dictus dominus Riccardus dedit, ceſſit *&c.* eidem domino Petro omnia jura, actiones, que dudum bone memorie domino Riccardo ſancti Angeli diacono cardinali competierunt, & ſucceſſive venerunt ad dictum dominum Riccardum in dicto caſtro Caſale-fabro cum omnibus eorumdem tenimentis, utilitatibus & pertinentiis, ipſorum occaſione, nec non & occaſione omnium pactorum, promiſſionum & conventionum, & penarum promiſſionum, quas incurriſſe noverint olim inter prefatum dominum cardinalem, & prefatos dominos in ſancto Vito vel alios pro eis, ſcilicet Marcbutium, Raynerium, Centium, Gentilo- Ibidem.

tilonem, Albrandonem & fratres dicti Centii, ut patet per juramentum venditionis eidem domino facte de dicto caſtro & caſtellare, & ſuis tunc tutoribus ſcripte manu Andree Gravezoni ſcriniarii ... per inſtrumentum feudi eis conceſſi ab ipſo domino cardinale, ut patet manu propria Joannis .... notarii ... &c. dictos dominos olim, & eorum filios & ſucceſſores, & in bonis eorum, quam cont... vaxallos & quoſcumque alios pro factis ſervitiis ... angariis & perangariis, & pro omnibus aliis .... pro ipſo caſtro & ejus occaſione ...... caſtri, ſeu debendis &c. que omnia & ſingula in hoc inſtrumento contenta &c. predicto domino Petro Scotto pro pretio duarum milium librarum bonorum Proviſinorum Senatus, quas manualiter, & naturaliter & preſentialiter recepit in florenos &c. Et quia predictus dominus Petrus promiſit ipſi domino Riccardo ſolvere pro pretio ſancti Viti illud, quod tenebatur dominus Riccardus cardinalis dominis caſtri ſancti Viti, & fecit procuratores Sebaſtianum Johannis Rienzi, Alexium Johannis judicis, Jacobatium de Amelia, & Alebrandum de Petra pertuſa quemlibet in ſolidum, & quos ſuper hoc ſpecialiter conſtituit. Inveſtiri precepit predictum dominum Petrum Scottum, & donec corporalem poſſeſſionem adeptus fuerit predictus dominus Petrus, ipſe dominus Riccardus conſtituit ſe nomine ejuſdem domini Petri poſſidere ac precario tenere cognovit, poſſeſſionem vero apprehendendi liberam licentiam & facultatem conceſſit. Fines omnium predictorum hi ſunt. Ab uno latere eſt flumen Tyberis, ab alio eſt tenimentum Utriculi mediante forma communi uſque in flumen, & per predictam formam aſcenditur in lacum ſancti Viti, & deinde per foſſatum Pereti, uſque ad foſſatum, quod eſt in pede caſtri Loſuli, & uſque in tenimentum, quod eſt in ſtrata, qua itur Romam, & uſque in foſſatum Caoabe, & uſque in flumen, & ſi predicta plus dicto pretio valent, illud quod plus valent, inter vivos donavit & conceſſit predictas nobilis dicto domino Petro Scotto pro magno amore & dilectione, quem & quam in eum habet, & in antea habere deſiderat. Ideoque in antea licentiam & poteſtatem habeat predictus dominus Petrus Scottus, & ſui heredes & ſucceſſores predictum caſtrum ſancti Viti, bona & res predictas cum pertinentiis ejus intrandi, tenendi &c. & promiſit predictus nobilis dominus Riccardus predicto domino Petro Scotto predicta vel aliquod predictorum nulli alii dediſſe vel conceſſiſſe, nec contractum &c. feciſſe, vel factum eſſe, neque per dominum Riccardum cardinalem, neque per aliquem vel aliquos de heredibus ſuis, neque per dominum Petrum de Papa quondam ..., neque per dominum Johannem filium ejus, & ſi contrarium aliquo tempore apparuerit, & ipſe dominus Petrus Scottus ea occaſione vel modo in dampnum vel expenſas inde venerint aut fecerint, totum dampnum, omneſque expenſas & intereſſe ei reſtaurare & ſolvere promiſit &c. Et ad predicti nobilis preces dominus Johannes de Papa legum profeſſor & miles, & Cinthius Cam. gan. quilibet eorum in ſolidum fidejuſſerunt apud dictum dominum Petrum Scottum &c. Et dictus dominus Riccardus promiſit de ſuo facto, de facto domini cardinalis predicti, & illorum de domo, & domini Johannis predicti, & domini Petri Pape defendere &c. Et ad hoc Alebrandonus domini Raynaldi, ad quem ſexta pars caſtri ſancti Viti dudum pertinuit, & Gentilonus domini Geizi pro ſe, & ut procurator Pixbii & Petrutii fratrum filiorum quondam Matthiuccii domini Geizi &c. ad quos tertia pars caſtri ſancti Viti, Caſalis-fabri, & ejus territorii ſpectat, facta diviſione ipſius caſtri in duodecim principalibus unciis, predicte venditioni, & omnibus & ſingulis predictis domino Petro Scotto preſenti & recipienti pro ſe & ſuis heredibus conſenſerunt & conſenſum preſtiterunt, & etiam juraverunt predictus Alebrandonus ſuo nomine, & predictus Gentilonus pro ſe & in animabus predictorum Pixbii & Petrutii, quorum procurator eſt, & ſacramentum etiam preſtiterunt fidelitatis, homagii, & vaxallagii dicto domino Petro Scotto, & tenere in feudum, ſcilicet dictus Alebrandonus medietatem ſexte partis territorii predicti caſtri ſancti Viti & ejus territorii: & dictus Gentilonus quartam partem predicte tertie partis, & pro predictis tres partes de quatuor partibus tertie partis territorii predicti caſtri ſancti Viti, prout hec omnia plenius patere debent in alio inſtrumento infeudationis, quod fiet inter eos. Dominus Johannes judicis de Clauſur.. teſtis, Petrus Normanni teſtis, Johannes ſer Romani teſtis, presbyter Januarius de ſancto Vito teſtis, Johannes Angeli Tocculi teſtis, Petrus Campanzan.. teſtis, Paulus Vaſci teſtis, presbyter Johannes ſancte Marie in Domnica teſtis, Alexius Johannis judicis teſtis, Franciſcus de Ebulo teſtis.

Eodem die domina Perna mater predicti

dicti

dicti dumioi Riccardi, domina Paula uaor domini Joannis Pape voluntatibus proprii, preſente domino Petro Scotto & recipieote infraſcripta, ad quem venditio caſtri ſancti Viti & ſui territorii pervenit, facta predicto domino Petro a oobili viro domino Riccardo domini Mathie, approbaverunt ipſam venditionem & renuntiaverunt juri *&c.* Actum preſente domino Johanne de Papa, Franciſco de Ebulo, *ceteriſque ut ſupra*, teſtibus.

Eodem die. Io preſentia mei Juſtini de Juſtino judicis & ſcriniarii *&c.* dominus Petrus Scottus *&c.* ordinavit Sebaſtianum Johannis Rienzi *&c.* ſuum procuratorem *&c.* ad recipiendum conſenſum *&c.* a nobili muliere domina Oddolina uxore oobilis viri domini Riccardi domini Mathie Anibaldi de toto caſtro ſancti Viti *&c.*

Eodem menſe die nono domina Oddolina uxor *&c. ut ſupra* preſenti Sebaſtiano Johannis Rienzi procuratori domini Petri Scotti *&c.* ratificavit *&c.* ipſam venditionem *&c.* renuntiasiooem *&c.* Dompnus Paulus archipresbyter ecclesie ſancte Marie de Molar.. teſtis, Alexander Nicolai de Molar. . teſtis, Paulus Achi teſtis, Girardus Roccarala viceco mes Molar.. teſtis.

Eodem menſe & die quinto-decimo coram me notario & teſtibus infraſcriptis Sebaſtianus Johannis Rienzi procurator conſtitutus a nobili viro domino Riccardo domini Mathie Anibaldi ad inveſtimentum faciendum, & inveſtiendum dominum Petrum Scottum de caſtro ſancti Viti & Caſali-ſabro Narnienſis dioceſis & toto ſuo territorio, quod caſtrum Caſale-ſabrum & ejus territorium ſibi domino Petro Scotto vendidit, ut conſtat publico inſtrumento venditionis per me Juſtinum Juſtini judicis & ſcriniarii ſcripto. Idem Sebaſtianus inveſtivit predictum dominum Petrum Scottum de dicto caſtro ſancti Viti & ſuo territorio, prout ſuis finibus terminatur, & in corporalem poſſeſſionem induxit. Dominus Angelus Permatthei cauſidicus teſtis, Jordanus domini Jaquinti de Coſto teſtis, Jacobus de Ravenna teſtis, Mattheus Salamoni teſtis, Angelus Johannis Veculi teſtis.

Ego Juſtinus Juſtini Dei gratia ſancte Romane eccleſie judex & ſcriniarius, quia predictis omoibus interfui, rogatus ſcripſi, complevi & meum ſigoum poſui.

CXLVII.

Raynerius ep. Volaterranus eligit Guidonem Camaldulenſem in abbatem Cariſii.

Aooo 1280. iv. junii.

Ex autographo S. Pontiani Lucenſis.

IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem milleſimo. CC. LXXX. indictione VIII. die IIII. junii. Nos Raynerius miſeratione divina Vulterranus epiſcopus, cum abbatia ſive monaſterium ſancti Caſſiaoi io Kariſio ooſtre dioceſis vacet ad preſens per renunciatiooem dooni Thome quondam abbatis dicti monaſterii nobis factam, ac ad nos ſpectet reformatio & collatio ejuſdem monaſterii, cum in ipſo noo ſint monachi, qui eligant abbatem, volentes eidem monaſterio de abbate ſalubriter providere, ne ex vacatione diutina patiatur in ſpiritualibus vel temporalibus leſionem, ac confidentes de bonitate, induſtria, diſcretione, & honeſtate viri religioſi domni Guidonis prioris monaſterii ſancti Andree in Silva Camaldulenſis ordinis, de quo tam per inquiſitionem, quam de eo fieri fecimus, quam alia ſuffragantia fame ſue laudabile io Domino teſtimonium habemus, & viſa licentia eidem donno Guidoni data per priorem Camaldulenſem, prout in ejuſdem prioris literis cootioetur, de recipiendo quamlibet eccleſiam canooice ſibi datam, deliberatione prehabita diligenti, & invocata Spiritus-ſancti gratia, ad honorem Dei, & beate Virginis, & ſancti Caſſiani dictum donnum Guidonem eligimus, ut melius de jure poſſumus, in abbatem dicti monaſterii, & idem ipſum monaſterium cum juribus & pertinentiis ſuis conferimus, ac de ipſo providemus, eidem concedentes ſibi adminiſtrationem ſpiritualium & temporalium in monaſterio antedicto, ac de ipſo eumdem donnum Guidonem per noſtrum anulum inveſtimus. Actum Caſal. in clauſtro plebis ipſius caſtri, preſentibus domino Caroccino archipresbytero Vulterrano, domino Alberto plebano de Gerſalcho, & domino Ardiogho judice de Vulterris & aliis.

Ibid. a. 11.

Ego Jacobus quondam ſer Poſche de ſaocto Geminiano not. *&c.*

CXLVIII.

Charta emphyteuſis facta a Bartholomæo abbate S. Gregorii de Urbe.

Anno 1280. x. ſeptembris.

Ex codice ejuſdem monaſterii. pag. *69.*

IN nomine Domini. Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo indictione nona meoſis ſeptembris die decima. Nos frater Bartholomeus Dei gratia abbas venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii io Clivo Scauri de Urbe, & conventus ejuſdem, ſcilicat frater Paulus, frater Angelus, frater Silvaſter, frater Andreas, frater Franciſeus, frater Nicolaus monachi dicti monaſterii in preſenija mei Laonardi Jacobi Rubei notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum, noſtra bona voluotate pro dicto monaſterio relocamus, concedimus & renovamus ſibi Cinthio Gabaccio filio olim Jacobi Johannis Cariot pro te tuiſque filiis & nepotibus maſculis tantum. Et ſi forta, quod abſit, tu vel tui filii ad obitum veſtrum filios maſculos non habueritis, liceat vobis uni veſtre filie hanc locationem relinquere vita ſua taotum ...... ſubſcriptos tenores: Id eſt quartam partem medietatis caſtellaria, quod vocatur ſancte Marie de Rena, junctam pro indiviſo ab alia medietate ſua ipſius caſtellaris juris, & cum aliis tribus partibus ipſius medietatis pro indiviſo Heorici domini Guidonis Mancioi, & heredum Petri Egidij de Monte. Item & quartam partem unius tenimeoti terrarum poſitarum in peda ejuſdem caſtellaris citra Carrariam Pipponiſcam, junctam pro indiviſo cum alia quarta parte dicti Henrici, & cum alia medietate dictorum heredum Petri Egidii omnia noſtri juris, que omnia nuper emiſti a......... Item & omne jus, quod dictis venditoribus competit ex ſucceſſione domini Henrici clerici patrui eorum, & quod tibi pertinet ex perſona eorum, que omnia poſita ſunt extra portam ſancti Pancratii prope caſtrum Mole rupte ad ſanctam Mariam de Rena: quam ecclesiam ſancta Marie cum ſuis juribus omnibus de tuo aſſenſu & voluntate nobis & noſtro mooaſterio reſervamus: ita quod tibi io eadem eccleſia nullum jus ſit reſervatum, immo omne jus tibi competens & competiturum in ipſa eccleſia & juribus ejus nobis pro dicto monaſterio das, & coocedis, & reouncias ob remiſſiooem peccatorum tuorum. Fines dicti caſtellaris & dicti teoimeoti terrarum a duobus lateribus tenes tu noſtri juris, ab alio tenet Guido Cerioua, ab alio eſt Carraria Pipponiſca omoia noſtri juris. Item & medietatem ſeptime partis & jus tibi competens ex ſucceſſione dicti domini Henrici alterius teoimeoti poſiti in eadem cootrata, ubi dicitur Vallis-ſtabla cum montibus & vallibus, junctam pro indiviſo eum aliis partibus dicti Henrici, & dictorum heredum Petri Egidii, & Angelocti, omoia oostri juris: eui a duobus lateribus tenes tu dictus Cinthius, ab aliis duobus teoent Papareſchi: que omnia locata ſunt de quatuordecim partibus uoa pars medietatis totius tenimenti, quod locatum fuit per dictum monaſterium quoodam domino Johanni Cerini proavo, & predictam partem dictarum rerum per te emptam tu tenes & poſſides, quam poſſeſſionam & tenutam tibi confirmamus, & ea confiteris & recognoſcis eſſe juris & proprietatis dicti monaſterii, & nomioe ipſius monaſterii ratione hujus locationis ſecundum tenores in hoc inſtrumento cootentos tenera promittis. Hanc locationem tibi facimus pro eo quod pro mercede hujus locationis recipimus a te quadraginta-ſex ſolidos & medium parvorum, de quibus nos bene quietos & pacatos vocamus ... Renunciantes exceptiooi non ſolute & non numerate pecunie, & pro ao quod omni anno in feſtivitate ſancti Gregorii promittis pro te & dictis filiis tuis ac nepotibus, ut ſupradictum eſt, oostro monaſterio dare & ſolvere tres parvos nomine peoſionis, & nulli alii eccleſia, pio loco & potenti perſone pradicta aliquo modo dabitis, vendetis, relinqueria vel dooabitis, vel com eis aliqoem contractum facietis, ſed ſi predicta alteri veadere vel alteri alienare volueritis, prius dicto monaſterio vendetis eo pretio, quod ab alia perſona habere poteritis ſine malitia minus quindecim ſolidos parvorum. Si vero abbas & monachi dicti monaſterii emere nollent, vendetis & alienabitis eum dicti monaſterii conſenſu tali perſone, que abbati & monachis dicti monaſterii placeat ſine malitia, habito, & recepto & ſoluto nobis a vobis predicto comin.... Similiter ſi predicta alicui perſone donare vel relinquere, vel aliquo modo alienare, vel contractum vel quaſi cootractum facere volueritis, per quem ad alterum dominium transfertur, ſolvere teneamini tunc dicto monaſterio denarii cominus quindecim

natus, ſcilicet ſex parvos pro quolibet anno, & confeſſus eſt ſibi & anteceſſoribus ſupradictis a dicto monaſterio de penſione ulterioris temporis ab eiſdem abbate & conventu plenarie ſatisfactum. De quibus ſe bene quietum & plene pacatum vocavit, renuntians ſe nullo in tempore oppoſiturum exceptioni non recepte & non ſolute penſionis predicte. Actum etiam, & conventum extitit, & preſentialiter declaratum inter dictum epiſcopum pro dicta eccleſia Sutrina, & dictum rectorem pro dicto monaſterio & dicta eccleſia ſancte Fortunate, quod ex nunc in antea ſingulis annis predictum monaſterium ſolvat ſex denarios Senatus uſualis monete eccleſie Sutrine nomine penſionis in vicem & cambium preſtationis unius ſextarei olei, quod annuatim preſtari debebat eccleſie Sutrine a dicta eccleſia ſancte Fortunate nomine penſionis ſeu cenſus, prout de hoc apparet publica ſcriptura facta manu .... in preſtando deinceps uno ſextario olei annuatim nomine penſionis, cum commodius & utilius ſic Sutrina eccleſia dictam eccleſiam ſancte Fortunate vel aliam perſonam ſeu locum pro ea deinceps ſolvere ſex denarios annuatim in compenſationem & vicem unius ſextarii olei debiti annuatim eccleſie Sutrine ab eccleſia ſeu rectore ſancte Fortunate, & quod eadem eccleſia Sutrina & ſucceſſores ſui dicta quantitate nomine penſionis debeant eſſe contenti, non obſtante articulo poſito in locatione de ſolvendo uno ſextario olei vel ſex denariis nomine penſionis, quoad alia dicta locatione ſemper ſalva. Qua renuntiatione, & refutatione & declaratione ſingula, que ſuperius dicta ſunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis & Sutrina eccleſia promiſit predicto fratri Bartholomeo recipienti pro dicto monaſterio, abbate & conventu ipſius dicte eccleſie ſancte Fortunate perpetuo rata & firma habere, attendere & obſervare, & contra non venire ſub pena trium librarum boni anri, qua ſoluta vel non contractus iſte, & ſingula, que continentur in eo, perpetuam nihilominus habeant firmitatem. Renuntians in predictis & quolibet predictorum omni juri tam canonico, quam civili, cuilibet beneficio legis & conſuetudinis, omnique juri, legum auxilio, per que vel eorum alterum ipſe & eccleſia Sutrina contra predicta vel aliquod predictorum venire poſſent, & dicto monaſterio, & dicte eccleſie ſancte Fortunate in judicio ſeu extra judicium prejudicium generari.

Hoc actum eſt in Urbe in domo hoſpitalis ſancti Spiritus coram fratre Nicolao de ordine Minorum familiare domini epiſcopi Sutrinenſis, Jacobo Cazzarone, & Stefano Nicolai Senegayte clerico ſancti Johannis de Inſula teſtibus preſentibus ad hec publice rogatis.

Ego Richardus Bonaventure imperiali auctoritate ſcriniarius his omnibus interfui, & rogatus ſcribere ſcripſi.

CL.

Abbas S. Felicis Bononiæ revocat ſententiam ſuam contra epiſcopum Patavinum pro abbate Vangaticiæ circa monaſterium S. Benedicti Novelli ordinis Camaldulenſis.

Anno 1282. XV. januarii.

Ex tabulario canonicorum Patavii.

ANno milleſimo CC. LXXXII. indictione X. die XV. januarii. Cum venerabilis vir religioſus domnus B.. monaſterii ſancti Felicis Bononienſis abbas, executor ſive conſervator ordinis Camaldulenſis a ſede apoſtolica deputatus, ad petitionem religioſi viri domni B.. abbatis monaſterii ſancte Marie de Vangadicis ejuſdem ordinis dioceſis Adrienſis ſuper loco ſancti Benedicti Novelli Paduani ordini preſato uniti, cum venerabili patre domino I.. Dei gratia epiſcopo Paduenſi contendentis, venerabilibus viris dominis T.. archipreſbytero & capitulo Paduano inter alia ſuis dediſſet literis in mandatis XXII. kalendas januarii, ut eumdem dominum epiſcopum tamquam turbatorem, moleſtatorem, rebellem & contradictorem ordinis preſati, impedientem videlicet abbatem, & conventum & fratres ſuper loco predicto, excommunicatum ſolemniter per ſe ſuoſque ſibi ſubjectos denuntiare deberent, & denunciari facere, iidem domini archipreſbyter & capitulum ex mandato hujus turbati, conſiderantes non eis licitum, nec conveniens, nec debere, qui membra ſunt, ſuo capiti derogare, nec etiam poſſe, preſertim cum dicta cauſa domini epiſcopi cum dicto capitulo una & eadem cenſeatur, ut dicebat procurator eorum, ex cauſis predictis & aliis allegatis a dicto domino abbate de Vangadicia, cujus motu mandatum hujus emanaverat, licet dicti archipreſbyter & capitulum crederent, immo verius ſcirent, dictum mandatum nullum eſſe, ut dicebant, obtinuerunt dictum mandatum in totum revocari, dirigen- *Ad Lib. XLIV. num. 5.*

rigentes dicto conſervatori ſuas affabiles literas pro dicta revocatione, ſicut melius potuit, obtinenda. Qui dominus abbas conſervator, predictis literis predicti domini abbatis de Vaogadicia ſuper hoc receptis, viſis & intellectis cauſis legitimis antedictis, tam in literis eiſdem contentis, quam per procuratorem & ſindicum dictorum archipresbyteri & capituli Paduani coram eo allegatis & introductis, attendentes etiam & recognoſcentes predictas ſuas literas & mandatum non eſſe pro dicto abbate & ordine pro eis, ſed potius contra eos, cum pariant diſcordiam novitates, preſente Florio diacono nuntio & procuratore dictorum archipresbyteri & capituli, & ipſorum nomine inſtanter revocari petente, predictas literas & mandatum dictis archipresbytero & capitulo factum ſine difficultate qualibet libere & abſolute revocari, auctoritate, qua fungitur, in his ſcriptis interloquendo pronunciavit, prefatum mandatum ſuum nullum eſſe nullius momenti, quantum ad denuntiationem, quam facere debebant dicti domini canonici de jamdicto domino epiſcopo in eccleſia Paduana, nullo tempore vult eum valuiſſe; ipſum & predictas literas, & quidquid proinde ſubſecutum eſt, vel ſubſequi poſſet, caſſans & irritans, atque pronuncians nullius eſſe momenti ſeu valoris, nec ipſos archipresbyterum & capitulum velle teneri ad ipſum aliquatenus exequendum, ac ſi ab initio nihil fieri mandaviſſet. Et ita dominus Florius nuntius & procurator dixit ſe ita recepiſſe, ſalvo jure capituli Paduani; & in cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum volumus appendendum. Actum Bononie in clauſtro ſancti Felicis, preſentibus dompno Silveſtro, dompno Johannuccio monachis monaſterii antedicti, & Matthiolo de Ravone teſtibus ad hoc rogatis, vocatis, & aliis quampluribus.

Ego Johannes Johannis Meſtrinatis de Manzolino imperiali auctoritate notarius his omnibus interſui, & de mandato dicti domini abbatis & judicis delegati ſcripſi.

CLI.

Adſenſus populi eccleſiæ S. Antonini prope Faventiam in electione rectoris.

Anno 1283. VII. ex. aprili.

Ex tabulario S. Hippolyti. n. 95.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno ab ejuſdem nativitate M. CC. LXXXIII. indictione XI. die VII. exeunte menſis aprilis Faventie in eccleſia ſancti Antonioi. Veniens donnus Albertinus monachus monaſterii ſanctorum Laurentii & Hippolyti ad eccleſiam ſancti Antonini infra Miſſarum ſollemnia coram ibi aſtante populo virorum & mulierum legit inſtrumenta donationis facte monaſterio ſanctorum Laurentii & Hippolyti per epiſcopos eccleſie Faventine de eccleſia ſancti Antonini, & privilegia papalia confirmantia donationes illas, nec non & electiones factas de rectoribus dicte eccleſie, quibus perlectis, qui conſenſerunt electioni facte de donno Theſauro ſunt iſti: Ventura Reſta, Damianus, Fr. Guido, Melior de Orto, Nicholetus Toſetti Imoleoſis, Brazolinus, Magiſter Beneotendi, Fantucius, Gualterius, Guido Aldechini, Drudolus, frater Gerardus, Vitaletus, Benevenutus Bloodelli, Benevenotus gener magiſtri Benentendi, Borgus Ortolanus, Benecevene frater ejus, magiſter Ventura, Matheus filius Martini de Silino, Ugolinus de Silino, Bonazura de Sarna, Albertinus Caſius, magiſter Franciſcus, frater Matthiolus Becharus, Ubertinus de Fugnano, Fuſcolus de Petra Candiana, Saurialialtius, magiſter Matthiolius, Guarnerius, Fuſcolus, Gualazanus, magiſter Johannes Feretta, Philippus, Zaniolus Cavalerius, Pepolus Cavalerius, frater Pepolinus, Jacobus Berardi, magiſter Amatorius, Drudus filius magiſtri Franciſci, Bonanſegna de Mutiliana. Et qui contradixerunt ſunt iſti: Naſolus, Camillus, Deudadeus de Zeſolo, Ugerius de Corvaria, Bonviſius de Selapara, Ugo Faba, magiſter Benencaſa, Guido Naſoli. Preſentibus teſtibus donno Albertino, & Ugolino clerico eccleſie ſancti Antonini ſupradicti, & Ugolino filio domine Johanne de dicto Burgo. Ibid. n. 13.

Ego Zuffolus filius Bonaventure Cafetti imp. auctoritate notarius de mandato predicti domni Albertini, ut ſupra, ſcripſi & publicavi.

CLII.

CLII.

Martinus IV. ſub apoſtolica protectione ſuſcipit monaſterium S. Mariæ de Porcilia prope Patavium.

Anno 1283. v. id. junii.

Ex autographo S. Mich. de Mariano. Capſ. 33. 3.

Ibid. n. 214 MArtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori & conventui monaſterii ſancte Marie de Porcilia Paduan. per priorem ſoliti puberoari ordinis ſancti Benedicti ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem offirii oſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem terras, domos, poſſeſſiones & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos domui veſtre auctoritate apoſtolica confirmamus, ac preſentia ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum &c. noſtre protectionis & confirmationis &c. Si quis &c.

Datum apud Urbem veterem v. idus junii pontificatus noſtri anno tertio.

A. Med.

Loca † ſigilli plumbei.

CLIII.

Sententia auditoris generalis apoſtolici legati, qua homines villa Scloe tenentur parere abbati S. Severi Ravennæ.

Anno 1283. x. decembris.

Ex archivo abbatiæ Claſſenſis.

Ibidem n. 12. EXemplum cujuſdam ſententie, cujus forma talis eſt. In nomine Domini, amen. Orta dudum inter religioſos viros abbatem & conventum monaſterii ſancti Severi Raveno. dioceſis ordinis Ciſtercienſis ex una parte, & commune ac homines terra Srloe Foro-populienſis dioceſis ſuper juriſdictione ipſius terre & hominum, quam dicti abbas & conventus tam de jure, quam de antiqua conſuetudine aſſerebant ad dictum eorum monaſterium plenarie pertinere ex altera, materia queſtionis, domnus Baruffaldus monachus & ſyndicus abbatis & conventus monaſterii ſupradicti ſyndicario & procuratorio nomine ipſorum & pro eis, & Caodolus Peppoli ſyndicus & procurator communis & hominum terre predicte procuratorio ſeu ſyndicario nomine pro eiſdem ac ſuo proprio nomine acceſſerunt ad preſentiam noſtram Bernardi de Laguſcello archidiaconi Aureliaci domini pape capellani generalis auditoris reverendi patris domini Bernardi Dei gratia Portuenſis epiſcopi apoſtolice ſedis legati, & exhibuit in judicio domnus Baruffaldus predictus dicto Candolo, recipienti nomine & vice communis & hominum predictorum, quemdam libellum, qui talis eſt: Coram vobis ven. patre domino B.. epiſcopo Portuenſi apoſtolice ſedis legato, & domino B.. archidiacono Aureliaci auditore veſtro ego domnus Baruffaldus monachus & ſyndicus abbatis & conventus monaſterii ſancti Severi de Ravenna Ciſtercienſis ordinis ipſorum nomine propono & dico, quod eum dictum monaſterium in villam, que dicitur Scloa, poſitam in dioceſi Foro-populienſi, & pertinentiis ejuſdem, & homines ville habeat & habere debeat pleniſſimam juriſdictionem, & ad ipſum monaſterium pertineat cum omni honore, & diſtrictu, cum bannis & placitis, & cum omnibus exactionibus & ſodris, & in predictorum poſſeſſione ſeu quaſi poſſeſſione fuerit dictum monaſterium per tempora longiora, commune & homines dicte terre denegant eidem monaſterio in predictis omnibus reſpondere & parere; quare ſyndicario & procuratorio nomine predictorum abbatis & conventus ſuppliro & peto predicta declarari ſic eſſe, & dictum commune, homines & perſonas dicte terre communiter & ſingulariter condempnari & compelli reſpondere, ſubeſſe & parere plenarie eidem monaſterio in omnibus ſupradictis, & hoc peto omni jure, quo melius poſſum. Quo quidem libello recepto per Candolum ſupradictum, & aſſignato ſibi peremptorio termino ad deliberandum ſuper ipſo libello, & ad proponendum omnes exceptiones dilatorias & declinatorias, quas proponere vellet, die prefixi termi-

ni comparuerunt ipſe partes in judicio coram oobis, & lecto ibi per ſeriem libello predicto, & vulgsriter expoſito, ſyndico ſupradicto idem Candolus nominc, quo dictum eſt, conſcſſus ſuis & recogoovic in judicio coram nobis, dictum commuoc Scloc, & homines ac ſeipſum debere parere, obedire & ſubeſſc abbati, conventui ac monaſterio ſupradictis in omnibus & ſingulia, quc continentur in libello predicto, & ad ipſos abbatem & conveotum ſpectare, prout in libello continetur predicto. Qua quidem confeſſione & recognitione ſic ſacta in judicio coram nobis, nos fideli relatione ſacta de premiſſis omnibus domino legato predicto, & petita, obtentaque licentia & poteſtate ab eo pronuntiandi & ſententiandi ſuper predictis de ipſius ſpecisli licentia & mandato, Dei nomine invocato, pronunciamus & pronuntisndo definitive ſententiamus, dictos ſyodicum, commune & homines terre Scloe debere parere, obedire & ſubeſſe abbati, conventui & monaſterio ſupraſcriptis in his omnibus, que continentur in libello predicto; & ad ea ipſum ſyndicum ſuo proprio nomine, & procuratorio nomine communis & hominum predictorum, & commune & homines predictos ſententialiter condempnamus. Cui ſententie dictus Candolus, nominc quo ſupra, ſtatim acquicvit, & ipſam approbavit & ratificavit. Quare nos eidem, nomine quo ſupra, precepimus, ut tam ipſa, quam ceteri homines & commune predicti pareant, obediant & ſubſint abbati, conventui & monaſterio ſupradictis ſecundum formam ſententie ſupraſcripte. Lata & proountiata ſuit hec ſententia per dominum auditorem predictum pro tribunali ſedentem Imole, preſentibus dictis partibus, & preſentibus religioſo viro domno Johanne abbate monaſterii ſancti Gaudeotii Ariminenſia, domino Jacobino Guardoli advocato, presbytero Hugolino rectore eccleſie ſancti Hermetis, Raimundo de Montereno domicello dicti domini auditoris, Nello Celli de Florentia clerico & pluribus aliis teſtibua. Anno Domioi milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio indictione undecima die decima menſis decembris pontificatus domini Martini pape IIII. anno tertio. Ego Johannes quondam Jacobi de Bononia apoſtolica & imperiali auctoritate notarius publicus premiſſis omnibus interſui, & de mandato domini auditoris predicti premiſſa omnia ſcripſi, eaque meo ſigno & nomine roboravi.

Et ego Bellious Ravennas imperiali auctoritate notarius, hoc exemplum ſententie ad authenticum inſtrumentum ſcriptum manu dicti Johannis notarii publici fideliter ſumpſi, ſcripſi & exemplavi ad petitionem dicti ſyndici monaſterii ſancti Severi predicti.

CLIV.

Licentia conceſſa abbati S. Gregorii de Urbe permutandi caſtrum Petræ-pertuſæ cum caſtro S. Viti.

Anno 1284. XXIII. januarii.

Ex codice San-gregoriano. pag. 205.

IN nomine Domini, amen. Evidenter pateat univerſia preſeotium notitiam babituris, quod noa Sabariſius epiſcopua Tiburtinus, frater Bartholomeus ſancti Pauli, & frater Maurua ſancte Praxedis de Urbe monsſteriorum abbatea recepimus nuper a ſanctiſſimo patre noſtro domino domno Martino ſummo pontifice literaa in hec verba. *Ibid. n. 19.*

Martinus epiſcopus ſcrvus ſervorum Dei venerabili fratri.. epiſcopo Tiburtino, & dilectis filiis.. ſancti Pauli, &.. ſancte Praxcdis de Urbe monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut nuper ad noſtrum pervenit auditum, Petrus dictus Scottus civis Romanus caſtrum Petre-pertuſe, cujus tertiam partem titulo locationis a monaſterio ſancti Gregorii de Urbe tenabat, baſilice principis apoſtolorum vendidit pro certa pecunie quantitate, ſicque idem Petrus in recompenſationem bujuſmodi tertie partis offerens ſe paratum tertiam partem caſtri de ſancto Vito ad ipſum pertinentis ſub eodem titulo recognoſcere ſe tenere a monaſterio ſupradicto, ac nihilominus in utilitatem ejuſdem monaſterii convertere quamdam pecunie quantitatem, a dilectis filiis abbare & conventu predicti monaſtarii, ſicut aſſeritur, petit inſtanter, ut recepta requiſitione hujuſmodi, & in utilitatem predictam pecunia ipſa converſa, ſuum preſteoi bujuſmodi venditioni conſenſum: quare iidem abbas & conventus credentes ſuper hoc ſacere conditionem hujuſmodi monaſterii meliorem, nobis humiliter ſupplicarunt, ut preſtandi conſenſum hujuſmodi eis licentiam largiremur. Nos autem de veſtre circumſpectionis induſtria confidentes, quod vos de facto & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, preſentium vobis tenores com-

mit-

mittimus, ut ſuper predictis diſcuſſione babita diligenti, ſi ad utilitatem prefati monaſterii ac alias etiam expedire videritis, ſuper quo veſtras intendimus conſcientias onerare, predictis abbati & conventui, quod recepta recognitione predicta, & hujuſmodi pecunia juxta veſtram prudentiam converſa, ut predicitur, in utilitatem monaſterii ſupradicti, premiſſe venditioni conſentiant, & concedatis auctoritate noſtra liberam facultatem. Datum apud Urbem-veterem quinto kalendas decembris pontificatus noſtri anno tertio.

Nos autem ad executionem mandati hujuſmodi diligenti ſollicitudine & ſollicita diligentia procedere intendentes, a diſcretis & religioſis viris fratre Bartholomeo abbate & conventu monaſterii ſancti Gregorii nominati queſivimus diligenter utrum crederent, tenerent & aſſererent, quod recepta recognitione dicte tertie partis caſtri de ſancto Vito ad ipſum dominum Petrum Scottum pertinentis facienda per eumdem dominum Petrum, quam ſe paratum offert titulo locationis recognoſcere ſe tenere a monaſterio ſupradicto in recompenſationem tertie partis caſtri Petre-pertuſe predicti venditi, ut eſt dictum, utilitati expediat monaſterii nominati, datis ducentis libris parvorum Senatus, ſicut convenerat inter eos in utilitatem ipſius monaſterii convertendis, qui abbas & conventus habito ſepius diligenti tractatu ſuper premiſſis in capitulo ipſius monaſterii ad hoc ſpecialiter congregato, nobis reſponderunt expreſſe, quod dicta recognitio tertie partis caſtri ſancti Viti prefati, per quam dictus dominus Petrus aſſerebat ſe paratum eſſe ſub eodem titulo recognoſcere ſe tenere eumdem in compenſationem tertie partis caſtri Petre-pertuſe prefati cum quantitate pecunie ſupradicta in utilitatem dicti monaſterii convertenda, utilitati eorum & dicti monaſterii expediret, dicentes, quod credunt, tenent & aſſerunt, ſi iſta fiant, quod conditionem ipſius monaſterii facerent meliorem. Demum nominatus dominus Petrus tertiam partem caſtri de ſancto Vito predicti ad ipſum pertinentis cum ſuo territorio & diſtrictu plene & legitime recognovit ſe tenere locationis titulo ab abbate & conventu monaſterii ſancti Gregorii ſupradicti pro eis & monaſterio eorumdem in recompenſationem tertie partis caſtri Petre-pertuſe; quam tertiam partem idem dominus Petrus tenebat locationis titulo a monaſterio memorato. Quod caſtrum Petre-pertuſe totum idem dominus Petrus baſilice principis apoſtolorum de Urbe vendidit pro certa pecunie quantitate, deditque nihilominus, ſolvit, & tradidit prelibatus dominus Petrus eidem abbati & conventui ducentas libras parvorum Senatus in bonis, puris & legalibus florenis auri, dictam quantitatem plene & integre valentibus, in utilitatem dicti monaſterii convertendas, de quibus apparent publica inſtrumenta ſcripta manu Leonardi ſcriniarii infraſcripti. Nos itaque diligenter conſideratis, que in hoc facto & ejus circumſtantiis neceſſaria & utilia eſſe poſſent, nobiſcum deliberantes plenarie, communicatoque plurium conſilio peritorum, ac alias diſcuſſione habita diligenti, quia nobis evidenter conſtitit ad utilitatem prefati monaſterii, ac alias etiam expedire omnibus ſupradictis plene, ſollicite & diligenter ſervatis, predictis abbati & conventui auctoritate nobis a ſummo pontifice in hac parte commiſſa, quod venditioni caſtri Petre-pertuſe prefati facte ab eodem domino Petro baſilice memorate conſentiant, concedimus tenore preſentium liberam facultatem. In quorum omnium teſtimonium & cautelam, ac certitudinem pleniorem preſens inſtrumentum publicum ſcribi & & fieri fecimus per Leonardum Jacobi Rubei judicem & notarium infraſcriptum. Actum apud hoſpitale ſancti Spiritus de Urbe in anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto, anno tertio pontificatus domni Martini pape quarti indictione duodecima menſis januarii die viceſima-tertia, preſentibus his teſtibus ad hec vocatis & rogatis, ſcilicet domino Adinulfo judice, domino Angelo Petri Matthei judice, domino Maximo judice, domino Franciſco de Flajano judice, domino Johanne preceptore ſancti Spiritus, & Johanne Cinthii.. Imp..

Ego Leonardus Jacobi Rubei ſancte Romane eccleſie auctoritate judex & notarius ſupradictas literas a me viſas & lectas, & diligenter examinatas & auſcultatas, integras, vera bulla bullatas, & omnis alia, quæ in hoc inſtrumento publico continentur, de mandato & auctoritate eorum dominorum epiſcopi & abbatis ſcripſi, & in publicam formam redegi,

CLV.

Digitized by Google

CLV.

Conſenſus monachorum S. Gregorii pro ſupradicta permutatione.

Anno 1284. XXIII. januarii.

Ex eodem codice membranacea pag. 208.

Ibidem.

IN nomine Domini. Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto anno tertio pontificatus domni Martini pape quarti indictione duodecima menſis januarii die viceſima tertia, in preſentia mei Leonardi Jacobi Rubei judicis & notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Conventus venerabilis monaſterii ſancti Gregorii de Urbe, ſcilicet frater Stefanus prior, frater Angelus, frater Sylveſter, alter frater Angelus, frater Johannes, frater Gentilis, frater Johannes de Mazzano, frater Petrus, frater Paulus, frater Benedictus, frater Nicolaus, & alter frater Paulus monachi dicti monaſterii nomine ipſius monaſterii, & pro eo certiorati de datione & conceſſione facta domno Bartholomeo abbati dicti monaſterii, & fratri Bartholomeo procuratori eorum pro dicto monaſterio a predicto domino Petro Scotto de tertia parte caſtri ſancti Viti & ejus tenimento, & de locatione a predicto domino Petro facta de ipſa tertia parte caſtri in cambium caſtri Petre-pertuſe & ejus tenimenti ..... dictus dominus Petrus tenebat jure locationis a dicto monaſterio de ducentis libris parvorum, & de .... preſtito per ipſos domnum abbatem & procuratorem nomine dicti monaſterii in venditione facta ab ipſo domino Petro baſilice principis apoſtolorum, & de omnibus & ſingulis contractibus....... & negocio hoc inde factis, & certa ſcientia & bona eorum voluntate, conſenſerunt omnibus predictis & ſingulis, ut continetur & ſcripta ſunt per me predictum notarium, & ea omnia ratificaverunt & acceptaverunt confitentes & aſſerentes ea ad opus, utilitatem & commodum dicti monaſterii factas eſſe, que omnia pro ipſis & eorum ſucceſſoribus .... dicto monaſterio jamdicto domino Petro Scotto, quam domino Petro judicis canonico & procuratori dicte baſilice perpetuo obſervare, & contra nullo modo venire ſub obligatione omnium bonorum dicti monaſterii, & pena quinque millium librarum parvorum. Teſtes dominus Adinulfus judex, dominus Angelus Petri Nicolai judex, dominus Maximus judex, dominus Jacobus Conſolinus judex, dominus Franciſcus de Flajano judex, dominus Johannes preceptor ſancti Spiritus & dominus Johannes Cinthii imp...

Ego Leonardus Jacobi Rubei ſancte Romane eccleſie judex & notarius, quia predictis interſui & ſcripſi, complevi & abſolvi rogatus.

CLVI.

Benedictio primi lapidis pro nova eccleſia erigenda Appurani facta ab Uguccione ep. Æſino.

Anno 1284. I. februarii.

Ex archetypo S. Romualdi de Urbe. XV. 9.

NOverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod nos Huguutio Dei gratia Æſinus epiſcopus a provido & ſapienti viro magiſtro Stefano canonico eccleſie ſancti Petri de Turrice, Marchie Anconitane in ſpiritualibus vicario generali recepimus litteras infraſcripti tenoris. Magiſter Stefanus canonicus eccleſie ſancti Petri de Turrice Marchie Anconitane in ſpiritualibus vicarius generalis venerabili in Chriſto patri domino .. Dei gratia epiſcopo Eſino ſalutem in Domino. Cum nos nuper .. abbati & conventui monaſterii ſancti Victoris de Cluſis ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis eccleſiam ſanctorum Petri, Michaelis & Paterniani ſitam in villam Appurani diſtrictus Roche-contrade Senogallienſis dioceſis transferendi ad alium locum ipſius ville licentiam duxerimus concedendam, paternitatem veſtram requirimus & rogamus, quatenus primarium lapidem, qui poni debet in ipſa eccleſia, benedicere debeatis. Datum Macerate die XVIII. menſis januarii XII. indictione. Quarum quidem litterarum auctoritate primarium lapidem ponendum in conſtructionem prelibate eccleſie ſub jam dictis vocabulis ſanctorum Petri, Michaelis & Paterniani benediximus juxta morem & ſanctorum patrum traditiones. In cujus quidem rei teſtimonium preſentes litteras fieri juſſimus noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Eſii primo die menſis februarii XII. indictione ſub annis Domini milleſimo CC. LXXXIIII. pontificatus domini Martini pape quarti. Ibid. n. 19.

CLVII.

CLVII.

Confirmant canonici Patavini priorem S. Mariæ de Porcilia.

Anno 1284. III. ex. ſebruario.

Ex archivo eorumdem canonicorum.

Ibidem n. 16. ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto indictione duodecima die tertio exeunte februario Padue in majori eccleſia ante archam ſancti Danielis, preſentibus fratre Aldevrandino de Regio de ordine fratrum Predicatorum, dompno Benvenuto priore ſancti Johannis de Viridaria, dompno Triofante loci ſancte Malgarite de Polveraria, dompno Antonio priore loci ſncte Marie de Trexonibus Paduane dioceſis, dompno Angelo & fratre Jacobo ſancte Marie de Riveria Polverarie & aliis, Venerabiles & diſcreti viri domni Bovetinus doctor decretorum archipresbyter, & capitulum ſive canonici eccleſie Paduane, quorum nomina infra ponuntur, eccleſia Paduana vacante, preſentata eis electione ſive poſtulatione facta de perſona fratris Sanſonis monachi ſancte Marie de Porcilia de Padua ordinis ſancti Benedicti in rectorem & priorem ejuſdem vacantis per mortem bone memorie fratris Philippi prioris ipſius, & diligenter examinata per ipſos, electionem confirmaruot &c.

CLVIII.

Charta circa electionem D. Theſauri ex priore Linarii in rectorem S. Antonini prope Faventiam.

Anno 1284.

Ex archivo S. Hippolyti Faventiæ.

Ibid. n. 13. IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, amen. Anno a nativitate Domini M. CC. LXXXIV. indictione XII. die XVII. ſeptembris Faventie in eccleſia ſancti Antolini, preſentibus teſtibus Benvenuto de Retai, Riccobono ſabro, Bencevene quondam Martinelli de Bagnacavallo, Ugnne Fara, Bunvito de Linari, Dino quondam Jacomini, & Gualterio Aguto ad hec vocatis & rogatis. Cum eccleſia ſancti Antolini civitatis Faventie rectore vacaret per renuntiationem domini presbyteri Bonaventure rectoris quondam eccleſie ſancti Antolini predicti, dominus dompnus Gerardus religioſus abbas monaſterii ſancti Ipoliti, de conſenſu & voluntate fratris Papolini, Albertini de Fugnano, Franciſci Lea, & Deutai, & Raſoli, qui nolens dicte electioni conſentire receſſit, parochianorum dicte eeclesie &c. quibus tradita eſt poteſtas a parochianis eccleſie ſupradicte eligendi rectnrem eum dicto domino abbate in eccleſia ſupradicta, ſicut patet &c. Dei nomine invocato ad honorem Dei, & beate Marie virginis matris ejus, & ad honorem ſaoctorum Antolini & Bricii, & beatorum Lsurentii & Hippolyti, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, necnon ad reverentiam ven. patris domini Viviani Dei gratia epiſcopi Faventini, poſtulando & eligendo poſtulavit dominum dnmnum Theſaurum priorem monaſterii ſancti Johannis de Linario comitatus Imole in rectorem, adminiſtratorem & gubernatorem dicte eccleſie ſancti Antolini.

Ego Michael magiſtri Benecaſe imperiali auctoritate Faventious ootarius predictis omnibus interſui, & rogatus ſcripſi & publicavi.

In Dei nomine, amen, Anno &c. M. CC. LXXXIV. indictione XII. die VII. menſis novembris preſentibus &c. Religioſus vir dommus Theſaurus prior conventus ſancti Johannis de Linario Imolenſis dioceſis electus in rectorem &c. eccleſie ſancti Antolini civitatis Faventie, ut patet &c. in preſentia ven. patris domini Viviani Dei gratia epiſcopi Faventini conſtitutus petiit humiliter ab eodem domino ſecum miſericorditer diſpenſari, & ipſam electionem, & ſe in rectorem ipſius eccleſie confirmari &c. Qui dominus epiſcopus audita petitione ipſius, ſcientia prehabita electionis preſate, conſideratis etiam morum honeſtate, moribus, converſatione & vita laudabili dicti domni Theſauri, volens eidem placere, & gratiam facere ſpecialem, cum ipſo domno Theſanro miſericorditer diſpenſavit, necnon electionem predictam & ipſum domnum Theſaurum in rectorem &c. ipſius eccleſie confirmavit, committens ei curam, regimen & adminiſtrationem plenariam tam ſpiritualium, quam temporalium eccleſie ſuprsdicte, precipiens eidem domno Theſauro, quod in ſupradicta eccleſia deinceps teneat unum monachum continue, qui una cum eo in dicta eccleſia deſerviant in divinis, & horis canonicis, & inſuper domnum Rainerium priorem de Broilo ſuum executorem fecit & nuntium ſpecialem, ut

dicte eccleſie in corporalem poſſeſſionem temporalium & ſpiritualium inducat. Tunc domnus Theſaurus dictam diſpenſationem & confirmationem acceptavit, & in ſignum reverentie & debite reverentie flexis genibus, & extracto caputio manum ipſius domini epiſcopi fuit humiliter oſculatus, & fidelitatis ſacramentum preſtitit, prout moris & paris eſt in talibus obſervari.

Ego Bartholomeus Baiſini ſacri palatii notarius, & nunc ſcriba atque notarius domini epiſcopi predictis interfui, & de mandato ipſius domini epiſcopi ſcripſi & rogatus publicavi.

CLIX.

Gratia abbas S. Victoris de Cluſis ſe abdicat ab abbatia S. Victoris de Cluſis.

Anno 1284. XIII. novembris.

Ex archivo S. Blaſii de Fabriano.

Ibidem n. 19. IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem milleſimo CC. LXXXIV. indictione XII. tempore domini Martini pape IV. die XIII. novembris, actum in diſtrictu Fabriani in palatio ſancti Victoris de Cluſis, preſentibus domino Jacobo de Cocorano, domino Philippo domini Jacobi, domino Thomaſio domini Fideſmidi, domino Morico Bolgarutii, Raynaldutio & Bonocomiti Ugolini de Almatano teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Domnus Gratia abbas monaſterii ſancti Victoris ſupradicti habita licentia & optenta, & etiam quia intendit & deſiderat deſcendere ad frugem melioris vite, in manus domini Lamberti & domini Franciſci recipientium nomine & vice venerabilis ſedis & capituli majoris eccleſie Camerini, ac etiam archidiaconi, ſedis & capituli ſupradicti, predictam abbatiam, rectoriam, adminiſtrationem & gubernationem monaſterii ſupradicti, bonorum & jurium pertinentium ad ipſum monaſterium in temporalibus & ſpiritualibus ceſſit, & reſignavit & renuntiavit, volens & intendens a ſe totaliter abdicare.

Anno &c. die &c. *ut ſupra*. Cum domnus Gratia abbas &c. peteret licentiam cedendi &c. abbatiam &c. monaſterii ſupradicti &c. eo quod eſt ſenex, valitudinarius & egritudine cum infirmitate impeditus, eo quod in eo deficiunt ſenſus corporis auditus & viſus, ita quod non poteſt, nec eſt habilis, & ſufficiens ad predictam abbatiam &c. ad hoc humiliter peteret a diſcretis & ſapientibus viris domino Lamberto de Preſolio canonico & auditore ven. ſedis & capituli majoris eccleſie Camerini, & a domino Franciſco vicario & procuratore &c. rev. viri domini Rambotti archidiaconi ſedis & capituli ſupradicti, & etiam ad hec ipſe dominus Gratia nuntios & procuratores tranſmiſit ad ſedem & capitulum ſupradictos; ideoque predicti dominus Lambertus & dominus Franciſcus inſpecta & conſiderata petitione predicta, & cauſa ſeu cauſis in ipſa petitione contentis, quia invenerunt cauſas predictas veras eſſe, & etiam per rei evidentiam, & etiam quia ſunt note & notorie, ita quod non poſſunt aliqua tergiverſatione celari, & etiam quia videbant dictum monaſterium egere rectoria & adminiſtratione alicujus probi & ſufficientis viri, dederunt licentiam eidem abbati cedendi, renuntiandi & readſignandi, prout ſuperius continetur.

Et ego Bonaventura auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui, ut ſupra legitur, rogatus, ſcripſi & publicavi.

In nomine Domini. Anno ejuſdem milleſimo CC. LXXXIV. indictione XII. tempore domini Martini pape IV. die XIII. novembris actum in diſtrictu Fabriani in choro eccleſie monaſterii ſancti Victoris de Cluſis, preſentibus domino Guarino priore eccleſie ſancti Venantii de Fabriano, domino Morico Bulgarutii, magiſtro Ufreducio notario de Camerino, & fratre Mattheo de ſancta Maria de Plebe teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Poſt hec dum predicti dominus Lambertus de Preſolio & dominus Franciſcus ...... dicerent & notificarent domno Bartholo, domno Gratie domini Raynutii, domino Ugolino domini Severii, domno Jentile domini Severii, domno Ugoni Raynaldi, domno Egidio domini Boni, domno Benedicto, domno Marco Compagnoli, domno Paulo Ricii, domno Grano, domno Donato, domno Raſi, domno Venture, domno Johanni, domno Deutalleve Boctii monachis & converſis, capitulo & conventui monaſterii ſupradicti, quod domnus Gratia predictus ceſſerat, reſignaverat & renuntiaverat abbatiam & rectoriam monaſterii ſupradicti in manus eorum, habita licentia, & expreſſa & approbata cauſa, prout plenius ſuperius continetur, rogantes eos, ut providere curarent monaſ-

naſterio ſupradicto de perſona idonea &c. predicti monachi & converſi in choro ipſius eccleſie ad ſonum campane, & etiam more ſolito congregati, viſa & conſiderata notificatione predicta, volentes conſulere & providere ipſi monaſterio viduato &c. nemine diſcordante &c. concorditer voluerunt & ordinaverunt, quod procederetur & procedi deberet ad electionem faciendam per viam & modum compromiſſi, & ſic quod compromitteretur per eos in aliquem, qui eligat, nominet & poſtulet quncumque jure & modo melius fieri poteſt pro ſue voluntatis arbitrio, abbatem, gubernatorem & rectorem monaſterii ſupradicti, & quod ei committuoc & committere debeant in electione facienda totaliter vices & voces eorum, dummodo eligendus ſit & eſſe debeat de gremio & conventu monaſterii ſupradicti & non extra..... &c.

CLX.

Citantur contradictores ad electionem rectoris S. Chriſtine ad Clanas.

Anno 1285. xx. ianuarii.

Ex archetypo S. Romualdi de Urbe. I. 3.

Ibidem n. 216. IN nomine Domini, amen. Anno Chriſti a nativitate milleſimo ducenteſimo LXXXV. domino Martino papa reſidente indictione XIII. die ſabbati XX. menſis januarii. Cunctis pateat evidenter, quod Gratia publicus notarius nuncius curie domini Guillielmi epiſcopi Aretini, ejuſque vicarii generalis accedens ad me notarium infraſcriptum retulit in nomine infraſcripto, quod die XVIII. dicti menſis januarii de mandato rev. viri domini Orlandi archipresbyteri Aretini judicis in hac cauſa per dictum dominum epiſcopum delegati, cum ipſius domini archipresbyteri literis patentibus, ejuſdem domini archipresbyteri ſigillo munitis, iverat ad eccleſiam ſancte Chriſtine ad Clanas Aretine dioceſis, & ad ipſam eccleſiam multis videntibus preſentaverat literas ipſas, & viva voce ex parte ipſius judicis citaverat, ad terminum in literis ipſis contentum, omnes & ſingulos volentes contradicere vel ſe opponere electioni facte per religioſum virum dominum Johannem abbatem monaſterii ſancte Marie de Agnano Aretine dioceſis de presbytero Piero ad regimen & gubernationem dicte eccleſie ſancte Chriſtine, que petitur confirmatione, quam ibidem principalis denunciaverat, dixerat & fecerat ea omnia, que ſibi erant injuncta, ex quo debebat denunciare, dicere & facere ſecundum formam ipſam literarum, & ſibi domum dimiſerat, & tradiderat Pucio de Clane ipſius eccleſie ſancte Chriſtine parochiano eaſdem literas, quarum tenor talis eſt . . . . . nos Orlandus archipresbyter Aretinus, cui ven. pater dominus Guillielmus epiſcopus Aretinus commiſit ſuper his plenarie vices ſuas . . . , &c. univerſis, & notificamus, quod religioſus vir dominus Johannes abbas monaſterii ſancte Marie de Agnano Aretine dioceſis preſentationem, electionem & proviſionem a ſe factam de presbytero Piero capellano eccleſie ſancte Marie in Gradibus de Aretio ad regimen eccleſie ſancte Chriſtine ad Clanas Aretine dioceſis poſtulat approbari per nos & etiam confirmari. Quare omnibus & ſingulis, quorum intereſt vel intereſſe poſſet, clericis, laicis & cujuſcumque profeſſionis exiſtant, denunciamus, quod volentes ſe opponere ipſi petenti &c. compareant ad diem lune XXVIIII. diem hujus menſis januarii apud plebem ſancte Marie Aretine coram nobis ad opponendum & contradicendum predictis in quantum de jure fuerit faciendum &c. Has autem apud prefatam eccleſiam ſancte Chriſtine preſentari palam volumus, & dimitti per Gratiam juratum civem dicti domini epiſcopi nuntium, cujus relationi de preſentatione harum, & ipſarum dimiſſione credemus. Datum Aretii die jovis XVIII. menſis januarii M. CC. LXXXIIII. tertiadecima indictione.

Facta fuit dicta relatio per ipſum Gratiam ante domum mei notarii infraſcripti, & firmata coram Domiſciano Uguccionis, & Nutio Redulfi notariis teſtibus ad hec rogatis.

Item ſub eiſdem anno & indictione die lune XXVIIII. dicti menſis januarii prefatus Gratia nuntius retulit, quod de mandato & ex parte ipſius domini archipresbyteri judicis acceſſerat ad domos nobilium virorum, qui vocantur filii Sere Aggi, & ibi requiſierat & citaverat dominos Gabrielem, Prineaſum, Aggolinum & Bertum, & omnes de domo eorum ad ipſorum domos, ut ſi vellent contradicere vel ſe opponere dicte electioni presbyteri Pieri, que petebatur confirmari, compareant hodie coram dicto domino archipresbytero judice ad hec delegato per dictum dominum epiſcopum.

Ego Rugerius quondam Rndulfi notarii filius auctoritate imperiali notarius &c. ſcripſi &c.

CLXI.

Literæ Martini IV. pro Camaldulenſibus circa decimas.

Anno 1285. idibus februarii.

Ex tabulario Fontis-boni. §. Brevia, num. 97.

Ibidem n. 20. MArtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio... abbati monaſterii ſancti Pancratii Florentin. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis.. prior & conventus heremi Camaldulenſis, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, quod de Fraſſeneta .. de Monte ſilveſtri .. de Veſpro.. de Tremngiano .. de ſancto Zenone .. de Vignole.. de Corſolnne .., & de Hontrina eccleſiarum rectores Aretine diocefis ſuper decimis terris, poſſeſſionibus, quadam pecunie ſumma, & rebus aliis injuriantur eiſdem ... Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, *&c.*

Datum Peruſii idibus Februarii pontificatus noſtri anno quarto.

CLXII.

Donatio terrarum facta monaſterio Carcerum ab Opizone marchione Eſtenſi & Anconitano.

Anno 1285. III. octobris.

Ex apographo abbatiæ Cameti.

Ibid. n. 41. IN Chriſti nomine, amen. Anno ejuſdem nativitatis M. CC. LXXXV. indictione XIII. Eſte in palatio domini marchionis die tertio intrante octobris, preſentibus teſtibus rogatis Alexandro Caniparin Eſtenſe, Mattheo filio naturali domni marchionis, Stizono filio Tedelgardi & aliis. Magnificus vir domnus Obizo Dei & apoſtolice ſedis gratia Eſtenſis & Anchonitanus marchio ob reverentiam beate virginis Marie, & in remiſſionem peccatorum ſuorum titulo donationis ſimplicis inter vivos dedit, donavit & conceſſit domno Paulo Rizzi monaſterii ſancte Marie de Carceribus recipienti nomine & vice dicti monaſterii jure proprio tres campos terre in quatuor petiolis poſitos in pertinentiis Eſte, Gazoli & Palſi, prima poſita eſt in villa Cantionis, uno latere & uno capite via, alio latere & capite unum campum; ſecunda eſt in pertinentia Palſi in Caleſina ſancte Marie, ab unoquoque latere & uno capite jura dicti monaſterii, ab alio capite via, & eſt circa unum campum; tertia petia poſita eſt in Gazolo in loco, qui dicitur Valtegnoſa, ab utroque latere jura dicti monaſterii, & Caſotus quondam Albrici de Caſotis, ab utroque capite jura ſancti Andree de Villa, & eſt circa medium campum, quarta petia eſt poſita in fundo Eſte in loco, qui dicitur Burſa, ab uno latere & capite via, ab alio latere & capite jura dicti monaſterii, & dedit ei licentiam intrandi & tenendi tenutam & corporalem poſſeſſionem dictarum rerum, ad habendum, tenendum *&c.*

Ego Ugucius notarius de Porto fui preſens predictis, rogatuſque ſcribere ſcripſi.

CLXIII.

Canonici Foro-populienſes confirmant abbati Biſurci conceſſionem Ravaldini epiſcopi.

Anno 1285. XVIII. octobris.

Ex autographo S. Laurentii de Florentia. n. 167.

IN nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti amen. Anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto die decimo-octavo menſis octobris, indictione tertiadecima in canonica Foro-populienſi in caminata camere domini prepoſiti Foro-populienſis tempore ſanctiſſimi pape Honorii quarti, preſentibus teſtibus infraſcriptis, & me Anſelmo auctoritate imperiali notario ad hec teſtibus vocatis & rogatis. Nos Henricus canonice Foro-populienſis prepoſitus cum conſenſu & voluntate fratrum meorum dominorum canonicorum, ſcilicet domini presbyteri Johannis de Sapignano, presbyteri Johannis Salazii, presb. Benevenuti de Meldula, & domini Anſelmi diaconi canonicorum canonice ſupradicte, & ipſis dominis canonicis nobiſcum pariter agentibus & volentibus, approbamus, conſentimus, ratificamus & confirmamus conceſſionem ſeu privilegium factum a venerabile olim b. m. domino Ravaldino Dei gratia Foro- Ibid. n. 11.

ropo-

ropopilienſi epiſcopo domno Alberto abbati monaſterii ſancti Benedicti, quod vocatur in Alpe vulgariter in Beſurco, huic ratificationi preſenti & recipienti pro ſe ſuiſque fratribus & ſucceſſoribus manentibus ad ſervicium dicti monaſterii de plebe ſancti Martini, que vocatur in Alpe, cum decimis, primitiis & offertionibus ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus, a primo latere colina de monte Veclo, a ſecundo rivus qui nominatur Bracularia, qui deſcendit ad colinam, a tertio rivus, qui nominatur Florentinus, a quarto latere colina, que vocatur Caſtellana, & cum omnibus exiſtentibus in dicta conceſſione ſive privilegio ſcripto manu quondam Vitalis de Bocacia notarii de Foro-popilio ſub anno Domini milleſimo CC. LXXXII. die XVIIII. menſis martii decime indictionia tempore ſanctiſſimi patris domini Martini olim pape quarti, dicte conceſſionis inſtrumento ſeu privilegio a me ſupradicto notario viſo, & intraſpecto omnia, que in ipſo privilegio ſeu conceſſione plenius continetur, ipſi prepoſitus & canonici grata habnerunt, approbaverunt, ratificaverunt & confirmaverunt.

Interfuerunt ibi teſtes presbyter Bencevene rector eccleſie de Caſtenzane Foro-livienſis dioceſis, Antonio hoſtiario ſupradicte canonice, & Salavizio ſerviente ſupradicti presbyteri, & Johannis de Salazio canonici & aliis pluribus.

Ego Anſelmus Mediolanenſis dioceſis Dei gratia ac imperiali auctoritate notarius preſens fui, & publicavi de voluntate & mandato dicti domini prepoſiti & canonicorum predictorum.

CLXIV.

Gerardus prior Camaldulenſis approbat donationes factas eccleſiæ S. Martini de Opitergio.

Anno 1286. XVI. intrante junio.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano, Capſ. 63. 42.

Ibid. n. 16. ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto indictione XIIII. die dominico XVI. intrante junio, preſentibus Uſpinello notario de Lavazola, Wecello de Salico de Opitergio &c. dominus presbyter Auliverius de Opitergio rector eccleſie ſancti Martini de Opitergio de ordine Camaldolenſi preſentavit hanc laudationem & reformationem infraſcriptam Pegolono ſindico fradaje dicti loci ſancti Martini de Opitergio & domino Catanio de Opitergio de dicto ordine & fradaje ſancti Martini, tenor cujus laudationis & reformationis, ratificationis & confirmationis talia erat, In nomine Domini amen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto indictione quartadecima die XIIII. exeunte madio in capitulo monaſterii ſancte Marie de Vangaticia ordinis Camaldolenſis. Ibique ven. pater domnus Gerardus prior heremi Camaldolenſis & totius ordinis generalis de conſenſu & voluntate fratrum & monachorum dicti ordinis Camaldolenſis, ſcilicet dompnorum Zamboni, Albertini, Gerardi, Bernardi, Avezutti, Feliciani, Tomaſii, Franciſchi, Gualpertini, Bonjohannis & Albertucii nomine & vice dicte heremi & ordinis ratificavit, approbavit & confirmavit inſtrumentum donationis & conceſſionis facte per Pegolonum de Opitergio ſindicum fradaje ſancti Martini de Opitergio presb. Auliverio rectori dicti loci ſancti Martini recipienti nomine vice ſancti Martini de ordine Camaldulenſi de quibuſdam poſſeſſionibus & decimis in dicto inſtrumento conceſſionis & donationis contentis, ut in ipſo inſtrumento conſtabat manu Nicolai filii Boni ſacri palatii notarii de Opitergio facto ſub annis Domini M. CC. LXXXV. indictione tertiadecima die dominico quinto intrante auguſto. Actum in eccleſia ſancti Johannis-baptiſte de Opitergio a me infraſcripto notario viſo & lecto, quod inſtrumentum & pacta in eo contenta prefatus dominus prior Camaldolenſis cum predictis fratribus & monachis confirmavit &c. teſtibus magiſtro Franciſco notario de Bond..no, Jacobino filio quondam Johannis de Mutina, & Johanne archipresbytero de Caveſans, que laudatio &c. ſcripta fuit manu Manelmi quondam magiſtri Fini de Vicentia imperiali auctoritate notarii &c. Actum in caſtro Opitergii ſub porticu canipe fratris Odorici Mutti, & nunc habitatoris ipſius.

Ego Nicolaus filius Boni ſpeciarii de Opitergio ſacri palatii notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

CLXV.

Conceſſiones indulgentiarum factæ a quatuor epiſcopis in conſecratione eccleſiæ S. Blaſii de Fabriano.

Anno 1287.

Ex autographis ejuſdem S. Blaſii.

Ibid. p. 27. VEnerabili in Chriſto patri & domino domino Rambocto Dei gratia Camerinenſi epiſcopo frater Thomas eadem gratia Interamnenſis epiſcopus in vero ſalutari ſalutem. Concedendi indulgentiam, quam dare poſſumus ſecundum ſanctorum canonum inſtituta, & illis perſonis, quibus de jure poſſumus, venientibus tam ad conſecrationem eeeleſie ſancti Blaſii de Fabriano veſtre diœceſis per vos ſecunda die dominica menſis maji proxime venturi auctore Domino conſecrande, & per octo dies ſequentes, quam etiam in anniverſario conſecrationis ejuſdem & per ejus octavam, & in feſtivitatibus ſancti Blaſii, ſancti Stephani, ſancte Cecilie & ſancte Agnetis auctoritate preſentium venerabili paternitati veſtre totaliter committimus vices noſtras. In cujus rei teſtimonium & certitudinem pleniorem preſentes literas fieri fecimus, noſtrique ſigilli munimine roborari. Datum apud Interamnam die III. menſis maji indictione XV. ſub anni Domini M, CC. LXXXVII. eccleſia Romana vacante,

Similes dedit Accurſius epiſcopus Piſauvienſis. Datum Penſaurii die XX. aprilis XV. indictione ſub anno domini M. CC. LXXXVII. apoſtolica ſede vacante.

Similes pariter dedit Guillielmus epiſcopus Callenſis. Datum Callii in epiſcopatu die XVIII. aprilis anno Domini M. CC. LXXXVII. indictione XV. eccleſia Romana paſtore vacante.

Berardus Dei gratia epiſcopus Auximanus univerſis Chriſti-fidelibus, ad quos iſte litere advenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ven. pater dominus Ramboctus Dei gratia epiſcopus Camerinenſis eccleſiam ſancti Blaſii de Fabriano ſue diœceſis ſecunda dominica menſis maji proximi venturi ſavente Dominn conſecrare intendat, & nos ſuis literis decreverit requirendos, ut indulgentiam noſtram dicte conſecrationis concedere dignaremur; nos preces predicti domini epiſcopi, quas loco mandatorum ſuſcipimus, ad exauditionis gratiam deducentes, auctoritate ipſius domini epiſcopi freti, confiſi de omnipotentis Dei miſericordia, beate Marie ſemper virginis ejus matris, beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, necnon glorioſorum Leopardi & Vitaliani patronorum noſtrorum meritis glorioſis, omnibus vere contritis penitentibus & confeſſis, qui die conſecrationis hujuſmodi & uſque ad octavam ad dictam eccleſiam acceſſerint, unum annum venialium, quadraginta dies mortalium de injunctis eis penitentiis, & in anniverſario die conſecrationis quadraginta dies miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentes literas exinde fieri fecimus noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Auximi anno Domini M. CC. LXXXVII. apoſtolica ſede vacante die XXII. menſis aprilis.

Pendent cordulæ ſigillorum deperditorum.

CLXVI.

Termini terrarum ſtatuti inter Opizonem marchionem Eſtenſem & monaſterium Vangaticienſe.

Anno 1289. III. junii.

Apud Silveſtriam Paludi Adriane, pag. 78.

IN Chriſti nomine, amen. Anno Domini milleſimo CC. LXXXIX. indictione II. die III. intrante junio in infraſcriptis vallibus & locis, preſentibus Zenario quondam Nigri de Ponticulo, domino Gratiano filio domini Marcheſini de Ponticulo, Stefano de Finale, Majalotti & aliis. Ibique Juriſendus de Ponticulo, Pontius Veza de eadem terra, Daniel de Gragnano, Enſegna ejuſdem terre, Paſqualis de Gragoano, [illegible] minus Torellus de Broſeda, dominus Amator de Broſeda, Johannes quondam Viviani de Broſeda, jurati electi communi concordia & conſenſu a domno Jacobo de Forlivio vicario monaſterii & capituli ſancte Marie de Vangadicia pro ipſo monaſterio ex una parte, & domino Bonifacio Campario Rodigii pro magnifico viro domino Obizone Dei gratia marchione Eſtenſe ex altera, ad confinandum valles infraſcriptas poſitas in comitatu Rodigii, ſcilicet in fundo Ponticuli & in fundo Borſede. In primis confinaverunt unicorditer & terminos poſuerunt modo & ordine infraſcripto, videlicet. In primis poſuerunt unum palum de ligno in campo de Rio, ſecundo loco unum alium palum de ligno in me- Ibid. p. 81.

natu

natu de Rio tertio loco poſuerunt nnum alium palum de ligno io putco Tridentii; quarto loco poſuerunt unum alium palum de ligno in capite putei Tridentii; quinto loco poſuerunt unum alium palum de ligno in Campeelo Alberti; ſexto loco poſuerunt uoum alium palum de ligno in dicto Campeelo; ſeptimo loco poſuerunt unum alium palum de ligno in loco, qui dicitur Calo; octavo loco poſuerunt unum alinm palum de ligno in dicto Campeelo Cali juxta viam, que vadit ad moleodinum; nono loco poſacrunt unum alium palum io campo Comiagi, decimo & ultimo loco poſueruot unum aliam palum de ligno in loco, qui dicitur Cantone Girardi, ea videlicet ratione & jure, quod predictus domnus Jacobus vicarius dicti monaſterii pro ipſo monaſterio, capitulo & conventu ejuſdcm, & etiam ipſum monaſterium habeant, teneant & poſſideant, & pro ſuo tamquam rem ſuam & propriam dictas valles verſus mane, quantum protenditur jus dicti monaſterii; & quod dictus Bonifacius pro dicto marchione, & ipſe dominua marchio habeant, teneaot ac poſſideant pro ſuo tamquam rem ſuam & propriam dictas valles verſus ſero, quantum protenditur jus dicti marchionis, volentes, intendentes & mandaotes, quod predicte partes de cetero ita debeant tenere & poſſidere pacifice & quiete dictas valles, uc ſuperius confinate ſunt per eos, ſalvo ſi aliquo tempore alique confines reperireotur facte hinc inde, quod illis legitimis confinibus, que imposterum apparerent, teſtibus vel inſtrumentis ſtetur & credatur per ipſas partes, noo obſtantibus his, que ſuperius continentur, quia ſic placitum partibus antedictis. Que omnia & ſingula ſupradicta approbata & confirmata fuerunt a partibus ſupradictis, preſentibus etiam, & volentibus & conſentientibus domno Nilano, & domno Zambono monachis dicti monaſterii, & pro ipſo monaſterio, Promittentes dicte partes inter ſe ad invicem, & una pars alteri ſollemni ſtipulatione, attendere, & integraliter obſervare, & omnia & ſingula, que ſuperius continentur, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & ſub pena ducentarum librarum parvorum Venetorum, que toties committatur & cxigi poſſit cum effectu, quotiens in aliquo cootrafactum pro quolibet capitulo ſupraſcripta non obſervatn, qua pena commiſſa vel oon commiſſa, ſoluta vel noo ſoluta, omnia & ſingula ſupraſcripta cum obligatioone dicte pene & bonorum in ſua permaoeant firmitate.

CLXVII.

Electio rectoris in eccleſia S. Donati de Colle-paſſano facta a monachis Vallis-caſtri.

Anno 1289. XIII. auguſti.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine, amen. Anoo M. CC. *Ibid. n. 35.* LXXXVIIII. indictione ſexta tempore domini domini Nicolai pape quarti. Actum in monaſterio Vallis-caſtri die XIII. menſis auguſti, preſentibus Salinbene Actonis, Johanne Bartholutii & Mattheo Nicolai teſtibus rogatis. Cum inſtitutio & deſtitutio capellani, rectoris & gubernatoris in eccleſia ſancti Donati de Colle-paſſano ex longiſſima cooſuetudine ſpectaverit & ſpectet ad abbatem & monaſterium Vallis-caſtri, & dompnus Petrus de Saſſo-ferrato, qui ſe gerebat pro abbate dicti monaſterii Vallis-caſtri, ad preſens ſit ſuſpenſus ab aminiſtratione abbatie ipſius mooaſterii per veo. patrem dominum Rambo&tum Camarioenſem epiſcopum, dompnus Petrus prior dicti monaſterit Vallis-caſtri, & dompous Guido prepoſitus & conventus ipſius monaſterii Vallis-caſtri nolentes, qood jura ipſius monaſterii propter ſuſpeoſionem ipſius abbatis depereant, & maxime in eccleſia ſancti Donati in de Colle-parano, & credentes, quod ipſa eccleſia ſancti Donati in temporalibus & ſpiritualibus per dompnum Fidentium monachum Vallis caſtri poſſit ſalubriter & utiliter gubernari, predictus dompnus Petrus prior, & dompnus Guido prepoſitus cum voluntate & conſenſu dompoi Michaelis, dompoi Johaonis de Aqua-pagana monachorum, fratris Marci & fratris Benevenuti converſorum dicti monaſterii unaoimiter & concorditer ocmine diſcordaote in capitulo dicti monaſterii ipſum dompnum Fidentium in temporalibus & ſpiritualibus inſtituerunt, prefecerunt, ac etiam ordinaverunt in capellanum, & rectorem & gubernatorem predicte eccleſie ſancti Donati & adminiſtrationem ipſius eccleſie in temporalibus & ſpiritualibus pleno jure coomiſerunt, ad ipſius prioris, prepoſiti & cooventus beneplacitum contuleruot.

Ego Salimbene Philippy imperiali auctoritate notarius rogatus ſcripſi & publicavi.

CLXVIII.

CLXVIII.

Petrus prior Vallis-caſtri citat Raynaldum præpoſitum S. Michaelis de Templano ſibi ſubjectum.

Aono 1289.

Eu eodem archivo.

Eisdem; DOmpnus Petrus prior monaſterii & capituli Vallis-caſtri dompno Raynaldo prepoſito eccleſie ſancti Michaelia de Templaoo, ſalutem in Domino.

Quia per te intendimus ſcire & inquirera, & diligentius invenire jura monaſterii Vallis-caſtri, & precipue ea, que dicta ecelefia ſancti Michaelis ipſi monaſterio dare & exhibere tenetur, preſeotium auctoritate te requirimus & moaemus nibilomiaus tibi ſub excommunicationis & privationis beneficii, ſi quod in dicta eccleſia habere pretendis, penas, quas ipſo facto te incurrere volumus, ſi preſentia noſtri mandati contemptor extiteris, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus III. die poſt preſentatiooem preſaotium, quos tibi pro primo, ſecundo, tertio perentorio duximus adſiguandum, perſonaliter compareas coram nobis, dicturus nobis ſuper his plenarie veritatem, & nihilominus reſpooſurus nobis ſen ipſi monaſterio Vallis-caſtri ſuper juribus, in quibus nobis ſeu ipſi monſterio nomine dicte eccleſie ſancti Michaelis reſpondere teneris, alioquin ad exactionem ipſarum penarum ſuadente juſtitia procedemus. Datum apud dictum monaſterium Vallis-caſtri Camerinenſis dioceſis die XVIII. julii, ſecunda indictione; & quia ſigillum proprium non habemus, ſigillo dompni Franciſci . . . . . litteras fecimus ſigillare. Datum ut ſupra milleſimo CC. LXXXVIIII. indictione ſecunda die...

CLXIX.

Nicolai IV. litera contra moleſtantes bona & jura Camaldulenſium.

Anno 1290. idibus aprilis.

Ex autographo Fontis-boni. n. 98.

Ibid. n. 38. NIcolaus epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio . . abbati monaſterii ſancte Marie majoris Florentin. ſalutem & apoſtolicam beoedictiooem. Dignum eſſe dinoſcitur, ut glorìantibus in malitia per nos talirer obſiſtatur, quod repreſſis eorum ioſultibus vacantes divino cultui malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum itaque dilecti filii . . prior & conventus heremi Camalduleoſis per priorem ſoliti gubernari ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis Aretine dioceſis, ſicut ex parte ipſorum fuit propoſitum coram nobis a oonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, in perſonis & bonis ſuis multipliciter moleſtentur. Nos volentes eorumdem prioris & conventus providere quieti, & moleſtatorum ipſorum malitiis obviare, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eiſdem priori & conventui contra raptorum, predonum & invaſorum audaciam preſidio defenſionis aſſiſtens, non permittas eos io perſonis & bonis predictis a talibus moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, attentius proviſurus, ne de iis, ſuper quibus lis eſt ſorte jam mota, ſeu que cauſe cognitionem exiguot, & que perſonas & bona hujuſmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas, nec epiſcopum alioſve ſuperiores prelatos excommunicationis vel ſuſpeoſionis, aut in univerſitatem aliquam interdicti ſententias promulgare preſumas. Nos enim, ſi ſecus preſumpſeris, tam preſentes literas, quam etiam proceſſum, quem pee te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet oon excedas, preſeotibus poſt triennium minime valituris.

Datum Rome apud ſanctam Mariam majorem idibus aprilis pontificatus noſtri anao tertio.

CLXX.

Formula, qua utebatur Gerardus prior pro commendandis fidelium pietati eccleſiis reparatione indigentibus.

Circa Annum 1291.

Ex codice Fontis-boni.

UNiverſis Chriſti-fidelibus preſeotes lireras inſpecturis frater G. . peccator & monachus, prior, licet non ſuis meritis, facre eremi Camalduleoſis & to- Ad lib. XLV n.

tius

Digitized by Google

tius ejuſdem ordinis generalia per vere pénitentie fructum potiri beatitudinem ſempiternam. Mira conditoris humani generis & immenſa clementia, que peccatoribus benigne propitiatur, humilibus remittit ex piorum operum exhibitione judicium, & transmutandi genere benigniſſimo miſeris transformat, & anime lenimenta prius contritionis aſſumpte ſpiraculum horrende amaritudinis & extreme damnationis debitum, quod fragiles & ad lapſum proclives plerumque miſere mortalium contrahunt actiones. Itaque pietatis opera perficere opinamur, dum fidelibus per eleemoſinarum ſemitas, quibus peccatorum hominum admiſſe macule deterguntur, meritorum cauſas oſtendimus, & ad eos ad ſalutis mercedem ſubſidia provocamus. Igitur cum abbas, prior & fratres monaſterii S..... dioceſis ... ordinis prelibati eorum eccleſiam, que pre vetuſtate nimia periculi ruinam quotidianam innuit, de novo confeſtim reedificare deſiderant, ab ipſius eccleſie fundamentis ſumptuoſis expenſis & operibus fructuoſis, & ad dictum tam opus laudabile perficiendum facultates proprie non abundent, fidelium ſibi querunt opportunum ſubſidium impartiri. Quocirca univerſitatem veſtram hortamur in Domino, & per viſcara miſericordie Dei noſtri propenſios deprecamur, quatenus predicto abbati vel priori & ipſius fratribus ſive nunciis de bonis vobis divina voluntate conceſſis largas eleemoſynas & utilia ſubſidia conferatis; ita quod predictum opus per veſtra beneficia poſſit ad animarum ſalutem & Dei omnipotentis laudem & gloriam felicitate jucunda & incipi, & finiri. Nos autem, ut Chriſti-fideles ad ſalutis premium invitemus, de divina miſericordia & bonitate confiſi, & beate Marie virginis ac beatorum Benedicti & Romualdi noſtrorum ſpecialium patronorum, necnon & ſancti ... cujus inibi vocabulum veneratur, omnes, qui ad predictum conſtruendum opus manus porrexerint adjutrices, omnium ſpiritualium beneficiorum, miſſarum videlicet & orationum, pſalmodiarum, jejuniorum, eleemoſinarum & contemplationum, ac ceterorum omnium bonorum, que in ſancta Camaldulenſi eremo & ordine univerſo fiunt, & fient imposterum conſortes facimus, & per preſentem paginam digno pro meritis participio communimus. In cujus rei teſtimonio predicto abbati ſeu priori, & ipſius fratribus has literas noſtri officii conſueti ſigilli appenſione munitas decrevimus concedendas. Datum &c.

CLXXI.

Jura monaſteriorum Gualdi & S. Victoris de Cluſio circa eccleſiam S. Stephani de Montagnano.

Anno 1291. xx. maji.

Ex autographo S. Catharinæ Fabriani.

GUarinus prior ſancti Venantii de Fabriano, & in hac parte ſummi pontificis delegatus, diſcretis & religioſis viris abbati & conventui monaſterii ſancti Benedicti de Gualdo ordinis ſancti Benedicti Nucerine dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis me una cum domno priore ſancti Medardi de Roccacontrada Senogallienſis dioceſis, & Nicolao de Saſſoferrato Senogallienſi canonico recepiſſe literas in hac forma. NICOLAUS episcopus ſervus ſervorum dei dilectis filiis ſancti Medardi de Roccacontrada, & ſancti Venantii de Fabriano ſecularium eccleſiarum prioribus Camerinen. & Senogallien. dioceſis, ac Nicolao de Saſſoferrato canonico Senogallienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis abbas & conventus monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis dioceſis petitione monſtravit, quod abbas & conventus monaſterii ſancti Benedicti de Gualdo ordinis ſancti Benedicti Nucerine dioceſis aſſerentes, quod ipſi ſuper eccleſia ſancti Stephani de Montagnano, quam in proprios uſus ſe habere dicebant, quibuſdam pecuniarum ſummis & rebus aliis injuriatum eſt eiſdem, noſtras ſuper hoc contra ipſos ad te fili prior ſancti Medardi in forma literas impetrarunt. Ut ergo judicium ſine ſuſpicione pergat, ad te fili prior ſancti Venantii ad inſtantiam ipſorum abbatis & conventus monaſterii ſancti Victoris, te vero fili Nicolae ex officio noſtro de fine cauſe hujuſmodi duximus adjungendos. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, ut dictum eſt, tam ipſa ad litis conteſtationem proceſſum in ea ratione previa procedatis juxta predicta; ad te prior ſancti Medardi ſuper hoc directarum continentiam literarum. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur, Datum apud Urbem-veterem nonis maji pontificatus noſtri anno quarto. Cum itaque mandatum tanti patris & domini velim & tenear exequi reverenter, & predictus dominus Nicolaus, quotum ad citationem & inhibitionem fa- Ibid. n. 10.

cien-

ciendam uſque ad litis conteſtstionem per ſuas ſpecisles literss mibi commiſit vices ſuas. Nos autem auctoritate, qua fungimur in hac parte, vice noſtra, & ex commiſſione mibi facta a prefato domno Nicolao, requirimus & citamus, quatenus die xxIIII. menſis maji preſentis coram nobis & prefato priore ſancti Medsrdi per veſtrum ſindicum ſufficienter inſtructum procuretis legitime comparere ſuper queſtione predicta cum psrte altera, ut juris ſuerit & nobis videbitur mediaote juſtitia proceſſurum. Alias in cauſa predicta procedemus, in quantum inſtantia, ſuadebit, veſtra contumacia & abſtutia noo obſtante; nihilominus vobis auctoritste preſenti vice noſtra, & predicti domini Nicolai preſentis auctoritate, qua ſungimur, inhibemus in cauſa predicta coram dicto domino priore ſancti Mcdardi vel ejus ſubdelegaio nullam novitatem ſacere preſumatis. Data Fabriani die xvIIII. maji. Date & preſentaie ſuetunt dicte litere dompno Guilichmo abbati monaſterii ſsncti Benedicti de Gualdo per domnum Egidium monachum ſsncti Victoris de Cluſis anno M. cc. xcr. indictione IV. tempore domini Nicolsi pape IV. die xx. maji Gualdi io clauſtro monaſterii ſancti Benedicti.

Ego Elimoſina Bonohomine notarius ſcripſi,

CLXXII.

Eccleſiæ S. Nicolai, S. Viti, & S. Martini de Funto ad inſtantiam Tiſonis de Campo S. Petri earum patroni ab abbate Fullinæ conceduntur presbytero Magnano.

Anno 1292. xI. februarii.

Ibid. n. 14. ℣ *Ex tabulario monaſterii Fullinæ* n. 484.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo indictione quinta die lune undecimo intrante ſebruario, preſentibus dominis Tiſone de Campo ſancti Petri, Zuliano Novello &c. Coram ven. patre domino dompno Leonardo Dci gratia abbate de Fulina presbyter Magnanus plebanus ecclcſie ſancti Petri de Funto reſutavic eccleſiss & beneficia ſanctorum Nicolai, Viti & Martioi de Funto in msnibus dicti domini abbatis flcxis genibus dicens, quod ſi intromiſit ſe aliquando in dictis eccleſiis, quod nullatenus ſe intromittere volebat ſine expreſſo verbo & mandato dicti domini sbbatis, & ſe penitebat de intromiſſione, & a dicto domino abbate cum inſtantia indulgencism petebst & abſolutionem, ſi vincullo excommunicationis ſorec predicta de csuſa colligatus: unde predictus dominus abbas videns humilitatem predicti presbyteri Magnani, & ſentiens ipſam tsntam eſſe, ipſum a quolibet vinculo excommunicationis & inregularitatis, suctoritate, qua fungebatur in hac parte, abſolvebat, & abſolvit.

Actum Taryiſii ſub porticu domus monaſterii de Fulina.

Ego Mstrheus de Cſtegedo ſacri palatii notarius interſui & ſcripſi.

Aano Domini milleſimo cc. nonageſimo ſecundo indictione quinta die lune xI. intrante ſebruario, preſentibus domino Zuliano Novello, Mariſto quondam Ordani de Mariſto &c. & sliis. Coram ven. patre domino dompno Leonardo Dei gratia ſancte Marie de Fulina digniſſimo abbate nobilis vir dominus Tiſo de Campo-ſsncti-Petri tamquam patronus eccleſiarum ſanctorum Viti, Nicolai & Martini de Funto preſentavit presbyterum Msgnanum de Funto dicens, quod ipſum presbyterum Magnanum de beneficiis ipſarum eccleſisrum inveſtire deberet, qui dominus abbas ſuo oomine, & vice & nomine ſancte Msrie de Fulina, de beneficiis dictarum eccleſiarum ad poſtulationem dicti domini Tiſonis patroni dictarum accleſiarum propria manu oſculo ipſius genibus flexis ipſius presbyteri inveſtivit, dans eidem verbum, & licentiam poſſe corporalem de predictis eccleſiis intrandi & apprehendendi in hunc modum & ſormam, quod ſi dictus preſbyter Msgnanus haberet publicam ſamam de aliqua foca.. i.. vel contra honeſtatem viveret, quod iſta inveſtitura nil ſibi valeat, ſed potius ſit extra dictam inveſtituram, & quod oullum debeat dicto domino dompno abbate predicta inveſtitura prejudicium generare, ſed potius ſit in ipſius presbyteri anime detrimeoto. Et ibi io continenti ad apprehendendam poſſeſſionem dictarum eccleſisrum dedit & conceſſit dompnum Artuſinum monachum dicti loci tunc preſentem executorem.

Actum Tarviſii ſub porticu domus monaſterii de Fulina.

Ego Mattheus de Caſtegedo ſacri palatii notarius interſui & ſcripſi,

CLXXIII.

CLXXIII.

Bernardus abbas Vangaticienſis erigit in monaſterium monialium ordinis S. Benedicti eccleſiam S. Petri de Eſte.

Anoo 1292. xv. decembris.

Ex autegrapho Vangaticienſi.

l. n. 15. IN nomine Domini, emen. Anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo nooageſimn ſecuedo indictiooe quiota die quiota decima menſis decembris inrrantis in preſentia mei notarii & teſtium infraſcriptorum. Cum locus ſive eccleſie ſancti Petri ſitus in villa de Eſte in contrata ejuſdem ſancti Petri, cui coheret a duobus lateribus via communis, & uno capite flumen & pons canonice, pertinens in temporalibus & ſpiritualibus ad dominum abbatem, monaſterium & conventum ſancte Marie de Abbaria Vangadicie dioceſis Paduane, conſtitutus fuerir ad divina miniſteria celebranda, & nunc propter defectum clericorum ſecularium & confrarrum, necnon religioſarum perſonarum idem locus in deſolatione permanens, inhabitatua eriam dudum fuerit & incultus, adeo quod ad ruinam devenit, nec ibidem divine myſteria aliqualiter celebrantur, immo, quod horrendum eſt dicere, factus eſt locus predictus quodammodo ſtabulum beſtiarum, ita quod dictum monaſterium, cui ſubeſt, nullam utilitatem ex eo poteſt conſequi vel habere, &, quod pejus eſt, propter defectum divinorum Deum offendi dignoſcitur, & ex hoc plurimorum ſcandalum ſuſciratur. Volens itaqoe reverendus vir dompnus Bernardus Dei & apoſtolica gratia abbas monaſterii & conveotus predicti ſindicus & yconimus dicti loci, nt continetur in carta ſindicarus ſcripta per Zilbertum notarium, ſindicario noioioe ipſius monaſterii & conventus, & omni jure & modo, quibus melius fieri & utiliter poteſt, utilitati & commoditati ipſius monaſterii & conventus ſalubriter intendere, ec predicte eccleſie ſive loco utiliter providere, ob Dei reverentiam & animarum occurrendo & ſubveniendo ſaluti, preſentibus & conſenrientibus & volentibus infraſcriptis monachis ſupradicti monaſterii Vangaticie omnibus & ſingulis ſupradictis & infradicendis, eorum nemine diſcordante, ſcilicet dompno Franciſco de Tarviſio, fratre Bono Johaone, qui dicitur archipreabytero, & fratre Johanne de Boceone, oomine & titulo locatioois, & conſcius animi, ipſam eccleſiam & jure ipſius eccleſie cum toto curtivo & curia pertinentibus eidem eccleſie ſeu loco, ſalvo & reſervato jure loci ſive moneſterii ſancti Firmi, & aliarum perſonarum, locavit dominabus Beatrici & Marie, recipientibus pro ſe, & nomine & vice dominarum Benvenure & Marchixine, Deo dicatis ſecundum ordinem ſancti Benedicti, errantibus, & loco apto ubi ſe reponerent ad penitentiam peragendam indigentibus, iteut a modo dicte domine & cetere, quas recipere voluerint, & ſucceſſores earum de cetero dictam eccleſiam, ſeu jura ipſius eccleſie debeant habere, tenere & poſſidere, & divina officia ibi perpetuo facere celebrari, & omnem ipſius eccleſie, & ſuam utiliratem & voluntatem facere, abſque predictorum domini abbatis, frarrum, monaſterii & cooveotus contradictione & repetitione, dans & cedens &c. omnia jure &c. Et ex everſo dicte domine per ſe & ſuas ſucceſſores promiſerunt & convenerunt dicto domino abbati ſtipulanti & recipienti ſuo nomine, & oomine ſupradicto, & pro ſuis ſucceſſoribus ipſam eccleſiam reſormare, & in ea ſtare & ſtari facere aliquas perſonas divina officia celebrantes, & ad idonenm ſtatum reducere, & in eadem eccleſia & loco predicto honeſte vivere, & honeſtam vitam & religionem ducere juata regulam beati Benedicti, ſupponentes ſe & ſucceſſores ſuas ex certa ſcientia & per pactum viſitationi & corectioni dicti domini abbatis & fratrum & ſunrum ſucceſſorum, necnon dare & preſtare in ſignum dominii ſpiritualis aonuatim nomine cenſus, & in feſto ſancti Petri de junio monaſtatio ſive eccleſie ſancti Firmi de Eſte unam libram cere, quam de predicta eccleſie ſibi voluit retinere, qua ſoluta nulla alia impoſita ei fieri poſſit vel debeat. Atqun etiam idem dominus abbas videns & conſiderans booeſtatem, & temporis maturitarem dicte domino Beatricis, de cujus publica vita, dignitate & honeſtate multi mode veritas & fama ootoria atteſtantur, ibidem in loco ſupradicto eamdem dominam Beatricem in abbatiſſam elegit & confirmavit. Que domine cum ſuis ſororibus & monialibus, & que ſibi in futurum ſuccedere debent, ipſi domino abbari & ejus ſucceſſoribus ad ſui viſitationem & correctionem ſe obtulit, necoon conditione tali inſerte, quod ſi contigerit ipſam dominam Beatricem migrare ſeu humane vite ſpatium pertranſire, quod tunc moniales & ſorores Deo dica-

re in dicto loco degeores unam bonam donnam religioſam, & vitam ſuam bene ducentem de voluntate & cooſenſu dicti domini abbatis vel ſui ſucceſſoris infra decem diea mortis abbatiſſe eligere teneantur, quam ipſe dominus abbas confirmare debeat, & confirmationem ipſam, correctionem ſeu viſitationem ipſa domina abbatiſſa ex oune & io perpetuum ipſi domino abbati ſuoque ſucceſſori per ſe & omoes alias, que poſt ipſam ſuccederenc aut ſuccedere poſſent in dicto loco, in perpetuum contulit atque dedit. Et in contineoti ipſa domina conſiderans utilitatem anime ſue & ſuarum cooſororum eidem domino abbati obedientiam fecic, necnon promiſit eidem domioo abbati cetereque ſue ſorores & moniales vivere, & vitam hooeſtam ducere ſecundum regulam beati Benedicti, promitteotes partes predicte ſibi iovicem mutua ſtipulatione interpoſita, perpetuo firma & rata habere, tenere, in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione vel occaſione ſub pena ducentarum librarum denariorum Venetiarum parvorum; que peoa peti & exigi poſſit, quotiens fuerit contrafactum ſeu facere attentatum, qua pena ſoluta vel non ſoluta predicta omnia & ſingula in ſuo ſtatu permaneant & vigore, & nibilominus attendere teneantur cum eadem pene obligatione, cum obligatione omnium ſuorum bonorum, & bonorum dicti monaſterii & conveotus, & eccleſie memorate. Reouncians ſuper his dictus dominus abbas ſuo nomine & nomine ſupradicto, & dicte domine ſuo nomine & eccleſie memorate, exceptioni doli mali &c.

Actum in eccleſia monaſterii ſancti Petri de Montaſilice, preſentibus domino Bonaventura notario, qui dicitur Tumba, de Monteſilice, Johanne filio domini Tixonis de Ormellis de Tarviſio, Gaideſero filio quondam domioi Aylini de Aylinis de Portu-baldone filio quondam Gerardini de Solixioo ſamiliaribus ſupradicti domini abbatis, & Johanoe filio domini Jacobini Meneghelli de Padua teſtibus ad predicta vocatis & rogatis. Ad quorum evidentiam pleniorem dictus dominus abbas voluic & mandavic preſens publicum inſtrumentum appenſione ſui ſigilli munimine roborari.

Ego Florius filius quondam Johannia de Pavolattis prefecti alme Urbis judex ordinarius & notarius de mandato dicti domini abbatis ſcripſi, publicavi, & meum ſignum appoſui.

CLXXIV.

Charta circa monaſterium S. Savini Piſarum.

Anno 1293. menſe martio.

Ex exemplis S. Michaelis in Burgo Piſarum.

CUnctis pateat manifeſte, quod ven. pater domnus Johannes abbas monaſterii ſancti Savini Piſarum ordinis ſancti Benedicti ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, de preſentia, conſilio & conſenſu domni Johanois prioris clauſtralis, domni Savini, domni Angeli, domni Jacobi camerarii & domni Ugolini, qui ſunt major & ſanior pars monachorum conventus dicti monaſterii, cum plures alii monachi, qui in dicto monaſterio conſueverunt eſſe & habitare, & capitulum facere, & dicto domioo abbati obedientiam preſtare in predicto monaſterio, tamquam conſpiratores cootra ipſum dominum abbatem & monaſterium exierioc & auſugerint, congregatorum ad capitulum more ſolito; & ipſi etiam monachi uoa cum dicto domino abbate fecerunt &c. fratrem Andream Malleum fratrem Penitentie, licet abſentem, tamquam preſentem eorum & dicti monaſterii ſindicum &c. ad viſitandum particulariter vice & nomioe dictorum domini abbatis & conventus limina beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & ad comparendum coram ſummo pontifice & dominis cardinalibus, & quibuſcumque aliis judicibus &c. in quibuſcumque litibus &c. quas dictus abbas & cooveotus habent & habere &c. poſſenc cum priore de Camalduli & ordine de Camalduli, & quibuſcumque aliis perſonis &c. Actum apud ſupraſcriptum monaſterium ſancti Savini io capitulo ipſios monaſterii, preſentibus presb. Jacobo rectore eccleſie ſancti Ilarii de Caſcina, & presb. Lupo rectore eccleſie ſancti Stephani de Pectori, & presb. Bernardo rectore eccleſie ſancti Jacobi de Sambra Piſane dioceſis teſtibus ad hec vocatis, Dominice incarnationis anno M. CC. LXXXXIII. indictione ſexta XIII. kal. martii. *Ibidem p. 10.*

Cum domnus Bonus olim prior clauſtralis monaſterii ſancti Savini, domnus Philippus primus, domnus Paulus, domnus Bartholus, domnus Andreas, domnus Benedictus, domnus Marcus, domnus Dominicus, domnus Pace, domnus Johannes ſecundus, domnus Philippus ſecun-

-cundus, & domnus Franciſcus monachi ſupraſcripti monnſterii ſancti Savini, & Bruti de Buti commiſſus predicti monaſterii de dicto monaſterio ſancti Savini exiverint contra precepta &c. interpoſita a ven. patre domno Johanne abbate monaſterii ſancti Savini, & contra conſtitutiones a predicto domino abbate & ſuo capitulo editas, de conſenſu &c. omnium ſupraſcriptorum, & ab eis &c. confirmatas, &c. in detrimentum &c. monaſterii, & in derogaiionem honoris juris ſedis apoſtolice, cui dictum monaſterium immediate ſubjacere dignoſcitur, omnes predicti & quilibet eorum diu ac diutius expectati, ut nd dictum monaſterium redirent &c. idcirco nos dominus abbas ſupraſcriptus &c. omnes & ſingulos ſupradictos &c. excommunicatos denuntiamus, & a gremio eccleſie remotos eſſe decernimus. Actum in ſupraſcripto monaſterio &c.

Cum per domnum Bonum olim priorem monaſterii ſancti Savini &c. una cum Andrea monacho etiam ipſius monaſterii privilegia monaſterii ſupradicti &c. petentibus & volentibus Antianis Piſani populi, depoſita fuerint apud ſratrem Bacciameum guardianum fratrum Minorum civitatis Piſarum ſub iſtn conditione, quod ipſe guardiannus deberet reſtituere privilegia ſupraſcripta domino abbati ſupraſcripto &c. dixit ſupraſcriptus abbas, quod paratus erat ſemper ſupraſcriptum guardianum conſervare indemnem, ſi reſtitueret ejus privilegia &c. Actum Piſis in capitulo fratrum Minorum, preſentibus domino Meſe de Vico, domino Lambertesco & domino Andren juriſperitis teſtibus ad hec vocatis Dominice incarnationis anno M. CC. XCIII. indictione VI. III. nonas martii.

CLXXV.

Donatio terrarum facta a Tholberto de Camino comite Cenetenſi Richardo priori S. Martini de Prata.

Anno 1293. v. aprili.

Ex veteri apographo S. Mathiæ de Muriano.

Ibidem. ANno Domini milleſimo CC. XCIII. indictione VI. die dominico quinto intrante aprilis, preſentibus domino Corrado Spelin de Pulcenico, domino Zillio Strazollino de Mota, domino Boniſecurſio de Prata &c. Coram nobile viro domino Tholberto de Camino Cenetenſi comite Pandulfus quondam domini Jacobi de Cavaliro refutavit & remiſit in manu dicti domini Tolberti de Camino omne ſuum jus, & ſuas rationes & actiones, quod vel quas habet vel videtur habere in uno maxeto terre jacente in territorio de Marſuris recti & laborati per Dominicum Paſtrum de Marſuris &c. Actum in Mota ſub domo Communis Mote.

Ego Thebaldus Matthei Minuti ſacri palatii notarius interſui & rogatus ſcripſi.

Anno Domini milleſimo CC. XCIII. indictione VI. die dominico V. intrante aprili preſentibus *iiſdem ut ſupra*. Nobilis vir dominus Tholbertus de Camino comes Cenetenſis pro ſe, & ejus fratre domino Biaquino, & ſuis heredibus dedit, tradidit & donavit pro Dei amore, & ſuorum peccatorum & parentum remiſſione dompno Ricardo priori monaſterii ſancti Martini-rupti de diſtrictu Prate ordinis Camaldulenſis recipienti pro ſe & dicto monaſterio, ejuſque ſucceſſuribus nomine pure ſempliciter donationis inter vivos & irrevocabiliter jure proprio in perpetuum quemdam maxetum jacentem in territorio de Marſuris, rectum & laboratum per Dominicum Paſtrum ejuſdem ville. Coheret caſalis dicti Maxeti, a mane eſt quedam via, per quam itur ad domum Aylini, a meridie via publica, a ſero terra domini Guecellonis de Prata recta per Naſcinverum, a monte terra Pandulfi de Cavaliro recta per Aylium, & ſi que alie ſunt coherentie dicti Maxeti, ad habendum, tenendum &c. Actum in Mota ſub domo Communis.

Ego Thedaldus Matthei &c. *ut ſupra*.

CLXXVI.

Fundatio hoſpitalis S. Mariæ de Miſericordia Ravennæ.

Anno 1293. XXV. junii.

Ex autographo abbatiæ Claſſenſis.

FRater Boneſacius permiſſione divina ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopus diſcreto viro Michaeli archidiacono ejuſdem eccleſie ſalutem in Domino ſempiternam. Pietatis opera pie pro Chriſto agentibus ejuſque pauperibus in ipſo & pro ipſo ſincere famulantibus noſtrum con- Ibid. n. 18.

conveoit adeſſe preſidium, na forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut tollat ſubito veotns urens, in cujus profectu eſt diutius inſudaodum. Cum igitur hoſpitale quoddam ad honorem Dei omnipotentia, & beate Marie Virginis matris ejus pro hoſpitalitate perpetuo tenenda & etiam obſervanda in ipſo ad opus pauperum infirmorum, peregrinorum & aliarum miſerabilium perſonarum de bonis teſtamentariis bone memorie domini B., quondam epiſcopi Peneſtrini in regno Sicilie apoſtolice ſedis legati, cujus fuiſti & ea teſtamentarius executor, & de bonis inſuper a Deo tibi collatis conſtruendum duxeris, Chriſti gratia favente in civitate Ravenne in loco, qui dicitur Turricella, in regione, que dicitur Erculana, quod ex tua impoſitione & noſtra approbatione nominis communi vocabulo Domus Miſericordie appellatur, petitioni tue noſtrum libenter accommodantes aſſenſum tibi pro ipſo hoſpitali, & ipſi hoſpitali indulgemus, concedimus & ordinamus per hanc preſentem paginam & ſacram noſtram ordinationem, quod predictum hoſpitale de cetero ſit locus religioſus, & quod perſone inibi ſervientes, tamquam loco religioſo deputate cenſeantur immunes ab omnibus preſtationibus, exactionibus, procurationibus & collectis, aliiſque gravaminibus. Et quod nulla perſona eccleſiaſtica, ſecularisve, collegium, univerſitas vel alia cujuſcumque conditionis poteſtatem exerceat, vel juriſdictionem habeat in ipſo hoſpitali & loco, ſeu in perſonas degentes & deſervientes hoſpitali jamdicto vel ejus bona, preter nos & ſucceſſores noſtros. Conceſſionem etiam de eccleſia ſancti Bartholomei ſita infra territorium dicti hoſpitalis tibi pro dicto hoſpitali factam a capitulo cardinalium noſtre eccleſie ex certa ſcientia confirmamus, ipſam eccleſiam ipſi hoſpitali perpetuo unimus & ſubjicimus. In cujus eccleſie cimiterio ſepeliri licenter poſſint corpora defunctorum eorum, qui ibi elegerint ſepeliri. Sub anathemate perpetuo decernentes, quod nulli dicta eccleſia valeat in beneficium aſſignari, nec etiam ipſum hoſpitale, ſed ſemper ipſum hoſpitale, & eccleſia ac domus alie dicti hoſpitalis ſolum perpetuo remaneant ad opus pauperum infirmorum, peregrinorum & aliarum miſerabilium perſonarum ad ipſum hoſpitale confluentium. In ſollemnibus vero diebus, quibus in dicto hoſpitali ſollemnia geruntur officia, omnibus vere penitentibus & confeſſis illuc confluentibus, & manum adjutricem dicto hoſpitali porrigentibus quadraginta dies de injuncta eis penitentia miſericorditer in Domino relaxamus. Datum in caſtro noſtro Argente xxv. die menſis junii anno nativitatis Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-tertio indictione vi.

Ego Albertinus de Tribus-caſalibus imperiali auctoritate ſancte Ravennatis eccleſie & dicti domini archiepiſcopi ſcriba preſentem paginam & privilegium de verbo ad verbum manu mea ſcripſi de mandato dicti domini archiepiſcopi, ſigillumque ejus verum & integrum ad perpetuam rei memoriam eo jubente appenſum cum corda ſerica appoſui.

Sigillum eſt deperditum, ſed pendet chordula ſerica.

CLXXVII.

Statuta edita in erectione monaſterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ.

Anno 1293.

Ex autographo ejuſdem monaſterii.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini a nativitate ejuſdem M. cc. lxxxxiii. indictione vi. Romana eccleſia paſtore vacante. Cum rev. pater domnus Fridianus prior Camald. ex una parte, & ven. religioſus frater Guittone civis Aretinus de ordine Militie glorioſe Virginis Mariæ ex altera diu habuiſſent ſimul tractatum & concordiam ſuper faciendo novum locum romitorium, prout & ſicut per eos extitit ordinatum, eandem conventiones & pacta in ſcriptu de ipſo loco heremitico faciendo inter ſe fecerunt, & concorditer celebraverunt. Nam in primis ordinaverunt, quod fiat, & ſit locus heremiticus, & quod ab iſto anno in antea vitam heremiticam faciant fratres moraturi in eo, & ad minus ſint ibi ſex fratres, quatuor monachi, & duo converſi, qui clerici continue habitent intra domos dicti loci, nec de loco valeant exire aliquo modo, niſi magna immineret neceſſitas, & tunc de voluntate, & conſenſu prelati, & majoris partis capituli dicti loci. *Ibid. n. 11.*

Item teneatur & debeat dictus frater Guittone dare & ſolvere dicto loco heremitico habendo, & emendo ducentas libras denariorum Piſarum uſque ad kal. ianuarii proxime venturas. Omnia vero

alia

alia neceſſaria, & quocumque modo opportuna pro dicto loco heremitico habendo, exequendo & complendo fiunt & fieri debeant ſumptibus & expenſis, prout infra ſequitur, ita quod dicto modo & forma dictus locus heremiticus fiat, compleatur & perficiatur.

Item, quod nullus frater dicti loci prelationem, neque officium unquam recipere poſſit aliquo modo, nec vicariam vel cuſtodiam alicujus loci, nec domnus prior poſſit ad hoc compellere immo deneget omnino dare.

Item, quod locus ſit ſubjectus heremo Camaldulenſi in confirmatione prelati & viſitatione, & annuo cenſu dando facriſte dicte heremi unam libram cere infra annum, vel ejus indictionem quando dare voluerit. Et ſi non daret intra annum, teneatur dare dictus locus duas libras cere nomine pene.

Item domnus prior, nec aliquis pro eo, neque heremite Camaldulenſes poſſint aliquem monachum vel converſum ponere in dicto loco, neque extrahere ſine voluntate prioris dicti loci, & majoris partis capituli, & ad petitionem prioris, & capituli dicti loci debeat dominus prior removere quemcumque fratrem voluerint de dicto loco intra menſem.

Item ſi dicti prior & capitulum vellent recipere de ordine, vel aliunde, dummodo ſit intra ordinem. Si eſt de ordine domnus prior hujuſmodi fratrem concedat eis libere, ſi autem non eſſet de ordine, libere poſſint recipere, ſicut alia monaſteria ordinis.

Item dicti fratres cum vacuverit prioratus dicti loci, poſſint eligere quemcumque voluerint, dummodo ſit de ordine Camaldulenſi ſive de dicto capitulo, ſive non. Et prior debeat hujuſmodi electum a capitulo vel majori parte concedere, ſi aliquod canonicum non obſiſtat, omni difficultate & dilatione ommiſſa, ſi tamen electorum conſenſum ſuum voluerit preſtare.

Item, quod prior dicti loci non poſſit recipere monachum, converſum, vel alium familiarem aliquem ſine requiſitione, ac dicti capituli conſenſu & voluntate.

Item, quod dictus domnus prior, quando viſitabit, percipiat nomine viſitationis XL. ſolidos Piſan. quando alii viſitatores ordinis viſitabunt x. ſolidos Piſan. percipiant nomine viſitationis, & hoc ſemel in anno tantum.

Item, quod neque domnus prior, neque aliquis pro eo, vel heremite Camaldulenſes poſſint a perſonis dicti loci aliquam collectam, proviſionem, preſtantiam, ſeu donum petere vel recipere, in genere vel ſpecie aliquo modo, etiamſi eſſet oblatum ultra quantitatem v. ſolidorum, & omnia dona in toto anno non aſcendant ultra quantitatem xx. ſolidorum Piſanorum.

Item, quod domnus prior omnes libertates, exemptiones, & immunitates ſervabit & ſervari faciat per priores & capitula dicti loci pro conſervatione dicti loci, & pacis & concordie fratrum, teneantur priores jurare ad ſancta Dei evangelia omnia ſupraſcripta in confirmatione ſua ſervare, & tunc ſe ſupponant in hoc capitulo ſententie excommunicationis ex tunc, ita quod ipſo facto ſit excommunicatus, & ſit amotus & privatus ab omni adminiſtratione dicti loci. A qua ſententia excommunicationis, amotionis ſive privationis taliter ſic amotus non poſſit petere diſpenſationem de juramento, neque de adminiſtratione dicti loci.

Item promittat dictus domnus prior facere edificari domos & oratorium, & eccleſiam ſuper terreno a dicto fratre Guittone tunc dato, de proventibus & eleemoſynis, que pervenerint ad manus dictorum fratrum ſecundum poſſibilitatem dictorum fratrum. Et ſi aliquo tempore dimiſerint locum predictum, vel non ſervarent vitam heremiticam ſecundum conſuetudinem dicti loci, locus cum ſuis edificiis deveniat ad manus fratrum Continentium ſine contradictione alicujus, & valeant ſuo arbitrio poſſeſſionem dicti loci de jure & de facto vendere, & pecuniam expendere minutatim in pauperes, viduas & orphanos, & alios pauperes verecundos, ſalvo, quod Camaldulenſibus non vendant, nec ad eorum nullo umquam tempore manus valeat pervenire. Et hec obſervent, & faciant obſervare ſub judicio animarum ſuarum. Qui fratres, ſi dictum locum non reciperent, vel non ſervarent predicta, dictus locus cum ſuis edificiis perveniat ad hoſpitale de Ponte civitatis Aretii, & ſint obligati non vendere dictum locum Camald. ſicut dictum eſt, nec perſonis, per quas ad eos valeant pervenire ſub judicio animarum ſuarum.

Item, quod prior dicti loci, & fratres ejuſdem quolibet anno dabunt fratri Guittoni octo libras Piſanas pro ſubſidio vite ſue in vitam ipſius tamen fratris Guittonis, & hoc promittat prelatus dicti loci cum ſuo capitulo. Et ad hec teneatur domnus prior facere promittere obſervantiam per priorem, & capitulum

lum dicti loci tamquam ordinarius predictorum.

Que omnia ſopradicta predicti domnus prior Camalduleoſis, & frater Guittone ſimul, & ad invicem inter ſe promiſerunt facere, obſervare & adimplere, & ad effectum perducere in omnibus & per omnia, ſicut ſcriptum eſt ſuperius, ſub peoa C. librarum Piſao. ſolvenda pro quolibet capitulo non ſervato. Et ſub obligatione & ypotheca omnium bonorum Camaldulenſium, & dicti fratris Guittonis. Reountiantes exceptioni ſuper aliis dictorum pactorum non factorum, non promiſſorum, & rei & negotii non ſic ſe habentis, doli & intrafactum, & . . . . ., legum auxilio, & pena ſoluta vel non, rato maoente contractu.

Ego Bonavia notarius qoondam Stephani predictis omnibus interfui, & ut ſupra legitur, rogatus ſeripſi & publicavi, ideoque me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Actum Aretii in clauſtro monaſterii ſancti Michaelis ordinis Camaldulenſis die martis VII. meoſis ſeptembris coram doono Tomaſcio, donoo Romusldo monacis Camald. Janne Tiotore, Puccio qoondam domini Rigaccii, & Cortaſino quoudam Reſtauri ad predicta teſtibus vocatis & rogatis.

CLXXVIII.

Abbas de Adelmo eligit rectorem S. Marie do Petrazzo.

Aono 1294. XII. februarii.

Ex originali SS. Angelorum Florentie.

Ibid. n. 30.

IN Dei nomine, amen. Anno ab incarnatione M. CC. XCIV. indictione VIII. die XII. menſis februarii. Cum ecclesia ſancte Marie de Petrazzo plebatus Caſtri-floreotini Florentine dioceſis rectore vacaret, cujus reformatio ad abbatem de Elmi, & plebanum de Caſtro-florentino pertinet, prout io laudo & arbitrio lato per ven. patrem dominum Pandulſum baſilice duodecim apoſtolorum presbirerum cardinalem apoſtolice ſedis legatum continetur, predictus dominus abbas, & domious Ranucius plebanus Caſtri-florentini volentes de rectore dictam ecclesiam reformare, io eccleſia ſancti Blaſii Caſtri-florentini pro electione celebranda juxta laudum & arbitrium predictum inſimul convenerint, & invocata ſancti Spiritus gratia dominus Rauuccius plebanus Caſtri-florentini petiit & popoſcit a domino abbate predicto, ut domnum Johaonem Spilliati de Floreotia populi ſaocti Frigdiaoi ordinis Camaldulenſis monachum, cum in ſuo collegio non inveoiretur idoneus, io priorem eligeret eccleſie ſupradicte. Qui dominus abbas volendo obſervare laudum predictum, oe eccleſia predicta defectum in divinis officiis & temporalibus pateretur, gratia ſancti Spiritus ſimiliter invocata, ad petitiooem & nominationem domini Ranucii plebaoi Caſtri-floreotini ſupradictum dominum Johannem elegit in priorem & rectorem eccleſie de Petrazzo ſecundum laudum predicti domini cardinalis & arbitrium antedictum, qui ſecundum formam dicti laudi iofra octo dies a die ſue electionis ſine fraude promittae & promittere debeat obedientiam plenam predicto de eccleſia de Petrazzo de omni jure, quod idem plebaous ibi habet & habere conſuevit, & quod ipſe ſic electus teoeatur ad omnia & ſingula, que contineotur & ſcripta ſunt in laudo predicto. Acta ſunt heo omnia io eccleſia ſancti Blaſii Caſtri-florentini coram presbytero Michaele canooico dicte plebis, presbytero Dietiſalvi capellano ejuſdem plebis, presbytero Roſſo rectore ſaocti Jacobi dicti plebatus, domoo Juſto monacho de Cerreto, & Buccio Genoveſi de Certaldo teſtibus rogatis & vocatis.

Ego Michael judex & ootarius olim Riccardini de Caſtro-floreotino predictis omoibus ioterfui, & ea omnia rogatus ſcripſi & publicavi.

CLXXIX.

Frigdianus prior Camaldulenſis conſtituit Rolandum eremitam in ſuum procuratorem pro novo monaſterio Angelorum Florentia.

Anno 1294. XVI. iulii.

Ex archetypo ejuſdem monaſterii.

IN oomioe Domini, amen. Anno a *Ibidem n. 34.*
Nativitate ejuſdem M. CC. LXXXXIIII. indictione VII. tempore religioſi & reverendi viri domini domoi Petri de Morrone in ſummum pontificem electi die XVI. menſis julii. Pateat omnibus evidenter, quod veo. pater domnus Frigdianus ſancte Camaldulenſis heremi & ejuſdem ordinis geoeralis prior dedit licentiam & liberam ſacultatem religioſo

viro

viro domno Rolando eremite Camaldulenſis eremi nominate, & ſociis ejuſdem monaſterii heremum ſive locum jam edificatam vel de novo edificandam recipiendi, ubicumque clementis patrisfamilias gratiam repererit vel favorem, nomine ipſius heremi Camaldulenſis & ordinis nominati, faciens & conſtituens eumdem procuratorem & nunciam ſpecialem ad inſtituendam & ordinandam in ipſo monaſterio, heremo, ſive loco anachoriticam ſive cenobitalem, aremiticam ſive monaſterialem vitam, & ad pacta & conventiones quacumque idonea cautione vallata de ſervandis vita & ordine inſtitutis & ordinatis in eodem loco intuitu divino eidem collato faciendum & promittendum eadem perpetuo conſervanda taliter jam promiſſa, & ad recipiendum monachos, converſos, & familiares & perſonas alias, quas viderit expedire, & ad omnia alia facienda & exvreenda, que in predictis & predictorum quolibet fuerint opportuna, promittens ratum & firmum habere perpetuo quidquid per ipſum factum fuerit circa predicta & quodlibet predictorum.

Actum in monaſterio Camalduli de Florentia coram religioſis viris domnis Symone abbate Montis-muri, Nicolao de Soci heremita Camaldulenſi, & Lapo domine Poccie de Florentia ad hec vocatis & rogatis teſtibus.

Ego Zeno de Burgo S. Sepulcri imperiali anctoritate notarius &c. ſcripſi & publicavi &c.

CLXXX.

Literæ Bonifacii VIII. contra moleſtantes monaſterium S. Mariæ de Pratalia,

Anno 1295. idibus februarii.

Ex archivo Fontis-boni. §. Brevia, num. *99.*

Ibidem n. 14. IN Dei nomine amen. Anno Domini M. CC. XCV. indictione VII. Bonefatio papa reſidente nomine ....., die XXVIII. menſis martii, preſentibus diſcreto .... Guidone monacho abbatie ſancte Flore plebano plebis de Quarto .... Bono monacho dicte abbatie, presbytero Guidone capellano ipſius monaſterii ſancte Flore de Aretio teſtibus ad hoc rogatis & vocatis. Pateat omnibus evidenter, quod nos Guilielmus abbas monaſterii ſancte Flore Aretin. recepimus literas a ſanctiſſimo patre domino Bonefatio papa VIII. in hac forma.

Boniſatius epiſcopus ſarvus ſervorum dei dilecto filio .. abbati monaſterii ſancte Flore Aretin. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii.. abbas & conventus monaſterii ſancte Marie de Pratalia ordinis ſancti Benedicti Aretine dioceſis, quam predeceſſores eorum decimas, terras, domos, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, molendina, piſcarias, redditus, jura, juriſdictiones & quedam alia bona ad monaſterium ipſum ſpectantia, datis ſuper hoc literis, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibus, & penis adjectis in gravam ipſius monaſterii leſionem, nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui ſuper hiis literas confirmationis in forma communi a ſede apoſtolica impetraſſe dicuntur. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, que de bonis ipſius monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem prefati monaſterii legitime revocare procures, non obſtantibus literis &c. Contradictores &c. Teſtes &c.

Datum Laterani idibus februarii pontificatus noſtri anno primo.

Unde cum ſimus diverſis & variis negotiis impediti, ita quod ad preſens ad obediendum mandatum apoſtolicum ad preſens perſonaliter intendere non poſſumus, ne predicta in damnum predicti monaſterii remaneant inconcuſſa, confidentes de induſtria ac legalitate ſapientis viri domini Boneſegne plebani plebis Partine dioceſis Aretine vices noſtras ſuper his cognoſcendis & audiendis integraliter committimus, nobis in omnibus cauſis predictis definitiva ſententia reſervata. Actum in eccleſia abbatie ſancte Flore Aretin. in civitate Aritii,

† Ego Jacobus notarius de Ornina predictis omnibus interfui rogatus ſcripſi & publicavi,

CLXXXI.

CLXXXI.

Epiſcopi XVIII. concedunt indulgentiam viſitantibus eccleſiam monialium S. Salvatoris de Vico extra Foro-livium.

Anno 1295. VIII. id. aprilis.

Ex tabulario S. Salvatoris Foro-livii.

Ibid. n. 32. UNiverſis Chriſti-fidelibus preſentes literas inſpecturis nos Marcus Surrentinus & Rogerius Sancte-Severine archiepiſcopi, Adam Martoranus, Franciſcus Fanenſis, Bonifacius Parentinus, frater Franciſcus Terracinenſis, Emmanuel Cremonenſis, Manfredus Sancti-Marci, Stephanus Oppidenſis, Sabba Militenſis, Perronius Larinenſis, Aymardus Lucerinus, Jacobus Treventinus, Robertus Calinenſis, Raynaldus Senenſis, Aczo Caſertanenſis & Paſchalis Caſſanenſis Dei gratia epiſcopi ſalutem in Domino. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos idem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam. Cupientes igitur, quod monaſterium monialium ſancti Salvatoris de Vico ordinis Camaldulenſis poſitum extra civitatem Foro-livii fidelium frequentis honoretur, omnibuſve penitentibus & confeſſis, qui ad dictum monaſterium in Nativitate, Reſurrectione, Aſcenſione Domini & die Pentecoſten, in quatuor feſtivitatibus beate Virginis Marie, in feſto ejuſdem ſancti Salvatoris, in die omnium Sanctorum, ac in omnium Apoſtolorum feſtivitatibus cauſa viſitationis acceſſerint, & eidem monaſterio manus porrexerint caritatis, ſinguli ſingulas quadragenas de injunctis ſibi penitentiis in Domino miſericorditer relaxamus; dummodo loci dioceſani ad id voluntas acceſſerit & conſenſus. Datum Rome VIII. idus aprilis pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno primo.

Et nos frater Albertus Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Leſinenſis ex auctoritate ven. viri domini Callamoni archipresbyteri plebis Aqueductus & vicarii capituli Foro-livienſis, epiſcopali ſede vacante, indulgentias ſupraſcriptorum patrum confirmamus, & per ſupraſcriptum modum XL. dies indulgentie concedimus; in quorum teſtimonium has preſentes literas cum appenſione ſigilli noſtri juſſimus firmari, anno Domini M. CCC. XLIX. indictione ſecunda die XVII. menſis aprilis tempore pontificatus ſanctiſſimi patris domini pape Clementis VI. anno VII.

CLXXXII.

Bonifacius VIII. committit priori de Carceribus, ut poſthabita appellatione ad correctionem ſuorum religioſorum procedat.

Anno 1295. X. kal. julii.

Ex exemplis S. Michaelis de Muriano.

BOnifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio.. priori monaſterii ſancte Marie de Carceribus per priorem ſoliti gubernari ordinis ſancti Auguſtini Paduane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex tenore tue petitionis accepimus, quod cum ad correctionem exceſſuum canonicorum & converſorum monaſterii tui procedis, prout ad te dignoſcitur pertinere, iidem canonici & converſi, ut regularem correctionem evitent, appellationis obſtaculum ſepius interponunt, quare plerumque contingit, quod eorum exceſſus remanent impuniti, & eiſdem datur materia delinquendi. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati preſentium auctoritate tibi concedimus, ut non obſtante frivolo appellationis objectu circa correctionem predictorum canonicorum & converſorum libere officii tui debitum exequaris. Datum Anagnie X. kalendas julii pontificatus noſtri anno primo. Ibid. n. 34.

Pendet bulla plumbea: Bonifacius VIII.

CLXXXIII.

CLXXXIII.

Venditio terrarum Sorebonæ abbatiſſæ S. Mariæ inter Saxa.

Aono 1295. VIII. ſeptembris.

Ex apographo S. Blaſii de Fabriano.

Ibidem. IN Dei nomine, amen. Anno ejuſdem milleſimo CC. LXXXXV. indictione VIII. tempore domini Boniſacii pape VIII. actum Fabriani in domo Blatule & Florutie olim Ventorutii die VIII. ſeptembris, preſentibus Petrucolo Bernardi, Bruno Venture & Bubo Venture teſtibus ad hec rogatis & vocatis. Blacula & Florutia filie olim Ventorutii Ranaldi de Roſenga, quelibet ipſarum per ſe ſuoſque heredes jure proprio & reſpective vendiderunt & tradiderunt Sorebone abbatiſſe loti ſancte Marie inter Saxa nomine & vice dicti loci ſtipulanti & recipienti petiam unam terre vineate poſitam in villam Roſenge in loco, qui dicitur Peſchiera, juxta hec latera, a primo terra eccleſie ſancti Victoris, a ſecundo Benvenutus Peſaotie, a tertio heredes Alberti Venuti, a quarto Putcolus Adjutoli vel alia latera, ſi qua forent, ad habendum, tenendum *&c.* pro pretio XXII. librarum Ravennatum & Anconitanarum *&c.*

Ego Aldrovandus auctoritate imperiali notarius bis omnibus interfui rogatus ſcripſi & publicavi.

CLXXXIV.

Epiſcopi XVII. concedunt indulgentiam viſitantibus eccleſiam S. Annæ de Bononia.

Anno 1295.

Ex autographo S. Chriſtinæ Bononiæ.

Ad lib. XLV. n. 37. UNiverſis Chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis nos Rogerius ſancte Severine, & Martus Surrentinus divina miſeratione archiepiſcopi, & Guillielmus Callenſis, Boniſatins Parentinus, Paſqualis Caſſanenſis, Emmanuel Cremonenſis, Stephanns Oppidenſis, Reynaldus Senenſis, Robertus Calinenſis, Jacobus Treventinus, Franciſcus Fanenſis, Adam Marturanenſis, ſrater Franciſcus Terracinenſis, Manſredus ſancti Marchi, Sabba Militenſis, ſrater Paulus Melſectenſis, Azo Caſertaous eadem miſeratione epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Qnoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti *&c.* Cupienies igitur, quod monaſterium monialium ſancte Anne juxta Bononiam ordinis Camaldulenſis, que Domino in tanta ſerviunt paupertate, quod mendicare coguntur, cum ad ipſarum ſubſtentationem proprie non ſuppetant ſatultates, frequentia fidelium honoretur, & eorum pia ſubventione predicte pauperes antille Chriſti valeant ſubſteotari, omnibus vere penitentibus & cooſeſſis, qoi ad earum ſubſtentationem manus porrexerint adiutrices, & qui ad dictum monaſterium in ſeſtivitate ipſius beate Anne, in Nativitate, Reſurrectione, Aſcenſione Domini, & Pentetoſte, & omnibus & ſingulis ſeſtivitatibus beate virginis Marie, in ſeſtivitatibus apoſtolorum & beati Michatlis arthangeli & per octavas eorum, nec non primis diebus dominicis menſium ſingulorum tauſa. . . . . ſinguli noſtrum ſingulas quadragenas pro vice qualibet annuatim de injunctis eorum penitentiis miſericorditer in Dnmino relaxamus, dummodo dioceſaoi voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. Datum Romæ anno Domini M. CC. XCV. pontificatus domini Boniſatii pape VIII. anno primo.

Pendebont ſigilla.

CLXXXV.

Solutio impoſita pro exenio faciendo Theodorico archiepiſcopo Piſano.

Anno 1296. V. exeuote ſebruario.

Ex chartis S. Michaelis in Burgo Piſorum.

ANno Domini M. CC. XCVI. indictione IX. quinio die exeunte ſebruario. Religioſus vir domnus Ventura abbas monaſterii ſancti Michaelis de Burgo Piſano Camaldulenſis ordinis vice & nomine dicti monaſterii & hoſpitalis ſui de ſancto Laurentio dedit & ſolvit coram notario & teſtibus inſraſcriptis domno Nicolao monacho ſancti Viti de Gorgnna camerario pro clero exempto tivitatis & dioceſis Piſane ad datas & exactiones neceſſarins recipiendum pro anno preſenti de ſumma date treceniarum librarum denariorum Piſanorum impoſita clero exempio & non exempto, libras ſeptem & ſolidos quinque & denarios ſex *Ibid. n. 39.*

ad rationem ducentarum duarum librarum impoſitarum pro exenio faciendo pro parta cleri predicti ven. patri domino Theodorico dei gratia Piſano electo, de qua ſolutione ſe pacatum vocavit, coram teſtibus domino Paulo de Abaco, & Michaele camerario monachis ſancti Viti, & Bartbolino hoſpitalario hoſpitalis ſancti Zenonis Piſarum.

Actum Piſis in clauſtro monaſterii ſancti Viti ſupradicti.

Et ego Bartholomeus quondam Viviani de Piſis imperiali auctoritate notarius &c. ſcripſi & publicavi.

CLXXXVI.

Inſtitutio rectoris in eccleſiam S. Laurentii de Rivolta Piſarum facta ab abbate S. Michaelis in Burgo.

Aono 1296. prid. non. aprilis.

Ex apographis ejuſdem monaſterii.

Ibidem. IN nomine Domini, amen. Vacante eccleſia ſancti Laurentii de Rivolta civitatis Piſane, que pleno jure pertinet ad monaſterium ſancti Michaelis de Burgo civitatis Piſane ordinis Camaldulenſis, per renuntiationem fratris Laurentii rectoris & capellani ſupraſcripte eccleſie ſancti Laurentii converſi dicti monaſterii, religioſus vir domnus Ventura ven. abbas monaſterii preſati &c. deliberatione ac tractatu habitis cum ſuis dicti monaſterii monachis &c. ad honorem Dei & virginis glorioſe Marie, & beatorum Michaelis & Laurentii, & ad honorem & reverentiam ven. patris domni Frigdiani prioris ſacre eremi Camaldulenſis & totius ordinis generalis, & omnium parochianorum dicte eccleſie, Spiritus-ſancti gratia invocata, preſentia, conſilio & conſenſu ſupraſcriptorum &c. monachorum, diſcretum & honeſtum virum domnum Ceum monachum ſancti Frigdiani de Piſis ordinis Camald. elegit &c. in rectorem & capellanum ſupraſcripte eccleſie ſancti Laurentii. Actum in capitulo dicti monaſterii &c. Anno Dominice incarnationis milleſimo CC. XCVII. indictione IX. pridie nonas aprilis.

Eodem aono & indictione, XVIII. kal. maji preſatus abbas preſentia &c. fratrum ſuorum &c. ſupraſcripto domno Ceo &c. ipſam poſtulationem & electionem preſentavit, petens ab eodem, ut ipſam acceptet. Actum Piſis in ſupraſcripto loco &c.

Domnus Ceus &c. nolens Dei & ſupraſcriptorum &c. diſpoſitioni contrahire &c. electionem acceptavit. Actum Piſis &c. *ut ſupra*.

Domnus Ventura abbas preſatus de honeſtate ac diſcretione ſupraſcripti domni Cei ab iis, qui eum dudum cognoverunt, laudabili teſtimonio percepto &c. eumdem ad rectoriam eccleſie ſancti Laurentii de Rivolta &c. pro ipſo monaſterio &c. confirmavit &c. & in ſpiritualibus & temporalibus ad ipſam eccleſiam pertinentibus corporaliter in poſſeſſionem dicte eccleſie induxit, & in ſedem & locum rectoris dicte eccleſie poſuit & inſtallavit, & eidem dicendo; Te Deum laudamus, ſubmiſſa voce & cum incenſo & aqua benedicta, verſiculis & orationibus conſuetis, & eidem poſſeſſionem cure temporalium & ſpiritualium ad eccleſiam pertinentium predictam, per claves, & librum & cornu altaria eccleſie preſentialiter dedit & tradidit. Actum Piſis in choro eccleſie ſancti Laurentii predicti, preſentibus Puccino notario quondam Bonajunte notarii de Quoſa, & Guidone de ſancta Cecilia quondam item Guidonis teſtibus ad hec rogatis Dominice incarnationis anno M. CC. XCVII. indictione IX. quarto idus junii.

Eodem ſupraſcripto die &c. domnus Ceus &c. obedientiam, ſubjectionem & reverentiam manualem fecit &c. domno Venture abbati &c. recipienti pro ſe & ſucceſſoribus &c. ſecundum regulam ſancti Benedicti & ſtatuta Camaldulenſis ordinis, & ipſe dominus abbas eumdem ad oſculum pacis recepit. Inſuper ſupraſcriptus domnus Ceus &c. juravit ad ſancta Dei evangelia corporaliter tacto libro in manibus ſupraſcripti domini abbatia jura, honores & laudabiles conſuetudines predicti monaſterii ſancti Michaelis inviolabiliter obſervare &c. Item bona eccleſie ſancti Laurentii mobilia & immobilia augmentabit & non minuet &c. ſine abbatis &c. licentia &c. Item eidem domino abbati &c. de cura temporalium & ſpiritualium dicte eccleſie, quoties requiſitus fuerit, reſpondebit, ac rationem veram & puram reddet. Item cenſum annuum, qui ipſi monaſterio redditur pro ipſa eccleſia &c. videlicet unius bacilis ſtaladie peroptime in Paſchate Dominice Reſurrectionis, & centum ova, & pro cenſu horti quinque denarios Piſane monete &c. omni anno dabit &c. ipſi domino abbati &c.

Eodem ſupraſcripto die &c. dominus abbas domno Ceo &c. conceſſit ad morandum &c. cum eo in ſuum ſocium &c. apud dictam eccleſiam &c. domnum An-

ge-

gelum ſuum & dicti monaſterii monachum &c. cui promiſit de bonis monaſterii, ſi opportunitas fuerit, ſubvenire ad ipſius ſubſtentationem in ſubſidium dicte eccleſie ſancti Laurentii dicto monaſterio ſubjecte.

Ego Leopardus quondam Lucii de Quola imperatorie dignitatis judex ordinarius atque notarius &c. ſcripſi &c.

CLXXXVII.

Locatio facta a Matthaeo ep. Portuenſi & ab Andrea abb. S. Gregorii de Urbe ſtagni majoris prope Portum.

Anno 1296. VI. maji.

Ex codice San-gregoriano pag. 87.

Ibidem n. 41. IN nomine Domini amen. Hoc eſt exemplum ſeu tranſumptum cujuſdam publici inſtrumenti locationis ſcripto manu Jacobi Leonardi Jacobi Rubei imperiali auctoritate notarii, cujus tenor per omnia talis eſt. In nomine Domini anno nativitatis ejuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto tempore pontificatus domni Bonifacii octavi pape anno ejus ſecundo indictione nona menſis maii die ſexto, in preſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Venerabilis pater dominus frater Andreas abbas venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe, & conventus monachorum ejuſdem monaſterii ad hec ſpetialiter de mandato dicti domni abbatis ſollempniter congregati, & diſcretus vir domnus Johannes presbiter eccleſie ſancti Bartholomei de Tevellaria Tudertine dioceſis vicedominus Portuenſis per venerabilem patrem dominum Mattheum miſeratione divina Portuenſem & ſancte Ruffine epiſcopum, necnon procurator & nuntius ſpecialis a dicto domino epiſcopo ſollempniter ordinatus, ut de vicedominatu conſtat per patentes literas ipſius domini epiſcopi ſigillo pendenti ipſius domini epiſcopi munitas, quarum literarum tenor talis eſt.

Univerſis preſentes literas inſpecturis frater Mattheus miſeratione divina Portuenſis & ſancte Ruffine epiſcopus ſalutem in Domino. Noveris univerſitas veſtra, quod nos de prudentia & fidelitate domini Johannis prioris ſecularis eccleſie ſancti Bartholomei de Tevellaria Tudertine dioceſis dilecti capellani noſtri, quam nobis experta familiaritas notam fecit, plenam in Domino fiduciam obtinentes eumdem in epiſcopatu noſtro Portuenſi, & ſancte Ruffine in ſpiritualibus & temporalibus noſtrum vicedominum & procuratorem generalem conſtituimus, ratum habiturum & gratum quicquid in dicto epiſcopatu noſtro per eum noſtro nomine in ſpiritualibus & temporalibus factum geſtumve fuerit, ſeu etiam procuratum. In cujus rei teſtimonium preſentes literas ſigilli noſtri munimine roboratas ſibi duximus concedendas. Datum Rome apud ſanctum Baſilium VIII. idus novembris anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo indictione quarta pontificatus ſanctiſſimi patris domini Nicolai pape IIII. anno quarto.

De procuratorio vero conſtat per Angelum Berardi dictum Riccium civem Tudertinum nomine dicti domini epiſcopi Portuenſis, cujus procure tenor talis eſt.

In nomine domini Amen. Noverint univerſi preſens inſtrumentum publicum inſpecturi, quod in preſentia mei notarii infraſcripti & teſtium ſubſcriptorum ad hec vocatorum & rogatorum reverendus pater & dominus frater Mattheus Dei gratia Portuenſis & ſancte Ruffine epiſcopus fecit, conſtituit atque ordinavit dompnum Johannem priorem eccleſie ſancti Bartholomei de Tevellaria Tudertina dioceſis vicedominum Portuenſem, licet abſentem, ſuum verum & legitimum procuratorem & nuntium ſpetialem in epiſcopatu ſuo predicto ad omnes & ſingulas lites, queſtiones & cauſas, quas habet & habiturus eſt cum qualibet perſona eccleſiaſtica vel ſeculari, collegio ſeu univerſitate, occaſione ipſius epiſcopatus & bonorum ejuſdem ad agendum, defendendum &c. Item ad petendum &c. Item ad compromittendum &c. Datum & actum Sulmone in hoſpitio domini Thome militis, coram venerabile patre & domino fratre Gentile archiepiſcopo Reginenſi, magiſtris Bartholomeo decano Pictavienſi, & Berengario Regis de Carcaſſona domini pape capellano & pluribus aliis teſtibus preſentibus & rogatis. Actum anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto indictione ſeptima pontificatus ſanctiſſimi patris domini Celeſtini pape quinti anno primo, die tertio menſis octobris. Et ego Angelus Berardi dictus Riccius civis Tudertinus apoſtolice ſedis auctoritate, & nunc prefati domini Portuenſis notarius predictis omnibus interſui, & ut ſupra legitur, de mandato dicti domini epiſcopi ſcripſi & publicavi, meoque ſigillo ſignavi.

Nomine dicti domini epiſcopi Portuenſis & epiſcopatus, & pro eis videlicet

dictus domnus abbas pro medietate, & dictus dominus Johannes pro dicto domino epiſcopo pro alia medietate ſubſcripti ſtagni hac preſenti die eorum bona & ſpontanea voluntate relocaverunt & relocationis titulo dederunt & conceſſerunt nobilibus viris Pandulfo domini Cinthii domini Jacobi, Mattheo Jacobi domini Jacobi Cinthii Guidonis, & Euſtachio filio olim Petri domini Cinthii, omnibus de prole Cinthii Guidonis recipientibus pro ſe ipſis, & pro dominis Jacobo & Cinthio fratribus dicti Pandulfi, & pro Guidone & Johanne filiis dicti Pandulfi, & pro Jacobo & Johanne filiis dicti Matthei, & eorum nomine, & gerentibus ipſorum negotium in hac parte, & ipſis & pro filiis omnium ſingulorum predictorum legitimis maſculis; necnon nobilibus viris domino Bartholomeo domini Gregorii Johannis Guidonis, cui etiam ſpecialiter locaverunt & conceſſerunt prioratum infraſcriptorum piſcatorum, cum ſit major natu omnibus aliis de domo quondam domini Johannis Guidonis de Papa, & Franciſco & Angelo filiis quondam domini Petri Pape, & Bartholomeo domini Guidonis Petri Johannis Guidonis recipientibus pro ſe ipſis, & vice & nomine Franciſci filii dicti domini Bartholomei Angeli nepotis ſui filii quondam Gregorii domini Angeli, Gregorii, & Johannis, & Boncangii filiorum olim Petri Rubei, & Franciſci & Johannis filiorum olim Johannis de Arcu, & Guiduccii Pauli & Saxarelli fratrum filiorum domini Guidonis Pape & fratrum dicti Bartholomei, & Johannis Cinthii filiorum quondam domini Petri Pape, & Johannis, Jacobi & Angeli fratrum filiorum quondam domini Guidonis, & Petri Johannis Guidonis, & etiam Jacobi & Petri fratrum filiorum quondam Petri domini Guidonis, gerentibus negotium ipſorum, & filiorum ipſorum natorum & naſciturorum, cum predicti omnes ſint de prole filiorum domini Guidonis de Papa: necnon Catellano Johannis Pauli; Bartholomeo Johannis Pauli, Bartholomeo Pauli Johannis Pauli; Jacobello, & Angelello fratribus dicti Bartholomei; Angelo Guidonis Johannis Pauli; Romano & Guidoni fratribus filiis quondam Saxonis Johannis Cinthii recipientibus pro ſe ipſis, & vice & nomine Jacobi & Johannis fratrum ſuorum; Nicolao Guidonis Johannis Cinthii, Angelo Jacobi Anchethie; Nicolao Jacobi Antochie; Angelo Petri Antochie, Rogerio & Petro filiis quondam Petri Rogerii; Johannuccio pupillo filio Cinthii Petri Rogerii; Caliſtello & ..... fratribus filiis quondam Matthei, Matthei pupillis, Andree, Oddonis, Laurentio Johannis Viate, Jacobo Tinacii, Nicolao Johannis Guidonis, Bartholomeo & Angelo fratribus filii Jacobi Guidonis, Leonardo Petro Oddonis, Macearello & Johannuccio pupillo olim filio Oddonis Johannis Oddonis; Buccio Pallonis; Palloncello & Johanni fratribus filiis Stefani Pallonis, & ipſis recipientibus vice & nomine Stefani Rogerii & Pauli Pallonis abſentium, & Jacobo filio quondam Saxonis Stefani Pallonis recipientibus pro ſe ipſis, & vice & nomine Pauli & Saxonis fratrum ſuorum, Angelo Saxonis de Pallonibus, Johanni Bobonis, Nutio Laurentii Johannis bom...is, Mathotio Johannis Laurentii, Petro, Jacobo & Johanni fratribus, filiis olim Petri Johannis Bibuli recipientibus pro ſe ipſis & vice & nomine Nicolai fratris eorum. Petro Bobonis Johannis Zalgia, Johanni Jacobi Clementis, Jacobo Andree Ottaviani; Ottaviano Johannis Guidonis pro ſe & Romano fratre ſuo, Jacobo, Nicolao, & Fatio filiis quondam Riccii recipientibus pro ſe ipſis, & vice & nomine Johannis Rubei; Johannis Nicolai & Bubofelli; Johannis Bobonis Capputi, Johannis Nicolai & Johannis Petri Rubei abſentium, Stefano filio Bonifatii Johannis Nicolai pro ſe & Petrucio fratre ſuo, Petro & Mattheo fratribus filiis quondam Johannis Riccii, Jacobo & Johanni fratribus filiis quondam Conſulis Johannis Aſtalli recipientibus pro ſe ipſis, & Stefano, Nicolao, & Johanne fratribus filiis olim Jacobi Octaviani; Bonifilio Johannis Feris.. Petro Luce, Angelo Jacobi, Johanne Boboli, Petruccio & Jacobello pupillis fratribus filiis dicti Angeli; Jacobo Petri de Minerba, & Johanni fratri ejus pupillo; Octaviano Petri Gironde; Paulo Petri Raynerii, Cinthio Andree Angeli, Stefano Centumlibre, Jacobo Ferragute; Johanni Jacobi Obicciones pro ſe & Melioſo fratre ſuo, Siniorili & Andree fratribus filiis quondam Octaviani Siniorilis, & Siniorili & Caliſtello fratribus pupillis filiis quondam Angeli Siniorilis, Johanni Blaſio notario; Guidolino Andrecte notario; Nicolai Symeonis Petri epiſcopi; Johanni Angeli Vitiati; Nicolao & Petro filiis quondam Ruffini; Ruffino Johannis Ruffini & Andree fratribus filiis quondam Andree Nicolai Guidonis recipientibus pro ſe ipſis, & pro Petro fratre eorum, Angelo Angeli Johannis Pilioli; Stefano Nicolai

Fa-

Farine; Nicolao Tanducii; Petro Jacobi Provenzani; Raynerio filio olim Bartholomei Oddoline pro ſe & Nicolao fratre ſuo; Donatello Nicolai Deodati recipientibus pro ſe & Paulo fratre ſuo; Paulo Boboli; Eligio Romani Bonfiglioli, Jacobo Johannis, Jobannis Micini; Bonfigliolo dicto Jacobo Johannis recipientibus pro ſe, & pro Gregorio Gregorii Bonfiglioli, Romano & Jacobo filiis quondam Romani Obiccionis; Johanni & Majo filiis olim Raynerii Johannis Cinibii recipientibus pro ſe, & Petro Johannis Oddonis abſentibus; Jobanni filio Jobannis Blaſii pupillo Johanni Aſtaldi; Jobanni Baronis negoii ejus; Jacobo Johannis Saxonis recipientibus pro ſe & Steſano fratre ſuo; Petro Saxonis nepoti predictorum, Petro Munaldi; Franciſco Johannis Monaldi; Nicolao Petri Socorengi; Jacobo & Soccarello fratribus filiis Johannis Andree; Petro Gicarello recipienti pro ſe & Steſano Nicolai Cicarelli nepote ſuo abſente; Jannuccio Petri Matthei pupillo; Leonardo Petri Gentilis notario; Jacobo Oddonis; Jacobo Petrucii; Symarello filio quondam Petri Socii pro ſe & Sanctolo fratre ſuo. Predictis omnibus & ſingulis de regione Tranſtiberina eorumque liberis maſculis ac omnibus aliis deſcendentibus ex eis maſculis & legitimis tamen pro tempore inſcripto. Id eſt ſtagnum majus totum & integrum cum omnibus ſuis pertinentiis, uſibus & utilitatibus, juribus & adjacentiis, & aliis, que de jure in ſtagno predicto, & ejus circumſtantiis piſcatores conſueverunt habere; quod ſtagnum conſuevit temporibus retroactis locari; cujus proprietatem pleno jure predicti omnes preſentes vice & nomine omnium aliorum abſentium predictorum recognoverunt pleno jure pertinere pro medietate ad dictum epiſcopum, & pro alia medietate ad dictum monaſterium; & inſuper jure locationis predicte dederunt & conceſſerunt dictum ſtagnum & jus piſcandi in eo, & piſces capiendi; quod ſtagnum ſitum eſt in Campo majori in dioceſi Portuenſi, & prope civitatem quondam Portuenſem, ſicut & quatenus protenditur hinc ad viginti novem annos proximos venturos; incipiendo ab hac die & ſemper dicto tempore in perpetuum ſingulis viginti novem annis relocando, & hanc locationem renovando pro dictis & eorum filiis & nepotibus deinceps maſculis legitimis ſolvendo per quemlibet, cui locatio fiet in renovatione octo ſolidos parvorum. Hanc autem locationem, conceſſionem & que dicta ſunt, fecerunt eiſdem pro eo, quod predicti prius nominati de genealogia quondam Petri Cinthii Guidonis; Secundi vero ſunt de genealogia quondam domini Johannis Guidonis de Papa. Alii vero omnes ſunt deſcendentes per lineam maſculinam legitimi ex illis, quibus antiqua locatio apparet fuiſſe facta de ſtagno predicto. Et pro eo quod pro hac relocatura & renovatione receperunt a quolibet predictorum preſentium, & nomine aliorum abſentium predictos octo ſolidos parvorum Senatus ad rationem triginta quatuor denariorum per Turnenſem argenti; & nibilominus ad meliorem cautelam vocaverunt ſe bene quietos & pacatos, renunciantes exceptioni non ſolute & non numerate pecunie. Tali quidem pacto & tenore ab eis ipſo inſtanti promiſſo & acceptato, ſcilicet quod dehinc in antea habeant poteſtatem ipſum ſtagnum dicto tempore tenendi, poſſidendi, piſcandi, utendi, fruendi per eumdem dominum epiſcopum pro medietate, & dictum monaſterium pro alia medietate, & quomodocumque, quemcumque, & qualitercumque & dicti piſcatores, vel aliqui ſeu aliquis ex eis quoſcumque piſces apprehenderint in dicto ſtagno toto tempore anni decimam partem ipſorum piſcium ſeu pretii ipſorum dicto domino epiſcopo pro medietate, & dicto monaſterio pro alia medietate tribuant & aſſignent, & tribuere & aſſignare teneantur apud manſiones dicti ſtagni, excepto de anguillis, que ad ſorſcinam capientur, ſine fraude; ſalvo de piſcibus, qui comedentur ibi per piſcatores, & quos ad Urbem portaverint non in magna quantitate & ſine fraude; ſalvo etiam & reſervato, quod omni tempore & omni die predictus dominus epiſcopus & ſui ſucceſſores & dictus domnus abbas & conventus & eorum ſucceſſores habeant & habere poſſint ibi quatuor piſcatores populares & non plures, non potentes perſonas, ſcilicet quilibet eorum duos ad beneplacitum eorum, & voluntatem ſine dictorum piſcatorum contradictione, & nulli alii extraneo jus non habenti per hanc locationem liceat introire in preſenti locatione, vel in dicto ſtagno piſcari ſine licentia dicti domini epiſcopi & domni abbatis & conventus dicti monaſterii & ſucceſſorum ſuorum & ipſorum piſcatorum dicto contractu durante: & ipſe dominus epiſcopus vel ejus ſucceſſores, & ipſi domnus abbas & conventus & eorum ſucceſſores ad dictum ſtagnum cauſa piſcandi iverint perſonaliter quocumque tempore ſine dictorum piſca-

ſcatorum contrarietate vel eorum heredum licitum ſit eis piſcari, & piſcari facere per piſcatores dicti ſtagni ad eorum baneplacitum. Et ſi monacus obedientie caſtri Molerupte dicti monaſterii, & vicedominus ſeu nuntius dicti domini epiſcopi & ſucceſſorum eorum per ipſos piſcatores voluerint in dicto ſtagno piſcare, & piſcari facere, quinque vicibus per annum licitum ſit eis ibidem piſcarc & piſcari facere per eoſdem piſcatores ſine contrarietate dictorum piſcatorum; & liceat ipſis dominis ipſas piſcaturas petere, cum piſeatores ſint ad piſcandum in ſtagno; & quando io ſtagno ſint piſcatores, & dicti piſcatores & quilibet eorum teneantur ad compellationem dicti domini apiſeopi ſeu ejus vicedomioi & dicti domni abbatis & conventus, & predicti obedientiarii caſtri Molerupta vel eorum nuotii ſacere predictas piſcaturas. Servetur tamen tuoc predictis piſcatoribus bonus uſus cooſuetudinis, & nulli alii eccleſie, pio loco aut potenti perſone pradictum jus piſcandi vendent, dabunt, concedent, relinquant, nec alio modo transferent, nec in quemque alium, nce de eo contractum vel quaſi facient cum aliqua perſona vel loco, & ſi omnes vel aliqui ſeu aliquis eorum contraſecerint, ipſo facto contrafacientes a preſenti locatione cadent & contractus celebratus quantum ad eos ipſo jure non teneat. Item quicumque dictorum piſcatorum, vel eorum heredes & ſuceeſſores impediverint facto vel opere malitioſe & doloſe, quominus dictus dominus apiſcopus & ſui ſucceſſores, & predicti domnus abbas & conventus & eorum ſucceſſores predicta omnia & ſingula integraliter conſequantur vel circa premiſſa & premittenda vel aliquod eorum venerint, quod ipſo facto contrafacientes cadant a jure predicto, & jus eorum devolvatur ad alios piſcatores hujus locationis, & non liceat aliis piſcatoribus vel alicui eorum illum vel illos delinquentes ad uſum piſcandi in eodem ſtagoo admittere, ſed potius eos repellere debeant, poſtquam eis fuerit denuntiatum ex parte dicti domioi epiſcopi vel domni abbatis, vel per legitimas perſooas ipſorum vel alterius eorum, & ſolvat quilibet contrafaciens decem libras parvorum pro medietate domino epiſcopo, & pro alia medietate monaſterio predicto. De quo ſtagno & jure piſeandi tenendo, ut dictum eſt, ipſi dominus epiſcopus, abbas & conventus, & dictus dominus Johannes voluerunt predictos omnes & ſingulos poſſeſſionem vel quaſi appreheodere, tenere & poſſidere, & poſſeſſionem vel quaſi iode habent, confirmaverunt eis, & nihilominus conſtituerunt tenere & poſſidere nomine predictorum, & pro eis. Dantes eiſdem poteſtatam, ut auctoritate eorum propria poſſint in dictum ſtagaum poſſeſſionem ipſius vel quaſi intrare, tenere & poſſidere, uti & frui, ut ſupradictum eſt, que omnia & ſingula predicti omnes & ſinguli & quilibet eorum promiſerunt dictis abbati oomine dicti monaſterii, & dicto domino Johanni nomioe dicti domioi epiſeopi & epiſcopatus per ſacramentum corporaliter preſtitum a predictis omnibus preſentibus, preter clericos & pupillos perpetuo predicta & inſraſcripta rata & firma habere, attendere, obſervare & contra non venire, & predicta omnia obſervare, & eos indempnes reddere & conſervare. Item juraverunt totum eorum poſſe ſalvare dictum ſtagnum & jura dicti ſtagni ad requiſitiooem dicti epiſcopi & abbatis, aut ſuorum ſucceſſorum & nuotiorum eorum toto poſſe juvare dictum dominum epiſcopum & mooaſterium ſupradictos, & poſitos eorumdem in dicto ſtagno & juribus dicti ſtagni, ac ipſum ſtagnum & jura ipſius, & predicti domnus abbas & conventus, & dominus Johannes vicedominus nomine dicti epiſcopatus & epiſcopi, & pro eis eodem modo promiſerunt hanc locatiooem ratam & firmam habere, obſervare & cootra noo venire, & ab omni perſona & loco de jure defendere ſub peoa quatuor librarum auri hine & inde promiſſa, quibus penis ſolutis vel non, predicta nihilominus firma perdurent. Renuntiantibus &c. Teſtes dominus Angelus Malaſpioa judex & legum doctor; domnus Petrus Maximi judex; domnus Calixtus judex; Petrus Scotte; Jacobus Banedicti; Johanoes filius naturalis domini Calixti; Petrus Angeli Odoline. Ego Jacobus Leooardi Jacobi Rubei civis Romanus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, & io publicam formam redegi rogatus.

In nomine Domini aono nativitatis ejuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo tempore pontificatus domioi Boniſacii pape octavi anno ejus tertio indictione decima menſis aprilis die vigeſimo in preſentia mei Jacobi Leonardi Jacobi Rubei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Venerabilis pater dominus Matheus miſeratiooe divina Portuenſis & ſancte Ruffioe epiſeopus ſua bona voluntate, preſeote quoque Johanne Blaſii &

Gui-

Guidolino Andreocte notario, & recipientibus pro ſe ipſis, & ut ſindicis & procuratoribus omnium ſupradictorum procuratorio nomine pro eis, quorum procnratores ſunt, locationem ſeu quocumque alio nomine cenſeatur, factam per diſcretum virum dompnum Johannem priorem eccleſie ſancti Bartholomei de Tevellaria Todertine dioceſis vicedominum & procuratorem ſuum de ſtagno majori campi ſalini, & ſcriptam per me eumdem notarium in anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto tempore pontificatus Domini Bonifatii pape octavi anno ejus ſecundo indictione nona menſis maii die ſexto confirmavit, corroboravit & acceptavit cum omnibus ſuis tenoribus & capitulis, prout patet publico inſtrumento predicto. Actum in Urbe in palatio domini Bertbuldi de filiis Urſi, ubi venerabilis pater predictus hoſpitabatur, preſentibus bis teſtibus ad hec vocatis & rogatis; ſcilicet religioſo viro domino fratre Johanne miniſtro generali ordinis Minorum; religioſo viro domino fratre Leonardo miniſtro provincie Romane predicti ordinis; magiſtro Bonamico notario predicti domini epiſcopi, & ſcrib. . canon. . aſcin. . Ego Jacobus Leonardi Jacobi Rubei civis Romanus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, & in publicam formam redegi rogatus.

Nos Mattheus Mardonius palatinus judex hoc exemplum ſeu tranſumptum ex predicto originali & autbentico inſtrumento locationis exemplato per Paulum notarium ſubſcriptum vidimus & inſpeximus, & per ſubſcriptos notarios legi & aſcultari mandavimus, & quia utrumque de verbo ad verbum invenimus concordare, ideo, ut habeatur eidem exemplo de cetero plena fides, noſtram auctoritatem & decretum interponimus.

Ego Franciſcus Jacobi Johannis de Urbe *&c.* notarius *&c.*

Ego Petrus Johannis Buccatiole Dei gratia alme Urbis prefecti auctoritate notarius *&c.*

Ego Andreas Romani Johannis Obitinnis *&c.* notarius *&c.*

Ego Paulus Johannis Jacobi Alberti de Urbe, Dei & ſacre prefecture auctoritate publicus notarius boc exemplum ſeu tranſumptum ex predicto authentico, & originali inſtrumento locationis ſcripto per Jacobum Leonardi Jacobi Rubei imperiali auctoritata notarium *&c.* exemplavi de verbo ad verbum *&c.* & poſtmodum in preſentia ſapientia & diſcreti viri domini Matthei Mardonis judicis palatini una cum predictis Franciſco, Petro, & Andrea notariis eum dicto originali pluries & pluries auſcultavi, & quia utrumque de verbo ad verbum invenimus concordare, ut habeatur eidem exemplo de cetero plena fides in publicam formam redegi, ad inſtantiam venerabilis viri domini Fulconis vicedomini Portuenſis, & venerabilis viri domini fratris Benedicti abbatis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe ſub anno Domini milleſimo treceteſimo trigeſimo ſecundo pontificatus domini Johannis XXII. pape indictione quintadecima die ſexta menſis aprilis.

CLXXXVIII.

Conſules territorii Trivienſis eliguntur; & lex circa dotes ſtatuitur de conſenſu monachorum Trivienſium.

Anno 1296. 29. aprilis.

Ex regeſto Baldronis notarii pag. 173.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CC. LXXXXVI. die penultima menſis aprilis in monaſterio ſancte Marie de Trivio, preſentibus Bergolo de Papatrice, Ugolino Ranuzzoli de la Valle *&c.* teſtibus. Evidenter pateat omnibus inſpecturis, quod congregati & ſimul coadunati conſules, & conſiliarii, & homines ville terre & univerſitatis de Trivio & diſtrictus Trivii, ut moris eſt, ad renovandum conſules, & ad preſtanda juramenta conſulatus, qui conſules facti & ordinati ſunt hii, Manous Roſſi, Radulfus Vite, Tivignolus de Vado, Franceſchus Grani de Cella, ipſi conſules cum voluntate & conſenſu omnium hominum dicte univerſitatis pro majori parte ibi preſentium ante preſentiam dompni Juncte abbatis dicti monaſterii, & dompni Guidonis, dompni Galaſſi, & domini Auguſtini monachorum ipſius monaſterii, de voluntate & conſenſu dicti domini abbatis & dictorum monacborum preſentium babita deliberatione plenaria communi concordia unanimiter ſtatuerunt & ordinaverunt inter ſe, quod aliqua femina de fidelibus dicti monaſterii, que nupta ſit, & habuerit dotem, ſive habebit in poſterum a patre vel fratre, ſive alio quocumque modo habuerit, non poſſit, nec debeat ultra ipſam dotem aliquid petere per ſe *Ibid. n. 40.*

vel

vel ſuos heredes, nec regreſſum habere in bonis vel ſucceſſione ſui patris, matris, fratris vel ſororis, vel alierius conſanguinei *&c.* ſed contenta ſit de dote, quam babuit & non debeat, oec poſſit petere aliquid *&c.* & qui contrafecerit, tencatur dare & ſolvere oomioe pene diſto domioo abbati xxvi. lib. Rav. & nihilomious predicta obſervare. Cui ordinamento ſive ſtatuto dictus dominus abbas & monachi preſentes cooſenſerunt, & predicta rata, & firma tenere promiſerunt, volentes ipſi homioes, quod de his publicum inſtrumentum per me infraſcriptum ooiarium fieret *&c.*

Et ego Buldrooe noi. *&c.*

CLXXXIX.

Caſtrum Calanitiæ venditum abbati & monachis Trivienſibus.

Anno 1296. x. maji.

Ex eodem regeſto pag. 174. *in archivo Trivii.*

Ibidem : IN Dei nomine emen. Anno Domini a nativitate milleſimo cc. lxx xvi. indictione viiii. tempore domini Bonifacii pape die x. menſis madii in clauſtro monaſterii ſancte Marie de Trivio, preſentibus Gualfredo Juncte de Poppio, Junctino quondam Blaſio *etc.* teſtibus. Dompnus Juncta abbas monaſterii predicti confitens & aſſerens ſe & dictum monaſterium teneri & obligatum eſſe ſer Nuto notario de Biblena procuratori domine Manbilie quondam Aldobrandini de Calanicia, & domine Margarite ejus filie in quantitate & ſumma xxx. librarum deoariorum Pyſanorum minutorum de ſumma C. librarum, quas eidem ſer Nuto dare & ſolvere tenebantur ipſe abbas & monaſterium pro parte pretii emptionis, quam ab eo ſecerunt de caſtro Calanicio & pertinentiis, ad quod debitum obligati ſunt principaliter x. bomines de Bulciano, Valſavignone & Fratelle, ſicut cooſtabat in inſtrumento manu mei notarii. Idem dominus abbas per ſe & ſuos ſucceſſores nomine dicti monaſterii promiſit & conſenſit dompno Guidone & dompno Auguſtino monachis, promittens facere, quod alii monachi conſentirent, dedit & obligavit eidem ſer Nuto oomine pignoris & in pignus unum molendinum poſitum in Calanicia, non obſtante confeſſione facta per dictum ſer Nutum de ipſo debito C. librarum, dans ei licentiam dictum molendinum tenendum, poſſidendum, & fructus ex eo percipiendum, & ipſos fructus alienandum, donec eis de dictis xxx. libris fuerit ſatisfactum, & promittens eum noo tollere ſed legitime defendere ſub pena dupli, cum boc pacto, quod dictus ſer Nutus teneatur ſibi excomputare & deminuere de dicta ſumma & debito pro quolibet ſtario grani *etc.* uſque ad kalendas auguſti iiii. ſolidos Piſanos, & pro quolibet ſtario alterius bladi ii. ſolidos Piſanos, & a kalendis auguſti in antea pro quolibet ſtario grani iii. ſolidos & vi. denar. Piſan. & pro quolibet ſtario alterius bladi xxi. denarios Piſanos, dooec ſibi de dictis xxx. libris fuerit ſatisfactum. Item teneat & poſſit aqueductum dicti molendini, macenas, ferramenta, & omne hedificium pertinens manutenere & reaptare ſemper expenſis ipſius molendini, ſive de fructibus ipſius molendini, non computando ſibi pro ſatisfactione dicti debiti, & ſi dictus abbas ei ipſum debitum vel partem dicti debiti, que reſidua erit, ſatisfacere voluerit, dictus ſer Nutus teneatur recipere, & ipſum molendinum ei libere relaxare, poſtquam ſibi a dicto domioo abbate integre fuerit ſatisfactum de dictis xxx. libris Piſanis. Que omnia promiſerunt ad invicem ſub pena predicta *etc.*

Et ego Buldrooe not. *etc.*

CXC.

Juncta abbas Trivienſis condemnat fidelem ſui monaſterii.

Anno 1296. xiv. ottobris.

Ex ipſo regeſto pag. 172. *abbatiæ Trivienſis.*

IN Dei nomine, amen. Anoo Domini milleſimo cc. lxxxxvi. die xiiii. menſis octobris in caſtro montis Coronarii, preſentibus Junctino, Orlandino *etc.* teſtibus. Venturutius quondam Juliani de Civitella juravit precepta domini Juncte abbatis de Trivio, & promiſit ſtare & obedire omnibus ſuis mandatis ſub obligatione ſuorum bonorum, & ſi condemnatus eſſet, ſolvere condemnationem in quantitate x. librarum Ravenne, & ejus precibus Jacobus Galli de Civitella, Leonardus dicti loci & Chriſtophorus Guidonis de Vulcianello fidejubendo pro eo promiſerunt dicto domino abbati dare pignora x. librarum Ravenoe Ibidem.

venna &c. quibus fidejuſſoribus Venturutius promiſit eoſeonſervare indemnes ſub obligatione ſuorum bonorum. Item eodem die, loco, teſtibus &c. Quia Venturutius predictus miſit quamdam herbam in comeſtionem domine Ugoline da Civitella & ſue familie, ita quod ipſa domina Ugolina & ſua familia comedendo de ipſa comeſtione graviter uſque ad mortem paſſe fuerunt, ſicut dictus Venturutius confeſſus fuit, dictus dominus abbas condemnavit eum in LX. ſolidos Ravennatea, quos ſolvat inde ad X. dies, pena quarti.

Ego Buldrone notarius &c.

CXCI.

Raymundus patriarcha Aquilejenſis adprobat donationem Oddonis ep. Bellunenſis factam monialibus S. Gervaſii.

Anno 1297.

Ex authentico ejuſdem parthenonis.

Ibid. n. 47. RAymundus Dei gratia ſancta ſedis Aqoilagienſis patriarcha dilectis in Chriſto filiabus .. abbatiſſe & conventui monaſterii ſanctorum Gervaſii & Protaſiii Bellunenſis dioceſis ſalutem & benedictionem io Domino. Juſtis petentium deſideriis facile nos convenit prebnre aſſenſum, & votis annuere, que a rationis tramite noo diſcordant. Ea propter dilacte io Domino filie veſtris devotis ſupplicationibus benigne inclinati donationem ac inveſtituram trium manſorum jacentium, unius videlicet in villa Fortancr., alterius in villa Podenzoni plebatus Lavacii, & tertii io loco, qui dicitur ad ſanctum Vitom in plebe Sedlici, necnon unius montis, qui dicitur mons Caglade, comitatus Belluni, per felicis recordationis Odonem Bellunenſem & Feltrenſem epiſcopum de conſcoſo capitoli Belluoi vobis & monaſterio veſtro factas, prout in inſtrumento exinde ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo-tertio indictione ſexta dia ſextadecima intranta octobri io civitate Belluni in capella epiſeopalis palatii per Carlum notarium confecto plene conſpeximus annotari, necnon immunitatem, exemptionem ac abſolutionem a contributioon, datione ſeu ſolutione collectarum vobis ae veſtro monaſterio per bone memorie Adalgerium epiſcopum Bellunenſem & Feltrenſem, ac per dilectos filios decanum & capitulom Bellunenſis eccleſie, necnon per clerum dioceſis Bellunenſis cooceſſas, ut in inſtrnmento ſub anno Domini milleſimo duccoteſimo octuageſimo indictione octava die nono intrante januario in eccleſia majori civitatis Belluni per Maynardinum notarium inde confecto, & ipſius Adalgerii olim epiſcopi ſigillo pendenti munito vidimus plenius contineri, ratas habentes & gratas, eas de certa ſcientia confirmamus, & preſentia ſeripti patrocinio communimus. Nulli ergo liceat hominum haoc noſtre confirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerarin contraire. Si quis aotem cootrafecerit, iodignationem Dei omnipotentis & glorioſe virginis matris ejus, necnon beatorum martyrum Hermacore & Fortunati, & noſtram ſe noverit incnrſurum.

Datnm Utini quioto-decimo exeunte octubri ſub anoo Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo-ſeptimo decime indictionis.

CXCII.

Monaſterium S. Marie in Silva unitur a Bonifacio VIII. epiſcopatui & eccleſie Urbis-veteris.

Anno 1297. III. nonas novembris.

Ex autographo canonicorum Urbis-veteris.

BOniſacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. priori ſancte Romane Tudertin. & .. prepoſito eccleſin ſancte Chriſtine de Bulzeno, ac .. plebano plebis ſancti Eraſmi de Montelongo Urbevetane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Urbevetanam eccleſiam, que veluti filiam benedictionis & gratie ſedudum apoſtolice ſedis devotam ſemper axhiboic & fidelem, & continuatis laudabilibus ſtudiis exhibere non deſioit, favoribus proſequentes uberibus, eamque gerentes in viſceribns charitatis npem libenter impertimur & opera, dicteque ſedis partes addicimus, uc ad Dei laudem & gloriam, ac beate Virginis Matris ſuo, in enjus honore predicta ecclesia fundata dignoſcitur, ſtatus ejus honoris & commodi votiva ſuſcipiat incrementa. Sane conſiderantea attentius, quod prefata eccleſia ioter ceteras, quas circumpoſite regiooia limes includit, multe nobilitatis inſigniis decoratur; quodque in ea devota & ſedula ſtudiia obſequia exercentur, penſantes etiam, quod Ibid. n. 49.

eccleſia ipſa juxta ſui ſtatus decentiam, fructus, provantus & redditus non obtinet congruentes; quodque ſolemnis & operoſa ejuſdem eccleſie fabrica, quam ven. frater noſter epiſcopus & dilecti filii archipresbyter & capitulum eccleſie memorate pie & laudande ſollicitudinis ſtudio inchoarunt, multitudinem exigit expenſarum, ad quarum ſupportanda onera proprie ipſis non ſuppetunt facultates, dignum duximus Deoque acceptum, jurique conſonum fuimus arbitrati, ut circa epiſcopum, archipresbyterum, capitulum & eccleſiam ſupradicta apoſtolice liberalitatis munificentiam extendamus. Cum itaque, ſicut habet fide digna & noſtris jam pluries auribus inculcata relatio, & ex ipſa facti evidentia innoteſcit, monaſterium ſancte Maria in Silva Camaldulenſis ordinis Urbis-veteris dioceſis, nunc abbatis regimine deſtitutum, quod anteactis temporibus florere in ſpiritualibus & temporalibus conſuevit, per incuriam & negligentiam perſonarum hactenus in ipſo degentium tam in capite, quam in membris noſceretur non modicum deformatum, & quaſi continue ſtatus ejus diſpendia minorationis incurrere: Nos intendentes ſuper hoc congrue proviſionis adhibere remedium, dicteque fabrice opportunum ſubſidium impertiri, & ipſos epiſcopum, archipresbyterum, capitulum & eccleſiam favore proſequi gratioſo, prefatum monaſterium cum omnibus membris, juribus & pertinentiis ſuis ubilibet conſtitutis tam eidem epiſcopo, archipresbytero & capitulo in eorum ſubſidium, quam fabrice predicte, non obſtante quod de abbatia ejuſdem monaſterii inter dilectos filios fratrem Severinum, qui eam detinere dicitur occupatam, & Petrum ejuſdem Camaldulenſis ordinis in Romana curia queſtio ventilaret, auctoritate apoſtolica in perpetuum de gratia conceſſimus ſpeciali. Volumus autem, quod medietas fructuum, reddituum & provantuum monaſterii, membrorum, jurium & pertinentiarum predictorum uſque ad quinquennium a data literarum noſtrarum numerandum in ejuſdem opus fabrice convertatur, quodque ex tunc fructus, redditus, & proventus iidem epiſcopus, archipresbyter & capitulum memorati ſuis poſſint uſibus applicare, inter eos annis ſingulis dividendos, dicto epiſcopo partem ipſorum dimidiam, reliquam vero eidem capitulo percepturis, reſervata illis monachis in monaſterio ſupradicto morantibus, quamdiu viverent, congrua portione, de qua valeant commode ſuſtentari, quodque in prefata Urbevetana eccleſia dicti epiſcopus, archipresbyter & capitulum quatuor capellas perpetuas conſtrui facerent, ac totidem inſtituerent in eiſdem idoneos capellanos perpetuo in ipſa eccleſia in divinis officiis ſervituros. Nos enim ex tunc irritum & inane decernimus *&c.* Datum Bulzeni tertio nonas novembris pontificatus noſtri anno tertio.

CXCIII.

Libellus abbatis Vallis-caſtri, ut monaſterium Aque-pagane & alia loca ſue juriſdictionis ab invaſoribus tueatur Rom. pontifex aliaque acta.

Anno 1297.

Ex autographo S. Blaſii Fabriani.

SIgnificant Sanctitati Veſtre abbas & conventus monaſterii Vallis-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis, quod quidam clerici occuparunt monaſterium ſancti Salvatoris de Aqua-pagana Spoletane dioceſis ſpectans ad dictum monaſterium Vallis-caſtri cum capellis, juribus & pertinentiis ſuis, dictique abbas & conventus monaſterium ſancti Salvatoris cum capellis, juribus & pertinentiis ſuis fratri Gualterio olim elemoſinario Sanctitatis veſtre conceſſerunt, qui frater Gualterius contra dictos clericos definitivam ſententiam per .. decanum Pictavienſem, tunc in dicta cauſa auditorem reportavit, eiſdem clericis perpetuum ſilentium imponentem, & eoſdem de dicto monaſterio & capellis ipſius, ut detentores illicitos removentem, qui de predicta cauſa cognoſcens comperuit predictos abbatem & conventum in predictis plenum jus habere, poſt quam & ipſius fratris G.. obitum dicti clerici monaſterium predictum, & ipſius capellas & bona nequiter invaſerunt, & adhuc invaſa & occupata tenent, inde monachis Vallis-caſtri & aliis familiaribus dicti fratris G.. vulneratis, & verberatis & expulſis non obſt ..... juri, quod in dicto monaſterio & capellis haberent ſeu habere poſſent, renuntiarunt ſponte capitulo etiam Spoletano ad ipſorum clericorum inſtantiam in dicto monaſterio & ipſius capellis multos clericos intrudente, Inſuper Fulginati epiſcopo medietatem eccleſie ſancti Angeli de Cripta .... ſuo nepoti, & aliam medietatem .. priori majoris eccleſie Fulginatis de facto, poſt dicti fratris

Ibidem n. 48.

tris

tris G.. obitum conſerente, quam dictus frater G.. ut capellam ipſius monaſterii ſancti Salvatoris, dum vixit, tenuit, poſſedit pacifice & quiete, de qua monachos & ſamiliares predictos predicti oepos & prior temere ejici ſecerunt, Quare prefati abbas & conventus ſupplicant, quatenus, cum predicta ſint notoria, ipſos ad predictum monaſterium, eccleſiam, & capellas cum juribus & pertinentiis ſuis ubicumqne, & penes quoſcumqua invenirentur, plene & integre reſtitui faciatis, mandantes predictos occupatores intruſos, intruſorea & invaſores perſonaliter citari ad curiam, ſuper premiſſis exceſſibus violentiis & injuriis penas canonicas recepturos.

R. A. R. V.

Io nomine Domini, ameo. Dudum ſanctiſſimus pater & dominus dominus Bonifacius divina providentia papa VIII. cauſam, que vertebatur, & verti ſperabatur inter religioſum virum fratrem Gualterium ipſius domini pape eleemoſynarium ex parte una, & domnum Johannem Berarducii, qui ſe dicebat priorem, domnum Jacobum Petroni, Vegnatum Benvegni, Johannem Albriconi & alios, qui ſe dicunt canonici eccleſie ſancti Salvatoris de Aqua-pagana Spoletaoe dioceſis ex parte altera, ſuper omnibus & ſingulis fructibus & proventibus eccleſie ſancti Salvatoris predicte *&c.* nobis magiſtro Bartholomeo decano Pictavieoſi domini pape capellano & ipſius ſacri palatii cauſarum auditori, audiendam commiſis, & fine debito terminandam. Comparentibus itaque coram nobis magiſtro Mattheo de Camerioo procuratore predicti fratris Gualterii ex parte una, & domino Beneintendi procuratore dictorum dicentium ſe priorem & canonicos ex altera, idem dominus Benintendi ſubſtituit plenarie magiſtrum Johaonem de Spello in cauſa ipſa; & comparentibus magiſtro Mattheo de Camerino *&c.* & magiſtro Johanne de Spello *&c.* idem magiſter Mattheus libellum in judicio obtulit in hac forma. Coram vobis ven. viro domino Bartholomeo decano Pictavienſi *&c.* proponit Mattheus de Camerino *&c.* contra domnum Johannem, qui ſe dicit priorem, *&c.* eccleſie ſancti Salvatoris de Aqua pagana *&c.* quod licet religioſi viri abbas & conventus monaſterii ſancti Romualdi de Valle-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis omnes & ſingulos fructus *&c.* bonorum dicti prioratus eccleſie ſancti Salvatoris, & ſingularum eccleſiarum ſubjectarum eidem prioratui, conſiſtentium & jacentium tam in Spoletana, Camerinenſi & Fulginenſi dioceſi, quam alibi utcumque ſpectantium ad eumdem, eidem fratri Gualterio pro multis gratis ſervitiis receptis, & prout de jure poterant, quoad vixerit, recipiendia donaſſent & conceſſiſſent; ipſi tamen clerici fructus *&c.* prioratus predicti, ipſumque prioratum contra juſtitiam *&c.* occuparunt & occupant *&c.* impedientes ipſum eoſdem fructus *&c.* percipere & recolligere, ſicut debet: Quare petiit dictus procurator, nomina quo ſupra, predictos clericos & eorum quemlibet ab occupatione & detentione omnium & ſingulorum predictorum finaliter amoveri, ipſoſque & eorum quemlibet predictum fratrem Gualterium per ſe & alios nomine ſui percipere & recolligere, ac poſſidere ac tenere predicta omnia *&c.* permittat, & de cetero noo impediat *&c.* inhiberi, & eoſdem ipſi fratri Gualterio vel ejus procuratori pro ipſo in fructibus perceptis, & qui percepti ex predictis non ſuerint propter eorum oppoſitionem & impedimentum, vel eorum extimationem, quam ſaciunt cc. floren. auri, finaliter condempnari .... dicta petitione *&c.* Lite itaque coram nobis *&c.* conteſtata *&c.* aſſignato etiam termioo *&c.* magiſter Johannes de Spello conſtituit & ſubſtituit procuratorem magiſtrum Turſium de Tolentioo in cauſa predicta *&c.* demum dictus magiſter Turſius *&c.* quoſdam articulos exhibuit *&c.* deinde nos dicto Turſio terminum peremptorium aſſignavimus ad producendum & exhibendum omnia inſtrumenta *&c.* in quo termino quibuſdam inſtrumentis pro parte dicti magiſtri Turſii exhibitis coram nobis, & quadam commiſſiona ſacta nobis a predicto domino noſtro ſummo pontifice, cujus commiſſionis copia utrique parti fieri mandavimus, in judicio exhibita, in qua cootinetur, quod idem ſummus pontiſex voluit, commiſit & mandavit nobis oraculo vive vocis, quod ſi per proceſſum dicte cauſe confeſſata, producta & acta, habita vel habenda in ea liqueret vel liquere poſſent, predictos dicentes ſe priorem & canonicos oon habere jus in eccleſia predicta, eo non obſtante quod opponeretur, & dato quod verum eſſet, quod dictus frater Gualterius ſuiſſet perſona inhabilis, utpote tamen laicus..... converſus, ad ſuſceptionem dicte donationis, & ad agendum eo modo quo agit, cum agat oomine ſuo, oon tamquam procurator alicujus monaſterii, & quod

donatio dicto fratri Gualterio facta, da qua fit in actis mentio, ex ſui forma non tenuiſſet. nos autem ferremus ſeotentiam coorra eoſdem dicentes ſe priorem & canooicos, & per ſenteotiam eoſdem amoveremus ab eccleſia ſupradicta, tamquam illieitos detentores, & eis imponeremus ſilentium ſuper dicta eccleſia, juribus & pertinentiis ejuſdem eccleſie, & quod io eo quod petit dictus frater Gualterius, quod permittat eum libere & pacifice percipere & habere predicta, & quod non impediatur ſuper perceptione ipſorum fructuum &c. ſuperſederemus a ſeotentia ferenda, donec idem dominus papa ſuper his aliter ordinaſſet &c. Item confeſſus eſt dictus magiſter de Spello, quod aota tempus LXII. annorum pertinuit ad abbatem & conventum monaſterii Vallis-caſtri inſtitutio prioris in prioratu ſeu ecclesia ſancti Salvatoris predicta, & quod dictus prioratus ſeu eccleſia fuit & eſſe conſuevit membrum dicti monaſterii Vallis-caſtri, & quod de predictis &c. eſt publica vox & ſama in dicto monaſterio Vallis-caſtri, & in Camerinenſi & in Spoletana dioceſi, & locis vicinis dicto prioratui, contra quas confeſſiooes nihil eſt oppoſitum de errore, ex quibus confeſſionibus apparet ipſos reos, qui dicunt ſe joſtitutos in eccleſia predicta per epiſcopum Spoletanum, & ab ipſo cauſam habere, cum non docuerint, quod epiſcopus Spoletanus a tempore predicto citatum jus inſtituendi preſcripſerit vel acquiſierit, nec predicti articuli per dictum Turſium ſuper revocatione erroris dati fuerint ad effectum preſcriptioois vel oſtenſioois juris ſui exhibiti non habere jus in predicta eccleſia, & predictos articulos oon eſſe admittendos. Staret etiam in ſuo robore probatio facta per inſtrumenta pro parte dicti fratris Gualterii, & minime reprobata, in quorum altero per manum publicam confecto inter cetera continetur, quod epiſcopus Spoletanus & abbas monaſterii Vallis-caſtri, qui tunc eraot, ſuper eccleſia predicta ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, ſuper qua erat queſtio intereos, ad talem concordiam devenerunt, videlicet quod ipſi abbas & ejus ſucceſſores imperpetuom poſſent inſtituere & deſtituere priorem ſeu priores ſucceſſive in dicta eccleſia ſancti Salvatoris de Aqua-pagaoa ſioe cootradictione ipſius epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum, quemadmodum facit prelatos io eccleſia ſua, cui concordie ex curſu temporis poſtea ſubſequuti, de quo probatum eſt per teſtes pro parte dicti fratris Gualterii productos, coadjuvantibus etiam inſtrumentis, abbates monaſterii Vallis-caſtri, qui pro tempore fueront, inſtituiſſe ſucceſſive priores monachos ejuſdem monaſterii in predicta eccleſia, & eam in ſpiritualibus & temporalibus guberoaſſe &c. Nos actis in dicta cauſa plenius recenſitis &c. Chriſti nomine invocato, preſentibus magiſtris Georgio, & Mattheo & Turſio procuratoribus partiom predictarum, ad hanc definitivam ſententiam audiendam &c. omni jure, quo poſſumus, pronunciando definitive in his ſcriptis, predictos ſuperius nomioatos, & dicentes ſe canonicos a predicta eccleſia ſancti Salvatoris poſſeſſione & detentione ipſius eccleſie, jurium & pertinentiarom ejuſdem tamquam detentores illicitos finaliter amovemus, eiſdem & procuratoribus predictis, qui contra dictum fratrem Gualterium comparuerunt in negotio predicto &c. ſilentiom imponentes; & reſervantes ordinationi domini noſtri dicti ſummi pontificis alia conteota in petitione dicti fratris Gualterii, quatenus tangunt jus ipſius in perceptione fructuum eccleſie memorate. In cujus rei teſtimonium &c. lecta & pronunciata fuit predicta ſententia per ſupradictum dominum Bartholomeum decanum Pictavienſem Auditorem mane hora cauſarum, & pro tribuoali ſedentem Romæ apud ſanctum Petrum in palatio domini pape, preſentibus procuratoribus partium predictarum . . . . ven. patre domioo . . . . Aquilenſi epiſcopo &c. ſub anoo Domioi M. CC. XCVII. indictiooe X. pontificatus domini Booiſacii pape VIII. anno III. die XVI. menſis decembris.

† Et ego Nicolaus Raynerii de Interamne imperiali auctoritate ootarius &c. ſcripſi &c. meoque ſolito ſigno ſignavi rogatus.

CXCIV.

Bulla Bonifacii VIII. qua unit eremo Camaldulenſi plebem Balnei, & caſtrum Soci donat Guillielmo Novello comiti.

Anno 1298. kal. januarii,

Ex originali Fontis-boni. §. Brevia. num. 101.

BOnifacius epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio nobili viro Guillielmo dicto Novello comiti Palatino in Thuſcia ſamiliari oostro ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Beoigna cooſiderationis indagine perſcrutantes, quod *Ibid. n.*

tu

tu ab annis teneris noſtris obſequiis familiariter deputatus laudabiliter & prudenter te geſſeris, nos propterea perſonam tuam affectu favorabili proſequentes ad ea libenter intendimus, que tui honoris & commodi reſpiciunt incrementa. Cum itaque, ſicut habet fide digna relatio plurimorum, heremus, prior, conventus & ordo Camaldulenſis Romane eccleſie immediate ſubjecti de caſtro de Soci Aretine dioceſis, ac bonis, juribus, ac poſſeſſionibus ipſius caſtri ad eos pleno jure ſpectantibus modice utilitatis fructum propter potentiam ſeu malitiam vicinorum annuatim percipiant: nos volentes te tuis exigentibus meritis prerogativa favoris & gratie ſpecialis proſequi, tibi & tuis poſteris in perpetuum caſtrum ipſum & muros, palatia, domos, bona, poſſeſſiones, jura & quecumque alia in eodem caſtro, aut ejus continentiis vel pertinentiis, curte, territorio vel diſtrictu ad ipſos priorem & conventum, ordinem & heremum ſupradictos pertinentia quoquomodo, auctoritate noſtra & de apoſtolice plenitudine poteſtatis, ac etiam de conniventia ejuſdem prioris concedimus & donamus, a te, poſteriſque tuis habenda, tenenda, poſſidenda, ac per te & ipſos, prout tibi & eis expedire videbitur diſponenda, te nihilominus per anulum noſtrum inveſtimus preſentialiter de eiſdem. Decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus de caſtro, bonis, juribus & poſſeſſionibus, ac aliis omnibus memoratis ſcienter vel ignoranter a quoquam contigerit attemptari. Nos enim benignius intendentes ipſius heremi precavere indempnitatibus in hac parte, & ejuſdem eccleſie ſeu plebis providere ſtatui benignius intenderemus, eccleſiam ſeu plebem de Balneo Saxenatenſis dioceſis cum omnibus bonis, juribus & poſſeſſionibus ſuis ubilibet conſtitutis in recompenſationem grandem & uberem caſtri & aliorum omnium predictorum eidem heremo auctoritate & poteſtate predictis univimus, anneximus, conceſſimus, & incorporavimus omnino, ut in ipſa eccleſia, ſive plebe prior & monachi de ordine Camaldulenſi predicto perpetuis futuris temporibus commorarentur, eaque per priorem hujuſmodi regeretur continue, ac etiam gubernaretur, jure patronatus, & omnibus aliis, que dilecti filii nobiles viri comites Guidones illarum partium in eccleſia ſeu plebe obtinere noſcuntur, ipſis comitibus ſemper ſalvis. Volumus autem, quod tu & poſteri ſupradicti ad protegendum & defendendum bona, poſſeſſiones & jura ejuſdem heremi, cum ab ipſius priore vel conventu fueritis requiſiti, vos promptos & favorabiles impendatis. Nulli ergo omnino hominum *&c.* Si quis *&c.*

Datum Laterani kal. januarii pontificatus noſtri anno quarto.

CXCV.

Altera ejuſdem pro executione unionis ejuſdem plebis Balneenſis.

Ipſo die.

Ex authentico Fontis-boni. §. Brevia, n. 100.

IN Dei nomine amen. Hec eſt copia ſive exemplum cujuſdam privilegii papalis ſive apoſtolici publice & authentice ſcripture in carta membrana ſcripte, cui privilegio & carte ipſius privilegii in infima parte erat appenſa in cordula de canape quedam bulla plana & rotunda de plumbo, in qua bulla videntur in facie una ſculpta capita beatorum apoſtolorum Petri & Pauli cum venerabili ſigno Crucis in medio, & deſuper extant littere, videlicet s. PA. S. PE. & ex alia facie dicte bulle erant litere ſculpte dicentes; BONIFACIUS PP. VIII. cujus quidem privilegii forma talis eſt. *Ibidem.*

Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati monaſterii de Trivio, & .. priori de Cellis Saſſenat. dioceſis, ac .. archidiacono eccleſie Atrebaten. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad apoſtolatus noſtri notitiam fide digna & jam noſtris auribus inculcata relatione pervenit, quod .. plebanus & canonici eccleſie ſeu plebis de Balneo Saſſenat. dioceſis laudabilibus & ſalubribus actibus, quos honeſtas ordinis exigit clericalis, libello dato repudii, mundanas ſequentes illecebras, & ſecularibus voluptatibus inherentes vitam ducunt enormiter diſſolutam in ſue ſalutis & fame diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Bona quoque poſſeſſiones & jura eccleſie ſeu plebis ejuſdem cuſtodire ac tueri non curant pro ſuo libito voluntatis, propter quod illa utpote incuſtodita & relicta neglectui uſurpantur, & occupantur a pluribus in ipſius eccleſie ſeu plebis grave prejudicium & jacturam. Sane fide dignis relationibus intellecto, quod dilecti filii .. prior & conventus heremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis de caſtro de Soci Aretine dioceſis,

ac bonis, juribus & poſſeſſionibus ſuis ad eoſdem priorem & conventum, ac heremum & ordioem Camaldulenſem ſpectantibus hactenus pleno jure modice utilitatis fructum propter potentiam ſeu malitiam vicinorum annuatim percipere poterant; Nos volentes dilectum filium nobilem virum Guillielmum, dictum Novellum, comitem Palatinum in Thuſcia familiarem noſtrum ſuis exigentibus meritis prerogativa favoris & gratie ſpecialis proſequi, ſibi & ejus poſteris in perpetuum caſtrum ipſum, & muros, palatium, domos, bona, poſſeſſiones, jura & quecumque alia in eodem caſtro dudum ad ipſos priorem & cooveotum, ordinem & heremum ſupradictos pertineotia quoquomodo auctoritate noſtra & de apoſtolice plenitudine poteſtatis, ac etiam de connivencia ejuſdem prioris conceſſimus & donamus, ab eiſdem Guillielmo & poſteris habenda, tenenda, poſſidenda, ac eum & ipſos, prout eis expedire videbitur, diſponenda; dictumque Guillielmum nichilominus per noſtrum annulum inveſtimus preſentialiter de eiſdem. Decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus de caſtro, bonis, juribus, & poſſeſſionibus, ac aliis omnibus memoratis ſcienter vel ignoranter a quoquam contigerit attemptari. Volumus etiam, quod iidem Guillielmus & poſteri ad protegendum & defeodendum bona, poſſeſſiones & jura ipſius heremi, cum ab eiſdem priore & conventu fuerint requiſiti, promptos & favorabiles ſe impenderent, prout in noſtris ſuper boc confectis literis plenius & ſerioſius continetur. Cum itaque dictorum prioris & conventus ac heremi precavere indemnitatibus io hac parte, ac ejuſdem ecclesie ſeu plebis providere ſtatui benignius intenderemus, eccleſiam ac plebem ipſam cum omnibus bonis, juribus & poſſeſſionibus ſuis ubilibet conſtitutis in recompenſationem grandem & uberem caſtri & aliorum omnium predictorum eidem heremo, auctoritate ac poteſtate predictis univimus, annex:mus, conceſſimus & incorporavimus omnino, ut in ipſa eccleſia, ſive plebe prior & monachi de ordine Camaldulenſi predicti perpetuis futuris temporibus commorarentur, eaque per priorem hujuſmodi regeretur continue, ac etiam gubernaretur. Decerneotes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus de eccleſia ſeu plebe, ac ejus bonis, juribus & poſſeſſionibus ſupradictis a quoquam ſcienter vel ignoranter exiſteret attemptatum, jure patronatus & aliis omoibus, que dilecti filii nobiles comites Guidones illarum partium io eadem eccleſia ſeu plebe obtinere noſcuntur, ipſis comitibus ſemper ſalvis. Ceterum voluimus, quod eiſdem plebano & canonicis, ne io ordinis clericalis opprobrium mendicare cogerentur, de fructibus, redditibus, & proventibus eccleſie ſeu plebis predicte, quamdiu vixerint, vite neceſſaria iidem prior & conventus congrua miniſtrareot. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos vel per alium ſeu alios eoſdem priorem & cooventum, vel procuratorem ſuum eorum nomine in corporalem poſſeſſionem eccleſie ſeu plebis ejuſdem, ac bonorum, poſſeſſionum & jurium ejus inducatis auctoritate ooſtra, & defendatis inductos, ac eis vel dicto procuratori pro ipſis de fructibus, redditibus, proventibus & juribus uoiverſis ipſius eccleſie ſeu plebis faciatis integre reſponderi. Contradictores &c. Datum Laterani kalendis januarii pontificatus noſtri aono quarto.

† Ego Mattheus Bartoli de Corezo publicus auctoritate imperiali notarius &c.

† Ego Gabriellus olim de Vannis de Bagno imperiali auctoritate notarius publicus &c.

† Ego Bartolus de Conezoli de Corezo imperiali autoritate ootarius &c.

CXCVI.

Acta in lite juriſdictionis plurium eccleſiarum inter abbatias S. Victoris de Cluſis & S. Crucis de Tripudio,

Anno 1298.

Ex tabulario S. Blaſii Fabriani.

IN nomine Domini amen. Olim ſanctiſſimus pater & dominus domnus Bonifacius divina providentia papa VIII, audita querela abbatis & conventus monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis dioceſis, quod abbas & conventus monaſterii ſancte Crucis de Tripudio ejuſdem dioceſis ſuper eccleſiis ſancte Marie in Campo & ſaocti Severini de Serra diſtrictus Fabriani, & ipſarum eccleſiarum poſſeſſionibus injuriantur eiſdem, nos Johannem plebanum ſancte Marie de Civita dicte dioceſis ſuum in hac parte judicem delegavit, ut cauſam exinde ſequeodam omni appellatione poſtpoſita, ac injuriis ceſſantibus audire & decidere jure debito deberemus, cujus *Ibid. n. 14.*

dele-

delegationis virtute comparentibus in judicio coram nobis plebano antedicto domno Conredo monacho dicti monaſterii ſancte Crucis, & domno Egidio monaſterii ſancti Victoris predicti ſindicis &c. poſtmodum vero dictus domnus Conradus &c. quaſdam exceptiones oppoſuis, quas reputavimus merito ſrivolas & inanes, ſed antequam reſponderemus, utrum eſſent exceptiones admittende, vel non, predictus ſindicus ſancte Crucis ad ſanctiſſimum patrem & dominum domnum Bonifacium papam VIII. coram noſtra preſentia appellavit in ſcriptis, quam quidem appellationem infra tempus a canone ſtabilitum dictum ſindicum ſancte Crucis proſecutum fuiſſe minime nobis conſtat. Poſt hec domnus Egidius ſindicus &c. comparens in judicio coram nobis quamdam petitionem propoſuis coram nobis in hac forma: Coram vobis ſapiente & diſcreto viro domno Johanne plebano plebis Civite, & in hac parte ſummi pontificis delegato agit domnus Egidius ſindicus & procurator rev. domni Gratie abbatis monaſterii ſancti Victoris de Cluſia Camerinenſis diocesis & conventus ſeu capitali dicti monaſterii &c. contra abbatem, capitulum & conventum monaſterii ſancte Crucis de Tripudio dicte dioceſis, & contra dictum monaſterium &c. proponens contra eoſdem, quod eccleſie ſancte Marie in Campo & ſancti Severini de Serra Camerinenſis dioceſis pertinent dicto monaſterio ſancti Victoris cum omnibus bonis, & rebus & poſſeſſionibus ipſarum eccleſiarum, & ſpecialiter cum poſſeſſionibus infraſcriptis, pleno jure proprietatis pro dimidia parte pro indiviſo. Unde cum abbas, capitulum &c. ſancte Crucis dictas poſſeſſiones detineant contra voluntatem ipſius monaſterii ſancti Victoris, & poſſeſſiones dictarum rerum & dictas eccleſias &c. pro dimidia detinuerint, laborando, & faciendo laborari, & fructus percipiendo ex ipſis &c. ideo petit dictus domnus Egidius ſindicus &c. a predicto abbate, capitulo &c. predictas poſſeſſiones & terras pro dimidia cum fructibus inde perceptis, & qui exinde percipi potuerint a decem annis citra, ſi extant, aliter, ſi non extant, ipſorum fructuum extantium, quam facit c. libras Ravennates & Anconitanas, ſibi reddi & reſtitui, & ſtatum poſſeſſionum ſibi reintegrari pro dicta dimidia &c. Unde nos Johannes plebanus delegatus predictus viſis, auditis & diligenter inſpectis exceptionibus & proteſtationibus &c. delato aquite ſacramento domno Egidio &c. qui corporaliter tacto libro in animam ſuam & predictorum abbatis, capituli & conventus in ſua petitione vera eſſe & ea ſibi deberi &c. Nos itaque Chriſti nomine invocato, habentes pre oculis ſolum Deum, finaliter definimus & declaramus ſupraſcriptas terras & poſſeſſiones ad monaſterium ſancti Victoris pro dimidio jure dominii vel quaſi pertinere, & dictum domnum Egidium ſindicum &c. abbatem &c. & monaſterium eſſe reſtituenda in poſſeſſione ipſarum poſſeſſionum pro dimidio per abbatem & conventum monaſterii ſancte Crucis, dictumque domnum Conradum ſindicum &c. quarum eccleſiarum poſſeſſiones ſunt tales. In primis eccleſie ſancte Marie in Campo ſunt iſte: Petia una terre arative poſita juxta eccleſiam ſancte Marie in Campo, a I. & II. latere via, a III. Mattheus Rainaldi. Item petia una terre poſita juxta flumen a I. latere, Mattheum Nicole a II. III. & IV. Item una petia terre poſita in Plazellis juxta viam a I. latere, Mattheum Rainaldi a II. & dictam eccleſiam a III. Item petia una terre poſita in plano ſancte Marie in Campo juxta viam a duobus lateribus, & Barzum Becearium a III. Item petia una terre poſita in valle Capetati juxta viam a duobus lateribus, & eccleſiam .... de Burano a III. Item petia una &c. in plano juxta viam a I. latere, ipſam eccleſiam a II. & Bonectum Benvenisti a tertio. Item petia una &c. in cupo Berſani juxta viam a I. latere, Gratiam Gualterii a II. Petrum .... a III. & Venturam Actonis a IV. Poſſeſſiones vero eccleſie ſancti Severini de Serra ſunt iſte. In primis petia una terre poſita in valle Marti juxta viam a I. latere, Bonafidem Clavelli a II. & alia latera. Item petia terre poſita prope eccleſiam ſancti Severini juxta heredes Jacobi Deudati, filios Lene & dictam eccleſiam. Item petiam &c. in plano Perli juxta Bonafidem Clavelli a I. & II. latere, & viam a III. & IV. Item petia &c. poſita a dicta eccleſia juxta viam a I. latere, & Ugolinum Lene a II. & dictam eccleſiam a III. & IV. Item petia &c. in Vallaaga juxta Venturellum Carnovallis a I. & II. latere, viam a III. & Bonichium.... Perutii IV. Si dictarum terrarum & poſſeſſionum fructus extant, & ſi non extant a decem annis &c. .... & Caroſum Compagnoni clericum ſuum facimus executorem. Lata, promulgata & pronuntiata fuit hec ſententia & definitio per diſcretum & ſapientem virum dominum Jo-

Johannem plebanum ſancte Marie de Civita Camerinenſis dincefis ſanctiſſimi paeris & domini domini Bonifacii pape VIII. delegatum in hac parte, preſente domno Egidio cum inſtantia poſtulante ſindico monaſterii ſancti Victoris ſub anno Domini M. CC. LXXXXVIII. indictione XI. die XXVII. martii tempore domini Bonifacii pape VIII. ante dnmum ipſius plebani, preſentibus domino Paulo Deutalleve, Maſſio Creſſoli, Maſino Accorrecti teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Eodem anno & indictione die XXVI. maji ante domum predicti delegati, preſentibus domino Paulo Deutalleve & Franciſco Tinti teſtibus, Caroſus Compagnoni clericus retulit nobis judici delegato & micbi Egidio infraſcripto notario induxiſſe & poſuiſſe in tenutam & poſſeſſionem domnum Egidium predictum ſindicario nomine capituli & conventus monaſterii ſancti Victoris ſupraſcriptarum terrarum & poſſeſſionnm pro dimidia parte, prnut in dicta ſententie plenius continetur.

Et ngo Egidius imperieli euctoritate notarius rogatus ſcripſi, & de mandatn predicti domini publicavi.

CXCVII.

Laudum inter dominos de Fajola & abbatem Trivii circa caſtrum Silvæ-plane.

Ann 1298. VIII. decembris.

Ex regeſto Buldrenis notarii pag. 132.

Ibid. n. 53. IN Dei nomine, amen. Annn Domini milleſimo CC. LXXXXVIII. indictione XI. tempore dnmini Bonifacii pape die IX. menſis decembris in caſtro Corneti in domo eccleſie dicti caſtri, preſentibus presbytero Bencevene rectore dicte eccleſie, Riccobono notarin de Corneto, Lamberto de Alfaro &c. teſtibus. Dompnus Juncta abbas monaſterii ſancte Marie de Trivin nomine ipſius monaſterii per ſe & ſnos ſucceſſnres, preſente & conſentiente dompno Bono monecho ipſius monaſterii promittens facere, quod capitulum ipſius monaſterii cnnſentiret ex parte una, & nobiles viri Uguccio & Ribaldus filii quondam Raynerii de Fazola per ſe & ſuos filios heredes, promittentes facere, quod Fondazza eorum frater conſentiet & ratum habebit ex parte altera, de lite, diſcordia & coetroverſia, que inter ipſos vertebatur, & erat, ſive eſſe videbanir, nnmine & occaſione expenſarum factarum pro cuſtodia & in cuſtodibus caſtri de Silva-plana & in fornimentis & guarpimentis factis pro dicto caſtro, ſeu occaſione rennvationis & pecunie habite prn renovatione habite ab hominibus de Silva-plana, ſive alieujns debiti, ſeu obligationis & promiſſinnis facte ab una parte alteri uſque in preſentem diem, & generaliter de omni diſcordia & queſtione, que inter eos eſſe videbatur nomine & occaſinne poderis eorum communis de Silva-plana, vel alia quacumque occaſinne, promiſerunt & compromiſerunt in nobiles viros Lanceam de Mnnte-rotundo, Chigum de Mnntatiolu, Rainetolum de Alfaro preſentes & recipientes, & in Arducinum de Monte-giuſti licet abſentem, tamquam arbitros, arbitratores & communes amicos, promittentes ad invicem ſtare, parere, & obſervare & adimplere nmnem laudum, arbitrium & diffinitionem, quod & quam tulerint, & laudaverunt inter eos ſemel & plnties cum juris vel ſine juris cognitione diebus feriatis & nnn, & laudum nnn revocare &c. ſub pena & in pena mille librarum denariorum Ravenne, & pena ſoluta vel nnn rata maneant omnia &c.

Item eodem die & locn, preſentibus Riocnbono not. predicto, Lamberto dn Alfaro &c. teſtibus. Nos Lancea, Chigus, Arducinus, & Rainetolus arbitri electi a dnmpno Juncta abbate *etc.* ex una parte, & a nobilibns viris Uguccione & Ribaldo de Fazole pro ſe & eorum fratre Fondazza ex altera, viſis, enditis &c. pro bono pacis *etc.* definimns inter eos, quod dictus dnmnus abbas & monaſterium det & ſnlvat dictis nnbilibus de Fazola pro ſatisfactione expenſarum factarum in cuſtodia dicti caſtri de Silva-plana, & in fornimentis & guarnimentis ipſius caſtri nongentas libras denariorum minutorum. Item quod ipſi nobiles de Fazola Uguccio, Ribaldus & Fondazza debeant ſibi excomputari & demiouere de dicta ſumma centum Flarenos de euro, quos eidem domno abbati dare tenebantur. Item quod dictus abbas debeat medietatem dicte ſumme, que erit & remanſit e dictis centum Flnrenis, ſolvere & dare dictis nobilibns de Fazola inde ad proximas kalendas aprilis, & aliam medietatem ſolvere eis inde ad feſtum ſancte Marie de auguſtn. Item laudamns nulla dictarum partium alteri petat vel exiget aliquid ultra dictam ſummam occaſione dictarom expenſarum ſeu fornimenti vel guarnimenti Silve-plane,

vel

vel renovationis habite, nec alia quacumque cauſa vel obligatione ſacta retro uſque io preſentem diem &c. Hec omnia precipimus obſervari ſub pena mille librarum denariorum, ut ſupra in compromiſſo contenta &c.

Et ego Buldrone notarius &c.

CXCVIII.

Juncta abbas Trivii eligit Ugaccionem de Fajola vicarium in omnibus locis ſui monaſterii.

Anno 1298. XXXI. decembris.

Ex eodem regeſto pag. 3. *archivi Trivienſis.*

Id. n. 54. IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CC. LXXXXVIII. indictione XI. tempore domini Booifacii pape die ultima menſis decembris in caſtro montis Cornarii, preſentibus presbytero Bono rectore hoſpitalis de Manole, & Guiducio Brunelli, Ventura Johannis & Compagno de monte Cornario teſtibus. Dompous Juncta abbas monaſterii ſancte Marie de Trivio nomine dicti monaſterii ad honorem Dei & beate Marie virginis, & ad bonorem capituli dicti monaſterii, & ad ſtatum fidelium ipſius fecit & conſtituit nobilem virum Uguccionem de Fazola, licet abſentem, ſuum vicarium io omoibus terris & locis dicti monaſterii hinc ad ſex menſes proximos venturos, dans ei licentiam in omnibus terris dicti monaſterii & fidelibus ipſiua jura reddendi, requirendi, puniendi criminaliter & civiliter &c. promittens ratum habere &c. cum tertia parte omnium condemnationum, quas a fidelibus dicti monaſterii exegerit eum voluntate & conſenſu dicti abbatis &c.

Et egn Buldrone notarius &c. interfui & rogatus ss.

CXCIX.

Balla Bonifacii VIII. electionis Jacobi monachi in priorem Fontis-Avellanæ.

Anno 1299. IX. kal. febrnarii.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

bid. n. 53. BOnifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Jacobo priori eremi ſancte Crucis Fontis-avellane ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictioonem. Ad exequendum peſtoralis officii debitum vigilantibus ſtudiis intendentes circa ſtatum religioſorum locorum vacantium, preſertim Romane eccleſie nullo medio ſubjectorum, aciem attente conſiderationis extendimus, ut de ipſorum profectibus ſollicite cogitamus, opem ſolerter & operam, prout utilius ſore perpendimus, intendentes, ut vitentur omnino diſpendia, que illis vacationis prolixitas ingerit, eis accommode proviſionis & celeris votiva celebritas illuceſcat. Sane vacante dudum eremo ſancte Crucis Fontis Avellane Eugubine dioceſis per obitum quondam Matthei eremi predicte prioris in civitate Reatina, tunc inibi reſidente Romana coria, decedentis, non cupientes, ut eidem eremo perſona preficeretur idonea, per quam poſſet utiliter dirigi & ſalubriter gubernari, ordinationem ſeu diſpoſitionem ipſius eremi ea vice proviſioni ſedis apoſtolice duximus reſervandam, decernentea ex tunc irritum & inane, ſi ſecus de dicta eremo ſcienter vel ignoranter a quoquam contingeret atentari. Poſtmodum autem diligentius attendentes, quod neque ejuſdem eremi, neque illarum partium plenam habebamus ootitiam perſonarum, & propterea non valentes juata deſiderium cordis ooſtri providere decenter ipſi eremo de priore, volentes quoque mandatis ejuſdem . . . . . apoſtnlice ſedis explicare elementiam, ipſoſque ſavore proſequi ſpeciali, eis electionem bujuſmodi ſub ea forma gratioſe duximus remittendam, us iidem videlicet vocatis omnibus, qui vellent, deberent & poſſent commode intereſſe, ſuper ipſius electionis negotio per viam ſcrutinii procedere procurarent, recepro ab eorum ſingulis io eadem electione vocem habeotibus juramento, quod quidquid per eos fieri de jamdicta electione contingeret, ad noſtram fideliter referre preſentiam noo diferrent. Cumque prefati monachi ſuper eodem negotio juxta noſtre remiſſionis tenorem ſeu formam procedere euraviſſent, tandem compertum extitit, quod de ſeptuagintaduobus monachis tunc in ipſius eremi capitulo congregatis, ac vocem, prout premittitur, in electione habentibus ſupradicta, quioquaginta-duo in dilectum filium *etc.* abbatem monaſterii ſancti Laurentii in Campo ordinis ſancti Benedicti Fanenſis diocesis direxerant ſua vota, ipſum in priorem ejuſdem eremi eligendo. Demum decreto ſuper eadem electione

confecto nobis infra legitimi temporis ſpatium preſentato, nos eidem abbati mandavimus, ut ſe noſtro conſpectui preſentaret. Quo tandem in noſtra preſentia conſtituto, examinationem proceſſus in eodem negotio habitam, & etiam electe perſone venerabili fratri noſtro Gerardo epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filiis noſtris Nicolao tituli ſancti Laurentii in Damaſo presbytero, & Jacobo ſancti Georgii ad velum aureum diacono cardinalibus vive vocis oraculo duximus committendam, volentes ut quod per ipſos in hac parte inveniri contingeret, eorum nobis plena relatio intimaret; qui ſuper examinatione predicta ſollicite procedentes, nobis, quod de ipſa per eos inventum extitit, referre plenius curaverunt. Nos autem relatione cardinalium predictorum diligenter audita, & ſollicita meditatione diſcuſſa, electionem hujuſmodi de abbate ipſo factam non perſone vitio, ſed ex aliis certis rationabilibus cauſis, ejuſdem eremi utilitate penſata, non duximus admittendam. Levantes igitur in circuitu oculos mentis noſtre, ac diligentius advertentes laudabile teſtimonium, quod ſibi de tue multe probitatis meritis, honeſtate morum, diſcretionis induſtria & aliis virtutum donis, quibus perſonam tuam decoravit Altiſſimus, perhibetur, intendentes quoque patris more ſolliciti eremi providere profectibus prelibate, de te tunc priore clauſtrali ejuſdem eremi de fratrum noſtrorum conſilio & apoſtolice poteſtatis plenitudine providemus, teque ipſi prefigimus in priorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi ſpiritualiter & temporaliter committendo, firma concepta fiducia, ſpeque nobis indubia ſuggerente, quod illius tibi favente clementia, & tuorum diligenter ſolertia ſtudiorum, a quo bona cuncta procedere dignoſcuntur, predicta eremus ſub tui regiminis tempore gubernata ſalubriter ſpiritualibus & temporalibus proficiat incrementis. Suſcipe igitur jugum Domini, & ſuavi ejus oneri humiliter colle ſubmittere non poſtpones, commiſſamque tue ſollicitudini Dominici curam gregis exequi ſtudeas diligenter, ut laudabili de ipſo reddita in die diſtricti examinis ratione, felicitatis eterne premia cum electis accipias, & eumdem gregem ad uberioris meriti fructum & retributionis majoria cumulum introducas. Datum Laterani nono kal. februarii pontificatus noſtri anno quinto.

CC.

Alia ejuſdem pro Camaldulenſibus contra moleſtantes eorum bona.

Anno 1299. VI. kal. februarii.

Ex autographo Fontis-boni. §. Breviarum, num. 102.

BOnifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri .. epiſcopo Aretino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii .. prior & conventus monaſterii de heremo per priorem ſoliti gubernari Camaldulenſis ordinis Aretine dioceſis, quam predeceſſores eorum decimas, terras, domos, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, caſtra, caſalia, nemora, molendina, jura, juriſdictiones & quedam alia bona ad monaſterium ipſum ſpectantia datis ſuper hoc literis, interpoſitis juramentis, factis renunciationibus, & penis adjectis, in gravem ejuſdem monaſterii leſionem, nonnullis clericis & laicis *&c. ut in altera anni 1295. dat. Laterani idibus februarii anno primo*. Cum igitur noſtra interſit leſis monaſteriis ſubvenire, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus *&c.* *Ibid. n. 63.*

Datum Laterani VI. kalendas februarii pontificatus noſtri anno quinto.

CCI.

Uguiccio ep. & canonici Senogallienſes donant Gratiæ abbati S. Victoris de Cluſis plebem S. Mariæ de Colle Roccha-contradæ.

Anno 1299. XIII. junii.

Ex authentico S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine. Hoc eſt exemplum cujuſdam inſtrumenti cum die & conſule, cujus tenor talis eſt. In Dei nomine amen. Anno domini M. CC. XCIX. indictione XII. tempore domini Bonifacii pp. VIII. die XIII. menſis junii. Venerabili in Chriſto patre & domino fratre Uguiccione Senogallienſe epiſcopo, domno Ruberto, domno Ventura nomine ſuo & nomine domni Nicholai prepoſiti, domno Homodeo, domno Jacobo Saxii, domno Erigo, domno Nicholao Angeli canonicis Senogallienſibus, & fratre Rainerio procuratore domni Corradi de Fal- *Ibid. n. 64.*

loro-

lorbno, domni Pucii Frederici & domni Simonis de Rachaneto canonicorum Senogallienſium, & ipſorum nomine more ſolito ad capitulum congregatis ad tractandum & deliberandum de infraſcripta donatione, ceſſione & deliberatione inter ſe ſuper hiis babita diligenti; idem venerabilis pater & dominus domnus frater Uguiccio Senogallienſis epiſcopus cum conſenſu & voluntate predictorum canonicorum & capituli Senogallienſis eccleſie ibidem preſentis & conſentientis, & ipſum totum Senogallienſe capitulum unanimiter & concorditer nemine diſcordante, cum conſenſu & voluntate & auctoritate predicti domini epiſcopi, ipſorum nomine & vice dicti epiſcopatus & eccleſie Senogallienſis, per ſe ſuoſque impoſterum ſucceſſores, conſiderantes quod nihil eſt ſalubrius, nihilque fructuoſius animabus, quam monaſteriis & cenobiis Deo divinoque cultui dedicatis elargiri & ſubvenire predictis; ideoque pietatis intuitu, & pro remiſſione ſuorum peccatorum & ipſorum impoſterum ſucceſſorum dederunt, ceſſerunt & conceſſerunt reverendo viro domno Gratie abbati monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis dioceſis recipienti nomine & vice dicti monaſterii, & pro ipſo monaſterio plebem ſancte Marie de Colle Senogallienſis dioceſis diſtrictus Rocche-contrade, cum libris, campanis, paramentis, terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquimolis, molendinis, montibus, rupinis, & cum omnibus aliis juribus & pertinentiis ſuis, ſubmittentes predicti domini epiſcopus & capitulum dictam plebem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis predicto domino abbati & ſuis ſucceſſoribus & monaſterio predicto omni jure & modo, ita quod dominus abbas & ſui ſucceſſores poſſint & debeant presbyterum in dicta plebe eligere, ponere, inſtituere & deſtituere, forma & cauſa, quibus melius poſſunt, cujus plebis dictum monaſterium dignoſcitur eſſe patronus, & in ea juſpatronatus habuiſſe & habere, rectorem, adminiſtratorem & gubernatorem pro libito voluntatis, & ipſam plebem de clericis rectoribus, adminiſtratoribus, gubernatoribus & ſervitoribus ordinare, mutare, & revocare, prout de ipſius abbatis, & monaſterii & ſuorum ſucceſſorum voluntate proceſſerit, & eis viſum fuerit pro utilitate & bono ſtatu dicte plenis melius expedire; ita quod divinus cultus ſemper in dicta plebe in Dei ſervitio teneatur, & ita quod dicta plebs ſub obedientia dicti abbatis & monaſterii perpetuo conſervetur. In quibus juribus inſtituendi, ordinandi, mutandi, removendi & deſtituendi dictam plebem de clericis & ſervitoribus in temporalibus & ſpiritualibus dicto abbati recipienti pro ſe & dicto monaſterio & ſuis ſucceſſoribus idem dominus epiſcopus, preſente & volente, & conſentiente dicto capitulo ſuo, in quo interfuerunt canonici ſupradicti, & dictum capitulum cum conſenſu & voluntate domini epiſcopi ſupradicti & auctoritatem preſtante, dederunt, conceſſerunt & tranſtulerunt totaliter vices ſuas, dantes & concedentes & transferentes in eis in predictis omne jus & omnem actionem & auctoritatem & poteſtatem, quas habenr & babere poſſent, & in eis competit & competere poteſt de jure *etc.* reſervatia epiſcopatui & eccleſie Senogallienſi *&c.* canonica obedientia, reverentia & ſubjectione, correctione & reformatione, cenſura eccleſiaſtica, juriſdictione cauſarum, ſynodstico, quarta parte mortuorum, viſitatione & aliis juribus epiſcopalibus debitis & conſuetis ſe, ipſius domini abbatis & monaſterii nomine, conſtituit poſſidere, donec idem domnus abbas & monaſterium ipſius plebis, & bonorum & jurium dicte eccleſie ſive plebis poſſeſſionem acceperint corporalem; quam accipiendi, tenendi *&c.*

Actum in Serra-comitum in domo Simoneti de Advivato in camera dicti domini epiſcopi, ubi ipſe morabatur, preſentibus dompno Paulo Ritii, dompno Benvenuto Januarii, Barthulo notario dicti domini epiſcopi, Rugerio Uguiccionis, Matthiolo Rinaldutii, & dompno Thomaſio judice & notario, qui una mecum buic contractui rogatus eſt ſubſcribere, teſtes rogati & vocati.

Et ego Andreas Andree auctoritate imperiali notarius omnibus ſupradictis interfui rogatus, ſcripſi & publicavi.

Et ego Philippus Mactututii de Fabriano imperiali auctoritate notarius predictum exemplum, prout in originsli inveni, ita hie fideliter & per ordinem tranſcripſi & exemplavi, nil addens vel minuens fraudolenter, de mandato & auctoritate ſapientis viri Cioni judicis communis Fabriani in publicam formam redegi *etc.* ſub anno Domini M.CCC.XXXVIIII. indictione VI. tempore domini Benedicti pape XII. die VIII. menſis octobris Fabriani in palatio dicti communis, preſentibus Benvepiace notario, Andrea Egidioli & Franciſco Bartholucii domni Naſcimbeni teſtibus vocatis & rogatis.

CCII.

Bulla Bonifacii VIII. cenfirmantis privilegium Innocentii IV. anni 1249. pro monaſterio S. Gregorii de Urbe.

Anno 1299. xv. kal. julii.

Ex tabularis ejuſdem monaſterii.

Ibid. n. 57. BOnifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. abbati ac conventui monaſterii ſancti Gregorii in clivo Scauri de Urbe ordinis ſancti Benedicti. Privilegium quoddam felicis recordationis Innocentii pape IV. predeceſſoris noſtri vobis ab eo conceſſum ex parte veſtra nobis exhibitum, cujus fila ſerica, per que in eo plumbea bulla pendet, ſunt pro parte corroſa, ut de ipſo imposterum certitudo haberi valeat, ad veſtre ſupplicationis inſtantiam de verbo ad verbum preſentibus fecimus annotari, cujus tenor talis eſt. Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei.. abbati monaſterii ſancti Gregorii in Clivo Scauri de Urbe ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancti Gregorii in Clivo Scauri de Urbe, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem monaſterium impreſentiarum juſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; eccleſiam ſancte Marie de Manu cum omnibus pertinentiis ſuis, ſancte Marie in Petrstis, ſancti Jacobi in Orrea, ſancte Trinitatis de Scotis, & ſancte Marie de Metriis eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem; munitionem, que Septem-ſolia nominatur, dominium turris de Atcu, & Trali prope Turrem eamdem; caſtrum, quod dicitur Molarupts, & ſancte Marie & ſancti Apollinaris ejuſdem caſtri eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem; dominium caſtri de Arena & eccleſiam ſancte Marie caſtri ejuſdem cum omnibus pertinentiis ſuis; caſtrum Guidonis & eccleſiam ſancte Marie caſtri ejuſdem cum omnibus pertinentiis ejuſdem; caſtrum Mazzani, & ſancti Nicolai, & ſancti Benedicti ejuſdem caſtri eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem; dominium Caſtri-veteli & eccleſiam ipſius caſtri cum omnibus pertinentiis ſuis; dominium Orciani, & eccleſiam ſancte Marie caſtri ejuſdem cum omnibus pertinentiis ſuis; ſancte Fortunate in civitate Sutrina, ſancti Georgii in ſuburbio caſtri Flajani, ſancti Andree in Tibure, & ſancti Severini de Utricolo cum omnibus pertinentiis eorumdem, turrem de Arcione & palombarium prope Urbem, terras & prata, que habetis ibidem, caſtrum Fuſtiniani & eccleſiam ſancte Marie caſtri ejuſdem cum omnibus pertinentiis eorumdem; ſancti Gregorii & Caſacorbule caſtra, ac caſtrorum ipſorum eccleſias cum omnibus pertinentiis eorumdem; villam, que dicitur Caſtelluzza, & eccleſiam ſancte Marie ville ipſius cum omnibus pertinentiis earumdem; molendina, terras & prata, que habetis in loco, qui dicitur Barbilianum; hortos, quos habetis in loco, qui dicitur Vallis de Buiojo cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis in monte & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos, liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium veſtrarum literarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochie veſtre nullus ſine aſſenſu veſtro capellam ſive oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis

legiis pontificum Romanorum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, aut publice uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli &c. Si qua &c. noſtre conſtitutionis &c. Datum Lugduni per manum magiſtri Martini S. R. E. vicecancellarii VI. kal. julii indictione VII. incarnationis dominice anno M. CC. XLIX. pontificatus vero domini Innocentii papæ IV. anno VI. Ceterum, ut hujus tenor omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat ſie inſertus, apoſtolica auctoritate decernimus, ut idem robur eamque vim eamdemque vigorem per omnia habeat & retineat, quem habet privilegium, & eadem ſibi prorſus fides adhibeatur, quandocumque & ubicumque, ſive in judicio ſive alibi fuerit exhibitum & oſtenſum, & ſtetur ei firmiter in omnibus, ſicut eidem privilegio ſtaretur, ſi foret exhibitum vel oſtenſum, & firmam fidem per omnia faciat, etiamſi privilegium predictum non adhiberetur, nec appareret, nec etiam haberetur. Nulli ergo &c. noſtre annotationis & conſtitutionis &c. Datum Anagnie XV. kal. julii pontificatus noſtri anno V.

CCIII.

Sententia Morandini abb. S. Cypriani de Muriano pro Hengelerio priore S. Martini novi de Opitergio contra Alexandrum ep. Feltrenſem & Bellunenſem.

Anno 1299. IV. julii.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano.

IN Dei nomine amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo ducenteſimononageſimo nono menſe julii die quarto intrante indictione duodecima. Coram me notario & teſtibus infraſcriptis, & preſenta dompno Hengelerio priore ſancti Martini novi de Opitergio Cenetenſis dioceſis petente cum inſtantia ſententiam ferri. Dompnus Morandinus Dei gratia abbas monaſterii ſancti Cypriani de Muriano Torcellane dioceſis arbiter aſſumptus in cauſa, que vertitur inter predictum priorem & ven. patrem dominum fratrem Alexandrum epiſcopum Feltrenſem & Bellunenſem ſedendo legit & protulit ſententiam ſic dicens. In Chriſti nomine amen. Cum de lite & controverſia, que vertitur inter domnum Hengelerium priorem ſancti Martini novi de Opitergio Cenetenſis dioceſis ordinis Camaldulenſis, & ven. patrem dominum fratrem Alexandrum epiſcopum Feltrenſem & Bellunenſem, ſeu Petrum de Pandino procuratorem ejus ſuper poſſeſſionibus quibuſdam, que fuerunt bonorum Fratalie ſancti Martini veteris de Opitergio, & presbyteri Oliverii de predicto loco intromiſſis per Petrum de Pandino de Opitergio procuratorem domini epiſcopi, & procuratorio nomine pro eodem in me Morandinum abbatem monaſterii ſancti Cypriani de Muriano Torcellane dioceſis fuerit in plena concordia a partibus compromiſſum, viſis & auditis allegationibus, & omnibus, que voluerunt partes proponere coram me, & diligenter inſpectis inſtrumentis per dictum priorem productis, cum ex averſo nihil oſtenſum fuerit aut probatum infra tempus partibus ad inſtrumenta & teſtes producendos & probandum indultum, habito etiam conſilio ſapientum pro pena in compromiſſo appoſita, dico, ſententio & arbitror, quod dictus dominus epiſcopus ſeu predictus procurator ejus debeat ſacere *Ibid. n. 64.*

cere relevari & removeri in totum omnem intromiſſionem & ſequeſtrationem qualitercumque factam de predictis poſſeſſionibus sut fructibus earumdem, adjudieans & decernens ipſas poſſeſſiones ad ipſum priorem & monaſterium ſeu eccleſiam ſancti Martini novi predicti libere pertinere. Et ita, ut ſupra dictum eſt, pro pens in compromiſſione appoſita a partibus obſervari precipio.

Actum eſt boc in elauſtro monaſterii ſancti Cypriani de Muriano, preſentibus dompno Andrea abbate monaſterii ſancti Michaelis de Muriano, Michaele de Vulterris, dompnis Jacobo, Alberico & Damiano monachis ſancti Cypriani predicti teſtibus ad hec ſpecialitec vocatis & rogatis, & aliis.

Ego Petrus filius quondam Marci Zubani de Muriano imperiali auctoritate notarius & judex ordinarius hiis omnibus rogatus ſcripſi, complevi & roboravi.

CCIV.

Literæ Bonifacii VIII. contra invaſores monaſterii S. Salvatoris de Aquapagana.

Anno 1299. x. kal. Septembris.

Ex authentico S. Romualdi de Urbe. XV. 11.

Ibidem n. 58. IN Dei nomine amen. Hoc eſt exemplum quarumdam literarum apoſtolicarum papalium bullatarum bulls plumbea, in qua quidem bulla erant inſculta capita beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & in medio ipſorum capitum quedam Crux, & ſupra ipſa capita erant inſculte litere nominum ipſorum apoſtolorum, ſcilicet S. PA. S. PE. ex una parte, ex altera vero parte ipſius bulle erant inſculte litere ſic dicentes. Bonifacius pp. VIII. Que bulla quodam filo canape erat appenſa. Tenor quarum inferius denotatur.

Bonifacins epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri .. epiſcopo, & dilectis filiis .. archidiacono & Franciſco Zafini canonico Camerinen. ſalutem & apoſtolieam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii abbas & conventus monaſterii Vallis-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis, quod eum olim Beneteni de Veruelano, Jacobus Pretoni, Raynaldus de Mazolinis, Raynaldus de Forcella, Buſcus Bersrdutii presbyteri, Johannes Albricocit, Jontarellus Bondemani, Boccotius Salvetti, Lellus de Vixio, Fortia de Popula clerici, & Zutius de Rocbecta laycus Fulginatis & Spoletane dioceſis monaſterium de Aqua-pagana, necnon capellas, eccleſias, membra, jura & alia bona ipſius monaſterii in predictis dioceſibus conſiſtentia, ad predictum monaſterium Vallis-caſtri pleno jure ſpectantia per violentiam occupaſſent, & occupata etiam detinerent, quondam frater Galterius elemoſinarius noſter, eui adminiſtratio ipſius monaſterii de Aquapagana, eccleſiarum, capellarum, membrorum, jurium & bonorum predictorum per eoſdem abbatem & conventum monaſterii Vallis-caſtri commiſſa extitit, preſatos presbyteros, clericos & laycum petendo eos tam ſuo, quam ejuſdem monaſterii Vallis-caſtri nomine amoveri ab illia, & ſibi predicta reſtitui coram venerabili fratri noſtro epiſcopo Eduenſi, tunc decano Pictavienſi, capellano noſtro, palatii noſtri auditore cauſarum, ex ſpeciali commiſſione ſibi a nobis ſuper hoc facta, traxit in cauſam, liteque inter ipſas partes ſuper petitione dicti fratria Galterii conteſtata legitime, nos eidem epiſcopo ad ipſius fratris Galterii inſtantiam ſecundo commiſimus, ut ſi conſtaret eidem, presbyteroa, clericos & laycum ſupradictos jus in monaſterio, eccleſiis capellis & membris non hsbere predictis, ſilentium perpetuum eis imponeret ſuper illis, qui epiſcopus cognitia ipſius cauſe meritis & juris ordine obſervato, ſecutus etiam formam ſecunde commiſſionis hujuſmodi definitive pronuntiavit, & ſententialiter definivit preſatos presbyteros, clericos & laycum in predictis monaſterio de Aqua-pagana, capellis, eccleſiis, membris, juribus & bonis jus aliquod non babere, ipſoſque tanquam detentores illicitos amoveri debere ab illis, eis ſuper hiis perpetuum ſilentium nibilominus imponendo, & licet preſati presbyteri, clerici & laicus hujuſmodi ſententie bumiliter paruiſſent, ac nihilominus renuntiaſſent in ipſius auditoris preſentia omni juri, ſi quod in predictis babebant, dictuſque frater G., tam ſuo, quam ipſius monaſterii Vallis-caſtri nomine eorumdem monaſterii de Aqua-pagana, necnon capellarum, eccleſiarum, membrorum, jurium & bonorum predictorum poſſeſſionem pacificam recuperaſſet, & ea uſque ad ejus obitum poſſediſſet pacifice & quiete, randem eodem fratre G.. debitum nature ſolvente prenominati presbyteri, elerici & laycus, ac etiam Bartholus de Roccba-contrate,

Ray-

Raynaldus Paſcalis, Leto de Rocchetta presbyreri, Turella Palmeroli, Petrus Japeconi, Ciecus Bonaventure, Aodriutius Venturelle, Petrutius Florite, Phylipputius Tautaroli, & Angelicus de Mazolinis clerici predictarum dioceſum dictum monaſterium de Aqua-pagana, necnon capellas, eccleſias, membra, & alia bona predicta denuo occuparunt & detinent occupata. Inſuper venerabili fratre noſtro.. epiſcopo Fulginate, necnon capitulo eccleſie Spoletane, qui occupationibus, ſpoliationibus & exceſſibus hujuſmodi conſenſum prebuiſſe dicuntur, afflictionem afflictis addere non verentibus, dictum capitulum Spoletanum ad eorumdem presbyterorum, clericorum, & layci inſtantiam in dicto monaſterio de Aqua-pagana, & ejus capellis, eccleſiis, & membris predictis, nonnullos clericos ſeculares intruſit, & idem epiſcopus medietatem eccleſie ſancti Angeli de Cripta Fulginatenſis dioceſis ad monaſterium ipſum de Aqua-pagana pleno jure ſpectantis, Lello de Monteregali nepoti ſuo clerico Fulginii commoranti, & aliam medietatem Armanno Anaſtaſii priori majoris eccleſie Fulginatenſis minus juſte in beneficium aſſignavit, in eorumdem abbatis & conventus ac monaſterii Vallis-caſtri prajudicium non modicum & gravameo. Quare dicti abbas & conventus monaſterii Vallis-caſtri nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere eis & eidem monaſterio ſuper hoc paterna ſollicitudine dignaremur. Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios moneſtis presbyteros, clericos vel laycum ſupradictos, ut dicta monaſterium de Aqua-pagana, eccleſias, capellas, membra, & bona cum juribus, bonis & pertinentiis ſuis dictis abbati & conventui Vallis-caſtrj, vel eorum procuratori eorum nomine infra decem dierum ſpatium reſtituant, & aorumdem monaſterii Aquepagane, eccleſiarum, capellarum, membrorum, jurium, bonorum & pertinentiarum ipſorum poſſeſſionem liberam & expeditam dimittant abbati & conventui ſupradictis. Alioquin occupatores ac detentores predictos & intruſos hujuſmodi, quod perſonaliter infra quindecim dies poſt citationem veſtram compareant coram nobis, ſuper premiſſis pro meritis recepturi, peremptorie ex parte veſtra citare curetis, diem vero monitionis & citationis, & formam, & quicquid inde feceritis nobis per inſtrumentum publicum vel veſtras patentes literas harum ſeriem continentes curetis fideliter intimare. Datum Anagnie x. kal. ſept. pontificatus noſtri anno quinto.

† Et ego Petrus Guadagni imperiali auctoritate notarius, prout inveni tenorem predictarum literarum in autenticis literis...... bulla dicti ſummi pontificis bullatis, non cancellatis & non ſuſpectis in aliqua parte ſua . . hic fideliter tranſcripſi & exemplavi, & una eum infraſcriptis teſtibus preſentem copiam eum autbenticis literis coram venerabili patre domino Rambocto Camerinenſi epiſcopo infraſeripto per ordinem auſcultavi, & niebil additum vel ſubtractum repertum extitit aut ſcriptum, niſi quod in authenticis literis continetur, & de mandato & auctoritate dicti venerabilis patris domini Rambocti Camerinenſis epiſcopi preſ. ,......... in publicam formam redegi. Anno Domini M. CC. LXXXXVIIII. indictione XII. tempore domini Boniſatii pape VIII. die VI. menſis octobris. Actum Camerini in palatio epiſcopatus, preſantibus diſcretis viris domino Henrico clerico de Cremona decretorum doctore vicario dicti domini Camerinenſis epiſcopi, domino Thoma Camerinenſi canonico, dompno Johanne capellano plebis da Matelica, magiſtro Franciſco Maſſei notario dicti domini Camerinenſis epiſcopi, & magiſtro Mattheo Ofredatii notario teſtibus. Inſuper dictus dominus epiſcopus ad majorem hujus rei roborem, firmitatem & certitudinem pleniorem mandavit ſuum ſigillum inſerius apponendum.

CCV.

Literæ Franciſci ep. Florentini circa eccleſiam S. Mariæ de Rivo-frigido juris partbenonis de Luco.

Anno 1299. XIX. novembris.

Ex archivo ejuſdem partbenonis G. 62.

IN Dei nomine amen. Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono indictione decimatertia die quartadecima menſis novembris feliciter. *Ibidem n. 64.*

Frater Gualterius ſindicus & nuntius domni prioris ordinis Camaldulenſis, & domine Aldrude Guidi de Vicedominis de Florentia abbatiſſe de Luco preſentavit domino Jacobo plebano plebis ſancti Johannis da Rivocornoclario ex parte domini Franciſci epiſcopi Florentini quaſdam literas, cujus tenor talis eſt. Franciſcus

ciſcus

ciſcus Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Florentinus diſcreto viro. . plebano plebis de Rivocornoclario noſtre dioceſis ſalutem in domino. Liceat tibi per noſtras literas, quas tibi mittimus, quod Simonetto de Caſanova clerico noſtre dioceſis eccleſiam ſancte Marie de Rioſrido, cujus rectores te & predeceſſores tuos dicebat hactenus confirmaſſe beneficio clericatus, auctoritate noſtra conferre debes, quatenus ex parte religioſi viri prioris Camaldulenſis fuit nuper expoſitum coram nobis, quod quamvis tu & predeceſſores tui rectores hujuſmodi conſueveritis confirmare, ipſa tamen eccleſia eſt nihilominus pleno jure ſubjecta monaſterio ſancti Petri de Luco ordinis Camaldulenſis; quod monaſterium idem prior tenetur defendere cum omnibus membris ſuis; etiam pro ipſius parte nobis fecit expoſitum, quod tu in dicta ecclaſia clericum aliquem perpetuum nequaquam ponere conſueviſti, tenore preſentium tibi precipiendo mandamus, quatenus in ipſa eccleſia nullam facias novitatem, cum non fuerit, nec ſit noſtre intentionis dicti prioris vel ſui ordinis juribus in aliquo derogare, nec iſtud negotium cum dicto priore vel ordine habere cauſam vel litigium intendamus.

Actum Florentie die XIX. novembris indictione decimatertia anno Domini M. CC. LXXXXIX. Actum dicta plebe de Rivocornoclario, preſentibus ſer Ugolino notario dicti loci, Corſino Bocche de Luco, & Duccio Lambertini, qui hodie moratur Luco, teſtibus ad hec rogatis & vocatis.

Ego Federicus quondam Bonafidei notarius de Luco imperiali auctoritate judex predictis omnibus interfui, & rogatus publice ſcripſi.

CCVI.

Juncta abbas Trivienſis exilii pœna mactat tres homines.

Anno 1300. XXVI. februarii.

Ex regeſto Buldronis notarii pag. 52.

Ibid. p. 69. IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CCC. indictione XIII. tempore domini Bonifacii pape die XXVI. menſis februarii in caſtro montis Cornarii, preſentibus Aſtutio de Caſtulo, Andrea Dominici de Trivio, Gratiolo Boni teſtibus &c. Dompnus Juncta abbas monaſterii de Trivio exbannivit de terris dicti monaſterii Piciuchium de Maris, Orlandutium de la Valle, & Datium da Silvaplana, & eos in banno poſuit de terris dicti monaſterii, & mandavit in banno ejus arbitrio auferendo, quod nullus eos recepiſſet in terris dicti monaſterii &c.

Et ego Buldrone de Civitella imperiali auctoritate notarius ſcripſi & publicavi rogatus.

CCVII.

Proteſtatio ejuſdem abbatis circa electionem rectoris S. Andree de Alfaro.

Anno 1300. XXXI. martii.

Ex eodem regeſto in archivo Trivienſi. pag. 51.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CCC. indictione XIII. die ultima menſis martii in eccleſia ſancti Egidii de monte Cornario, preſentibus presbytero Benvenuto de Alfaro, Andrea Dominici de Trivio &c. teſtibus. Cum jus eligendi rectorem in eccleſia ſancti Andree de Alfaro pertineat ad monaſterium ſancte Marie de Trivio, & cum dompnus Juncta abbas dicti monaſterii, ut aſſerebat, plures rectores jam elegiſſet in dicta ecclaſia, & cum dompnus abbas noviter in dicta eccleſia elegiſſet presbyterum Bonum rectorem eccleſie de Bulcianello, & ipſe electus preſentaſſet ſe & electionem de ſe factam coram domino priore plebis de Balneo, petens ſe in dicta eccleſia confirmari, & dictus dominus prior eum confirmare recuſaret; ac cum ad notitiam dicti domini abbatis dicti electi perveniſſet, quod in dicta eccleſia de facto poſtea electus eſſet Prezivallus filius Arinberii de Caſtello, & ipſe Prezivallus peteret coram domino Michaele vicario dicti domini prioris ſe in dicta eccleſia confirmari, & cum ipſe dominus abbas dictum electum propter timorem & minas illatas per dominum comitem Guillielmum non poſſit jura ſua apud plebem de Balneo proponi facere coram dicto domino vicario, proteſtatus eſt & proteſtatur coram altari ſancti Egidii ſupradicti, quod ipſe vicarius non debebat aliquem in dicta eccleſia confirmare in prejudicium ſui juris, & dicte electionis ab eo facte de presbytero Bono predicto, ſubponens jura ſua protectioni & defenſioni ſancte Romane eccleſie & domini Bonifacii pape VIII. &c. Ibidem.

Ego

Ego Buldrone notarius &c. ſcripſi & publicavi.

CCVIII.

Charta in lite pro monaſterio Aquæpaganæ.

Anno 1300. kal. auguſti.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 58. IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem a nativitate milleſimo ccc. indictione XIII. tempore domini Bonifacii pape octavi die kalendarum auguſti. Domnus Johannes, qui ſe dicit priorem eccleſie ſancti Salvatoris de Aqua-pagana, nomine ſuo & procuratorio nomine abbatia monaſterii Vallis-caſtri ex parte una, & magiſter Andreas procurator ven. patris Domni N.. epiſcopi Spoletani procuratorio nomine pro eo ex altera, unanimiter & concorditer terminum eis datum per auditorem reverendi patris domni Neapolionis ſedis apoſtolice legati in marchia Anconitana & ducatu Spoletano prorogaverunt ad kalendas ſeptembria proximas venturas. Acta ſunt hec in platea eccleſie ſancti Johannis de Spoleto, preſentibus domno Alano vicario domini epiſcopi, & domino Bonreccpuio de Prato teſtibus preſentibus.

Ego Simon Aſtuldi imperiali auctoritate notarius predictis interfui, & rogatua ſcripſi & publicavi.

CCIX.

Patroni eccleſiæ S. Laurentii de Fabriano donant eccleſiam eamdem Gratiæ abbati de Cluſis.

Anno 1301. v. januarii.

Ex autographo S. Blaſii Fabriani.

[..]d lib. XLVI. [n]um. 3. IN nomine Domini amen. Anno ejuſdem milleſimo ccc. primo indictione XIIII. tempore domini Bonifacii pape VIII. die v. menſis januarii. Actum Fabriani in eccleſia ſancti Blaſii, preſentibus Franciſco Petri, Andrutio ejus filio, Corradutio Amatutii, dompno Benvegnate Venture, & Ciecho Johannis Martini teſtibus. Monutius & Puzzolus Taccaldini, Ugolinutius domini Bulgarutii & Bonaventura Johannis de Fabriano Camerinenſis dioceſis patroni infraſcripte eccleſie, titulo donationis inrevocabiliter inter vivos dederunt, ceſſerunt & conceſſerunt, adque tranſtulerunt religioſo & honeſto viro domino dompno Gratie abbati monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis dioceſis nomine dicti monaſterii recipienti eccleſiam ſancti Laurentii de Fabriano poſitam extra portam plani dicte terre, & ipſam eccleſiam cum muris, domibus, altariis, campanis, libris, paramentis, pannis, cimiterio, parochianis, terris, vineis, pratis, paſcuis, arboribus ubicumque ſint & reperiri poſſint, infra ſua latera, eccleſiarum juribus, decimarum uſibus, & cum omnibus & ſingulis juribus, actionibus adque conſuetudinibus eidem eccleſie & rebus ipſius pertinentibus ſive ſpectantibus quocumque modo vel cauſa &c. & actionem, rationem &c. & electionem rectorum ipſius eccleſie & aliarum eccleſiarum eidem ſubjacentium quocumque nomine dicto eccleſie cenſeantur vel vocabuntur, ad habendum, tenendum &c. ſub obligatione eorum bonorum &c.

Ego Tintus Petri auctoritate imperiali notarius predictis omnibus, ut ſuperius legitur, rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi.

CCX.

Conventio inter epiſcopum Spoletanum, & inter abbatem Vallis-caſtri pro eccleſia de Aqua-pagana.

Anno 1301. xi. januarii.

Ex originali S. Romualdi de Urbe. XV. 12.

IN nomine Domini amen. Anno ejuſdem a nativitate milleſimo ccc. primo indictione quarta decima tempore Bonifacii pape VIII. die undecima januarii. Hoc quidem tempore cum lis, queſtio & controverſia verterentur & eſſent, fuiſſentque longo tempore agitate inter bone memorie epiſcopos Spoletanos nomine epiſcopatus Spoleti ex parte una, & religioſos viros abbates & fratrem Hermanum nunc abbatem monaſterii ſancti Romualdi de Vallecaſtro Camerinenſis diocaſis & ejuſdem monaſterium & conventum ea altera, occaſione ſancti Salvatoria de Aqua-pagana Spoletane dioceſis, ſuper eo quod dicebatur per prefatos epiſcopos dictam eccleſiam ſancti Salvatoria pertinare & pertinere debere ad epiſcopos Spoletanos pleno jure, videlicet inſtituendo & deſtituendo priorem, clericos Ibid. n. 4.

& ſamiliam in eadem, cum eſſet dicta eccleſia in ipſius dioceſi conſtituta. Et ex adverſo dicebatur per jam dictos abbatem & conventum dictam eccleſiam ſancti Salvatoris pertinere & pertinere debere ad dictum monaſterium Vallis-caſtri, abbatem & conventum ipſius, quoad inſtituendo & deſtituendo priores, clericos & familiam dicte eccleſie ſancti Salvatoris, & ſuper hiis in Romana curia fuiſſet diſceptatum & litigatum, dicte partes poſt multas litium altercationes volentes litium evitare obſtacula, & pariter laboribus & expenſis pro bono pacis & perpetue concordie, & pro ſtatu, utilitate ac reformatione dicte eccleſie ſancti Salvatoris, que jam videtur in ſpiritualibus collapſa, & in temporalibus diminuta, venerabilis pater dominus Nicolaus nunc epiſcopus Spoletanus & dictus abbas Vallis-caſtri unanimiter & concorditer inter eos ad talia pacta, tales conventiones & tranſactiones devenerunt, preſentibus & volentibus domino Thoma priore & capitulo Spoletano, videlicet donno Marco, donno Herrico, donno Symone domini Girardi, donno Berardo, donno Symone domini Rizardi, donno Girardo archidiacono, donno Benedicto, donno Petro & donno Paulo canonicis Spoletanis ad hec ſpecialiter convocatis, videlicet quod dicti abbas & conventus, qui modo ſunt & qui pro tempore fuerint, preſentent & preſentare debeant domino epiſcopo Spoletano, qui modo eſt & qui pro tempore fuerit, unum monachum de predicto monaſterio Vallis-caſtri faciendum in priorem dicte eccleſie ſancti Salvatoris de ſexto in ſextum annum, quem preſentatum, ſi competenter ydoneus fuerit & ſufficiens ad tale officium obtinendum, dictus dominus epiſcopus debeat ſine pravitate aliqua confirmare, quem ſi ex cauſa legitima confirmare dictus dominus epiſcopus recuſaret, prefati abbas & conventus debeant alium monachum preſentare, & tertium & quartum, donec qui preficitur eccleſie de predicto monaſterio, ydoneus valeat inveniri, qui per jam dictum epiſcopum confirmetur, & quod clerici, qui nunc ſunt pro familiaribus in dicta eccleſia ſancti Salvatoris per predictum epiſcopum deputati, morari ibidem valeant, & in victu & veſtitu competenti ejuſdem eccleſie tenentes toto tempore vite ſue, dummodo eum honeſtis veſtimentis incedant de biſcio vel catſinello, prout priori viſum fuerit expedire, & prout patiuntur ipſius eccleſie facultates. Inſuper epiſcopus Spoletanus totis hiis, qui modo ſunt per dictum epiſcopum inſtituti, ſuper predictis duxerit diſponendum, poſt mortem vero dictorum clericorum vel alterius eorum ordinatio & ſubrogatio familie facienda in dicta eccleſia ſancti Salvatoris remaneat in providentia & arbitrio prioris ipſius eccleſie, qui pro tempore fuerit, ita quod de ordinanda familia & ſubrogandis clericis in eccleſia antedicta, domino epiſcopo Spoletano nulla de cetero ſit facultas, ſed priori dicte domus & eccleſie faciendi predicta omnia plena & libera ſit attributa facultas, & quod epiſcopus Spoletanus, qui modo eſt & pro tempore fuerit, in predicta eccleſia ſancti Salvatoris, hanc canonicam obedientiam, ſubjectionem & reverentiam, confirmationem prioris, ut dictum eſt. & amotionem ipſius, ſi pro ſuis exceſſibus fuerit amovendus, preſentatione monaſterio Vallis-caſtri reſervata, prout ſuperius eſt promiſſum, correctionem & reformationem, cenſuram eccleſiaſticam, interdictionem quoque cauſarum omnium ad forum eccleſiaſticum de jure ſpectantium, penas, & ſacrorum omnium, que ab epiſcopo recipienda ſunt, collationes, ſynodum & ſynodaticum, quartam mortuariorum, viſitationem quoque annuam, & procurationem ratione viſitationis debitam, ſicut patiuntur ipſius eccleſie facultates; moderatum quoque & caritativum ſubſidium, & cetera jura epiſcopalia, ſicut ab aliis eccleſiis dicte dioceſis dictus epiſcopus noſcitur obtinere. Que omnia & ſingula in omnibus & ſingulis clauſulis una pars alteri attendere & obſervare, & non contra facere vel venire promiſerunt ſub obligatione bonorum epiſcopatus Spoleti & dicti monaſterii Vallis-caſtri; quam penam inter ſe ad invicem ſtipulantes dare & ſolvere promiſerunt, ſi cuncta omnia & ſingula non obſervaverint ſupradicta, vel contrafecerint in aliquo predictorum, & pena ſoluta vel non predicta omnia firma & rata permaneant.

Acta ſunt hec in domibus eccleſie ſancti Johannis majoris de Spoleto, ubi moratur dictus dominus epiſcopus, preſente fratre Nicolao de Publica, fratre Dominico de Prato, Jacobo cancellario & donno Philippo familiaribus dicti domini epiſcopi teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Ego Symon Aſtuldi imperiali auctoritate, & nunc dicti domini epiſcopi notarius predictis omnibus interfui, & rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi, meoque proprio ſigno ſignavi, & quod ſuperius

rius ſignatum eſt & ſcriptum, manu mea propria ſcripſi & ſignavi.

CCXI.

Neapoleo card. & legatus apoſtolicus confert Maſtino de Callio plebem S. Mariæ de Colle Senogallienſis diœceſis.

Anno 1301. III. nonas februarii.

Ex autographo S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 5. NEapoleo miſeratione divina ſancti Adriani diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus diſcreto viro Maſtino nato nobilis viri Egidii militis de Callio plebano plebis ſancte Marie de Colle Senogallienſis dioceſis ſalutem in Domino. Volentes perſonam tuam ob tue merita probitatis, ſuper quibus laudabili teſtimonio commendaris, prerogativa proſequi gratie ſpecialis, plebem ſancte Marie de Colle Senogallienſis dioceſis nulli alii de jure debitam vacantem ad preſens per liberam reſignationem diſcreti viri Saxonis prioris eccleſie Callenſis dilecti capellani & familiaris noſtri procuratoris diſcreti viri dompni Bartholi de Roccacontrata olim ipſius plebis plebani, habentis ad hoc ab eodem dompno Bartholo ſufficiens & ſpeciale mandatum, ſponte in manibus noſtris factam, & a nobis admiſſam, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi canonicatum Callenſem & curalem eccleſiam ſancti Venantii de monte Paganutio Callenſis dioceſis, ut aſſeris, obtinenti, qua fungimur auctoritate, conferimus & providemus de illa. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam contigerit attemptari. Datum Spoleti III. nonas februarii pontificatus domni Bonifacii pape VIII. anno VII.

Pendent chordulæ ſigilli deperditi.

CCXII.

Acta in cauſa prædictæ collationis eccleſiæ de Colle ſubjectæ abbatiæ S. Victoris de Cluſis.

Anno 1301. XIX. maji.

Ex archetypo S. Blaſii de Fabriano.

Idem. IN nomine Domini amen. Anno ejuſdem milleſimo trigenteſimo primo in-

dictione XIV. tempore domni Bonifacii pape VIII. die XIX. menſis maji. Actum in eccleſia ſancti Blaſii de Fabriano, preſentibus domino Bredario de Saxoferrato, domino Johanne Gadolfini & Franciſco Petri teſtibus. Rev. vir dominus dompnus Uguitio abbas monaſterii ſancti Miliani Eugubine dioceſis ven. patris domini Neapoleonis ſancti Adriani diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati delegatus judex in hac parte ad perpetuandam & validandam juriſdictionem & delegationem ipſius, que talis eſt. Neapoleo &c. religioſo viro.. abbati monaſterii de ſancto Miliano ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ſalutem in Domino. Dudum cauſam, que inter dominum Maſtinum de Callio rectorem eccleſie ſancte Marie de Colle Senogallienſis dioceſis ex una parte, & religioſos viros.. abbatem & conventum monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camerinenſis dioceſis ex altera ſuper eadem eccleſia vertitur, diſcreto viro magiſtro Marino canonico Capuano dilecto capellano noſtro & curie noſtre auditori cauſarum audiendam commiſimus & fine debito terminandam, coram quo in cauſa hujuſmodi uſque ad receptionem teſtium eſt proceſſum. Volentes igitur, quod cauſa hujuſmodi pro eo quod de partibus iſtis eumdem capellanum noſtrum abeſſe contingit, non remaneat indeciſa, diſcretioni veſtre de utriuſque partis aſſenſu, qua fungimur auctoritate, committimus & mandamus, quatenus cauſam predictam in eo ſtatu, in quo dignoſcitur eſſe, reaſſumas, ac ejuſdem capellani legitimo proceſſu habito ſuper cauſa hujuſmodi obſervato, partibus convocatis audias & fine debito decidas eamdem, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem &c. Datum Fani XVI. kal. junii pontificatus domni Bonifacii pape VIII. anno VII. &c.

Item eodem anno, indictione, die, loco &c. Riczius nuntius &c. citavit dompnum Gratiam abbatem monaſterii ſancti Victoris de Cluſis &c. quatenus &c. comparere deberet coram dicto domno delegato &c.

Die XX. menſis maji Fabriani &c. dictus Riczius nuntius retulit mihi dicto notario ſe hodie citaſſe & requiſiviſſe dictum dompnum Maſtinum apud monaſterium ſancte Crucis de Contibus in caſtro Saxiferrati, apud hoſpitium Deutame de Saxoferrato &c. & in caſtro Fabriani apud eccleſiam ſancti Nicolai & hoſpitium Tinti Jacobi &c.

Et ego Philippus Petri imperiali au-

ctoritate notarius &c. ſcripſi & publicavi.

In Chriſti nomine, amen. Anno Domini M. CCC. I. indictione XIIII. die XI. menſis decembris tempore domini Bonifacii pape VIII. apud monaſterium ſancti Miliani de Conjunctolis Eugubine dioceſis. Comparentibus & conſtitutis in judicio coram preſato domno Uguitione abbate dicti monaſterii judice delegato dompnis Servo & Caroſo procuratoribus preſentibus ſupraſcriptis, idem dompnus Servus &c. exhibuit quoddam inſtrumentum ſcriptum manu Naſcimbene Venuti notarii, ut prima facie apparebat, & tunc predictus Caroſus proteſtatus fuit & dixit, quod non deberet admitti per ipſum domnum delegatum dictum inſtrumentum, niſi habeat inducta per Butum Socetti per dictum procuratorem domini Martini, quare primus terminus & ſecundus perhentorius . . . . conſtant elapſi; qui quidem delegatus reſpondit & dixit, quod admittebat, ſi de jure admitti debebat, & aliter non admittebat. Inſuper dictus domnus delegatus dicto Caroſo ad dicendum & dandum in ſcriptis contra predicta inſtrumenta per dictos procuratores dicti domini Martini inducta & ipſorum quolibet, & interim ipſorum inſtrumentorum copiam recipiat, ſi ei videbitur expedire, & alias utrique parti ad comparendum coram eo, & procedendum in dicta cauſa, quantum de jure fuerit, ad proximam diem veneris XV. dicti menſis decembris terminum aſſignavit &c.

Anno Domini M. CCC. II. indictione XV. die II. januarii &c. apud dictum monaſterium ſancti Miliani. Comparentibus in judicio & conſtitutis coram dicto domino delegato dominis Servo & Caroſo procuratoribus ſupraſcriptis, idem dominus Servus &c. exhibuit quoddam inſtrumentum procurationis domini Saxonis domini Egidii prioris Callenſis &c. & tunc idem dominus abbas judex delegatus dicto Caroſo ad dicendum & dandum in ſcriptis quicquid dicere vel dare voluerit contra dictum procuratorium dicti domini Saxonis &c. ad proximum diem veneris terminum aſſignavit &c.

CCXIII.

Bonifacius VIII. immediate ſubmittit ſedi apoſtolicæ monaſterium & eccleſias Fontis-avellanæ.

Anno 1301. x. kal. januarii.

Ex tabulario S. Joh. Baptiſtæ de Faventia.

IN Chriſti nomine, amen. Hoc eſt exemplum quarumdam literarum apoſtolicarum ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Bonifacii divina providentia pape VIII. a ſuis veris originalibus non abolitis, non cancellatis, nec in aliqua earum parte vitiatis vel ſuſpectis, ſcriptis in membrana, cum bulla plumbea papali ad cordulam ſirici rubei & zaldi munitis, in qua quidem bulla ab uno latere ſculpta erant duo capita hominum, unum videlicet cum barba longa, & aliud cum barba rotunda cum his literis, videlicet S. PA. S. PE. & ab alio latere erant ſcripte litere he, videlicet BONIFACIUS PP. VIII. ſcriptum & exemplatum per me notarium infraſcriptum, quarum litterarum tenor ſequitur in hac forma. Ibid. n. 1.

BONIFACIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis . . priori conventus heremi ſancte Crucis Fontis-avellane per priorem ſolite gubernari ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suadet honeſtas & debitum multiplicis rationis expoſcit, ut loca religioſa & perſone ſub religionis obſervantia in eis virtutum Domino famulantes, que ſub aſperitatum ſarcina circa divina obſequia devota ſedulitate laborant, benignis favoribus & gratiis ac privilegiorum exhibitionibus per ſedem apoſtolicam foveantur, ut eo ſuavius perſone ipſe jugum Domini perferant, quo quietius vivere poterunt, dum ſe ac hujuſmodi loca earum prerogativa libertatum & immunitatum noverint immunia. Quapropter ejuſdem ſedis circumſpecta benignitas qualitates agendorum, conditiones locorum & merita perſonarum cum ſumma deliberatione diſcutiens, & nonnunquam in ſpecialitate ad id extendens pie ac provide conſiderationis intuitum, quamvis ſuper univerſas orbis eccleſias ordinarie poteſtatis obtineat principatum, aliquas tamen interdum de ſue poteſtatis plenitudine ſpecialius ſibi ſubdit, ſic eas a cujuslibet alterius juriſdictione prorſus eripiens, ut

nul-

nullum ſibi niſi Rnmanum pontificem ſuperinrem & dominum recognoſcant, conſtituendn ipſas quodam ſingulari privilegin liberas penitus & exemptas. Nns quidem ad apoſtolice dignitatis apicem ſuperna diſpnſitione vncati ex incumbente nobis paſtoralis nfficii debito circa nmnium eccleſiarum ſtatum ſolertem conſideratinnem habentes, ad vns & heremum veſtram inſtantia prnpenſinris ſollicitudinis excitamur, & tanto libentius & ſavorabilius quietis veſtre commoda, veſtrorumque incrementa profectuum promovemus, quanto per amplius venerande Crucis, ac beati Benedicti recnlendas memnrias reveremur, quantoque benignius vos & heremum prelibatam, & qunrum fama laudabili & virtutum exercitio fragrantiam ſuavitatis accepimus, paterne complectimur affectibus charitatis. Sane intimantibus vobis nuper accepimus, quod licet ipſa heremus veſtra, & vos ac predeceſſnres veſtri, qui fuerunt pro tempore, in ea degentes, fueritis in poſſeſſione vel quaſi exemptionis a tempore, cujus memoria non exiſtit, quia tamen ven. frater noſter Eugubinus epiſcopus dioceſanus veſter, & nnnnulli alii dioceſani epiſcopi, in quorum civitatibus & dioceſibus monaſteria, prioratus, eccleſie, capelle, membra & alia loca ad heremnm ipſam ſpectantia conſiſtere dinoſcuntur, vos ſuper monaſteriis, prinratibus, eccleſiis, capellis, membris & locis predictis, ac poſſeſſinnibus & bonis eorum, nec non & perſnnis in illis morantibus nonnunquam moleſtiis impetere, gravaminibus opprimere, ac injuriis & jacturis affligere multipliciter preſumpſerunt, vos ad hoc nunc hinc, nunc inde in vnbis in predictis perſonis, vexatinnibus & anguſtiis fatigati, ratione monaſteriorum, prioratuum, eccleſiarum, capellarum, membrorum, locnrum, poſſeſſinnum & bonnrum predictorum eſtis coram dioceſanis ipſis, vel eorum aliquibus injuſte coacti ceſſare frequenter etiam a divinis; quare nnbis humiliter ſupplicaſtis, ut prnvidere vnbis impoſterum ſuper hiis per exemptinnis privilegium miſericorditer dignaremur. Nns itaque pio vobis & perſonis preſatis cnmpatientes affectu, & vos & predictam veſtram heremum condignis efferre hnnoribus & communire libertatibus cupientes, ut qun minus aliorum mnleſtiis turbati fueritis, eo amplius valeatis divina ſavente gratia ſpiritualiter & temporaliter prnſperari, ue in dicte ſedis ſinu plenius quieſcatis, vos & ipſam heremum cum predictis ac omnibus aliis veſtris monaſteriis, prioratibus, membris, eccleſiis, capellis, hoſpitalibus, caſtris, villis, maneriis, rebus, grangiis, terris, poſſeſſinnibus, redditibus, & quibuſcumque bonis ad vns ac heremum ipſam pertinentibus, ac hiis, que ex largitinne principum, collatinne fidelium, & aliis juſtis modis & titulis impoſterum dante Dominn poteritis adipiſci, in quibuſcumque ſint vel fuerint dinceſi conſtituta, & omnibus perſonis veſtri ordinis vnbis ſubjectis degentibus in eiſdem, ab omni poteſtate, juriſdictione atque dominio tam predicti epiſcopi Eugubini quam dilectorum filinrum capituli eccleſie Eugubinenſis, & quorumlibet archiepiſcoporum, epiſcoporum, capitulorum, abbatum & prelatnrum, ac officialium ſuorum, & aliarum quarumlibet eccleſiaſticarum perſonarum abſnlvimus, eximimus & perpetuo liberamus, de apoſtolice plenitudine poteſtatis, ac ea omnia totaliter & immediate ſoli dumtaxat Romano pontifici & preſate ſedi decernimus ſubjacere, ac ſpecialiter juris beati Petri exiſtere, ita quod nec idem epiſcopus Eugubinus, nec quivis alius ex eiſdem archiepiſcopis, epiſcnpis, capitulis, abbatibus, prelatis & nfficialibus jure ordinario ſeu dioceſano, nec quevis alia perſona eccleſiaſtica in vns, priorem, ac conventum ac preſatam heremum, aut quevis mnnaſteria, prioratus, membra, eccleſias, capellas, vel loca ſeu bona ad vos & heremum preſatam ſpectantia, ſeu que ſpectabunt impoſterum, quoquomodo, vel in veſtros & heremi predicte ſubditos & perſnnas preſatas cujuſque ſtatus & conditionis exiſtant, utpote omnino libera & exempta, & preſate ſedi apoſtolice immediate ſubjecta poſſint ullatenus, & quacumque occaſione vel cauſa juriſdictionem aliquam vel poteſtatem ſive dominium ſibi vendicare, exactiones facere, collectas imponere, nbedientias vel procuratinnes exigere, viſitatinnes & correctinnes facere, aut cenſuram eccleſiaſticam qunmodnlibet exercere, aut in veſtris eccleſiis capellanos ſeu vicarins eligere vel inſtituere, vel vns aut alios ſupradictns ratione debiti vel cnntractus, aut rei, de qua contra vos vel ipſns pro tempore ageretur, in locn exempto vel nnn exempto ad judicium avocare, aut parnchianos predictarum eccleſiarum ſubjectarum vobis directe vel indirecte quomodolibet cohibere, quod ad eccleſias ipſas non accedant ad divina nfficia audienda, ſeu quod non ſepeliantur in eis, quarum ſepulturas liberas eſſe decernimus, tam ipſis parochianis, quam aliis, qui ex devotione ibi elegerint ſepeliri, ſalva tamen

men

men quoad tales juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Quodque in parochia eccleſiarum veſtrarum nulli liceat eccleſiam, oratorium, campanile vel altare erigere, ſeu impetrare, eccleſias vel capellas ejuſdem heremi & membrorum ipſius ſine mandato predicte ſedis apoſtolice ſpeciali faciente plenam & expreſſam, & de verbo ad verbum de preſenti privilegio mentionem. Concedimus etiam vobis, ut in prediis propriis, ad neceſſitatem veſtram eccleſias conſtruere valeatis. Nos enim excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſententias, quas contra tenorem exemptionis hujuſmodi promulgari, vel proceſſus quoslibet, quos contra premiſſa fieri contigerit haberi, ex nunc irritos decernimus & inanes, & nullius penitus exiſtere firmitatis. Preterea chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ordinationes monachorum & clericorum, qui fuerint ad ordines promovendi, vos a predicto epiſcopo Eugubinenſi, & alii predicti vobis ſubjecti, qui ſunt & qui fuerint impoſterum, a dioceſanis ſuis ſuſcipiatis, ſi epiſcopus & dioceſani predicti gratiam & communionem prefate ſedis habuerint, & ea gratis & abſque pravitate aliqua vobis, & illis voluerint impertiri, alioquin vos & ipſi quoſcumque malueritis catholicos adeatis antiſtites, noſtra freti auctoritate, quod poſtulatis, indulgeant, nec id vobis vel alicui veſtrum valeant aliquatenus denegare, non obſtantibus predictis & quibuſcumque compoſitionibus, pactionibus, ordinationibus, proceſſibus, ſententiis, conſtitutionibus & conſuetudinibus, ſuper hiis in contrarium quocumque modo vel tempore hactenus habitis, editis vel obtemptis, & ſi cauſa pendeat ſuper eis in quocumque foro, vel coram quocumque judice, aut quibuſcumque litteris & indulgentiis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus ſub quacumque forma verborum obtentis, de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in noſtris literis fieri mentio ſpecialis, vel que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectum earum impedire poſſent quolibet vel differre. Ad indicium autem percepte libertatis a ſede apoſtolica volumus, ut prefata veſtra heremus tres libras uſualis monete nomine cenſus in feſto apoſtolorum Petri & Pauli perſolvat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis, exemptionis, liberationis, conſtitutionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani x. kal. januarii pontificatus noſtri anno VII. S. de Septis.

In Chriſti nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo-ſecundo indictione XV. tempore pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Martini divina providentia pape V. die vero X. menſis martii. Hoc exemplum per me Johannem Baptiſtam notarium ſubſcriptum, ſumptum & exemplatum a ſuis veris originalibus & authenticis litteris antedictis, non abolitis, non cancellatis, nec in aliqua ſua parte ſuſpectis, ſed prorſus omni carentibus vitio, & bulla plumbea papali ad cordulam ſerici rubei & zaldi pendenti munitis, ut ſcilicet in proemio facta eſt mentio. Ad inſtantiam & petitionem predicti patris domini Franciſchi de Arculanis de Faventia abbatis monaſterii ſancti Joannis-baptiſte de Accereta Faventine dioceſis ordinis prefate ſancte Crucis Fontis-avellane petentis & inſtantis coram ven. viro & juris canonici perito domino Johanne Rophillo de Bazolis de Faventia rev. in Chriſto patris domini Silveſtri de la Caſa de Florentia Dei & ſedis apoſtolice gratia epiſcopi Faventini in ſpiritualibus vicario generali pro tribunali ſedente hora juridica ad jura reddenda in epiſcopali palatio in publica epiſcopali audientia ad ejus ſolitum banchum, per me dictum infraſcriptum notarium, una cum infraſcriptis ſer Corteſio, ſer Franciſcho, ſer Jacobo, ſer Roberto & ſer Bartholomeo notariis publicis de Faventia &c.

Eiſdem anno &c. die XIII. martii ſumptum & exemplatum per me Johannem-baptiſtam notarium a ſuis veris originalibus &c. ad inſtantiam &c. domini Franciſchi abbatis &c. coram egregio legum doctore domino Thaddeo de Fulgineo vicario nobilis viri Baldi de Traverſis de Eugubio honorandi poteſtatis civitatis Faventie pro magnificis dominis Carolo, Guidantonio, Aſtorgio, & Johanne Galleacio de Manfredis pro tribunale ſedente in palatio communis ad ejus ſolitum banchum juris per me dictum notarium &c. una cum ſer Corteſio, ſer Franciſco &c. cum authenticis & originalibus literis &c. ſcontratum fuit &c.

Sequuntur ſubſcriptiones aliorum notariorum.

CCXIV.

CCXIV.

Confirmatio & inſtitutio rectoris S. Marie de Fermellino facta ab abbate S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1302. 30. julii.

Ex autographo S. Romualdi de Urbe, XXI, 2.

Ibidem n. 10. IN Chriſti nomine amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteximo ſecundo inditione XV. die penultimo menſis julii ſer Albertinus de Aſſaltis de Favantia electus coram preſentia religioſi viri domini domni Appolenaris abbatis monaſterii ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia Camaldulenſis ordinis conſtituti, ad quem dominum abbatem ſpectat confirmatio, ac etiam alectio eccleſie ſancte Marie de Fermellino Faventina dioceſis plano jure habita daliberatione . . . , electione de eo facta per dictum dominum abbatam & ſcriptam manu . . . , Roncholini notarii infraſcripti humiliter acceptavit ſupplicans eidem domino abbati, ut eidem dignaretur confirmationis gratiam impertiri. Qui dominus abbas eundem ſer Albertinum electum confirmavit de conſanſu & voluntata domni Benedicti de Padua, domni Andrea de Forlivio, & domni Symonis de dicto loco fratrum & monachorum dicti monaſterii, & ipſis preſentibus in rectorem, paſtorem, gubernatorem & amminiſtratorem ſpiritualem & temporalem eccleſie prelibate ſancta Marie.

Actum Favantie in monaſterio predicto ſanctorum Laurantii & Ypoliti dicti ordinis Camaldulenſis, preſantibus teſtibus vocatis & rogatis ſer Gylio da Pritellis dioceſis Faventine, Zuliano notario quandam magiſtri Maynitti medici & Benvenuto quondam magiſtri de Crmntopeſſis.

Ego Roncholinus filius quondam Roncholi notarii dioceſis Faventine imperiali auctoritate notarius rogatus ſcripſi & publicavi.

In Chriſti nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſecundo indictione xv. dia penultimo menſis julii. Cum ſer Albertinus da Aſſaltis ſit electus & confirmatus in rectorem eccleſie ſancte Marie in Fermallino Faventina dioceſis per reverandum virum dominum Appolinarem abbatem ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia Camaldulenſis ordinis; ut de predicta alectiona & confirmatione conſtat manu mei notarii infraſcripti, idem dominus abbas dictum ſer Albertinum ſuo nomine, & vice & nomine dicti monaſterii & pro ipſo monaſterio induxit in tenutam & corporalem poſſeſſionem & quaſi poſſeſſionem dicte eccleſia ſancte Marie, & jurium ipſius, capiens eum per manum, inducendo ipſum in dictam eccleſiam, & eundem ſer Albertinum inveſtiendo de calica, campana, libris & paramentis altaria pradicta eccleſie exiſtentibus in eccleſia memorata.

Actum in predicta eccleſia ſancte Marie, praſentibus teſtibus ſer Gylio de Pritallis dioceſis Faventine, Zuliano quondam magiſtri Maynatti medici not. Gayno quondam Dominici de Fermalino, & Uguccio quondam Symonis Vanerii vocatis & rogatis.

Ego Roncholinus filius quondam Roncholi notarii de Faventia imperiali auctoritata notarius hiis omnibus preſens interfui, & rogatus ſcripſi & publicavi.

CCXV.

Compoſitio inter ep. Engubinum & abb. Vallis-caſtri ſuper monaſterio S. Stephani de Arcellis & aliis eccleſiis.

Anno 1302. xxvii. auguſti.

Ex apographo S. Blaſii de Fabriano.

IN nomine Domini, amen. Hec eſt copia cujuſdam privilegii ſive publici inſtrumenti, cujus tenor talis eſt. Ibidem n. 9.

In Chriſti nomine amen. Anno Domini milleſimo ccc. ſecundo indictione xv. tempore ſanctiſſimi patris domini Bonifacii pape VIII. dia xxvii. auguſti, Cum lis & queſtio ſeu contemptio vertaretur & verti poſſet inter venerabilem patram dominum Venturam epiſcopum Eugubinum nomine ſuo, & nomina epiſcopatus & eccleſie Eugubina ex una parta, & dompnum Petrum prepoſitum monaſterii ſancti Stephani de Arcellia, quod ad monaſterium ſancti Romualdi Vallis-caſtri immediate pertinet pleno jura, nomine dicti monaſterii de Arcellis & nomine ſancti Bartholomei de Cariſto, ſancti Angeli de Lambertiſchis, ſancte Crucis de . . . & ſancti Paterniani de Ghiomiſio ſitorum in dioceſi Eugubina, & dompnum Hermaonum abbatem dicti monaſterii ſancti Romualdi Vallis-caſtri imme-

me-

mediate prelatum dictorum monaſterii de Arcellis & eccleſiarum ex altera parte, ſuper jure epiſcopali, quod idem dominus epiſcopus petebat & habere pretendebat in eodem monaſterio de Arcellia & nominatis ſuperius membris ejus, & prenominati prepoſitus & abbas negabant epiſcopum & eccleſiam Eugubinam habere debere jura epiſcopalia in eccleſiis & monaſterio antedictis; immo dicebant & aſſerebant dictum monaſterium & eccleſiaa eſſe & fuiſſe per tantum tempua, cujus principii memoria hominum non eſt, libera & exempta a jure epiſcopali, & a lege dioceſani & juriſdictione, & eſſe & fuiſſe in pacifica poſſeſſione hujuſmodi libertatis & exemptionis, & abbatem dicti monaſterii Vallis-caſtri dicta jura preſcripſiſſe, & habere in dictis monaſterio de Arcellia & ejus membris. Volentes dicte partes de hujuſmodi contemptionibus, litibus & controverſiis ſive cauſis ad compoſitionem & concordiam devenire pro bono pacis & tranſactionis, & a litigiis & contemptionibus ceſſare, que inducunt diſpendium, laborem & periculum animarum, ad hec pacta & conventiones, & alia, que ſecuntur, compoſitionis, declarationis, tranſactionis pro bono pacis nomine devenerunt. Videlicet, quod preſatus dominus epiſcopus per ſe & ſuos ſucceſſorea nomine ſuo & dictorum epiſcopatus & eccleſie Eugubine, premiſſo tractatu & deliberatione fideli recognovit aſſeruit, & ſupradictis prepoſito & abbati preſentibus recipientibus & acceptantibus pro monaſterio & eccleſiis prelibatis eorumque ſubceſſoribus prenominatum monaſterium de Arcallis cum dictis eccleſiis ſuis eſſe & fuiſſe per tempus dictum liberum & exemptum a jure epiſcopali & & a lege dioceſani & juriſdictione, & eſſe & fuiſſe in hujuſmodi exemptionis & libertatis pacifica poſſeſſione vel quaſi, & abbatem Vallis-Caſtri habere in dicto monaſterio de Arcellis & membris ejus dominium & poteſtatem, inſtitutionem & deſtitutionem, viſitationem & correctionem, cenſuram eccleſiaſticam, moderationem, ſubſidium & alia jura epiſcopalia, exceptis infraſcriptis, & preſcripſiſſe jura epiſcopalia in eiſdem, preterquam in receptione chriſmatis, olei ſancti, conſecrationis altarium & eccleſiarum, ordinationia clericorum. Et propterea idem dominus epiſcopus, nomine quo ſupra, fecit finem & refutationem & remiſſionem, & quietationem & pactum de ulterius non petendo predictis abbati & prepoſito recipientibus, ut ſupra, de omni jure epiſcopali, quod ipſe & ejus ſucceſſores habere, pretendere dicerent & poſſent in monaſterio de Arcellis & ſuis membris & eccleſiis antedictis, ita quod ſit generalia compoſitio & generalis tranſactio, & generalia remiſſio de omni jure epiſcopali, preter quam de chriſmate, oleo ſancto, conſecratione & ordinatione predictis & infraſcripto cenſu, & nihilominus decrevit & declaravit predicta eſſe vera, & ea habere debere perpetuo firmitatem. Et ad majorem fortitudinem & declarationem dictum monaſterium de Arcellis cum dictis membris ejus in ſpiritualibus & temporalibus pronunptiavit & declaravic liberum & exemptum, & etiam eximit eum cum dictis ſuis membris ab omni jure epiſcopali, quod conſiſtit in lege dioceſana & juriſdictione, & quod in populis & parochianis dictorum monaſterii & eccleſiarum poſſint eorum prepoſiti & rectores, qui pro tempore erunt, committere & exercere curam animarum, ligare & abſolvere, inſtituere & deſtituere, & omnia & ſingula facere, & dictus abbas in eis, que poſt . . . . . plene, libere & exempte in eccleſiis liberis & exemptis, & populis eorumdem. Reſervando ſibi pro omni jure epiſcopali, & in ſignum collate & declarate libertatis preſate annis ſingulis in feſto ſancte Maria de ſeptembri pro cenſu octo libras denariorum Ravennat. & Anton. minutorum, & reſervata ſibi & ſuia ſucceſſoribus collatione chriſmatis, olei ſancti, conſecrationis altarium & eccleſiarum, & ordinationis etiam clericorum. Quam quidem compoſitionem, tranſactionem, recognitionem, remiſſionem, declarationem, exemptionem, & omnia & ſingula ſuper & infra ſcripta fecit, promiſit, & convenit, nomine quo ſupra, quare diſcuſſo & examinato negotio toto comperit & aſſeruit idem dominus epiſcopus ita eſſe, ſicut ſuperius eſt narratum. Et quia prenominati prepoſitus & abbas vice & nomine ipſorum & predictorum monaſterii & eccleſiarum, & ſubcedentium in loco eorumdem promiſerunt & convenerunt nomina compoſitionia & tranſactionis pro bono pacis & concordie, & pro cenſu rationis percepte & declarationa libertatis jamdicte, & pro omni jure epiſcopali eidem domino epiſcopo pro ſe & ſuis ſubceſſoribus recipianti dare annuatim in feſto ſancte Marie de ſeptembri dictas octo libras denariorum Ravennatenſium & Anconitanorum minutorum, & quia promiſerunt recipere ab epiſcopo Eugubino catholico, & qui habeat gratiam apoſtolice ſedis chriſma, oleum ſanctum, conſe-

cra-

cerationem altarinm & eccleſiarum, & elericorum ordinationem. Hoc pacto expreſſe appoſito, utriuſque partis accedente conſenſu, quod ſi epiſcopus Eugubibus requiſitus ab abbate vel prepoſito ſupradictis, aut per nnnptium literatorem deſtinatum nollet vel noo poſſet ſibi preſentatos clericos ordinare, vel dictas eccleſias & monaſterium de Arcellis .... conſecrare vel reconciliare, quod poſſint ea recipere & fieri ſacere ab alio antiſtite ... & libere, quo duxerint eligendum. Renuociantes dicte partes ſibi ad iovicem exceptioni .... *&c.*

Actum eſt hoc in Engubina dioceſi ante eccleſiam ſancti Juſtini de Pulvicula, preſentibua magnifico viro domino Philippo domini Jacobi de Coccorano, dompoo Ventura canonico Eugnbino, Corraduto domini Jacobi de Chiarignano, Cenne Rainaldi, Hero Petri, Anſone Frederici, & Godio Petri de Eugubio notario, qui ſe ſubſcribere debet, teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Et ego Paſcutius Hereulaoi de Vallengegnio comitatus Eugubini imperiali auctoritate notarius & judex ordinarius predictis omnibus interſui, rogatus ſubſcripſi & authenticavi.

Et ego Godius Petri de Eugubio *&c.* notarius *&c.*

Et ego Lazarellus dompni Bartholi de Fabriano notarius *&c.* & ipſam copiam una cum Andrea Margarite de Eugubio & Conte Bernardi notario, qui inſerius ſe ſubſcribent ante preſentiam nobilia ac ſapientis viri domini Philippi canooici Aritini, nec non vicarii venerabilia patria domini Franciſci miſeratione divina epiſcopi Eugubini ad authenticum aſcultavi, & de mandato dicti domini vicarii ſedentis & ſuam auctoritatem & decretum interponantis in publicam formam redegi ſub anno Domini milleſimo ccc. vigeſimo-primo indictione quarta tempore ſanctiſſimi patris & domini Johannis pape viceſi-miſecundi die nona menſis martii. Actum in eivitate Eugubii in palatio dicti domini epiſcopi in camera predicti domini vicarii, preſentibus dompno Jacobo prinre hoſpitalis ſancte Marie Magdalena de Arcis Aſſiſinatis dioceſis, & Venciarello plebano plebis ſancti Criſcentii Eugubine dioceſis teſtibus ad predicta vocatis & rogatis.

Et ego Contulus Bernardi *&c.* notarius *&c.*

Ego Andreas Margarite *&c.* notarius *&c.*

CCXVI.

Juramentum præſtitum a rectore S. Laurentii de Guercinorio abbati S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1302. XVIII. Septembris.

Ex tabulario ejuſdem monaſterii.

IN Chriſti nomine, amen. Anoo a nativitate ejuſdem M. ccc. II. indictiona XV. die XVIII. menſis ſeptembris. Ego Benveoutus quondam Bonmatherani de Guereinorio rector eccleſie ſancti Laurentii de Guereinorio dioceſis Faventine conſtitutus in preſentia ven. domni Apollinaris de Ravenna abbatis monaſterii ſancti Laurentii & Ippoliti de Faventia Camaldulenſis ordinis, cognoſcens & confitens eccleſiam ſancti Laurentii & rectorem ſuum ad ipſum monaſterium jure ſpectare, ipſi domino abbati preſenti juramentum facere conſtitui in hunc modum: Ego Benvenutus rector preſate eccleſie ſancti Laurentii de Guereinorio juro corporaliter ad ſancta Dei evangelia, quod ab hine in antea ero fidelis monaſterio preſato ſanctorum Laurentii & Ippoliti & ejus abbati, oec impoſterum ero in conſilio, opere, vel tractatu vel conſenſu, ubi ipſe dominua abbas ſeu ſui ſucceſſores, aut nuotii vitam vel membrum perdant, aut capiantur vel offendantur in ære vel perſonis, bonis vel rebus, ſecretum per ipſum vel per ſuos ſucceſſores mihi commiſſum nemini pandam ſine licentia dicti domini abbatis vel ſuorum ſucceſſorum. Conſilium mihi impoſitum bona fide promitto, non odio vel amore obſervare, & operam meam preſtare ſine fraude & damno antedicti monaſterii; ubicumque opus fuerit defendam jura dicte eccleſie in bonis pertinentibus ad ipſum monaſterium, damna non faciam, neque conſentiam fieri, conſtitutiones factas vel faciendas per ipſum dominum abbatem vel ſuos ſucceſſores obſervabo & adimplebo toto poſſe, & ad omnem ſuam requiſitionem & mandatum veniam, & comparebo coram ipſo & ſuis ſucceſſoribus, niſi ſuero impeditus canonice ..... ipſumque domioum abbatem & ſuos ſuceeſſores, vel mooachos dicti monaſterii ſeu nuntios ſuos in euodo, redeundo & ſtando honorifice in domibus ipſius eccleſie & in ipſa eccleſia receptabo ſumptibus & expenſis antedicte eccleſie, & collectas mihi impoſitas per ipſum dominum abbatem vel ſuos ſucceſ- *Ibid. n. 10*

ſores ſolvam & ſatisfaciam, prout mihi injunctum fuerit. Item reverentiam & obedientiam manualem obſervabo & adimplebo; & aſſero quoque & dico, & approbo, quod viſitatio, correctio, admonitio, inſtitutio, deſtitutio presbyteri exiſtentis in dicta eccleſia ſpectat, eſt & pertinet ad ipſum dominum abbatem & dictum monaſterium pleno jure. Que omnia promitto tenere & obſervare toto poſſe & bona fide, & ſicut fuerit de voluntate dicti domini abbatis vel ſuorum ſucceſſorum. De collectis vero mihi impoſitis, ut ſuperius dictum eſt, per dictum dominum abbatem vel ſuos ſucceſſores, promitto nemini alii reſpondere, preter quam dicto domino abbati vel ſuis ſucceſſoribus, niſi mihi imponerentur per ſummum pontificem vel ſuum legstum, & promitto vice & nomine dicte eccleſie pro ipſa eccleſia ſancti Laurentii de Guercinorio &c. & pro me meiſque ſucceſſoribus presbyteris & rectoribus in ipſa eccleſia ſancti Laurentii perpetuo permanſuris ſolemni ſtipulatione interveniente, dicto domino domno Apollinario abbati dicti monaſterii &c. & pro ſuis ſucceſſoribus in dicto monaſterio perpetuo permanſuris, omni anno dsre, ſolvere & deferre apud dictum monaſterium in feſto paſchatis reſurrectionis Domioi noſtri Jeſu Chriſti duceora ova gallinarum, & viginti caſeos ſingulas bonos & congruos & idoneos, & medietatem omnium oblationnm, que offeruntur & dantur in feſto omnium Sanctorum & io feſto beati Laurentii da Guercinorio, & in feſto nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & io feſto paſchatis Reſurrectionis . . . . & decem mezinos grani. Ego Benvenutus rector & adminiſtrator dicte eccleſie ſancti Lsurentii de Guercinorio dare & ſolvere teneor, & promitto dare, ſolvere & deferre, ut ſupra dictum eſt, pro penſione & annuo cenſu, qoam & quem dicta eccleſia ſancti Laurentii monaſterio ſupradicto pro poſſeſſionibus dudum conceſſis de jure dicti monaſterii dicte eccleſie, & quss habet dicta eccleſia & ejus rectores pro ea a monaſterio ſupradicto de jure dicti monaſterii in villa predicta Guercinorii & ejus pertinentiis; renuncio privilegio conditionis ſine cauſa vel ob juſtam cauſam, & omni alio juri & auxilio mihi competenti vel competituro, & ita ſicut dictum & annotatum eſt ſuperius, ira juro ad ſancta Dei evangelia attendere & obſervare, & adimplere toto poſſe, & obſervabo omnia capitula ſpectantia & pertinentia ad capitula ſacrameoti fidelitatis tam ſpecificate, quam ſpecificande. Quod ſi aliquo tempore contra aliqus predictorum capitulorum contrafaciam vel veniam, volo, prout ex tunc volo & conſentio privari, tolli, & revocari ab eccleſia predicta per dictum dominum abbatem vel ſuos ſucceſſores, & ipſi privationi, terminationi & revocationi me ſubmitto & conſentio, ſi aliquo tempore contra preſcripta vel aliquod predictorum contrafaciam, quin etiam & predicta oihilominus promitto attendere & obſervare & adimplere ſub pena, & impenſa, & obligatione & ypotecha omnium meorum bnnorum ſupradicte eccleſie. Actum io capitulo dicti monaſterii, preſentibus teſtibus vocatis & rogatis, ſcilicet domino presbytero Nicolao rectore ecelefie ſancti Bsrtboli de Faventia, Laurentio, Antonio, fratre Benedicto de Muzono, & Benvenuto quoodam Bonaſe familiari monaſterii.

Ego Roncholinus filius quondam Roncholi notarii de Faventia imperiali auctoritate notarius rogstus ſcripſi & publicavi.

CCXVII.

Nicolaus ep. Spoletanus recipit ceſſionem beneficii S. Salvatoris de Aqua-pagana factam a Sinibaldo Franciſci de Viſſo.

Anno 1302. VIII. novembris.

Ex originali S. Blaſii de Fabriano.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CCC. II. rempore Domioi Boniſacii pspe VIII. indictione I. ſecundum conſuetudinem Romanorum & die VIII. novembris. Venerabilis pster domnus frater Nicolaus Dei gratia epiſcopua Spoletanus in preſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum acceptavit, ratificavit & approbavit renuntiationem, reſignationem, ceſſionem & quietationem factas coram ven. pstre domino Bartholomeo decano Pictavienſi tunc domini pape capellano, & ipſius cauſarum palatii auditore de canonicatu, beneficio & prebenda eccleſie ſancti Salvatoris de Aquapagana Spoletane dioceſis per magiſtrum Jscobum Nicole de Gualdo procuratorem Sinibaldi Franciſci de Viſſo, olim canonici, ſive beneficiati ipſius eccleſie ſancti Salvatoris procuratorio nomine ipſius Franciſci, prout de ipſa renuntiatione conſtat plenius inſtrumento ſcripto per Jacobum Maſſe de Interamne notarium a me notario viſo & lecto, & oſtenſo co- *Bid. n. 9.*

ram

ram dicto domino epiſcopo per domnum Johannem priorem dicte eccleſie ſancti Salvatorie. Actum Rome apud Salvatorem domini Campi in hoſpitio ipſius domini epiſcopi, preſentibus fratre Nicolao de Publica & fratre Jacobo de Ficulis ſociis dicti domini epiſcopi ordinis Predicatorum, & domino Manno plebano plebie de Ripolie capellano ejuſdem domini & aliis pluribus teſtibus rogatie.

Ego Andreas Palmerii de Spoleto imperiali auctoritate, & nunc dicti domini epiſcopi notarius preſens fui, & mandato ipſius domini epiſcopi, & rogatu predicti prioris ſcripſi & publicavi.

CCXVIII.

Opizo archiep. Ravennas committit rectori Antignane, ut monaſterium Biſurci in poſſeſſionem ponatur terrarum ab ejus predeceſſoribus archiepiſcopis donatarum.

Anno 1302. 30. decembris.

Ex apographo S. Laurentii Florentie. num. 219.

Ibid. n. 10. IN nomine Chriſti, amen. Anno Domini milleſimo ccc. II. indictione XIIII. die penultima decembrie in dormetorio monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus. Hoc eſt exemplum quarumdam literarum domini Opizi Dei gratia Ravennatis eccleſie archiepiſcopi, quarum tenor talis eſt.

Opizo Dei gratia Ravennatis eccleſie archiepiſcopus diſcreto viro preebytero Beoefacto rectori eccleſie ſancte Marie de Antignana dioceſis Faventine ſalutem in Domino. Quia ſicut in nonnullis privilegiis predeceſſorum noſtrorum archiepiſcoporum eccleſie Ravennatis dicitur contineri, poſſeſſiones & bona quamplurima monaſterio ſancti Benedicti in Alpibus vel in Biſureo fuerunt preterito tempore per aliquos noſtros deceſſoree conceſſa, quae etiam abbatee, qui per tempora in eodem monaſterio prefuerunt, paeifice poſſederunt, idcirco volumus ac tibi preſentium tenore committimue & mandamus, quatenus religioſos viros abbatem & conveotum ejuſdem monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus, vel procuratorem ipſorum ad hoc habentem ab ipſis ſpeciale mandatum in tenutam & corporalem poſſeſſionem terrarum, poſſeſſionum & bonorum hujuſmodi, prout per privilegia ſupradicta ad eoſdem abbatem & conventom pertinere tibi conſtiterit,

& que hactenus ex forma privilegiorum ipſorum, in poſſeſſionem per te vel alium inducas auctoritate noſtra, & defendae inductum, contradictoree eadem auctoritate per cenſuram ecclaſiaſticam compeſcendo. Datum Faventie die x. decemb. indictione XIIII. Ego presbyter Naſcinbene capellanus monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus imperiali auctoritate not. has litteras ſigillatas ſigillo dicti domini Opizi archiepiſcopi, io quo ſigillo apparebat unam figuram epiſcopalem ſedentem in ſede cere rubee, de mandato domini abbatie ſcripſi & exemplavi, nichil addens vel minuene.

CCXIX.

Andreas abb. S. Gregorii de Urbe concedit eccleſiam S. Marie de Petroccia quibuſdam mulieribus pro monaſterio conſtruendo ordinis S. Benedicti.

Anno 1303. XXI. martii.

Ex codice San-gregoriano, pag. 277.

IN nomine Domini. Anno nativitatie ejuſdem milleſimo tricenteſimo tertio *Ibid. n. 17.*
pontificatus domni Boniſacii pape octavi indictione prima menſis martii die vigeſimo-primo. Venientee ante preſentiam venerabilis & religioſi viri domni fratria Andree Dei gratia abbatie monaſterii ſancti Gregorii in elivo Scauri & conventus ejuſdem domina Maria de Papareſchia, & domina Egidia uxor quondam domini Petri Scotti, mulieres magne honeſtatis, expoſuerunt eidem domno abbati & conventui, quod ipſarum intentionie erat introire in monaſterium, & in ipſo monaſterio vivere ſecundum obſervantias regulares, & inſtitutionee ordinis ſancti Benedicti, unde ſupplicaverunt eidem domno abbati & conventui ſuo, quod dignaretur, ſi placeret, intentioni & devotioni ipſarum dominarum deſervire, & permittere ipſas & aliae impoſterum eſſe ac morari intra ſepta & eccleſiam ſancte Marie in Petroccia ad dictum monaſterium pertinentem, & ibidem ordinare ac parare, & parari faeere, & ordinari facere domos & alias officinas neceſſarias & otilee ad uſum monialium monaſterii; ita quod dicte domine, & alie, quas ipſe receperint in ſorores, & ſubcedentee eie impoſterum in perpetuum poſſint & valeant in loco predicto & monaſterio inibi conſtruendo Domino famulari, & tenere obſervantias antedictas,

& eligere ſibi abbatiſſas & prioriſſas, ac alias vel alios officiales, prout commodius eis videbitur: quarum dominarum petitionibus piis ac juſtis predicti dominus abbas & conventus benigne inclinati ipſis dominabus preſentibus ac recipientibus infraſcripta nomine dicti monaſterii, & pro eo voluerunt, & dederunt, & conceſſerunt dominabus predictis pro ſe ipſis & aliis, quas impoſterum recipient, & eis ſuccedentibus plenam & liberam poteſtatem intrandi & poſſidendi ex nunc perpetuo dictam eccleſiam cum omnibus poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis ſuis, & totum quicqoid eſt infra ſepta ipſius eccleſie ad monaſterium ibi conſtruendum, & religioſe in ipſo monaſterio vivendum ſecundum regulam ſancti Benedicti, & ad ordinandum & conſtruendum ibidem domos & receptaculum, que ipſis dominabus neceſſaria & utilia videbuntur ad Dei ſervitium implendum. Dicte autem domine recognoſcentes proprietatem dicte eccleſie, & ipſam eccleſiam cum omnibus juribus, poſſeſſionibus & pertinentiis antedictis dicto monaſterio pertinentibus promiſerunt in manibus dicti domni abbatis, & fecerunt ſubjectionem & reverentiam pro ſe ipſis & aliis dominabus, que in perpetuo in dicto monaſterio erunt, ipſis domno abbati & ſucceſſoribus ſuis, volentes, quod ipſi abbas & ſui ſucceſſores poſſint & debeant viſitare monaſterium predictum conſtruendum, & moniales & perſonas inibi exiſtentes, & corrigere tam in capite, quam in membris, & reformare, ſicut ipſis domno abbati & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire, & in ſignum dominii dicti loci, quod pertinet ad dictum monaſterium ſancti Gregorii, promiſerunt dicte domine pro ſe & aliis, que in dicto monaſterio conſtruendo perpetuo erunt, ſingulis annis dare & tradere in feſto ſancti Andree unum camiſum boni panni de lino, & in feſto ſancti Gregorii unam cottam ſimiliter panni lini nomine cenſus, & pro cenſu dicte eccleſie ſancte Marie, & moriente abbatiſſa dicti loci, que primo erit impoſterum facta, & per moniales & dominas dicti loci electionem alterius abbatiſſe, & ipſam electionem & dictam preſtabunt abbati dicti monaſterii, & ipſe abbas confirmabit electionem predictam; & inſtituet abbatiſſam predictam in loco predicto..... *&c.*

CCXX.

Juncta abb. Trivienſis eligit rectorem S. Bartholomaei de Ranchambroſio.

Anno 1303. XXIX. aprilis.

Ex regeſto Baldronis notarii.
pag. 273.

IN Dei nomine, amen, Anno Domini a nativitate M. CCC. III. indictione I. tempore domini Bonifacii pape die penultima menſis aprilis in eccleſia ſancti Egidii de Montecornajo, preſentibus Andrea Dominici de Trivio, Amanato de Naſſeto *&c.* teſtibus. Cum jus eligendi rectorem in eccleſia hoſpitalis ſancti Bartholomei de Ranchambroſio Caſtellane dioceſis pleno jure & approbata conſuetudine pertineat ad abbatem monaſterii ſancte Marie de Trivio abbatem ipſius eccleſie, & cum domnus Juncta abbas dicti monaſterii patronus ipſius eccleſie ſancti Bartholomei hactenus in ipſa eccleſia elegiſſet pro rectore Ciolum filium Bucii de Corzano, & ipſe Ciolus confirmationem ſeu inſtitutionem in dicta eccleſia a ſuo dioceſano habere & obtinere non potuiſſet, & in ipſa eccleſia ſine confirmatione & inſtitutione legitima per magnum temporis ſpatium adminiſtraſſet de facto, propter quam adminiſtrationem jus ſue electionis & ipſa electio evanuit intantum & expiravit; idcirco dictus domnus Juncta abbas timens, ne jus ſuum, quod habet de eligendo rectore in dicta eccleſia, lederetur ex cauſa predicta, vel ledi poſſet vel minui, aſſerentes ſe ſuper hiis tractatum & deliberationem habuiſſe cum capitulo dicti monaſterii, & volens ipſi eccleſie providere de rectore, qui poſſet de jure in ipſa eccleſia adminiſtrare, conſenſu monachorum *&c.* ad honorem Dei omnipotentis & beate Marie ſemper virginis & beati Bartholomei apoſtoli patroni dicte eccleſie & omnium Sanctorum Dei, & ad honorem ſacroſante Romane eccleſie & domini Bonifacii pape VIII. & ad honorem ven. patris domini.. epiſcopi Caſtellani & ſui capituli, & domini.. archipresbyteri plebis de Corliano, & ad honorem abbatis & capituli monaſterii ſancte Marie de Trivio elegit diſcretum virum presbyterum Bonum de Pozale nunc capellanum dicti domini abbatis in rectorem & adminiſtratorem dicte eccleſie hoſpitalis ſancti Bartholomei de Ranchambroſio *&c.* *Ibid. n. 30.*

Et ego Buldrone notarius *&c.*

CCXXI.

CCXXI.

Teſtamentum Gerardi de Camino.

Anno 1303. IV. auguſti.

Ex autographo abbatiæ de Fullina, G. n. 2.

ibidem n. 18. ANno Domini milleſimo trecenteſimo tertio indictione prima die dominico quarto intrante auguſto, preſentibus hiis rogatis & convocatis ab infraſcripto teſtibus fratre Antonio de Padua lectore Tarviſii, fratre Bartholomeo a Sancto bachalario ibidem, fratre Bonſervitore de Tarviſio, fratre Bortholomeo de Lendenaria, fratre Raynerio de Tarviſio, fratre Petro de Campagnola dioceſis Paduane, fratre Benedicto layco de Tarviſio & aliis. Quoniam dum in corpore eſt quies, & in mente ſobrietas, melius previdetur, & ſalubrius diſponitur ultime judicium voluntatis, hinc eſt, quod vir magnificus dominus Gerardus de Camino ſane mentis nolens ab inteſtato decedere, ſuum per nuncupationem tale condidit teſtamentum. In primis animam ſuam Deo commendans & beate virgini Marie cum omnibus Sanctis, corpus ſuum judicavit & juſſit ſepeliri in loco ſancti Franciſci fratrum Minorum de Tarviſio, & eidem loco pro Miſſis celebrandis pro anima ſua dimiſit ducentas libras. Et inter cetera, que reliquit in ſuo teſtamento, dimiſit ac reliquid loco Fuline libere molendinum, quod fecit fieri ibi prope locum Fuline, & omnia alia dicti loci, que per dictum dominum Gerardum fuiſſent irrationabiliter detenta, volo & ordino, quod eidem loco & fratribus penitus reſtituantur. In omnibus autem bonis ſuis filios ſuos dominum Rizardum & Guezelonem ſibi heredes inſtituit, caſſando & irritando omnia alia teſtamenta, ſi qua hinc retro dominus Gerardus feciſſet, ſed hoc teſtamentum ſcriptum per me Rivabene quondam Gerardini de Bojano de Conegiano notarium voluit ipſe dominus Gerardus ſuum eſſe ultimum teſtamentum & ultimam voluntatem, & ſi non poſſet valere jure teſtamenti, quod valeat jure codicillorum; & ſi non poſſet valere jure codicillorum, quod valeat quocumque jure & voluntate, qua melius valere poteſt.

Actum Tarviſii in ſacriſtia fratrum Minorum de Tarviſio.

Ego Rivabene quondam Conradini de Boiano de Coneglano ſacri palatii notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CCXXII.

Literæ Viviani de Orna ad Junctam abbatem Trivii,

Anno 1303. XIX. auguſti.

Ex regeſto Buldronis notarii, pag. 5.

ANno Domini a nativitate M.CCC.III. Ibid. n. 20. indictione I. die XVIIII. menſis auguſti in caſtro Montis-cornarii, preſentibus Andrea Dominici, Nato Caciatini de Trivio & Gratiano de Civitella teſtibus. Domnus Juncta abbas monaſterii de Trivio coram dictis teſtibus & me notario infraſcripto oſtendit & legi fecit quaſdam literas ſigillatas, quarum tenor talis eſt. Reverendo patri domino domno Juncte abbati monaſterii de Trivio Vivianus de Orna ſalutem, & cum ſui recommendatione ſe ipſum. Viſis & examinatis literis veſtris, & literis ac ſententiis domini legati, & domini abbatis de Burgo gerentis vices legati, & appellatione presbyteri Boni dico, quod ipſe presbyter Bonus ex abbatis ſententia non eſt excommunicationis vinculo innodatus, quia non fuit domino abbati commiſſum, quod diſtributionem iniquam faceret, & ſi diſtribuit inique, exceſſit fines mandati, nec etiam contumax fuit presbyter Bonus in non parendo. Item quod non conſtat de legitima monitione facta per abbatem ſancti Sepulcri, que debet eſſe trina vel una pro omnibus; non enim ſententia legati eſt adeo timenda, ſicut ſententia paſtoris, ideſt ordinarii, & pluribus aliis rationibus, que poſſent probabiliter aſſignari. Predicte vero litere ſigillate erant ſigillo cereo impreſſo, in quo erat ſcultura cujuſdam ſcuti, & in circulo ſigilli erant litere: S. VIVIANI. DE. ORNA.

Et ego Buldrone notarius &c.

CCXXIII.

CCXXIII.

Benedictus XI. eximit a quacumque exactione res ad uſum facientes monachorum Avellanenſium.

Anno 1303. kal. decembris.

Ex apographo olim penes Grandium.

Ibid. n. 21. BEnedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori, & conventui heremi ſancte Crucis Fontis-avellane ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinantia ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ordo veſter divinitns inſtitutus inter ceteras ſacras religiones Deo & apoſtolice ſedi devotus claret devotione conſpicus, viros producens cultores myſterii Fidei, qui ſibi per vite meritum, & aliis proficiunt per exemplum. Quapropter nos ordinem ipſum, ejuſque perſonas ſinceris affectibus proſaquantes, eorum libenter promovemus commoda, & opportuna tamen ſubvenimus. Sane petitio veſtra nuper nobis exbibita continebat, quod veſtra heremus adeo eſt in loco ſterile & arido conſtituta, quod parum aut nihil ibidem pro ſuſtentatione veſtra de rebus victualibus habere poteſtis, niſi de locis aliis ad beremum predictam ſpectantibus, & maxime in Anconitane Marchie, Romandiole, Thuſcie ac ducatus Spoletani provinciis, ſeu partibus conſtitutis ad eandem beremum hujuſmodi victualia deferantur; cum autem nonnulla communia civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum, provinciarum ac partium earumdem non attendentia, quod eccleſie & eccleſiaſtice perſone, ac bona & res ipſarum a ſecularium perſonarum coactionibus & exactionibus ſunt immunes, pretextu ſtatutorum, & ordinationum, que pro tempore faciunt de rebus & victualibus extra eaſdem civitates, & caſtra, & eorum diſtrictus & territoria non extrahendis, frequentius vos impediant & perturbent, quominus victualia veſtra de locis & terris ipſorum extrahi, & ad prefatam aſportari heremum facere valeatis; ac nihilominus pro rebus & victualibus, que aliquando ad dictam beremum inde pro ſuſtentatione veſtra deferri facitis, ad ſolvendum pedagia vos compellant, provideri vobis ſuper hoc per apoſtolice ſedis providentiam bumiliter imploraſtis. Nos igitur vobis ſuper hujuſmodi veſtris opportunitatibus pio compatientes affectu, & volentes indigentie veſtre favorabiliter ſubvenire, & non obſtantibus quibuslibet ſtatutis, que in aliquibus dictarum provinciarum partibus *Proſtime* vulgariter nuncupari dicuntur, factis & faciendis, & quibuſcumque conſuetudinibus ipſarum provinciarum & partium, ſeu quorumcumque civitatum, caſtrorum & locorum conſtitutorum in eis de bujuſmodi locis ad vos & heremum predictam ſpectantibus res ad vos & ipſam heremum pertinentes ex eis pro victu & veſtitu veſtro, & familie veſtre neceſſarias abſque contradictione aliqua, & cujuſvis ſolutione pedagii deferre & pertrahi facere ſine fraude tamen & dolo libere valeatis, concedimus auctoritate preſentium liberam de ſpeciali gratia poteſtatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani kal. decembris pontificatus noſtri anno t.

Loco ✠ plumbi.

CCXXIV.

Compoſitio circa jus in eccleſiam S. Ceciliæ Piſarum ſpectans ad monaſterium S. Michaelis in Burgo.

Anno 1304. III. februarii.

Ex tabulario ejuſdem monaſterii.

IN Dei nomine, amen. Nos frater Leonardus canonicus eccleſie ſancti Auguſtini de Rerbano Piſane dioceſis, & Jacobus plebanus de Vico-Piſano arbitri & arbitratores ex compromiſſo electi a domno Andrea ven. abbate monaſterii ſancti Michaelis de Burgo Piſano Camaldulenſis ordinis & ſuorum & dicti monaſterii monachorum conventu, vice & nomine dicti monaſterii & pro ipſo monaſterio ex parte una, & Rainerio dicto Nerio domine Gaitane filie olim domini Sigherii Berte filio, & berede quondam Rubertini de Ponte, & ſupraſcripte domine Gaitane jugalium in capella ſancte Cecilie, & Cecco filio quondam Johannis de Colignola de ſupraſcripta capella domine Marie filie quondam domini Segherii Berte, & quilibet eorum ex altera *Ibidem n. 14*

ra ad omnes lites &c. que ſunt & eſſe poſſunt quacumque occaſione, modo vel cauſa juriſpatronatus eccleſie ſancte Cecilie Piſane civitatis, que ſpectat ad dictum monaſterium pleno jure, & electionis ac preſentationis rectoris ejuſdem, & poſſeſſionis vel quaſi juris eligendi ſeu preſentandi rectorem in dicta eccleſia, cum vacare contigerit, & modi eligendi ſeu preſentandi, & de omni alia re & cauſa, que occaſione predicta poſſet, & inter dictas partes definiendas a nobis ſupraſcriptis arbitris inter dictas partes per rationem laudamenti, & amicabilem compoſitionem, & noſtro libero arbitrio quomodocumque nobis videretur, ut patet per chartam dicti compromiſſi rogati per me Leopardum notarium de Quoſa ſub anno Domini M.ccc.lv. indictione ſecunda pridie kal. februarii, ipſas quidem lites &c. Habito inde tractatu de conſilio cum diſcretis viris Franciſco Bugano quondam Bonajuti, & Cecco dicto Cagnaſſo quondam Pierini de capella ſancte Cecilie, ſic ex laudamento & amicabili compoſitione, & omni modo, quo melius poſſumus, pro bono pacis, & concordie, & de conſcientia utriuſque partis plenius informati, ad talem concordiam reducimus prudentialiter, videlicet.

Quod in prima proxima vacatione tantum rectoris dicte eccleſie ſancte Cecilie, que occurrerit, ſupraſcriptus abbas & ejus ſucceſſores, qui pro tempore fuerint pro dicto monaſterio, & ipſum monaſterium tamquam patronum ſupraſcripte eccleſie pro una voce, & ſupraſcriptus Rainerius & Ceccus quondam Johannis, & eorum, & cujuſcumque eorum heredes & ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, tamquam patroni etiam ſupraſcripte eccleſie pro duabus vocibus, videlicet quilibet eorum pro una voce ſimul debeant eligere & preſentare rectorem ad dictam eccleſiam vacantem, ut ſupra dicitur. Cujus electio ſeu preſentatio rectoris debeat preſentari tam predicto domino abbati vel ejus ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, pro ſupraſcripto monaſterio tamquam prelato & domino ſupraſcripte eccleſie ſancte Cecilie, & ipſo domino abbate & ejus ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint &c. debeat peti confirmatio & admiſſio hujuſmodi electionis ſeu preſentationis rectoris dicte eccleſie, & ipſe electus & confirmatus ab eodem vel ejus ſucceſſoribus, ut dictum eſt, pro dicto monaſterio inſtituatur, & in corporalem poſſeſſionem inducatur bonorum ſpiritualium & temporalium dicte eccleſie ſancte Cecilie, & quod in iſta prima hujuſmodi vacatione tametſi teneantur eligere ſeu preſentare monachum vel converſum, tamen nihilominus talis rector teneatur & debeat deferre habitum album, ſive veſtes albas ſuperiores, hoc ſalvo, quod per hujuſmodi laudamentum & compoſitionem, & reductionem ad concordiam, & per hujuſmodi electionem & preſentationem faciendam, ut dictum eſt, neutri partium, videlicet domino abbati & ejus ſucceſſoribus pro dicto monaſterio vel ipſi monaſterio, & predictis Rainerio & Cecco, & eorum, & cujuſque eorum ſucceſſoribus & heredibus nullum prejudicium fiat, nec gravetur impoſterum in jurepatronatus, & jure preſentandi & eligendi rectorem in dicta eccleſia ſancte Cecilie, nec in poſſeſſione vel quaſi hujuſmodi juris preſentandi ſeu eligendi rectorem ad dictam eccleſiam; & ex his jus in predictis & quolibet predictorum non minuatur vel augeatur predictis partibus vel alicui earum, ſed omnia ſint & maneant in eo ſtatu, in quo nunc ſunt, & ſic fieri & obſervari debere a partibus ad penam in dicto compromiſſo appoſitam ex vigore hujuſmodi compromiſſi in nobis facti, dicimus, laudamus, & arbitramur, & ad hujuſmodi concordiam reducimus, ſalvis tamen in omnibus & ſingulis predictorum noſtra proteſtatione & reſervatione premiſſis.

Actum Piſis in clauſtro ſupraſcripti ſancti Michaelis de Burgo, preſentibus ſupraſcriptis partibus, & preſentibus Puccio clerico filio Docti de Monte-catino, qui nunc moratur in capella ſancti Sepulcri, & Nicolo dicto Colo clerico filio quondam Tomaſii de Vico-piſano, Johannino clerico rectore eccleſie ſancti Juſti de Colle-rombuſti de Collinis, & Jacomino quondam Johannis de Imola, qui nunc moratur in ſancto Michaele ſupraſcripto teſtibus ad hec rogatis M.ccc. iiii. indictione ſecunda iii. februarii.

Domnus Andreas abbas ſupraſcriptus cum preſentia & conſenſu ſupraſcripti ſui monaſterii & conventus pro dicto monaſterio, & Rainerius & Ceccus ſupraſcripti emologaverunt & confirmaverunt, & firmam & ratam habuerunt dictam ſententiam, laudamentum, compoſitionem ad concordiam, prout ſupra &c. continetur. Actum eodem ſupraſcripto die & loco, preſentibus teſtibus &c.

Ego Leopardus Rotarii de Quoſa notarius Piſanus &c.

CCXXV.

CCXXV.

Benedictus XI. confirmat omnia privilegia monaſterii Sane-vallis de Fulliua.

Anno 1304. noois februarii.

Ex autographo ejuſdem monaſterii, num. 708.

Ibid. n. 23. BEnedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis . . abbati & conventui monaſterii ſancte Marie Sane-vallis de Fullioa Ciſtercienſis ordinis Cenetenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis, & honeſtis petitionum precibus ſavorem benivolum impertiri. Espropier dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſive per privilegia, ſiva alias indulgentias vobis & monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus, ac aliis Chriſti-fidelibus rationabiliter vobis & monaſterio predicto indultas, ſicut eas juſte ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis &c.

Datum Laterani nonis februarii pontificatus noſtri anoo primo &c.

CCXXVI.

Idem concedit monachis Porcilienſibus adminiſtrationem ſacramentorum eorum familiaribus & ſervitoribus.

Anno 1304. ipſo die.

Ex apographo S. Mich. de Muriano, Capſ. XXXIII. *6.*

Ibidem. HOc eſt exemplum cujuſdam privilegii papalis, cujus talis eſt tenor. Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. priori & conventui monaſterii de Porcilia extra muros Padua. nos per priorem ſoliti gubernari ordinis ſancti Benedicti ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ad vos & monaſteriom veſtrum geramus benevolentie ſpecialis affectum, votis veſtris libenter annuimus, veſtraſque petitiones, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudimus. Hinc eſt, quod nos devotionis veſtre precibus inclioati, ut familiaribus & ſervitoribus veſtris, qui in expenſis veſtris in eodem monaſterio commorantur, illi de conventu veſtro, qui fueriot ſacerdotes, audita eorum confeſſiooe peoitentiam injungere ſalutarem io illis caſibus, qui parochialibus presbyteris ſunt conceſſi, & miniſtrare ipſis cetera eccleſiaſtica ſacramenta, nec non eorum corpora cum deceduot, in veſtro mooaſterio ſepelire libere valeant, contradictione rectoris eccleſie, de cujus parochia fuerint, nullatenus obſiſtente, auctoritate vobis apoſtolica indulgemus. Nulli ergo &c. noſtre conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lateraoi nooia martii pootificatus noſtri anno primo.

Ego Franciſcus notarius infraſcriptus teſtis me ss.

† Ego Pinamons quondam Johannis notarii de Caſali, qui habito Padue in quarterio contrate Turricellarum, & centenario ſancti Zilii ſacri palatii notarius, hoc exemplum ſumptum ex authentico ſupradicti domini pape ſigillato ſigillo plumbeo pendenti, ſano &c. in quo ſigillo ex uno latere ſculpte ſunt facies ſanctorum Petri & Pauli mediante quadam cruce, & ex alio latere litere quedam, ſcilicet BENEDICTUS PAPA XI. bona fide tranſcripſi & exemplavi juſſu & auctoritate diſcreti viri domini Oliverii de Lavezolis judicis & officialis communis Padue ad diſcum Cameli, in regimine nobilis militis domini Bailardioi de Nogarolis de Verona Padue honorandi poteſtatis, curreote anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo-ſecundo XI. indictione die martis x. martii Padue in communia palatii ad diſcum Cameli, preſentibus Franciſco filio magiſtri Marſilii de contrata ſaocte Juliane, Domioico magiſtri quondam Thomaſi de contrata Domi notariis & ſociis, & aliis.

CCXXVII.

Donatio facta Michaeli priori S. Maglorii de Faventia.

Anno 1304. XXIV. novembris.

Ex tabulario ejuſdem monaſterii,

IN nomioe Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ibid. n. 24. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo quarto indictione ſecunda die XXIV. menſis novembris. Thomaxus quondam

dam Uxerii de Arpinellia de Blancanigo, qui modo moratur Faventie in capella ſancti Habrae, per ſe & ſuos heredes & ſucceſſores inter vivos &c. dedit, tradidit & donavit domno Michaeli priori loci ſancti Maglorii de Faventia, ubi dicitur cella quondam fratris Laurentii, pro ſa & dicto loco, & ejus ſucceſſoribus in dicto loco permanſuris, videlicet unam petiam terre vineate continentem in ſe tres tornaturas, quinque perticas, quinque pedes & IX. uncias poſitam in fundo Pigne territorio Faventino & plebatu ſancti Petri Faventini &c.

Ego Martinus quoodam filius domini Gandulfi notarii de Cunio civis Faventinus imperiali auctoritate notarius &c. ſcripſi & publicavi.

CCXXVIII.

Conſules de Civitella coram abbate Triavienſi eligunt homines ad faciendam libram ſeu aſtimationem.

Anno 1304. XV. decembris.

Ex regeſta Buldronis notarii. pag. 24.

Idem. IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CCC. IV. indictione II. eccleſia Romana vacante, die XV. menſis decembris in caſtro Montis-cornarii, coram domno Juncta abbate de Trivio &c. preſentibus presbytero Bono de Pozale, Andrea Dominici de Trivio &c. teſtibus. Congregati conſules & homines de Civitella, quorum nomina infra ſcripta ſunt, eujus concordia & voluntate elegerunt Gratianum Gaudentii, Guilielmum comitem & Petrum Jacobi ibi preſentes ad faciendam extimationem ſive libram inter homines dicte univerſitatis, & promiſerunt eam ratam & firmam tenere, & ſecundum eam libram ſolvere inde ad unum annum ſub pena XXV. librarum Raveone, oomina quorum hominum ſunt hec: Raineiolus Juncte conſul, Venutellus de Fernello, Guilielmus, Pacinus, Perus Jacobi, Gratianus Gaudentii, Johannes Jacobi, Jacobus Comes &c.

Et ego Buldrone de Civitella notarius ſcripſi & publicavi.

CCXXIX.

Alexander ep. Feltrenſis & Bellunenſis confirmat donationem & exemptionem eccleſia S. Martini de Opitergio factam presb. Oliverio ab Adalgerio ejus prædeceſſore.

Anno 1305. VII. aprilis.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano. Capſ. LXI. 5.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo quinto indictione tertia die ſeptimo intrante aprili Feltr.. in loza palatii epiſcopalis, preſentibus diſcretis viris domino Nicholao de Mantua vicario domini epiſcopi ioſraſcripti, domino Biagino vicario ejuſdem domini epiſcopi, fratre Bonacurſio de ordine Minorum, qui fuit de Venetiis, & aliis. Venerabilis pater dominus frater Alexander Dei gratia Feltrenſis & Bellunenſis epiſcopus atque comes viſo ac diligenter inſpecto privilegio infraſcripto, ſigillo cereo pendenti, bone memorie olim domini Adalgerii Dei gratia Feltrenſis & Bellunenſis epiſcopi atque comitis roborato, ipſi domino fratri Alexandro preſentato per nobilem militem dominum Pirulinum de la Turre de Tarviſio legum doctorem ex parte abbatiſſe, monachbarum & conventualium loci de ſancto Martino de Opitergio, cujus privilegii hec eſt forma. In nomine ſancte & individue Trinitatis. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo indictione quinta die octavo intrante decembri Padue, in domo domini Marchi Baduarii de Venetiis, preſentibus magiſtro Vidone de Pergamo, preſbytero Aychiloto canonico eccleſie Feltrenſis, magiſtro Petro de villa Templi, Jacobo clerico de ſancta Cruce de Venetiis & aliis. Nos Adalgerius Dei gratia Feltrenſis & Bellunenſis epiſcopus atque comes attendentes merita bonitatis & honeſtatis presbyteri Oliverii de Opitergio, ſpeciali gratia damus, conferimus, & aſſignamus ſibi eccleſiam ſancti Martini de Opitergio dioceſis Bellunenſis cum libro, quem in manibus noſtris tenemus, bene & liberaliter inveſtimus, & de omnibus redditibus ejuſdem eccleſie, recipiendo pro ſe & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, reddendo nobis & ſucceſſoribus noſtris annuatim nomine cenſus unam libram cere in feſto ſancti Martini; & preter predictum cenſum ipſum presbyterum Oliverium & ſucceſſores ſuos ab om- Ibid. n. 16.

omnibus collectis, proviſionibus, taliis ac procurationibus, ac etiam veaationibus univerſis de gratia ſpeciali liberaliter duximus abſolvendum, & ſucceſſores ſuos omoes abſolvendos impoſitis pro eccleſia Bellunenſi, ſeu etiam imponendis. In cujus rei teſtimonium & fidem pleniorem has literas appenſione noſtri ſigilli fecimus roborari. Et ſuper eodem privilegio deliberatione babita competenti, ipſe dominus epiſcopus & comes zelo pietatis & miſericordie motus per anolum, quem in manibus teoebac, oomine renovationis & confirmationis gratie memorate inveſtivit predictum dominum Pirulinum recipientem pro antedicta abbatiſſa, monachabus & cooventualibus dicti loci ſucceſſoribus quondam presbyteri Oliverii ſupradicti de omnibus & ſingulis redditibus eccleſie prelibate, ſolvendo dicta domina abbatiſſa, ſorores & conventuales dicti loci & earum ſucceſſores in perpetuum anno quolibec in feſto ſancti Martioi ipſi domino epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis unam libram cera, prout in eodem privilegio continetur, approbans idem dominus epiſcopus ipſum privilegium & gratias ipſi factas in qualibet ſui parte omni auctoritate & decreto, quo melius poceſt, tamquam gratias juſte factas & datas ab olim domino epiſcopo Adalgerio memorato.

Ego Franciſcus notarius de Capitemajori de Feltre interſui rogatus & ſcripſi.

CCXXX.

Bonifacius ep. Parentinus concedit monaſterium Lemmi fratribus Templariis.

Anno 1305. IX. aprilis.

Ex chartulario S. Mathiæ de Muriano lib. II. p. 3.

Ibid. n. 15. IN nomine Dei ecerni amen. Aooo nativitatis ejuſdem milleſimo tricenteſimo quinto indictione tertia die nono intrsnte menſis aprilis. Actum in canonica ſancte Euphemie de Rubino Parentine dioceſis, preſentibus teſtibus ad bec vocatis & rogatis reverendis viris dominis Georgio archipresbytero Parentino, Ivaoo clerico Parentino canonico, presb. Acuriſino prepoſito Robinenſi, religioſo viro fratre Petro priore ſancte Marie de Urſaria, presbytero Andrea ſcolaſtico, presbytero Nicolao & Odorico diaconis canonicis eccleſie ſancte Euphemie ſupradicte, & aliis multis. Venerabilis pacer dominus Boniſacius Dei gratia epiſcopus Parentinus conſiderans, quod monaſterium ſancti Michaelis de Lemo Parentine dioceſis in temporalibus & ſpiritualibus totaliter eſt collapſum, in damnum & ſcandalum nonnullorum propter malum regimen abbatum & monacborum, qui io ipſo fueruot temporibus antelapſis, per nullos alios religioſos ſic poſſe ad bonum ſtatum reduci & reformari, ſicut per fratres ordinis militie Templi, & maxime per fracrem Simonem de Ajex.. priorem domus ejuſdem milicie ſancte Marie io capite broili de Venetiis, qui eſt vir providus & hooeſtus & multipliciter circumſpectus; conſiderans etiam, quod predicti fratres nullum habent locum in partibus Yſtrie, in quo euntes & redeuntes de ultramarinis partibus valeant recepturi, propterea & propter multa alia bona & utilia prefatus dominus epiſcopus commotus deliberatione prebabita diligenci, ac multorum conſilio requiſito & habito, ad bonorem & revereotiam Dei & beate Marie Virginis, & beati Michaelis archangeli, & beati Mauri dedit, contulit & conceſſit in perpetuum cum pleno ac omni jure, ſicuc melius potuic, predictum monaſterium ſancti Michaelis cum omnibus juribus, eccleſiis & pertinentiis ſuis predictis fratribus ordinis Militie Templi, & ſpecialiter predicto fratri Simoni ibidem preſenti & recipienti pro ſe & predictis fratribus dationem, collationem & conceſſionem predictam. Quorum quidem monaſterii & jurium & pertinentiarum ſuarum ſunt fines & latera determinata in illo maxime inſtrumeoto ſeu privilegio, quo illuſtriſſima Azica cum conſenſu domine Walpurge matris ſue, & domini Vodorici filii ſui donavit prefate eccleſie ſancti Michaelis ſervum unum & ancillam unam, & predium quoddam indiviſum & inſeparabile & cetera, ſicut & in predicto joſtrumento ſeu privilegio plenius continetur. Quam quidem dationem, collationem & conceſſionem prefatus epiſcopus fecit, ſalvo & conſervato jure, quod predictus epiſcopus habet io dicto monaſterio, ex vigore cujuſdam ſententie olim late per ven. patrem Volcherum ſancte Aquilejenſis ſedis eccleſie patriarcbam; cujus quidem ſententie teoor talis eſt:

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini M.CC.XIIII. indictione II. die ſabati quarto exeunte menſe decembris. Cum dominus Volcherius ſancte Aquilegienſis eccleſie patriarcha *&c. Edita fuit ad*

an-

annum 1214. *in Appendice* T. IV. *col.* 331.

Quod quidem vir frater Simon promiſit, ſicut competit, preſato domino epiſcopo de preſata ſententia obſervare per ſe & fratres predictos. Quod ſi trina monitione commonitus contradixerit, prefatus dominus epiſcopus voluit, quod predicti fratres & predictus frater Simon cadere debeant & privari ab omni jure eiſdem dato & collato in predicto monaſterio per ipſum epiſcopum. Voluit etiam dictus dominus epiſcopus dictum monaſterium eſſe ſub regimine & cura predicti fratris Simonis ad vitam ſuam, & beneplacitum & voluntatem ſuam. De qua quidem collatione & conceſſione predictus dominus epiſcopus per ſuum annulum predictum fratrem Simonem per ſe & predictos fratres ſuos recipientem inveſtiens, commiſit & mandavit rev. viro domino Georgio archipresbytero Parentino, quod mittat & ponat in tenutam & poſſeſſionem vel quaſi predicti monaſterii & predictorum ſuorum jurium & pertinentiarum predictum fratrem Simonem & predictos fratres ordinis militie Templi.

Item eodem anno, menſe & indictione die decimo intrante predicto menſe aprilis Parentii in canonica ſancti Mauri, preſentibus presbytero Philippo plebano Turris-nove, fratre Joanne Mauro lapicida de Papo, Petro Mauro clerico Parentino, Dominico Clavolo oſtiario eccleſie Parentine & aliis. Reverendi viri dominus Georgius archipresbyter, presbyter Hippolytus, presb. Rainerius, presb. Antonius, Carolinus diaconus, Maurus diaconus, Petrus clericus & Ivanus clericus canonici Parentini preſentes per dictum archipresbyterum more ſolito convocati & congregati in canonica ſupradicta, lecto coram eis de verbo ad verbum inſtrumento donationis, collationis & conceſſionis predicte facte per dictum dominum epiſcopum de monaſterio ſancti Michaelis predicti fratribus ordinis militie Templi, & predicto fratri Simoni recipienti pro ſe & ſuis fratribus, conſiderantes dictam dationem, collationem & ceſſionem predictam, & omnia & ſingula contenta in inſtrumento dationis, & collationis & ceſſionis predicte eſſe pro meliori ſtatu predicti monaſterii & omnium circavicinorum ipſius, univerſaliter ſinguli, & ſingulariter univerſi conſenſerunt & acceptaverunt, ſicut melius de jure potuerunt, predictam dationem, collationem & ceſſionem, omnia & ſingula contenta in inſtrumento dationis, collationis, & ceſſionis predicte. Hoc tamen ſalvo, quod quandocumque generalis imponeretur collecta exemptis & non exemptis per civitatem & dioceſim Parentinam conſtituentis ſive per legatum apoſtolice ſedis, ſive per patriarcham Aquilejenſem, vel per quemcumque alium ſuperiorem, predictus frater Simon & predicti fratres teneantur ſolvere de parte contingenti de dicta collecta canonicis Parentinis, quantum ſolveret unus canonicus Parentinus; quod quidem frater Simon ſervare promiſit per ſe & per predictos fratres.

Item eodem anno, menſe & indictione die undecimo intrante predicto menſe aprilis apud dictum monaſterium ſancti Michaelis, preſentibus Nicolao de Portu-Gruario & Johanne Jacobo de Bononia, & domina Agneſia converſa dicti monaſterii predictus dominus Georgius ex auctoritate predicta ſibi commiſſa per dictum dominum epiſcopum Parentinum, & acceptata per predictos canonicos miſit & poſuit in tenutam & poſſeſſionem vel quaſi predicti monaſterii ſancti Michaelis, & jurium & pertinentiarum ſuarum predictos fratres & predictum fratrem Simonem recipientem pro ſe & fratribus ſuis predictis, aſſignando ſibi poſſeſſiones & bona dicti monaſterii, & ipſum monaſterium, & hoſtium ipſius, & canipam, & pannos altaris, & libros & cetera alia bona, & animalia, & ponendo ipſum in ſede, in qua conſueverunt ſedere abbates dicti monaſterii.

Item poſt predicta dicto anno, menſe, die, preſentibus predictis Nicolao & Johanne in eccleſia dicti monaſterii dicta domina Agneſia flexis genibus *&c. ut in charta edita in Appendice T. I. col.* 436. *horum Annalium*.

Ego Andreas filius quondam Renoardi de Parentio auctoritate imperialis aule notarius his omnibus interfui, & rogatus ſcripſi & roboravi.

CCXXXI.

Statuta hominum de Trivia cum conſenſu abbatis Trivienſis.

Anno 1305. 11. maji.

Ex regeſta Baldronis notarii pag. 32.

ANno Domini milleſimo CCC. V. indict. III. eccleſia Romana vacante *Ibidem n. 27.*
die 11. menſis madii in domo plebis de Trivio. Congregati & ſimul coadunati conſules, conſiliarii & homines de Trivio pro majori parte coram dompno Jun-

cta abbate monaſterii de Trivio, omnes ſimul communiter & concorditer de voluntate dicti domini abbatis ſtatuerunt & ordinaverunt, quod aliquis homo vel femina de Trivio non portet ad vendendum, nec portari faciat extra curiam de Trivio caſeum ſive ova, banno v. ſolidorum, & quicumque invenerit aliquam perſonam portare extra dictam curiam, poſſit accipere, & habere ipſa ova ſeu caſeum.

Item, quod dentur & vendantur tria ova pro denario, & non minus banno v. ſolidorum,

Item, quod quicumque homo vel mulier texerit pannos, accipiat pro textura de panno lino ſubtili pro quolibet brachio II. den. Rav. & non plus.

Item pro quolibet brachio de panno groſſo I. den. & medium, & non plus, banno v. ſolidorum.

Item pro quolibet brachio de panno lane II. den. Rav. ad dictum bannum.

Item, quod menſurare debeant pannos, quos texerint ad brachium, quo menſuratur in foro Corzani, banno v. ſolidorum,

Item quicumque baptizaverit aliquem puerum vel puellam, det ei ad infanctandum VI. den. & pro baptiſmo det duas camiſias & unam corigiam valoris XII. den. Rav. & infulam', ſi voluerit, in banno v. ſol. pro qualibet re.

Item, quod in qualibet vicinancia de Trivio eligat conſul duos homines, qui ſint cum eo ad definiendum vias in ipſa vicinancia, & ſi aliquis terminus alicujus vie ſit extractus, conſul requirat illam perſonam, que terram habet juxtam ipſam viam, ut terminum remittat, quod ſi non fecerit, puniatur banno contempto in ſtatuto, & vias attari faciat dictus conſul, ſicut definitum fuerit per dictos duos homines. Conſules fuerunt Rodulfus, Spilliatus, Machanonus.

Preſentibus Maſen Pacis, Ugucio Rigatii, Cambio Altanelli teſtibus.

Et ego Buldrone de Civitella not. ſcripſi & publicavi.

CCXXXII.

Abbas Triviensis absolvit Bonutium & ejus heredes ab habitantia per duodecim annos.

Anno 1305. XXXI. decembris.

Ex eodem autographo regeſto pag. 26.

IN Dei nomine amen. Anno Domini M. CCC. V. indictione III. eccleſia Romana vacante die ultima menſis decembris in monaſterio ſancte Marie de Trivio, preſentibus ſer Pagno Pucii de Merc. .. Venutello Jacobi de Civitella *&c.* teſtibus. Domnus Juncta abbas dicti monaſterii cum voluntate & conſenſu ſuorum monachorum abſolvit & liberavit dictum Bonutium & ſuos heredes a dicta habitantia XII. annis proximis, promittens, quod eum vel ſuos heredes non compellet facere dictam habitantiam uſque ad XII. annos proximos venturos ſub pena X. librarum Ravennatum, pro eo quod confeſſus fuit ipſe dominus abbas ſibi a dicto Bonutio eſſe ſatisfactum pro habitantia dicti temporis *&c.* tranſactis vero dictis XII. annis ipſe Bonutius & ſui heredes teneantur habitare ſuper dicto podere, ſicut in inſtrumento conceſſionis continetur *&c.* *Ibidem*

Ego Buldrone notarius rogatus ſcripſi & publicavi.

CCXXXIII.

Canonici Bellunenses confirmant donationem episcoporum Adalgerii & Alexandri ecclesiæ S. Martini Opitergii.

Anno 1306. V. exeunte majo.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano. Capſ. LXI. 6.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto indictione quarta die quinto exeunte madio in loza platee majoris civitatis Belluni, preſentibus dominis Jacobino divite ac legum doctore de Tarviſio, Franciſco de caſtro Cocho, Henrico judice de Luxia, Antonio Merlino de civitate Belluni & aliis. Congregato capitulo canonicorum Bellunenſium, licet quibuſdam abſentibus, & preſentato quodam privilegio facto presbytero quondam Oliverio de Opitergio per ven. patrem olim bone memorie domi- *Ibid. n. 26.*

num

num Adalgerium Bellnnenſem & Feltrenſem epiſcopum & comitem, & confirmato per ven. patrem fratrem Alexandrum Bellunenſem & Feltrenſem epiſcopum & comitem, ut in charta ſcripta manu Franciſci notatii de Capire majori de Feltro plenius continetur, dicti canonici, ſcilicet domini Mambertinus eccleſie Belluoeoſis decanus, presbyter Gerardus, Antooius de Cavexago, Johannes Fayonus & Otavianus, moti zelo pietatis & etiam favore religionis, ut ipſa religio augeatur & procedat de bono in melius, & ad requiſitionem nobilis militis domini Pirulini de Tarviſio legum doctoris pro domina abbatiſſa & conventu monacharum loci de ſancto Martino de Opitergio petentis dicti privilegii a dictis canonicis conſenſum, in quantum de jure poſſunt, roborant & confirmant dictum privilegium, & eidem plenum robur aſſignant.

† Ego Adalgerius de la Turre imperiali auctoritate notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CCXXXIV.

Juncta abbas Triviensis & ejus vicarius præcipiunt executionem eorum ſententia.

Anno 1306, xxvi. maji.

Ex regeſto Buldronis notarii, pag. 50.

Ibid. n. 30, IN Dei oomine amen. Anno Domini M. ccc. vi. indictione IIII. die xxvi. maji, preſentibus presb. Bono de Pozale, Schicco de Trivio, & Andrea Dominici teſtibus in quodam terreno, ubi eſt Campanus Tivignoli. Super lite, que olim vertebatur inter Picardum & doonam Meliorem ejus uxorem ex una parte, & Tivignolum ex altera, occaſione dicti terreni ſiti, ubi dicitur Vada, dompnus Juncta abbas monaſterii de Trivio, & ſer Rubertus ejus vicarius exequendo ſententiam per eos latam inter dictas partes preceperunt Accurſutio filio Arcolani de Corneto ountio curie, quod mitteret terminos inter dictum Picardum & Tivignolum io dicto loco, ſicut definitum fuit; qui Acurſutius poſuit filum in aogulo Campani dicti Tivignoli, & ab alio latere in termino, qui eſt ibi, & ſecundum quod filum porrectum ibat, immiſit quatuor terminos, & ipſi dompnus abbas & ſer Rubertus ibi preſentes publice mandaverunt, quod nullus dictarum partium contra ipſos terminos veniret, ſed ita ſervarent, ſicut termini definiunt in penam x. libr. Ravenne, reſervata ſibi poteſtate definiendi ſuper quadam .... que eſt ibi, & etiam poteſtate corrigendi omnem ambiguitatem, que circa predicta appareret *&c.*

Et ego Buldrone not. *&c.* ſcripſi & publicavi.

CCXXXV.

Inſtitutio prioris Camaldulini Foroliviensis.

Anno 1306. xxx. maji.

Ex tabulario S. Hippolyti Faventiæ.

IN nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejuſdem M. ccc. vi. indictione IV. die xxx. menſis maji. Vacante monaſterio ſancte Marie Camaldulini Foroliviensis per mortem religioſi viri domni Jacobi quondam prioris ejuſdem monaſterii, nos frater Gerardus ſacre Camaldulenſis eremi ejuſdem ordinis generalis prior, ad quem nomine preſate eremi inſtitutio & deſtitutio ipſius noſtri monaſterii tamquam manualis pertinet pleno jure, nolentes quod ipſum monaſterium per prolixam vacationem detrimentum in ſpiritualibus & temporalibus patiatur, diſpoſuimus eidem de perſona idonea, & habito conſenſu fratrum noſtrorum eremi predicte eremitarum, qui nobis unanimiter & concorditer pro religioſo viro domno Lando priore monaſterii ſancti Vigilii Senenſis ſcripſerunt, ut illum ad prefatum prioratum promovere dignaremur eumdem, licet ipſius plenam notitiam haberemus multipliciter commendandam, in perſonam ejuſdem tamquam dignam defiximus aciem mentis noſtre, & ideo Spiritus-ſancti gratia invocata *&c.* preſatum religioſum & honeſtum dompnum Landum eligimus in priorem, rectorem & adminiſtratorem monaſterii Camaldulini ſuperius nominati. *Ibidem n. 32.*

Actum io eccleſia monaſterii ſancti Damiani Bononienſis, coram domnis Ottonelo & Vincentio dicte heremi eremitis, & in preſentia domni Guilielmi monachi predicti monaſterii ſancti Damiani *&c.*

Eodem die *&c.* predictus prior poſt pronunciationem & publicationem premiſſe electionis propoſuit edictum peremptorium ter alta voce proclamando, quod

qui.

quicumqoe vellet aliquid proponere contra dictam alectionem vel perſonam alectam, quod deberet x. dia juridica in ſua preſentia comparere quidquid vellet propoſiturus, & ſciturus, quod elapſo eodem termino ad confirmationem ejuſdam electionis procederet contradictione aliqua non obſtante.

Ego Zeno de Burgo ſancti Sepulcri *&c.* notarius *&c.* ſcripſi & publicavi.

In Chriſti nomine, ameo. Anno ejuſdem M. ccc. vi. indictiona iv. die xviii. menſis junii. Vacante monaſterio ſancte Marię Camaldulioi Foroliv. per mortem relig. viri domni Jacobi quondam prioris *&c.* poſt eujus obitum Landus *&c.* electus extitit de priore, qui ſponte renuotians alectioni jamdicte mioime voluit aſſeotire *&c.* Nos fratee Nicolaus ſacre Camaldulenſis heremi major .. domini prioris heremi ejuſdem totiuſque ordinis de Tuxia vicarius generalis, cui commiſſa eſt per dictum priorem reformatio dicti monaſterii *&c.* domnum Johannem Vulterraoum monaſtarii ſancti Juſti de Vulterris ouoe monachum *&c.* eligimus *&c.* Actum in cella Camald. heremi *&c.*

Ego Benedictus quoodam Gerardini *&c.* notarius *&c.* ſcripſi & publicavi.

CCXXXVI.

Franciſcus prior monaſterii Celle inter Paras abſolvit Detaidem fabrum a fidelitate & ſervitute.

Aooo 1306. xix. auguſti.

Ex regeſto Buldronis notarii.
pag. 60.

Ibid. n. 32. IN Dei nomine amen. Anno Domini a nativitate milleſimo ccc. vi. indictione iv. tempore domini Clementis pape die xviiii. menſis auguſti in monaſterio Celle inter Paras, preſentibus ſer Ruberto ootario de Burgo ſancti Sepulcri, presbitero Petro rectore ecclaſie de Paſtorale, presbytero Saneto priore hoſpitalis ſancti Matthei de Naſcetio *&c.* fratre Magnino ſamiliare dicti monaſterii de Cella, & aliis teſtibus *&c.* Dompnus Franciſeus prior & rector dicti monaſterii Celle ioter Paras una cum ſuo capitulo, videlicet dompno Petro, domoo Bono & domno Pero monachis dicti monaſterii preſeotibus & coofentientibus *&c.* affrancavit, abſolvit & liberavit Detaidem ſabrum, qui nonc ad villam de Papatrice moratur, filium quondam Ugolini de Pereto *&c.* pro ſe & pro omnibus ſuis filiis *&c.* in perpetuum ab omni fidelitate, dominio, homajo, & ab omni ſervitute & conditione ſervitutum, quo vel qua idem Detaide aut ſui filii aliquo jure vel conſuetudine aliqua perſonaliter vel realiter tenebantur *&c.* uſque in preſentem diem & ab omni preſtatione ſervitiorum perſonalium val realium, & ab omni ſervituse aſcriptitia, colonatia, manentitia, & ab omoi alia obligatione, qua ipſe faber ſeu ſui filii teoebantur, dans & attribuens eidem fabro recipienti pro ſe & pro ſuis filiis *&c.* in perpetuum puram & meram libertatem & adminiſtrationem ſuorum booorum, ita quod ſine aliquo obſtaeulo fidelitatis ſeu ſervitutis, & ſine aliqua contradictiooe dicti domini prioris & capituli, & ſuorum ſucceſſorum poſſit de cetero dictus ſaber & ſui filii *&c.* libere contrahere, vendere, dooare, & omnia facere & garere tamquam Romanus civis liber homo ſacere poteſt, oullo in hoc contractu pretermiſſo obſtante, & reſtituens ipſum fabrum & filios, & quemlibet eorum oatalibus antiquis & priſtine ingenuitati. Et hanc affrancationem fecit dictus dominus prior *&c.* quia dictus Detaide faber renuotiavit *&c.* dicto priori *&c.* totum podere, terras & poſſeſſiones omnes & ſingulas, quas ipſe fabar habebat & tenebat jure libellario a dicto monaſterio, ſitum, & ſitas in villa & curia Peretii ſeu alibi, ubieumque eſt io territorio dicti monaſterii *&c.*

Et ego Buldronn oot. *&c.*

CCXXXVII.

Charta profeſſionis Frederici filii Raineris de Fajola in monaſterio Trivienſi.

Anno 1306. xxiv. novembris.

Ex regeſto Buldronis notarii.
pag. 66.

IN Dei nomine amen. Anno Domioi Milleſ. ccc. vi. indictione iiii. tempore domini Clementis pape die xxiiii. menſis novembris in eccleſia ſancti Egidii de monte Cornario, ſer Ruberto notario de Burgo ſancti Sepulcri, Gratiano de Civitella, Zaccharia de Fratella, & ſer Bruno notario de Calcelatio teſtibus. Ad ioſtaotiam, petitionem & ſuppli- *Ibid. n. 30.*

pli.

plicationem fratria Frederici olim Rainerii de Fagiola dudum novitii monaſterii ſancti Bartholomei de Socaſtello Caſtellane diocefia volentia & deſiderantia Domino noſtro Jeſu Chriſto in monaſterio ſancte Marie de Trivio perpetuo impendere famulatum, venerabilia pater domnus Juncta abbas dicti monaſterii de Trivio volens eumdem fratrem Fredericum in hujuſmodi ſuo laudabili propoſito conſovere, de licentia & expreſſo conſenſu ſui capituli recepit eumdem fratrem Fredericum in monacbum & in fratrem ejuſdem monaſterii ſancte Marie de Trivio, cum plenitudine juria monachatus, qui frater Fredericus volena pro Jeſu Chriſti amore ac anime ſue ſalute in ſancta religione ordinis beati Benedicti in eodem monaſterio ſancte Marie de Trivio ſub jure obedientie ſe arctare, ac reſiduum vite ſue regulari ſubjicere diſcipline, obtulit perſonam ſuam Deo, & beate Marie Virgini, ac beato Benedicto clauſis manibus intra manus prefati domni Juncte abbatia dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio recipientis eumdem vice & nomine dicti monaſterii pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, diſponena idem frater Fredericus, atque promittens & profitens ſtabilitatem, & converſionem, & obedientiam tam debitam, quam devotam ſecundum regulam dicti ordinis ſancti Benedicti hoc modo. Ipſe enim frater Fredericus exiſtens in dicta eccleſia ſancti Egidii de monte Cornaro coram altari ipſiua eccleſie quamdam cedulam in manu tenens legit eam hujuſmodi tenorem continentem:

Ego frater Fredericua promitto ſtabilitatem meam & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti coram Deo & Sanctia ejus in monaſterio de Trivio, quod eſt conſtructum in honore beate Marie virginia in preſentia domni Juncte abbatia ipſius monaſterii.

Utraque videlicet parte renuntiante tempori probationis regule ſupradicte. Quibus omnibus ſic peractis dictua domnus Juncta abbas dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio & capitulum ſuum predictum ad pacem ipſum fratrem Fredericum devotiſſime receperunt, poſtque ſtatim dictua dominua abbas commiſit & mandavit dompno Bono monacbo dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio ibi preſenti, ut eidem fratri Frederico aſſignet locum in capitulo, & ſtallum in choro ejuſdem monaſterii, & ipſum fratrem Fredericum in corporalem poſſeſſionem monachatus ejuſdem inducat.

Et ego Buldrone de Civitella *&c.* notarius *&c.* ſcripſi & pub.

Eodem die & loco preſentibus nobili viro Ugutione de Fagiola, ſer Ruberto notario *&c.* teſtibus.. recepto quidem fratre Frederico olim Rainerii de Fajola dudum novitio monaſterii ſancti Bartholomei de Socaſtello Caſtellane dioceſis in monachum & in fratrem monaſterii ſancte Marie de Trivio, & promiſſa per eum obedientia venerabili patri domno Juncte abbati dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio, & profeſſione per eumdem fratrem Fredericum eidem domino abbati facta, ut hec & alia latius patere poſſunt in inſtrumento ſcripto manu mei notarii *etc.* Poſtque dictus ven. pater domnus Juncta abbaa dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio ad inſtantiam & petitionem atque ſupplicationem predicti fratris Frederici profeſſi volentis dare operam ſtudio literali, neceſſitate & utilitate penſatis, & aliis factia & ſervatis, que in hoc negotio ſunt agenda, dedit & conceſſit plenam licentiam ſupradicto fratri Frederico preſenti, petenti *etc.* ut poſſit ſe abſentare a dicto monaſterio ſancte Marie de Trivio, & eſſe in ſtudio literali per continuoa annos trea proximos venturoa, ſecum ſuper hia miſericorditer diſpenſando. Quibus omnibus ſic peractis dictus frater Fredericus commiſit eidem domno Juncte preſenti & acceptanti vicem & vocem ſuam in capitulo dicti monaſterii ſancte Marie de Trivio, & ſuper omnibua contractibus faciendia & recipiendia pro ipſo monaſterio uſque ad completum triennium ſupradictum.

Et ego Buldrone notarius ſcripſi & publicavi.

CCXXXVIII.

Juncta abbas Trivienſis denuntiat excommunicatos epiſcopos Feretranum & Saxenatem, ac abbates Galeatenſem & Nonantulanum.

Anno 1307. menſe octobri.

Ex regeſto Buldronis notarii, pag. 68.

. . . . . . diaconus cardinalis . . . . . . *Ibid. n. 38.*
venerabilibus in Chriſto patribus patriarchia, archiepiſcopia, epiſcopia & aliia eccleſiarum rectoribus, necnon capitulia & conventibua ſecularibua, & regularibus infra noſtre legationis terminos conſtitutoa, ad quoa litere preſentes pervenerint, ſalutem in Domino. Cum frater

Uber-

Ubertus Feretranus, & Ugutius Saxenenſis epiſcopi, necnon de Galliata Ravenat. & de Nonantula Mutinen. dioceſum monaſteriorum abbates & conventus, ac eorum vices gerentes, procurationes nobis debitas pro primo & preſenti ſecundo anno legationis noſtre infra certum competentem perhentorium terminum eis prefixum camere noſtre aſſignare & ſolvere contumaciter non curarint, ac ob hec ſuſpenſionis ac excommunicationis ſententias in eos per noſtras literas promulgatas incurriſſe noſcantur, & eorum eccleſie ſint eccleſiaſtico ſuppoſite interdicto, diſcreptioni veſtre in virtute obedientie, ac ſub penis ſpiritualibus & temporalibus juxta noſtrum arbitrium inferendis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus prefatos epiſcopos ac abbates, & conventus, eorumque vices gerentes per vos, vel alios ſingulis diebus dominicis & feſtivis tamdiu fore ſuſpenſos & excommunicatos in eccleſiis veſtris & locis ſingulis, ubi expedire videritis, publice nuntietis, donec ſuper premiſſis ſatisfecerint, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere, facientes de denuntiatione hujuſmodi fieri publica documenta harum ſeriem continentia nobis per fidelem nuntium tranſmittenda. Has autem literas ad cautelam fecimus regiſtrari, de quarum preſentatione latori earum nuntio noſtro jurato dabimus plenam fidem. Datum Cortone VIII. calendas octobris pont. domini Clementis pape V. anno II.

Lombardellus, qui ſe dicebat familiarem dicti domini cardinalis, preſentavit dictas literas domno Juncte abbati de Trivio ſigillatas ſigillo cereo rubro pendenti cum cordula ſub anno Domini M. CCC. VII. die II. octobris in caſtro Montis-cornarli, preſentibus ſer Ruberto notario de Burgo, Andrea Dominici *&c.* teſtibus.

Die dominica VIII. menſis octobris in eccleſia ſancti Egidii de Monte-cornario, preſentibus ibi presbytero Bono rectore hoſpitalis de Ranchanbroſio *&c.* & aliis. Domnus Juncta abbas dicti monaſterii de Trivio exequendo mandatum dicti domini cardinalis, coram populo publice denuntiavit excommunicatos dominum Ubertum epiſcopum Feretranum, dominum Ugutium epiſcopum Saxen. abbatem & conventum monaſterii de Galliata, & abbatem & conventum monaſterii de Nonantula & eorum vicesgerentes *&c.*

Item die dominica XV. octobris, die dominica V. novembris eamdem excommunicationem promulgavit.

Et ego Buldrone de Civitella *&c.* notarius *&c.* ſcripſi & publicavi.

CCXXXIX.

Monachi Trivienſes eligunt eorum vicarium generalem in terris monaſterii.

Anno 1308. februario menſe.

Ex regeſto Buldronis notarii, pag. 93.

IN Dei nomine amen. Anno Domini M. CCC. VIII. indictione VI. die penultima februarii in eccleſia monaſterii de Trivio, preſentibus ſer Reſtoro de Valſavignone, presbytero Bencevenne de Corneto, presbytero Sancti de Caſtrorupto, Taviano de Rubertis & Naſſo notario de Burgo teſtibus *&c.* Congregati monachi & capitulum dicti monaſterii, videlicet dompnus Gallaſſus, dompnus Bonus, dompnus Gratia, & dompnus Fredericus communi voluntate conſtituerunt, elegerunt & fecerunt ſer Rubertum notarium de Burgo, licet abſentem, generalem vicarium in terris & locis dicti monaſterii uſque ad tempus, quod Uguccio & Fondaza de Fagiola, vel alii ipſorum nominaverunt, dantes ei licentiam exercendi officium vicariatus in ipſis terris, & ratum habere, promittentes *&c.* *Ibid. n. 23.*

Et ego Buldrone notarius ſcripſi & publicavi.

CCXL.

Permutatio facta ab abbate Claſſenſi cum ſindicis caſtrorum territorii Raveniane.

Anno 1308. IX. maji.

Exceptum ex archivo monaſterii Claſſenſis.

IN Dei nomine amen. Anno dominice incarnationis M. CCC. VIII. die nona menſis maji, Peſauri in domo ſanctorum Decentii & Germani de Peſauro, preſentibus domno Jacobo abbate dicti monaſterii *&c.* Cum ex multis & variis diſſenſionibus, zizaniis & ſcandalis, & guerrarum diſcriminibus dudum exiſtentibus in provincia Marchie Anconitane, & maxime in civitate Fani & diſtrictu, monaſterium ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennatis dioceſis multa damna & obprobria intolerabilia ſuſtinuerit uſque *Ibid. n. 40.*

nunc

nunc occaſione palatii & caſſari ſeu fortalitii, quod & que dictum monaſterium habet in partibus Ravignane, videlicet in caſtro Montis-Roli, in tantum quod occaſione ſumptuum & expenſarum neceſſariarum faciendarum in dicto palatio & cura cuſtodiarum ipſius, nihil de redditibus Ravignane proveniebat, imo de aliis ad ipſum monaſterium ſpectantibus aliunde neceſſaria habebat ſubvenire, & ſuper predictis pluries in capitulo Claſſenſi facta collatione, quid ſuper tanto diſpendio, tantiſque oneribus ipſi monaſterio venientibus providere deberet, idcirco venerabilis pater domnus Raynerius abbas ſancti Apollinaris in Claſſe Ravennatis dioceſis, & religioſus vir domnus Guido da Caſtello monachus & ſyndicus dicti monaſterii conſtitutus a capitulo, habita licentia a domno Johanne priore ſancti Salvatoris de Forolivio deputato a domno Nicolao priore eremi majoris &c. titulo perpetue permutationis permutaverunt Brunello Nigri ſyndico univerſitatis caſtri ſancti Viti, Venturello Bartoli ſyndico univerſitatis Montis-Rolli, Alevutio Andree ſyndico caſtri Montis-Vetuli, Alevutio Johannis ſyndico univerſitatis caſtri Fractarum, Accurſetto Buccoli ſyndico univerſitatis ville Certagroſſi, & nobili viro Perutio Ranaldutii de caſtro Turris, Orlandutio Orlandetti de inſula Gualtreſca, aliiſque habentibus jus enphyteoticum a dicto monaſterio, omnes & ſingulas poſſeſſiones, domos & palatium, ac etiam terrena, que erant de jure & proprietate dicti monaſterii. Et dicti ſyndici & dicti domini nomine cambii dederunt eidem monaſterio unam domum ſive hoſpitium poſitum in civitate Forolivii in contrata ſancti Guilielmi; item aliam in contrata ſancti Antonii; item aliam in contrata Brocaldolci, & plures petias terre in eodem territorio Forolivienſi. Quam permutationem Johannes ſupradictus nomine prioris Camaldulenſis approbavit. Per manus Bonavitii Petri de Monte-Rollo, Martini de Ciſterna, Zuntutii de ſancto Vito, Amoli Donetti de Monte-Vetulo notariorum &c.

CCXLI.

Benedictus abbas S. Hippolyti Faventie eligit rectorem eccleſie ſancte Marie de Durbecho de Burgo Pontis Faventie.

Anno 1308. XXVI. Septembris.

Ex archivo S. Hippolyti Faventie.

IN Chriſti nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem M. CCC. VIII. indictione VI. die XXVI. menſis ſeptembris, vacante eccleſia ſancte Marie de Durbecho de burgo porte Pontis civitatis Faventie per depoſitionem & caſſationem factam de donno Zanne olim presbytero & rectore eccleſie ſupradicte ſancte Marie, religioſus vir dominus dompnus Benedictus de Bagnacavallo abbas monaſterii ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia Camaldulenſis ordinis pro ſe, & vice & nomine dicti monaſterii & pro ipſo monaſterio, preſentibus, volentibus & conſentientibus domno Andrea de Faventia & domno Maxino fratribus & monachis dicti monaſterii, & etiam ex commiſſione ſibi facta per Paulum de Anglario, qui nunc moratur in domo monaſterii ſancti Ypoliti capelle predicte eccleſie ſancte Marie, & Novellinum quondam Bonaventure de Novellinis parochianos ipſius eccleſie, qui parochiani per modum compromiſſi commiſerunt & dederunt totaliter vices & voces ipſorum eidem domno Benedicto abbati monaſterii prelibati in electione facienda futuri rectoris dicte eccleſie ſancte Marie in Durbecho, ut patet publico inſtrumento ſcripto manu mei Roncholini notarii infraſcripti, volens providere de futuro rectore predicte eccleſie, ne dicta eccleſia patiatur in ſpiritualibus vel temporalibus detrimentum, ad honorem Dei, & beate Marie virginis, & ad honorem & reverentiam rev. patris domini fratris Mathei Dei & apoſtolica gratia epiſcopi Faventini, Dei nomine invocato, & Spiritus-ſancti gratia, elegit Marchum clericum filium magiſtri Dumditti de Faventia in presbyterum & rectorem dicte eccleſie ſancte Marie in Durbecho, committens eidem Marcho adminiſtrationem bonorum dicte eccleſie in ſpiritualibus & temporalibus integraliter in totum, cum electio dicte eccleſie ſancte Marie pleno jure pertineat ad monaſterium ſupradictum, & parochianos predictos. Actum Faventie in monaſterio predicto ſancto- *Ibid. n. 43.*

rum Lsurentii & Ypoliti in chnro ecclefie dicti monaſterii, preſentibus teſtibus ad hec vocstis & rogatis, fratre Dadeo converſo dicti monaſtatii ſancti Ypoliti, fratre Tornambene de Fugatsolia de Bagnecavallo, & Nanne familiari dicti monaſterii.

Ego Roncholinus filius quondam Rncholi de Faventia notarii imperiali auctoritate notarius rogatus ſcripſi & publicsvi.

CCXLII.

Creſcentius abbas & monachi S. Victoris de Cluſis eligunt rectorem eccleſie S. Petri de Muſcano.

Anno 1308. XIX. decembris.

Ex archivo S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 44. IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem M. CCC. VIII. indictione VI. tempore domni Clemantis pape V. die XVIIII. menſis decembris. Cum eccleſia ſancti Petri de Muſcano membrum monaſterii ſancti Victoris de Cluſis vacaret ad preſens per revocationem factam per religioſum & reverendum virum domnum Creſcentium abbatem monaſterii ſupradicti de domno Paulo Ritii monacho dicti monaſterii, olim rectore eccleſie ſupradicte, ne ipſa eccleſia vacaret diutius, & in ſpiritualibus & temporalibus ſuſtineret jacturam, idem domnus abbas cum conſenſu & auctoritate totius capituli & conventus dicti monaſterii ibidem preſentis, & in eccleſia dicti monaſterii, ut moris eſt, convocati & congregati, & ipſum capitulum & conventus cum auctoritate ipſius domini abbatis, conſiderata induſtria & ſollicitudine religioſi & diſcreti viri domni Pauli predicti, unanimiter & concorditer &c. inſtituerunt & ordinaverunt predictum domnum Paulum ibidem preſentem in rectorem & gubernatorem ipſius eccleſie, & ipſius curam cum omnibus ſuis juribus &c. commiſerunt uſque ad voluntatem & beneplacitum ipſius domini abbatis & conventus & capituli antedicti, dummodo idem domnus Paulus teneatur & debeat reſpondere & dare dicto monaſterio annuatim de fructibus dicte eccleſie XXIV. libras Ravennates & Anconitanas. Actum in dicto monaſterio in eccleſia ipſius monaſterii, preſentibus domino Thoma domini Alberghetti, domino Simone Salvutii, Aldrovanno Allevutii &c.

Et ego Joannes magiſtri Compagni &c. notarius &c. ſcripſi & publicavi.

CCXLIII.

Fredericus ep. Recanatenſis reſtituit Hermanno abbati Vallis-caſtri eccleſiam S. Marie de Cerro.

Anno 1308. XXX. decembris.

Ex codice S. Blaſii de Fabriano, pag. 144.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. CCC. VIII. indictione VI. tempore domini Clementis pape V. die ultima menſis decembris. Actum in palatio epiſcopatus Recaneti, preſentibus domino Zano Nicolai domini Johannis &c. teſtibus vocatis ad hec & rogatis. Pateat univerſis preſens publicum inſtrumentum inſpecturis, quod venerabilis pater & dominus dominus Fredericus epiſcopus Racanatenſis recognoſcens eccleſiam ſancte Marie de Cerro diocefis Racanatenſis eſſe & fuiſſe membrum monaſterii Vallis-caſtri, & immediate pertinere ad ipſum monaſterium pleno jure, licet actenus de ipſa eccleſia ſancte Marie de Cerro per ipſum epiſcopum fuiſſet dictum monaſterium expoliatum indebite & injuſte, ut ipſe dominus epiſcopus aſſerebat, ipſam eccleſiam cum omnibus juribus & juriſdictionibus ſuis reſtituit & reaſſignavit religioſo viro fratri Hermanno abbati monaſterii Vallis-caſtri recipienti vice & nomine ipſius monaſterii & pro ipſo, volens & mandans dictus dominus epiſcopus domino Marco Jacobi Rigi ipſam eccleſiam poſſidenti & tenenti ab eo, quod ipſam eccleſiam ſancte Marie de Cerro cum omnibus ſuis juribus dicto domino abbati renuntiet, reſtituat & reaſſignet pro ipſo monaſterio recipienti &c. Ibidem.

Et ego Bonaventura Cagni de Mathelica auctoritate imperiali notarius &c. ſcripſi & publicavi.

In Dei nomine, amen. Anno &c. *ut ſupra*. Conſtitutus dominus Marcus Jacobi Rigi de Racaneto coram rev. viro fratre Hermanno abbate Vallis-caſtri de mandato ven. patris domini Frederici epiſcopi Racaneti, renuntiavit dicto domino abbati inſtitutioni & proviſioni ſeu collationi ſibi facte de eccleſia ſancte Marie de Cerro membri monaſterii Vallis-caſtri per epiſcopum ſupradictum, & ipſam eccleſiam renuntiavit, reſtituit & conſignavit dicto domino abbati pro ipſo mo-

monaſterio ſtipulanti com omnibus júribus & pertinentiis ſnis, preſeute, volenze & cnnſenciente & concedente domino epiſcopo ſupradicto. Et ego Bonaventura Cagni *&c.*

In Dei nomine, amen. Anno *&c. ut ſupra*. Vacauta eccleſia ſancte Marie de Cerro per renunciationem domini Marci Jacobi de Racaneto ſactam per ipſum dominum Marcum rev. viro ſratri Harmanno sbbati monaſterii Vallis-caſtri, ne dicta eccleſia paſtorali regimine deſtituta in ſpiritualibus vel temporalibus aliquem patiatur deſectum, ipſum dominum Marcum, per quem eredis idem abbaa dictam eccleſiam poſſe ſalubriter gubernari in ſpiritualibus & temporelibus, ipſius eccleſie io capellanum & rectorem inſtituit ad ſui abbatis beneplacitum & mandatum, conſerens ſibi licentiam adminiſtrandi ſpiritualia & temporalia ipſius eccleſie, rebus & bonis vendendia, obligandis & alienandis dumtaxat exceptis, inveſtiens ipſum per ſigillum ſuum in ſignum eradite poſſeſſionis.

Et ego Bonaventure Cagni notarius *&c.*

CCXLIV.

Electio rectoris S. Leonardi de Veſſa facta a monachis Trivienſibus.

Anno 1308. XXXI. decembris.

Ex regeſto Buldronis notarii pag. 271.

Ibid. n. 43. IN Dei nomine amen. Aono Domini a ostivitate M. CCC. VIII. die ultima decembris in clauſtro monaſterii ſancte Marie de Trivio, preſantibus Brando de Cnmpagnnno de Monte-cornario, Reſtoro notario de Valſavignona & Cnitio Jacobi de Cella teſtibus. Convocati & ſimul coaduoati monachi dicti monaſterii, ſcilicet domnus Fredericua, domnua Galaſſus, & domnua Grstis pro ſe & nomine dicti monaſterii & capituli ſecerunt domnum Bonum monachum dicti monaſterii preſentem & recipientem eorum ſyndicum & procuretorem ad aligendum rectorem in eccleſia ſancti Leonardi de Veſſa & ad omnia ſacienda, que circa alectionem noverit expedire, promittentes *&c.*

Es ego Buldrone notarius *&c.*

CCXLV.

Statuta hominum de Trivio.

Anno 1309.

Ex eodem regeſto, pag. 104.

IN Dei nomine amen. Anno Domini milleſimo CCC. VIIII. indictione VII. Hec ſunt ordinamenta homioum de Trivio. *Ibid. n. 51.*

In primis ordinaaerunt & ſtatuerunt, quod quilibet bomo debeat facere cuſtodiam & guardiam in caſtro Montis-cornarii, & in caſtro Ferrutii, & extra ipſa caſtra in die & in nocte, ſicut ai preceptum fuerit per capitaneoa, & qui contra fecerit, ſolvat v. ſolidos pro qualibet vice, & ſolvat guardiam.

Item, quod nullus de dicto loco inſerat verba & ſactum injurioſum contra aliquam perſonam in tota curia Trivii, propter quod meſchia vel rumor, ſeu tumultus generari poſſet ioter dictos homines de Trivio, & quicumque contreſaceret, ſolvat communi pro qualibet vice C. ſolidos.

Item, ſi de die vel de nocte aliqua novitas appareret in dicto loco, quilibet teneatur & debeat cum ſuis armis trahere, & debeat ſe preſentare ſuo capodecem, & ei obedire in banno v. ſolidorum, & quilibet capodecem teneatur obedire capitaneis, & non ſecedere a caſtro ſine voluotate capitaneorum in banno X. ſolidorum.

Item, quod capitanei, quando caſus & onvitas apparerent, poſſint percipere & banna ponere ſine conſilio uſque ad quantitatem C. ſolidorum, & quilibet homo eis obedire debeat ad dictum bannum.

Item, quod nulla perſona faciat dampnum in rebus monaſterii, nec rapiat de rebus monaſterii, oec in ſilvis, nec alibi ſine voluntate capitaneorum in banno XX. ſolidorum. Et quicumque de bonis monaſterii habet aliquid, teneatur aſſignare & reſtitoere capitaneis binc ad tres dies io banno XL. ſolidorum.

Item, quod nullus bomo vadat per villam, nec tranſeat foſſatum de Vado tempore noctis io banno v. ſolidorum ſine voluotate capitaneorum.

Item, quod quicumque voluerit petere vel conqueri de aliqua perſona occaſione alicujus debiti, vel alicujus rei mobilis vel immobilis, debeat ire & conqueri coram capitaneis, & capitanei jus reddant cuilibet perſone ſuper quibuſcum-

que rebus, & ſuper quibuſcumque queſtionibus, & quilibet obedire teneatur ſententie capitaneorum & eorum officialibus,

Item, quod quilibet teneatur obedire & obſervare ordinamenta, que ſunt ſcripta in ſtatutis antiquis, & obedire capitaneis in quibuſcumque capitulis & articulis, & exceſſibus, qui videlicet apparerent.

Hac, que ſequuntur, ordinamenta, extant lineata, veluti abraſa aut non approbata, quod tamen factum eſſe poteſt nullo jure, & a ſequiori manu.

,, Item, quod nullus homo vel mulier
,, furtum faciat de die vel de nocte in
,, dicta curte Trivii, & quicumque con-
,, trafaceret, ſi furtum eſſet ultra valen-
,, tiam x. ſolidorum, ſolvat ille, qui fur-
,, tum faciet lx. ſolidos, ſi fuerit de nocte,
,, ſi de die, ſolvat xl. ſolidos. Si fuerit
,, furtum valoris minus x. ſolid. ſolvat
,, nomine banni xx. & ſemper furtum
,, emendare teneatur.
,, Item, quod nullus nitatur forziare
,, aliquam feminam in tota curte Tri-
,, vii, nec injuriam facere in banno c.
,, ſolidorum.
,, Item, quod ſi aliquis faceret ali-
,, quam offenſam vel exceſſum, ut nollet
,, obedire capitaneis, conſanguinei pro-
,, pinquiores illius, qui exceſſum com-
,, mitteret, teneantur compellere eum,
,, & facere, quod capitaneis obediat.

Item, quod dicta banna exigi debeant per capitaneos, & convertantur ipſa banna in utilitatem communis.

Lecta ſunt hæc ordinamenta coram majori parte hominum de Trivio in foſſo caſtri Montis-cornarii, die v. januarii ſub anno Domini M. ccc. viiii. indictione vii.

Ordinamenta facta per homines de Trivio. Anno Domini milleſimo ccc. viiii. indictione vii.

Ordinatum & firmatum eſt, quod dompnus Bonus & dompnus Galaſſus poſſint precipere & compellere homines ad faciendas guardias & claudendas caſtrorum, & ad faciendum cuſtodias extra caſtra de die & de nocte, ſicut eis placuerit.

Item, quod quilibet homo teneatur facere guardiam, quando dicti monachi mandaverint in banno v. ſolidorum.

Item, quod quilibet in ſero ſemper cum perſonis & animalibus redire debeat, & ſtare de nocte ad caſtrum, & in fortalitiis caſtri banno v. ſolidorum.

Item, quod quilibet omni mane preſentare ſe debeat coram dictis monachis, & non recedere extra fortalitias in banno v. ſolidorum ſine eorum licentia,

Item, quod quilibet ire & ſtare debeat ad claudendas caſtrorum, & ad foſſos faciendum quandocumque dicti monachi perceperint in banno v. ſolidorum.

Item, quod quilibet debeat dare & extra terram ducere, & tenere ſuas beſtias & boves, ſicut dicti monachi preceperint in banno v. ſolidorum.

Die xiii. martii in caſtro Montis-cornarii congregatis ibi hominibus de Trivio ſeu majori parte lecta ſunt dicta ordinamenta publice.

CCXLVI.

Communi Fabriani cedit quartam partem caſtri Civitellæ abbas Vallis-caſtri.

Anno 1310. xxii. februarii.

Ex codice S. Blaſii Fabriani, pag. 91.

IN nomine Domini, Anno Domini M. ccc. x. indictione viii. die xxii. februarii tempore domini Clementis pape V. Fabriani in palatio communis ejuſdem. Coram domino Johanne Gadulemi, domino Franciſco Villanutii, & domino Benedicto Egidii, & dominis Johanne Saeentii judicibus, Rientn magiſtri Raynaldi, Murtarito Morini de Sancto, & Thaddeo Ugolantis prioribus artium terre Fabriani teſtibus de his rogatis & vocatis. *Ibid. n. 55.* Domnus Armanus de Maynettis de Cingulo abbas monaſterii ſancti Romualdi de Valle-caſtro, & dominus Mattheus Tomaſii de Alvacina monachus & ſindicus dicti monaſterii ad hec ſpecialiter ordinatus ſindicario nomine dicti monaſterii dederunt, ceſſerunt & conceſſerunt Puzolo Tinti Moriei de Almatano ſindico communis Fabriani ſindicario nomine dicti communis, & pro ipſo communi recipienti & ſtipulanti quartam partem pro indiviſo caſtri Civitelle, & quartam partem turris ipſius caſtri, & juriſdictionis ipſius caſtri, & ſex modiolos terreni pro ſex maſſariis, & unum alium modiolum terreni pro quolibet maſſario, qui iret ad habitandum in dicto caſtro & ejus territorio. Item & caſtrum deſtructum Anticule, & totum territorium, ubi fuit dictum caſtrum Anticule, & totam juriſdictionem ipſius caſtri & pertinentiarum. Conſtituentes dictus dominus abbas & dictus ſindicus ſindicario nomine dicti monaſterii ipſum commune, & dictum Puzolum ejus ſindicum ſindicario nomine ipſius communis & pro ipſo communi,

ut

ut in rem ſuam procuratorem & ponentes eoſdem in locum dicti monaſterii, itaut a modo utili & directo nomine ipſum caſtrum poſſit agere & experiri, ſeſeque tueri, & omnia & ſingula facere & libere exercere in judicio & extra, que ipſummet monaſterium, & legitima perſona interveniente pro ipſo ante dictam dationem, ceſſionem, & conceſſionem facere & exercere poterat. Et hoc fecerunt dictus dominus abbas & ſindicus dicti monaſterii, pro eo quod dictus ſindicus communis ſindicario nomine dicti communis recepit dictum monaſterium in protectionem, & ſub protectione dicti communis, & ipſos dominum abbatem & ſindicum prefati monaſterii pro ipſo monaſterio recipientes & ſtipulantes, & ipſius monaſterii nomine. Et etiam promiſit dictus ſindicus communis ſindicario nomine, quo ſupra, dictis domino abbati & dicto ſindico monaſterii pro ipſo monaſterio recipientibus & ſtipulantibus ipſum monaſterium defendere de jure & de facto. Et pro eo, quod dicti dominus abbas & ſindicus monaſterii memorati fuerunt confeſſi & contenti non ſpe future remunerationis habuiſſe, & recepiſſe & penes ſe habere a dicto communi & dicto ejus ſindico ducentas libras Ravennates & Anconitanas pro reparatione eccleſie dicti monaſterii & domorum ipſius. Renuntiantes exceptioni non habite, non ſolute & non numerate eis dicte pecunie, omni legum & juris auxilio. Quam dationem, ceſſionem & conceſſionem, & omnia & ſingula ſupradicta & infra dicenda perpetuo rata & firma habere atque tenere, & in nullo contrafacere vel venire per ſe vel alium aliquatenus in futurum; & quod de predictis nec aliquo predictorum nulli alteri jus eſt ceſſum per dictum monaſterium vel alium, ſeu aliquem pro ipſo. Et quod in futurum non concedatur huic & dicto communi nociturum. Et ſi tempore aliquo appareret, promiſerunt dicto ſindico communis pro ipſo communi recipienti & ſtipulanti dictum commune conſervare indemne, omneque damnum & expenſas in judicio, arbitrio & extra reficere & integraliter reſtituere ſub pena duarum millium librarum Ravennatum & Anconitanarum ſollemniter promiſſa & ſtipulata, & obligatione bonorum dicti monaſterii &c. Et inſuper dictus ſindicus monaſterii in manibus dicti domini abbatis corporaliter tactis Scripturis juravit predicta omnia & ſingula attendere & obſervare, & in nullo contrafacere vel venire aliquatenus in futurum in animabus dicti domini abbatis & monachorum, & capituli & conventus dicti monaſterii ad majoris roboris firmitatem.

Et ego Benvenutus Martini de Fabriano auctoritate imperiali notarius predictis interfui, & ut ſupra legitur, rogatus ſcripſi & publicavi.

CCXLVII.

Fragmentum proceſſus contra Creſcentium abbatem S. Victoris de Cluſis.

Anno 1310. v. novembris.

Ex archivo S. Catharine Fabriani.

IN nomine Domini, amen. Hec eſt *Ibidem n. 53.*
copia quarumdam atteſtationum ſeu depoſitionum teſtium.... in libro ſeu regeſto curie rev. patris domini Arnaldi Dei gratia ſancte Marie in porticu diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati ſcriptarum per magiſtrum Paulum de Collelongo, quarum tenor talis eſt,

Dominus Petrus Scottus de Placentia canonicus Branchamen. teſtis juratus & interrogatus ſuper articulo, qui talis eſt &c. Item, quod frater Creſcentius, qui ſe gerit pro abbate ſancti Victoris de Cluſis diſtrictus Fabriani, acceſſit ad civitatem Bononienſem &c. in anno milleſimo CCC. VIIII. &c. & dixit, quod in principio, quando venit Bononiam, vidit ipſum portantem habitum ſuum album &c.

Dominus Petrus Pigotius de Placentia aſſerens ſe clericum teſtis juratus &c. quod ipſum fratrem Creſcentium vidit Bononie dictis temporibus, & primo vidit ipſum in habitu monachali albo, &c.

Et ego Franciſcus magiſtri Alegretti de Sancta-Victoria Firmane dioceſis publicus notarius &c. exemplavi, & in publicam formam redegi ſub anno Domini M. CCC. X. indictione VIII. pontificatus domini Clementis pape V. die V. menſis novembris.

CCXLVIII.

Conventiones clericos SS. Jo. & Pauli inter, & monachos S. Gregorii de Urbe.

Anno 1311. XXIII. aprilis.

Ex codice Gregoriano pag. 253.

IN nomine Domini. Anno nativitatis *Ad lib. xlvii.*
Domini milleſimo trecenteſimo unde- *n. 4.*
cimo tempore domini Clementis pape V. in-

indictione VIIII, menſis aprilis die vigeſima. In preſentia domini Jacobi Benentendi notarii & mei Petri Maximi notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Acceptatum & conventum eſt inter clericos & capitulum eccleſie ſanctorum Johannis & Pauli, ſcilicet dominum presbyterum Romanum priorem, presbyterum Urſum, Nicolaum Campaniani, Petrum Cene, Raynerium & Jacobum Tiburtinum canonicum dicte eccleſia procuratorem capituli & clericorum dicte eccleſie ex una parte, & inter fratrem Petrum de Colle-vaccario priorem monaſterii ſancti Gregorii in clivo Scauri de Urbe, & fratrem Andream de Sublaco monachum dicti monaſterii & ſyndicum, & legitimam perſonam abbatis, monachorum & conventus dicti monaſterii ex altera, videlicet quod ipſi clerici pro tuitione parietis dicte eccleſie poſſint volvere arcus, & appodiare coſſas ipſorum arcuum juxta parietem, quod eſt monaſterii ſupradicti via publica mediante, & quod dicti clerici hoc de voluntate dictorum abbatis & conventus facere poſſint, & non aliter, & quod hoc ab eis precario recognoſcant, & quod infra & ſupra dictos arcus nullum aliud edificium ſeu aliquam aliam novitatem ſuperimponere poſſint, ſine communi voluntate utriuſque partis, & quod ſi de communi concordia & voluntate vellent ſuper dictis arcubus aliquam novitatem facere, ſeu edificium aliquod ſuperimponere, quod liceat eis hoc facere; ita tamen quod dictum monaſterium teneatur ipſis clericis reſtituere & refundere medietatem omnium ſumptuum & expenſarum factarum in dicto opere, hoc enim idem intelligatur de arcubus jam factis & faciendis, quorum coſſe juncte ſunt, & immiſſe parietibus dicti monaſterii, & hec cautionentur ad ſenſum ſapientis utriuſque partis. Actum preſentibus his teſtibus, ſcilicet Cecco domini Bartholomei Henrici, Petro Romani Pauli, Nicolao Thome, & Acenrſetto muratore.

Ego Petrus Maximi Dei gratia alme Urbis illuſtris prefecti auctoritate publicus notarius, quia predictis omnibus interfui, & ſcripſi & publicavi rogatus.

CCXLIX,

Domus oblata Trivienſis abbatie eccleſia pro oratorio ad recipiendos Chriſti pauperes in Mercatali,

Anno 1311, die V. junii,

Ex regeſto Buldronis notarii, pag. 110.

IN Dei nomine amen. Anno Domini millesimo CCC. XI. die V. menſis junii in eccleſia ſancti Bartholomei de oſpitale Ranchanbroſii, preſentibus Venturello de Corliano, Amato Ugolini de Tivi & Venturutio Baldutii de Trivio teſtibus. Gianne, qui vocatur F.. r.. filius olim Briſſchi de Cajameſoni curtis Penne ex certa ſcientia intuitu pietatis ob reverentiam omnipotentis Dei & beate Marie virginis & omnium Sanctorum Dei pro anime ſue ſalute ſuorumque parentum, promittens facere, quod uxor ſua domina Orabele ratum habebit, dedit, conceſſit & obtulit presbytero Bono filio olim Ugolini de Pozale recipienti pro ſe & pro pauperibus Chriſti in perpetuum ad uſum & ſubſidium pauperum, videlicet unam domum cum ſolo, terreno & hedificio ſitam in curte Penne in Mercatali, quod eſt inter Pennam & Billi, ab uno latere eſt dictum Mercatale, ab alio latere poſſident heredes olim magiſtri Vignatia, & ab alio latere poſſidet Junctellinus de Boſeolis *&c.* Item omnes ſuas terras, poſſeſſiones, res & bona *&c.* ſub hac conditione & modo, quod dictus presbyter Bonus ad laudem & honorem Dei & beate Marie virginis & omnium Sanctorum, & ad honorem domini .. epiſcopi Feretrani, & ad honorem univerſitatis & communis dicte Penne, ſub cujus defenſione eſſe voluit res predictas, poſſit & debeat ipſam domum & res oblatas & datas tenere, conſervare & expendere in uſus & in ſubſidium pauperum Chriſti in perpetuum, & ibi oratorium facere & manutenere, prout ſalubrius noverit ad Dei laudem & ſalutem animarum, *&c.* *Ibidem.*

Ego Buldrone not. *&c.* ſcripſi & publicavi.

CCL.

CCL.

Oratorium conſtruitur ſub monaſterio S. Viti de Vicetia.

Anno 1314. xxvii. maji.

Ex autographo tabularii ejuſdem monaſterii.

Ibid. n. 17. IN Chriſti nomine. Anno Domini milleſimo treceateſimo quartodecimo indictione duodacima die mercurii vigeſimo ſeptimo martii in canonica Vincantina in camera infraſcripti domini C., vicarii, preſentibus presbytero Machandino rectore eccleſia de Caſali, Alberto clerico quondam Bonaventure, Johanne dicto Fracagnoco quondam Bonacurſii, & aliis. Conſtitutus frater Silveſter ordinis ſancti Benedicti Camaldnlenſia in preſentia reverandi viri domini Conradi archidiaconi Vincentini van. patris domini A., Dei gratia epiſcopi Vincentini vicarii generalis. Quia infraſcripti homines & convicinia de Burgo ſancti Viti ſuburbiorum-civitatis Vincentine, videlicet dominus Henricus de Vitarſia, Sigonfredus Coxaſa, Petrus de Quinto, Albertus Bonomi, Mejoratus de Bramalardis & magiſter Aliotus Johannis Guini conſignaverunt & deputaverunt quomdam domum poſitam in burgo ſancti Viti apud dictum magiſtrum Aliotum prope Vincentiam ab uno latere, & ab alio apud Nicolaum de Orſatis & fratres, de retro apud Mi haelem quamdam Petri de Teopexe, & de ante apud viam publicam predicto fratri Silveſtro pro quodam oratorio per ipſum fratrem de novo conſtruendo. Idem frater & homines ab eodem domino vicario humiliter poſtularunt, quatinus eidem fratri Silveſtro licentiam concedere dignaretur & vellet, quod in domo ipſa poſſit oratorium conſtruere, altare facere, & Miſſam atque divina officia celebrare, campanas, & omnia opportuna ratione & edificatione, prout neceſſario facere, & ſibi videbitur expedire. Qui dominus vicarius ſuis volens juſtis annuere ſupplicationibus, qua fungitur auctoritate, eiſdem fratri & hominibus licentiam petitam elargivit, & ſuam in predictis & quolibet predictorum interpoſuit auctoritatem & decretum.

Ego Petrus quondam Bartholomei de Moxone notarius publicus hiis interfui & exſcripſi.

In Chriſti nomine, anno *&c. ut ſupra.* Vincentia in porta ſancti Petri in burgo ſancti Viti in domo habitationis infraſcriptorum venditorum pretio ſexaginta librarum denariorum Venetiarum parvorum magiſter Aliotus ſartor de burgo ſancti Viti, domina Aagata ejus uxor, Flordelixe & Vincentius ejus filii fuerunt confeſſi & maniſeſti ſe habuiſſe & recepiſſe a domino fratre Silveſtro monacho monaſterii ſancti Viti de Vincentia ordinis Camaldulenſis dante & ſolvante pro monaſterio ſancti Viti predicti, & de denariis ipſius monaſterii, de quibus denariis & pretio ſe fore ſolutos vocaverunt *&c.* & fecerunt dictam venditionem, traditionem & inveſtituram ad proprium pro libero & expedito allodio de uno ſedimine cum domo ſuper cupata, curia & horto poſita in porta ſancti Petri in burgo ſancti Viti apud viam publicam de ante apud Nilicum de Zane de retro, apud ſupradictos venditores ab uno latere, & apud heredes Orſati bubulci ab alio latere *etc.*

Ego Sygenfredus quondam Alberti Coxata notarius publicus predictis omnibus interſui, & hec inde ſcripſi.

CCLI.

Proviſio pro monaſterio S. Helenæ ad flumen Æſinum.

Anno 1315, die xx. julii.

Ex tabulario ſancti Blaſii de Fabriano.

IN nomine Domini amen, Anno nativitatis ejuſdem millaſimo ccc. xv. indictione xiii. die xx. menſis julii ſede Romana vacante. Cum monaſterium ſancte Helene de Heſino Camaldulenſis ordinis Camerinenſis diœceſis vacet ad preſens per aſſumptionem reverendi patris domni Bonaventure electi ejuſdem olim ad prioratum Camaldulanſis heremi, & ejuſdem ordinis univerſi, reverendus predictus pater domnus Bonaventura prior Camalduleoſis heremi & ordinis generalis, ad quem ſpectat de conſuetudine approbata ac per conſtitusiones ordinis memorati capitulis quibuſcumque vacantium monaſterioeum Camaldulenſis ordinis preſidere, alias electio ſubſequuta cenſetur irrita & inanis, attendeas quod prolixa vacatio talium, ut plurimum, conſueverit eſſe dapnoſa, decrevit celeriter eidem monaſterio, quantum ad ſuum ſpectat officium, providere. Idaoque confiſus de providentia venerabilis viri dopni Julia- *Ibidem n. 212*

ni

ni abbatis monaſterii de Berardengha, eidem in preſentia infraſcriptorum teſtium, & mei notarii infraſcripti plenam auctoritatem commiſit predicti monaſterii capitulo preſidere in vacatione preſenti vice ſua, donec predictum monaſterium cum effecto fuerit reformatum, mandans ipſius monaſterii monachis, ut prefato domno Juliano tanquam ejus vicario in hac parte debeant obedire, & de his omnibus mihi notario infraſcripto juſſit, ut plenum conficiam inſtrumentum, promittens totum id, quod per ſuum predictum vicarium factum fuerit in predictis, ratum & firmum habere ſub obligatione & ypotheca omnium bonorum ordinis & heremi prelibati.

Actum in monaſterio de Poplena Feſulane dieceſis, preſentibus venerabilibus viris dompnis Guidone de Vangadiiia, Gregorio Claſſenſi, & Felice de Urano monaſteriorum abbatibus teſtibus vocatis & rogatis.

Ego Dioniſius quondam Jacobi de Bononia imperiali auctoritate notarius predictis interfui, & rogatus ſcripſi, & in publicam formam redegi.

CCLII.

Ugolinus ep. Faventinus indulgentiam concedit eccleſiæ S. Donati de Mutiliana.

Anno 1315. die 11. auguſti.

Ex autographo penes canonicos S. Laurentii de Florentia n. 261.

Ibidem. FRater Ugolinus miſeratione divina epiſcopus Faventinus religioſo viro dilecto nobis in Chriſto dompno Benigno priori monaſterii ſancti Barnabe de Gamonio noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Sanctorum meritis inclita gaudia Chriſti-fideles aſſequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia pro condigne devotionis obſequiis promerentur, illumque venerantur in ipſis, quorum gloria ipſe eſt & retributio meritorum. Nos igitur ad conſequendum hujuſmodi gaudia cauſam dare fidelibus cupientes, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad eccleſiam ſancti Donati de Mutiliana noſtre dioceſis ad monaſterium veſtrum immediate ſpectantem die feſti ejuſdem ſancti Donati & ſeptem diebus immediate ſequentibus cum reverentia & devotione acceſſerint annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia & beate Marie ſemper virginis matris ejus & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi quadraginta dies indulgemus. Proinde veſtrum laudabilem propoſitum ad conſtruendum quoddam hoſpitale prope dictam eccleſiam ad ſervitium & ſubſtentationem infirmorum & pauperum commendantes, ut tam pium opus plenum ſortiatur effectum, univerſos Chriſti-fideles per civitatem & dioceſim Faventinam conſtitutos tenore preſentium requirimus & rogamus, atque hortamur in Domino, eis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus vobis aut nuntiis veſtris de bonis eis a Deo collatis pro dicti hoſpitalis conſtructione & hoſpitalitatis obſervantia pias elemoſinas & grata caritatis ſubſidia largiantur. Quibus vere penitentibus & confeſſis hoſpitali prefato ejuſque nuntiis in ſervitium infirmorum & pauperum manum porrigentibus adjutricem auctoritate premiſſa quadraginta dies ſimiliter de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum omnium teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Datum Faventie anno Domini milleſimo trecenteſimo quintodecimo die ſecunda menſis auguſti XIII, indictione.

CCLIII.

Nicolaus ep. Scarpatenſis aliam indulget eccleſiæ S. Martini de Opitergio.

Anno 1315. die 30. octobris.

Ex autographo S. Michaelis de Muriano, Capſ. LXI. 32.

FRater Nicolaus fratrum heremitarum ordinis ſancti Auguſtini Dei & apoſtolica gratia epiſcopus Scarpatenſis univerſis Chriſti-fidelibus tam clericis, quam laycis per civitatem & dioceſim Cenetenſem conſtitutis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Deum credimus in celis habere propitium, cum matrem ejus & Sanctos ſuos, qui in celis habitant, honorari procuramus in terris, & Chriſti-fideles ad devotionis & pietatis opera, per que ad eterne felicitatis gaudia pervenire valeant, invitamus. Cupientes itaque, ut eccleſia ſancti Martini de Opitergio Cenetenſis dioceſis, que de conſenſu & auctoritate venerabilis patris domini Manfredi Dei gratia epiſcopi Cenetenſis & comitis anno preſenti, videlicet die duodecimo exeunte menſis julii ad Dei laudem & honorem ſub dicti ſancti Ibidem.

ċti Martini vocabulo juxta formam eccleſie extitit per nos conſecrata, congruis frequentetur honoribus, & a Chriſtifidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui die conſecrationis ejuſdem, & per octavam acceſſerint ad eam, & de cetero devote annuatim die anniverſarii conſecrationis predicte & per octavam acceſſerint, eamque eccleſiam orationis & devotionis cauſa viſitare curaverint, de omnipotentis Dei miſericordia, & glorioſe virginis Marie matris Chriſti, filiorumque Sanctorum & Sanctarum ejus meritis & precibus confidentes, de conſenſu & auctoritate predicti domini epiſcopi Cenetenſis, unum annum & quadraginta dies de injuncta eis penitentia miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium & fidem clariorem preſentes literas ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Dat. Cenete in epiſcopali palatio die penultimo menſis octobris ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto-decimo indictione tertia-decima.

Pendebat ex funiculo ſerico ſigillum.

CCLIV.

Compoſitio inter monachos S. Apollinaris Claſſis & canonicos Portuenſes quoad Candianum & litus maris.

Anno 1315. x. novembris.

Ex Claſſenſi authentica.

Ibidem. IN Chriſti nomine, amen. Anno ejuſdem milleſimo trecenteſimo quinto-decimo indictione tertia-decima die decimo novembris, ſede Romana paſtore vacante, in littore maris apud Candianum diſtrictus Ravenne, preſentibus domino Ugozone de Berardenghis, domino Ugolino de Bucolis judice, Lanfranco filio quondam Bernardini de Fontana, ſer Maynardo de Cervia & Symone de Muratoribus notario & aliis. Cum lis & diſcordia verteretur inter rev. virum dominum Guilielmum priorem ven. canonice ſancte Marie in Portu Ravennatis dioceſis nomine ſuo, & nomine & vice dicte canonice & conventus ipſius, & pro ipſis ex una parte, & rev. virum dominum Gregorium abbatem monaſterii ſancti Apollenaris in Claſſe Ravennatis dioceſis ſuo nomine & nomine &c. ex altera, in eo & ſuper eo, quod idem dominus prior, nomine quo ſupra, dicebat ad ſe nomine dicte canonice & ad dictam canonicam & conventum canale Candiani, & ipſum Candianum totum ſeu portum dicti Candiani ex utraque parte ipſius poſitum territorio Ravenne inter ipſam canonicam & liſetam dicti monaſterii Claſſis pertinere. Et etiam dicebat litus maris, quod eſt juxta mare, & vadit uſque ad canale dicti Candiani, & portum Candiani ex latere dicte liſete ad predictos dominum priorem, canonicam & conventum de jure pertinere. Et e converſo dictus domnus abbas nomine ſuo & nomine &c. dicebat predictum Candianum & portum ipſius totum, & canale Candiani ſuperius contentum ex utraque parte predictorum Candiani, & portus ipſius & canalis ad dictum monaſterium pertinere pleno jura, negando predictam canonicam, & dominum priorem predictum aliquod jus habere in predictis portu Candiano & canale. Credebat tamen litus maris ſuperius contentum ad ipſam canonicam pertinere de jure. Unde volentes partes predicte, & quelibet earum, nomine quo ſupra, de predicta lite & contentione, ac omnibus ſupraſcriptis inter eos ad pacem & concordiam pervenire, de conſilio magnifici viri domini Lamberti de Polenta ibidem ad predicta omnia preſentis, qui ſe pro bono pacis & concordie partis utriuſque ad predicta interpoſuit, concorditer ad evitandam omnem ſcandali materiam, que non ſolum inter extraneos, ſed etiam inter domeſticos & propinquos ſolet pluries exoriri, ad talem pacem & concordiam inter eos pervenerunt hoc modo, videlicet, quod dictus dominus abbas & monaſterium predictum perpetuo habeant & habere debeant totum portum Candiani uſque in mare ex utraque parte dicti portus, & etiam Candianum & litus ipſius Candiani, & canale & omnia ſuperius contenta ex utroque latere infra terminos lapidis poſitos in ripa dicti Candiani ex latere dicte canonice per predictas partes, ſicut dictus dominus Lambertus de Polenta de voluntate & conſenſu dictarum partium poni fecit, & juſſit pro confinibus utriuſque partium predictarum. Et quod dictum monaſterium perpetuo habeat & habere debeat curſum aque dicti Candiani infra dictos terminos uſque in mare, & etiam habeat & habere perpetuo poſſit piſcationes canalis, portus & Candiani uſque in mare, & quod perpetuo omnes de dicto monaſterio Claſſis poſſint & eis liceat ad eo-

rum voluntatem, cotiens vnluerint, & eis placuerit, bucham dicti Candiani, & littus maris dicte buche, ſeu dictum Candianum aperire, ſeu aperiri facere ſua propria auctoritate ſine aliqua requiſitione vel contradictione illorum dè Portu, tamquam rem propriam & portum dicti monaſterii Claſſis. Salvo, quod ſi aliquo tempore curſus aque dicti Candiani excederet nltra terminos fixos in littora maris per dictum dominum Lambertum & de ejus mandsto juxta dictum Candianum, & faceret portum & canale ex latere dicte canonice verſus portum, curſum aque faciendo ad mare, tunc canale, aqua & portus dicti Candiani ſit & eſſe debeat dicte canonice, donec predictum monaſterium reduceret curſum aqua dicti Candiani infra dictos terminos in priſtinum ſtatum. Hoc expreſſo pacto appoſito inter dictas partes, quod illi de dicta cannnica, nec ullus pro eis poſſit modo aliquo ſeu cauſa de cetero aliquam facere novitatem in aliqua parte dicti Caodiani vel canalis, propter quam curſus aque dicti Candiani vel canalis impediretur; tolleretur, vel extraheretur de curſa ſuo extra dictos terminos, & quod ipſi non poſſint in portu dicti Candiani, nec in canale dicti Candiani piſcari vel piſcari facere, ſalvo & reſervato predictis de canonica predicta, quod ipſi poſſint & eis liceat tollere de aqua dicti canalis Candiani, que commodo eorum ſalinarum ad ſalem faciendum totiens quotiens voluerint, & ſibi opportunum fuerit, dummodo .... curſum aque dicti Candiani. Item habeat & habere debeat perpetuo monaſterium preſatum totum littus maris ſuperius contentum, quod dicta cannnica habet ultra portum dicti Candiani ex lstere liſete dicti monaſtarii Claſſis inter mare & portum predictum & canale Candiani, quod littus maris cum omni ſuo jure ad ipſum littus pertinentem & etiam omne jus & actiones, quod & quas habent predicti dominus prior, canonica & conventus, ſi quod habent vel babere ſperant, ſeu ad eos ſpectaret aut ſpectare vel pertinere poſſet quocumqua modo vel jure in canale dicti Candiani, & in ipſo Candiano ſeu portu ipſius Candiani, predictus dominus prior per ſe ſuoſque ſuceeſſores in dicta canonica ſuccedentes, ac nomine & vice dicte cannnice & conventus ipſius, & pro ipſis dedit, tradidit & penitus in perpetuum tranſtulit nomine permutationis & cambii ſupraſcripto domino dompno Gregorio abbati ſupraſcripti monaſterii preſenti, ſtipulanti & recipianti nomine & vice dicti monaſterii, & pro ipſo monaſterio cum introitu & exitu ipſarum rerum & cum omnibus eis pertinentibus ad habendum. tenendum, & quidquid dicto domino abbati ſuiſqua ſucceſſoribus in dicto monaſtario placuerit perpetuo ſaciendum cum omnibus & ſingulis, que ..... predictoa continentur confines, val alios ſi qui ſorent, acceſſibus & egreſſibus ſuis uſque in viam publicam, & cum omnibus & ſingulis, que ..... ſuper ſe & infra ſe, ſeu intra ſe, in integrum, omnique jure & actione, uſu ſeu requiſitione ſibi domino priori & canonice ex ipſis vel pro ipſis rebus mndo aliquo pertinente. Et hoc ideo predictus dominus abbas per ſe ſuoſque ſucceſſores in dicto monaſterio ſuccedentes, an nnmine & vice dicti monaſterii, capituli & conventus ejuſdem, & pro ipſo monaſterio dedit, tradidit, & in perpetuum penitus tranſtulit nomine permutationis & eambii, & omni jure & modo, quibus melius potuit, pretextu predictorum littus maris & juris predicto domino priori preſenti, ſtipulanti & recipienti nnmine & vice dicte canonice & pro ipſa totum terrenum & paſculum dicti monaſterii, & quod ipſum monaſterium habet ab iſta parte Candiani verſus canonicam predictam inter Bidentem & flumiſellum, Candianum & inſulam illorum de Portu, incipiendo ab ipſo Bidente, & ripa flumiſelli, eundo recte ſuper ipſa ripa flumiſelli uſque ad terminum lapidis poſitum in ripa canalis Candiani, parum longe a ſalina monaſterii Claſſis, longe ſemper a ripa dicti flumiſelli, & a ripa dicti Candiani per duas perticas, ſicut termini poſiti ſunt uſque ad mare.. Que quidem due pertice remanaant & eſſe debeant pro una via, per quam viam perpetuo illi de Claſſe pedilas & equites cum curribus & animalibus ſuis poſſint ire & redire totiens quotians voluerint uſqua ad mare eorum propria anctoritate, non prejudicando vel prejudicari ſaciendo in aliqun ſalinis dicte canonice poſite, conſtructa vel conſtruende ſuper ripa vel juxta ripam dicti Candiani. Et predicta omnia dedit dictus abbas ipſi domino priori cum introitu & exitu ſuo, & omnibus dicto terreno & paſculo pertinentibus ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quidquid dicto domino priori ſuiſque ſucceſſoribus & dicta canonice placuerit perpetuo ſaciendum cum omnibus & ſingulis, qne infra predictos continentur confines vel alios, ſi qui ſorent cum acceſſibus & egreſſibus ſuis uſque in viam publicam,

& cum

& cum omnibus & ſingulis, que habet ſupra ſe vel infra, ſeu intra ſe in integrum, omnique jure & actione, uſu ſeu requiſitione ipſi domino abbati & monaſterio ex ea vel pro aa re, vel ipſi rei modo aliquo pertinente. Quam quidem pacam & concordiam, cambium ſeu permutationam & tranſactionem & pactum, ac omnin & ſingula ſupraſcripta promiſerunc dicti dominus prior & abbas viciſſim per ſe & ſuos ſucceſſores firma perpetuo & ratn habere & tenere, & non contrafacere vel venire per ſa vel per alios aliqua ratione vel cauſa. Et promiſerunt viciſſim inter ſa una pars alteri ſolempniter & ſolempni ſtipulatione approbari, confirmari & emologari facere per conventus & in conventibus dicte canonice, & dicti monaſterii ad omnem requiſitionam partium predictarum, & cujuslibet earum. Et quod dicti conventus & quilibet ipſorum una *cum* ipſis domino priore & domino abbate nomine & vice predictarum domorum, & cujuslibet earum cum ſolempni ſtipulatione & obligatione penali promittant, ſcilicet una pars alteri predictam pacem & concordiam, cambium & permutationem, dationam, & omnia alia & ſingula ſuprapoſita perpetuo firma & ratn habebunt & tenebunt, obſervabunt & adimplebunt, & non venient contra predicta aliqua ratione vel cauſa de jure vel de facto, ſub pena quingeotarum librarum nuri danda & ſolvenda ſupraſcripto domino Lamberto da Polentn, eo quod idem dominus Lambertus ſua propria bonitate & ſollicitudine, amora beate virginis Marie, & beati Apollenaris martyris, & predictarum domorum partes predictas de ſupraſcriptis diſcordiis conduxit ad pacem & concordiam, ipſa pena ab utraqua parta eidem domioo Lamberto ſolempni ſtipulatione promiſſa, qua ſoluta *&c.*

† Ego Thomaſius filius quondam ſer Guererii de Palazzo imperiali auctoritate Ravenna notarius, ut inveni *&c.* in ſcriptis ſeu protocollis dicti ſar Guereri notarii, olim patris mei defuncti, mihi a poteſtata Ravenne & officialibus etiam curie & conſilio ganerali communis Ravenne commiſſis, complendis & autenticandis, ut conſtat inſtrumento ſcripto manu Bonaventure de Zenariis notarii, ita bona fide *&c.* ſcripſi & autenticavi, & ſignum meum conſuetum appoſui ſub annis Domini milleſimo tracenteſimo quadrageſimo-primo indictiona nona tempore ſanctiſſimi patris & domini domini Benedicti pape duodecimi.

CCLV.

Electio Jacobi mon. Camaldulenſis in abbatem Galeatenſem.

Anno 1316. XIV. martii & XIX. aprilis.

Ex tabul. archiepiſc. Ravennæ. Capſ. O. 7835. & 7837.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo tercenteſimo decimo-ſexto indictione quarta-decima apoſtolica ſede vacante die XIV. menſis martii in eccleſia ſancte Marie de caſtro Planecti. Domnus Petrus, domnus Johannes, domnus Zeremias, domnus Zeremias, domnus Veraſius, domnus Ubertus, & domnus Benfactus monachi monaſterii ſancti Illari Galiata fecerunt, conſtituerunt & ordinaverunt domnum Franciſcum dicti monaſterii monachum eorum procuratorem *&c.* ad obtinendum conſenſum religioſi viri domni Jacobi monachi profeſſi monachi Camaldulenſis & heremite heremi ejuſdem monaſterii Camaldulenſis electi a domno Petro predicto compromiſſario eorumdem *&c.* & ad petendum, nomine quo ſupra, a Raynaldo archiepiſcopo ſancte Rnvennatis eccleſie confirmationem electionis ab eiſdem & eorum nomine celebrate de dicto domno Jacobo *&c.* preſentibus domno Octaviano abbate Iſolano, presbytero Johanne rectore eccleſie ſancte Marie de caſtro Planecti, preſbytero Jncobo rectore eccleſie de Valbona, ſer Dando notario de Planecto & pluribus aliis teſtibus ad hec ductis, vocatis & rogatis. *Ibid. n. 23.*

Ego Aghinardus Vantii de Spadarano imperiali auctoritate notarius *&c.* ſcripſi & publicavi.

In Chriſti nomine, amen. Anno ajuſdem nativitatis M.CCC.XVI. indictione XIV. die XIX. menſis aprilis Argente in domo.... Caxaroli, preſentibus domno Ottaviano abbate monaſterii ſancte Marie de Iſola *&c.* Religioſus vir domnus frater Jacobus ordinis Camaldulenſis electus in abbatem monaſterii ſancti Ilari Galiatenſis fecic, conſtituit & ordinavit religioſos viros domnum fratrem Franciſcum & domnum fratrem Petrum monachos dicti monaſterii, & diſcretos viros presbyterum .... de Valbona & Guilielmum notarium quondam domini Bavlgani de Argenta & quemlibet eorum in ſolidum

&c. ſpecialiter ad comparendum coram ven. in Chriſto patre domino Raynaldo Dei gratia archiepiſcopo eccleſie Ravennatis *&c.*

Ego Petrus filius quondam magiſtri Blanchi Barberii de Argenta notarius iis omnibus preſens rogatus ſcribere ſcripſi.

CCLVI.

Paganus ep. Paravinus confirmat monaſterio & priori Carcerum eccleſiam S. Michaelis, & electionem rectoris etiam regularis.

Anno 1316. xxix. octobris.

Ex archivo S. Michaelis de Muriano.

Ibid. n. 24. IN Chriſti nomine. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſexto-decimo indictione quarta-decima die veneris tertio exeunte octobris Padue ſuper epiſcopali palatio in majori ſala in camera domini epiſcopi, preſentibus venerabili viro domino fratre Johanne abbate monaſterii ſancti Stephani de Carraria, presbytero Juliano de Cremona capellano altaris ſancti Danielis in majori eccleſia Paduana, ac Antonio notario quondam domini Ceri de Balletis de Montagnana & aliis. In nomine patris & filii & Spiritus-ſancti amen. Accedens ad preſentiam ven. patris domini Pagani Dei & apoſtolica gratia epiſcopi Paduani religioſus & ven. dominus frater Agnellus prior monaſterii & loci ſancte Marie ad Carceres Paduane dioceſis expoſuit, quod ab olim ven. pater dominus Jordanus epiſcopus Paduanus eccleſiam ſancti Michaelis de Padua extra muros civitatis mediante flumine poſitam cum omnibus poſſeſſionibus ſuis mobilibus & immobilibus, ac juribus ad eccleſiam ipſam ſpectantibus ſub certa forma & ordine per privilegium ſpeciale conceſſit, ut omni tempore prior & fratres predicti monaſterii ſancte Marie, qui pro tempore fuerint, predictam eccleſiam ſancti Michaelis cum omnibus poſſeſſionibus ſuis & juribus habeant ſemper & teneant, ita quod unus ſacerdos ſecularis continue ibi reſideat, qui populo ſatisfaciat & ſerviat in divinis; cujus quidem ſacerdotis preſentationem predictus dominus prior & fratres, confirmationem vero & inſtitutionem dictus dominus epiſcopus ſemper debet habere, prout hec omnia in predicto privilegio conceſſionis facte per dominum epiſcopum predictis priori & fratribus habentur expreſſe. Expoſuitque idem dominus frater Agnellus prior, quod contingit interdum, quod non occurrit talis ſecularis ſacerdos, qui ſit ſufficiens vel idoneus ad regendam eccleſiam predictam & populum, & quod etiam aliquando talis eſt ibidem inſtitutus ſacerdos, qui propter ejus demerita non eſt dignus ſervire ibidem, ſed potius merito eſt privandus, ex quo eidem domino epiſcopo humiliter ſupplicavit, ut ſibi & dicto ſuo monaſterio gratioſe concedat, quod in predicta eccleſia ſancti Michaelis, & ad ipſius curam poſſit de cetero ſacerdotem ſecularem vel regularem de ſuis fratribus, prout ei melius videbitur, preſentare; & preſentatum ac per prefatum dominum epiſcopum inſtitutum ad curam ipſius eccleſie & populi poſſit, ſi demerita ejus exegerint, amovere, & ab ipſa eccleſia revocare, & alium idoneum presbyterum ſecularem vel regularem ipſi domino epiſcopo preſentare ad curam ipſius eccleſie & populi inſtituendum. Qui quidem dominus epiſcopus audito precedentis privilegii tenore, & examinato hujuſmodi negotio, volens ſe predicto priori & fratribus reddere gratioſum, ipſius prioris petitioni annuens, eamque benigne recipiens & admitiens, eidem pro ſe & ſuis ſucceſſoribus preſentis ſcripti auctoritate conceſſit; quod in prefata eccleſia ſancti Michaelis poſſit ſacerdotem ſecularem, vel regularem ſeu religioſum, prout ei placuerit, ipſi domino epiſcopo preſentare inſtituendum ad curam ipſius eccleſie & populi, ipſumque ſic preſentatum & inſtitutum, ſi invenerit ipſum indignum, revocare, ac alium, ut premittitur, preſentare, prout utilius pro ipſa eccleſia viderit expedire. Salvis ſemper omnibus juribus & honoribus, que domino epiſcopo, & eccleſie & Canonice Paduane pro eccleſia ipſa debentur, & in premiſſo privilegio antiquo per ordinem continentur, presbytero Samaritano ipſius eccleſie capellano & rectore, qui ad preſens ipſius eccleſie curam gerit, in ſuo ſtatu & beneficio, dum vixerit aut ceſſerit, remanente. Et in predictorum omnium teſtimonium & evidentiam clariorem prefatus dominus epiſcopus preſens privilegium ſive ſcriptum per me Bartholomeum notarium infraſcriptum ſcribi voluit & mandavit, & tam ſigilli ſui appenſione, quam meo ſigno & nomine roborari.

Ego Bartholomeus filius quondam domini Federici Alectis domini Roſſini comitis de Lomell. auctoritate notarius & ſu-

ſupradicti domini epiſcopi ſcriba predictis interſui, & de mandato ipſius domini epiſcopi, & rogatus hec ſcripſi, meoque ſigno & nomine roboravi.

Locus † ſigilli.

CCLVII.

Viſitatio parthenonis S. Nicolai Bononiæ.

Anno 1318. xv. maji.

Ex tabulario S. Mariæ Angelorum de Florentia.

Iidem, ANno Domini milleſimo terceoteſimo decimo-octavo indictiona prima die quinto-decimo menſis madii. Venerabilibus & religioſis viris dompno Petro abbate monaſterii Savignani de Arimino, dompno Guidone de Arimino monacho Vangaticienſi generalibus viſitatoribus Camaldulenſis ordinis in provincia Romandiole & Marchiarum Aacone & Triviſane, & in partibus Venetiarum & Fori-julii, & in terris ultra Padum conſtitutis per rev. patrem domnum Bonaventuram priorem Camaldulenſem & definitores capituli generalis in monaſterio Vangaticienſi ejuſdem ordinis in proximo feſto ſancte Pentecoſtes preterito celebrato ordinatis ad monaſteriorum ejuſdem ordinis eorum exequentibus viſitationis officium accedentibus, & ibique in ſpiritualibus & temporalibus circa ſtatum monachorum & ipſorum morum reformationem & correctionem ſecundum regulam ſancti Benedicti & ſtatuta ejuſdem ordinis, viſitationis officio per Dei gratiam utiliter & laudabiliter conſumato, religioſa domna Donella prioriſſa monaſterii & loci ſancti Nicolai ordinis Camaldulenſis ad heremum Camaldulenſem nullo medio pertinentis, domna Philippa, Thomaxina, Beatrixia, Maria, Galiana monace & ſorores dicti loci ſancti Nicolai omnes ad ſonum campanelle in clauſtro more ſolito ejuſdem monaſterii congregate, & ad hec ſpecialiter convocate, confeſſe fuerunt viva voce & contente ſe a predictis viſitatoribus, & ibi preſentibus & petentibus viſitationem, correctionem & reformationem eam recepiſſe, promittentes mihi notario infraſcripto nomine predictorum viſitatorum & totius Camaldulenſis ordinis recipienti coram teſtibus infraſcriptis, quod tam predictis viſitatoribus in his, que per eos inhibita, monita & ſtatuta ſunt, quam ceteris viſitatoribus, quos futuris temporibus priores Camaldulenſes & definitores generalium capitulorum ejuſdem ordinis deſtinandos duxerint, ſubdite, obedientes & reverentes per ſe & ſuos ſucceſſores exiſtent in omnibus, que ad beati Benedicti regulam & Camaldulenſis ordinis pertinent inſtituta, quodque nec per ſeipſas, neque per aliquos alios aliquo modo contrafacere vel venire preſument ſub penis in regula ſancti Benedicti & conſtitutionibus ejuſdem ordinis conſtitutis, & obligatione omnium bonorum monaſterii predicti ſancti Nicolai, quibus ſolutis vel non, contractus iſte in ſua permaneat firmitate.

Actum Bononie in clauſtro monaſterii ſancti Nicolai predicti ordinis Camaldulenſis, preſentibus domino Caſtagnolo quondam Johannis capellano ſancti Georgii, qui aſſeruit ſe cognoſcere predictos, Johanne Petri capellano ſancte Marie-majoris, Baſtardo Blanzii de Tuderto teſtibus ad hec ſpecialiter vocatis & rogatis.

† Et ego Johannes quondam domini Angellini imperiali auctoritate notarius omnibus predictis interſui & rogatus ſcribere publice ſcripſi.

CCLVIII.

Berardus ep. Camerinenſis confirmat jura monaſterii S. Victoris de Cluſis in aſceterium S. Mariæ inter Saxa.

Anno 1318. xxvi. ſeptembris.

Ex archivo S. Blaſii de Fabriano. num. 5.

IN nomine Domini amen. Hoc eſt exemplum quarumdam literarum ſcriptarum in carta bombicina & ſigillatarum de cera rubea quodam ſigillo impreſſo habente infra circulum ſcultam ymaginem cujuſdam epiſcopi mitra, ferula & anulo decorati, & circa eum quaſdam litteras, que bene legi non poterant, quarum literarum tenor talis eſt. Berardus miſeratione divina Camarinenſis epiſcopus religioſo & provido viro dompno Creſcentio abbati monaſterii ſancti Victoris de Cluſis Camarinenſis dioceſis ſalutem in Domino. Pro parte tua & ipſius monaſterii ſancti Victoris fuit nuper expoſitum coram nobis, quod quamvis per predeceſſorem tuum nomine ipſius monaſterii ſorores morantes olim in loco poſito intra Saxa in baylia Roſenge diſtrictus Fa- *Ibid. n. 33.*

briani

briani Camarinenſis dioceſis, & ipſe locus recepte & receptus fuerint ſub protectione ipſius abbatis & monaſterii, & ſub regula ipſius monaſterii, videlicet ſub regula ſancti Benedicti, licet etiam ipſe ſorores eidem tuo preceſſori pro ipſo monaſterio profeſſe fuerint eamdem regulam & nrdinem beati Benedicti, & promiſerint nbedientiam & reverentiam, & ſe ipſas, & bona & locum ipſarum eidem pro ipſn monaſterin ſubmiſerint, & de hiis confecta fuerint legitima documenta, nihilominus tamen ſuperveniente guarra graviſſima in contrata ipſius monaſterii jura ipſa fuerunt caſu combuſta & ſubtracta in gravem ipſius monaſterii leſionem, propter quod nnbis feciſti humiliter ſupplicari, ut tibi pro ipſo monaſterio de novo recipiendas eaſdem ſorores & locum ſub eadem protectione & regula, & ad eandem profeſſionem & ſubmiſſionem, licentiam & cnnſenſum concedere dignaremur. Et quod tibi pro ipſo monaſterio concederemus, quod eiſdem ſororibus poſſis locum concedere, & cnnventum & capud, ſcilicet abbatiſſam vel etiam prioriſſam, quam ipſe poſſint eligere, & tu etiam confirmare. Inſuper & correctionem & viſitationem ipſarum & ipſius loci, cum alias per bone memorie dominum Rambo&tum preceſſorem noſtrum hec omnia conceſſa fuerint, quamvis propter amiſſionem ipſorum jurium hec moſtrari non poſſint. Nos itaque ſtatum & augmentum ipſius monaſterii diligentius attendentes, ac volentes, quod jura ipſa in favorem ipſius loci & ipſarum ſororum recuperentur, de novo preſentium tenore tibi pro ipſo monaſterio ac tuis in futurum ſucceſſoribus auctoritate ordinaria concedimus per preſentes, quod ipſas ſorores, locum, & bona & jura ipſarum, & que in futurum poterunt adipiſci, ſub tua & ipſius monaſterii protectione & ſubmiſſione de novo recipias, & earum profeſſionem ad eandem regulam beati Benedicti & ordinem, & ad obedientiam & reverentiam obſervandam. Inſuper & adſignationem loci, & conceſſionem conventus juria eligendi abbatiſſam ſeu prioriſſam, & confirmationem ejuſdem, nec non & viſitationem, correctionem & nrdinationem ipſarum & loci ejuſdem tibi pro ipſo mnnaſterio ac tuis ſucceſſoribus in eodem auctoritate ordinaria plenarie concedimus per preſentes. In cujus rei teſtimonium preſeotes litteras fieri fecimus, & noſtri ſigilli mnnimine roborari. Data Camarini die XXIII. menſis ſeptembris prime Indictionis anno Domini milleſimo CCC. XVIII. tempore domini Johannis pape vigeſimi-ſecundi.

Et ego Marcus Lulii de Fabriano imperiali auctoritate notarius predictas litteras, prout in horiginali inveni, ita hic fidelitar & per ordinem tranſcripſi & exemplavi, nil addens vel minuens fraudulenter, quod ſenſum mutet vel intellectum, & cum Naſcimbene Ciutii notario aſcultavi, & quia utrumque concordare inveni, ideo hoc exemplum cum decreto & auctoritate ſapientis viri domini Contis de Spoleto judicis communis Fabriani auctentiee pgblicavi. Sub annis Domini milleſimo CCC. XVIII. indictione prima tempore domini Jobannis pape XXII. die vigeſimo-ſexto menſe ſeptembris in palatio communis Fabriani, preſentibus Ciccho Pbylippucii & Pauln Raynaldi teſtibus rogatis.

CCLIX.

Electia rectoris in eccl. S. Chriſtophori de Fratelle.

Anno 1318. v. decembris.

Ex regeſto Trivienſi Buldronis not. pag. 158.

IN Dei nomine amen. Anno Domini milleſimn CCC. XVIII. indictione I. tempore domini Johannis pape die V. menſis decembris in caſtro de Fratelle in eccleſia dicti caſtri, preſentibus magiſtro Jobanne de Calanicia, magiſtro Domeneco de Naſſeto &c. teſtibus. Vacante eccleſia ſancti Chriſtophori de Fratelle Caſtellane dioceſis per renunciationem Jacobi olim rectoris, parochiani ipſius eccleſie ad requiſitionem Federici abbatis monaſterii ſancte Marie de Trivio patroni ipſius eccleſie ſimul convocati & condunati, quorum nomina infra ſcripta ſunt, ad tractandum & providendum ſimul eum dicto domno abbate patrono ipſius eccleſie de rectore & paſtore ejuſdem eccleſie, aſſerentes ad ſe tam de jure, quam de antiqua conſuetudine pertinere jus eligendi rectorem in ipſa accleſia, omnes ſimul communi voluntate & pari animo nemine diſcrepante compromiſerunt in predictum domnum Federicum abbatem patronum dicte eccleſie preſentem &c. dantes &c. eidem abbati voces & vices ſuas &c. Nomina vero parocbianorum hec ſunt: Jobannes Orlanducii conſul ipſorum hominum, Coſanus olim Sabatini, Ciarpallius olim Berardi, Giorgius *Ibidem.*

olim

olim Tebaldi , Marchua olim Filippi ; Pocius olim Amatucii, Andreucius olim Rainerii, Venutellus olim Berardi, Nerus olim Berardi, Pacinua olim Juncte, Amatucius Fantis , Brunus & Andreas olim Luterii.

Et ego Buldrone nnt. *&c.*

CCLX.

Electio abbatiſſe S. Marie inter Saxa.

Anno 1319. xix. maji.

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 16. IN Dei nomine amen. Anno ejuſdem milleſimo trecenteſimo nonodecimo indictione ſecunda tempore domini Johannia pape XXII. die xviiii. menſis madii. Actum in burgo caſtri Pleroſarie in via plubica juxta ecleſiam ſancti Pauli, preſentibua domno Franciſco Bozovannis, Angelutio Rizoon, Federico Peratutii de ſerra Longarana teſtibus rogatis & vocatis. Religioſus vir dompnus Acto ſindicus & procurator monaſterii de Saſſia, tamquam procurator & procuratorio nomine, & vice ipſius monaſterii de Saſſia, ut patet ſcriptura per plubicum inſtrumentum ſcriptum manu & .... preſentavit electionem abbatiſſe religioſo viro domno Creſcentio abbati monaſterii ſancti Victoris, ut ipſam ſororem Felippam in abbatiſſam electam, & electionem factam de ſorore Felippa a ſororibus ipſius monaſterii dignetur confirmari aut facere confirmare ipſam in abbatiſſam ipſiua monaſterii & poſſeſſionem ei tradere. Qui prefatus dominua abbas audita petitione cum eidem... ſtatim fecit, conſtituit & ordinavit dompnum Actonem predictum ſuum vicarium, ſi ipſam invaneris ydoneam & canonice electam, cui dedit plenam licentiam & liberam poteſtatem confirmandi & inſtituendi ipſam ſororem Felippam in abbatiſſam ipſius monaſterii de Saſſis ſecundum ordinem juris.

Et ego Andrutius Benvenuti de Genga imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui rogatus ſcripſi & publicavi.

In Dei nomine amen. Anno ejuſdem milleſimo ccc. xviiii. *& ut ſupra*. Actum in domo monaſterii de Saſſis, preſentibua Andrutio Zilii, & Mantia Johannis de Monticillo, & Filippo & Martino Salvutii de Roſenga teſtibua ad hec habitis, rogatis & vocatis. Cum domnus Acto monachus monaſterii ſancti Victoris de Cluſis & vicarius religioſi viri domni Creſcentii abbatis ipſius monaſterii exiſtens in oratorio monaſterii de Saſſis in capitulo cum omnibua monialibua ipſiua monaſterii dixit & propoſuit inter ipſas, quod cum religioſus vir domnus Creſcentius abbas monaſterii ſancti Victoria Camerinenſis dioceſis commiſeric ſibi examinationem electionis & perſone electe facte per ipſas de ſorore Felippa moniale ipſiua monaſterii, & ipſe domnus Acto velit ſuper ipſam confirmationem ſervare ordinem juris, requiſivit ... omnes ipſas moniales, & omnem aliam perſonam, ſi volunt aliquid dicere & opponere contra ipſam electam, hoc faciant uſque ad tertium diem, quem ad hoc faciendum terminum perhentorium obſignavit.

Et ego Andrutius *&c. ut ſupra*.

In Dei nomine. Nos Acto monachus monaſterii ſancti Victoris de Cluſia Camerinenſis dioceſia vicarius rev. religioſi viri domni Creſcentii abbatis ipſius monaſterii, poſito per nos edicto in monaſterio monialium de Saſſis ſubjepto predicto monaſterio ſancti Victoria, ut ſi aliqua perſona vellet aliquid opponere & dicere contra electionem factam de ſorore Felippa moniale monaſterii de Saſſia in abbatiſſam ipſius monaſterii & perſonam electam, deberet coram nobia infra certum terminum jam elapſum comparere, & opponere quidquid vellet, & nulla perſona comparuit ad opponendum aliquid contra ipſam. Examinata etiam ex noſtro officio perſona predicte electe ac etiam proceſſu electionis ipſius, & quia omnia invenimus ſatis rite concurrere, Chriſti nomine invocato, ad honorem Dei, beate Marie ſemper virginia, & omnium Sanctorum, & precipue beati Victoris ipſam ſororem Felippam in abbatiſſam predicti monaſterii de Saſſia confirmamus, & eidem monaſterio de ipſius perſona providemus, dantes eidem ſorori Felippe abbatiſſe poſſeſſionem predicte abbatie, & de ipſa abbatia, ac etiam in ſignum confirmationis facte & poſſeſſionis tradite, per ſcapularem noſtrum, quem geſtamus, preſentialiter inveſtimua, dantes & concedentes eidem licentiam, auctoritatem & liberam poteſtatem regendi ipſum monaſterium, & exercendi officium abbatiſſe, & predicta facimus omni jure, modo & cauſa, quibus meliua poſſumus.

Actum in baylia Roſenga in domo & oratorio monaſterii de Saſſis, preſentibus

Tin-

Tinto Johaonagooli, & ſratre Perutio converſo, & Nicola Jacoputii, Mancia Joannagnoli, Vangnolo Angelutii, Andrutio Zilii de Monticillo teſtibus ad hec habitis, rogatis & vocatis ſub anno Domini M. ccc. xviiii. iodictione ſecunda tempore domini Jnhannis pape XXII. menſis madii die XXIII.

Ego Andrutius *&c. ut ſupra.*

CCLXI.

Altera rectoris eccl. S. Chriſtine ad Clanas.

Anoo 1320. xiv. Septembris.

Ex autographo S. Romualdi de Urbe. Maz. I. num. 4.

Ibidem n. 41. IN Dei nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo . . . xx. indictione viii. domino Johanne papa reſidenre die xiv. menſis ſeptembris. Vacante eccleſia ſancte Chriſtine ad Clanss plebatus plebis ſancti Martini de Cslognano Aretine dioceſis per mortem presbyteri Vsnnie nsii . . . . de ſancto Lucio olim rectoris dicte eccleſie, reverendus & religioſus vir domnus Johannes abbas ſancte Marie de Agnano dicte dioceſis, ad quem de jure & antiqua conſuetudine pertinet eligere & preſentare rectorem ad dictam eccleſiam ſancte Chriſtine, quando vacat, nolens quod dicta eccleſia propter vscationem ullam patiatur in ſpiritualibus & temporalibus leſionem propter defectum rectoris *&c.* conſiderans & attendens honeſtatem, vite innocentiam & idoneitatem domni Mei nati Mini de Rapolano comitatus Senarum Aretine dioceſis monachi dicti monaſterii, & etism conſiderans prefatus dominus abbas, quod per dictum domnum Meum utilius & melius regetur & gubernabitur dicta eccleſia ſancte Chriſtine in ſpiritualibus & temporalibus, quam per alium ſeculsrem rectorem, & quod major exinde utilitas proveniet dicto monaſterio ſancte Marie de Agnano, & etiam dicte eccleſie ſancte Chriſtine ex regimine & gubernstione dicti domni Mei *&c.* ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei & beate Marie virginis & beste Chriſtine *&c.* necnon ad honorem & reverentiam ven. patris & domini domni Guidonia Dei gratia epiſcopi Aretini, & reverendi viri domni Bindi de Arnaldis plebani plebis ſancti Martini de Calognano predicte, Deum ſemper habendo pre oculis, & ſpiritus-ſancti gratia invocata dictum domnum Meum elegit & preſentavit in rectorem & gubernatorem & legitimum admioiſtratorem dicte eccleſie ſancte Chriſtine, quam electionem & preſentationem incootioenti publicavit coram infraſcriptis teſtibus volens eam omoibus fore notam.

Actum in clauſtro monaſtarii ſancte Msrie de Agnano, preſentibus Naldo Bertaccie de Grignano, & Maonino olim Vive de Latocaſtelli comitstus Sensrum teſtibus ad hec vocatis, habitis & rogatis.

† Ego Naldus filius Thoris de Aretio imperiali auctoritate notarius & judex ordinarius predicta rogatus ſcripſi & publicsvi.

CCLXII.

Proviſio eccl. S. Bartholomei de caſtro Celle.

Anno 1321. xxi. aprilis.

Ex regeſto Trivienſi. pag. 254.

IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. ccc. xxi. indictione iv. tempo- *Ad lib. xlviii. n. 3*
re domini Johannis pape die xxi. menſis aprelis io eccleſia monaſterii ſancte Marie de Trivio, preſentibus Gioncolino de Cliuſe, Bergolaccio de Naſſetto *&c.* teſtibus. Vacaote eccleſia ſancti Bartholomei de caſtro Celle manuale eccleſia dicti monaſterii per mortem presbyteri Boni olim rectoris ipſius eccleſie, domnus Federicus abbas dicti monaſterii, ad quem ſpectat eligere, inſtituers & confirmare rectorem in ipſa eccleſia tamquam in ſua eccleſia manuali, deliberato animo, cum voluntate & conſenſu ſui capituli *&c.* ad honorem Dei & beste Marie virginis, & ad honorem beati Bartholomei apoſtoli patroni dicte eccleſie, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & ad honorem abbstis & capituli dicti mooaſterii, elegit expreſſe diſcretum virum presbyterum Salimbene filium Fucii de Trivio in rectorem & adminiſtratorem dicte eccleſie ſancti Bartholomei de caſtro Celle *&c.*

Et ego Buldrone notarius *&c.*

CCLXIII.

CCLXIII.

Conſervatores privilegiorum dati Camaldulenſibus a Johanne papa XXII.

Anno 1320. x. kal. novembris.

Ex pluribus exemplis monaſteriorum noſtrorum.

Ibid. n. 11.

JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancte Marie Florentine & ſancti Juliani Ariminenſis & ſancti Georgii de Venetiis Caſtellaoe dioceſis monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Etſi quibuſlibet religioſis perſonis & locis ex injuncte nobis ſervitutis officio aſſiſtere deſenſionis preſidio teneamur, illis tamen ſpecialius & efficacius adeſſe nos convenit, qui ſedi apoſtolice immediate ſubjecti non habent preter Romaoum pontificem alium deſenſorem. Sane dilectorum filiorum prioris & conventus cremi Camaldulenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis Aretine dioceſis conqueſtione percepimus, quod nonoulli archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores & alii clerici & eccleſiaſtice perſone tam religioſe, quam ſeculares, necnon comites & barones, nobiles, milites, univerſitates & alii ſeculares civitatum, dioceſum ac partium vicinarum, in quibus dicta cremus, nesnon monaſteria, hoſpitalia, & alia loca & membra eidem eremo & ordini Camaldulenſi ſubjecta ad eamdem ſedem dumtaxat ſpectantia conſiſtere dinoſcuntur, occupaverunt & occupari fecerunt eccleſias, loca, grangias, obedientias, caſtra, caſalia, terras, vineas, poſſeſſiones, cenſus, redditus & proventus, juriſdictiones & jura, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ad dictos eremum & ordinem, ac alia prelibata ejus membra ſpectantia, ſeu eadem detinentibus preſtant auxilium & favorem; nonnulli etiam civitatum, dioceſum & partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, dictis priori & conventui ejuſdem eremi, necnon abbatibus, prioribus, abbatiſſis & prioriſſis monaſteriorum, per priores & prioriſſas gubernari ſolitorum, & hoſpitalariis hoſpitalium & conventibus dictorum monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum in eccleſiis, grangiis, caſtris, caſalibus, terris, juriſdictionibus, juribus, bonis, & rebus aliis ad cremum & ordinem, ac membra, monaſteria & loca predicta ſpectantibus multiplices moleſtias & injurias inferunt & jacturas. Quare predicti prior & conventus ejuſdem eremi nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum valde difficile reddatur eiſdem pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores & injuriatores hujuſmodi illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis committendi ſimilia aditus precludatur, diſcretiooi veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis, conſervatores & judices priori & conventui predictis efficacis deſenſionis preſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper his & quibuslibet aliis bonis & juribus ad ipſos priorem, ordinem & conventus, ac monaſteria & membra predicta ſpectantibus ab eiſdem & quibuslibet aliis indebite moleſtari, vel ſibi gravamina, ſeu damna vel injurias irrogari, facturi ipſis priori & conventui cum ab eis, vel eorum aliquo, ſeu procuratore vel procuratoribus eorumdem vel alterius eorum fueritis requiſiti de predictis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione eccleſiarum, locorum, grangiarum, caſtrorum, caſalium, terrarum, poſſeſſionum, juriſdictionum, jurium, & bonorum immobilium & mobilium, reddituum quoque & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon in quibuslibet injuriis & moleſtiis, atque damnis preſentibus & futuris, in illis videlicet, que judicialem indaginem requirunt, de plano ſine ſtrepitu & figura judicii, & in aliis, prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitie complementum. Occupatores ſeu detentores, moleſtatores, preſumptores & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles cujuſcumque ſtatus, ordinis vel conditionis, etiamſi archiepiſcopalis vel epiſcopalis dignitatis exſtiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus ſel. rec. Bonifacii pape VIII. predeceſſoris noſtri conſtitutionibus, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem & dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſue dioceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices & conſervatores a ſede deputati predicta extra civitates & dioceſes, in quibus deputati fuerint

rint contra quoſcumque procedere, ſive alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine dioceſis earumdem trahere preſumant. Seu quod de aliis, quam de manifeſtis injuriis & violentiis & aliis, que judicialem indaginem exigunt, penis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis, ſe nullatenus intromittant; & tam de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam civitatem & dioceſim auctoritate preſentium ad judicium non trahatur, quam aliis quibuſcumque conſtitutionibus a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, tam de judicibus delegatis & conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ab judicium non vocandis, aut aliis editis, que poſſent veſtre in hac parte juriſdictioni aut poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare, ſeu aliquibus communiter vel diviſim a predicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi & eorum perſonis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem. Et qualibet alia indulgentia dicte ſedis generali vel ſpeciali *&c.* de qua *&c.* habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum volumus & apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a datis preſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in premiſſis omnibus & eorum ſingulis ceptis & non ceptis, preſentibus & futuris perpetua poteſtas juriſdictionis attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in premiſſis omnibus *&c.* procedere, ac ſi predicta omnia & ſingula coram vobis cepta fuiſſent; & juriſdictio veſtra & cujuslibet veſtrum in predictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitima extitiſſet. Conſtitutione predicta ſuper conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante, *&c.*

Datum Avenioni x. kal. novembris pontificatus noſtri anno v.

CCLXIV.

Proviſio eccl. S. Michaelis de Templano facta ab abbate Valle-caſtrenſe.

Anno 1321. XXIX. maji.

Ex archivo S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine. Anni Domini M. CCC. XXI. indictione quarta tempore *Ad lib. XLVIII. num. 3.* domini Johannis pape XXII. die XXVIIII. menſis maji. Cum eccleſia ſancti Michaelis de Templano vel Podii ſancte Lucie Firmane dioceſis membrum monaſterii Vallis-caſtri vacet ad preſens per ceſſionem factam a dompno Johanne quondam prepoſito dicte eccleſie ab eccleſia ſmemorata, & dompnus Romaldus Raynaldutii de dicto loco ſacerdos fecit, conſtituit & ordinavit domnum Johannem Beccotii de Colflorito preſentem & ſuſcipientem ſuum verum & legitimum procuratorem *&c.* ad impetrandam dictam eccleſiam ſancti Michaelis ſeu prepoſituram ipſius ab abbate monaſterii Vallis-caſtri, ad petendum & ſupplicandum eidem abbati, ut .... dompno Romaldo dictam eccleſiam ſancti Michaelis tamquam fideli dicti monaſterii, & ob reverentiam magnificorum virorum domini Thomaſſii domini Gentilis de Moliano & ſuorum nepotum filiorum domini Gentiloccii ſupradictam eccleſiam dignetur conferre, & ea impetratione facta & obtempta, & ad promittendum dicto abbati dictam eccleſiam manutenere, defendere & gubernare in omni ſua libertate, & omnia ſua jura predicta recuperare, & habita defendere, & manutenere, nec eam alicui ſubmictere, & non vendere, nec alienare, & de ea nullam aliam impetrationem facere, & ſervitia, que alie eccleſie dicti monaſterii faciunt facere, & caritativum ſubſidium ponendi ſecundum poſſibilitatem dicte eccleſie perſolvere, viſitationem & correctionem recipere, & procurationem preſtare, prout jura volunt, immo dictam eccleſiam ſub obedientia & reverentia dicti abbatis & ſuorum ſucceſſorum, & dicti monaſterii ſemper tenere, & ad promittendum nomine ſuo ſe totum utilem & honeſtum dicto abbati & ſuorum ſucceſſorum & prelibati monaſterii ſemper ſe reddere, & ad jurandum in anima ipſius omnia ſuperius enarrata, ac reddere & obſervare, & in nullo contrafacere vel venire, & etiam fidelitatem dicti abbatis & ſuorum fratrum & ſucceſſorum fideliter cuſtodire, & ſi contrarium preſen-

tiret

tiret ſe obponere, & quam eitiua poterit ſignificare & pandere juſta poſſe ſuum.

Actum in Caſtro-novo ſancte Marie in eccleſia ſancte Lucie de Podio, preſentibus Falconerio Johannis, Thomaſſio Jacobi de Murro, Juſtinello Raynaldi, & Nutio Matthei de ſancto Juſto teſtibus ad hec vocatis.

Et ego Mattheus Thomaſſii de ſancto Juſto imperiali auctoritate notarius & judex ordinarius rogatus ſcripſi & publicavi.

CCLXV.

Johannis XXII. bulla concedens judices Conſervatores monaſterio Avellanenſi.

Anno 1321. kal. julii.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

Ad lib. XLVII. num. 39. JOannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. ſancti Petri & .. ſancte Crucis de Triputio, ac .. ſancti Savini Camerinen. & Firman. diocesum monaſteriorum abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſie licet immeriti diſponente Domino preſidentes circa curam eccleſiarum & monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indeſeſſa ſoliciti, ut juxta debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis, & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum prioris & conventus heremi ſancte Crucis Fontis-avellane ad Romanam eccleſism nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis conqueſtione percepimus, quod nonnulli archiepiſcopi, epiſcopi, abbates & alii clerici, eccleſiaſticeque perſone, tam religioſe quam ſeculares, nec non duces, marchionea, comites, & barones, capitanei, poteſtates, antiani, nobiles, milites, univerſitates, communia, & alii ſeculares, tam civitatis & diotefis Eugubinen. quam aliarum civitatum & dioceſum, ac locorum, in quibus dicta heremus, nec non eccleſie, monaſteria, prioratus, hoſpitalia, domus, grangie, aliaque membra, & lota eidem heremo immediate ſubjecta conſiſtere dignoſcuntur, & partium vicinarum occuparunt, & occupari ſecerunt prioratus, eccleſias, hoſpitalia, domos, grangias, obedientias, caſtra, caſalia, prata, paſcua, nemora, molendina, terras, vineas, poſſeſſiones, cenſus, redditus, & proventus, juriſdictiones & jura, & nonnulla alia ad prelibata ejus membra, eccleſias, & loca ſpectantia, ſeu ea detinentibus preſtant auxilium, conſilium, vel favorem; nonnulli etiam civitatum, & dioceſum, ac partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem priori, & conventui in acclefiis, capellis, monaſteriis, prioratibus, hoſpitalibus, domibus, grangiis, caſtris, caſalibus, pratis, paſcuis, vineis, nemoribus, molendinis, cenſibus, redditibus, & proventibus, terris, juriſdictionibus, juribus, bonis, & aliis rebus ad dictam heremum ſpectantibus multiplices moleſtias, & injurias inferunt ac jacturas. Quare dicti prior, & conventus nobia humiliter ſupplicarunt, ut cum valde difficile reddatur eiſdem pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem babere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committeodi ſimilia precludatur, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſervatores, & judices priori, & conveotui ſupradictis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis eoſdem ſuper hiis, & quibuslibet aliis bonis, & juribus ad ipſos ſpectantibus, ab eiſdem, ſeu quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel ſibi gravamina, ſeu dampna, vel injurias irrogari, *&c.*

CCLXVI.

Fundatio monaſterii S. Johannis-baptiſtæ de Clodia, ac lites & ſententia pro ejus conſtructione.

Anno 1322. xx. februarii.

Ex tabul. S. Mathiæ de Muriano. capſ. S. Philippi.

IN Chriſti nomine amen. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo treceenteſimo vigeſimo-ſecundo indictione quinta die ſabbati vigeſimo februarii in monaſterio ſancti Georgii majoris de Venetiis, preſentibus domino Dalfino quondam domioi Gerardi Vedoacii de Bononia, domino Rolandino de Belviſio de Bononia *Ad lib. XLVIII. num. 6.*

decretorum doctore, domino Marcho Pianigo de contrata ſancti Fantini de Venetiis, & fratre Symone de Auximo decretorum perito, teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Cum coram nobis fratre Philippo Dei & apoſtolice ſedis gratia abbate monaſterii ſancti Georgii predicti Caſtellane dioceſis delegato, & conſervatore abbatum, abbatiſſarum, priorum, prioriſſarum, fratrum, monialium, converſorum & converſarum, privilegiorum, bonorum & jurium ordinis Camaldulenſium ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis per ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Johannem papam vigeſimum-ſecundum ſpecialiter deputato, expoſita fuerit querela per Ardizonem de Accharifiis de Bononia, qui nunc moratur Veneciis in contrata ſancti Moyſis, ſindicum & procuratorem religioſorum virorum dominorum prioris, fratrum, converſorum, capituli & conventus heremi ſancti Mathie de Murano Torcellane dioceſis dicti ordinis Camaldulenſis, quod domini presbyteri Marinus de Caſalle, Zavariſius Zavariſii, & Jacobus Belli de Marxilio vicarii & canonici eccleſie Clugienſis excommunicaverint de facto fratrem Bonaventuram Boldu de Venetiis, & Benedictum de Tuxia converſum predicte eccleſie ſancti Mathie de facto tantum, pro eo quod in proprio terreno ſeu domo dictorum fratrum & monaſterii poſito in dioceſi Clugina in loco, qui dicitur Calix-major, conſtruebant & conſtruere volebant, & intendebant oratorium ſeu eccleſiam ſecundum indulta eis & eorum ordini a Romanis pontificibus privilegia ſuper hiis moleſtando, perturbando, inquietando, & moleſtias inferendo eiſdem, a nobis humiliter petens & cum magna inſtantia, dictis fratribus & converſis, & ordini & juri ipſorum ſuper hiis ſalutari conſilio provideri. Quare nos precibus predicti ſindici & procuratoris, & inſtantia devicti, & cum eis ex debito ad petita per dictum ſindicum & procuratorem teneamur & ſimus ex debito, & ſecundum jura & tenorem apoſtolice commiſſionis nobis facte in hac parte obligati, citari fecimus & requiri legitime dictos dominos presbyteros Marinum, Zavariſium, & Jacobum, ut ſuper hiis adeſſe deberent, ſi vellent & ſui crederent intereſſe coram nobis per ſe vel per ſufficientem reſponſalem in noſtro monaſterio certis terminis jam elapſis, qui comparere deberent predictis, & ſuper predictis de juſtitia reſponſuri. Cumque Conradus de Frignanis de Tarviſio habitator Venetiis coram nobis comparuerit ſindicario & procuratorio nomine dictorum vicarii & canonicorum & capitoli dicte Clugine eccleſie, ſubſtitutus a reverendo viro domino presbytero Petro Bachari primicerio majoris eccleſie Caſtellane, & canonico Clugienſi ſindico & procuratore dictorum vicarii, canonicorum & capituli dicte Clugienſis eccleſie ex una parte, & dicto Ardizone, nomine quo ſupra, ex altera, ſtatutus fuit per nos terminus dictis procuratoribus & ſindicis ad habendum copiam dictorum ſindicatus & procurationis & hinc inde aliorum productorum, & alias ipſis partibus ad comparendum coram nobis & procedendum, ut de jure eſſet, quo termino adveniente quedam exceptiones pro parte dicti Conradi propoſite fuerunt in judicio coram nobis, quibus examinatis & auditis partium allegationibus, interloquendo ipſas exceptiones pronunciavimus non obſtare, & cauſe proceſſum predicte non impedire; & demum conſiderantes, quod in hujuſmodi cauſa poterat & debebat de jure & ſecundum formam dicte commiſſionis nobis facte in ea procedi ſummarie ſine ſtrepitu & figura judicii, volentes ipſam cauſam & litem, in quantum poteramus & debebamus, abbreviare, & finem debitum ei imponere, & ipſis partibus parcere laboribus & expenſis, mandavimus per eaſdem partes incontinenti juramenta calumpnie & veritatis dicende in ipſa cauſa preſtari, quo preſtito legitime per ipſum Ardizonem, nomine quo ſupra, & nomine quo debuit, dictus Conradus ipſum preſtare recuſavit, a nobis ſepius & cum inſtantia requiſitus, productis juribus predicti Ardizonis, nomine quo ſupra, citari fecimus peremptorie, & cum inſtantia requiri dictum Conradum per noſtrum nuncium juratum perſonaliter inventum, quod hodie coram nobis in noſtro monaſterio comparere deberet poſt nonam & ante veſperas ad audiendam definitivam ſententiam ſuper predictis, & ipſo Ardizone in termino, nomine quo ſupra, comparente coram nobis, & cum inſtantia a nobis poſtulante, preſente dicto domino Conrado, nominibus quibus ſupra, ad ipſam ſententiam audiendam, Chriſti nomine invocato, viſis & examinatis petitione, & juribus & privilegiis dominorum fratrum & ordinis precitatis cauſe predicte, & per nos & alios plene deliberantes, ſedentes pro tribunali in hiis ſcriptis preſentibus declaramus, pronunciamus & ſententiamus publice dictum

Con-

Conradum de Frignanis procuratorio nomine dictorum presbyterorum Marini de Caſelle, Zavariſii Zavariſii, & Jacobi Belli de Marxilio viearii & ſindicario nomine canonicorum & capituli dicte Clugienſis eccleſie conſtitutum & ſubſtitutum a dicto domino presbytero Petro canonico Clugienſi & ipſius eccleſie & capituli ſindicario & procuratorio nomine, quo ſupra, & dictos dominoa Marinum, Zavariſium, & Jacobum vicarium & canonicos & capitulum dicte Clugienſis eccleſie, & ipſam eccleſiam Clugienſem & capitulum ipſum, & alios quoſcumque compellendos fore & eſſe, & compellimus deſiſtere juris remediis, quibus melius poſſumus, & de jure debemus, a moleſtatione, violentia, inquietatione & perturbatione predictia, & ſuper dicta eccleſia ſeu oratorio conſtructo & conſtruendo in dicto loco dioceſis Clugienſis, & ſuper bis omnibus & ſingulis dictis vicario, canonicis & capitulo & eccleſie Clugienſi perpetuum duximus ſilentium imponendum, dictoſque fratres capitulum & conventum ſuo jure uſos fuiſſe & eſſe in conſtructione & edificatione predicta. Monentes predictos Conradum, capitulum & eccleſiam Clugienſem, nominibus, quibus ſupra, & eorum quemlibet pro primo, ſecundo & tertio termino peremptorio, quod predicta omnia & ſingula attendant & obſervent, nec in aliquo contrafaciant vel veniant, nec contra facientibus vel venientibus aliquod preſtent auxilium, conſilium vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, ſub excommunicationia pena in ſingularea perſonas, & interdicti in univerſitatem vel capitula, quam ex nunc, prout ex tunc, proferimus in bis ſcriptis, & eos incurrere volumus ipſo facto.

Ego Johanninus olim domini Tolomini de Cremona publicus imperiali auctoritate notarius his omnibua dictis interfui, & rogatus predicta omnia, ut ſuperius continentur & leguntur, ſcripſi & publicavi.

Lecta, lata & pronunciata fuit dicta ſententia per dictum vener. patrem dominum abbatem judicem delegatum & conſervatorem predictum die ſabbati vigeſimo februarii, & ſcripta per me Johanninum notarium predictum, ſub annis Domini M. CCC. XXII. indictione V. in dicto monaſterio ſancti Georgii majoris de Venetiis, preſentibua domino Dalfino quondam domini Gerardi Vedoacii de Bononia, domino Rolandino de Belviſio de Bononia decretorum doctore, domino Marco Pianiga de contracta ſancti Fantini de Venetiia, & fratre Symone de Auximo decretorum perito ad hec ſpecialiter vocatia & rogatis.

CCLXVII.

Compoſitio inter epiſcopum Parentinum, & monaſteria ejus diœceſis, quoad territorium.

Anno 1322. XVI. aprilis.

Ex eodem tabul. Capſ. S. Gervaſii.

IN Chriſti nomine, amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo-ſecundo indictione quinta die ſexto-decimo menſis aprilis. Actum in curte Urſarie, preſentibus Zuzio olim Betuzii de Lanzano canonico Parentino, preabytero Zanino plebano ... Azzone de Gumbertia de Bononia factore in Urſaria infraſcripti domini epiſcopi Parentini, & Johanne de Cremona. Cum quedam queſtio verteretur cujuſdam territorii poſiti in diſtrictu Urſarie inter reverendum virum fratrem Mengoſum abbatem ſancti Petri de Silva ipſius nomine & monaſterii ſancti Petri de Silva ex una parte agentem, & ven. in Chriſto patrem & dominum dominum fratrem Graziadeum Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopum Parentinum & homines de Urſaria ex altera defendentem, cujus territorii dicuntur eſſe confines, videlicet incipiendo a vena Varcins, que eſt ſupra Lemum, & veniendo uſque ad molos lapidum, & poſtea tranſeunt per lamam parvulam aque, & venit ad terminum alture terre, & vadit per terminum illum uſque ad paludem ſecundam cum ſuis juribus, dominationibus & confinibus, ſecundum quod eccleſia ſancti Michaelis continet de Lemo. Ex altera parte verſus caſtrum Urſarie hii ſunt confines. Incipiendo ab Arno, quod eſt ſupra Lemom, & veniendo per terminum Corone juxta pedem montis Calvi, & tranſeunt per cacumen montis Ficulnee, & veniunt ad ſemitas, que vadunt verſua Parentium, & redeunt per terminum illum ad dictam paludem, & ex utraque parte uſque ad aquas ſalſas, ſecundum quod Marchus abbas ſancte Petronille de mandato dicti domini epiſcopi Parentini, qui predictos confinea aſfirmavit & ratificavit, dederat plenam & liberam poteſtatem domino Bergogne abba- *Ibid. n. 9.*

abbati ſancti Michaelis de Subterra ponendi in tenutam & poſſeſſionem ſupradicti territorii domnum Semperbonum abbatem ſancti Petri de Silva, ut patet publico inſtrumento ſcripto manu Petri auctoritate imperialis aule notarii a me notario infraſcripto viſo & lecto, pro bono pacis & concordie, ac firmiter in perpetuum obſervande, de conſenſu & voluntate fratris Odolrici monaci dicti monaſterii ſancti Petri de Silva, cum plures monachi ad preſens non habeat, generalem compoſitionem & concordiam fecerunt, approbaverunt & ratificaverunt his pactis & conditionibus inferius annotatis. Videlicet quod medietas totius territorii predicti ſupra verſus eccleſiam ſancti Johannis de Zonarlo ex parte ſancti Laurentii ſit & eſſe debeat abbatis & monaſterii predicti ſancti Petri de Silva & ſucceſſorum ſuorum libere & ſino aliqua contradictione cum quartis provenientibus dicto monaſterio de ſupradicto territorio. Alia vero medietas dicti territorii, que eſt verſus caſtrum Urſarie, ſit & eſſe debeat libere & ſine contradictione dicti domini epiſcopi Parentini & ſucceſſorum ſuorum, & omnes quarte, que provenient ex dicto territorio, ſint epiſcopi antedicti & ſucceſſorum ſuorum, ac predicti domini abbatis & ſucceſſorum ſuorum, dividendo ipſas quartas communiter inter eos, & dictus dominus abbas ſancti Patri de Silva & ſucceſſores ſui una cum domino epiſcopo Parentino & hominibus caſtri Urſarie preſentibus & futuris, & valeant paſculare, & paſqua habere & tenere cum omnibus ſuis beſtiis pertinentibus & ſpectantibus ad dictum dominum epiſcopum Parentinum & homines de Urſaria, ac dictum dominum abbatem ſancti Petri de Silva. Ita tamen quod dicte beſtie proprie ſint domini abbatis & in expenſis ſuis tenendo eas ſupra jamdicto territorio, & territorio totius caſtri Urſarie. Et quod dictus abbas, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit, poſſit & valeat recipere ſocium in ſocietatem quemcumque voluerit ad paſculandum ſupra dictis territoriis cum duobus quarnariis pecudum, & non cum pluribus, ſub pena banni conſueti in dicto caſtro. Et quod dominus abbas & ſucceſſores ſui non poſſit, nec valeat alteri vendere, donare vel alienare, nec etiam ſuppignorare nec affictare alicui, quam hominibus caſtri Urſarie, & hominibus dicti abbatis vel alicui alteri in ſocietate cum ipſo domino abbate exiſtenti. Promittentes dicti ſcilicet unus alteri viciſſim per pactum expreſſum omnia & ſingula in inſtrumento preſenti contenta firma & rata habere, tenere, & non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel cauſa, de jure vel de facto, ingenio vel colore, ſub pena centum librarum denariorum Venetorum parvorum cum refectione damnorum & expenſarum litis &c. cuilibet contrafacienti ſub obligatione omnium ſuorum bonorum preſentium & futurorum.

Ego Guilielmus filius quondam Ugolini quondam Bulgarelli de Naſcimpace de Imola imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui & rogatus ſcribere ſcripſi.

CCLXVIII.

Johannes XXII. confirmat eccleſias & bona abbati & monaſterio S. Savini de Piſis, & bullas Alexandri papæ III. & Cœleſtini III.

Anno 1323. kal. auguſti.

Ex reg. Vatic. anno VII. Johannis XXII. T. XVI. epiſt. 1628. & 1629.

JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati & conventui monaſterii ſancti Savini de Montione ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Piſane diocefis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Privilegium quoddam felicis recordationis Alexandri pape III. predeceſſoris noſtri vobis ab ipſo conceſſum, quod per dilectum filium noſtrum Petrum tituli ſancti Stephani in Celio monte preſbyterum cardinalem ſancte Romane eccleſie vicecancellarium diligenter inſpici fecimus, & per inſpectionem hujuſmodi repertum eſt verum, cum jam incipiat nimia vetuſtate conſumi, ut de ipſo imposterum haberi valeat certitudo, ad veſtre ſupplicationis inſtantiam de verbo ad verbum preſentibus fecimus annotari, cujus tenor talis eſt. ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Ubaldo abbati monaſterii ſancti Savini ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod rationi & utilitati pertinere cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Sicut enim injuſta petentibus nullus eſt diſtribuendus aſſenſus, ſic legitime poſtulantium non eſt differenda *Ibid. a. 11.*

renda petitio. Hujus rei gratia patris & predeceſſoris noſtri felicis memorie pape Eugenii piis veſtigiis inherentes veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, ac beati Ssvini monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona impreſentiarum juſte & canonice poſſideris, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, firma, vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam beate Marie virginis, capellam ſancte Euſtaſie cum curtibus & omnibus pertinentiis ſuis, que infra vel extra civitatem Piſanam ſite ſunt; curtem & eccleſiam ſancti Torpetis in Sambra; eccleſiam ſancti Quirici in Colſano cum tertia parte ſilve & aliis pertinentiis ſuis; portum in fluvio Arno in loco, qui dicitur Arilion; curtem & eccleſiam ſancti Michaelis in Empore cum pertinentiis ſuia; eccleſiam ſancti Sentii cum curte in loco, qoi dicitur Cerretus; eccleſiam ſancti Ypoliti de Riliono; eccleſiam ſancti Johannis de Ceraſolo; eccleſiam ſancti Siſti; guardiam de Seria; curtem & eccleſiam ſancti Juſti de Motrognsno; curtem & eccleſiam ſancti Quirici in Muſignano cum caſtello & omnibus pertinentiis ſuia; curtes in Corſica Caliſani, Morenſiani, Tatariani, Symbrani, & Germaneſiani; curtem in Tripallo, curtem io Corviano, curtem in Caſanova, curtem & eccleſiam ſancti Gregorii in Montemagno; quatuor piſcarias in ſtagno, unsm que dicitur Communis, alteram que dicitur ſancti Martini, tertiam que dicitur ad Ilicem, quartam que dicitur Retroſa. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violencia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſn aut fratrum para conſilii ſanioria ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Qui nimirum prenominato cenobio tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus preeſſe valeat & prodeſſe, & ad apoſtolicam ſedem benedicendus accedat. Io parochialibus autem eccleſiis, quas tenetis, licitum vobis ſit capellsnos eligere & dioceſano epiſcopo preſentare, quibus ſi idonei fuerint, epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Nihilominus etiam auctoritate apoſtolica prohibemus, ne quis infra parochiam ſancti Ipoliti de Rilione vel aliarum eccleſiarum veſtrarum ſine conſenſu dioceſani epiſcopi & veſtro eccleſiam vel oratorium edificare preſnmat, ſalvis privilegiis Romane eccleſie Templariis & Hoſpitalariis indultis; liceat quoque vobis clericos & laicos, liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſationem veſtram ſine alicujus contradictione recipere; ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum donatiooi & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati vel interdicti fuerint, nullua obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Probibemus inſuper, ut nulli fas ſit in vos vel converſos veſtros excommunicationis, aut in monaſterium veſtrum interdicti ſententiam, niſi de mandato Romani pontificis, promulgare. Decernimus ergo *&c.* ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & io predictis capellis dioceſanorum epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur *&c.* Datum Anagnie per manum Gratiani S. R. E. ſubdiaconi & notarii idus januarii indictione nona incarnationis Dominice anno M. C. LXXV. pontificatus vero Domini Alexandri pape III. anno XVII. Ceterum ut bujuſmodi tenor omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat ſic inſertus, apoſtolica auctoritate decernimus, ut illnd idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem per omnia habeat & teneat, que habet privilegium ſupradictum, & ſtetur ei firmiter in omnibus, & fidem per omnia faciat, ſicut eidem privilegio ſtaretur, & illud fidem faceret, ſi foret exhibitum vel oſtenſnm. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre annotationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis *&c.* Datum Avinione kal. auguſti anno ſeptimo,

· Johannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis .. abbati & conventui monaſterii ſancti Savini de Montione ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Piſane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Privilegium quoddam Celeſtini pape III. predeceſſoris noſtri vobis ab ipſo conceſſum, quod per dilectum filium noſtrum Petrum tituli ſancti Stephani *&c.* *ut in ſuperiori uſque*, cujus tenor talis eſt. Celeſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dile-

dilectis filiis Bono abbati monaſterii ſancti Savini ejuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum . Quotiens a nobis petitor &c. Hujus rei gratia dilecti in Domino filii patrum & predeceſſorum noſtrorum felicis memorie Eugenii & Alexandri piis veſtigiis inherentes veſtris juſtis poſtulationibus &c. ut in *ſuperiori*. Datum Laterani per manum Egidii ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis VIIII. kal. maji indictione ſecunda anno Dominice incarnationis M. C. XCIII. pontificatus domini Celeſtini pape III. anno tertio. Ceterum ut hujuſmodi tenor &c. *ut in ſuperiori uſque in finem*. Datum Avinione kal. auguſti anno ſeptimo.

CCLXIX.

Berengarii ep. Tuſculani commiſſio eidem abbati S. Savini de Piſis.

Anno 1322. XVI. kal. decembris.

Ex arch. archiepiſc. Piſarum.

Ibidem. BErengarius miſeratione divina epiſcopus Tuſculanus religioſo viro.. abbati monaſterii ſancti Savini Piſarum ordinis ſancti Benedicti ſalutem in Domino. Porrectis nobis ex parte Johannis presbyteri ſacriſte majoris eccleſie Piſarum ſupplicationibus, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuentes, auctoritate domini pape, cujus penitentiarie curam gerimus, tue diſcretioni committimus, quatenus ipſius Johannis confeſſione diligenter audita, ſi eum inveneris pro violenta injectione manum in presbyteros vel clericos alios in ſacris vel minoribus ordinibus conſtitutos, aut alias perſonas eccleſiaſticas, religioſas vel ſeculares uſque vel citra effuſionem ſanguinis, abſque tamen alia enormi ſeu difficili leſione, aut arma portando, ad taxillos vel alios illicitos ludendo, cum excommunicatis, non tamen in crimine, partecipando, horas canonicas dicere omittendo, hortos, vineas, tabernas, prata, blada, & alia vetita & inhoneſta loca intrando, decimas, ſalaria .... impoſitiones & debita in ſtatutis terminis non ſolvendo, conſtitutiones etiam & ſtatuta ſynodalia & provincialia ac mandata generalia legatorum, delegatorum & ſubdelegatorum apoſtolice ſedis .... ordinariorum aliorumque judicum & ſuperiorum ſuorum tranſgrediendo, excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias incurriſſe, nec in tales generaliter promulgatas, & ſuper hiis abſolutionis beneficio non obtento in ſuis, non tamen in contemptum clavium, ordinibus miniſtrando vel ſe divinis officiis immiſcendo irregularitatis maculam contraxiſſe, poſt quam paſſis injuriam, & aliis, ſi quibus ob premiſſa ad ſatiſfactionem tenetur, ſatisfecerit competenter, ipſum a dictis ſententiis, reatu perjuriorum & peccatis ſuis aliis, que tibi confitebitur, niſi talia ſint, propter que neceſſario ſit ſedes conſulenda predicta, & dictarum horarum omiſſione abſolvas hac vice in forma eccleſie conſueta, & injuncta inde ſibi pro modo culpe penitentia ſalutari, & aliis, que de jure ſunt injungenda, quodque ſi quibus per ejuſmodi perjuria damna intulerit, ſatisfaciat competenter, & ſi licita ſunt juramenta, ad eorum & dictarum horarum obſervantiam redeat, ut tenetur, eoque ad tempus, prout expedire videris, a ſuorum ordinum exequutione ſuſpenſo, demum ſuffragantibus ſibi meritis alioque canonico non obſtante ſuper irregularitate inde contracta diſpenſes auctoritate predicta miſericorditer cum eodem.

Datum Avenione XVI. kalendas decembris pontificatus domini Johannis pape XXII. anno VII.

CCLXX.

Electio prioris S. Jo. Baptiſte de Clodia.

Anno 1324. XXIII. januarii.

Ex tabul. S. Mathie de Muriano capſ. S. Philippi.

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo CCC. XXIIII. *Ibid. n. 6.* indictione VII. tempore ſanctiſſimi patris domini Johannis pape XXII. die XXIII. menſis januarii in heremo ſancti Mathie de Murano Torcellane dioceſis ordinis Camaldulenſis. Noverint univerſi preſentem paginam inſpecturi, quod ego frater Benedictus prior heremi ſancti Mathie predicte de voluntate & conſilio & aſſenſu omnium monachorum monaſterii antedicti, videlicet dompni Guilielmi de Placentia, dompni Franciſci de Galiata, dompni Thome de Marchia, dompni Venture Boldu de Venetiis, dompni Johannis de Alamannia & aliorum habentium vocem ad talia facienda & ordinanda. Vacante monaſterio ſancti Joannis-

bapti-

baptiſta de Clugia per renunciationem dompni Venture Boldu de Venetiis quondam prioris dicti loci ordinis memorati ad dictum ſancti Mathie nullo medio pertinentis, facio, ordino & conſtituo priorem & rectorem dicti monaſterii ſancti Johannis de Clugia religioſum & honeſtum virum dompnum Marchum de Murano noſtri monaſterii & ordinis monachum & profeſſum, dans eidem plenam & liberam facultatem & adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus tractandi, & faciendi & adminiſtrandi plene & libere quecumque verus & legitimus prior, rector & adminiſtrator poteſt & debet pure & legitime exercere. Reſervata ſemper auctoritate mihi & ſucceſſoribus meis in dicto loco ſancti Johannis inſtituendi & deſtituendi, corrigendi & reformandi quecumque corrigenda, agenda & reformanda ſunt per me & ſucceſſores meos futuris temporibus in ſancti Johannis monaſterio ſepedicto, ſecundum regulam beati Benedicti & Camaldulenſis ordinis inſtituta. Adnuente beneplacito voluntatis fratribus autem tam monachis, quam converſis monaſterii antedicti ſancti Johannis precipio per obedientiam ſalutarem, quatenus dompno Marcho priori predicto in omnibus, que ad Deum pertinent, & ſtatum regularis obſervantie ſine contradictione aliqua debeant obedire, ad hoc ut per veram obedientiam & humilitatem, quam Deo donante ſervaverint, gratiam Dei in preſenti recipere mereantur, & in futuro gloriam ſempiternam. Amen.

Actum in capitulo dicti loci ſancti Mathie de Murano, preſentibus domino Jannotto Loredano de Venetiis, & Symone quondam Curini de Mugla teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Ego Johannes quondam Alberti de Saxonia imperiali auctoritate notarius predictis omnibus preſens fui, & rogatus ſcripſi & publicavi.

CCLXXI.

Acta in cauſa monaſterii S. Salvatoris de Aquapagana.

Annis 1325. & 1326.

Ex arch. S. Romualdi de Urbe. Faſc. xv. 14.

Ibid. n. 26. IN nomine Domini, amen. Anno M. ccc. xxv. tempore domini Johannis pape XXII. indictione viii. die xviii. menſis januarii ad bancum juris curie generalis ducatus Spoleti ſitum in clauſtro majoris eccleſie Fulginatenſis, preſentibus magiſtro Thoma Strucci de Fulginio, & magiſtro Nicola Jacobi de Trevio teſtibus. Dominus Daniel Bonjohannis de Nucerio, & Moreſius Vangnarelli de Aquapagana ſive de Rochetta ſponte ipſi & ſinguli eorum fecerunt *&c.* ſuum verum & legitimum procuratorem *&c.* magiſtrum Angelum Pacis de Fulginio preſentem & ſuſcipientem contra Vannem Gelfutii *&c.* & in cauſa, quam dictus Moreſius habet cum abbate monaſterii Vallis-caſtri, ac priore ſancti Salvatoris de Aqua-pagana *&c.*

Ego Raynutius Philippi de Trevio *&c.* notarius *&c.* ſcripſi & publicavi.

In nomine Domini, amen. Anno Domini M. ccc. xxvi. indictione ix. die xxvii. dominus Santorus judex generalis ducatus Spoleti & in ipſo ducatu in ſpiritualibus vicarius generalis ad bancum juris in clauſtro domorum majoris eccleſie Fulginatis pro tribunali ſedens in cauſa appellationis vertente inter magiſtrum Jacobum Nicole de Gualdo ſindicum abbatis monaſterii & conventus ſancti Romualdi Vallis-caſtri Camerinenſis dioceſis ſindicario nomine ex una parte, & Moreſium Vangnarelli de Rocchetta, & magiſtrum Angelum Pacis ejus procuratorem ex altera, pronuntiavit tempore proſequende appellationis predicta .... *&c.*

Ego Raynutius Philippi de Trevio *&c.* notarius *&c.*

In nomine Domini, amen. Hec eſt copia quorumdam actorum repertorum in libris ſeu quaternio cauſarum civilium curie generalis ducatus Spoleti facto *&c.* tempore rectorie reverendi viri domini Johannis de Amelia archidiaconi Forojulienſis ducatus predicti in ſpiritualibus & temporalibus rectoris per ſanctam Romanam eccleſiam generalis *&c.* ſcripto per me Raynutium Philippi de Trevio *&c.* notarium generalem ſub anno Domini M. ccc. xxvi. indictione ix. *&c.*

Die iii. menſis junii conſtitutus coram rev. viro domino Santoro canonico Eſculano *&c.* Jacobus Nicole de Gualdo *&c.* procurator abbatis *&c.* Vallis-caſtri *&c.* exhibuit coram dicto judicen exceptiones tanoris & continentie infraſcripte *&c.*

Coram vobis rev. viro domino Santoro *&c.* magiſter Jacobus Nicole *&c.* contra Moreſium Vagnarelli *&c.* & contra quedam inſtrumenta, ſi inſtrumenta

dici poſſunt, per eum producta coram vobia in cauſa appellationis interpoſite coram vobis . . . . de dicto Moreſio, ſi ioſtitutio dici poſſit in eccleſia antedicta ſancti Salvatoris per dictum epiſcopum Spoletanum in his ſcriptis excipiendis & excipiendo proponit & opponit dicens, quod dictis talibus inſtrumentis fides adhiberi oon debet, & cauſis & rationibus infraſcriptis.

In primis quibuſdam literis productis in forma cujuſdam abſolutinois facte de quibuſdam teſtibus receptis ad ioſtantiam dicti Moreſii, ſi abſolutio dici poſſit, fides adhiberi non deberet, & hoc ideo cum veget . . . pro parte dicti ſyndici ipſum domioum Jacobum babuiſſe aliquam poteſtatem tales literas tranſmittendi, ac etiam ipſum ac eumdem dominum epiſcopum Spoletanum habuiſſe aliquam poteſtatem ipſos abſolvendi, quam eiſdem de tali debito eiſdem nulla eſt adtributa poteſtas.

Item aliis inſtrumentis, ſi inſtrumenta dici poſſunr, productis in forma quarumdam inſtitutiooom fidea adhiberi non debet, & hoc ideo cum pooentem oon habeaot in aliquo relevare.

Has autem exceptiones proponit & opponit dictus ſyndicus ſalvia ſibi omnibus aliis ſuo loco & tempore proponendis & allegandis.

Die IV. menſis junii, Dictus judex ſedens pro tribunali &c. pronunciavit fore concluſum in dicta cauſa &c. & ſtatuit terminum dictis partibus ad diem veneris proxime venturum ad allegaodum &c.

Et ego Baldutius olim Jacobi de Gualdo &c. notarius &c.

Io nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam publiei inſtrumenti ſine die & conſule exemplatum per me Angelum olim Benvenuti notarium infraſcriptum, cujus quidem inſtrumenti tenor talis eſt.

Venerabilis pater frater Paparonus Dei gratia epiſcopus Spoletanus attendens, quod eccleſia ſaocti Salvatoria de Aquapagana Spoletane dioceſis plerumque aliquorum vexatiooe turbatur, providere volens, quod ipſa eccleſia cum ſuis juribua ab hujuſmodi vexationibus deſendatur, & in ſtatu pacifico conſervetur, commiſit & mandavit domino Jacobo canonico Narnienſi vicario ſuo per Johannucium Albriconi, Petrarelluin Berardoni, Vengaturum Beoevegnie, Raynaldictum Accuroni, Boccozium Petruczoli & Jacobinum Preioni clericos eidem loco vicino inſt . . . . in eccleſia morata, & eia de parte & de ſorte, ac coofraternitate dicte eccleſie providere procuret, & eos ibidem per alios ipſius eccleſie clericos in omnibua tractare faciat, ſicut . . . . & conſratres, & quod eos per ſe vel alium in poſſeſſionem predictorum inducat, & deſendat iodoctos, contradictores & rebellea per cenſuram eccleſiaſticam monitione previa compeſcendo. In cujus rei teſtimoniom preſens inſtrumentum publicom prefatus dominus epiſcopus fieri mandavit . . . . per Folingium notarium ſubſcriptum mea publica ſubſcriptione munitum.

In nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam exempli quarumdam literarum ſigillatarum ſigillo cere rubee, in quo ſculpta erat quedam imago ſopra ſcutum tenens in brachio ſeu manu ad modum unius floria, & ab uno latere erat ſculpta quedam ſtella, & ab alio latere quedam alia ſtella, & per circuitum erant crux & he litere ✠ S. JACOBI. NICOLATRI. quarum literarum tenor talis eſt,

Venerabili in Chriſto patri domino G.. epiſcopo Spoletano Jacobns Nicolatri de Urbe ducatus Spoleti io ſpiritualibus vicariua generalis ſalutem in Domino. Cnm dominus Johanoes Berarducii, dominua Jacobus Pretoni, Johannutius Albriconi clerici de Aqua-pagaoa Spoletane dioceſis coram nobis comparuerint, & mandatia eccleſie atque noſtris tacto libro corporaliter juraverint in omnibus & per omnia obedire, atque mandata noſtra ſacere ſuper ioquiſitionibus, accuſationibus & excommunicationibus, exbandimentis & ſententiis ac aliis proceſſibus factis & latis, & eos & ipſorum quemlibet ſuper accnſatione ſeu accuſationibus de eis factia per Betonum Johannis de Forcella ſratrem domini Morici mooachi monaſterii Aque-pagane ſuper homicidio, quod dicebatur per eos perpetratum in perſonam dicti domni Morici, paternitati veſtre committimus, & eum reverentia tamen diſtricte percipiendo maodamus, quatenus prefatos dominum Johannem, dominum Jacobum, & dominum Johannutium ab omni ſenteotia ſeu vioculo excommunicationis, quod maneret occaſione predicta, ſeu prolatis contra eos per predeceſſores veſtros juxta ſormam eccleſie abſolvatis eoſdem, impoſita eis peoitentia ſalutari. Daia Fulginii die x..11. quinta indictione. Preſatus namque dominus epiſcopua mandatis dicti domini vicarii volens, ut tenetur, obedire, diligenter predictos dominum Jacobum & Jobannutium ab omni ſen-

tentia

tentis ſeu vinculo excommunicationis, quod maneret, ſeu prolatis contra eos per predeceſſores domini vicarii ſupradicti vel eorum aliquem occaſione, quod in preſatis literis continetur, juxta formam ecclefie auctoritate dicti domini vicarii & ſpeciali commiſſione per ipſum eidem domino epiſcopo facta abſolvit, impoſita eis penitentia ſalutari.

In nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum quarumdam literarum exemplatum per me Angelum notarium infraſcriptum ſine die & conſule, quarum tenor talis eſt.

Petrus miſeratione divina Spoletanus epiſcopus dilecto nobis Conrado Frederici clerico de Salliceto Albanenſis diocefis ſalutem in Domino.

Grata tue familiaritatis obſeqnia, tueque probitatis merita nos inducunt, quod te favore ſpecialis gratie proſequamur, hinc eſt, quod canonicatum, locum, beneficium & prebendam ecclefie ſancti Salvatoris de Aqua-pagana noſtre Spoletane diocefis nunc vacantia, & ad noſtram collationem ſpectantia per mortem domini Boccotii, olim ipſius ecclefie canonici, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ſicut idem dominus Boccotius, dum vixit, obtinuit, tibi conferimus & providemus de ipſis, teque de eis per noſtrum anulum preſentialiter inveſtimus. Committimus quoque harum tenore plebano plebis de Verclano dicte Spoletane diocefis, quod te vel procuratorem tuum tuo nomine in predictorum omnium tenutam & corporalem poſſeſſionem inducat, & tueatur inductum, ac de ipſorum fructibus & proventibus tibi vel tuo procuratori tuo nomine faciat integre reſponderi, contradictores & rebelles, ſi qui fuerint, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. In quorum omnium teſtimonium preſentes noſtro ſigillo munitas tibi concedimus ad cautelam. Data Spoleti die VI. julij.

In nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici inſtrumenti exemplati per me Angelum notarium infraſcriptum ſine die & conſule. Cujus quidem inſtrumenti tenor talis eſt.

Cum rev. in Chriſto pater & dominus dominus frater Bartholus miſeratione divina epiſcopus Spoletanus, ſeu . . ejus vicarius domino Bartholo Aldrevandi de Fulgineo clerico de canonicatu & prebenda ecclefie ſancti Salvatoris de Aqua-pagana Spoletane diocefis providerit de gratia ſpeciali, religioſus vir dominus Johannes prior & dominus Johannes canonicus ipſius ecclefie ad mandatum ſapientis & diſcreti viri domini Corati de Narnia ducatus Spoletani judicis generalis, in cujus domini Corati judicis preſentia conſtituti, volentes dicti domini epiſcopi literis *&c.* in omnibus obedire, receperunt eumdem dompnum Bartholum ad oſculum pacis in ipſorum & dicte ecclefie canonicum & in fratrem, cum plenitudine .... canonici, promittentes ſibi aſſignare ſtallum in choro, locum & vocem in capitulo, & ipſis uti, cum ad prefatam ecclefiam ſancti Salvatoris voluerit ſe conſerre nomine omnium jurium, pertinentiarum & reddituum ad canonicatum & prebendam predictos ſpectantium.

In nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum *&c. ut ſupra*.

Reverendus in Chriſto pater & dominus dominus frater Bartholus Dei gratia epiſcopus Spoletanus habita de hiis licentia a ven. viro domino Eorico de ſancto Elpidio vicario rev. in Chriſto patris domini Franciſci Dei gratia epiſcopi Florentini, ut patere vidi per ejuſdem vicarii literas ſigillo curie dicti epiſcopi Florentini a tergo munitas, Moreſſium Vagnarelli de Rocchetta Aque-pagane Spoletane diocefis ſecularem cupientem adſcribi militia clericali, quem idoneum invenit in natalibus, ſcientia & etate, per primam ſui capitis tonſuram clericali charactere inſignivit juxta formam ecclefie conſuetam, mandans de hiis per me Claroczium notarium confici publicum inſtrumentum.

In nomine Domini, amen. Hoc eſt exemplum *&c.*

Frater Bartholus miſeratione divina epiſcopus Spoletanus dilecto nobis in Chriſto Moreſſo clerico nato Vagnarelli canonico ecclefie ſancti Salvatoris de Aqua-pagana Spoletane diocefis ſalutem in Domino.

Tue probitatis merita, ſuper quibus nobis fide dignorum teſtimonin commendaris, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Igitur cum in dicta ecclefia ſancti Salvatoris de Aqua-pagana noſtre diocefis Spoletane, ubi certus canonicorum & clericorum numerus non exiſtit, ſint fructus, redditus & redditus adeo pingues & excreti, quod eis plures, quam ibi ſint, poſſint canonici & clerici commode ſubſtentari; nos conſiderantes cultum divinum augere, potius quam minuere, canonicatum ipſius ecclefie ſancti Salvatoris tibi conferimus & providemus de eo, & te in ejuſdem ecclefie canonicum de novo inſtituimus, facimus & creamus, teque de ipſo canonicatu cum plenitudine juris canonici per noſtrum anulum preſentialiter inveſtimus.

Committimus etiam Fortie Actuzoli ejuſdem eccleſie canonico in noſtra preſentia Conſtituto, & Vanni Andree clerico eccleſie ſancti Martini de villa ſancti Martini dioceſis ſupradicte, & cuilibet eorum in ſolidum, quod te in corporalem tenutam & poſſeſſionem dicti canonicatus, & jurium & pertinentiarum ſuarum inducant & defendsnt inductum, tibique ſaciant de fructibus, redditibna, proventibus & obventionibus dicte eccleſie, ſicut uni ex aliis ipſius eccleſie canonicis fit, integre reſponderi, teque in dicte eccleſie canonicum recipi & fratrem, ſtallum in choro, & locum in capitulo dicte eccleſie faciendo tibi plenarie aſſignari. Contradictores & rebelles, ſi qui ſuerint, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. In quorum omnium teſtimonium predicta msndavimus per Claroczium noſtrum ſ.... notarium publicari, & noſtri ſigilli sppenſione muniri.

† Et ego Angelus olim Benvenuti Bonguadagni de Fulgineo *&c.* notarius *&c.* fideliter exemplavi *&c.* ſub annis Domini M. CCC. XXVI. indictione VIIII. die VII. menſis junii, preſentibus magiſtro Jacobo Vannis de Fulgineo & magiſtro Franciſco Muccii de Aſſiſio teſtibus in dictis rogatis.

CCLXXII.

Electio rectoris S. Petri de Valſavignone.

Anno 1325. XIV. maji.

Ex reg. Trivienſi Nerii, pag. *6.*

Ibid. n. 24 IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. CCC. XXV. VIII. indictione tempore domini Johannis pape XXII. die XIIII. menſis madii preſentata ſuit electio eccleſie ſancti Petri de caſtro de Valſavignonia per Amannatum filium olim Fateboni de Nsſetto, qui nunc moratur in predicto caſtro Valſavignonis, parochianum predicte eccleſie & nuntium domni Federici abbatis monaſterii ſancte Marie de Tribio, presbytero Juncte rectori eccleſie de Turre, quo melius & plenius potuit, de jure vel de ſacto eum omnibus & ſingulis ad apreſentstionem pertinentibus; predictus presbyter Juncta predictam electionem recepit, accepit & acceptavit cum omnibus & ſingulis capitulis ad predictam accepstionem pertinentibus predicte electioni *&c.*

Actum in cimiterio eccleſie de ſancto Angelo ante portsm, preſentibus presbytero Amadore rectore predicte eccleſie ſancti Angeli, & Fucio de Chironis de villa Tribit *&c.* & aliis pluribus teſtibus ad hec rogatis & vocatis.

Et ego Nerius quondam Uguccii *&c.* notarius *&c.*

CCLXXIII.

Johannes papa XXII. erigit monaſter. Fontis-avellane in abbatiam.

Anno 1325. XV. kal. martii.

Ex apographis Avellanenſibus,

JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ibidem n. 43. dilecto filio Hubaldo abbati monſterii ſancte Crucis Fontis-avellane eccleſie Romane immediate ſubjecti ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sancta Romana eccleſia, que ſuper omnes alisa orbis obtinet divina diſpoſitione primatum, de ſtatu proſpero eccleſiarum & religioſorum locorum ordinat & diſponit, prout diverſitatibus temporum & locorum, qualitatibus perſonarum, & cauſarum circumſtantiis matura deliberatione penſatis, concipit ſalubrius & utilius expedire, ſue quoque providentie ſtudio eiſdem eccleſiis atque locis miniſtros depntat, rectores conſtituit, & prefigit paſtores idoneos, ſub quorum fide, fida circumſpectionis induſtria, & diligentia ſtudioſa eccleſie ac loca ipſa eorum gubernationi commiſſa regantur feliciter, & ad ſalutaria dirigantur. Nuper ſiquidem ſuadentibus certis rationabilibus cauſis, que ad id noſtrum animum induxerunt, dilectum filium Moricum, nunc abbatem monaſterii ſancti Benedicti prope Eugubium ordinis ejuſdem Sancti, olim per priorem ſoliti gubernari, ad eamdem Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, dicti ordinis Eugubine dioceſis, non tamen vitio perſone ipſius Morici a regimine ipſius heremi de fratrum noſtrorum conſilio duximus amovendum, ac dictam heremum in monaſterium, & prioratum ipſius in abbatiam ereximus, dictumque prioratum ex tunc abbatie titulo & honore ſpecialiter inſignivimus, auctoritate apoſtolica firmiter ſtatuentes, quod dicta heremus de cetero monaſterium, & prioratus ipſius abbatia ex tunc in antea cenſeantur, & perpetuis temporibus appellentur, de dicto eorumdem fratrum conſilio & aſſenſu;

deinde

deinde namque diligentius attendentes, quod tu nunc abbas ejuſdem monaſterii ſancti Benedicti fructuoſius proficere poteras prefato monaſterio ſancte Crucis, conſiderantes etiam attentius merita virtutum, & dona etiam gratiarum, quibus ex teſtimoniis fide dignis te intelleximus inſignitum, de perſona tua, licet abſente, dicto monaſterio ſancte Crucis per amotionem hujuſmodi tunc vacanti, non obſtante, quod in eo aliter & alterius coloris, quam in eodem monaſterio ſancti Benedicti, habitus regularis habetur, de conſilio predicto, auctoritate apoſtolica providemus, teque ipſi monaſterio ſancte Crucis preficimus in abbatem; & volumus, ut ex nunc in antea geſtes habitum hujuſmodi, qui, ut preſertur, habetur in dicto monaſterio ſancte Crucis, curam & adminiſtrationem ejuſdem monaſterii ſancte Crucis tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committentes, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod gratia tibi opitulante divina, preſatum monaſterium ſancte Crucis ſub tuo felici regimine, tuoque miniſterio fructuoſo in utriſque ſuſcipiet augmenta commodi & honoris. Curam itaque regiminis predicti monaſterii ſancte Crucis prompta devotione ſuſcipiens, & ſupportans humiliter, in ampliandis honoribus & profectibus procurandis ejuſdem monaſterii ſancte Crucis te gerere ſatagas, ſine intermiſſione ſolicitum & fidelem, manutenendo illud in ſuis bonis ac juribus, & etiam defenſando. Ita quod monaſterium ipſum gubernatori circumſpecto, & ſtudioſo adminiſtratori evidenter ſentiat ſe commiſſum, tuque preter eterne retributionis premium merearis aſſiduum benedictionis, & gratie percipere incrementum.

Datum Avenione xv. kal. martii pontificatus noſtri anno IX.

Loco ✠ plumbi.

CCLXXIV.

Idem vult, ut abbates ejus loci benedictionis munus recipiant ab apoſtolica ſede.

Anno 1325. kalendis junii.

Ex iiſdem apographis.

Ibidem. JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Ubaldo abbati monaſterii ſancte Crucis Fontis-avellane ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum nuper de perſona tua monaſterio, quondam eremo ſancte Crucis Fontis-avellane, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinenti, ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis tunc vacanti, duxerimus providendum, preficientes te dicto monaſterio in abbatem, nos decens & congruum arbitrantes, quod licet eo tempore, quo dicta eremus, prius quam in monaſterium per nos fuiſſet erecta, per priores erat ſolita gubernari, dicti priores non conſueverunt benedici, tu tamen, ac ſucceſſores tui abbates ipſius monaſterii, qui erunt pro tempore, munus benedictionis recipere debeatis; tuis ſupplicationibus inclinati, quod tam tu, quam ſucceſſores predicti, poſtquam ad regimen dicti monaſterii canonice promoti, & aſſumpti fueritis in abbates, munus benedictionis ſuſcipere teneamini juxta morem eccleſie, vel a ſede apoſtolica, vel ejus legato, ſi ſit in provincia de latere noſtro miſſus, vel alio, cui eadem ſedes committendum duxerit, illud recepturi, auctoritate preſentium tibi, & dictis ſucceſſoribus concedendum duximus, & etiam ordinandum. Nulli ergo &c. noſtre conceſſionis & ordinationis &c.

Datum Avenione kal. junii pontificatus noſtri anno IX.

CCLXXV.

Electio abbatis Vergaretani.

Anno 1325. XXVIII. ſeptembris.

Ex regeſto Trivienſi, pag. 222.

ANno Domini M. CCC. XXV. indictione VIII. tempore domini Johannis pape die XXVIII. menſis ſeptembris in monaſterio de Vergareto in domo nova dicti monaſterii, preſentibus presbytero Flore rectore eccleſie ſancti Donati de Strabatenzio, Nerio Guarducii de Vergareto clerico dicti monaſterii, Sancte de Bocone, Vanne Cennis de Caſtello, presbytero Baldo de Montarrolo capellano dicti monaſterii teſtibus &c. Cum predictum monaſterium ſancti Angeli de Vergareto paſtore & rectore vacaret per mortem domni Matei olim abbatis dicti monaſterii, cum monachi & capitulum ipſius monaſterii ſuper providendo ei de rectore & abbate compromiſiſſent omnes in dompnum Lucam & dompnum Michaelem monachos ipſius monaſterii, & dediſſent eis vices ſuas, ut eli- *Ibid. n. 24.*

Digitized by Google

eligerent rectorem & abbatem in ipſo monaſterio, ſicut dicebatur continerl io inſtrumento &c. predictus dompnus Michael perſonaliter requiſivit dictum domnum Lucam ibi preſentem, quod cum eo veniret, & eſſet in eccleſia dicti monaſterii, quando campana ſonaverit, ipſa die ad tractandum & eligendum abbatem, & io ipſo monaſterio, & ipſum terminum ei peremtorie aſſignavit, quando campana ſonata fuit in dicta eccleſia.

Item eodem die, loco & teſtibus. Presbyter Flore de Strabatenzi tamquam vicarius, & nuntius domini Ferracini & domini Pandulfi de Malateſtis, & nobilium virorum Leuzini & Manfredi de Vallbona publice pro eis proteſtatus fuit & dixit, quod nullus deberet eligere vel nominare in rectorem vel abbatem in dicto monaſterio contra voluntatem dictorum dominorum & nobilium.

Eodem anno & die in eccleſia monaſterii ſancti Angeli de Vergareto, preſentibus, *ut ſupra*. Cum monaſterium ſancti Angeli de Vergareto rectore vacaret &c. & cum dictus domnus Michael requiſiviſſet perſonallter dictum domnum Lucam, ut veniret in dictam eccleſiam, ſtatim cum campana ſonata fuit, ad tractandum & eligendum rectorem, & campana ſonaverit ad hoc, ut lpſe dompnus veniret in eccleſiam ſupradictam, & per magnam horam expectans ipſe domnus Lucas non veniret, ſed de dicto monaſterio receſſiſſet ad alias partes, dictus domnus Michael nolens, quod propter temporis dilationem dampnum vel periculum ipſi monaſterio eveniret, ad bonorem & reverentiam Dei & beate Marie virginis, & beati Michaelia archangeli, & beati Bartholomei apoſtoli patronorum dicti monaſteril & omnium Sanctorum Del, & ad honorem ſancte Romane eccleſie, & domini Johannis pape, & totius capituli Romane eccleſie, & ad honorem & ſtatum dominorum de Malateſtis & nobilium dominorum Leuzini & Manfredi de Galiata, & omnium amicorum dicti monaſterii, & omnium fidelium ipſius monaſterii, nominavit & expreſſe elegit religioſum virum dompnum Rainaldum monachum dicti monaſterii in abbatem & rectorem monaſterii ſupradicti ſancti Angeli de Vergareta.

Die predicta & loco poſt horam nonam, preſentibus, *ut ſupra*, domnus Michael monachus ipſius monaſterii preſentavit dompno Rainaldo monacho ejuſdem monaſterii electionem de eo factam in abbatem & rectorem ipſius monaſterii, rogans eum, ut dictam electionem reciperet, & acceptaret, qui dompnus Rainaldus electus humiliter cogitans, & ſtans per horam, & ſe reputans indignum & inſufficientem, aſſenſir tamen precibus, & inclinatus humiliter ipſam electionem recepit, acceptavit, & conſenſir eidem.

Et ego Buldrone notarius &c.

CCLXXVII.

Charta monaſterii S. Salvatoris de Aqua-pagana.

Anno 1326. xxvi. julil.

Ex autographo ſancti Blaſii de Fabriano.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini M. ccc. xxvi. indictione viiii. *Ibid. n. 16.* tempore domni Johannis pape XXII. die xxvi. menſis julii. Actum Fulginii in domo domni Thome.... ſeu fratris Johannis domni Jacobi, coram dompno Leto Rizuti .... domno Egidio de Runilglita canonico Fulginii, Bartbolutio .... familiari abbatis Vallis-caſtri, & Vangni Inutuli de Peruſio teſtibus rogatis & vocatis. Cum monaſterlum ſancti Salvatoris de Aqua-pagana fuerit & ſit membrum Vallis-caſtri conventuale & collegiatum, & viguit & viget obſervantia regularis, ſolitum regi & gubernari per monachos religloſos dictl monaſterii Vallis-caſtri ſecundum ritum religioſum, & ſecundum obſervantiam dicti monaſterii Vallis-caſtri, & dompnus Angelus Hieronymi clericus ſecularis in dicto monaſterio ſancti Salvatoris a ven. patre domno Arnaldo ſancte Marie in Porticis diacono cardinale tunc legato in valle Spoletana, Marchia & aliis provinciis, tacita veritate, & contra jus & juſtitiam canonicatum ſeu prebendam in dicto monaſterio ſancti Salvatoris de Aquapagana impetravit, & aliquanto tempore ipſam prebendam ſeu canonicam ſic injuſte per vim tenet; & modo dictus dompnus Angelus dictam prebendam & canonicatum in anime ſue periculum ſe tenere non velit, ad preſentiam religioſi viri dompni Hermanni abbatis monaſterii Vallis-caſtri monaſterium ſancti Salvatoris tamquam membrum dicti monaſterii Vallis-caſtri, & ex conceſſione ..... nomine dicti monaſterii Vallis-caſtri recipiantis ab epiſcopo Spoletano, ſi quid juris habet in dicto monaſterio ſancti Salvatoris tamquam diocelano locum tenens dictus abbas in dicto monaſterio ſancti Salvatoris epiſcopi ſu-

ſupradicti, conſtitutus ſupradictus dompnus Angelus coram ſupradicto abbate, dictus dompnus Angelus non vi, nec dolo inductus, nec metu confeſſus eſt omnia ſupradicta eſſe vera, & modo predicto impetraſſe, & confeſſus fuit omnia, que percepit de ipſo monaſterio, habuiſſe & percepiſſe minus juſte, petens intuitu Dei ſe dimitti & abſolvi ab ipſo domno abbate, & nihilominus expreſſe, & ex certa ſcientia dicte prebende & canonicatui, ſi prebenda & canonicatus dici poſſunt, renuntiavit expreſſe & reſignavit atque quietavit, atque dictam prebendam & canonicatum confeſſus eſt &c. & ad majoris roboris firmitatem predicta omnia & ſingula ſupradicta tactis Scripturis corporaliter juravit ad ſancta Dei evangelia rata & firma tenere, & in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa.

Et ego Thomas Somey de Fulginio imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius predictis omnibus interfui, & ut ſupertius legitur, rogatus ſcripſi & publicavi.

CCLXXVII.

Johannes XXII. eximit monaſterium S. Savini de Piſis a congregatione Camaldulenſi.

Anno 1326. v. kal. januarii.

Ex tabulario S. Michaelis in Burgo Piſarum.

Ibid p. 19.

JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad circumſpectam Romani pontificis providentiam pertinet, & paſtoralis officii debitum exigit, ut inter eccleſiarum & monaſteriorum prelatos interdum queſtionibus ſuſcitatis, & per litigium non ſine ipſorum gravibus ſumptibus & diſpendiis diutius agitatis ſuper eis materiam diſſenſionis evellat, precidat..... & quantum finit humana diſcretio, debitum illis finem imponat. Dudum ſiquidem inter dilectos filios priorem & conventum heremi Camaldulenſis Aretine dioceſis pro ſe & ordine Camaldulenſi ex una parte, & abbatem & conventum monaſterii ſancti Savini ordinis ſancti Benedicti Piſane dioceſis ex altera, queſtione ſuborta ſuper eo, quod iidem prior & conventus Camalduleoſis dicebant, monaſterium ipſum ejuſque abbatem & priorem pro tempore, ac monachos & conventum fuiſſe & eſſe dicti ordinis Camaldulenſis, & priori & ordini Camaldulenſi in viſitatione & correctione & aliis pleno jure fore ſubjecta, confirmatione, electione, & inſtitutione & deſtitutione dicti abbatis, quas ad Romanum pontificem pertinere recognoſcebant, dumtaxat exceptis, prefatis abbate & conventu predicti monaſterii ſancti Savini pro ſe & ipſo monaſterio, priore & monachis ejuſdem, quo ad hoc quod fuiſſent vel eſſent ordinis Camaldulenſis prelibati, & eidem ſubjecta in contrarium aſſerentibus, ac queſtione ipſa ad apoſtolice ſedis examen legitime deducta, & coram pluribus auditoribus a diverſis Romanis pontificibus predeceſſoribus noſtris ad cognitionem deputatis ipſius diutius agitata. Tandem nos ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti cauſam eamdem ad ſupplicationem prioris & conventus heremi & ordinis Camaldulenſis predictorum, bone memorie Guilielmo tit. ſancti Cyriaci presbytero cardinali commiſimus audiendam, & nobis poſtmodum referendam. Comparentibus itaque coram ipſo cardinale procuratoribus partium predictarum ab eiſdem legitime conſtitutis, procurator prioris & conventus heremi predictorum pro ipſis & dicto ordine Camaldulenſi propoſuit, dictum monaſterium ſancti Savini, ac abbatem, & priorem, & monachos & conventum ipſius monaſterii fuiſſe & eſſe dicti ordinis Camaldulenſis, & dicto priori heremi & ordini Camaldulenſi, confirmatione electionis, inſtitutione & deſtitutione abbatis monaſterii ejuſdem exceptis, pleno jure ſubjecta, ac priores, qui pro temporibus fuerunt ipſius heremi & ordinis Camaldulenſis, fuiſſe in poſſeſſione ſeu quaſi abbatem, priorem, monachos & conventum dicti monaſterii ſancti Savini, & ipſum monaſterium viſitandi, corrigendi, monendi, excommunicandi, & ſuſpendendi, interdicendi, abſolvendi, & ipſos monachos & converſos & familiam ipſius monaſterii revocandi & mutandi, & ad alia loca dicti ordinis Camaldulenſis transferendi, & alios in eodem monaſterio ſubrogandi, & ponendi novos, & ordinandi perſonas & familiam ad officia ipſius monaſterii, & de bonis ejuſdem diſponendi, & alias plenarie ſubjectionis eorumdem abbatis, monachorum & conventus & monaſterii ſancti Savini, ac ipſos abbatem, priorem, monachos, & conventum ipſius monaſterii ſancti Savini ſe ſubtraxiſſe de facto ab obedientia & ſubjectione prioris heremi & ordinis Camaldulenſis, & ipſum priorem eadem poſſeſſione de facto

cto

cto ſpoliaſſe nequiter & injuſte, petens pronunciari & declarari ſupradictos abbatem, priorem, monachos & conventum dicti monaſterii ſancti Savini, ac ipſum monaſterium fuiſſe & eſſe predicti ordinis Camaldulenſis, & de ipſo ordine, ac priori heremi & ordinis ejuſdem Camaldulenſis & ipſi ordini de jure ſubjecta pleno jure, ac ſub ipſius prioris ordinis Camaldulenſis ſubjectione & ordinatione debuiſſe & debere ex tunc permanere, confirmatione, inſtitutione & deſtitutione prefatis dumtaxat exceptis; necnon eoſdem priorem & conventum heremi & ordinem Camaldulenſem, & ipſum ordinem ad poſſeſſionem ſeu quaſi premiſſam, qua ſe ſpoliatos dicebant, fuiſſe & eſſe reſtituendos & reintegrandos, ac reſtitui & reintegrari libere & cum effectu, procuratore prefato predictorum abbatis & conventus dicti monaſterii ſancti Savini in contrarium, ut premittitur, aſſerente, & ſuper premiſſis inter partes predictas lite legitime conteſtata, & per eas de calumnia & veritate dicenda preſtito ſacramento, ac nonnullis poſitionibus & articulis exhibitis, & ad eas reſponſionibus ſubſecutis hinc inde coram cardinali predicto, quia per ea, que coram ipſo cardinali in dicta cauſa erant acta, non poterat de ejuſdem cauſe meritis apud ſedem apoſtolicam plene liquere, certis perſonis ad partes, quod teſtes ſuper dictis articulis ſuis, necnon literas & inſtrumenta, que utraque pars coram eis infra certum terminum duceret producenda recipere, & ipſos teſtes examinare, & literas & inſtrumenta predicta tranſcribi facere fideliter curarent, ac poſtmodum atteſtationes teſtium, & tranſumpta literarum & inſtrumentorum eorumdem nobis tranſmitterent ſub ſuis incluſa ſigillis juxta morem, duximus committendum. Cumque coram ſupradictis ad premiſſa in partibus, ut premittitur, per nos deputatis, teſtes, privilegia, literas & inſtrumenta nonnulla utraque pars infra dictum terminum produxiſſet, ipſique deputati ea recepiſſent, examinaſſent, tranſcribi feciſſent, & nobis tranſmiſiſſent juxta traditam per nos eis formam, nos denuo cauſam predictam cardinali prefato duximus committendam, & nobis poſtmodum referendum. Prefixo itaque certo termino peremptorio utrique parti per cardinalem eumdem ad exhibendum & producendum coram eo omnia privilegia, literas, inſtrumenta, jura & munimenta, quibus partes ipſe uti vellent in cauſa predicta, ac productis per partes predictas coram ipſo cardinali tam atteſtationibus & tranſcriptis predictis, & eiſdem atteſtationibus per ipſum publicatis, quam nonnullis originalibus, & inter alia Paſchalis, Calixti, & Alexandri Romanorum pontificum predeceſſorum noſtrorum apoſtolicis privilegiis, literis, & inſtrumentis & munimentis omnibus, quibus utraque pars uti voluit, & poſtmodum concluſo in cauſa prefata, demum idem cardinalis in conſiſtorio coram nobis & fratribus noſtris in cauſa predicta relationem fecit plenariam & fidelem. Nos igitur procuratoribus & advocatis utriuſque partis coram nobis & ipſis fratribus noſtris ſuper hiis, que in dicta cauſa verbo & ſcriptis proponere & allegare voluerunt, ſepius diligenter auditis, & partium predictarum juribus & meritis ejuſdem cauſe plenius intellectis atque diſcuſſis, ac conſideratis omnibus, per que omnis diſſenſionis materia inter partes predictas jam exorta commodius amputari, & ei, que oriri poſſet, impoſterum occurri valeret, ac queſtionem predictam non ſine dictarum partium gravibus ſumptibus & diſpendiis plurimis diutius agitatam, & per litigii anfractus protractam penitus ſopire volentes, deliberatione cum dictis fratribus noſtris habita, preſentibus coram nobis advocatis & procuratoribus antedictis, de eorumdem fratrum conſilio volumus, ordinamus atque decernimus, quod monaſterium ſancti Savini, ejuſque abbas, prior, monachi, & conventus ac perſone ſint & perpetuis temporibus maneant ab omni juriſdictione & poteſtate, atque dominio cujuſvis Romano pontifice inferioris prorſus libera & exempta, & ab eiſdem juriſdictione & poteſtate ac dominio idem monaſterium ipſiuſque abbatem, priorem, monachos, conventum & perſonas preſentes & futuras eximimus de apoſtolice plenitudine poteſtatis, decernentes ex nunc eadem monaſterium, abbatem, priorem, monachos, conventum & perſonas ſolum Romano pontifici & Romane eccleſie, & abſque ullo medio tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſubjacere. Volumus inſuper, & ordinamus atque decernimus, quod dictus prior Camaldulenſis, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, auctoritate apoſtolica dumtaxat valeat per ſe quatuor dumtaxat ſui ordinis perſonis monachis, & uno publico notario ſociatus, aut ſi legitimo & evidenti fuerit prepeditus impedimento, per Majorem dicte eremi poſt priorem eumdem cum totidem perſonis dictum monaſterium ſemel tantum annis

ſin-

ſingulis viſitare, non tamen abbatem, priorem, monachos, conventum aut perſonas ipſius corrigere vel punire, & ſi aliqua in abbate, priore, monachis vel conventu, aut perſonis eiſdem, ſeu aliquo vel aliquibus eorumdem corrigenda ſeu reformanda viderit, inſtet idem prior Camaldulenſis vel dictus major penes ipſum abbatem, ut ſe & illa infra competentem terminum ſibi ab eodem priore vel majore viſitante ſuo arbitrio prefigendum corrigat, prout expediens fuerit, & reformet. Quod ſi dictus abbas in correctione & reformatione hujuſmodi negligens fuerit vel remiſſus, inſinuet illa dictus prior Romano pontifici per eum reformanda & corrigenda, prout viderit expedire. Poſſit etiam idem prior ſuper notoriis contra ipſum abbatem, conventum, & monachos & perſonas dicti monaſterii auctoritate apoſtolica ſupradicta inquirere, ac eidem Romano pontifici ea, que per inquiſitionem invenerit, intimare, non autem corrigendi vel puniendi ullam habeat poteſtatem. Expenſas autem, quas pro hujuſmodi intimatione & inſinuatione fieri continget, ſubibit monaſterium antedictum, ſi dictus prior vera inſinuanda duxerit, & etiam intimanda. Volumus etiam & ordinamus, ut prior Camaldulenſis predictus, ſeu dictus major pro eodem ſingulis annis ratione dicte viſitationis poſſit ſemel, ſi & cum, ut predicitur, prefatum monaſterium viſitabit, procurationem ab eodem monaſterio recipere moderatam; & quod idem prior poſſit auctoritate apoſtolica ſupradicta dictos abbatem & conventum, ſi dictum ſuum officium impediverit in premiſſis, per cenſuram eccleſiaſticam coarctare; decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, ordinationum, conſtitutionum & exemptionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis *&c.*

Datum Avenione v. kal. januarii pontificatus noſtri anno XI.

L. Verul.

CCLXXVIII.

Homines Mazzani fidelitatem praſtant abbati S. Gregorii de Urbe.

Anno 1327. XXV. maji.

Ex codice Gregoriano. pag. 142.

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo treceteſimo vigeſimo ſeptimo pontificatus domini Johannis pape vigeſimi-ſecundi indictione nona menſis madii die vigeſimo quinto. In preſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Conſtituti perſonaliter infraſcripti homines de caſtro Mazzano coram venerabile viro domno fratre Benedicto abbate venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe, videntes & cognoſcentes infraſcripti homines eſſe vaſſallos dicti monaſterii & domni abbatis predicti & fideles, preſtiterunt ipſi domno abbati vice & nomine dicti monaſterii ſacramentum fidelitatis & vaſſallagii cum omnibus ſuis capitulis, & erunt fideles ipſi domno abbati & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, & quod bona ipſi monaſterio conſervabunt inleſa eorum poſſe, & quod dictus domnus abbas non capiatur mala captione, nec erunt in conſilio, auxilio vel favore, ut vitam & membrum perdat. Requiſiti ab ipſo & ſuis officialibus, & hec & alia capitula vaſſallagii & fidelitatis promiſerunt ipſi domno abbati, & ejus ſucceſſoribus inviolabiliter attendere & conſervare, & in nullo contravenire aliqua ratione, cauſa ſive modo, & predicta promiſerunt per ſacramentum tactis ſacroſanctis ſcripturis corporaliter, & dictus domnus abbas, ut vaſſalli & fideles recipiet infraſcriptos ad oſculum pacis, promiſerunt ea, que domini vaſſallis & fidelibus tenentur ſuis. Nomina vero ſunt hec. In primis Ceccus Marchiſanus, Johannes Molendinarius, Trica, Sergius, Nicolaus Clomanus, Nicolecta Johannis, *&c.* *Ibid. n. 30.*

Actum in caſtro Mazzani predicto in eccleſia ſancti Nicolai ipſius caſtri, preſentibus his teſtibus, ſcilicet Johanne Gentile caſtellano, domino Angelo de monte Opulo, Philippo de Marchia, & Petruccio dicto de Porto de caſtro Toſfie ad predicta vocatis & rogatis.

Ego Johannes Serangeli Dei gratia alme Urbis illuſtris prefecti auctoritate notarius, & ordinarius judex, quia his omni-

omnibus interſui, rogatus ſcripſi & publicavi, & in publicam formam redegi ad petitionem & inſtantiam domni abbatis predicti, & ſignum meum poſui.

CCLXXIX.

Collatio eccleſie S. Marie de Flumicello.

Anno 1327. VI. junii.

Ex autographo tabularii canonicor. S. Laurentii de Florentia num. 283.

Ibidem. IN nomine Domini, amen. Anno ejuſdem Domini M.CCC.XXVII. die ſexta menſis junii indictione decima, preſentibus teſtibus rogatis & vocatis, ſcilicet dompno Johanne monacho, Hugolino quondam Vigoroſi converſo monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus, & Sandro quondam Bucci, & Rivio quondam Chalenzani. Vacante dudum eccleſia ſancte Marie in Flumixello dioceſis Foropopulienſis, venerabilis pater dominus dompnus Amatus Dei gratia abbas monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus, ad quem de jure & antiqua conſuetudine jus conferendi dictam eccleſiam pertinere dignoſcitur, nollens dictam eccleſiam manere diutius viduatam, ne propter defectum rectoris in ſpiritualibus & temporalibus dicta eccleſia patiatur aliquam leſionem, predictam eccleſiam ſancte Marie de Flumixello domno Benedicto presbytero & monacho dicti monaſterii contulit cum omni plenitudine juris canonici, & de ipſa per bachulum ſuum, quem geſtabat & tenebat in manibus, canonice inveſtivit, dans & concedens eidem in ſpiritualibus & temporalibus plenam & liberam adminiſtrationem, & predictam eccleſiam eidem contulit, tam jure ſue poteſtatis, quam ſyndicario nomine ſui capituli. Actum in clauſtro ſancti Benedicti predicti.

Ego Vitalis quondam Melii imperiali auctoritate notarius his omnibus predictis interſui, & ea rogatus ſcripſi & publicavi.

CCLXXX.

Johannes XXII. permittit habitum griſei coloris monachis S. Savini de Piſis.

Anno 1327. x. kal. julii.

Ex archivo abbatiæ Florentinæ lib. XXVIII. p. 5. & 13.

JOannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis . . abbati & conventui monaſterii ſancti Savini de Montione ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Piſane dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quamvis in eccleſia Dei preſertim inter perſonas eccleſiaſticas ſacris religionibus deditas per ſedem apoſtolicam approbatis obſervantie diſparitas, & diſſimilitudo habitus habeantur, ipſe tamen ad divine majeſtatis laudem & gloriam, ſalutaremque gratiam pro ſe ipſis, & aliis fidelibus impetrandam convenire in unum regulare ſanctumque propoſitum dinoſcuntur, ſponſa enim Chriſti virtutum varietate circumdata ſoliditate caritatis, & fidei firmitate in veſtitu deaurato a dextris aſſiſtit ſponſo ſuo pre filiis hominum ſpecioſo. Ex tenore ſiquidem petitionis veſtre nobis oblate percepimus, quod orta dudum inter vos ex parte una, & dilectos filios priorem & conventum heremi Camaldulenſis, per priorem ſoliti gubernari, Aretine dioceſis pro ſe, ac ordine Camaldulenſi, ſuper eo quod ipſi prior & conventus minus veraciter aſſerebant monaſterium veſtrum fore dicti Camaldulenſis ordinis, ac heremo & ordini Camaldulenſi prefatis ſubjectum, vobis aſſerentibus idem monaſterium ordinis ſancti Benedicti exiſtere, & ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinere ex altera, materia queſtionis, & cauſa hujuſmodi apud ſedem apoſtolicam diutius ventilata, demum nos auditis, & intellectis juribus, & rationibus utriuſque partis de fratrum noſtrorum conſilio ſententialiter pronuntiavimus, vos & dictum monaſterium perpetuis futuris temporibus manere ab omni juriſdictione, poteſtate ac dominio cujuſvis Romano pontifice inferioris, prorſus liberos & exemptos, & ab eiſdem juriſdictione, dominio, & poteſtate vos & monaſterium ipſum eximimus de apoſtolice plenitudine poteſtatis, ac decrevimus ex tunc vos, & idem monaſterium ſoli eidem Romano pontifici, dicteque Romane eccleſie nullo medio ſubjacere; Ibidem n. 19.

vos

vos ſuper premiſſis ab impetitione dictorum prioris, conventus, & Camaldulenſis ordinis abſolvendo, & nonnulla alia ſalubria circa ſtatum dicti monaſterii, & hujuſmodi negotium duximus ordinanda, prout in noſtris litteris continetur. Cum autem, ſicut aſſeritis, tam in eodem Camaldulenſi ordine, quam in monaſterio prelibato albi coloris, & omnino conſimilis regularis habitus deferatur, voſque metuatis, quod propterea inter vos & eoſdem priorem, conventum, & ordinem Camaldulenſem premiſſa jam ſopita queſtio proceſſu temporis ſuſcitetur, nobis devote ac humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc de opportuno remedio per ſedis apoſtolice clementiam dignaremur. Nos igitur veſtre devotionis exigentibus meritis, volentes in hac parte votis veſtris annuere favorabiliter & benigne, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis ut predictum veſtrum albi coloris habitum in griſei coloris habitum regularem mutare, illumque geſtare, ſi in capitulo generali de communi beneplacito veſtro proceſſerit, valeatis, plenam atque liberam licentiam de fratrum predictorum conſilio auctoritate apoſtolica tenore preſentium elargimur. Decernentes, quod hujuſmodi habitus griſeus, ſi primum cum premiſſo beneplacito mutari contigerit in eodem monaſterio, a vobis, & ſucceſſoribus veſtris perpetuis futuris temporibus deferatur[1]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre elargitionis, & conſtitutionis infringere *&c.*

Datum Avinioni x. kalendas julii pontificatus noſtri anno xi.

CCLXXXI.

Permutatio terrarum permittitur monaſterio S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1328. die III. februarii.

Ex archivo ejuſdem loci.

Ibidem n. 32. IN Dei nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem M. CCC. XXVIII. indictione XI. die III. menſis februarii. Noverint univerſi, quod cum monaſterium ſancti Hippolyti Faventie Camaldulenſis ordinis, ſicut ejuſdem monaſterii ven. & religioſi viri domni Andree abbatis ſupplicatoria petitio continebat, nonnullas poſſeſſiones & terras, tam cultas quam incultas, in petiis & petiolis quampluribus ſeparatim conſtitutas, in pertinentiis ville Zagonarie comitatus Imole poſitas minus utiles habent, quas permutare cum nobili & potenti viro Petro nato quondam domini comitis Alberici comitis de Cunio pro meliori & utiliori dicti monaſterii in quaſdam in diſtrictu & pertinentiis de Solarolo comitatus Imole, & in pertinentiis Caſtrinovi ejuſdem civitatis optaret, quod tamen abſque rev. patris & domini domni Bonaventure ſancte Camaldulenſis heremi prioris & totius ejuſdem ordinis generalis ſpeciali & expreſſa licentia exequi non valebat, idem dictus prior generalis Camaldulenſis utilitatem dicti monaſterii volens minime impedire, ac de fide & ſinceritate prenominati ven. abbatis plene confiſus, ac etiam per ſe ipſum de negotio certificatus ven. viris domnis Jacobo priori loci celle ſancti Maglorii de Faventia, & Ghirardo priori eccleſie ſancti Mauri de Solarolo ejuſdem ordinis, & cuilibet illorum in ſolidum commiſit in ea parte totaliter vices & auctoritatem ſuas, quatenus ambo vel alter illorum, ſi ambo ſimul intereſſe & ſupereſſe non poſſent, ad locum rerum hinc inde permutandarum perſonaliter accedentes, & de qualitate permutationis faciende oculata fide & exploratione competenti diligentius informati, ſi conditionem dicti monaſterii cognoverint eſſici meliorem, contractum permutationis faciende hinc inde auctoritatem ſuam vice dicti domini prioris interponere valeant cum omni ſollemnitate juris, quam exquiſierint contrahentes, dummodo de ſui capituli tractatu, deliberatione & conſenſu procedat *&c.*

Actum in monaſterio ſancti Hippolyti Faventie predicto, preſentibus religioſis viris domnis Ventura de Caſtilione-Aretino ſcriba dicti domini prioris Camaldulenſis, Frederico monacho monaſterii ſancti Frigdiani Piſarum, & Leonardo monacho monaſterii ſancte Elene de Marchia ejuſdem ordinis teſtibus rogatis.

Ego Raynerius filius olim ſer Jacobi vocati Capi de Prata notarii Florentine dioceſis imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius publicus predictis omnibus interfui, & ea de mandato dicti domini prioris Camald. ſcripſi & publicavi.

CCLXXXII.

Lis de finibus abbatiarum Trivienſis & Vergaretane.

Anno 1328. xvii. maji.

Ex regeſto Trivienſi. pag. 230.

Ibidem. IN Dei nomine, amen. Anno Domini M. ccc. xxviii. indictione xi. tempore domini Johannis pape die xvii. menſis madii in loco, ubi dicitur a Lajola prope planum de la Macene in via publica, Coadunati ſimul dompnus Benedictus ſyndicus generalis & vicarius capituli monaſterii de Trivio nomine dicti monaſterii, Facius caſtaldus dicti monaſterii, Nerus Gianelli, Nannus Dandi, Bonomo de Faſolis & Carmelione de Trivio ex una parte, & Cecchus de Valenzana vicarius in Vergareta, dompnus Ventura, dompnus Benvenutus monachi monaſterii de Vergareta, Vanne Gavazza, Averutius Benvenuti, & qui alii de dicta Vergareta pro videndis & claudendis confinibus inter curiam de Trivio, & curiam de Vergareta, dictus dompnus Benedictua nomine dicti monaſterii de Trivio dixit & proteſtatus eſt, quod tota via & ſtrata, que vadit a dicto loco, ubi dicitur Lajola, uſque ad ſummum callem de Volano, eſt de curte Trivii, & quod ipſe nomine monaſterii de Trivio eam corporaliter poſſidebat, & quod nulla perſona in ipſa ſtrata vel deſuper eam verſus planum de Macene, & podium de la Calle aliquam novitatem ſeu moleſtiam faceret contra ejus voluntatem, quia ipſa ſtrata tota erat de curia Trivii, & ipſe domnus B. . & ſui anteceſſores pro dicto monaſterio poſſidebant, & poſſederunt per antiquiſſimum ſpatium temporis. Actum in dicto loco, preſentibus Rainetolo de Civitella, Giorrino de Cameraſcia & Scinello de villa Trivii teſtibus.

Item eodem die, & loco & teſtibus, domnus Ventura & domnus Benvenutus monachi ſupradicti nomine monaſterii de Vergareta dicebant, quod ipſa ſtrata erat in curte de Vergareta &c.

Et ego Buldrone not. &c.

CCLXXXIII.

Aliquot eccleſie uniuntur monaſterio Vallecaſtrenſi.

Anno 1328. xv. kal. julii.

Ex apographo olim penes Grandium.

JOhannes miſeratione divina ſancti Theodori diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus dilectis in Chriſto . . abbati & conventui monaſterii Vallis-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis ſalutem in Domino. Habentes in deſideriis, ut pia loca in ſtatu ſalubri & proſpero gubernentur, ubi contrarium accideret, condigne pro viribus libenter ſubſidium impertimur. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod occaſione guerrarum & diſſenſionum in illis partibus longo tempore jam vigentium, fructus, redditus & proventus, ac bona ipſius monaſterii ſunt adeo diminuta, quod ex illis non valetis inibi commode ſuſtentari, nec hoſpitalitatem facere conſuetam; quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut pio vobis compatientes affectu parochiales eccleſias ſancti Salvatoris de Aqua-pagana & ſancti Stephani de Arcella Spoletane & Eugubinenſis dioceſis ipſi monaſterio immediate & pleno jure ſubjectas, & per monachos ejuſdem monaſterii ad beneplacitum ipſius abbatis ſolitas gubernari, cum omnibus juribus & pertinentiis earumdem eidem monaſterio in expenſarum & onerum ſubſidium unire dignaremur. Nos igitur per venerabilem in Chriſto patrem dominum Petrum epiſcopum Marſicanum cancellarium noſtrum, cui ſuper predictis inquiſitionem commiſimus plenariam, informatione recepta, & volentes vobis & dicto monaſterio de opportuno remedio providere, eccleſias ipſas ſancti Salvatoris & ſancti Stephani cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis dicto monaſterio veſtro Vallis-caſtri, qua fruimur auctoritate, unimus, incorporamus & perpetuo ammenſamus, ita quod perinde in antea liceat vobis & ſucceſſoribus veſtris abbatibus & conventui ipſius monaſterii, qui pro tempore fuerint . . . . . & corporalem poſſeſſionem earum per vos, vel alium ſeu alios ingredi, apprehendere & tenere, ipſarumque fructus, redditus & proventus percipere, & in uſus veſtros communes libere deputare, proviſo quod eccleſie ipſe detrimentum non ſuſcipiant in divinis, & animarum cura in eis nul- *Ibid. n. 29.*

late,

latenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat banc paginam noſtre unionis, incorporationis & annexationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Reate xv. kalendas julii pontificatus ſanctiſſimi domini domini Jobannis pape XXII. anno XII.

CCLXXXIV.

Locatio ſtagni ſalini facta a vicedomino Portuenſi pro parte, quæ ad epiſcopum Portuenſem ſpectabat.

Anno 1329. XIX. martii.

Ex codice Gregoriano. pag. 125.

Ibidem n. 42. IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo-nono pontificatus domni Johannis pape vigeſimi-ſecundi indictione duodecima die XVIIII. menſis martii in preſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Venerabilis vir dominus Blaſius de Nerula Viterbienſis canonicus & vicedominus Portuenſis vice & nomine reverendi patris domini Petri miſeratione divina Portuenſis & ſancte Ruffine epiſcopi cardinalis, & dicti epiſcopatus, locavit & locationis titulo conceſſit Nutio & Petro Melioſi, Johanni Aſtalli, Paulo Johannis Aſtalli, Vello dicto Ferramoſca, Petruccio Sabe... emancipato, ut dicit a dicto patre ſuo, ut patere dicitur manu Gregorii Alibrandi notarii, Griſotello Jacobi Biviani, Paulotio Petruccii Mei de regione Tranſtiberi preſentibus & legitime ſtipulantibus perpetuo pro ſe ipſis, & vice & nomine omnium & ſingulorum aliorum eorum ſociorum, & ſalinariorum de foſſato dicto Filanova, & pro eis ac mihi notario, ut publice perſone ſtipulanti nomine omnium predictorum, quorum nomina idem dominus Blaſius vicedominus ſupradictus mibi notario conceſſit poteſtatem & liberam licentiam ſpecificandi hec inſtrumenta locationis cuilibet eorum pro rata: ideſt medietatem integram loci & contrate, que dicitur Arſeola, junctam pro indiviſo cum alia medietate dicti loci, que eſt & eſſe dicitur monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri, cui loco & contrate ad totum ab una parte ſunt fila de ſalinia, que dicitur Filanova, ab alio eſt foſſatum campi Beldormi, & ab alio eſt ſylva de Cancellata, vel ſi qui ad dictum locum ſint plures aut veriores confines, ſub his pactis tenoribus & conditionibus, quod ſi predicti locatarii vellent dictum locum & contratam Arſeole eis retinere ad piſcariam ſtagni, quod liceat eis dictum locum ad dictam piſcariam ſtagni retinere, & ſi dictum locum velint retinere ad fila nova ibi facienda & edificanda, liceat eis fila in dicto loco facere cum omnibus eorum introitibus, exitibus, utilitatibus, pertinentiis & adjacentiis, ad babendum, tenendum & utendum locum predictum ad modum, & tenorem predictum. Hanc autem locationem & omnia, & ſingula ſupradicta, & que dicentur, fecit dictus dominus Blaſius vicedominus ſupradictus eiſdem perſonis locatariis preſentibus & ſtipulantibus nomine quo ſupra, qoia dicti locatarii & quilibet eorum pro ſe ipſis & vice & nomine aliorum ſociorum eorum, ut dictum eſt, pro quibus ſeſe de rato obligaveront, & promiſerunt ſeſe ſacturos & curaturos, quod predicti omnes & quilibet eorum abſentes locatarii predicti, quorum nomina ſpecificandi mihi notario poteſtatem conceſſit dominus Blaſius ſupradictus, hanc locationem & promiſſionem, & omnia ſupradicta ſemper rata & firma habebunt, & contra non venient aliqua ratione vel cauſa, promiſerunt & convenerunt dicto vicedomino nomine dicti epiſcopatus legitime ſtipulanti pro introitu & conſenſu bujus preſentis locationis ſolvere & reddere eidem vicedomino & dicto epiſcopatui triginta denarios per quamlibet partem loci & contracte ſupradicte ad feſtum paſche Domini proxime venture; quem locum & contratam Arſeole predicti locatarii & quilibet eorum dixerunt, confeſſi fuerunt & aſſeruerunt eſſe quadraginta duarum partium, & pro eo quod promiſerunt dicto domino Blaſio, quo ſupra nomine, pro redditu & cenſu locationis predicte omni anno reddere & ſolvere dicto epiſcopatui pro parte ipſi epiſcopatui contingente viginti rubla boni & groſſi ſalis ſine malitia in feſto ſancte Marie de menſe auguſti, ſicut contingit in loco & contrata predicta. Quem cenſum ſi infra octavam diem a termino ſupradicto non ſolverint, promiſerunt & voluerunt teneri ad ſolvendum duplum. Et ſi dictum duplum, ſeu ſi dictum cenſum ſeu redditum ſolvere contempſerint requiſiti infra biennium, voluerunt & convenerunt eidem vicedomi-

no,

no, quod cadant a jure dicte locaiionis, & dictum locum eum omni ſuo melioramento recadat ad dictum epiſcopum Portuenſem pro parte ipſum epiſcopatum contingente. Item promiſerunt dicti locatarii, nomine quo ſupra, eidem domino Blaſio & epiſcopatui ſupradicto non vendere, donare, relinquere, nec aliter alienare locum predictum alicui potenti perſone, pio loco, & eccleſie, ſed ſi vellent illum vendere, prius requirent dictum epiſcopum, ſi illum vellet emere; & dabunt ei pro eo vero pretio, quod ab aliis invenerint ſine fraude minus in dicta venditiane triginta denarios per partem quamlibet. Et ſi illud nollent emere, vendent alteri, ſolutis prius dicto vicedomino, ſeu predicto epiſcopatui triginta denariis per partem pro conſenſu dicte venditionis. Que omnia & ſingula ſupradicta predicti omnes & quilibet eorum pro ſeipſis & aliis, ut dictum eſt, eorumque heredibus & ſucceſſoribus perpetuo predicto vicedomino pro ſe & dicto domino epiſcopo & epiſcopatu; & ipſe dominus Blaſius vicedominus, nomine quo ſupra, ipſis locatariis pro ſe ipſis & aliis eorumque heredibus & ſucceſſoribus perpetuo promiſerunt attendere, obſervare, rata, grata, & firma habere & non contrafacere vel venire, ſub obligatione bonorum eorum. Teſtes dominus presbyter Amicus canonicus eccleſie ſancti Griſogoni, Ceccus Petri Nicolai, Nicolaus Petri Alexandri de Tranſtiberi, & Petrus dictus Pecorinus de regione Arenule.

† Ego Paulus Johannis Jacobi Alberti de Urbe Dei gratia ſacre preſecture notarius publicus, quia predictis interſui & ſcripſi & publicavi rogatus.

CCLXXXV.

Permutationes terrarum monaſterii S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1329. die III. januarii.

Ex tabul. dicti monaſterii.

Ibid. n. 19. IN Chriſti nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem M ccc.xxix. indictione XII. tempore ſanctiſſimi patris domini Johannis XXII. pape die III. menſis januarii. Nobilis vir Petrus natus olim magnifici domini comitis Alberici de Cunio fecit, conſtituit & ordinavit honeſtum & diſcretum virum dominum Johannem archipresbyterum plebis ſancti Petri in Laguna comitatus Faventini abſentem tamquam preſentem ſuum procuratorem & nuncium ſpecialem ad dandum tradendum &c. rev. & religioſo viro domno Andree de Ullignano abbati monaſterii ſanctorum Laurentii & Hippolyti de Faventia ordinis Camaldulenſis omnes iſtas petias terre arativas &c. dicti Petri comitis nomine ipſius monaſterii. Prima quidem eſt poſita in parte Solaroli comitatus Imole continens in ſe L. tornaturas &c. a duobus lateribus nobilem virum Franciſcum de Manfredis &c.

Actum Zagonadi in caſtro dicte terre in caminata domus dicti comitis Petri.

Ego Guido quondam Pauli Zugloli de Zagonadi imperiali auctoritate notarius &c. ſcripſi & publicavi.

CCLXXXVI.

Electio rectoris S. Petri in Trivio.

Anno 1329. IV. aprilis.

Ex regeſto Buldronis pag. 236.

IN Dei nomine amen. Anno Domini millesimo CCC. XXVIIII. indictione XII. tempore domini Johannis pape die IIII. menſis aprilis in clauſtro monaſterii ſancte Marie de Trivio preſentibus domino Bertoldo plebano plebis de Cingnano, Cuccio de Burgo ſancti Sepulcri &c. teſtibus. Convocati & ſimul coadunati monachi dicti monaſterii, videlicet dompnus Benedictus, domnus Stephanus, domnus Gabaſſus, domnus Andreas & domnus Johannes decernentes & aſſerentes, quod Johannes filius Biondi de Bulciano olim electus & cooſtitutus ab eis in eccleſia plebis ſancti Petri de Trivio, ſicut dicitur contineri in inſtrumento ſcripto manu ſer Fucii notarii, infra annum poſt inſtitutionem pervenire & promoveri ad ſacerdotalem ordinem, ut de jure debet, ipſe Johannes non curaverit, & ex hoc jus, quod in ipſa eccleſia habuit, jam amiſit. Qui vero monachi ſuper vice & nomine dicti monaſterii & capituli ipſius predictam electionem & inſtitutionem hactenus de ipſo Johanne factam in dicta plebe caſſaverunt &c. *Ibidem.*

Et ego Buldrone not. &c.

Anno M.CCC.XXIX. indict. XII. die III. aprilis D. Benedictus electus nomine ſuo & ſuorum monachorum ad honorem Dei & B. Marie virginis & beati Petri patroni dicte plebis, & beati Johannis & omnium

ſan.

ſanctorum & ſanctarum Dei &c. inſtituit domnum Andream monachum dicti monaſterii de Trivio in rectorem plebanum & amminiſtratorem ſupradicte eccleſie ſancti Petri de Trivio &c. & miſit eum in poſſeſſionem dicte plebis &c.

Et ego Buldrone not. &c.

CCLXXXVII.

Conſecratio cujuſdam altaris in eccleſia S. Chriſtinæ de Bononia.

Anno 1329. XVI. julii.

Ex autographo dicti parthenonis L. 33.

Ibid. n. 42. NOverint univerſi preſentes literas inſpecturi, quod nos frater Hugolinus Dei & apoſtolice ſedis gratia Cremonenſis epiſcopus habita licentia ad cautelam rev. in Chriſto patris & domini domini Arnaldi dicta gratia Bononienſis epiſcopi, cujus quidem litere tenor ſigillo dicti patris munite talis eſt. Rev. in Chriſto patri domino fratri Hugolino Dei gratia epiſcopo Cremonenſi Arnaldus eadem & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Bononienſis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Cum abbatiſſa & moniales monaſterii ſancte Chriſtine Bononien. ordinis Camaldulenſis quoddam altare conſtructum in eccleſia dicti monaſterii conſecrari proponant facere, nos ad ſupplicationem rev. patris domini Guidonis Dei gratia Regini epiſcopi cupientes in ſuo laudabili propoſito confovere, paternitatem veſtram requirimus & rogamus, quatenus altare hujuſmodi juxta ritum, quem in hoc ſervat ſancta mater eccleſia, dignemini de noſtra licentia conſecrare, quam vobis tenore preſentium elargimur. Concedentes tamen vobis, quam aliis epiſcopis in conſecratione hujuſmodi exiſtentibus licentiam indulgentiam ſolitam concedendi. Datum in caſtro noſtro Unzole noſtre dioceſis ſub ſigillo noſtro a tergo, die xv. julii indictione XII. In eccleſia ſancte Chriſtine de Bononia ordinis Camaldulenſis, que eſt exempta, unum altare erectum & conſtructum ibidem ſub vocabulo beate Catherine virginis in latere ſiniſtre partis dicte eccleſie, ſolempniter conſecravimus ſecundum morem & ritum ſancte Romane eccleſie conſuetum. Ad cujus altaris conſecrationem & miſſe ſollempnis celebrationem reverendi in Chriſto patres dominus Guido Reginus, dominus Guido Mutinenſis, dominus Superantius Adrienſis, dominus Guido Polenſis epiſcopi perſonaliter venientes, & ibidem ſuam preſentiam exhibentes, ipſi & nos de licentia dicti patris domini Bononienſis epiſcopi pro reverentia dicte conſecrationis & devotione beate Catherine virginis omnibus & ſingulis vere penitentibus & confeſſis, qui pro devotione dicte conſecrationis ad eamdem eccleſiam ea die venient vel venerunt, omnem indulgentiam, quam potuimus, ſimiliter ipſi nos conceſſimus in remiſſionem peccatorum ſuorum. In quorum omnium teſtimonium preſentes literas exinde fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Sub anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono indictione duodecima die dominico ſexto-decimo menſis julii.

Sigillum pendebat.

CCLXXXVIII.

Johannes XXII. committit reſtitutionem rerum monaſteriorum ablatarum a dominis Carrarienſibus.

Anno 1330. VI. kal. martii.

Ex autographo Vangaticienſi.

JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Bernardo Rotondi canonico Vivarienſi apoſtolice ſedis nuntio ſalutem & apoſtolicam benedictionem. De cunctis eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis pariter gerentes curam ex debito injuncti nobis officii paſtoralem, irrogatas eis injurias, & illata diſpendia eo deteſtamur intenſius, & vehementius aſpernamur, quo ex illis gravius Dei nomen offenditur, & eccleſiaſtice dignitatis auctoritas damnabilius impugnatur. *Ibid. n. 47.* Nuper ſiquidem ad noſtri apoſtolatus auditum inſinuatio querula, & multum noſtris affectibus odioſa perduxit, quod iniquitatis filii Marſilius & Ubertinus de Carraria cives Paduani, hoſtes Dei & eccleſie manifeſti, in Dei & noſtram, & ipſius eccleſie contumeliam & contemptum, ſuarumque diſpendium animarum adverſus eccleſias & eccleſiarum prelatos, ſeu perſonas eccleſiaſticas, & eorum bona crudelitate tyrannica, & impietate ſacrilega ſevientes, poſtquam quemdam fratrem Hugolinum ultimum priorem monaſterii ſancte Marie de Avantio Paduane per priorem ſolitii gubernari ordinis ſancti Benedicti nequiter trucidarunt, manus ſuas tanto facinore ſceleratas ad ulte-

Bergamn, dompnus Petrus Baduarius de Venetiis, & dompnus Guilielmus de Placentia, Deum habentes pre oculis, eligimus & preficimus in priorem & rectorem dicti monaſterii ſancti Johannis baptiſte de Faventia venerabilem fratrem dompnum Ugonem nobiſcum preſentialiter exiſtentem noſtri ordinis monachum presbyterum & profeſſum, dantes eidem plenam & liberam facultatem & adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus tractandi, & faciendi & adminiſtrandi plene & libere, quecumque verus & legitimus prior & rector, & adminiſtrator poteſt & debet pure & legitime exercere. Reſervata ſemper auctoritate nobis & ſucceſſoribus noſtris in dicto loco ſancti Johannis-baptiſte de Faventia inſtituendi & deſtituendi, corrigendi & reformandi quecumque agenda, corriganda & reformanda ſunt per nos & noſtros ſucceſſores futuris temporibus in monaſterio de ſancti Johannis predicto ſecundum regulam beati Benedicti & noſtri Camaldulenſis ordinis inſtituta. Fratribus autem tam monachis, quam converſis preſentibus & futuris monaſterii antedicti precipimus per veram obedientiam, quatenus predicto vener. viro dompno Ugoni priori ejuſdem loci in omnibus, que ad Deum pertinent, & ſtatum regularis obſervantie, ſine contradictione aliqua debeant obedire, ad hoc ut per veram obedientiam & humilitatem, quam Deo donante ſervaverint, Dei gratiam in preſenti mereantur accipere, & in futuro gloriam ſempiternam, contradictores vero & inobedientes ſive contumaces diſtricte & regulari ſubjaceant ultioni, que in conſtitutionibus ſupradicti ordinis inobedientibus & contumacibus deſignatur.

Ego Romoaldus filius quondam Manuelis quondam magiſtri Nevaldi de Imola imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi, & publicavi & ſubſcripſi.

CCXC.

Collatio hoſpitalis S. Petri de Valzauli conventione ſecuta inter ep. Foro-popilienſem & abb. Biſurcenſem.

Anno 1330. XIV. ſeptembris.

Ex autographo penes canonicos S. Laurentii de Faventia.

Ibid. n. 98. IN Chriſti nomine, amen. Anno ab ejus nativitate milleſimo trecenteſimo trigeſimo indictione tercia-decima die quartodecimo menſis ſeptembris in eccleſia plebis ſancti Caſſiani in Caſat. Foro-popilienſis dioceſis, preſentibus teſtibus & rogatis Rubeo Gracioli de Lavello, Bracino Salvi fabri, Martilino magiſtri Raynerii de Rocha ſancti Caſſiani, & Verlo Carazoli de Paderno & aliis. Coram ven. patre domino fratre Hugolino Dei & apoſtolica gratia Foro-popilienſi epiſcopo, & coram reverendo viro dompno Amato abbate monaſterii ſancti Benedicti in alpibus Faventine dioceſis, frater Rubeus natus quondam Dolcebene de Montalto diſtrictus Portici rector inſtitutus per dictum ven. patrem ad hoſpitale & in hoſpitali ſancti Petri de Valzauli Foro-popilienſis dioceſis jure devoluto ad ipſum propter defectum electionis facte de Celorio & donno Benenato de Portico per dictum dominum abbatem patronum dicti hoſpitalis, ſubmoto quolibet articulo queſtionis, omnique odio & livore ſecuto ex hoc inter dictos prelatos, necnon communi concordia procedente inter eoſdem ſub hac forma & in hunc modum, videlicet quod unicuique per dictum fratrem Rubeum conſervetur jus ſuum, & reſpondeatur dicto domino abbati & monaſterio in dicto jure patronatus, & in ſervicio & canone debito dicto monaſterio ceteriſque temporalibus, prout tenetur, & hactenus fuit obligatum dictum hoſpitale monaſtario ſupradicto, ſecundum antiquam conſuetudinem obſervatam inter predictum dominum abbatem, & capitulum, & conventum ejuſdem monaſterii & ſuos predeceſſores & rectores & perſonas, que temporibus retroactis in hoc hoſpitali prefuerunt, & ipſum hoſpitale active atque paſſive, & dicto domino epiſcopo & epiſcopatui tamquam dioceſano, in cujus dioceſi fundatus eſt dictus locus & hoſpitale, ſponte, libere, non vi, non metu, non dolo, non fraude, non ficte, non ſimulate, non erronee, ſed ſcienter cum omni reverentia & ſubiectione tam debita, quam devota poſuit & ſubmiſit ſe in manibus & obedientiam dicti domini abbatis recipientis pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, & capitulo & conventu & monaſterio prelibatis, ſcilicet in predictis omnibus & ſingulis, & aliis, ad que de jure & antiqua conſuetudine tenetur & olim fuit aſtrictum. Et verſa vice dictus dominus abbas nomine ſuo ſuique capituli & conventus eum recepit & recognovit rectorem dicti hoſpitalis omnium predictorum jurium dicti monaſterii eum admiſit de voluntate & conſcientia expreſſa clara atque aperta dicti do-

domini epiſcopi, qui alias eumdem fratrem Rubeum inſtituerat & inveſtiri fecerat de juribus ſpiritualibus dicti loci, & ab eo recepto fidelitatis debite juramento, ipſum dominum epiſcopum recognoverat in dictis ſpiritualibus ſuum dominum & majorem, ſine diminutione tamen juris alterutriuſque partium predictarum, ſine dictorum prelatorum predicte recognitione receptiones & aſſenſus facte fuerunt, & intervenerunt, pront dicti ſuperiores dixerunt, de novo contraxerunt & proteſtati fuerunt, & ſibi invicem, & alter alteri conſenſerunt, immo voluerunt, & ſibi inter ſe inſimul promiſerunt ſtipulatione ſolempni, ſeque obligaverunt hinc inde, & bona ſuarum eccleſiarum ſuper omnibus & ſingulis ſupraſcriptis & quolibet premiſſorum. Inſuper dictus frater Rubeus rector predictus ad omnium predictorum majorem roboris firmitatem, preſente, volente & acceptante dicto domino epiſcopo juravit corporaliter ad ſancta Dei evangelia tactis ſcripturis dicto domino abbati recipienti & ſtipulanti pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus & capitulo, & conventu ejuſdem monaſterii, predicta omnia & ſingula inviolabiliter obſervare, & contra in perpetuum non venire. De quibus omnibus & ſingulis rogatus ſui ego notarius infraſcriptus aſſumptus notarius & officialis dictorum ſuperiorum, ſcilicet dominorum epiſcopi & abbatis ad ſenſum ſapientis publicum conficere inſtrumentum, prout melius ſupradicta optinere valeant firmitatem.

Ego Tubertus Rambertini de Sala imperiali auctoritate notarius publicus & ordinarius judex predictis omnibus & ſingulis fui preſens, & ea ſcribere rogatus, ut ſupra legitur, ſcripſi & publicavi ſolitumque ſignum poſui.

CCXCI.

Delegatio pontificia facta abbati S. Zenonis Piſarum pro quodam canonicatu.

Anno 1330. XVIII. kal. octobris.

Ex ſchedis canonici Abrahamii.

Ibid. n. 43. JOhannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri.. archiepiſcopo Januenſi, & dilectis filiis.. abbati monaſterii ſancti Zenonis Piſarum, & Carbono de Monte Lupone ſcholaſtico eccleſie Iſpalenſis cappellano noſtro ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Virtutum ſtudia, quibus dilectus filius Petrus dictus Perinus Signoretti clericus Piſanus, ſicut teſtimonio fide digno percepimus, inſiſtere noſcitur, nos inducunt, ut eum prerogativa ſpecialis favoris, & gratie proſequamur. Cum itaque canonicatus, & prebenda diaconalis eccleſie Piſane, quas Octobonus de Camezana, olim canonicus ejuſdem eccleſie obtinuit in eadem, ex eo vacare dicantur ad preſens, quod idem Ottobonus canonicatum & prebendam prefatas de facto in manibus Petri de Corvaria hereſiarche & ſchiſmatici ex cauſa permutationis, ſeu ſimpliciter reſignavit, & alias mentis nequitia ductus tam prefato ſchiſmatico, qoam Ludovico de Bavaria hoſti Dei & eccleſie manifeſto, ac de pravitate heretica condempnato publice & notorie adherens, & favens hujuſmodi, & aliis gravibus ejus culpis & demeritis exigentibus non ſolum canonicatu & prebenda predictis, ſed ceteris beneficiis eccleſiaſticis, que habebat, per proceſſus noſtros contra tales habitos privatus exiſtat. Nos volentes prefato Petro premiſſorum ſuorum ſtudiorum intuitu gratiam facere ſpecialem, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos, vel per alium, ſeu alios, vocatis, qui fuerint evocandi, ſi ita eſt, predictos canonicatum & prebendam propter premiſſa vacantes, de quibus nullus preter nos diſponere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi omnes canonicatus, & prebendas, ceteraque beneficia eccleſiaſtica quorumcunque per privationem ipſorum per nos factam, & in antea faciendam vacantia, & impoſterum vacatura apud apoſtolicam ſedem vacare intelleximus & voluimus, illaque diſpoſitioni & ordinationi noſtre duximus reſervanda, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Petro, vel procura...... nomine auctoritate noſtra conferre, & aſſignare curetis, inducentes eum, vel dictum ſuum procuratorem pro eo in corporalem poſſeſſionem canonicatus, & prebende, ac jurium & pertinentiarum predictorum, & defendentes inductum, amoto ab eis quol....... antes eumdem vel dictum procuratorem pro eo ad prebendam predictam in canonicum ejuſdem eccleſie recipi, & in fratrem ſtallo ſibi in choro, & loco in capitulo ejuſdem eccleſie cum dicti juris plenitudine aſſignatis, ſibique de ipſorum canonic:.......... fructibus, red-

redditibus, proventibus, juribus, & obveotionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſpoſita comp:ſcendo; non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus ejuſdem eccleſie cor ,....... confirmatione apoſtolica, vel quacunque firmitate alia vallatis, aut ſi aliqui apoſtolica, vel alia quavis autoritate in eadem eccleſia in canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur, inſiſtant, ſeu ſi luper proviſionibus ſibi faciendis de canonicat....... is ejuſdem eccleſie ſpeciales, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis illis partibus generales noſtras, vel predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum, aut legatorum ſedis predicte litteras impetrarint, etiamſi per eas 'ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus, ſic & ita dictum Petrum in aſſecutione dictorum canooicatus & prebende volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem canonicatuum, & prebendarum, ac beneficiorum aliorum prejudicium generari. Aut ſi venerabili fratri noſtro . . archiepiſcopo, & dilectis filiis capitulo Piſano, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſede indultum exiſtat, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de canonicatibus, & prebendis ejuſdem eccleſie, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, vel quamcunque aliam diſpoſitionem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeant provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua ejuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Aut ſi dictus Petrus preſens non fuerit ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem eccleſie ſolitum juramentum, dummodo in abſentia ſua per procuratorem ydoneum, & cum ad eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud preſtet, ſeu quod idem Petrus ſuis proximis retroactis temporibus ex nimia, ſicut aſſeritur, paupertate moratus fuit Piſis, ne mendicare alibi cogeretur, ſive quod defectum patitur in etate, cum in quinto-decimo etatis ſue anno, vel circiter conſtitutus eſſe dicatur, ſuper quo, ut eodem defectu, & qualibet conſtitutione contraria nequaquam obſtantibus, poſſit dictam diaconalem prebendam, ſi de ea ſibi contigerit provideri, libere recipere, & licite retinere ſecum auctoritate apoſtolica diſpenſetis. Proviſo, quod interim dicta prebenda debitis obſequiis non fraudetur, quodque idem Petrus cum ad etatem ad hec aptam pervenerit, pro ut ejuſdem prebende onus requirit, ſe faciat ad ordines ſtatutis a jure temporibus promoveri. Nos inſuper, ſi eſt ita, irritum, prout eſt, decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contigerit attemptari. Datum Avinione XVIII. kalendas octobris pontificatus noſtri anno quartodecimo.

CCXCII.

Diviſio bonorum inter monachos & moniales Porcilienſes.

Anno 1330. XXIV. octobris.

Ex tabulario S. Michaelis de Muriano. Capſ. 33. n. 7.

IN Chriſti nomine, amen. Anno ejuſdem nativitatis Domini milleſimo CCC. *Ind. n. 48.*
XXX. indictione XIII. die mercurii XXIV. menſe octobri in ſacriſtia majoris eccleſie Paduane, preſentibus reverendo viro domino Conrado de Concoretio archipreſbytero Paduano, diſcreto viro domino presbytero Bertoloto rectore eccleſie ſancti Clementis de Padua, domino presbytero Aldrigeto capellano majoris eccleſie Paduane, ſapientibus viris domino Thomaſio de Mazolis legum doctore, domino Leonardo quondam domini Raynaldi de Puitotis, domino Antonio ootario de Terudis quondam domini Zilii de contrata Arene, & Liazario notario quondam domini Petri de Superba & aliis teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Coram religioſo viro domino fratre Gufredo de Laude priore ſancti Lazari prope Paduam vicario ven. patris domini Ildebrandini Dei gratia epiſcopi Paduani, providi & ſapientes viri dominus Johannes de Vigontia judex quondam domini Gerardi de contrata ſancte Sophie de Padua, & dominus Dominicus de Agrapatis judex quondam domini Antonii de Padua de contrata pontis Tadorum de Padua arbitri,

tri, arbitratores & amicabiles compoſitores & commuoes amici comuniter electi per diſcretos virns dominum Murialem de Catio ſindicum & procuratorem religioſorum virorum dominorum fratris Petri prioris, fratris Nicolai, fratris Franciſci, fratris Marchi, fratris Johannia Pitigoti, & fratris Otti monachorum & conventus capituli & monaſterii fratrum ſancte Marie de Porcilia de Padua ſindicario nomine pro eiſdem capitulo & conventu ex una parte; & Albertum notarium quondam domini Guillielmi de ſancto Cantiano ſindico & procuratore religioſarum dominarum Pelegrine, Agnetis, Mariebone, Sophie, Maſſarie, Lucie. Ordane, Imperatricis, Marcheſine, Beatricis, Covate, Valenze, Guye, Marcheſine, Conteſſe, Antonie, Eugeſche, Eche, Paſque, Ordane ſecunde, Catherine de Manzis, Barthole, Armegarde, Berte, Catherine, Croſne, Beatricia de Vicoaggeris, Bellarine, Benvenute, Indie, Viole, Pere, Flordelicis, Riche, Gerardine, Mariote, Antonie parve, Zuane & Bone monialium, conventus, capituli & monaſterii ſororum ſancte Marie de Porcilia ſindicario nomine pro eiſdem capitulo & conventu dicti monaſterii ex altera, occaſione diviſionis & ſeparationis partium ipſarum mnnialium a fratribus, & fratrum a monialibus, & bonorum mobilium & rerum quarumcumque monaſterii predicti fratrum & ſororum ſancte Marie de Porcilia de Padua, & ſuper aliis connexis & annexis eiſdem, & dependentibus ab eiſdem, & generaliter ſuper omnibus &c. dixerunt, ſententiaverunt &c. dicentes &c. Nos Johannes de Vigoncia & Dominicus de Agrapatis arbitri & arbitratores &c. *ut ſupra*. Definimus & ſententiamus ſecundum infraſcriptam formam, videlicet: In primis, quod cum monaſterium ſancte Marie de Porcilia ſit duplex, ſeu in eo viciſſim & communiter & non ſeparatim habitent monachi maſculi cum feminis mnnialibus & monachabus, quod eſt contra formam juris tam canonici, quam civilis, quod ipſi viri a mulieribus, & e converſo mulieres a viris in totum penitus ſeparentur. Secundo quod omnia bona, jura, & res dicti monaſterii & loci ſancte Marie predicte, & que tempore prolationis preſentia ſententie, ſeu ad preſena ſunt ipſius monaſterii & loci, intelligantur fuiſſe & eſſe communia mulieribus & viris in monaſterio predicto profeſſis uſque ad diem preſentem. Tertio, quod omnia bona, res & jura infraſcripta tamquam bona, res & jura olim dicti monaſterii, & communia olim ipſis maſculis & feminis in monaſterio ipſo profeſſis, inter ipſos maſculos & ſeminas dividantur ſecundum formam infraſcriptam, videlicet quod domine monache & moniales monaſterii ſororum ſancte Marie de Porcilia de Padua, que ſunt ſexaginta & ultra, de ipſorum dominorum prioris, fratrum, & domini Murialis ſindici &c. de ipſorum voluntate expreſſa conſentientis, communi concordia & unanimi voluntate habeant & habere debeant primo ante partem nomine affictus de bonis communibus dicti monaſterii fratrum & ſororum de Porcilia in redditibus annuatim libras ducentos parvorum, pro quo affictu habendo & per ipſas dominas moniales recipiendo, & parte ante danda & recipienda predictus Murialis ſindicus ſindicario nomine &c. ac domini prior & fratres &c. conſenſerunt, quod predictus Albertus notarius ſindicus ipſarum dominarum &c. habeat ante partem duodecim caſſos domorum, ſive duodecim domos ſimul conjunctas poſitas in contracta pontis Porcilie de lignamine copertas de cupis, quibus coheret ab uno latere per longum flumen, mediante via; ab alio fratres de Porcilia per longum mediante foſſato; ab alio via communis, que vadit in Porcilia; ab alio dicti fratres. Item unam petiam terre arative quatuor camporum vel circa cum una domo de muro coperta de cupis cum puteo jacente in Porcilia; coherent a duabus partibus moniales monaſterii de Porcilia, ab alia via communis & ab alia flumen mediante via. Item unam petiam terre cum domo de lignamine coperta de cupis duorum camporum vel circa cum dimidio jacente in Porcilia, coherent ab uno latere heredes domine Gualdrade olim uxoris domini Palamidexii & flumen, ab alio via communis, ab aliis lateribus dicte domine moniales de Porcilia, & laboratam per Henrigetum. Item unam petiam terre ſeptem camporum vel circa jacentem in Porcilia cum domo de paleis, coheret ab uno latere via communis, que vadit in Porcilia, ab alio dicti fratres de Porcilia, ab aliis lateribus dicte domine moniales, & poſſidentur per Paſqualem & Avantium fratres, Item unam petiam terre arative quatuor camporum minus tabulas viginti cum domo de paleis jacente in Porcilia, cui coheret ab uno latere monaſterium ſancti Marci pizoli, ab alio foſſa, que vadit juxta ſanctum Marcum pizolum verſus Fiſtomba, ab aliis lateribus dicte domine moniales, & laboratur per Avantium quondam Bartholomei,

mei,

mei . Item unam petiam rerre duorum camporum cum dimidio vel circa cum domo de paleis jacente in Porcilia , coheret ab uno latere via communis , ab alio domious Hengelerius , ab alio ſer Guillielmus a Pignolatis, ab alio eccleſia ſancti Thome, & tenerur ad livellum perpetuale per Bartholomeum . Item unam petiam terre arative duorum camporum, & unius quarterii vel circa cum domo de lignamine coperta de cupis jacente in Porcilia in contrata , que dicitur Gazo, coherer a duobus lateribus via communis , ab alio flumen , quod vadit ad pontem Gazii, mediante via, ab alio heredes domini Uberti de Vicoageris, & fratres Alemagni , & laboratur per Petrum a Gazo; ac dederuor , rradiderunr & mandaverunr predicti dominus prior & fratres & dominus Murialis de Cacio ſindicario nomine predicto eidem Alberto notario recipienti ut ſupra omnia jura, que ipſi haberenr in ipſis bonis &c. & datis ſortibus dictis ſindicis & procuraroribus & per ipſos receptis definimus, & pronunciamus , quod dominus prior cum fratribus ſeu cum maſculis in ipſo monaſterio profeſſis habeant & habere debeant pro ſua parte. In primis unum ſedimen cum domo de lignamine copertum de paleis unius quarterii cum dimidio vel circa jacens in Vallonga in contrata, que dicitur Ponteſello , coherer ab una parte dominus Zordanus Forzate , ab alia parte via communis, ab alia parte heredes domini Catanii Faxoli, & ab alia domini Frignacheti de Vallonga . Item unum ſedimeo de lignamine copertum de cupis in dicta villa & contrata perticarum quinque & tabularum ſex , coheret a duabus partibus Zonus quondam Petri, ab alia parte via communis , & ab alia heredes , & ab alia dicti domini Frignachei . Item unum ſedimen garbum perticarum quinque cum dimidio, & tabularum viginti jacens in dicta villa & contrata ſupra l'arzere, coherent ab una parte heredes domioi Frignacheti, a duabus partibus via communis, ab alia parte jura fratrum monaſterii de Porcilia . Item unum ſedimeo garbum cum muro & caſonibus de lignamine & de paleis unius eampi cum dimidio vel circa jacens in dicta villa in contrata Ponteſelli, coheret a duabus partibus via communis , ab alia parte dominus Frignachus de Bruzene, ab alia parte jura monaſterii ſancti Johannis de Torcello de Venetiis . Item unam petiam terre arative ſex camporum cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa in contrata , que dicitur Montino, coherer ab una parte dominus Jordanus de Forzate , a duabus partibus via communis, ab alia parte jura monaſterii ſaocti Johannis de Torcelln, & monaſterii dictorum fratrum . Item uoam petiam terre arative trium camporum cum dimidio & perticarum IV. cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa & conrrata , coherent a rribus lateribus jura ſancti Johannis de Torcello de Venetiis, ab alia parte dominus Jordanus de Forzate & monaſterium dictorum fratrum . Item unam petiam terre arative duorum camporum cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Lago , coherent ab una parte jura ſancti Johannis de Torcello, ab alia parte jura dictorum fratrum de Porcilia , ab alia parte jura ſancti Andree de Littore de Venetiis, ab alia parte Tanrusbonus Faxolus, Item unam petiam terre prative & paludive unius campi cum dimidio vel circa jacenrem in dicta villa in contracta predicta, coberent ab una parte heredes ſer Zordanelli de Vallonga, ab alia parte Jacobellus Granellus de Clugia, ab alia parte fratres de Porcilia , ab alia parte heredes ſer Bonincontri , & Tantobonus Faxolus de Vallonga, Item unam petiam terre arative duorum camporum cum dimidio in dicta villa, in contracta que dicitur Roncbo de Cagadinari , cohereot ab una parte jura ſancti Johannis de Ymano , ab alia via communis , a duabus partibus beredes Tatanii Faxoli . Item unam petiam terre ararive VI. camporum & XX. tabularum vel circa io dicta villa, in contrara, que dicitur Arzerino, coberet ab una parte Nigrus quondam Petri Longi, ab alia parie via communis , ab alia parte Avatius quondam Chini de Vallonga, ab alia parie via, que dicitur Arzerino. Item unum ſedimen clauſatum cum domo de lignamine copertum de paleis perticarum XIII. & tabularum VI, vel circa jacens in dicta villa in contrata, que dicitur Carubo, coherent ab una parte heredes domini Frignacheti, ab alia via frarres de Porcilia & ab aliis partibus via communis. Item unum ſedimen garbum jacens in dicta villa & contracta perticarum V. & perticarum VI. vel circa , coherent ab una parte heredes domini Frignacheri , ab alia parte via communis & cooſortium , ab alia jura ſancti Johannis de Torcello, ab alia parte heredes domini Frignacbeti. Item unam petiam terre arative VIII. camporum vel cirea cum dimidio jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Roncodenrro,

co-

coheret ab una parta monaſterium...... ab alia parte via conlortiva, a duabus partibus jura monaſterii ſancti Johannis de Torcello, ab alia via communis. Item unam petiam terre arative unius campi cum dimidio jacentem in dicta villa & contracta, coherent a duabus partibus heredes Johannis Galli de Vallonga, ab alia parte jura monaſterii ſancti Andree de Littore, ab alia parte via conſortiva. Item unam petiam terre arative duorum camporum cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa & contrata, coherent ab una parte jura monaſterii ſancti Johannis de Torcello, & a tribus partibus jura monaſterii ſancti Andree de Littore. Item unam petiam terre arative VII. camporum cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Caſtellaro, coheret ab duabus partibus via communis, ab alia parte heredes dicti Johannis Galli, ab alia via conſortiva. Item unam petiam terre prative unius campi vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Boſcheti, coherent ab una parte heredes Johannis Monarli de Vallonga, a duabus partibus heredes domini Catanii Faxoli, ab alia parte Buſcharinus domini Gorvati de Tanſelgardis. Item unam petiam terre prative & paludive trium camporum vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Spinello, coherent a duabus partibus heredes domini Frignacheti, ab alia heredes domini Catanii Faxoli, ab alia parte via communis. Item unam petiam terre prative & paludive camporum ſex vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Comelle, coherent a duabus partibus jura communis Vallonge, ab alii partibus dominus Frignachus de Bruzene. Item unam petiam terre prative & paludive unius campi cum dimidio vel circa jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur Spinello, coherent a duabus partibus heredes domini Catanii Faxoli, ab alia jura eccleſie ſancti Petri de Vallonga, ab alia parte via, que dicitur Arzere grande. Item unam petiam terre prative & paludive unius campi vel circa jacentem in dicta villa, in contrata, que dicitur Lago, coheret ab una parte Jacobellus Granellus de Clugia, ab alia parte via communis, ab aliis partibus heredes domini Frignscheti. Item unam petiam terre prative & paludive unius campi cum dimidio jacentem in dicta villa & contrata, coherent ab una parte jura communis de Vallonga, ab alia parte heredes domini Frignacheti, ab alia via communis, & ab alia heredes domini Catanii Saxoli. Item unam petiam terre prative & paludive unius campi vel circa jacentem in dicta villa & contrata, coherent ab una parte heredes ſer Gilii Polite de Vallonga, a duabus partibus via communis, ab alia parte dictus Jacobellus Granellus de Clugia. Item unsm petiam terre prative & paludive circa medium campum jacentem in dicta villa, & contrata, que dicitur Arzerino, coheret ab una parta via communis, ab alia parte heredes ſer Chini de Vallonga, ab alia heredes Zilioli de Ronchis, ab alia jura ſancti Petri de Vallonga. Item unam petiam terre prative & paludive unius campi & medii jacentem in dicta villa in contrata, que dicitur de Garbello, coheret a duabus partibus dominus Frignacus de Bruzene, ab alia Antonius quondam Chini, ab alia via, que dicitur arzer de la planta. Item quatuor partes, unius vallis piſcalive jacentis in dicta villa, que eſt commuaa dictorum fratrum de Porcilia, domini Zordani de Forzate, & heredes domini Catani Faxoli. Item unam petiam terre partim arative, & partim pratalive decem camporum vel circa jacentem in villa Arzere ab equis in contrata, que dicitur Cugnato, heredes..... Item unam petiam terre arative duorum camporum cum dimidio vel circa jacentem in villa de Campolongo de Lectulis, coheret a duabus partibus via communis, ab alia parte dominus Henricus de ſancto Lazaro, ab alia Johannes quondam Benedicti. Item unam petiam terre arative trium quarteriorum de campo jacentem in dicta villa, coheret ab una parte via communis, a duabus partibus dictus dominus Henricus de ſancto Lazaro, ab alia parte magiſter Albertus ſartor. Item unam petiam terre arative camporum trigintaduorum jacentem in villa Campilongi majoris in contrata, que dicitur la pigna, cum domo, tegetibus, puteo, curtivo de lignamine & paleis coperta, coheret a tribus partibus via communis, ab alia jura monialium de Porcilia & ſororum de la Cella de Padua. Item unam petiam terre vigre camporum duorum vel circa jacentem in villa Abbani in contrata, que dicitur Monte-artone, coherent a tribus partibus jura domini epiſcopi Paduani, ab alia jura monaſterii fratrum de Porcilia. Item unam petiam terre partim vineate, & partim arative quatuor camporum vel circa jacentem in dicta villa in contrata, Montis-artonis, coheret ab una parte dominus Thomaſius domini

ni

ni Pauleti, ab alia parte via commuois, ab aliis partibus jura monaſterii ſancti Leooardi de Boccooe. Item unam petiam terre arative trium camporum vel circa jacentem in Abbano in contrata Ronchi de la foſſa, coberet ab uoa parte fovea publica, ab alia fratrea de Porcilia, ab alia dominus Boniſacius judex. Item unam petiam terre vineate de vitibus ſclavis jacentem io villa Galzegnani Caſtello Arſico ſeptem camporum vel circa, coheret ab uoo latere ſer Ottolinus, ab alia dominus Jacobua Gualengus, ab alio latere via communis, ab alio heredes domini Petri de Braziolo. Item unsm petiam terre vineate unius campi cum dimidio vel circa jacentem in dicta vills in contrata de Nojeta, coheret ab una parte domina Roſaflore, a duabus partibus beredes domini Eccelini de Pulveraria, ab alis parte via cooſortiva. Item unam petiam terre vineate quatuor camporum vel circa jacentem in dicta villa in contrsta que dicitur Orſara, coberent ab una parte jura monaſterii Omnium Sanctorum, ab alia parte Gerardus quondam domini Aylmilize, ab alia parte Jacobus Cualengus. Item unam domum de lignamine, & cum uns ſponda de muro coperta de cupia cum una ſegete & curtivo jacente in dicta villa io contrata, que dicitur Uvacaneva, coheret ab una parte dnminus Canthanella, a duabus partibus dominus Antonius de Lutio, ab alia parte via communis. Item unam petiam terre vineate trium camporum vel circa jacantem in villa Arquade & pertinentiis Baonis in contrata, que dicitur Comenzara, coheret ab uoa parie via conſortiva, ab alia jura monaſterii ſancte Juſtine de Padua, ab aliis partibus Jacobinua quondam Johannis. Item unam petiam terre partim arstive & partim vineate unius campi vel circa jacentem in dicta contrata, coherent ab una parte heredes domioi Jacobi de Lando, a duabus partibua Duraynus de Padua. Item unam petiam terre vineate jacentem in Arquada in contrata, quė dicitur Campoſevole, trium camporum cum dimidio vel circa, coheret ab una parte via communia, ab alia parte Gizus quondam Benedicti de Gizis, ab aliis partibus dominus Bartholua Graſellus. Item unum ſedimen cum domo de lignamine copertum de paleis jacena in dicta villa in contrata Caltelli, coheret ah una parte Zordanua quondam Johannia de Arquada, ab alia via communis, ab aliis duobua Rolaodus Saxus de Arquada. Item uoam dnmum de lignsmine coperts de cupis jaceotem io Padua in contrata ſancti Antonii, coheret ah uoa parte platea fratrum ſancti Antonit, ab alia dominus Antonius de Ter... de la ſale, ah alia parte domina Uliaoa cognata dicti domini Antonii. Item unam petism terre arative jaceotem in Porcilia quinque camporum vel circa, coheret a duobua partibus via communis, ab aliia jura monaſterii monialium ſaocte Marie de Porcilia & laboratur per Meneginum quoodam Tabarellis. Item unam petiam terre partim arative & partim prative trium camporum vel circa jacentem in Porcilia, in contrsta que dicitur la Valle, coheret ah una parte Johannea Ortolanus quondam Lszari, ab alia parte jura monaſterii ſancte Marie de Fiſtomba, ah alia parte jura ecclesie ſancte Lucie, ab alia parte domina Verde de Conſilve, & regitur per Johannem quondam Zamboni. Item unam petiam terre arative duorum camporum cum dimidio vel circa cum domo de lignamine coperta de cupis jacentem in Padua in contrata ſancti Spiritus de Porcilia, coheret ab una parte via conſortiva, a duabus partibus jura monaſterii monialium de Porcilia, ab alia dominus Albrigetus de Turcoſiis, & laboratur per Donatum Ortolanum. Item unam petiam terre cum domo de paleis quinque camporum vel circa jacentem in Porcilia in contrsta ſancti Spiritus, coheret ab una parte fovea conſortiva verſus burgum Omnium Sanctorum, ab alia parte jura dominarum de Purcilia, ab alia parte Antonius Fornaſerius, ab alia parte foſſa, que vadit a ſancto Marco piccolo verſus Fiſtombam, & laboratur per Meneginum. Item medietatem unius domus de muro & parietibus coperti de cupia, que eſt diviſa per medium inter fratres & monialea ſancte Marie de Porcilia jacentem in contrata Omnium Sanctorum de uno campo vel circa terre, coheret ab uno latere Antonius Fornalerius, ab alio flumen mediante via, ab alio Romanatus, & ab alio fratres ſancte Marie de Porcilia, & tenetur per Roſanum, Item quod dominus prior, mooaſterium & conventus ſancte Marie de Porcilia de Padua habeant & habere debeant modia ſeptam & octo frumenti de molendinis poſitis in Terra nigra ſive Alemannorum de Padua, que molendina affictantur hodie modia centum & triginta frumentannuatim, & hoc ſemper babeant annuatim per compeſſatores poſſeſſionis ville Campilongi majoris Paduane diocefis, que-

que venit in partem dominabus de Porcilia, etiamſi dicta molendina non affictarentur, niſi modia decem & octo frumenti. Et ſi per commune Padue vel aliter quocumque modo deſtruerentur, ſic quod nullum haberent redditum, quod dicti domini prior & fratres, & capitulum recurſum habeant & babere ad alias poſſeſſiones dominarum monialium, ubicumque ſint, uſque ad illam ſummam modiorum decem-octo frumenti, donec ipſa molendina aptarentur & redditum de ipſis haberent. Item quod modia centum & undecim frumenti, que ſuperſunt de dictis molendinis, & ſunt communia fratribua & monialibus, habeant fratres modiora quinquaginta-ſex frumenti annuatim. Et domina abbatiſſa moniales & capitulum da Porcilia habeant ſimiliter modiora quinquaginta-ſex *&c.* Domina abbatiſſa eum ſuis monialibus, ſeu mulieres profeſſe dicti monaſterii & loci habeant & habere deheant, pro ſua parte. Imprimia unam petiam terre XIV. camporum *&c.* Quarto quod dominus prior cum ſuis fratribus profeſſis in dicto monaſterio debeat babere dimidiam partem omnium oblationum, que ratione ſollemnitatis ſeu feſtivitatis alicujus io futurum ipſi monaſterio obvenirent *&c.* Oblationes vero, que ipſi monaſterio ratione alicujus funeris obvenirent ſeu funeralia omnia ad ipſum dominum priorem & fratres predictos pro duabus partibus debeant pertinere ſemper, & hoc pro tertia parta ad dominas abbatiſſam & moniales predictas, ſalvo *&c.* Quam quidem ſententiam *&c.*

Ego Galvanus filius Beldemandi dicti Belli imperiali auctoritate notarius & officialia epiſcopalis curie Paduane *&c.* ſcripſi *&c.*

CCXCIII.

Unia aliquot eccleſiarum cum monaſterio Gualdi.

Anno 1330. IV. nonas decembris.

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriana.

Ibidem n. 47.

JOhannes miſeratione divina ſancti Theodori diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus dilectis in Chriſto fratri Phylippo abbati & conventui monaſtarii ſancti Benedicti de Gualdo ordinis ajuſdem Sancti ſalutem io Domino. Digne agere credimus, ſi monaſteriis & eccleſiis infra noſtre legationis terminos conſiſtentibus in eorum ſubvenimua neceſſitatibus, & ne, quod abſit, ruant vel pereant, de opportuno remedio providemus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod vos olim occaſione refectionis & reparationis eccleſie ac domorum ipſius monaſterii, que refectione & reparatione hujuſmodi neceſſario indigebant, ne emptiooia quarumdam domorum opportuna eidem per vos facta, necnon diverſarum cauſarum & queſtionum, quas habuiſtia & babetis in Romana curia, que voa plurimum exauſerunt, ac etiam receptionis plurium monachorum in augmentum divini obſequii in aodem monaſterio admiſſorum, multa & diverſa debita contraxiſtis, ad que perſolvenda expenſaſque veſtras & alia onera incumbentia ſubportanda fructus, redditus & proventus monaſterii antedicti noo ſufficiebant quoquo modo, propter quod monaſterium ipſum inſaparabili ruine ſubjacebat ac jacture. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut vobis & eidem monaſterio de noſtre proviſionia gratia benigniter ſuccurrentes, eccleſias ſancti Laurentii de Colbaſſano & ſancti Martini de Collibus, quibus cura imminet animarum Nucerina & Peruſine dyoceſis, ipſi monaſterio immediata ſubjectas, & per monachos ejuſdem monaſterii, qui pro voluntatis libito ponuntur & amoventur ab eis ſolitas gubernari, manſe communi veſtre unire & incorporare de ſpeciali gratia dignaremur; noa itaque de premiſſis notitiam non habentes, & volentes ſuper eis plenius informari, dilecto in Chriſto Jacobo plebano plebis ſancte Marie de Tayno Nucerine dioceſia, eum proprio nomine non expreſſo dedimus per alias noſtras literaa in mandatis, quatenus de predictis omnibus & ſingulis diligenter inquireret, & quicquid inde reperiret, per fidelem notarium in ſcriptis redigi faceret, & etiam publicari, nobiſque poſtmodum ita publicatum tranſmitteret abſque dilatione quacumque. Quia igitur per inquiſitionem ejuſdem plebani ſuper hoc habitam & juxta mandatum noſtrum in publicam formam tranſmiſſam plenarie conſtat nobis de neceſſitatibus debitis, & aliis prelibatis, ac propterea cupientes vobis & preſato monaſterio juxta noſtri officii debitum providere, eccleſias ſancti Laurentii de Colbaſſano & ſancti Martini de Collibus, quibus cura imminet animarum Nucerine & Peruſine dioceſia ſuperiua nominatas, cum omnibus juribus & pertinentiis earumdem menſe veſtre communi preſate, qua fungimur auctoritate,

pre-

preſentium tenore unimus perpetuo ; ac etiam anneaamus , volentes & conventui eadem auctoritate oostra concedentes , quatenus eccleſias ipſas & earum quamlibet cum juribus & pertinentiis ſupradictis, & poſſeſſiones ipſarum poſſitia, & vobis liceat auctoritate noſtra per vos vel alium ſeu alios libere apprehendere , ac etiam retinere , fructuſque , redditus & proventus earumdem convertere in exonerationem & ſolutionem debitorum & expenſarum predictarum, aliaſque neceſſitates & opportunitates veſtras & monaſterii ſupradicti . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis, annexionis & conceſſionis infriogere, vel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare preſumpſerit , indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noveris incurſurum . Datum Spoleti IIII. nonas decembris pontificatus ſanctiſſimi patris & domioi oostri domini Johannis pape XXII. anno quinto-decimo.

CCXCIV.

Exemptio a datio introitus conceſsa in deducendo vino monaſt. S. Mathiæ de Muriano.

Aono 1331. die XVII. junii.

Ex antiquo apograpbo ejuſdem monaſterii.

Ad lib. XLIX. num. 1. ANno M. CCC. XXXI. indictione XIIII. die XVII. junii captum fuit in majori Conſilio . Cum conveotus & fratres monaſterii heremitarum ſancti Mathie de Murano habeant anſoras viginti liberas a ſolutione datii , ſcilicet de vino , quod habent de ſuo redditu vel de elemoſioa ; Et detur ſibi quandoque pecunia in cauſa elemoſine pro emendo ſibi vinum pro ſuo uſu , & pro ſimili habere debeant vinum de elemoſinis vel pecunia pro emeodo vinum . Capta fuit pars . Quod vinum , quod dictus conventus emeret vel mitteret ad emendum pro ſuo uſu de pecunia elemoſine , que ſibi datur , ſit liberum & abſolutum a datio introitus , non eacedendo quantitatem ſibi conceſſam de aoforis ſuperius ſpecificatis .

Auguſtinus Barbadico Dei gratia dux Venetiarum &c. Univerſis & ſingulis preſentes oostras literas inſpecturis . Significamus, quod comparentes coram nobis venerabiles fratres procuratores heremitarum ſancti Mathie de Muriano , eapoſuerunt ab officialibus datii vioi impeditam jam annis duobus eſſe licentiam ſeu gratiam ſuam circa amphoras viginti vini huc conduceodis abſque datio ullo , ſicut latius io ea . Et non ſolum illas XX. amphoras , ſed etiam decem elapſis temporibus limitatas per ſolam terminationem dominii noſtri contra ſeriem partis ſupraſcripte oon dimiſſas ei conducere ſine datio per eoſdem officiales. Quare ſupplicarunt humiliter , ut dominatio noſtra dignetur terminare ac mandare ſupraſcriptis officialibus datii , quod ipſa eorum limitatio inviolabiliter obſervetur amphorarum X. ſicut juſtitia & equitas maxime vult . Unde primum auditis fratribus ſupraſcriptis pie ſupplicantibus , ut ante , viſa parte majoris Conſilii ſeu gratia ſua capta in 1331. ſub die XXVII. junii ; viſo poſtea mandato in 1458. die XVI. octobris facto officio dacii anteſcripti io executionem gratie antedicte per Advocatores communis eum pena ; demum audita quadam terminatiooe noſtri dominii facta io 1464. die XVIII. aprilis, quod amphore ſupraſcripte viginti reducantur in X. tantum cooduceode pro uſu eorum fratrum abſque datio aliquo per tempora futura , omnibuſque videndis atque conſiderandis mature viſis conſideratiſque , terminantes termioavimus , mandanteſque mandavimus : Quod ounquam per tempora futura moleſteotur vel ioquieteotur venerabiles fratres ſeu conventus prefatus io conducendo antedictam vini quantitatem , ymo libere , expedite , amotoque omni & quocumque impedimento vel cavillatione officiales , qui erunt per tempora datii , obſervent inviolabiliter eis limitatiooem ſupraſcriptam ; ſicque de cetero conducere valeant & poſſint aonuatim amphoras decem vini taotum pro uſu cooveotus ejuſdem , immunes & ſine datio vel aliqua gabella , quemadmodum omne jus equitaſque eſſlagitat & eapoſcit . Addito hoc , quod plezarie per dictos fratres ab annis quatuor huc uſque date officio ipſo dicta de cauſa depennentur , & vina jam conducta annuatim ab illo tempore citra non eacedentia ſummam ſupraſcriptam ad computum gratie ſue ponantur ; preſentes autem ad ſuturorum memoriam edi imperavimus .

Data in noſtro Ducali palatio die XXII. februarii indictione V. M. CCCC. LXXXVI.

CCXCV.

Proviſio eccleſie S. Joh. de Camborano.

Anno 1331. xviii. julii.

Ex archivo S. Blaſii de Fabriano.

Ibidem.

IN Dei nomine amen, Anno Domini milleſimo ccc. xxxi. indictione xiiii. tempore domni Johanuis pape XXII. die xviii. menſis julii. Cum inſtitutio & deſtitutio, ordinatio & proviſio in eccleſiam ſancti Johannis de Camborano membri monaſterii ſancti Romualdi Vallis-caſtri immediate pertineat & expecter pleno jure ad abbatem dicti monaſterii Vallis-caſtri & ad dictum monaſterium; & modo dicta eccleſia ſancti Johannis vacet ad preſens per revocationem factam de dopno Angelo monaco dicti monaſterii ad rectoriam dicte eccl.ſie ſancti Johannis. Idcirco religioſus vir dopnus Munaldus monachus dicti monaſterii & prior clauſtralis una cum conſenſu & voluntate ſuorum fratrum, videlicet dopni Jacobi, dopni Comitis, dopni Johannis, dopni Venantii, dopni Santeſe, fratris Franciſei monaeorum ipſius monaſterii videns & conſiderans, quod ſi dicta eccleſia ſancti Johannis diu vacaret, in non modieum damnum incurreret, & nolens dictus prior, quod dicta eccleſia ſancti Johannis ob diuturnam vacationem defectum in alico patiatur, fidens de bonitate fratris Thomaſii Perutii monaci dicti monaſterii Vallis-caſtri ipſum fratrem Thomaſium iſtituit in dicta eccleſia ſancti Jobannis uſque ad ſuum beneplacitum, mandato etiam capituli dicti monaſterii ipſum inveſtiens, ſigillum in ſignum tradite poſſeſſionis dando, ſibique lieentiam amminiſtrandi ſpiritualia & temporalia ipſius eccleſie ſancti Jobannis, auferendo omnem licentiam vendendi & obligandi bona dicte eccleſie.

Actum in monaſterio Vallis-caſtri in capitulo ipſius monaſterii, preſentibus dopno Compagno Venotoni, Frationo Petri Berte & Vannutio Alleviati Acti filiis.

Ego Laurentius Fontoni imperiali auctoritate notarius hiis omnibus, ut ſuperius legitur, interſui, & rogatus ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi.

CCXCVI.

Electio abbatis Valle-caſtrenſis.

Anno 1331.

Ex eodem archivo.

JOhannes miſeratione divina ſancti Theodori diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus dilectis in Chriſto univerſis vaſſallis, cenſuariis hominibus, emphiteotis, ſeudatariis, penſionariis, inquilinis & parochianis monaſterii ſancti Romualdi de Valle-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis dioceſis ſalutem in Domino. Noſcat diſcretio veſtra nos recepiſſe litteras ſanctiſſimi patris domini noſtri domni Johannis divina providentia pape XXII. ejus vera bulla plumbea bullatas in hec verba. Johanoes epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Johanni ſancti Theodori diacono cardinali apoſtolice ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Inter ſollicitudinis noſtre euras, que ex apoſtolice ſervitutis officio noſtris incumbunt humeris, illa precipue mentem noſtram vigili pulſat inſtantia, ut eccleſiis & monaſteriis paſtorum regimine deſtitutis, ne, quod abſit, ob eorum carentiam diſpendia ſubeant, prout ipſarum eccleſiarum & monaſteriorum neceſſitatibus expedire cognnſcimus, ſalubriter conſulatur. Sane dudum ex certis ratiooabilibus cauſis proviſiones omnium monaſteriorum aliorumque locorum eccleſiaſticorum quorumlibet exemptorum & non exemptorum conſiſtentium in terris ad nos & ad Romanam eccleſiam ſpectantibus tune vacantium & vacaturorum in antea, ad quorum regimina prelati conſueverunt per electionem aſſumi, diſpoſitioni noſtre & ſedis apoſtolice uſque ad noſtrum & ejuſdem ſedis beneplacitum duximus ſpecialiter reſervandas, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus contra reſervationem hujuſmodi per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, & deinde certis rationabilibus cauſis & conſiderationibus moti pariter & inducti reſervationem, & decretum ac beneplacitum ſupradicta uſque ad duos annos a kal. menſis januarii pontificatus noſtri anni quarto-decimi, tunc inſtantibus inantea computandos dumtaxat volumus perdurare, niſi alia aliis rationibus forſan inducti provideremus in tempus amplius proroganda. Volumus inſuper &

de-

Ibidem.

decrevimus reſervationem, & decretum ac beneplacitum predicta, ad monialium & aliarum religioſarum mulierum eccleſias exemptas, & non exemptas aliquatenus non extendi. Cum autem interim monaſterium ſancti Romualdi de Valle-caſtri ordinis ſancti Benedicti Camerinenſis diœceſis in terra ad nos & Romanam eccleſiam pertinente conſiſtens, ad cujus monaſterii regimen abbates, qui fuerint, pro tempore conſueverunt per electionem aſſumi, per obitum quondam Armanni abbatis ipſius monaſterii, qui in illis partibus diem clauſit extremum, vacaviſſe, & adhuc vacare noſcatur, nos cupientes, quod eidem ſic vacanti monaſterio, de cujus proviſione nullus preter nos ſe intromittere potuit, nec poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, perſona utilis, ydonea & diſcreta, que ſciat & poſſit illud in ſpiritualibus & temporalibus ſalubriter regere & utiliter gubernare, per diligentie noſtre ſtudium in abbatem preficiatur, & ſperantes, quod dilectus filius Albricus Venturelli monachus monaſterii de ſancto Euſtachio ordinis & diœceſis predictorum, ordinem ipſum, ſicut aſſeritur, expreſſe profeſſus, cui ſicut teſtimonio fide digno percepimus, religionis zelus, vite munditia, & alia multiplicia merita ſuffragantur, per ſue probitatis induſtriam dictum monaſterium ſancti Romualdi in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus Deo propitio poſſet & poterit ſalubriter regere, & utiliter gubernare, & propterea volentes de perſona ipſius, ſi ad hoc ſit ſufficiens, eidem vacanti monaſterio providere, diſcretioni tue, de qua in hiis & aliis fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, de fratrum noſtrorum conſilio providendi de perſona dicti Albrici, ſi eum ad hoc ſufficientem eſſe reperreris, predicto monaſterio ſancti Romualdi ſic vacanti, eumque preficiendi dicto monaſterio in abbatem, ac curam & adminiſtrationem ipſius ſibi in ſpiritualibus & temporalibus committendi, eique faciendi munus benedictionis injungendi, ac ſibi a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, recipiendi quoque ab eo noſtro & eccleſie Romane nomine fidelitatis debite ſolitum juramentum ſub forma, quam ſibi ſub bulla noſtra mittimus introcluſam. Contradictores etiam per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, plenam & liberam concedimus tenore preſentium facultatem. Formam autem juramenti, quod ipſe preſtabit, nobis de verbo ad verbum per ejus patentes literas ſuo ſigillo ſignatas per proprium nuntium quantocius deſtinare procures. Datum Avinioni id. februarii pontificatus noſtri anno quinto-decimo. Nos itaque literis reverentia condigna receptis cupientes apoſtolicis obedire mandatis, eidemque Albrico ſufficienti & ydoneo dumtaxat invento libenti animo de ſupradicto monaſterio providere, nonnullos teſtes tam religioſos, quam laicos per ven. fratrem noſtrum dominum Petrum epiſcopum Marſicanum cancellarium noſtrum ſuper ſufficientia & ydoneitate ſua recipi & examinari mandavimus oraculo vive vocis. Et licet per relationem ipſius epiſcopi dictum Albricum eſſe etatis legitime, communis ſcientie, & de legitimo matrimonio procreatum, aliaſque ad monaſterium ipſum gubernandum ſufficientem & ydoneum &c. .... predictum Albricum in abbatem ipſius monaſterii ſancti Romualdi auctoritate apoſtolica, qua fungimur in hac parte, prefecimus &c. ac ſibi per eundem cancellarium noſtrum fecimus munus benedictionis impendi p. . . diſcretionem veſtram auctoritate predicta rogamus, requirimus, & hortamur attentius, ac vobis diſtricte mandamus, quatenus abbatem eundem benigne recipientes, & honorifice pertractantes, exhibeatis eidem obedientiam &c. Dat .... pontificatus ejuſdem ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Johannis pape XXII. anno ! . .

CCXCVII.

A Bertrando cardin. legato ſuppreſſio facta aliquot monaſteriorum Bononie.

Anno 1332. III. nonas martii.

Ex apographo S. Chriſtine de Bononia.

BErtrandus miſeratione divina Hoſtienſis & Veletrenſis epiſcopus apoſtolice ſedis legatus ad perpetuam rei memoriam. Nuper auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, abbatiſſas, moniales & familiares perſonas locorum ſancti Columbani, ſanctorum Gervaſii & Protaſii, & ſancti Salvatoris de Ravone, & Domus-Dei, olim monaſteriorum Bonon. ſancti Benedicti, & ejuſdem, ſancti Auguſtini & Camaldulen. ordinum ad certa alia monaſteria monialium eorumdem ordinum in civitate Bononia conſtituta duximus transferendas; ac predictum olim monaſterium ſancti Columbani & ſancti Michaelis de Lebroxeto, ſancti Ja- *Ibid. n. 5.*

cobi de Carbon. . & ſancti Sigiſmundi Bonon. tunc parochiales eccleſias , tam predicta auctoritate apoſtolica, quam illa, qua fungimur, in collegiatas eccleſias ereximus ſeculares novem canonicorum capitulum facientium , quorum unum prelatum eſſe & decanum vocari volumus , necnon decem prebendarum ſeu portionum privilegiatarum numerum de bonis dictorum olim monaſteriorum per nos prelibatis eccleſiis aſſignandis in ſingulis eiſdem eccleſiis ſtatuentes, prout in aliis noſtris literis inde confectis plenius continetur. Verum quia predicta eccleſia ſancti . . . facultates non habet correſpondentes honori & ſtatui, ad quos noviter eſt provecta, aut que pro ſuſtentatione tot ſufficiant perſonarum, nos omnes poſſeſſiones, terras, affictus, redditus, proventus , obventiones , & jura , & quecumque alia bona ubicumque & quibuſcumqne conſiſtant, & quocumque nomine conſtent tam olim monaſteriorum ſanctorum . . . . ſeu quod ad aliud pertinere vel hactenus pertinuiſſe noſcuntur, eccleſia tamen in dicto loco olim monaſterium ſanctorum . . . . ſita & domibus, officinis & orto eis contiguis, quos alteri diſpoſitioni noſtre certis ex cauſis ſpecialiter reſervamus, dumtaxat exceptis, eiſdem eccleſie ſancti .... & ejus capitulo pro eorum dote & peculio predicta auctoritate apoſtolica concedimus, aſſignsmus & unimus . Super diſtributione vero, & diſpenſatione ann... fructuum, reddituum, proventuum & bonorum dicte eccleſie, ac . . . . que ipſi eccleſie obvenerint, modum ſervari volumus i.. itum V.... fructum; redditus & proventus, & bona hujuſmodi tam illa, que ante ordinationem hanc ad eamdem eccleſiam ſpectabant, quam alia que ſibi, ut premittitur, concedimus, veniant in communi ; & ſingulis annis unus ex canonicis ipſius per decanum & capitulum, vel majorem partem ipſorum in camerarium eligatur, qui eos exigendi, colligendi & recipiendi, & in modum, qui dicitur, miniſtrandi poteſtatem habeat , & de perceptis & de expenſis ipſis decano & capitulo anno quolibet univerſalem teneatur reddere rationem. Prefati autem fructus, redditus & proventus deductis tamen expenſis , collectis , procurationibus & hujuſmodi expenſis aliis , que communiter volumus ſupportari, in tres partes equslea dividantur . De quarum duabus decem prebende ſeu portiones dividentur equales exhibende , ſicut in aliis noſtris plenius eſt expreſſum . Alia vero tertia pars in cotidianas diſtributiones converti debeat pro tempore rationabiliter ordinandas . Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis, aſſignationis, deputationis , unionis & voluntatis infringere , vel ei auſu temerario contrahire . Si quis &c.

Datum Bononie III. nonas martii pontificatus ſanctiſſimi patris domini Johannis pape XXII. anno XVI.

CCXCVIII.

Collatio eccleſie S. Pauli de Monte-milone.

Anno 1334. XIV. maji.

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriano.

IN Dei nomine, amen . Anno Domini mille CCC. XXXIIII. indictione ſecunda , tempore domni Johannis pape XXII. die XIIII. menſis maji, actum in Monte-milone ante domum filiorum Bartholi Bonafidei , preſentibus domno Maſſio Johannis, Maſſio domni Antonii de Monteſindeto, & Vanne Criſſii de Belvedere teſtibus rogatis. Geronimus domni Antonii de Monte-milone , ut pater & legitimus adminiſtrstor Eſmedutii clerici ſui filii, fecit conſtituit & ordinavit donnum Franciſcum Ufredutii clericum , & Vannem domne Peroſine abſentes tamquam preſentes ſuos & dicti Eſmedutii ſuos veros & legitimos procuratores, actores & nuntios ſpeciales, vel alio quocumque nomine melius de jure cenſeri poteſt, ad comparendum & preſentandum ſe pro dicto Eſmedutio & ejus nomine coram religioſo & honeſto viro donno Jacobo priore ſeu yconomo monaſterii Vallis-caſtri, & coram monacis, capitulo & conventu dicti monaſterii , ad petendum , inpetrandum & recipiendum ab eis procuratorio nomine dicti Eſmedutii & pro eo medietatem prebende & beneficii eccleſie ſancti Pauli de Monte-milone ad dictum monaſterium pertinentis poſiti in burgo terre Montis-milonis in contra ponte platee juxta vias a duobus lateribus vel alio latere cum omnibus juribus & proventibus ad dictam prebendam & beneficium pertinentibus & expectantibus, & ad promittendum dictis priori & capitulo coctumum conſuetum modo debito & conſueto ; & ad recipiendum procuratorio nomine dicti Eſmedutii canonicam inveſtituram de dicta prebenda pro medietate ad dictum monaſterium pertinente , & generaliter ad omnia

Ibid. n. 14.

nia

nia alia & ſingula faciendi, exercendi &c.

Et ego Latinus magiſtri Scangni de Montes-milone notarius prediċtis interſui, rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi.

CCXCIX.

Donatio facta eremitis de monte Rhodæ Patavini territorii.

Anno 1334. XXIX. auguſti.

Ex tabulario S. Mathiæ de Muriano.

Ibidem n. 15. IN nomine Domini Dei eterni. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo tricenteſimo trigeſimo-quarto indiċtione ſecunda die lune vigeſima-nona auguſti in Torigla ſub monte Rode in nemoribus Torigle, preſentibus Menegino quondam Johannis de Torigla, Beneto quondam D. . . zi, Johanne quondam Dominici, Dixirsto quondam Zensri, Gerardino quondam ſer Albrigati, Albizino quondam Danexi, & Marxilio filio quondam Peroni omnibus de Torigla teſtibus rogatis, & ſpecialiter ad hoc convocatis, & aliis. Vitaclinus quondam Antonii ſindicus & ſindicario nomine communis & hominum ville Torigle pro ſe & nomine ac vice dicti communis, in honore beatiſſime virginis ſancte Marie, dedit, ceſſit, tradidit, atque mandavit & inveſtivit cum caritate, & nomine caritatis & lemoxine pro ſe, & dicto ven. fratri Antonio remito ſub monte Rode ad dificandum & retificandum prediċtum locum ſancte Marie, que appellatur & eſſe debet locum ſancte Marie de Roda, omne jus, omneſque aċtiones & jura, reales & perſonales, quod & quas, & qualia ipſum commune habebat, & habere videbatur, & habere poſſet in certa parte de ſuis nemoribus, que eſt trium camporum vel circa, ſecundum terminationem factam per prediċtum Vitaclinum, coheret ab una parte verſus mane & nulla-ora dominus Marxilius Bibi, a meridie dominus Preſdocimus ab Oleo & diċtum commune, a ſero diċtum commune Torigle, & a nulla-ora jus ſancte Marie de Pratalis, & ſi qui alii ſunt confines, certa ratione, ut a modo diċtus frater Antonius remitus debeat diċtam petiam terre buſcalive habere, tenere & poſſidere, & omnem ſuam voluntatem & utilitatem facere pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, quantum pro faciendo dicto loco, & ipſum locum manutenendo in honorem Dei & beatiſſime virginis Marie, dicens diċtus Vitaclinus ſindicus pro ſe & ſindicario nomine dicti communis diċtos tres campos terre buſcalive nulli alii dediſſe, livellaſſe, ſeu aliquo modo obnoxiaſſe, niſi prediċto fratri Antonio remito dicti loci per ſolempne vinculum, ſtipulationem indempnem conſervare cum obligatione omnium ſuorum bonorum & dicti communis, que pro ipſo fratre Antonio remito ſe procuratorio nomine poſſidere conſtituit ſub pena dupli dampni & intereſſi, qua pena ſoluta vel non hec reſutatio vel donatio, ſeu caritas, & omnia ſupradicta nihilominus firma permaneant, renunciando ſuper hoc diċtus Vitaclinus ſindicus pro ſe & ſindicario nomine dicti communis exceptioni doli mali, & in factum aċtioni & beneficio reſtitutionis in integrum, omnique alio ſuo juri, dans & concedens diċtus Vitaclinus ſindicus pro ſe & ſindicario nomine dicti communis eidem fratri Antonio remito dicti loci, quod intret tenutam & corporalem poſſeſſionem diċtorum trium camporum terre buſcalive ſua auċtoritate, conſtituens ſe pro eo procuratorio nomine poſſidere, donec ipſe frater Antonius adeptus fuerit tenutam & corporalem poſſeſſionem in diċtos tres campos terre buſcalive & garbe pro edificatione dicti loci, & aliter dicta donatio ſeu reſutatio non valeat, non teneat, ſet in dicto communi Torigle libere revertatur ſine aliquo ſtrepitu judicii, & petitione libelli, & dederunt mihi notario licentiam omnem apponendi in ipſo contraċtu ad firmitatem contraċtus ad ſenſum ſapientis ſubſtantia non mutata.

Ego Marchus filius quondam Gerardi de Torigla de contracta Braide Paduani diſtriċtus ſacri palacii notarius hiis omnibus interſui, rogatus ſcripſi.

CCC.

Eccleſia S. Georgii de Durbecce traditur ab Ugolino ep. Faventino monaſterio S. Mariæ de Palma.

Anno 1334. die III. decembris.

Ex tabulario capituli Faventini.

IN Chriſti nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo-quarto indiċtione ſecunda tempore domini Johannis pape XXII. die tertia menſis decembris. Ven. in Chriſto pater domnus frater Ugolinus Dei Ibid. n. 13.

gratia

gratia epiſcopus Faventinus, conſideraus, quod eccleſia ſancti Georgii de ſuburbio porte Pontis civitatis Faventie, que curam habet animarum annexam, eſt adeo tenuis in redditibus, quod ex eis non poſſet ſacerdos ſolus aliqualiter ſuſtentari, & quod ob hoc rectores ipſius eccleſie jam ſunt trigiuta anni & ultra in eccleſia minime reſederunt, & populus dicte eccleſie, qui a viginti-quinque annis citra ſunt infra parochiam ipſius eccleſie ad habitandum reverſi, defectum eccleſiaſticorum ſacramentorum paſſi fuerunt, ac diligenter attendens, quod eccleſia predicta ſic eſt propinqua loco & eccleſie ſancte Marie de Palma Camaldulenſis ordinis, quod fratres ipſius loci poterunt in dicta eccleſia ſancti Georgii divina officia continue celebrare, & dicte eccleſie ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, volenſque ob premiſſa & alia ram dicte eccleſie, quam ejus populo ſalubriter providere, preſentibus, volentibus & conſentientibus honorabilibus viris dominis Lentio de Pleda, Jacobo de caſtro Florentino, Guidone de Termino, & Alberto de Bononia canonicis eccleſie Faventine facientibus & repreſentantibus capitulum ipſius eccleſie, dominis .... prepoſito & aliis canonicis dicte ecclelie ad preſens non reſidentibus in eadem, ſed in remotis partibus agentibus extra provinciam Ravennatem, ac preſente & conſentiente Tura Bouſaveris de Mazolinis procuratore ſubſtituto a nobile viro Raula quondam domini Guidonis Raulis de Zambraſiis procuratoris Nanni filii quondam Bitini Quartarole de Faventia patroni dicte eccleſie ſancti Georgii, habente ad hoc ſpeciale mandatum, ut conſtat publico inſtrumento ſcripto manu Pauli quondam Rodulfini de Rodaldis notarii, etiam a me Zuliano notario viſo & lecto, donavit & univit dictam eccleſiam ſancti Georgii cum domo & terreno ipſius eccleſie contiguo dicte eccleſie circum circa ipſam eccleſiam ſitam in dicto ſuburbio porte Pontis juxta ſtratam & dictam eccleſiam ſancte Marie de Palma, & jura ipſius eccleſie de Palma, & Perinum quondam Andree de Salubriis de Foro-livio habitatorem civitatis Faventine, & cum cimiterio & parochia dicte eccleſie, que eſt a petia terre, quam nunc habet & poſſidet Mcus ſpecialis verſus Durbechum, & durat verſus civitatem uſque ad puteum Zannis Pente, qui eſt in oppoſito domus Georgii Nicolai & Bandi fratrum & filiorum quondam Lazarini Scagni, Paulutio Rodulfini procuratoris fratris Jacobi rectoris dicti loci ſancte Marie de Palma ad infraſcripta ſpecialiter conſtituto, ut conſtat publico inſtrumento ſcripto manu Simonis notarii filii ſer Andree magiſtri Pacis a me Zuliano notario viſo & lecto, preſenti & recipienti procuratorio nomine ipſius Jacobi, & pro eo ſuiſque ſucceſſoribus & loco predicto; ita quod dictus frater Jacobus & quilibet rector dicti loci teneatur in dicta eccleſia ſancti Georgii Miſſam & divina officia per ſacerdotem continue facere celebrari, & populo dicte eccleſie preſenti & futuro miniſtrare eccleſiaſtica ſacramenta. Ut autem indemnitati totius cleri civitatis & dioceſis Faventine circa ſolutionem onerum pro extimo dicte eccleſie ſit proviſum, idem ven. pater cum conſenſu dicti ſui capituli donavit terras & poſſeſſiones omnes dicte eccleſie altaribus ſancti Andree, & ſanctorum Filippi & Jacobi conſtitutis in eccleſia Faventina, utrique videlicet ipſorum pro medietate ad ſuſtentationem capellanorum dictorum altarium, que nimis tenua ſunt in redditibus, ita tamen quod rectores & capellani dictorum altarium teneantur pro dicta eccleſia ſancti Georgii ſolvere omnes procurationes omnium legatorum & nuntiorum apoſtolice ſedis, & nuntiorum ipſorum legatorum, & dicti domini epiſcopi Faventini ad omne maudatum dicti domini epiſcopi, vel ſui vicarii ſeu officialis. Ad que omnia & ſingula Paulutius procurator predictus procuratorio nomine dicti fratris Jacobi conſenſit & promiſit dicto procuratorio nomine prefatis domno epiſcopo & capitulo ſtipulantibus pro eis & eorum ſucceſſoribus, ac vice & nomine dictorum altarium & capellanorum eorumdem, quod idem frater Jacobus vel aliquis rector dicti loci nullo unquam tempore repetet aliquid de bonis dicte eccleſie dictis altaribus vel eorum capellanis, nec eis ſupraſcriptis bonis moleſtiam ſeu litem, vel queſtionem inſeret per ſe vel per alios directe vel indirecte ſeu quocumque queſito colore. Et ſi contra premiſſa vel aliqua premiſſorum factum fuerit, dicta eccleſia libere ad ſtatum priſtinum revertatur, videlicet juſpatronatus ad dictum Nannem patronum & ejus heredes, jus vero confirmandi ad dictum capitulum eccleſie Faventine, & omne aliud jus, quod ad ipſum capitulum in dicta eccleſia ſancti Georgii nunc pertinet, libere revertatur. Que omnia & ſingula dictus Paulutius procuratorio nomine jamdicto promiſit dictis domno epiſcopo & capitulo ſtipulantibus, ut ſupra firma tenere, attendere & obſervare, & non contrafacere vel venire per

ſe

ſe vel alios aliqua occaſione de jure vel de facto, ſub pena ducentarum librarum Bononiorum parvorum in ſingulis capitulis . . . , ſtipulatione premiſſa, refectione damnorum & expenſarum, ac intereſſe litis & extra ſub obligatione bonorum omnium dicti loci; & pena ſoluta nihilominus predicta omnia perpetuam obtineant firmitatem.

Actum Favenite in epiſcopatu, preſentibus domino Laurentio quondam Imolenſis de Imola vicario, & fratribus Johanne de Ravenna, & Ventura de Imola de ordine fratrum heremitarum capellanis dicti venerabilis patris, & ſer Alberto Bulgarutii de Lugo ſive Faventino teſtibus ad hec adhibitis & rogatis.

Et ego Zulianus filius quondam magiſtri Magnitti medici Faventinus civis imperiali auctoritate notarius predicta, quibus interſui, rogatus ſcripſi & publicavi.

CCCI.

Indulgentiæ conceſſæ monaſt. S. Mathiæ de Foro-livio.

Anno 1335. die v. maji.

Ex archivo S. Hippolyti de Faventia, num. 100.

Ibidem n. 18. THomas Dei & apoſtolice ſedis gratia Foro-livienſis epiſcopus univerſis & ſingulis Chriſti-fidelibus tam clericis, quam laicis preſentibus & futuris has literas inſpecturis ſalutem in Domino. Ecce nunc, quod religioſus & honeſtus vie frater Jacobus prior loci ſancti Mathie heremitarum de Venetiis ordinis Camaldulenſis juxta civitatem noſtram Foro-livienſem, in noſtraque dioceſi conſtituti quoddam privilegium ac indulgentiarum literas a venerabilibus in Chriſto patribus ac dominis dominis miſeratione divina epiſcopis in ipſarum ſerie literarum conſcriptis ſe pridem in Romana curia impetraſſe nobis noviter indicavit, quarum literarum tenor ſequitur in hac forma. Univerſis ſancte Matris eccleſie filiis, ad quos preſentes litere pervenerint, nos miſeratione divina Garzias Feltrenſis & Bellunenſis, Johannes Torcellenſis, Thomas Dulcinenſis, Alamannus Suanenſis, Boniſatius Corlarienſis, Petrus Montiſmarani, Matthæus Balneoregienſis, Johannes Elenenſis, Johannes Siguenenſis, Galganus Alerienſis, Raimundus Diagorganenſis, Guillielmus Tauriſienſis & Bartholomeus Clodienſis epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Pia mater eccleſia de animarum ſalute ſollicita devotionem fidelium per quedam munera ſpiritualia, remiſſiones videlicet & indulgentias invitare conſuevit ad debitum ſamulatus honorem Deo & ſacris edibus impendendum, & quanto crebrius & devotius illuc confluit populus Chriſtianus aſſiduis Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum ſuorum veniam & gloriam regni celeſtis conſequi mereatur eternam. Cupientes igitur, ut locus ſive eccleſia ſancti Mathie heremitarum de Venetiis ordinis Camaldulenſis extra civitatem Forolivii & ejus dioceſis congruis honoribus frequentetur, & a Chriſti-fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictum locum ſeu eccleſiam in omnibus feſtivitatibus ſancti Mathie predicti, & per octavas ejuſdem, ac in dedicatione ejuſdem, ac in aliis feſtivitatibus infraſcriptis, videlicet Natalis Domini, Circumciſionis, Epiphanie, Paraſceves, Paſche, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Inventionis, & Exaltationis ſancte Crucis, in omnibus & ſingulis feſtivitatibus beate Marie virginis, ſancti Michaelis archangeli, Nativitatis & Decollationis beati Johannis-baptiſte, beatorum Petri & Pauli & omnium apoſtolorum & evangeliſtarum, ſanctorumque Stephani & Laurentii martyrum, Martini, Nicolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi confeſſorum, ſanctarum Marie Magdalene, Katerine, Malgarite, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis, Barbare, & undecim millium Virginum, in commemoratione omnium Sanctorum & animarum, & pee octavas dictarum feſtivitatum octavas habentium, ſinguliſque diebus Dominicis cauſa devotionis, orationis aut peregrinationis acceſſerint, ſeu qui Miſſis, predicationibus, matutinis, veſperis aut aliis quibuſcumque divinis officiis ibidem interſuerint, aut Corpus Chriſti vel Oleum ſanctum cum infirmis portentur, ſecuti fuerunt, ſeu in ſerotina pulſatione campane ſecundum modum curie Romane genibus flexis tee Ave Maria dixerint; necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, aut quevis alia dicto loco ſive eccleſie neceſſaria manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum teſtamentis aut extra aurum, argentum, veſtimentum aut aliquod aliud caritativum ſubſidium dicto loco & eccleſie donaverint, legaverint aut procuraverint, aut cimiterium ejuſdem eccle-

ſie

ſie pro animabus corporum inibi jacentium exorando circuierint, vel pro benefactoribus ejuſdem loci Deum oraverint, quotieſcumque, quandocumque & ubicumque premiſſa vel aliquod premiſſorum devote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſinguli noſtrum quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimonium preſentes literas ſigillorum noſtrorum juſſimus appenſione muniri. Datum Avinioni die xvi. menſis martii anno Domini M. ccc. xxxv. pontificatus domini Benedicti pape XII. anno primo. Qui namque prior nobis pie devotionis affectibus ſupplicavit, ut eiſdem indulgentiis condignis & gratiis noſtrum dignaremur prebere aſſenſum pariter & conſenſum. Nos vero dicti prioris & fratrum ſuorum, ac loci & eccleſie ejuſdem devota merita ac bonorum operum ſtudia etiam attendentes, eiſdemque volentes per hec gratiam facere ſpecialem, predictis indulgentiarum conceſſionibus expreſſis, ut ſuperius, noſtrum prebemus aſſenſum etiam & conſenſum, adjicientes inſuper, quod omnibus & ſingulis Chriſti-fidelibus vere utique penitentibus & confeſſis, qui juxta predictorum venerabilium dominorum continentiam literarum dictum locum & eccleſiam viſitare curaverint, de omnipotentis Dei miſericordia, beateque Marie ſemper virginis matris ejus, necnon & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ac beatorum Valeriani & Mercurialis patronorum noſtrorum meritis confidentes quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer relaxamus. In quorum omnium teſtimonium has preſentes literas fieri fecimus, & noſtri pontificalis ſigilli appenſione muniri.

Datum Foro-livii in epiſcopali palatio die v. menſis maji M. ccc. xxxv. indictione tertia.

CCCII.

Permutatio rectorum aliquot eccleſiarum Avellanenſium in urbe Peruſina.

Anno 1336. xxiii. februarii.

Ex tabulario S. Romualdi de Urbe Faſc. II. num. 1.

IN Dei nomine, amen. Anno a nati- *Ibid n. 25.*
vitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo-ſexto indictione iiii. tempore domini Benedicti pape XII. die xxiii. menſis februarii.

Reverendus vir dominus Ubaldus abbas monaſterij ſancte Crucis Fontis-avellane Eugubine dioceſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, ad inſtantiam & petitionem dompni Bartholi rectoris eccleſie ſancti Fauſtini Peruſine dioceſis ad eccleſiam ſancti Quirici ejuſdem Peruſine dioceſis obedientialem predicto monaſterio pleno jure ſpectantia, & ipſam eccleſiam ſancti Fauſtini permutare intendentis cum dompno Petro rectore eccleſie ſancti Feliciani de Lacu Peruſine dioceſis, commiſit nomine predicte eccleſie ſancti Quirici ac prioria ipſius, & omni modo & jure, & forma, quibus melius potuit, diſcreto viro dompno Pucio rectori eccleſie ſancti Nicholai de Peruſio de porta ſancte Suſanne, quatenus a dicto dompno Bartholo predicte eccleſie ſancti Fauſtini reaſſignatione recepta ex cauſa permutationis jam dicte ipſam eccleſiam ſancti Fauſtini cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis predicto dompno Petro conferat & aſſignet, ipſumque de illa inveſtiat, & in corporalem poſſeſſionem inducat, & ab ipſo obedientie promiſſionem & aliorum conſuetorum recipiat, omniaque faciat, que ad hujuſmodi negotium fuerint opportuna; committendo eidem dompno Pucio in predictis omnibus & ſingulis plenarie vices ſuas.

Actum in dicto monaſterio in camera dicti domini abbatis, preſentibus Federico Chinoli & Petro Accoremboni familiaribus dicti domini abbatis teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Ego Naſious Uliverii imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius publicus predictis omnibus interfui, ſignoque meo conſueto ſcripſi & publicavi rogatus.

CCCIII.

CCCIII.

Remiſſio offenſionum facta ab abbate Trivienſe ſuis hominibus.

Aono 1336. xxiv. martii.

Ex reg. Trivienſi Nerii. pag. 35.

Ibid. n. 55. IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo CCC.XXXVI. indictione IIII. tempore domini Beoedicti pape XII. die XXIIII. menſis martii. Conſtituti Bonomo olim Riccoboni de Monte-cornario, Gbigus olim Mini Calzolarii de Mercatale, Cuitius filius Baodini de villa Tribii conſules hominum communitatis & univerſitatis Tribii, & Coſimus de Falcbis, Santinellus de Villa, Maldura olim Guidi ipſius loci, & Ferrus quondam Ventarelli, Cuicius olim Jacobi, & Johannes olim Dede de Vado, & etiam quam plures alii homines predicte communitatis & univerſitatis ante preſentiam reverendi viri domini dompni Benedicti Dei ac gratia apoſtolice ſedis abbatis monaſterii ſancte Marie de dicto Tribio in dicto monaſterio petiverunt & ſupplicaverunt eidem domino abbati eorum prelato humiliter & devote vice & nomine ipſorum, & cujuslibet eorum, ac etiam vice & oomine omnium & ſingulorum hominum predicte communitatis & uoiverſitatis preſentium & anteceſſorum eorum, quatenus eidem placeret amore Dei & de gratia ſpeciali quoad Deum, & quoad mundum parcere, & remittere omnes offenſas & offenſiones, quas dicto monaſterio communiter vel diviſim ſcienter vel ignoranter dederint ſeu fecerint hactenus. Ac etiam omnia jura, penſiones, factiones, reales ſeu perſonales, ſervitia realia & perſonalia, ſeu etiam honera & honores, quos, quas & que dicto monaſterio facere tenentur ante tempus ſue inſtitutionis ſeu collationis ſeu proviſionis, ſi quos & ſi quas, vel ſi qua communiter vel diviſim, generaliter vel ſpecialiter retinuiſſent, vel non ſolviſſent, ſeu ſolvare vel ſatisfacere ceſſaviſſent aliqua ratione vel cauſa. Qui dominus dompnus Benadictus abbas predictis previdens, & conſiderans, ac etiam inſpiciens ſtatum, conditionem & commodum, qui & que erat ante tempus ſue inſtitutionis in dicta communitate, & hominibus dicte univerſitatis & communitatis habit.. & detent.. inlicite & perverſe per eos, qui dictum monaſterium modo inlicito occupantes detinebant, nec non ipſum monaſterium & ejus fideles, & jura graviter ſine juris tramite ſubjugabant, piis aures ſuas Dei nutu miſericorditer juſtis precibus & ſupplicationibus dictorum hominum ſupplicantium, ut ſuperius prenotatur, porrexit & miſericorditer inclinavit, parcens & remittens dictis hominibus preſentibus & ſtipulantibus pro ſe & pro omnibus hominibus dicte communitatis, preſentibus & anteceſſoribus eorum, & cuilibet eorum in generali & ſpeciali omnes offenſas & offenſiones contra dictum monaſterium aliquo modo par eos vel aliquem eorum vel anteceſſorum ipſorum illatas ſeu factas vel perpetratas ſcienter vel ignoranter. Necnon parcens & remittens aiſdem hominibus ſtipulantibus, ut ſupra *&c.* quoad Deum & quoad mundum, omnes cenſus & factiones reales & perſonales, & omnia ſervitia realia & perſonalia, & canones, penſiones, que, quos & quas dicto monaſterio ante tempus ſue inſtitutionis facere tenerentur, ſeu dare & ſolvere tenebantur, illa illas & illos, videlicet que, quos, vel quas non ſolviſſent, ſeu non preſtitiſſent, aut quoquo modo vel nomine detenuiſſent inlicite vel injuſte. Preter renovationem poterium & poſſeſſionum, que reciderunt in dictum monaſterium occaſione exheredationis potarium per modum & formam ſtatutorum dicti monaſterii, & univerſitatis & communitatis dicti Tribii, que in dicta nullatenus remiſſione babeantur, ſed de dicta remiſſione penitus exceptentur, & jus ipſarum renovationum integre ſibi & dicto monaſterio reſervetur. Predicta remiſſione & predictis vel infraſcriptis non obſtantibus, ullo modo abſolvens & liberans quoad Deum & quoad mundum ipſos homines preſentes & acceptantes *&c.* ab omnibus honeribus & honoribus, & ſervitiis realibus & perſonalibus, ac etiam factionibus & penſionibus quocumque modo & nomine cenſerentur, retentis, vel debito modo non ſolutis per eos ante tempus ſue inſtitutionis, dictis renovationibus ad eam abſolutionem remotis, ut dictum eſt. Nec non p.... per ſe & ſuos ſucceſſores dictis hominibus preſentibus & ſtipulantibus, ut ſupra, litem, vel controverſiam aut queſtionem aliquam eis vel eorum beredibus pro dictorum occaſione vel alicujus eorum non inferre, nec conſentire *&c.* Actum in clauſtro dicti monaſterii, preſentibus presbitero Salimbene rectore eccleſie de Caſtro-celle, Ceccho quondam Mangiarini de Civitella & aliis pluribus teſtibus vocatis & rogatis.

Et ego Nerius quondam Ugucii de Monte-cornario imperiali auctoritate judex ordinarius atque notarius hiis omnibus & ſingulis interfui, ut ſupra legitur, de mandato dictorum contraentium ſcripſi & publicavi.

CCCIV.

Conventiones inter commune Volaterrarum & abbatem SS. Juſti & Clementis.

Anno 1336. xxviii. maji.

Ex tabulario S. Romualdi de Urbe.

Ibidem n. 14. IN Dei nomine, amen. Ad tollandam omnem diſcordiam & differentiam, que diu viguit, & nunc viget inter commune Vulterrarum ex parte una, & religioſum virum domnum Fatium abbatem & conventum monaſterii ſancti Juſti de Vulterris ex parte altera, ſuper adminiſtratione & gubernatione bonorum tam mobilium, quam immobilium, fructuum & reddituum, ac proventuum ipſorum bonorum operis eccleſie ſanctorum Juſti & Clementis patronorum & defenſorum communis & populi Vulterrarum infraſcripta pacta & conventiones inita & facta ſunt inter ipſum commune & predictum dominum abbatem ſuper adminiſtratione & gubernatione ipſorum bonorum de ipſis bonis.

Imprimis quod poſſeſſiones & bona dicti operis ab hodie retro relicta dicto operi debeantur inveniri & ſcribi in aliquo libro per vocabula, capita & latera ad hoc, ut ſciant, que ſint, & diſcernantur ab aliis poſſeſſionibus dicti monaſterii ſancti Juſti, cujus libri copia in communi Vulterrarum remaneat.

Item, quod gubernatio & adminiſtratio dictorum bonorum & poſſeſſionum antiquarum dicti operis ſic ſcriptarum in dicto libro expectent & pertineant de cetero ad dominum abbatem, & quod de fructibus, & proventibus & redditibus dictorum bonorum debeat & teneatur ipſe dominus abbas ſolvere annuatim in perpetuum in conſtructione, actione, edificatione, reparatione & augmento dicti operis libras ſexaginta denariorum in feſto omnium Sanctorum operario religioſo ſeu ſeculari, quem ipſe dominus abbas duxerit eligendum, quem eligere poſſit, ſine aliqua contradictione ad dictam quantitatem dictarum librarum ſexaginta denariorum expendendum & convertendum in dicto opere. Qui operarius una cum operariis eligendis per commune Vulterrarum, & ipſi operarii communis Vulterrarum una cum operario dicti domini abbatis dictas libras ſexaginta denariorum, & id & totum, quod intraverit & oblatum fuerit, & ad ipſorum manus pervenerit occaſione dicti operis, teneantur & debeant expendere in majori utilitate & neceſſitate dicte eccleſie & operis, dummodo de ipſa utilitate conferant cum ipſo domino abbate. Et teneantur & debeant quolibet anno in calendis aprilis infra octo dies in introitu dicti menſis reddere rationem de eorum adminiſtratione dicto domino abbati, & eligendis ad hoc per dominos duodecim populi Vulterrarum. Et ſi in tempore reddende rationis aliquid ſupereſſet eis de mobilibus operis, illud ſi tunc non laboraretur in dicto opere, deponatur nomine dictorum operariorum penes abbatiſſam monaſterii ſancte Clare tenendum & conſervandum, quouſque laboraretur in opere ſupradicto.

Item, quod domini duodecim populi Vulterrarum, qui tunc ſunt in officio, teneantur & debeant eligere duos bonos & legales operarios ad recipiendum & gubernandum opus & bona omnia tam mobilia, quam immobilia oblationes tam cereorum officialium communis Vulterrarum, quam aliarum rerum tam in denariis, quam in rebus aliis provenientium occaſione dicti operis, & pro ipſo opere, vel ad ipſum opus relictorum ab hodie in antea. De ceteris autem oblationibus & proventibus ad altaria dictorum ſanctorum Juſti & Clementis de cereis contractarum puellarum, & aliis candelis & cereis provenientibus ab aliis, quam ab officialibus antedictis ad altaria antedicta dicti operarii communis ſe nullatenus intromittant, ſed pleno jure ſpectent & pertineant ad altaria prelibata, quorum officium duret uſque ad cal. aprilis proxime venturas, & poſtea domini duodecim populi, qui pro tempore fuerint, quolibet anno teneantur & debeant in quindecim dies intrante menſe aprilis eligere dictos operarios, vel eoſdem confirmare, prout eis videbitur utilius expedire pro utilitate dicti operis.

Item teneantur dicti domini duodecim populi quolibet anno in feſto dictorum ſanctorum Juſti & Clementis mittere militem poteſtatis vel capitaneum populi cum eorum berovanis, ſi dictis dominis duodecim placuerit, ad cuſtodiendum dictum feſtum a primis veſperis uſque ad ſecundam de die & nocte ad hoc, ut nulla riſſa vel inhoneſta poſſint commit-

ti

ti per perſonaa venientes ad dictum feſtum, & propter reverentiam & honorem dicte feſtivitatis.

Item ad honorem & reverentiam dicte feſtivitatia predictorum ſanctorum Juſti & Clementia, & ur ipſa eorum eccleſia ſit & appareat ornata parameotis ad celebrandum divina officia, in eademque quadraginta-quinque libre denariorum dicti operis, que ſunr penes Lippum de Margaglionia vel aliam perſonam, expendantur io uno pulcbro & honorabili paramento, ſcilicet planeta, dalmatica, tunicella & pluviali valoria & extimationis librarum centum ad minua & a dictis libria quadraginta-quinque denariorum predictorum reneatur & debeat dictua dominus abbas uſque ad dictam ſummam centum librarum denariorum mittere de bonia monaſterii in dictia paramentis.

Item omnia ſtatuta, ordinamenta, reformationes & apodiſſe facte & contente hactenua in commune Vulterrarum occaſione dicti operia contra dictum abbatem & monaſterium ſint caſſa, irrita & nullius valoria, vel etiam firmitaria; & quod dicta pacta & conventionea ſuperiua nominata & expreſſa habeant perpetui roboris firmitatem. Que quidem pacta & conventiones, & omnia & ſingula ſupraſcripta dicti ſindici ad iovicem & unua alteri, nomioibua quibua ſupra, promiſerunt & convenerunt de eetero habere & tenere firma & rata, & contra non facere vel venire de cetero in aliquo de jure vel facto, & ſervare ad penam & ſub pena librarum mille denariorum Florentioorum parvorum ſolemni ſtipulatione promiſſa in ſinguiia eapitulia ſupraſcriptis. Quam penam &c. Et renuntiaverunt exceptioni &c.

Actum Vulterria in camera palatii communia Vulterrarum, in quo dicti domini duodecim deſenſorea populi Vulterrarum morantur pro eo officio exercendo, preſente domino Gentile judice... Becho notario Balducii de Vulterria, & Mazabindo de Colle Vallia Elſe teſtibua ad hoc vocatis & rogatis. Anno Domini M. ccc. xxxvi. indictione iv. die xxviii. menſia maji.

Ego Bartolus filius quondam Curſii de Vulterris imperiali auctoritate judex ordinariua atque notariua predictis omnibus interfui, & ut ſuperiua ſcripſi & publicavi in regiſtro Vulterrano rogatus.

CCCV.

Ædificatia monaſterii S. Joh. Baptiſtæ de Bagnacavalla.

Anno 1336. xix. ſeptembris.

Ex archivo S. Mathiæ de Muriana.

IN Chriſti nomine, ameo. Anno ab ejuſdem oativitate milleſ. ccc. xxxvi. *Ibid. n. 23.* indictione iv. die xix. menſis ſeptembris Bagnachavalli ſub porticu domus infraſcripte, preſentibus Senexe olim Ricomani, Bulgarino de Baldoioia, Cucio Vanerio, Raynaldo Muſardo & Guidone ejus filio teſtibus ad bec vocatis & rogatis. Guido de Bruxamolinis, Bencevene de Ruſticis, & Bengua Fere omnes de Bagnachavallo & quilibet ipſorum ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei & beatiſſime virginia matris ejus, necnon beatiſſimi Johannis-baptiſte totiuſque celeſtia curie, ac pro ſalute animarum ſuarum & remiſſione ſuorum peccatorum, & ſuorum omnium defunctorum pure, libere, ſimpliciter & inrevocabiliter inter vivos jure proprio & imperpetuum dederunt, donaveruot & tradiderunr domino fratri Antonio de Galiada monacho monaſterii ſancti Mathie de Murano Torcellane dioceſia, fratribus Bonaventure & Leooardo de Bagnacavallo converſis monaſterii ſancti Johannis-baptiſte de Faventia Camalduleoſia ordinis ſindicis & procoratoribus, ac ſindicario & procuratorio nomine reverendi viri domini dompoi Benedicti prioris dicti monaſterii ſancti Matbie de Murano, & pro ipſo monaſterio, ac vice & nomine dicti monaſterii recipientibus, prout de eorum ſindicatu & procura conſtat publico inſtrumento ſcripto manu Homidei quondam Franciſchi de Lauditoro Ariminenſia dioceſis a me infraſcripto notario viſo & lecto, unam domum de cupis eum ſolo, curte, viridario & omnibua ad dictam domum pertioentibus, que domua poſita eſt in terra Bagnachavalli in cootrata podii juxta Leonardum Palmerium, Aymericum de Caſella, Clapicam & viam communis, ad babendum tenendum &c. Quam rem donatam ipſi donatorea ſe nomine dicti dompni Benedicti prioris ac etiam monaſterii ſancti Matbie preſati conſtituerunt poſſidere, donec ejuſdem rei poſſeſſionem acceperia corporalem, qui accipiendi & retinendi

deinceps ei licenriam omnimodam contulerunr. Promitrentea ſcilicet unuſquiſque eorum principaliter & inſolidum predictis ſindicis & procuratoribus ſindicario & procuratorio nomine, quo ſupra, ſtipulantibus & recipientibus litem vel controverſiam dicto monaſterio ſancti Mathie non ſacere, ac etiam domino priori & ejus ſucceſſoribus ab omni homine & univerſitate legiptime deſendere, auctorizare &c.

Ego Zanottus filiua ſer Guidonis de Brulamolinis predicti imperiali auctoritate notarius & judex ordinarius hiis omnibus & ſingulis interſui, & rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi.

CCCVI.

Donatio eccleſiæ S. Mariæ de Pietate Maceratæ monaſterio Valle-caſtrenſi.

Anno 1336. die XXVI. ſeptembris,

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 21. IN Dei nomine, amen. Anno Domini milleſimo tricenteſimo trigeſimo-ſextu quarte indictionis tempore domni Benedicti pape XII, die viceſimo-ſexto menſis ſeptembria. Robertus quondam Petri olim de Monteulmo, & nunc habitator civitatis Macerate, & domna Florutia ejus uxor, de voluntate & conſenſu dicti Roberti ſui viri ad infraſcripta conſentientis per ipſam agenda, & idem Robertus patroni eccleſie ſancte Marie de la Pietate diſtrictus & dioceſis dicte civitatis Macerate, ad quos jus patronatus, ac etiam nominandi & preſentandi presbiterum rectorem in dicta eccleſia noſcitur pertinere, ad laudem & reverentiam omnipotentia Dei, & virginis Marie matris ejus, ac etiam curie Celeſtis & beati Romualdi, monaſterii Vallis-caſtri diſtrictus Fabriani dioceſis Camerinenſis, & pro ſalute animarum ſuarum & parentum ſuorum ſponte, pure & libere omni exceptione & conditione remotis, ſuorum plana & libera voluntate, non vi, non dolo, nec metu inducti dederunt, donaverunt, conceſſerunt, tranſtulerunt donationis titulo inrevocabiliter inter vivos dopno Bartholo quondam Venotonis monacho monaſterii ſancti Romualdi Vallis-caſtri predicti diſtrictus & dioceſis ſupradicte, & rectori eccleſie ſancti Salvatoris Decemani diſtrictus & dioceſis Auximani preſenti, ſtipulanti & recipienti vice & nomine, & pro dicto monaſterio ſancti Romualdi & abbatis, capituli & conventus ipſius monaſterii Vallis-caſtri ipſum juſpatronatus, & jua nominandi & preſentandi rectorem in ipſam eccleſiam ſancte Marie de la Pietate, & omne jus eiſdem Roberto & domne Florutie ejus uxori, & cuilibet ipſorum competens, & quod competere poſſet in ipſa eccleſia ſancte Marie de la Pietate, aut appareret eiſdem competere ex vigore infraſcripti inſtrumenti ſcripti manu Johannis Philippi de Macerata notarii a me notario infraſcripto viſo & lecto, cujus inſtrumenti tenor talis eſt.

In Dei nomine, amen. Anno Domini milleſimo CCC. XX. primo indictione quarta tempore domni Johannis pape XXII. die VIIII. menſis ſeptembris, Conſtituta domna Florutia uxor Roberti Petri olim de Monte-ulmo nunc habitatoris civitatis Macerate coram reverendo patre & domino domno Frederico Dei & apoſtolice ſedis gratia Maceratenſe epiſcopo, preſente & conſentiente Roberto ejus viro, pactia & conditionibus infraſcriptis dedit & obtulit dicto domno epiſcopo & epiſcopatui recipienti & ſtipulanti nomine & vice eccleſie ſancte Marie fiende infraſcripte domum ſuam poſitam in contrata ſontis Macerate juxta viam, qua itur verſus Potentiam, poſſeſſionem dicte domine, & alia latera, cauſa edificandi unam eccleſiam in dicta domo vel ad dictam domum ſeu juxta dictam domum ad laudem & gloriam beatiſſime virginia Marie, & pro ſalute animarum ipſorum Roberti & Florutie, que eccleſia vocatur ſancta Maria de la Pietate, quam edificare promixit, ut ſupra; & in dotem dicte eccleſie, & pro ea dedit & obtulit, promiſit, ceſſit, & conceſſit eidem domno epiſcopo & epiſcopatui pro dicta eccleſia ſancte Marie de la Pietate recipienti domum predictam cum terra & vinea poſita in dicto loco juxta dictam domum, ſontem a pede, Nictium Franciſci Tranſmundi, Andrioluin de Banzoppana, viam publicam, & alia latera. Que domina Floruria & Robertus, preſente, volenre & autnrante dicto domno epiſcopo reſervaverunt ſibi & ſuis filiis & ſucceſſoribus ipſorum jus patronatus & electionis dicte eccleſie fiende per ipſos, ita quod ſemper ipſi Robertua & domina Florutia, filii, & heredes & ſucceſſores ipſorum ſint patroni & electores capellani ſeu rectoris dicte eccleſie fiende, & quod illum ſeu illos, quem vel quos elegerint ſeu eligendum ipſi duxerint, aut dicti ſui heredes & ſucceſſores dictus domnus epiſcopus ex

pacto

pacto promixit pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in dicto epiſcopatu ſolempni ſtipulatione confirmare & pro rectore ac capellano dicte eccleſie babere & tenere, & nullum alium in rectorem, capellanum yconon um aut etiam quocumque alio nomine aliquis cenſeatur vel nominetur, ſeu nominari poſſit, ſine ipſorum Roberti & domne Florutie aur eorum filiorum, & heredum & ſucceſſorum voluntate, ſeu preſeotatione in dicta eccleſia admittere inſtitucre recipere aut etiam inveſtire, & quod ſi alius immitteretur ac eligeretur vel confirmaretur aliter quam modo predicto, non valere voluerunt, nec tenere, & quod ex nunc habeatur pro non facto, & predicta ſic facta ſint nullius valoris & momenti, Reſervato etiam ex pacto dictis Roberto & Florutie, & cuilibet ipſorum, & filiis eorum communiter de ipſis deſcendentibus uſusfructu dicte terre & vinee, dum viaerint, & quod de ipſis fructibus & rebus ipſi poſſint uti & frui, & facere tamquam de ipſorum proprio, ut de ipſorum proceſſerit voluntate; poſt mortem vero ipſorum & filiorum eorum dicta poſſeſſio tam quoad uſusfructum, quam ad poſſeſſionem & proprietatem ſit & eſſe debeat dicte eccleſie ſancte Marie de la Pietate. ſemper reſervato dictorum Roberti & Florutie filiis heredibus & ſucceſſoribus jure patronatus, & rectoris ſeu capellani vel alterius cujuſcumque in ipſa eccleſia inſtituendi ſeu ponendi electionis ſeu preſentationis. Et etiam reſervatis eidem Roberto & domne Florutie ſue uxori in vita eorum pane, frumento, ſarina, leguminibus, blado & lino, que daretur vel offerretur eidem eccleſie ſeu intraretur in ipſam pro eorum bonore de voluntate & conſenſu predicti domni epiſcopi, cui oblationi, promiſſioni & ſtipulationi predictus Robertus preſens interſuit, conſenſit & ratificavit omnia ſupradicta, non oſtante aliqua promiſſione vel obligatione dotis, vel alia cauſa eidem facta per Florutiam ſupradictam. Quas res & quamlibet earum dicta domna Florutia conſtituit ſe nomine dicte eccleſie ſancte Marie poſſidere, donec poſſeſſionem pro ipſa eccleſia quis condecens acceperit corporalem, quam accipiendi, & retinendi licentiam eidem contulit atque dedit, & promixit, & convenit dicta Florutia per ſe & ſuos heredes dicto domno epiſcopo nomine dicti epiſcopatus recipienti omni anno in feſto ſancti Juliani occaſione edificationis dicte eccleſie ſancte Marie fiende, & confirmationis rectoris ſeu capellani, ut ſupradictum eſt, dare, ſolvere pro cenſu unam libram candelarum cere. Que omnia & quodlibet predictorum dicta domna Florutia preſente & conſentiente dicto Roberto promixit dicto domno epiſcopo nomine dicti epiſcopatus & dicte eccleſie ſancte Marie recipienti, & dictus domnus epiſcopus per pactum promixit & convenit per ſe & nomine epiſcopatus predicti & ſucceſſive in dicto epiſcopatu & eccleſie ſancte Marie ſupradicte dictis Roberto & Flurutie pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipienti & ſtipulanti in omnibus & ſingulis capitulis & clauſulis ſupradictis attendere & obſervare, & in nullo contrafacere vel venire per ſe vel alium, ſeu alios aliqua ratione vel cauſa, aut contrafacienti conſentire ſub pena cc. librarum Ravennatum pro quolibet contraveniente ad predicta, que pena applicetur parti obſervanti, & non venienti contra, & omnia dapna & expenſas & intereſſe, que & quas fecerint vel ſubſtituerint in curia & extra integre reficere & reſarcire occaſionibus ſupradictis, que pena totiens committatur, & exigi poſſit, quotiens fuerit contraventum, qua ſoluta vel non, predicta omnia & ſingula rata perdurent.

Actum in civitate Macerate in domibus epiſcopatus, preſentibus Ciccho Gualterii domni Pauli, Philippo Scambii de Macerata, Suppolino Gardi, Lippo domni Richieti de Raceneto, & Marino Juliani de Amandula teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Et ego Johannes Philippi de Macerata imperiali auctoritate notarius, & nunc quoque ſupradicti domni Maceratenſis epiſcopi notarius hiis omnibus interſui, rogatus ſcribere ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi. Et qualitercumque & undecumque eiſdem aut alteri ipſorum appareret quocumque modo, transferentes & concedentes dicto dopno Bartholo monacho dicti monaſterii ſtipulanti & recipienti vice & nomine dicti monaſterii ſancti Romualdi, & ipſi monaſterio, capitulo & conventui omne & qualecumque jus dicti Robertus & domna Florutia competit ſeu quomodolibet competere poſſet in predictis & quolibet predictorum, committentes & concedentes eidem abbati, capitulo & conventui & monaſterio ſancti Romualdi, & dicto dopno Bartolo recipienti & ſtipulanti pro eis totaliter vices ſuas. Et facientes eos procuratores, ut in rem ſuam ita quod amodo poſſint nominare & preſentare ac eligere rectorem & capellanum confirmandum ad curam & regimen dicte eccleſie cum jure patronatus &c. Renuntiantes exceptioni &c. Promittentes &c. ſub pe-

na

na quingentarum librarum denariorum in ſingulis capitulis committenda *&c.*

Actum in civitate Macerate in domo predictorum Roberti & domne Florutie, preſentibus Vanne Guilielmi de Auximo notario, Grimaldutio Bonacoſe ſpetiali quondam de Tholentino, & nunc habitatore civitatis Macerate, & Thomaſſutio Pauli olim de Monte Robiano, & nunc habitatore dicte civitatis Macerate teſtibus vocatis & rogatis ad ſupradicta.

Ego Jacobus Putii quondam de Piro publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interſui, rogatus ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi.

CCCVII.

Donatio loci pro conſtruendo monaſterio Bagnacavalli.

Anno 1337. die xi. februarii.

Ex tabulario S. Mathiæ de Muriano.

Ibidem n. 23. IN Chriſti nomine, amen. Anno ab ejuſdem nativitate milleſimo ccc. xxxvii. indictione v. die xi. menſis februarii in domo ſeu eccleſia infraſcripta, preſentibus Cichino de Andulfis, Cichino de Guizardis, Sulimano de Perorſiis, Guidone de Brandolis, & Cichino de Maynitia teſtibus ad hee vocatis & rogatis, omnibus de Bagnacavallo. Cum divina inſpirante gratia Guido de Bruxsmolinis de Bagnacavallo, Bencevene de Ruſticis, Bengus Fere, Ugolinus de Bruxamolinis, Sanctus de Ruſticis, Martinua Guizardus & Maximua de Draconibus omnes & ſinguli de dicta terra Bagnacavalli jamdiu deliberaverint, diſpoſuerint, & firmaverint eorum unanimi accedente conſenſu, quod eorum expenſis edificetur in terra Bagnacavalli ſub vocabulo beatiſſimi Johannis-baptiſte quidam locus ſeu quedam eccleſia, in quo morentur quotidie aliqui fratres ſeu monaci de fratribus & monacis ordinis ſancti Mathie de Muriano de Veneciis Torcellane dioceſis, & que regatur & gubernetur per eos, & que ſit ſub cura, regimine, juriſdictione, gubernatione & cuſtodia prioris, qui nunc eſt, ac etiam eorum, qui pro tempore fuerint in dicto monaſterio ſancti Mathie de Muriano; idcirco prefati Guido, Ugolinus, Sanctus, Martinus, & Maximus eorum nominibus, & vice & nomine predictorum Bencevene & Bengi ſuorum ſociorum abſentium, pro quibus tamen de rato promiſerunt, pure, libere, ſimpliciter, irrevocabiliter inter vivos dederunt, tradiderunt & donaverunt dompno fratri Antonio de Galiada monacho dicti monaſterii ſancti Mathie & fratri Leonardo de Bagnacavallo converſo monaſterii ſancti Johannis-baptiſte de Faventia ſindicis & procuratoribus reverendi & religioſi viri dompni Benedicti prioris dicti monaſterii ſancti Mathie de Murano, prout de eorum ſindacatu & procura apparet publico inſtrumento ſcripto manu Homidei quondam Franciſchi de Laudituro dioceſis Ariminenſis notarii, a me notario infraſcripto viſo & lecto, preſentibus & vice, & nomine dicti dompni Benedicti prioris & ſuorum ſucceſſorum, ac vice & nomine dicti monaſterii, capituli, & conventus ſancti Mathie de Murano recipientibus, videlicet quamdam domum poxitam in terra Bagnachavalli in porta Ranaclorum juxta heredes Brandolini de Brandolis, curtile de Suſiis, viam publicam, & clapicam communia, cum omnibus & ſingulis ad ipſam domum pertinentibus vel expectantibus, & cum omnibus & ſingulis, que infra predictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent, veriores, & cum omnibus & ſingulis, que dicta res donata habet ſuper ſe vel infra, ſeu intra ſe in integrum, omnique jure & actione, uſu ſeu requiſitione ſibi ex ea vel pro ea, aut ipſius res modo aliquo pertinente, ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quidquid dicto priori vel ejus ſucceſſoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus & ſingulis, que infra predictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent, acceſſibus & eggreſſibus ſuis uſque in viam publicam, & in eccleſia ſub vocabulo beatiſſimi Johannis-baptiſte convertendum. Quam eccleſiam dictum monaſterium ſancti Mathie, & prior, & conventus dicti monaſterii, qui nunc ſunt, & qui pro tempore fuerint per, fratres ſuos continue officiari facere teneantur, & in ea divina officia celebrari. Quam rem donatam dicti donatores eorum nominibus, & etiam vice & nomine predictorum Bencevene & Bengi abſentium conſtituerunt ſe nomine dictorum domini prioris, monaſterii, capituli, & conventus ſancti Mathie poſſidere, donec idem dominus prior monaſterium, capitulum, & conventus, vel alius eorum nomine ipſius rei donate poſſeſſionem acceperit corporalem, quam accipiendi propria auctoritate, & retinendi deinceps ei ſive ejus licentiam omnimodam contulerunt,

runt, promittentea dicti donatores, & unuſquiſque eorum principaliter & inſolidum ſuo nomine, & vice & nomine predictorum Bencevene & Begni, & ſe, & Bencevenem, & Bengum, & eorum bona obligando ſine aliqua exceptione juris vel facti opponenda predictis ſindicia & procuratoribus preſentibus, & ſindicario & procuratorio nomine, quo ſupra, ſtipulantibus & recipientibus ſe litem vel controverſiam dicto domino priori, monaſterio, capitulo & conventui, vel ejus ſucceſſoribus de dicta re ſeu parte ipſius ullo tempore non inſerre, neç inſerenti conſentire, ſet ipſam rem donatam dicto domino priori, capitulo & conventui, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerint, ab omni homine & univerſitate legiptime defendere, auctorizare, & disbrigare, & liberam & expeditam poſſeſſionem tradere, ipſamque babere licere, & predictam donationem & traditionem & omnia & ſingula ſupraſcripta perpetuo firma & rata habere, tenere, obſervare & adimplere *&c.*

Ego Zanotus fil. Guidonis de Bruſamolinis *&c.* not. *&c.*

CCCVIII.

Callatia eccleſie S. Angeli de Mannala.

Anno 1337. XXVIII. maji.

Ex regeſta Trivienſi Nerii pag. 29.

Ibid n. 27. IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo. CCC. XXXVII. indictione V. tempore domini Benedicti pape XI. die XXVIII. menſis madii in eccleſia abbatie Tribii, preſentibus ſer Franceſcho filio magiſtri Andree de Montalone, Camiſeia quondam Fantini de Camm..., Benedicto quondam Benamati de Valſavignone, & Nanno quondam .... de Calanchi & aliis pluribus teſtibus adhibitis & vocatis. Cum eccleſia oſpitalis ſancti Angeli de Mannolo Caſtellane dioceſis rectore & paſtore vacaret per mortem presbyteri Marini olim rectoris dicte eccleſie & oſpitalis, & domnus Benedictus abbas monaſterii ſancte Marie de Tribio, ad quem nomine ipſius monaſterii tam de jure, quam ex longa & antiqua conſuetudine eleæio dicte ecclrſie & oſpitalis pertinet pleno jure, conveniſſet una cum domno Bartolo monacho jam dicti monaſterii, videlicet ad tractandum de electione futuri paſtoris & rectoris dicte eccleſie & oſpitalis de Mannolo, ne per diuturnam vacationem ipſius eccleſie & oſpitalis patiatur ipſa eccleſia & oſpitale in ſpiritualibus & temporalibus aliquod detrimentum, diligenti tractatu & provida deliberatione prehabitia ſuper hiis, mentis oculos direxit idem dominus abbas in presbyterum Salimbene filium Faccii de Tribio, quem quidem presbyterum Salimbene prefatum idem dominua abbaa una eum dompno Bartholo monacho, ut ſupra, nomine dicti ſui monaſterii ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei, & etiam ad honorem ſanctiſſimi patris & domini domni Benedicti pape XI. & domini Ugolini epiſcopi Caſtellani, & domini Cunfreydi archipresbyteri plebia de Corliano expreſſe elegit eumdem presbyterum Salimbene in rectorem & paſtorem adque gubernatorem dicte eccleſie & oſpitalia ſancti Angeli de Mannolo *&c.*

Et ego Nerius Ugucii notarius *&c.*

CCCIX.

Alia donatio facta eremitis Montis-Rbade.

Anno 1337. XVII. augnſti

Ex chartularia S. Mathia de Muriano.

IN Chriſti nomine, amen. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo trecenteſimo trigeſimo-ſeptimo indictione quinta die dominico decimo-ſeptimo menſis auguſti ſub porticali eccleſie ſancte Marie de Galzegnano, preſentibus Allio dicto Ballota quondam Ugolini, Leonardo dicto Rizo quondam Gerardo, Bonn quondam Paponis, Zambono quondam Petri Nervi, Johannino quondam Agnrdini, & Bartolomeo dicto Finello quondam Johannis omnibus de villa Galzegnani & aliia. Ibique Johannes quondam Marzonis de villa Galzegnani, ſindicus & ſindicario nomine communis & hominum ville Galzegnani, ut continetur in charta ſindicarie facta per me Henſclmum notarium inſraſcriptum titulo & nomine pure, mere & inrevocabilis donationis, que dicitur inter vivos, que donatio nunquam poſſit revocari, nee debeat aliqua ingratitudine vel offenſa magna vel parva aliquo jure, modo vel facto. Et hoc valeat tam de jure, quam de facto, ſecundum quod mrlius valere & tenere poteſt, cum conſcilio ſapientis viri dedit, ceſſit, tradidit & expreſſe donavit ipſe Johannes Marzonis, nomine quo ſupra, pro dicto commune & hominibus ville Galzegnani fratri Johanni de *Ibidem.*

Vero.

Verona recipienti pro ſe, & fratri Antonio de Bignaſico heremitis monaſterii & loci montis Rude nuper incoacti in pertinentiis ville Galzegnani & Turrigle, & pro ipſo loco & monaſterio unam petiam vinearum ſclavarum diviſam in quatuor petiolis, ſitam & poſitam in territorio & pertinentiis ville Galzegnani & ville Turrigle ſupra montem Rude, cui coheret ab una parte dictus Johannes Marzonis, ab una parte Galzegnanus Alberti, ab una parte Bartolomeus dictus Canella, & Gerardus dictus Mellatus fratres quondam Spinelli, & ab alia heredes domini Zilii Capitisliſte, a capite ſuperiori via conſortiva ville Torregle, & Galzegnani, & forte alie poſſunt eſſe coherentie & confines veriores. Ea vero ratione & forma, ita ut a modo dicti fratres Johannes & Antonius de Bignaſico, & totus locus & conventus dicti loci predicti, & de cetero futurus, & eorum ſucceſſores, & ab eis cauſam habentes habeant, teneant, & poſſideant dictam petiam terre vineate, & jura ipſius, & omnem ſuam utilitatem & valuntatem ex ea facere ſine ulla contradictione & repetitione dicti Johannis Marzonis & heredum, & dicti communis, & hominum ville Galzegnani vel alicujus alterius perſone, cum acceſſu, ingreſſu, introitu, & exitu & cum viis ſuperioribus & inferioribus, ut cum omnibus ſuis adjacentiis & pertinentiis, & cum omni jure, actione & ratione reali & perſonali dicte petie vinearum pertinentibus, ſuiſque pro ea competentibus. Conſtituens ipſe Johannes ſindicus, quo ſupra, pro ſe & dicto commune Galzegnani ipſos fratres Johannem & Antonium pro ſe & dicto loco & monaſterio & toto conventu Rude procuratores ſuos, & in locum ſuum ponendo, ita quod a modo poſſint & debeant agere, petere, & placitare, cauſari & experiri contra quamcumque perſonam habentem, tenentem & poſſidentem, vel aliquid ex dicta petia terre impedientem, & ad ipſam pertinentem, dicens & aſſerens ipſe Johannes Marzonis pro ſe & dicto commune Galzegnani dictam petiam vinearum, nec partem ipſius nulli alii dediſſe, vendidiſſe, donaſſe, locaſſe, livellaſſe, pignoraſſe, obligaſſe ſeu aliquo modo obnoxiaſſe, niſi nunc dicto fratri Johanni pro ſe & fratri Antonio, & pro dicto loco, & monaſterio de Ruda, quod ſe requiſitus promiſit ipſe Johannes ſindicus & dicto commune Galzegnani ipſos & quemlibet ipſorum indemnem conſervare ſuis propriis expenſis & dicti communis Galzegnani, cum obligatione ſuorum bonorum & totius communis Galzegnani, que pro ipſis fratribus Johanne & Antonio, & dicto loco & monaſterio ſe conſtat poſſidere. Dans tam dictus Johannes ſindicus dictis fratribus pro ſe & nomine & vice dicti loci Rude licentiam & parabolam, ut ſua auctoritate intrent & apprehendant tenutam & corporalem poſſeſſionem de ſupradicta petia vinearum, quam ſe nomine, & vice quo ſupra, dicti loci & monaſterii Rude ſe conſtat poſſidere, donec ipſi fratres Johannes & Antonius, nomine quo ſupra, dicti loci tenutam & corporalem poſſeſſionem dicte petie vinearum fuerint ad . . . . promittens ipſe & alius ſindicus pro ſe & dicto commune Galzegnani dictis fratribus Johanni & Antonio pro ſe & dicto loco & conventu monaſterii Rude predictam datam & donationem guarentare & defendere ab omni perſona, collegio & univerſitate, quantum pro ſuo facto ſpeciali cum ratione ſub pena dupli dapni itidem . . . . ſecundum quod pro tempore fuerit meliorata, aut plus valuerit in . . . . loco. Renuntians itaque dictus Johannes ſindicus exceptioni & conditioni, ſine cauſa vel ex injuſta cauſa, & illi legi de donationibus, que incipit: Si quis argentum, que dicit donationem factam ultra quingentos aureos non valere, niſi fuerit actis legiptimis inſinuata, & omnibus aliis juribus tam canonicis, quam civilibus ſibi contra predicta vel quemlibet predictorum competentibus vel competituris. 1

Ego Henſelminus quondam Bartolomei de Galzegnano & habitator in Galzegnano in contrata Zenguline ſacri Romani imperii notarius publicus hiis omnibus interfui, & ſupraſcripta omnia ſcripſi.

CCCX.

Benedicti XII. bulla pro monaſterio Carcerum.

Anno 1337. VII. idus novembris.

Ex exemplis ejuſdem monaſterii.

BEnedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio . . . priori monaſterii ſancte Sophie de Padua per priorem ſoliti gubernari ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum . . prioris & conventus monaſterii ſancte Marie de Carceribus per priorem ſoliti gubernari ordinis ſancti Auguſtini *Ibid. n. 26.*

Pa-

Paduane dioceſis precibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipſius monaſterii alienata inveneris illicite & diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem monaſterii legitime revocare procures. Contradictores &c. Teſtes &c.

Datum Avinioni VII. idus novembris pontificatus noſtri anno tertio.

Pro. A. Fab. A. de Bico. Borrin. de Mediolano.

Pendebat ſigillum plumbeum: Benedictus papa XII.

CCCXI.

Ejuſdem bulla pro caſtris Fanenſis territorii.

Anno 1338. XVII. kal. februarii.

Ex apographo Claſſenſis monaſterii.

Ibid. n. 32. Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Copioſa ſedis apoſtolice benignitas fideles & devotos ſervos oculis reſpiciens gratioſis, eis in ſuis opportunitatibus ſe conſuevit liberalem & propitiam exhiberi. Sane dilectorum filiorum hominum habitantium Montis-Roli, Montis-vetuli, Fractarum, Turris ſancti Viti, Montisfolii, ſancti Laurentii Collis-alti, inſule Gualtereſche, Reforzate, ſancti Bartholi, Bartis, Ropule, Mondavii, Rocce, ſancti Georgii, Lubacarie & Plagiarum caſtrorum comitatus quondam Fani, nobis exhibita petitio continebat, quod dum felicis recordationis Johannes papa XXII. predeceſſor noſter adverſus officiales, conſilium & commune civitatis predicte Fani propter rebelliones & infidelitates, & alia deteſtanda crimina ab eiſdem commiſſa extraneos & varios exceſſus contra Deum & Romanam eccleſiam perpetratas, procedens contra ipſos officiales, conſilium & commune, preter penas alias, omnibus privilegiis, dignitatibus, officiis, juribus, juriſdictionibus, bonis mobilibus & immobilibus ubicumque exiſtentibus per proceſſus juſtitia exigente privavit, poſtmodum autem predeceſſor predictus certis modis & cauſis ad hoc ipſum moventibus volens in bis mitius agere cum eiſdem, bone memorie Franciſco epiſcopo Florentino & quondam Falconi de Papis theſaurario eccleſie Andegavenſis, tunc vicerectori Marchie Anconitane per ſuas literas certi tenoris commiſit, ut ſupradicti officiales, conſilium & commune ſub certis modis, pactis & conditionibus in literis eiſdem contentis plenius & expreſſius a penis abſolverentur ſupradictis. Verum ſupradicti epiſcopus & vicerector ſuper contentis in eiſdem literis ad actus aliquos procedentes, de voluntate & conſenſu expreſſis ſindicorum & procuratorum predictorum officialium conſilii & communis, & ex certa ſcientia, ipſiſque ſindicis & procuratoribus preſentibus & approbantibus ordinaverunt, quod caſtra predicta & quodlibet eorumdem remanerent, ſicut exiſtebant tunc eccleſie Romane immediate ſubjecta, a poteſtate, juriſdictione, ac dominio predictorum officialium, conſilii, & communis Fanenſis uſque ad dicte ſedis beneplacitum franca, libera & exempta. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, aliqui tyranni civitatis Fanenſis predicte venire contra ordinationem hujuſmodi per eoſdem factam epiſcopum & vicerectorem, ut premittitur, molientes dicta caſtra vel aliqua ex eis ſue ſubjacere nitantur tyrannice ſervituti, nobis pro parte dictorum hominum & habitatorum extitit humiliter ſupplicatum, ut eis providere ſuper his de opportuno remedio paterna diligentia curaremus. Nos igitur premiſſis diligentius intellectis & attentis, devotione & fidelitate ipſorum hominum & habitatorum, quas geſſerunt hactenus ad eamdem eccleſiam, & gerere ſtudent, ſicut teſtimonium percipimus fide dignum, benignis ſupplicationibus inclinati, caſtra predicta & eorum quodlibet cum ſuis territoriis & diſtrictibus ab omni juriſdictione, poteſtate, dominio & ſubjectione communitatis Fanenſis & officialium communis & conſilii predictorum de novo uſque ad noſtrum beneplacitum eximimus, & ab eiſdem, ſicut nunc ſunt, franca, libera & exempta, & eidem Romane eccleſie ac rectori Marchie predicte, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, immediate ſubjecta volumus & decernimus remanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre exemptionis, voluntatis & conſtitutionis infringere &c. Si quis &c.

Datum Avenioni decimo-ſeptimo calendas februarii pontificatus noſtri anno quarto.

CCCXII.

Proviſio eccleſie SS. Nicolai & Paterniani de Colloreo.

Anno 1338. xii. februarii,

Ex regeſto Trivienſe Nerii pag. 3.

Ibid. p. 31. IN Dei nomine, amen. Anno ccc. xxxviii. indictione vi. die xii. menſis februarii intrantis in caſtro Collorei terrarum nobilis viri Paulozzi de Faggiola in domo eccleſie ipſius loci, preſentibus Johanne vulgariter dicto Caſtaldo de le Balze, Banducio quondam Hondedei de Largine &c. teſtibus ad hec habitis & rogatis. Religioſus vir donus Cecbus monachus monaſterii ſancti Johannia Baptiſte de Cella inter Paras & ſyndicus & procurator reverendi patris domni Nicolai prioris ipſius monaſterii, & omnium monachorum & totius capituli & conventus ejuſdem monaſterii ad hoc ſpecialiter conſtitutus, ut ex inſtrumento ſyndacatus ſcripto manu ſer Laurentii notarii de Caiole a me Nicola notario infraſcripto viſo & lecto, ſyndacario & procuratorio nomine predicti domini prioris, & ſui capituli & conventus, & pro ſe ipſo etiam in loco competenti ſedens pro tribunali, viſa & lecta & diligenter inſpecta & examinata electione facta de ſer Petro filio quondam Pacis de Colloreo presbytero & rectore eccleſie ſancte Marie de Caſanuovule Aretine dioceſis in eccleſia ſancti Nicolai & ſancti Paterniani de dicto caſtro Collorei, ut patet inſtrumento electionis predicte ſcripto manu ſer Pauli notarii de Silva-plana plebatus plebis ſancte Marie de Vignole & dioceſis Saxene, que electio facta fuit per diſcretos viros Cionem olim .... & Bartolum vocatum Pulcinum de Colloreo electores conſtitutos per alios parochianos eccleſie ſupradicte, ut patet inſtrumento commiſſionis in eos ſcripte manu ipſius ſer Pauli not. ſupradicti. Et quia ipſam electionem factam per predictos Cionem & Bartolum ſupradictos parochianos ejuſdem eccleſie, ... utpote de perſona ejuſdem ſer Petri habili, docta, & bene ſufficienti, ac digna & ſatis laudabili, ad honorem ſpiritualium & temporalium jurium ipſius eccleſie ſancti Nicolai, & ſancti Paterniani in omnibus & per omnia ſupportandum, & dictam electionem de eo factam canonice & juridice, & ipſum electum ad honorem Dei & ſancte Marie virginis & ſancti Nicolay & ſancti Paterniani, quorum vocabula in dicta eccleſia celebrantur, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei & domini Benedicti pape XII. & totius ſacroſancte Romane eccleſie & venerabilis patris & domini domini Franciſci epiſcopi Saxenatis, cujus dioceſis eſt dicta eccleſia, & reverendi patris domini dompni Nicolai prioris antedicti, & ſui capituli & conventus & plebis ſancte Marie de Vignole, & omnium jus habentium in dicta eccleſia, & ſpecialiter ipſius prioris, ad quem de jure ſpectat confirmatio & inſtitutio rectoris in eadem eccleſia, & etiam omnium parochianorum jus habentium in dicta eccleſia, & canonice confirmavit, & dictam electionem, & electum & perſonam ipſius electi legiptime approbavit, & eumdem ſer Petrum recepit in rectorem dicte eccleſie, & ſindicario & procuratorio nomine ipſius domini prioris ſupradicti, & auctoritate ſibi a predicto domino priore conceſſa, eamdem electionem & electum ſolempniter confirmavit in rectorem dicte eccleſie ſancti Nicolai & ſancti Paterniani, Qui ſer Petrus ſupradictus electus & confirmatus flexis genibus mittens & tenens manus ſuas junctas inter illas predicti domini Cecchi ſyndici &c. eidem domno Ceccho ſyndico &c. vice & nomine ſupradicti dompni Nicolai prioris &c. domini Franciſci epiſcopi &c. & predicti monaſterii ſancti Johannia de Cella predicta coram me notario & teſtibus ſupradictis promiſit hobedientiam & reverentiam ſubditam & devotam, & dicti domini epiſcopi & dicti domini prioris & eorum ſucceſſorum juſtis hobedire mandata, & eorum & utriuſque ipſorum nuntios & familiam benigne tractare. Item juravit corporaliter ad ſancta Dei evangelia tactis ſcripturis manutenere & conſervare theſaurum, & paramenta & libros eccleſie antedicte, & non vendere, nec alienare, aut permutare, & non pignorare predicta theſauros, paramenta, & libros, vel aliqua inmobilia ſine licentia predicti domini prioris, aut dicti domini epiſcopi vel ſuorum ſucceſſorum, & eſſe fidelis predictis domino epiſcopo, & domino priori, & eorum & utriuſque eorum ſucceſſorum, & non eſſe in eo q. . . vitam perderent vel membra aut membrum, nec capiantur aliqua mala captione, & ſi ſciverit vel aliquid ſenſerit de predictis ejus & alterius eorum, quam citius poterit, notificabit perſonaliter vel per litteram, vel nuntium ſpecialem vel legalem; conſilium,

vel

vel ſecretum, quod ſibi committeretur ab aliquo eorum, nulli pandet in prejudicium ſui vel dampnum; in negotiis dicti monaſterii erit adiutor & defenſor contra omnes homines ſalvo ordine ſuo; vocatus ad capitulum veniet, niſi fuerit impeditione canonica impeditus; & omnia alia facere, ſicut in juramento fidelitatis plenius continetur, & in his omnibus & ſingulis dictus ſyndicus ſyndicario nomine dictum ſer Petrum Pacis... inveſtivit, & procuratorio nomine ipſius domini prioris.

Predictis die, loco & teſtibus predictus dompnus Ceccbus monachus & ſyndicus &c. cepit per manus dictum ſer Petrum ſic confirmatum, & dedit in manus ejus claves dicte eccleſie, aperiendo oſtia ipſius eccleſie cum manibus dicti ſer Petri, & mittendo in manus ejus tobaleas altaris, & libros & paramenta, & alios theſauros, & funem campane pulſando campanam, & canendo Te Deum laudamus alta voce, & ipſum in ſpiritualibus & temporalibus eo nomine, quo ſupra, ipſum ſolemnipter inſtituit, & dando & concedendo ſibi curam animarum, & duceodo & mittendo ipſum in tenutam domus eccleſie ſupradicte, & aliorum temporalium, ut poſtulat ordo juris &c.

Et ego Nicola quondam Rainerii de Calinitia imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius publicus predictis omnibus interfui, & de mandato dicti domini Cecchi ſyndici ſupradicti rogatus ſcripſi & publicavi.

CCCXIII.

Examen & ſententia pro monaſterio de Vivo contra Caſtillienenſes.

Aono 1338.

Ex proceſſu authentico penes comites de Cervinis.

Ibidem n. 31. FRanciſcus abbas monaſterii ſancte Trinitatis de Spinetis Cluſine dioceſis judex delegatus a ſede apoſtolica deputatus, venerabili viro domno priori monaſterii ſancti Benedicti de Vivo ordinis Camaldulenſis ejuſque capitulo & conventui, ſer Jacobo Peri vicario, Folchino Puccii, Nino Nerii, Micho Cioli prioribus, Ciolo Laurentii Cam.. Minuccio Landini, & Pepo Pepi ſyndicis, Johanni Gheczii, Bindo Andreoli, Neruccio Nerii, Brandino Cioli, Caſino Benincaſe, Petro Bindi, Stefano Pagni, & Cennino Chelli conſiliaribus & univerſitati terre caſtri de Caſtillione Vallis Urcie dicte diocaſis ſalutem in Domino & mandatis ejus, immo verius apoſtolicis obedire.

Veniens ad preſentiam noſtram domnus Dominicus abbas ſancti Benedicti da Mojano ſyndicus & procurator dicti prioris de Vivo ſyndicario & procuratorio nomine ipſius monaſterii nobis literas apoſtolicas non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed vera bulla plumbea cum filo canapis munitas preſentavit, quarum quidem literarum talis eſt tenor, videlicet:

Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio.. abbati monaſterii ſancte Trinitatis de Spineto Cluſine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum prioris & conventus monaſterii ſancti Benedicti de Vivo per priorem ſoliti gubernari ordinis Camaldulenſia Cluſine dioceſis recepimus continentem, quod univerſitas caſtri Caſtellionia Vallis Urcie ejuſdem dioceſis ad prefatum monaſterium manu armata hoſtiliter accedentes eccleſiam dicti monaſterii auſu ſacrilego violenter frangere, murum cimiterii deſtruere, in edificia dicti monaſterii ignem mittere, veſtes, pannos laneos & lineos, ac alia uteoſilia diſrobbare, & porcos & alia animalia dictorum prioris & conventus ibidem inventa rapere, & ea ſecum exinde aſportare & abducere temeritate propria nequiter preſumpſerunt; & nihilominus quaſdam terras, poſſeſſiones, ſilvas & alia bona immobilia ad dictum monaſterium ſpectantia contra juſtitiam occuparunt & detinent occupatas. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi de hujuſmodi fractiooe dicte eccleſie tibi conſtiterit, illos de dicta univerſitata, quos hujuſmodi ſceleris inveneris precipuos patratores, tamdiu appellatione remota, excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus arctius evitari, donec ſuper his ſatisfecerint competenter, & cum tuarum teſtimonio literarum ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi; ſuper aliis vero audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Darum Avinioni xv. julii pontificatus noſtri anno tertio.

Exponens nobis, quod a decem annis citra, quaſi ſingulis annis univerſitas caſtri Caſtellionis prediċti & precipue Petrus Bindi, Laorenzus Pieri, Neruccius Pieri, Neruccius Orlandi, Dominicus Tei & Dominicus Tempoli vocatus Tempolino, Ciolinus Cioli, Nardus Puccii, Martinus Petruccii & quidam alii ſocii & complices de voluntate & mandato dicte univerſitatis, & hominum de univerſitate predicta & rat. . . habentes manu armata cum vexillo univerſitatis predicte hoſtiliter ſacrilego & diabolico ſpiritu inſtigati, atroces exceſſus adverſus Deum & ipſum monaſterium de Vivo, monachoſque ejuſdem commiſerunt, & perpetraverunt eoſdem exceſſus vel aliquos de predictis per ordinem, quamvis nullum ordinem habuerint ſine errore ſuccincto ſermone narrando, videlicet. Quum enim domnus Ranerius Miſſam diceret, & divinum officium celebraret, acceſſerunt ad eccleſiam de Vivo in eam intrantes, ipſo domno Ranerio monacho & presbytero dicti monaſterii exiſtente parato ad altare & Miſſam dicente & divinum officium celebrante, ipſi cum aliis in petitionibus coram nobis exhibitis nominatis, auſu temerario divinum officium turbaverunt, & exclamaverunt, & multa ſecerunt, propter que divinum officium extitit perturbatum, prout in dictis petitionibus plenius enarratur; & etiam certo anno & tempore, prout in petitionibus coram nobis exhibitis demonſtratur, mandato & deliberatione majorum & principalium de univerſitate predicta, & infraſcriptorum ſcelerum precipue patratorum, & officialium & conſiliariorum armatis armis deſendibilibus & offendibilibus acceſſerunt ad eccleſiam dicti monaſterii poſitam in monte Amiato in contrata Vivi Cluſine dioceſis, cui undique eſt dicti monaſterii, violenter ipſam eccleſiam intrantes, portas monaſterii & murum cimiterii dicte eccleſie fregerunt, & in edificia dicti monaſterii ignem immiſerunt, & tectum dicte eccleſie deſtruxerunt, & etiam certo tempore certam robbariam fecerunt, & alia plura facinora, & delicta nequiter commiſerunt, prout & ſicut in predictis petitionibus clarius & latius enarratur. Et mala malis accumulantes terras & poſſeſſiones, quas dictus prior, & conventus & monachi monaſterii antedicti tenebant & poſſidebant, occuparunt & detinent occupatas in non modicum damnum & prejudicium monaſterii ſepeſacti, petens cum inſtantia nomine antedicto tam humiliter, quam devote contra univerſitatem & homines dicte univerſitatis procedere deberemus, ſecundum quod in predictis litteris continetur, & in mandatis recepimus. Noſque receptis literis antedictis cum debita reverentia & honore, conſiderantes, quod craſſatur malitia, dum impunitas ſcelerum per campum licentie vagatur effrenis, & dum ſpes impunitatis prorogatur ad alios, nonnulli ad patrationem culparum ſimilium invitantur, volentes tamquam filius obedientie mandatum nobis injunctum, prout tenemur, exequi & effectui emancipare, licet omnia ſupra narrata & expoſita per ſyndicum antedictum commiſſa & perpetrata contra dictum monaſterium, priorem & monachos adeo per publicam facti evidentiam eſſent notoria, quod nulla poterant tergiverſatione celari, tamen nos ad cautelam & ſuperabundantiam ſuper his per plures ac plures viros bone converſationis & fame, & teſtes alios fide dignos, qui preſentes fuerunt in dicto loco de Vivo, quando predicta commiſſa fuerunt, per predictos informationem recepimus plenariam & fidalem: habita ſuper premiſſis deliberatione ſolemni, auctoritate nobis commiſſa, vos predictos Jacobum, Folcbinum, Minum, Menchum, Ciolum, Minuccium, Pepum, Johannem, Bindum, Neruccium, Brandinum, Caſinum, Petrum, Steſanum, & Cenninum, priores, conſiliarios, & quoslibet officiales quocumque nomine cenſeantur, vel pro officialibus ſe gerentes, monemus, requirimus, & hortamur attente, ac ſub infraſcriptis penis diſtricte mandamus, ut corporalem poſſeſſionem, vel quaſi bonorum per univerſitatem predictam ſubtractorum ſupranominatorum plenam, liberam, & expeditam, ac pacificam, ſicut eam tenebant prior & monachi monaſterii antedicti de Vivo ante ſpoliationem & derobbationem, de qua ſuperius fit mentio, hinc ad diem dominicam proxime venturam, quem vobis peremptorie aſſignamus, reſtituatis, & efficaciter aſſignetis prefatis priori ſeu monachis vel eorum ſyndico, amoto a dictis poſſeſſionibus prelibatis; nihil hominus abſtinentes a quibuslibet occupationibus, moleſtiis, injuriis atque damnis; alioquin dictos vicarium, conſiliarios, priores & quoslibet officiales quocumque nomine nuncupentur, monitionibus, requiſitionibus, & mandatis noſtris hujuſmodi non parentes, excommunicationis ſententiam, quam in eos ex nunc in his ſcriptis proferimus, innodamus,

& in-

& innodatos eſſe decernimus ipſo facto, ac ſi expreſſi eſſent in iſtis literis nominati; & caſtrum ipſum & univerſitatem dicti caſtri & ejus curiam, que dictis monitionibus non paruerint, eccleſiaſtico interdicto, quod in his ſcriptis proferimus, in illa ipſo facto volumus ſubjacere, ad denunciationem, & alia proceſſuri, prout juſtitia ſuadebit. Ceterum quia dictus prior & monachi ex predictis, & propter predicta gravia damna paſſi fuerant, ad que predictus ſyndicus ſyndicario nomine antedicto agens experiri intendit cum univerſitate predicta, tenore preſentium ipſam univerſitatem & commune preſati caſtri requirimus & citamus, quod hinc ad diem lune proxime venturum, quem eis peremptorium terminum aſſignamus, ſuper omnibus & ſingulis exceſſibus ſupradictis, necnon damnis & injuriis irrogatis eiſdem priori, monachis & eidem monaſterio de Vivo, & fructibus & proventibus medio tempore perceptis per ipſam univerſitatem, & que percipere potuiſſent, ac dicto monaſterio, ſi ab ipſa univerſitate non fuiſſent expoliati, compareant coram nobis per legitimum ſyndicum ſeu procuratorem pro meritis recepturum.

Deeſt in autographo pagina.

Johannes, Soczus Johannis, Soczus Pagni, Vannes Urſi, Vitalis Righi, Vannes & Nardus Puccii, Vannes Marchi, Vivianuczus Viviani omnes de caſtro Caſtillionis predicto, mandato & deliberatione Bindi Ruſtichi, Bindi Andreoli, Cioli Bonamichi, Cioli Viviani, Chelis Cenni, Conigii Pauli, Dominici Tempoli, Dominici Carſagnini, Fomeroli Fomei, Guiducii Vitalis, Obrezii Cennis, Luczii Compagni, Landucii Benincaſe, Mei Battalini, Minucii Mini, Minucii Guidini, Nardi Bonſignoris, Nerucii Francuczii, Nuti Agnolucii majorum & principalium de univerſitate predicta & infraſcriptorum ſcelerum precipue patratorum, & officialium & conſiliariorum dicte univerſitatis armati armis offendibilibus cum vexillo univerſitatis predicte hoſtiliter auſu ſacrilego, & diabolico ſpiritu iſtigati acceſſerunt ad eccleſiam dicti monaſterii poſitam in Montemiaio in contrata Vivi Cluſine dioceſis, que eſt dicti monaſterii, & violenter dictam eccleſiam intraverunt, muros & januas fregerunt, & murum cimiterii dicte eccleſie deſtruxerunt, & in edificia dicti monaſterii ſita juxta dictam eccleſiam ſupra confinatam ignem immiſerunt. Et predicta ſunt publica & notoria in loco predicto de Vivo, & in dicto caſtro de Caſtillione & aliis locis, terris & caſtris circumſtantibus & vicinis; quare cum ex predictis ſceleribus & delictis per eos commiſſis & perpetratis ipſi omnes perpetrantes ſint ipſo jure excommunicati, peto ut predictos *&c.* excommunicatos publice enuncietis *&c.*

Item ſindicario nomine, quo ſupra, dico & propono, quod anno, menſe predictis armatis & cum vexillo univerſitatis predicte dictis priori & conventui robaverunt & exportaverunt *&c.* infraſcriptas res dictorum prioris & conventus *&c.* videlicet ejicientes coopercuras & lignamina dicti tecti dicte eccleſie, incidentes portas dicti cimiterii, & derobati fuerunt pannos monachorum, & alias res dicti monaſterii valoris CCC. florenorum auri.

Item immiſerunt ignem in quadam domo & capanna dicti monaſterii, auferentes frumentum *&c.* valoris centum florenorum auri.

Item abſtulerunt de dicto monaſterio centum inter porcos & trojas valoris CC. florenorum auri.

Item expoliaverunt eoſdem priorem & conventum de infraſcriptis terris, ſilvis, pratis *&c.* que damna exiſtimo mille florenos de auro *&c.* & peto ad reſtitutionem quantitatis preſate *&c.*

Item nomine, quo ſupra, propono & dico, quod rumor & ſtrepitus, & contentio magna fuit apud dictam eccleſiam dicti monaſterii de Vivo, & in ea occaſione illarum perſonarum *&c.* domno Rainerio monacho dicti monaſterii exiſtente parato ad altare & Miſſam dicente, ac divinum officium celebrante, preſati homines *&c.* divinum officium turbaverunt, exclamantes altis vocibus & dicentes, quod nolebant ibi Miſſam dici, & divinum officium celebrari, & dicebant, nolumus dici amplius hic Miſſas, & cum magno ſtrepitu & ejulatu fregerunt lampadem ante altare predictum, & enudatis ſpatis & mucronibus, quos geſtantes vibrabant viriliter contra domnum Rainerium prelibatum Miſſam dicentem & divinum officium celebrantem, & contra quemdam monachum ſacerdotem, qui ſerviebat dicte Miſſe, & intulerunt in eos terrores, & divinum officium turbaverunt. *&c.*

Dicta die poſt predicta dictus domnus Franciſcus abbas pro tribunali *&c.* precepit domno Rainerio abbati abbatie ſancti Petri de Arniano Cluſine dioceſis, & domno Johanni de Biblena monacho monaſterii ſancti Benedicti de Vivo, *ut ea prædicta jurarent, & juramentum præſtite.*

ſtiterunt, nempe Rainerius juravit, quod quando divinum officium dicebatur *&c.* domnum Bartholum monachum dicti monaſterii exiſtentem juxta altare projecerunt in terra in eccleſia predicta. *Et Johannes juravit*, quod vidit ducentos homines de Caſtillione *&c. ut ſupra*, & abſtulerunt ab eo unam tunicam & ſcapulare.

Poſt hujuſmodi proceſſum Franciſcus abbas judex mandavit Guidoni Fuccio nuncio ſuo jurato, ut Caſtellionem petat, & moneat homines & univerſitatem Caſtellionis ad domus eorum, & per vias & plateas publicas dicte terre alta voce publicet & citet eos *&c.* in hunc modum *&c. Die* XIX. *dicti menſis martii prædictus Guida Fuccii ſe tranſtulit Caſtellionem Vallis Urciæ, & publicavit ſententiam, quam e manibus traxerunt*, & percuſſerunt eumdem, & cum ſpontonibus fugaverunt uſque ad flumen Urcie.

Die XXII. *martii Dominicus abbas & ſindicus Urbani prioris de Vivo denunciavit judici delegato inobedientiam Caſtellionienſium, & ſequenti die inſtetit, ut contra eoſdem procederet; & die* XXIV. *renovavit petitionem*, ut *excommunicationem & interdictum contra eoſdem proferret*.

Anno M. CCC. XXXVIII. die XV. aprilis idem judex delegatus habito conſilio peritorum denunciavit & declaravit excommunicatos fore, & dictam terram de Caſtellione Vallis Urcie, curiam, ejuſque diſtrictum ſuppoſitum eſſe eccleſiaſtice interdicto. Actum Sartiani in ſala ſupradicti domni Franciſci abbatis die XV. aprilis M. CCC. XXXVIII.

Idem judex elegit ipſa die ſuos nuncios juratos Johannem Peri de Caſulis, & Johannem-andream de Piſis ad deferendam ſententiam interdicti rectori eccleſiæ ſancti Stephani de Caſtellione Urciæ, mandans rectoribus eccleſiarum Sejani, Raccæ de Salembene, Corſignani, Sancti Quirici in Oſenna, Montecchielli, Campiliæ, Vignoni, Caſtri-veteris comitum de Marciano, & Briccolæ, ut publicarent & exequerentur ſententiam eamdem. Jacobus quondam Vivæ notarius adnotavit, quod Johannes nuncius juratus poſuit & reliquit ſupra altare ſancti Stephani Caſtellionis literas interdicti coram aliquibus hominibus ejuſdem caſtri. Actum Sartiani die XVI. aprilis, preſentibus domno Andrea monacho abbatie de Ardenga & aliis. *Mox ſequuntur acta teſtium, inter quos Corſinellus filius Buſſini de Maſſa dixit*: Tempore poteſtarie domini Petruccii comitis de Monte-marti honorandi poteſtatis Senarum de menſe maji a quatuor annis citra, *quod Caſtellionenſes occuparunt bona & terras monaſterii de Vivo*. Item dixit, quod vidit etiam ſemel predictos homines de Caſtellione venientes ad dictum monaſterium cum vexillo dicte univerſitatis, & aſcenderunt tectum dicte eccleſie in die feſtivitatis ſancti Benedicti de menſe martii & poſuerunt dictum vexillum ſuper campanili dicte eccleſie contra voluntatem dictorum monachorum, domno Rainerio exiſtente parato ad altare, & ſunt a novem annis citra.

Die XIX. *martii Minus Ghezzii de Montecchiello habitator eremi de Vivo inſuper juravit, quod Caſtellionenſes* ſponteggiaverunt pluribus vicibus domnum Rainerium ad altare exiſtentem paratum *&c.* ut ſunt a decem annis citra *&c. Hæc omnia ſcripſit Jacobus filius Vivæ notarius*.

CCCXIV.

Solutio cenſus facta a monaſterio Campi-regii abbatiæ Avellanenſi.

Anno 1339. XVIII. martii.

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriano.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo CCC. XXXVIIII. indictione ſeptima tempore domni Benedicti pape XII. die XVIII. menſis martii reverendus vir domnus Franciſcus abbas monaſterii ſancti Bartholomei de Campiregio Eugubine dioceſis ſindicus & procurator ipſius monaſterii, uti patet de ipſo ſindicatu manu ſer Thome magiſtri Thome Franciſci de Aſſiſio notario a me infraſcripto notario viſo & lecto ſubſtituit loco ſui ſindicum & procuratorem dicti monaſterii Nigrum Orlandi oblatum dicti monaſterii preſentem & mandatum ſponte ſuſcipientem ad comparendum coram reverendo viro domno Ubaldo abbate monaſterii ſancte Crucis Fontis-avellane & conventu ipſius aput dictum monaſterium ſancte Crucis & preſentandum piſces & ad recipiendum de ipſis piſcibus nomine & vice dicti monaſterii ſancti Bartholomei finem & quietationem. Promittens dictus dominus ſindicario nomine, quo ſupra, dicti monaſterii ratum & firmum habere & tenere quidquid per dictum Nigrum in predictis & circa predicta actum fuerit, ſive geſtum ſub obligatione bonorum dicti monaſterii ſancti Bartholomei. *Ibidem n. 31.*

Actum

Actum in monaſterio ſancti Bartholomei de Campiregio in camera dicti domni abbatis ipſius monaſterii, preſentibus dopno Ciucbarino monacho ipſius monaſterii, & dopno Dominico converſo ipſius monaſterii teſtibus ad hec vocatis & rogatis.

Et ego Franciſcus Lelli Putii de Aſſiſio imperiali authoritate notarius & judex ordinarius biis omnibus interſui, & ea rogatus ſcripſi, ac fideliter publicavi,

CCCXV.

Traditio eccleſiæ de Monte-rbode monachis S. Mathiæ de Muriano.

Anno 1339. XII. ſeptembris,

Ex archivo Rhuenſi,

Ibid. n. 34. IN Chriſti nomine, amen. Anno ejuſdem nativitatis M. CCC. XXXIX. indictione VII. die dominico XII. menſis ſeptembris Padue in epiſcopali palatio, preſentibus venerabili & religioſo viro Petrocino Dei gratia abbate monaſterii ſancti Cypriani de Murano diocesia Torcellane vicario inſraſcripti domini epiſcopi, provido viro domino Bartholomeo Salomonis de Valle-montona capellano & ſocio inſraſcripti domini epiſcopi, ac Johanne quondam Rodulphi de Juſtinopoli, Balduino Raynerii de Lotharingia & Stephano quondam Bucii de Valle-montona familiaribus infraſcripti domini epiſcopi teſtibus & aliis. Conſtitutus coram reverendo in Chriſto patre domino Ildebrandino permiſſione divina epiſcopo Paduano religioſus vir domnus Bonaventura Boldu de Venetiis monachus & profeſſus monaſterii & loci ſancti Mathie de Murano ordinis Camaldulenſis dioceſia Torcellane procurator & ſindicus, ac procuratorio, & ſindicario nomine religioſorum virorum dominorum domni Benedicti prioris, monachorum ac capituli & conventus predicti monaſterii ſancti Mathie eremi de Murano, habens ad infraſcripta omnia ſpeciale mandatum &c. eidem domino epiſcopo ſupplicavit humiliter & devote cum inſtantia petens ab ipſo, ut ſibi procuratorio & ſindicario nomine predictorum dominorum prioris, monachorum &c. licentiam concedere dignaretur & vellet, edificandi & conſtruendi eccleſiam in honorem glorioſiſſime virginis Marie, & locum ſive monaſterium, in quo habitare & reſidere poſſent & deberent monachi regule & ordinis Camaldulenſis immediate ſubjecti monaſterio predicto, ſive priori ac monachis & capitulo ejuſdem ſancti Mathie in una petia terre trium camporum vel circa jacente in pertinentiis ville Torriglie dioceſis Paduane in ſummitate montis, qui dicitur Ruha, cui coherent ab una parte jura monaſterii ſancte Marie de Pratalia, ab alia jura communis & hominum predicte ville Torriglie, ab alia parte Proſdocimus ab Oleo de Padua & ab alia dominus Marſilius Bibi de Padua, & forte alie ſue coherentie. Qui quidem dominus epiſcopus Paduanus petitionem ejuſdem ſindici tamquam juſtam & rationabilem exaudiens & admittens, & ob reverentiam ſancte & approbate regule & ordinis Camaldulenſis, ac ſanctitatem & venerabiles mores monachorum predictorum monaſterii ſancti Mathie, cupiens ipſorum opera tamquam lucernam ſplendidam ſuper candelabrum poni, ut luceat omnibus Chriſti-fidelibus, qui ſunt in domo Dei, ipſorumque fratrum & monachorum vitam in exemplum hominibus demonſtrari, & cultum divini nominis augmentari, ad laudem & honorem nominis Jeſu Chriſti, necnon glorioſiſſime virginis Marie matris ejus & totius celeſtis curie, ac reformationem & ſtatum Chriſti-fidelium, predicto domno Bonaventure procuratorio & ſindicario nomine, quo ſupra, recipienti &c. edificandi, erigendi & conſtruendi in ſupradicta petia terre eccleſiam ſub vocabulo virginis Marie matris Domini noſtri, & monaſterium, in quo reſidere & habitare poſſint & debeant in perpetuum monachi regule & ordinis Camaldulenſium, qui ſecundum mores, vitam & habitum monachorum monaſterii predicti ſancti Mathie vivere debeant, & ſemper monaſterio predicto ſancti Mathie, ac priori, monachis & capitulo ejuſdem monaſterii immediate ſubjecti eſſe totaliter, & acquirendi licite de terris & poſſeſſionibus, que ſunt circa ſupraſcriptam petiam terre & alibi, ac ipſum locum & monaſterium ampliandi, dummodo nullum ex hoc damnum nec prejudicium inferatur eccleſie parochiali, in cujus parochia dicta petia terre ſita eſt, nec perſone alique, exceptis monachis, qui pro tempore in ipſo monaſterio habitabunt & eorum familiaribus, recipiantur ad ſepulturam ſine licentia ſpeciali ſacerdotis parochialis predicti, & ſemper eidem domino epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis reddant unam libram cere vel duas perdices, ſecundum quod maluerint ipſi monachi in dicto monaſterio conſtruendo

pro

pro tempore reſidentes pro recognitione hujuſmodi gratie, habito ſuper his conſilio & aſſenſu venerabilium dominorum archipresbyteri, canonicorum & capituli Padue, qui, ut aſſeruit idem dominus epiſcopus, conſilium ſibi ſuper hoc dederunt pariter & aſſenſum, de hoc conſtare aſſerens publico instrumento ſcripto manu Pauli filii magiſtri Obizonis notarii de Palmerio imperiali auctoritate notarii & officialis curie Paduane licentiam plenam conceſſit & liberam facultatem.

Qui quidem domnus Bonaventura ſindicario & procuratorio nomine, quo ſupra, eidem domino epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus ſtipulanti, recipienti ſolemni ſtipulatione promiſit dare, reddere, & ſolvere annuatim in perpetuum eidem domino epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus & episcopatui Paduano ad feſtum natalis Domini unam libram cere vel duas perdices in pena ſolidorum quinquaginta denariorum parvorum cum obligatione omnium bonorum predicti monaſterii ſancti Mathie de Muriano & ejuſdem monaſterii in ſupradicta petia terre conſtruendi & immobilium preſentium & acquirendorum, mandans idem dominus epiſcopus per me Antonium notarium infraſcriptum de predictis omnibus preſens publicum inſtrumentum ſcribi & publicari, ſigillique ſui, ſi petitum fuerit, munimine roborari.

Exemplatum ex authenticis in membrana ſub ſigno & nomine Antonii filii magiſtri Johannis Zupari notarii imperialis & officialis curie epiſcopalis Paduane.

CCCXVI.

Electio abbatiſſæ S. Mariæ inter Saxa.

Anno 1339. XXI. decembris.

Ex tabulario S. Blaſii de Fabriano.

Ibid. n. 35. IN Dei nomine, amen. Congregato capitulo & conventu monaſterii infra Saſſis vacantis per mortem Johanne olim abbatiſſe ipſius monaſterii ad tractandum de electione future abbatiſſe, in quo capitulo interfuerunt omnes ſorores; videlicet ſoror Franceſca, ſoror Catalina, ſoror Lucia, ſoror Clara, ſoror Anaſtaxia & ſoror Mathiola moniales ipſius monaſterii *&c.* decreverunt procedere ad electionem future abbatiſſe de gremio ipſius monaſterii, habita deliberatione inter ipſas, & etiam invocata Spiritus-ſancti gratia *&c.* ad honorem, & reverentiam religioſi viri domni Creſcentii abbatis monaſterii ſancti Victoris, cui & noſtrum monaſterium eſt ſubjectum & commiſſum, viva voce & dilucida de eorum gremio elegerunt ſororem Mathiolam Angelutii in abbatiſſam predicti monaſterii in Saſſis ſolepniter, publice & in communi. Dei nomine invocato *&c.* ſoror Mathiola *&c.* recepit & adoptavit electionem factam, & ipſarum electioni conſenſit. Actum in villa Roſenge in domo eccleſie ſancti Victoris & monaſterio de Saſſis, preſentibus dompno Petro Johannis, Vangnolo Angelutii, Diectajuti Matthei, Antonio Martini teſtibus ad hec rogatis & vocatis. Sub anno Domini milleſimo ccc. xxxnono indictione ſeptima tempore domini Benedicti pape XII. die XXI. menſis decembris.

Ego Andreutius Benvenuti de Genga imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui, rogatus ſcripſi & publicavi.

In Dei nomine, amen. Congregatis capitulo *&c.* monaſterii de Saſſa, in quo interſuerunt omnes moniales in eccleſia ſancti Victoris, repreſentaverunt ſe coram religioſo viro domno Creſcentio abbate *&c.* ad petendum confirmationem electe Matthiole in abbatiſſam predicti monaſterii, qui domnus abbas audita petitione volens ſuper ipſam confirmationem ſervare ordinem juris, requiſivit omnes ipſas moniales & omnem aliam perſonam, ſi volunt aliquid dicere vel aperire contra ipſam Matthiolam electam, & hoc faciant in tertium diem, quem ad hoc faciendum terminum perhentorium aſſignavit, in preſentia *&c.* Actum in eccleſia ſancti Victoris *&c.* die XXIII. decembris.

Ego Andreutius *&c.*

In Dei nomine, amen. Religioſus & rev. vir dompnus Creſcentius abbas monaſterii ſancti Victoris Camerinenſis dioceſis, poſito per nos in monaſterio monialium de Saſſis edicto, monaſterio ſubjecto predicto monaſterio ſancti Victoris, ut ſi aliqua perſona vellet aliquid opponere *&c.* & nulla perſona comparuit ad opponendum *&c.* Chriſti nomine invocato *&c.* ipſam Mathiolam ſororem in abbatiſſam predicti monaſterii de Saſſis confirmamus *&c.* Que abbatiſſa confirmata ſtatim ipſius abbatis promittens in manibus ſuis recipientis pro ipſo monaſterio ſancti Victoris & ſuis ſucceſſoribus obedientiam, & reverentiam, & paupertatem, correptionem, viſitationem ab ipſius monaſterii abbate, quotiens ipſi abbati videbi-

debitur expedire. Et in preſentia domni abbatis omnes ſorores promiſerunt in manibus dicte abbatiſſe obedientiam, & reverentiam, & correptionem recipere & ad regulam ſancti Benedicti ſtare, & paupertatem & caſtitatem obſervare *&c.* Actum in villa Roſenge in domo ipſius monaſterii *&c.* die XXVII. menſis decembris.

Ego Andreutius Benvenuti de Genga *&c.*

CCCXVII.

Sententia in cauſa litium inter ep. Parentinum, & homines caſtri S. Laurentii.

Anno 1340. xxv. februarii.

Ex archivo S. Mathiæ de Muriano.

Ibid. n. 42; ANno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo indictione VIII. die veneris XXV. menſis februarii in terra ſancti Laurentii ſub lobia communis, preſentibus ſer Caſſono Porterio conteſtabile equitum in dicto caſtro, Marco Lupo, Dominico de Vigoncia, Pace de Montefelice, ſer Adamo, Johanne de Futina omnibus ſtipendariis in dicto caſtro ſancti Laurentii; ſer Silveſtro Dragolaoo, Petro Sorbini, Peratio de Fantiis omnibus habitatoribus dicti caſtri & aliis. Ibique cum nos Marcus Cornario generalis capitanius totius Payſnatici Iſtrie, & ſancti Laurentii poteſtas recepimus a ducali dominatione literas iſtius tenoris.

Franciſcus Dandulo Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie dux; dominus quarte partis & dimidie totius imperii Romanie nobili & ſapienti viro Marco Cornario de ſuo mandato capitanio Payſnatici fideli dilecto ſalutem & dilectionis affectum. Expoſuerunt nobis per eorum petitionem Marcus Savenario procurator domini epiſcopi Parentini, & Otto de Artizono de Parentio, quod homines ſancti Laurentii ſuper territorio communis Urſarie vicinos & habitatores dicti loci Urſarie indebite moleſtare non ceſſant, dicentes ſe jus habere in territorio ipſo, unde ſupplicabant, quod confinia & territoria dictarum ambarum partium cognoſcantur. Nos autem cupientes tollere inter noſtros ſubditos & ſubjectos omnem materiam queſtionis, prudentie veſtre committimus & mandamus, quatenus jura partium audiatis in facto dictorum confinium, & deffiniatis ſicut vobis videbitur eſſe juſtum. Datum in noſtro ducali palatio die XVI. intrante martio VII. indictione. Volentes literas ipſas cum effectu debito executioni mandare, requiſivimus ipſum ſer Ottonem procuratorem ven. patris domini fratris Johannis de Sardellis de Bononia Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopi Parentini, prout patet per publicum inſtrumentum ſcriptum per Provectum quondam Lancelonge notarium de Parentio in M. CCC. XXXVIIII. indictione VII. die XV. in loco fratrum Minorum, preſentibus dominis fratre Thomaſio ordinis fratrum Predicatorum de Bononia, presbitero Dominico de Pola, Rubeo magiſtri Symoneti ſartoris, & aliis per me notarium viſum & lectum per noſtras literas, ut ſi ipſe ſer Otto nomine domini epiſcopi & ſuo nomine volebat de aliquibus conqueri, quod coram nobis deberet comparere, qui ſer Otto comparuit dicens & conquerens, quod per commune & homines de ſancto Laurentio tenebatur & moleſtabatur territorium communis Urſarie indebite & ingiuſte, & contra Deum & juſtitiam ipſi homines de ſancto Laurentio laborabant, paſcolabant ſuper dicto territorio, & ligna nemorum incidebant, allegans jura ſua facientis tam pro parte domini epiſcopi, quam etiam nomine ſuo & communis Urſarie, atque ducens unum exemplum inſtrumenti ex authentico relevatum, cujus tenor, ſicut alias talis, eſt. In nomine Domini, amen. Anno Domini M. CC. LXXXXII. indictione IIII. die XXIII. menſis julii hoc eſt exemplum cujuſdam inſtrumenti publici ex authentico extra aſſumpti de mandato ven. patris domini B.. Dei gratia epiſcopi Parentini, cujus tenor talis eſt. Anno Domini M. CC. III. indictione VI. die vero IIII. intrante novembre. Actum in Parentio in majori eccleſia, preſentibus domino Pepone Petenenſi epiſcopo, Henrico archidiacono Aquilejenſi, Conrado de ſancto Georgio, Thoma & Ottone de caſtro Vallis & aliis multis. Cum dominus Volcherius patriarcha Aquilejenſis & marchio Iſtrie ſedens pro tribunali in majori eccleſia ſancti Mauri comparuit coram ipſo dominus Fulcherius Parentinus epiſcopus conquerendo, quod multi conantur deſtruere terminos proprietatis ſancti Mauri *&c.* ut in ipſo inſtrumento exempli a me notario infraſcripto viſo & lecto *&c.* continetur *&c.* & unum inſtrumentum diviſionis terminorum ſive confinium territorii caſtri Urſarie, & caſtri ſancti Laurentii ſic continens. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo

quinto indictione III. die XXIIII. menſis ſeptembris. Actum eſt hoc in civitate Parentii in canonica, preſcotibus Artuſino prepoſito Rubini, Georgio archipresbytero Parentino, Yvano ſubdiacono canonico Parentino, Selanutio diacono & Symone . . . jamdicti domini epiſcopi, qui fuit de Mediolano, & aliis. Cum dominus ven. pater Dei gratis Parentinus epiſcopus Boniſacius, ut omnis materia ſcandali tolleretur, declaravit dicens &c. ac unum inſtrumentum ſive privilegium Caliſeti, & dotationem ſive inſtrumentum dotationis facte per quondam nobiliſſimam dominam domnam comitiſſam Azicam, de quibus duobus inſtrumentis plene conſtabat in juribus productis per ſindicos &c. Et dicta teſtium quamplurium examinatorum &c. ex una parte, & ſer Maſolum quondam Marcijiani, Lucam Michael Galuffi & Dominicum Ceje ſindicos & procuratores communis & hominum de ſancto Laurentio &c. ex parte altera, qui comparuerunt dicentes & aſſerentes dictum territorium eſſe communis hominum ſancti Laurentii & ad eos pertinere ratione locationis de Caliſetis & dotationis ſancti Michaelis de Lemo, & quod dictum territorium, de quo ipſe ſer Otto &c. movebat queſtionem, erat poſſeſſum continue per commune & homines ſancti Laurentii libere, pacifice & quiete a longo tempore citra, producentes quoddam inſtrumentum locationis facte per Adalburnum & Candulum fratres & dominos caſtri Caliſetarum ſcriptum per Pepum tabellionem anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti M. C. LXXVI. die menſis novembris XXIIII, indictione IIII. Actum in caſtro ſancti Laurentii in eccleſia majori. Cum quedam queſtio ventilaretur coram inclito domino Adalperto comite Iſtrie inter commune ſancti Laurentii ex parte una, & filios domini Adalburni ejuſdem caſtri de Caliſeto, qui prefati Adalburnus & Candolus &c. Ac unum inſtrumentum donationis facte domino Johanni abbati monaſterii ſancti Michaelis de Lemo & ſuis fratribus pro dicto loco & monaſterio recipientibus per illuſtriſſimam dominam dominam Azcicam de cooſenſu domine Vilpurge matris mee, continens ſic inter cetera. In nomine ſancte & individue Trinitatis anno Domioice incarnationis milleſ. quadrageſimo, regni domini Henrici feliciſſimi regis anno ſexto menſe maji die XII. indictione X. Dat igitur predicta domina Azcica conſenſu domioe Vilpurge matris ſue &c. prout in ipſo inſtrumento &c. Ac ejus dicta teſtium quamplurium &c. viſis &c. preſentibus nobilibus viris dominis Franciſco Polani poteſtate civitatis Parentii, Franciſco Bono poteſtate Vallis, in preſentia partium &c. Chriſti oomine invocato &c. deffinitive ſententialiter declaramus in his ſupraſcriptis confines contentos in ſupraſcripto inſtrumento locationis de Caliſeto eſſe veros & pro veris debere, tenere &c. per commune & homines ſancti Laurentii, & quod caput terrarum ſancti Michaelis de Lemo ſit & eſſe debeat & intelligatur ad plagium vallia Felletoſe, ut in ſupraſcripta donatione dicte domine Aczice plene patet; ita quod a modo in antea dictum commune & homines ſancti Laurcotii habeant &c. terras infra ipſos confines poſitas de verſus caſtrum ſancti Laurentii, & terras Caliſeti cum conditione ſua, prout hactenus tenuerunt & poſſederunt. Et commune & homines Urſarie tam vice & nomine domini epiſcopi preſentis, quam qui tempore fuerint, & ſer Ottonis & ſuorum heredum, vel nomine ipſius communis debeant terras ultra dictos confines poſitas de verſus Urſariam tenere & poſſidere, uſufructuare pacifice & quiete ſine contradictione communis & hominum de ſancto Laurentio, ſecundum quod hactenus tenuerunt & poſſederunt, hoc addito & ajecto inter partes ipſas, quod commune & homines poſſint libere & impune venire ad laborandum & paſculandum ſuper territorio communis ſancti Laurentii, & commune, & homines ſancti Laurentii e converſo poſſint ire libere & impune ad laborandum & paſculandum ſuper territorio communis Urſarie domini epiſcopi, & ſer Ottonis, prout ipſa communia & homines ſoliti ſunt ab antiquo laborare & paſculare hinc inde conditionibus & uſantiis hactenus obſervatis. Predicta autem volumus & jubemus per partes obſervari predictas inviolabiliter ſub pena librarum quingentarum denariorum parvorum applicanda per partem inobedientem parti obedienti, totiens quotiens contra factum fuerit in oon attendendo ſententiam ſupradictam. Et ipſa pena ſoluta vel non, contractus iſte in ſua ſemper maneat firmitate.

Ego Andreas filius magiſtri Caſtellani de Ba., xo ſacri palatii notarius, & nunc cancellarius ſupradicti domini capitanei his omnibus interſui de mandato ipſius domini capitanei roboravi &c.

CCCXVIII.

CCCXVIII.

Indulgentiæ conceſſæ ab epiſcopis eccleſiæ S. Michaelis de Muriano.

Anno 1340. VIII. aprilis.

Ex veteri apographo ejuſdem monaſterii.

Ibid. p. 39. UNiverſis ſancte matris eccleſie filiis, ad quos preſentes litere pervenerint, Nos miſeratione divina Nermes Managardenſis archiepiſcopus, Petrus Callienſis, Bernardus Banenſis, Petrus Montis-marani, Petrus Acernenſis, Gratianus Dulcinenſis, Sergius Polenſis, Thomas Tinienſis, Salmanus Corphienſis, Jacobus Lubanenſis, Nicolaus Cathanienſis, Pinus Januenſis epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium de clementiſſima majeſtate ejus ſperantium, tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota eorum humilitas Sanctorum meritis & precibus adjuvatur. Cupientes igitur monaſterium ſancti Michaelis de Muriano Torcellane diocefis ordinis Camaldulenſis congruis honoribus frequentetur, & a Chriſti-fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictum monaſterium & in ſingulis ſancti Michaelis feſtivitatibus, & in omnibus aliis infraſcriptis, videlicet Nativitatis Domini, Circumciſionis, Epiphanie, Paraſceves, Paſche, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Inventionis & Exaltationis ſancte Crucis, & in ſingulis feſtis ſancte Marie virginis, Nativitatis & Decollationis ſancti Johannis-baptiſte, beatorum Petri & Pauli apoſtolorum & aliorum omnium apoſtolorum & evangeliſtarum, in commemoratione omnium Sanctorum & animarum, & dicti monaſterii conſecratione, & octavas omnium feſtivitatum octavas habentium, ſanctorum Stephani, Laurentii, Georgii, Martini, Nicolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, Marie Magdalene, Catharine, Margarite, Agathe, Lucie, Barbare, Chriſtine, Cecilie & undecim milia virginum, ſingulisque diebus Dominicis cauſa orationis, devotionis aut peregrinationis acceſſerint, ſeu qui Miſſis, predicationibus, matutinis, veſperis, aut aliis divinis officiis, exequiis & ſepulturis ibidem interfuerint, vel qui ſepulturam ibidem elegerint, aut qui ſerotina pulſatione campane flexis genibus ter Ave-Maria dixerint, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta dicti monaſterii manus porrexerint adjutrices, aut qui eorum teſtamentis vel extra aurum, argentum, veſtimenta, libros, calices, aut alia quevis dicto monaſterio neceſſaria donaverint, legaverint, aut donari largitique procuraverint, & qui pro domino domno Theobaldo abbate dicti monaſterii preſentiumque impetratore, & pro omnibus benefactoribus vivis & mortuis dicti monaſterii pie Dominum oraverint, quotieſcumque, quandocumque & ubicumque premiſſa vel aliquid premiſſorum devote fecerint, de omnipotentia Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, ac etiam domini noſtri ſanctiſſimi domini pape Benedicti XII. auctoritate confiſi, ſinguli noſtrum unum annum & quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus appoſuimus. Datum Avinioni die VIII. menſis aprilis M. CCC. XL. pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Benedicti pape XII. anno VI.

CCCXIX.

Donatio facta eremo Camaldulenſi, aliiſque piis locis.

Anno 1340. XVI. ſeptembris.

Ex tabulario Fontis-boni.

IN Dei nomine, amen. Anno ejuſdem a nativitate milleſimo trecenteſimo quadrageſimo indictione octava die ſextadecima menſis ſeptembris. Quemadmodum teſtamentum eſt teſtatio mentis de eo, quod quis poſt mortem ſuam de bonis & rebus ſuis fieri velit, ideo ego Federigus quondam Guiducci de Surci contrate Caſentini, nunc vero familiaris magnifici domini domini comitis Boniſacii Novelli comitatus de Donoratico preſens in capella ſancti Laurentii Kinzice, ſanus per gratiam Chriſti mente & intellectu, licet languens corpore, timens caſum humane fragilitatis & Dei judicium, ſi Deus me ſine alio teſtamento vel alia ultima diſpoſitione morte judicaverit, ſic teſtor & bona mea ſic ordino & diſpono, & preſens nuncupativum teſtamentum ſive ſcriptum in omnibus ratifico & confirmo. In primis, quod corpus meum ſepeliendum apud locum monachorum ſan- Ibid. p. 41.

Digitized by Google

ꝺti Michaelis de Burgo Piſarum, & ibi meam eligo ſepulturam. Item pro aoima mea & parentum meorum relinquo & judico de bonis meis dicto cooveotui ſancti Michaelis duos florenos aureos pro Miſſis cantandis, & inter alia, que in dicto meo teſtamento ordino & diſpono, judico & relinquo de boniameis heremo Camaldulenſium petium unum terre arative ſite in diſtrictu de Soci, in loco dicto Pancula, apud beredes Azzini de Soci, a primo via, a ſecundo magiſter Minuccius de Gratia de Soci, a tertio juxta viam publicam, a quarto ... & ſi qui alii ſiot fioes veriores, & cum omni jure, actione, tam ex dicta, quam pro dicta terra modo aliquo pertinente. Et hoc facio, ut heremus, monaci & alii conventuarii dicti loci teneantur & debeant Deo & ſuis Sanctis recommendare animas illorum omnium, quoa ego Federicus ullo modo offenderim. Preterea de aliis meis bonis relinquo & judico pro anima mea ſororibua ſive recluſis de Soci florenos viginti. Item ſi caſus advenerit, quod Alexander filius meus & a me heres meus inſtitutus non adiret hereditatem, aut ſi deceſſerit inteſtatus, vel ante legitimam etatem aut ſine legiptimis filiis, dico, judico, volo & mando, quod de meis bonia fiat & fieri debeat unum hoſpitale in quadam mea clauſura prope caſtrum de Soci, io qua clauſura eſt domus recluſarum de Soci cum quinque lectis ad hoſpitandum pauperea Chriſti, in quo hoſpitali redificetur una capella, in qua poſſint celebrare Miſſas ad honorem Dei, beate Marie virginia, beati Benedicti & beati Nicolai & aliorum Sanctorum & Saoctarum Dei, quod hoſpitale & rea debeant fieri per meos fidei commiſſarina in boc meo teſtamento electos, quod ſi facere neglexerint, predicta fiant & fieri debeant per operarium heremi Camaldulenſis omnibua meis & meorum poſterorum expenſia, io qno hoſpitali eligere debeat rectorem & gubernatorem per beremitas ſupraſcripti heremi, hominem diſcrerum & honeſtum, ad cujus manus perveniant omoes fructus, redditus, proventus meorum poſterorum, ubicumque poſiti fuerint in quibuſcumque locis, & preſentibus, boc addito & appoſito, quod ſupraſcriptua hoſpitalarius ſive rector teneatur & debeat annuatim in perpetuum dare & menſurare dictis heremitia vel eorum numptio ſtariorum grani ſeptem boni, puri & nitidi ad ſtarium ibidem currentem, & hoc ut dicti heremite teneantur ſemper devote rogare pro anima mea, & pro animabus patris & matris mee omniumque parentum meorum, & banc meam ultimam voluntatem valere volo vigore teſtameoti, quod ſi vigore teſtamenti non valeret, ſaltem valeat jure codicillorum vel cujuſcumque alterius ultime voluntatis.

Actum preſens inſtrumentum in domo magnifici viri domini comitis Booiſacii de Donoratico poſita in capella ſancti Laurentii, preſentibus ſer Vanoe notario olim magiſtri Bartoli de Citooa, Carolo ſer Francbini de Monte-catioi, Boniſgio quondam Caroli de Parma, Janellioo Coſmi de Lucca, Jacopo Arrigbi de Lucca, Franciſco ſer Angioli de Raginopoli & fratre Cecco converſo ſancti Michaelis de Burgo teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

† Ego Ugolinus olim ſer Uberti de Soci imperiali auctoritate judex ordioarius & notarius predictis omnibus interfui, & ea rogatus a dicto teſtatore ſcripſi & publicavi, meumque ſignum appoſui coofuetum.

CCCXX.

Appellatio abbatis Agnavienſis ab epiſcopo Arretino.

Anno 1340. xxviii. octobris.

Ex tabulario S. Romualdi de Urbe.
Faſc. I. n. 5.

IN nomine Domini, amen. Aono ejuſdem a nativitate milleſimo treceoteſimo quadrageſimo indictiooe octava domino Benedicto papa XII. reſidente die viceſimo-octavo menſis octobria. *Ibidem n. 31.*

Conſtat publice manu mei notarii infraſcripti, qualiter reverendua vir domious domnus Baſilius abbas mooaſterii ſancte Marie de Agnano Aretine diocesia & legiptimus adminiſtrator eccleſie ſeu loci ſancte Marie in Gradibus de Aretio nomine ſuo & dicti ſui mooaſterii, & etiam dicte eccleſie ſancte Marie io Gradibus, & capituli & conventus earumdem, & generaliter omnium & ſingulorum prioratuum, eccleſiarum & capellarum ad dictum ſuum monaſterium quomodolibet pertinentium, viva voce appellavit ad apoſtolicam ſedem & ſanctiſſimum patrem & dominum dominum Benedictum divina providentia papam XII. ſupradictum a quibuſdam litteris veoerabilis patris domini Boſi epiſcopi Aretini ſcriptis ſub die vel termino menſis julii, & appellationis inſtantiam dari petiit, ſub-

ſubmittens ſe, & dictum ſuum monaſterium de Agnano, & dictam eccleſiam ſancte Marie in Gradibus de Aretio & eorumdem capitulum & conventum, & ſupradictos prioratus, eccleſias & capellas & eorumdem rectores & ipſorum bona & jura protectioni & defenſioni dicte apoſtolice ſedis & ejuſdem ſanctiſſimi patris. Quapropter religioſi viri domnus Meus rector eccleſie ſancte Chriſtine in Clanibus plebatus plebis de Calognano Aretine dioceſis; presbyter Petrus rector eccleſie ſancti Blaxii de Aretio ejuſdem dioceſis; presbyter Finus rector eccleſie ſancti Petri de Stoppiolo plebatus plebis de Laterino; & presbyter Bettinus rector eccleſie ſancti Martini de Loreto plebatus plebis de Toppo eccleſiarum ſubjectarum, ſpectantium & pertinentium ad dictum ſuum monaſterium ſancte Marie de Agnano, dicte appellationis pleoam nutitiam babenres, omnes ipſi rectores ſimul & quilibet ipſorum inſolidum, & per ſe nomine ipſorum & dictarum ſuarum ecceleſiarum dictam appellationem, & omnia, & ſingula facta geſta per ipſum dictum domnum Baſilium abbatem, nomine quo ſupra, ratificaverunt, approbaverunt & emologaverunt, & ratam ac firmam habere voluerunt, ſubmittentes ſe, & dictas eorum eccleſias protectioni & defenſioni dicte apoſtolice ſedis & dicti ſummi pontificis. Rogantes per me notarium infraſcriptum fieri & confici publicum inſtrumentum ad ſenſum eorum ſapient.. dictandum.

Actum Aretii in eccleſia ſancti Blaxii, preſentibus ſer Martino notario olim Bettini de Guillielmettis de Puppio, fratre Matthео de Valle-canalis curie Ranchi comitatus Aretii, & Franciſco Symonis de Florantia teſtibus ad hec habitis & vocatis.

Item eodem milleſimo & indictione die nona menſis novembris. Actum Aretii in clauſtro eccleſie ſancte Marie in Gradibus, preſeotibus Johanne Branchi, Vanne Raynaldi, & Johanne Fici de Aretio teſtibus ad hec babitis. Conſtituti religioſi viri ſer Cecchus rectnr eccleſie ſancti Blaxii de Montaltuczo plebatus plebis de Palaczolo Aretine dioceſis, presbyter Maffeus rector eccleſie ſancti Egidii de ſancto Pancratio plebatus dicte plebis nomine iplorum & dictarum eccleſiarum ſubjectarum, pertinentium & ſpectantium ad monaſterium ſancte Marie de Agnano conſtituti coram me notario infraſcripto, & teſtibus ſupradictis dicentes & aſſerentes, quod immo de novo ad ipſorum, & cujuslibet eorum pervenit ootitiam, quod reverendus vir dominus domnus Baſilius abbas ſupradicti monaſterii & legitimus adminiſtrator eccleſie ſeu loci ſancte Marie io Gradibus de Aretio nomine ſuo & dicti ſui monaſterii & eccleſie ſancte Marie in Gradibus, ac capituli & conventus earumdem, & generaliter omnium & ſiogulorum prioratuum, eccleſiarum & capellarum ad dictum ſuum monaſterium pertinentium, a quibuſdam literia ven. patris & domini domini Boſi epiſcopi Aretini viva voce appellavie ad apoſtolicam ſedem & ſanctiſſimum patrem & dominum noſtrum dominum Benedictum papam XII. reſidentem, de qua appellatione ſeu appellationibus publice conſtat manu mei Manetti notarii infraſcripti, ipſi appellationi ſeu appellationibus conſenſerunt, & ipſam ſeu ipſas ratificaverunt, approbaverunt, & emologaverunt, ſicut de jure & facto, & efficacius potuerunt; rogantes nomine ipſorum & dictarum eccleſiarum me notarium infraſcriptum, quod de predictis publicum conficerem inſtrumentum.

Item eodem milleſimo & indictione die XIII. menſis decembris. Actum in clauſtro eccleſie ſancte Marie de Gradibus, preſentibus presbytero Naldo rectore eccleſie ſancti Juſtioi de Carra plebatus plebis ſancti Eleutherii, Johanne Noris de vico Florentino comitatus Florentie, & ſer Bandino rectore eccleſie ſancti Johannis de Oliveto plebatus plebis de Toppo teſtibus hec.... &c. Supradicti Domnus Meus rector eccleſie ſancte Chriſtine in Clanibus; presbyter Petrus rector eccleſie ſancti Blaxii de Aretio, presbyter Bettinus rector eccleſie ſancti Martini de Loreto membrorum & manualium, ſeu immediate ſubjectorum dicti monaſterii ſancte Marie de Agnano Aretine dioceſis, ſcientes reverendum virum dominum domnum Baſilium abbatem dicti monaſterii & legitimum adminiſtratorem eccleſie ſive loci ſancti Marie in Gradibus de Aretio, ſuo nomine, & nomine & vice dicti ſui monaſterii de Agnano & dicte eccleſie ſancte Marie io Gradibus de Aretio, ac ipſorum capituli & conventus & generaliter omnium prioratuum, eccleſiarum, & capellarum, ad dictum ſuum monaſterium quomodolibet pertinentium, viva voce appellaſſe & appellationem interpoſuiſſe a quibuſdam poſtremis literis ven. patris & domini domini Boſi permiſſione divina epiſcopi Aretini in dicta appellatione ſcripta manu mei notarii infraſcripti contentis, ad apoſtolicam ſedem & ſanctiſſimum

pa-

patrem & dominum noſtrum dominum Benedictum divina providentia papam XII. nomine ipſorum & dictarum eccleſiarum ipſi appellationi, & ipſius interpoſitionis & omnibus & ſingulis factis & geſtis per ipſum dominum abbatem dicto nomine in predictis conſenſerunt, & ipſam & ipſa ratificaverunt, approbaverunt, & emulogaverunt, & ratam & firmam, ſeu rata & firma haberi voluerunt. Rogantes per me notarium infraſcriptum fieri & confici publicum inſtrumentum.

Item die xv. dicti menſis decembris: Actum Aretii ante domum mei notarii infraſcripti, preſentibus Vannuccio Monis de Sancto-Miniate & Meo Vannis Manetti de Puppio teſtibus ad hec *&c.* Presbyter Finus rector eccleſie ſancti Petri de Scoppiolo ſupradicti plebatus & dioceſis ſupradictam appellationem, ſeu appellationes factas per ſupradictum domnum Baſilium abbatem & legitimum adminiſtratorem, ut ſupra, approbavit, ratificavit, confirmavit & emologavit, & ipſam nomine ſuo, & dicte ſue eccleſie ratam & firmam, ſeu ratas & firmas haberi voluit & teneri.

Die xvi. dicti menſis decembris: Actum in clauſtro eccleſie ſancte Marie in Gradibus da Aretio, preſentibus dompno Meo monacho monaſterii ſancte Marie da Agnano Aretine dioceſis, & preſbytero Naldo rectore eccleſie ſancti Juſtini de Carra ſupradicti plebatus, & dioceſis, teſtibus ad hec *&c.* Religioſus vir presbyter Maffeus rector eccleſie ſancti Egidii da ſancto Paneratio plebatus plebis da Palaczolo dicte appellationi ſeu appellationibus ſuum prebuit aſſenſum, & ipſas ſeu ipſam in quantum potuit, nomine ſuo, & dicte ſue eccleſie ratificavit, approbavit & emologavit, & ratam ſeu ratas & firmas haberi voluit. Rogans me notarium infraſcriptum, quod de predictis publicum conficerem inſtrumentum.

† Et ego Maoettus olim ſer Donati de Soci notarii, imparialt auctoritate notarius omnibus ſupradictis interſui, & ut ſupra legitur, rogatus ſcripſi & publicavi.

CCCXXI.

Conſilium Dominici de Pizolis pro monaſt. S. Hyppolyti de Faventia, circa collectarum ſolutionem.

Circa annum 1340.

Ex tabalario ejuſdem monaſterii.

Ibid. n. 4. IN Chriſti nomine, amen. In queſtiona, que vertitur ſeu verti poſſet, inter commune terre Solaroli comitatus, & maſſarium & ſindicum ipſius communis ex parte una, & rev. & religioſum virum dominum fratrem Andream abbatem monaſterii ſancti Hyppolyti de Faventia ordinis eremi Camaldulenſis & ipſius monaſterii procuratorem ex alia; que queſtio talis autem eſt. Petebant namqua dicti maſſarius & ſindicus a dicto dompno abbate pro dicto ejus monaſterio, quod ipſe dompnus abbas ſolveret dicto communi, maſſario & ſyndico collectas per ipſum commune impoſitas, & ad imposterum ſolvendas eiſdem; aſſerebant ipſum teneri pro poſſeſſionibus, quas dictus dompnus abbas pro dicto monaſterio haber & poſſidet, ſive ipſum monaſterium in curte & terreno dicte terre Solaroli, quas jam ipſum monaſterium a x. annis citra acquiſivit tam a privatis laicis & ſecularibus perſonis non nobilibus de comitatu predicto vel aliunde, que prius, antequam ipſum monaſterium ipſas poſſeſſiones acquiſierat, ipſas collectas dicto communi ſolvebant, & ſolvera tenebantur, quam a certis nobilibus de comitatu predicto, qui pro ipſis poſſeſſionibus collectas ipſas non ſolvebant, aſſerentes ipſum monaſterium & dictum dompnum abbatem pro ipſo ad ſolvendas dicto communi collectas predictas de jure & forma ſtatutorum comitatus predicti teneri, predicto dompno abbate contrarium aſſerente & dicenta ſe *etc.* non teneri; ſuper quibus per dictas partes eſt petitum mei infraſcripti conſilium adhiberi. Auditis igitur & intellectis *etc.* Chriſti nomine premiſſo, & ſue matris virginis beate Maria, ac beata Katerine nominibus invocatis, dico & conſulo, quod licet dicte collecte de jure communi non ſint onera realia & poſſeſſores ipſos comitantur, & per hoc dictum monaſteriam, quod poſſeſſionibos predictis collectas preteritas impoſitas per ipſum commune, atqoe ante acquiſitionem ipſarum poſſeſſionum per dictum monaſterium factam & noo ſolutas da jure dicto communi ſolvere non deberet, conſiderata tamen forma dictorum ſtatutorum, quorum aliqualem memoriam in hac parte recolo me habere, quod ipſas poſſeſſiones, pro quibus collecte debentur, videtur obligare & afficere onere tali tamquam cenſus & onera realia & generalia dicti communis & comitatus, & totius Italie poſſeſſiones collectaodi conſuetudine diutios obſervata & de preſenti vigente, quod dictum monaſterium, & dictus dompnus abbas pro eodem ad ſolvendum dicto commuai pro poſſeſſioni-

bus

bus predictis rollectas preteritas & non ſolutas, per idem commune impoſitas, ante acquiſitionem predictarum factam de ipſis poſſeſſionibus per monaſterium predictum vel alium pro eodem, quas tamen & in quantum priores poſſeſſores ipſas pro forma juria & dictorum ſtatutorum ſolvere tenebantur, tamquam debitum alienum, pro quo dicte poſſeſſiones erant obligate, ante quam ad eccleſiam pervenirent, ſolvere teneantur. Impoſitas vero poſt acquiſitionem predictam vel impoſterum imponendas, niſi quas lege vel canone eſt expreſsum, eccleſiam non debere ſubire, cum a talibus eccleſia ſit & eſse debeat per immunitatem ejuſdem a jure conceſſam immunis, ſolvere nullatenus teneatur, nec ad dictas ſolvendas per dictum commune vel ipſiua officiales predictos vel ipſorum laboratores de jure poſſint compelli, niſi pro parte dicti communis oſtenderetur lex aliqna rationabilis & legitime approbata, per quam appareat dictum monaſterium ad ſolvendas tales collectas pro dictis poſſeſſionibus de jure teneri.

Ego Dominicus de Pizolis de Imola juris-peritus ſic dico, & conſolo, prout ſuperius eſt ſcriptum, ſalvo ſempet conſilio cujuslibet melius ſentientia.

CCCXXII.

Indulgentiæ conceſſæ ab epiſcopis eccleſiæ SS. Chriſtinæ et Pariſii de Tarviſio.

Anno 1341. XVIII. januarii,

Ex archivo ejuſdem parthenonis.

Ad lib. L. n. 1. UNiverſis ſancte matria eccleſie filiis, ad qnoa pervenerint preſentes litere, nos miſeratione divina Nerzea Manaſgardenſis archiepiſcopua, Petrus Callienſis, Thomaa Tinienſis, Petrus Montis-marani, Sergiua Polenſis, Petrua Acernenſia, Gratia Dulcinenſis, Bernardus Cannenſis, Nicolaua Cathanienſis ..... ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paterne glorie *etc.* Cupientes igitur, ut monaſterium ſancte Chriſtine de Tarviſio Camaldulenſis, & hoſpitale ſancti Pariſii ibidem congruis honoribus frequententur, & a Chriſti-fidelibus jugiter venerentur; omnibus vere penitentibua & confeſſia, qui ad dictum monaſterium & ad predictum hoſpitale iu ſingulis ſancte Chriſtine & ſancti Pariſii feſtivitatibus, & in omnibus aliis infraſcriptis videlicet, Natalis Domini, Circumciſionis, Epiphanie, Paraſceves, Paſche, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis-Chriſti, Inventionis & Exaltationis ſancte Crucis; & in ſingulis feſtis beate Marie virginis, nativitatia, & decollationis ſancti Johannis-baptiſte, beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, & omnium aliorum apoſtolorum & evangeliſtarum, in commemoratione omnium Sanctorum & animarum, ac in dicti monaſterii conſecratione, & per octavam omnium feſtivitatum predictarum octavam habentium; ſanctorum quoque Stephani, Laurentii, Georgii, Martini, Nicolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, Marie-Magdalene, Katarine, Margarite, Lucie virginum ſinguliſque diebus Dominicis cauſa devotionis, orationis aut peregrinationia acceſſerint, ſeu qui Miſſis, predicationibua, matutinis *etc.* interſuerint, *&c.* vel qui ibidem ſepulturam elegerint, ſeu qui in ſerotina pulſatione campane flexis genibus ſecundum conſuetudinem Romane curie Ave Maria dixerint; necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta dictorum monaſterii & hoſpitalis, & ad reparationem *&c.* manus porrexerint adjutrices, aut qui in eorum teſtamentis vel extra *&c.* pias eleemoſynas largiti fuerint *etc.* & qui *etc.* pro omnibus predictorum monaſterii & hoſpitalia benefactoribus vivis & mortuis pie Deum oraverint, quotieſcumque *etc.* aliquid premiſſorum devote fecerint *etc.* ſingularium quadraginta diea indulgentiarum de injunctis eia penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; dummodo offerentium voluntas ad dicta acceſſerit & conſenſus *etc.* Datum Avenioni XVIII. die januarii anno Domini M. CCC. XLI. pontificatus domini Benedicti pape XII. anno VI.

Nos frater Vitalis Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopua Milenſia. Cupientes monaſterium ſancte Chriſtine inceptum augmentari, contemplatione ven. domine domne ſororis Johanne de Faventia abbatiſſe dicti monaſterii *etc.* omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui acceſſerint ad dictam eccleſiam diebus in preſenti privilegio adnotatis, cum ſuia omnibus additionibus *etc.* quadraginta dies de injunctis ſibi penitentiia in Domino relaxamus *etc.*

CCCXXIII.

CCCXXIII.

Sententia pro monaſterio de Vivo.

Anno 1341. XVII. auguſti

Ex tabulario dominorum Cervinarum.

Ibidem n. 5. IN Dei nomine, amen. Anno incarnationis ejuſdem milleſimo trigeſimo quadrageſimo-primo, indictione nona die XVII. menſis auguſti.

In Chriſti nomine, amen, Nos Nicolaus quondam Franciſci dicti de Bononia decretorum doctor, nunc habitator civitatis Senenſis, & Franciſcus quondam domini Britii de Accurſis doctor, arbitratores, amici communes, & amicabiles compoſitores.

Chriſti nomine invocato laudamus, arbitramur *etc.* declaramus & dicimus, quod locus dictus eremi del Vivo, totum ejus territorium & terrenum eſt & ſit *etc.* & quod omnes & ſingule perſone laice, que apud dictam eremum & ſuper terrenum dicte eremi morantur & habitant, morabuntur & habitabunt in futurum, quocumque tempore ſint, & intelligantur eſſe caſtellani dicti caſtri Caſtiglionis, & omnes & ſingulas facere functiones, que quilibet originarius & habitator in Caſtiglione facere & ſubire tenetur & tenebitur in futurum, & quod omnes & ſinguli homines Caſtiglionis predicti poſſint & eis liceat uti, & paſturare eum eorum propriis beſtiis terreno predicto *etc.* & quod liceat priori & monaſterio *etc.* & omnibus habitantibus apud dictam eremum tam preſentibus, quam futuris uti & paſcuare cum eorum propriis beſtiis toto dicto territorio dicti communis Caſtiglionis, ſicut licet & licebit caſtellanis Caſtiglionis predicti toto & omni tempore *etc.*

Ego Petrus Filius quondam ſer Griſſi rogat. *etc.*

CCCXXIV.

Permutatio bonorum conceſſa abbati S. Hippolyti de Faventia.

Anno 1342. XVII. aprilis.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

Ibidem n. 6. IN Dei nomine, amen. Anno ab ejuſdem incarnatione M. CCC. XLII. indictione X. die XVII. menſis aprilis. Cum pro parte ven. & religioſi viri dompni Andree abbatis monaſterii ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia ordinis Camaldulenſis fuerit rev. in Chriſto patri & domino dompno fratri Bonaventure ſancte Camaldulenſis heremi priori & ejuſdem ordinis generali digniſſimo humiliter ſupplicatum, quatenus permutandi villam Trebane ad dictum monaſterium pertinentem cum omnibus juribus tam perſonalibus, quam realibus & pertinentiis ſuis, & cum jure patronatu, quod dictum monaſterium in eccleſia ſancti Michaelis de dicta villa, & eum omnibus redditibus, cenſibus & obventionibus ſuis ad dictum monaſterium quomodocumque pertinentibus & ſpectantibus, que villa dicta eſt poſita in comitatu Faventie a remotis & longinquis partibus a poſſeſſionibus dicti monaſterii ſancti Ypoliti in plebatu ſancti Valentini Faventine dioceſis juxta territorium ville Agerete a duobus lateribus, juxta alpes dominorum Manfredorum de Faventia, dominorum comitum de Battifolle & de Doadula a tertio latere, & quarto terrenum ville Scarzane, ab aliis poſſeſſiones dicti monaſterii longinquas & remotas, & ipſi monaſterio minus utiles, cum aliis poſſeſſionibus, & terris propinquioribus magis utilibus dicto monaſterio, & opportunum inſtrumentum quodlibet faciendi & celebrandi pro utilitate & commodo dicti monaſterii, licentiam & auctoritatem ſuas impartiri, ac concedere de benignitate ſolita dignaretur. Reverendus igitur pater & dominus prior prefatus de circumſpecta providentia ven. & religioſi viri domni Johannis de Ymola prioris monaſterii ſancti Damiani de Bononia ejuſdem ordinis ibidem preſentis gerens indubiam, ac in Domino illibatam, eidem domno Johanni priori predicto commiſit, quod ad requiſitionem dicti abbatis ſanctorum Laurentii & Ypoliti de Faventia, viſis terris per ſeipſum, & diligenter conſideratis villa predicta, que in loco antedicto dabitur, & bonis ac terris, que alibi recipientur, ſi in hoc utilitatem dicto monaſterio viderit procurari, interponat auctoritatem & ſuum impertiatur aſſenſum. Volens idem rev. pater, quod omne id & totum, quod circa permutationem fiendam predictam per eumdem abbatem de auctoritate antedicta prioris ſancti Damiani, quam idem rev. pater ſibi preſenti publico inſtrumento hac dumtaxat vice commiſit, factum & geſtum fuerit, ratum & firmum perpetui temporibus perſeveret, eorumdem in hoc conſcientias

hone,

honerando. In quorum teſtimonium preſens mandavit & voluit per me Johannem infraſcriptum notarium confici publicum inſtrumentum. Actum Florentie in monaſterio ſancti Salvatoris Camaldulı Florentini in aula domus, in qua idem prior inhabitat, preſentibus teſtibus ven. viro dompno Fazio abbate de la Berardinga & ſancti Vigilii Senanſis, & domno Jacobo Burgenſi ſcriba ejuſdem domini prioris, & Angelo Florentino monacho dicti monaſterii, & Nuccio Beni de Soffialle familiare dicti domini prioris ad hec vocatis & rogatis.

Ego Johannes filius Nuſi de Martignana Florentine dioceſis *etc.* notarius *etc.* ſcripſi *etc.*

CCCXXV.

Sollemnis profeſſionis pagina monialis S. Chriſtinæ de Bononia.

Anno 1343. menſe junio.

Ex chartulario ejuſdem parthenonis. O. 32.

Ibidem n. 10. IN Chriſti nomine amen. Anno ejuſdem ſalutiſere nativitatis milleſimo CCC. XLIII. indictione XI. menſe junii, Noverint univerſi preſens inſtrumentum publicum inſpecturi & audituri, quod religioſa domina domna Maria abbatiſſa monaſterii ſancte Chriſtine de Fundatia de civitate Bononia ordinis Camaldulenſis una cum noſtris religioſis dominabus, ſcilicet Muzola, Uliana, Benedicta, Margarita majore, Tixia, Johanna de Burgo, Geſia & aliis monialibus dicti monaſterii confeſſa fuit coram religioſo viro dompno Girardo priore ſancti Damiani de Bononia ejuſdem ordinis Camaldulenſis & vicario rev. patris domni Bonaventure prioris generalis ordinis memorati, quod domna Jacoba ejuſdem monaſterii ſancte Chriſtine monacha perſonaliter de anno preſenti in die XXV. menſis madii ſecundum regulam beati Benedicti & morem dicti ordinis Camaldulenſis in preſentia reverendi in Chriſto patris domini domni Andree Dei gratia abbatis monaſterii ſancte Marie de Pompoſia ordinis ſancti Benedicti aliorumque virorum & mulierum, clericorum & laycorum multitudine copioſa ſuam fecit profeſſionem ſecundum morem & ſtatuta dicti Camaldulenſis ordinis infra Miſſarum ſolempnia, legendo cedulam, quam tenebat in manibus, & alta voce cantando in hec varba. Ego ſoror Jacoba promitto ſtabilitatem meam & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti & ſtatuta Camaldulenſis ordinis, & congregationem Camaldulenſem. In preſentia rev. patris domini fratris Andree Dei gratia abbatis Pompoſiani & domne Marte abbatiſſe monaſterii ſancte Chriſtine de Bononia, & aliorum fratrum & ſororum ejuſdem ordinis. Quam profeſſionem prefatus dominus vicarius una cum domina abbatiſſa, & omnes moniales predicte & ſorores dicti monaſterii acceptaverunt, & eam in monacham profeſſam dicti monaſterii ſancte Chriſtine de Fondatia de Bononia emiſerunt, & velum nigrum profeſſionis dicte ſorori Jacobe conceſſerunt, mandantes mihi notario infraſcripto, ut de predictis omnibus publicum conficerem inſtromentum.

Actum Bononie in monaſterio ſancte Chriſtine de Fundatia in choro interiori ipſius eccleſie, preſentibus ven. viris & dominis dominis Guillielmo Dei & apoſtolice ſedis gratia abbate Nonantulano; & Bonaccurſio abbate monaſterii ſancti Proculi de Bononia, & religioſis viris dompno Guilielmo monacho ſancte Marie de Pompoſia, & Ficine Paxio monacho monaſterii Nonantulani teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Jacobinus Garda de Riparia auctoritate imperiali publicus, & nunc domini abbatis Nonantulani notarius predictis omnibus interfui, & hanc cartam rogatus ſcribere ſcripſi.

CCCXXVI.

Sacramentum fidelitatis præſtitum ab hominibus de Mazzano monaſterio S. Gregorii de Urbe.

Anno 1344. IX. martii.

Ex codice Gregoriano pag. 142.

IN nomine Domini. Anno nativitatis *Ibid. n. 12.* ejuſdem milleſimo trecenteſimo quadrageſimo-quarto pontificatus domni Clementis pape ſexti indictione duodecima menſis martii die nono, in preſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Conſtituti perſonaliter infraſcripti homines maſſarii caſtri Mazzani in eccleſia ſupradicti caſtri ſancti Nicolai de caſtro predicto coram reverendo in Chriſto patre, & domino domino fratre Johanne Dei

& apoſtolice ſedis gratia humili abbate venerabilis monaſterii ſanctorum Andree & Gregorii in clivo Scauri de Urbe, videlicet Lellus de Capo, Ceccolus filius ejus, Buccemus frater dicti Lelli, Locinctus, Paulellus, Carlinus, Colaſturiani, Nucius, dictus alias Samciafeſta, Locaroſectus frater ejus, Symoncellus, Matthaus Berardi, Bertholdus, Vannutius, Cola, Caroſus, Caſtrutius, Perſona, dictus alias Petrutius, Gargaroſius, Nardus Succhi, Johannolus ejus filius, magiſter Fardus, Carolus frater ejus, Pancratius, Saracenus, Berardinus fratres, Caporella, Thomaulus, Johannes, Gualaſſus fratres filii Fogliaruſi, Valente, Lellus frater ejus, Lellus Nicolai Antonii, Petrutjus Jannoli *&c.* Recognoſcentes ſupradictos homines fuiſſe & eſſe vaſſalos ac fideles dicti monaſterii & domini abbatis preſati, idcirco bonis ac liberis eorum, & cujuslibet ipſorum voluntatibus reſtituerunt nomine dicti monaſterii ipſi domino abbati ibidem preſenti *&c.* ſacramentum homagii, vaſſalagii ac fidelitatis cum omnibus & ſingulis capitulis opportunis, & promiſerunt eſſe fideles & devotos ipſi domino abbati ac monaſterio ſupradicto, eorumque ſucceſſoribus in eodem in perpetuum, & quod perſonas, res, & bona ac jura ipſorum domini abbatis ac monachorum & conventus toto eorum poſſe conſervabunt illeſa *etc.* Requiſiti ab ipſo domino abbate ejuſque officialibus hobedient eiſdem, juxta eorumdem domini abbatis & conventus monaſterii ſupradicti beneplacitum, & mandatum, & hec & alia capitula fidelitatis *etc.* promiſerunt per ſacramentum tactis Scripturis corporaliter, & idem dominus abbas pro ſe & quo ſupra nomine ex nunc, ut vaſſallos eorum & dicti monaſterii recepit eoſdem & fideles.

Actum in caſtro Mazzani, preſentibus his teſtibus, ſcilicet fratre Johanne de Maroſſell. monacho monaſterii ſancti Pauli de Urbe, Jacobutio de Monrefalco, Paulo Pazo, & Jacobo caſtellano in caſtro Succingianenſi ad hec vocatis & rogatis.

Ego Jacobus Nicolai Johannis de Vall. civis Romanus Dei gratia ſacre preſecture auctoritate notarius, quia predictis omnibus interfui, ideo ſcripſi & publicavi rogatus.

CCCXXVII.

Collatio eccl. S. Petri de Valſavignone facta ab abbate Triviense.

Anno 1344. xxvii. maji.

Ex regeſto Nerii. pag. 61.

IN nomine Domini, amen. Anno Domini milleſimo ccc. xliiii. indictio- *ibid. n. 13.*
ne xii. Clementis pape VI. die xxvii. menſis madii in eccleſia ſancte Marie de Trivio, preſentibus dompno Salvo monacho monaſterii ſancti Salvatoris de Scaghati, Simone quondam Cini de Burgo ſancti Sepulcri priore de Rancambroſgio *etc.* & aliis pluribus teſtibus ad hec rogatis & habitis. Vacante eccleſia ſancti Petri de Valſavignone plebatus plebis ſancti Johannis de Corliano Caſtellane dioceſis per mortem quondam bone memorie presbyteri Franciſci quondam Maſſi de Burgo ſancti Sepulcri olim rectoris dicte eccleſie, reverendus vir dominus dompnus Benedictus abbas monaſterii ſancte Marie de Trivio, ad quem de jure ſpectat electio & reformatio dicte eccleſie & rectoris ejuſdem, tamquam verus patronus una cum parochianis dicte eccleſie . . . eorum preſentia licite habere & commode potuerit ex antiqua & hactenus obſervata conſuetudine de jure habita & optenta. Idcirco idem dominus abbas tamquam patronus pro dicto ſuo monaſterio predicte eccleſie videns & cognoſcens, prout evidenter & publice apparet, quod parochiani dicte eccleſie ſecum ad preſens eſſe non poſſunt, nec ipſe cum eis ad electionem rectoris dicte eccleſie propter inventarium & varia diſcrimina exiſtentia inter ipſum & parochianos predictos, prout tali cauſa & publica apparet, nollens tamen propter ſui defectum, quod dicta eccleſia rectoris carentia ampliari, & diutinam vacationem, & paſtoris ſolatio deſtituta preſenti die pro ſe & pro ſuo capitulo, cujus eſt procurator in publico inſtrumento *etc.* pro dicto ſuo monaſterio de futuro rectore & paſtore in hunc modum Dei nomine invocato providit.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, amen. Nos Benedictus abbas monaſterii ſancte Marie de Trivio patronus eccleſie ſancti Petri de Valſavignone predicti, ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſancti Petri apoſtoli, cujus vocabulum in dicta eccleſia veneratur, &

& ſaoctorum Floridi & Amantii patronorum epiſcopatus Caſtelli, & ad honorem & reverentiam domini Conſredi archipresbyteri eccleſie ſancti Johannis de Corliano, ad quem ſpectat confirmatio electionis & electi in dicta eccleſia, eligo & preſento presbyterum Petrum quondam Pucii de Baldiognano, licet abſentem, tamquam preſentem, diſcretum & ſapientem virum & honeſtum, ſcientia & moribus commendatum, & ſufficienter io ordine presbyteratus, & in tali honore circumſpectum. in presbyterum, rectorem & gubernatorem, & in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtratorem predicte ecclaſie ſancti Petri de Valſavignone ſuperius nominate. Et ad preſeotandum dictam electionem electo predicto Scaſojanum quondam Balducii de villa dicti Trivii, licet abſentem tamquam preſantem, meum & dicti monaſterii procuratorem & nunptium ſpecialem in iſto caſu & in ſimilibus caſibus inſtitui.

Et ego Nerius quondam Ugucii da Monte-cornario *&c.* not. *&c.* ſcripſi & publicavi.

CCCXXVIII.

Solutio cenſus abbatiæ Vangaticiæ facta eccleſiæ Ravennati.

Anno 1345. die IV. novembris.

Ex autographo Vangaticienſe.

Ibid. n. 15. IN Chriſti nomine, amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo CCC. XLV. indictione XIII. die IV. menſis novembris in epiſcopatu Ferrarienſi, preſentibus teſtibus vocatis & rogatis domno Jacobo quondam domini Guilielmi de Cantiania de Padua habitatore Ferrarie & manſionario eccleſie Ferrarienſis, & Andrea Matthei de Florentia habitatore Ferrarie, Manſredino quondam Biondi de Vincentia, & Franciſchino de Regio familiare infraſcripti domini abbatis. Ven. vir dominus Guelfinus de Canali vicarius generalis & procurator rev. in Chriſto patris & domini domini Nicolai Dei & apoſtolice ſedis gratia ſancte Ravennatis eccleſie archiepiſcopi ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus, ut paret inſtrumento ſcripto manu Petri Jacobi Tertii de Bononia notarii a me notario viſo & lecto, fuit contentus & confeſſus, & bene in concordia cum diſcreto viro domno Tanſelgardo quondam domini Hengialerii de Maliciis de Padua habitatore Ferrarie procuratore ſubſtituto a religioſo viro dompno Marcho de Piſis monacho monaſterii ſancte Marie de Vangadicia comitatus Rodigii ſindico & procuratore rev. patris domni Severii abbatis dicti monaſterii ſancte Marie de Vangadicia, necnon capituli & conventus ejuſdem, ut de ipſo ſindacatu & ſubſtitutione prefati domni Tanſelgardi patet duobus inſtrumentis ſcriptis manu Petri de Capella de Cremona *&c.* Et ab eodem domino Tanſelgardo procuratore predicto dante & ſolvente procuratorio nomine & vice domini abbatis & capituli, conventus & monaſterii predictorum habuiſſe & recepiſſe procuratorio nomine & vice dicti domini archiepiſcopi & eccleſie Ravennatis *&c.* quindecim ſolidos Veronenſes parvorum pro penſione & cenſu, in quibus dicti abbas, conventus & monaſterium tenentur annuatim eccleſie Ravennati pro terris, rebus & poſſeſſionibus infraſcriptis, quas ipſi tenent & poſſident. Et dictus domnus Tanſelgardus ex forma & viribus mandati ſui ad petitionem, inſtantiam & requiſitionem dicti domini vicarii dicto nomine ipſos abbatem, conventum & monaſterium tenere & poſſidere confeſſus fuit jure hemphiteoſis ab ipſo domno archiepiſcopo & eccleſia Ravennate ex inſtrumento publico ſcripto manu Johannis ſancte Ravennatis eccleſie notario a me viſo & lecto pro complemento ſatisfactionis omnium temporum & annorum preteritorum, in quibus ceſſaverunt predicti abbas & conventus, & pro preſenti anno *&c.* Poſſeſſiones autem, res & terre, de quibus ſupra fit mentio ſunt hec. In primis ſex uncie principales integre de ſundo Honeſti, quod eſt de jure ſancte Ravennatis eccleſie, a tribus lateribus ſupradicti fundi fundus Berſeta, a quarto latere fundus Turicla & Nugaretus. Item totum, quod habuerunt & detinuerunt Guido de Azo de Poliſino, terra & aqua in fundo Semproniano. Item fundus integer, qui vocatur Turicla, a primo latere cujus Arzine Criſanus, a ſecundo Foſſamala perveniens in ſancto Stephano, deſcendente in fluvium Adiſci, a tertio latere fluvius, qui dicitur Adiſci, a quarto latere fundus Honeſti & Nugaretus, & predicta omnia, que ſunt infra deſignata latera de jure ſancte Ravennatis eccleſie cum terris, vineis *&c.* conſtituta in territorio Gavellenſe.

Ego Johannes de Ruſtigonibus de Crema publicus imperiali auctoritate & curie dicti domini archiepiſcopi not. *&c.* ſcripſi & ſubſcripſi.

Digitized by Google

CCCXXIX.

Bona & fines monaſterii S. Nicolai de Burgo-ſancti-Sepulcri.

Anno 1345.

Ex archivo ejuſdem monaſterii.

Ibid. n. 15.

IN Dei nomine, amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo quadrageſimo-quinto indictione XIII. reſidente domino Clemente papa ſexto in . . . . Con. . . . . . . ad capitulum infraſcripti monachi, qui ſunt totum capitulum & . . . . . . monaſterii ſancti Johannis de Burgo ſancti Sepulcri de mandato reverendi viri domni Franciſci abbatis ipſius monaſterii, quorum monachorum nomina ſunt hec: Dompnus Phylippus de Luca, dompnus Johannes de Fano, dompnus Angelus de Peruſio, dompnus Jeronymus, frater Vannis de Burgo, frater Johannes de Balneo, frater Horlandus de Montone, & frater Andreas Peruſinus, ipſe enim dominus abbas de preſentia, voluntate & conſenſu dictorum ſuorum monachorum, & ipſi monachi de preſentia, voluntate & conſenſu dicti domini abbatis una cum eo, vice & nomine ipſius monaſterii ad declarationem & evidentiam veritatis & ad exhonerationem & ſalutem animarum omnium hominum & perſonarum . . . . & poſſidentium aliqua bona infra confines inferius denotatos, deſignaverunt & declaraverunt religioſo viro dompno Mattheo monacho rectori eccleſie ſancti Nicolai de dicto Burgo manualis dicti monaſterii, preſenti & petenti, ac pro ſe & ſuis ſubceſſoribus, & vice & nomine dicte ſue eccleſie legiptime ſtipulanti omnes terras, res & poſſeſſiones decimarie dicte eccleſie ſancti Nicolai, de quibus & pro quibus deci . . . . eccleſie, & ſuo rectori ex antiqua & approbata conſuetudine, & de jure a tempore, quo memoria non exiſtit, ſolvi debent per poſſeſſorea earum perpetuo annuatim, videlicet omnes terraa & poſſeſſiones, tam vineatas, quam laboratorias, & omnes alias res exiſtentes infra hos confinea, videlicet ab angulo carceris ſororum porte ſancti Nicolai infra, uſque ad angulum vinee filiorum Petri Manni poſite contra portam ſancte Marie-nove, & a via, que ibi incipit ultra, que vocatur via dechiavata uſque ad viam-novam porte nove burgecti ſancti Nicolai, & ab angulo vinee Ugucii Blanci inibi poſite infra uſque ad puteum clavate, & ab angulo dicti putei per ipſam viam tranſverſam ultra verſus reghiale uſque ad poſſeſſionem filiorum magiſtri Franciſci olim Franciſci Pettii, que eſt a imo ſive in fine reghialis in angulo, & ab angulo infra uſque ad angulum vie tranſverſe, que derivatur a puteo veteri, ſive a clauſura ſancti Bartholomei, videlicet uſque ad poſſeſſionem hoſpitalis ſancti Nicolai, que eſt in angulo predicto, & ab ipſo angulo ultra incipiendo a poſſeſſione heredum Sancti Caſe, que eſt ex appoſito dicti anguli ultra per viam tranſverſam verſus flumen Afre, uſque ad viam que derivatur a curſu Amalatie, & ab ipſa via uſquè ad gualcheriam, & a gualcheria uſque ad flumen Afre, & ab angulo dicte vie per flumen Afre, ſurſum uſque ad ripam, & ab angulo vie ripe excundo de flumine Afre uſque ad ſummitatem curſus Amalatie, & a dicta ſummitate curſus uſque ad angulum cavine, qua itur ad eccleſiam ſancti Angeli de le Corti, & a dicto angulo infra uſque ad angulum ſtrate, qua itur a porta ſancti Nicolai ad flumen Afre, & ab angulo putei n. . . nii, in quo eſt v. . . m Pepi Amadoris citra uſque ad portam-novam, & ab ipſa porta ſurſum uſque ad ponticellum regle, quod eſt in via, qua itur ad dictam eccleſiam ſancti Angeli, & ab ipſo ponticello a regla intra per tranſverſum uſque ad monaſterium ſancti Leonis, & a porta dicti monaſterii uſque ad portam ſancti Leonis recta via, & a dicta porta ſancti Leonis uſque ad roccam ſancti Angeli per viam, qua itur circa Burgum, & ab angulo dicte vie contra roccam infra uſque ad portam ſancti Nicolai, & uſque ad aogulum carceris ſororum porte ſancti Nicolai. Rogantes me notarium infraſcriptum, ut de premiſſis publicum conficerem documentum.

Actum in burgo predicto in ſacriſtia abbatie monaſterii ſancti Johannis predicti, preſentibus Salvi Sancti, Angelo Nerii Picchi, & Salvucio Johannini de dicto Burgo teſtibus ad hec vocatis, adhibitis & rogatis.

Ego Angelus olim ſer Fidelis notarius de Burgo preſato imperiali auctoritate judex ordinarius & notarius omnibus ſupradictis interfui, & ea omnia rogatus ſcripſi & publicavi.

CCCXXX.

CCCXXX.

Clementis VI. proviſio monaſterii S. Vincentii de Petra-pertuſa.

Anno 1346. XIII. kal. novembris.

Ex autographo archivi canonicorum Urbinatum.

Ibid. n. 17. CLemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Ubaldo Ventinelle abbati monaſterii ſancti Vincentii de Petra-pertuſia ordinis ſancti Benedicti Urbinatis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suſcepti cura regiminis cor noſtrum cootinua pulſat inſtantia, ut ſolicitudinis debitum, ad quod univerſis orbis eccleſiis & monaſteriis nos apoſtolice ſervitutis neceſſitas obligat, eorum ſingulis, prout nobis ex alto conceditur, exſolvamus io eo potiſſime, ut illorum regimina, que propriis ſunt deſtituta paſtoribus, perſonis talibus committantur, per quorum ſolertiam circumſpectam, & ſolertem circumſpectionem eccleſie & monaſteria predicta in ſpiritualibus & temporalibus valeant adaugeri. Dudum videlicet III. non. maji pontificatus noſtri anno primo ex certis rationabilibus cauſis proviſiones abbatiarum & monaſteriorum omnium exemptorum & non exemptorum infra terras eccleſie Romane immediate ſubjectas conſiſtentium tunc ubicumque vacantium, & que uſque ad biennium a kl. junii tunc proxime inſtantis inantea computandum vacare contingeret, ad quorum regimina prelati conſueverunt per electionem aſſumi, diſpoſitioni noſtre & ſedis apoſtolice ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Volumus autem reſervationem & decretum hujuſmodi ad monaſteria & alia loca monialium & aliarum religioſarum mulierum aliquatenus non extendi, ac deinde cum ejuſdem biennii finis inſtaret, nos ſimilibus cauſis inducti reſervationem & decretum hujuſmodi ad duos alios annos a fine dicti biennii computandos eadem auctoritate modo & forma predictis prorogandas duximus, & etiam extendenda. Interim autem monaſterio ſancti Vincentii de Petra-pertuſia ordinis ſancti Benedicti Urbinatis dioceſis, quod infra dictas terras conſiſtit, per obitum quondam Guidonis ejuſdem monaſterii abbatis, qui in partibus illis diem clauſit extremum, abbatis regimine deſtituto, nos vacatione hujuſmodi fidedignis relatibus intellecta ad proviſionem ipſius monaſterii celerem & felicem, de quo nullus preter nos hac vice diſponere poteſt, reſervatione, decreto, & extenſione obſiſtentibus ſupradictis, ne monaſterium ipſum longioris vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes, & cupientes eidem monaſterio talem preſidere perſonam, que ſciret, vellet & poſſet ipſum preſervare a noxiis & adverſis, & in ſuis manutenere juribus, & etiam adaugere, poſt deliberationem, quam ſuper hiis cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te tunc monachum monaſterii ſancte Crucis Fontis-avellane dicti ordinis Eugubine dioceſis ordinem ipſum expreſſe profeſſum & in ſacerdotio conſtitutum, cui de religionis zelo, literarum ſcientia, vite munditia, regulari obſervantia & aliis multiplicium virtutum meritis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, & pro quo etiam dilecti filii conventus dicti monaſterii ſancti Vincentii nobis ſuper hoc unanimiter ſupplicarunt, direximus oculos noſtre mentis. quibus omnibus diligenti meditatione penſatis de perſona tua dicto monaſterio ſancti Vincentii de dictorum fratrum conſilio, non obſtante quod habitus alterius coloris in ſancti Vincentii, quam in ſancte Crucis monaſteriis predictis geritur & habetur, auctoritate apoſtolica providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo. Volumus autem, quod ex nunc illius coloris geſtes habitum, qui in dicto monaſterio ſancti Vincentii geritur e....... in illo, qui dat...... & largitur premia confidentes, quod gratia Domini tibi aſſiſtente propitia prefatum monaſterium ſancti Vincentii per tue circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem predictas ſic fideliter geras & ſolicite proſequaris, quod prefatum monaſterium ſancti Vincentii adminiſtratori ſtudioſo gaudeat ſe commiſſum, tuque provide premium eterne retributionis acquiras, ac noſtram & dicte ſedis gratiam & benedictionem conſequi uberius merearis. Datum Avinioni XIIII. kl novembris pontificatus noſtri nono quarto.

P. de Campis.

P. Paſte.

CCCXXXI.

CCCXXXI.

Æſtimatio bonorum monaſterii Avellanenſis, mandato ejuſdem Clementis VI.

Anno 1346. XXIII. novembris.

Ex tabulario S. Romualdi de Urbe Faſc. XI. num. 2.

Eiſdem n. 16. IN nomine Domini, amen. Nos frater Robaldus de Monte-Bevono preceptor domus de Monte-bello Spoletani ducatus rector, & Berengarius Blaxini ejuſdem ducatus theſaurarius pro S. R. E. generales, nuper a ſanctiſſimo in Chriſto patre & domino noſtro domino Clemente papa VI. recepimus literas reverenter ejus vere & conſueta bulla plumbea ad filum canapis pendente bullatas, omni vitio & ſuſpictione carentes ſubſcripti tenoris.

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis.. rectori, & .. theſaurario ducatus Spoletani ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Porrecte nobis dilectorum filiorum abbatis & conventus monaſterii ſancte Crucis Fontis-avellane ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Eugubine dioceſis petitionis ſeries continebat, quod dilectus filius magiſter Guido de Monte-novo canonicus Faventinus olim commiſſarius dilecti filii noſtri Aymerici tit. ſancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, tunc in partibus illis apoſtolice ſedis legati, per ipſum legatum ad inquirendum de fructibus, redditibus & proventibus eccleſiarum, monaſteriorum & beneficiorum eccleſiaſticorum partium predictarum, & eorum valore & ipſos extimandum & taxandum deputatus, fructus, redditus, proventus ipſius monaſterii ultra medietatem valoris ipſorum extimavit & taxavit in grave damnum & prejudicium monaſterii ſupradicti; quare prefati abbas & conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut ne eos propter extimationem & taxationem hujuſmodi ultra rationis debitum opprimi & gravari contingat, providere eis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur cupientes ab indebitis gravaminibus relevare ſubjectos, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de quantitate & valore dictorum fructuum, redditiuum & proventuum ejuſdem monaſterii inquiſita diligentius veritate, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, eoſdem fructus, redditus & proventus provida moderatione ſervata, auctoritate noſtra extimare & taxare curetis, facientes extimationem hujuſmodi faciendam per vos eadem auctoritate firmiter obſervari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a ſede ſit indultum predicta, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avenioni IIII. kal. auguſti pontificatus noſtri anno V.

Volentes igitur, ut tenemur, ſupraſcriptis apoſtolicis literis fideliter obedire, ac per omnem modum poſſibilem de ſupraſcripti monaſterii fructibus, redditibus & proventibus informari ipſius Romane eccleſie & predicti domini noſtri negotiis occupati, non valentes exequendis predictis perſonaliter intereſſe, rev. viro domino Franciſco de Menav. canonico Aſſiſienſi ad predicta idoneo, qui in noſtris manibus corporale preſtitit juramentum dictam inquiſitionem & indagationem diligenter faciendi, ac etiam referendi, commiſimus, quod ad monaſterium predictum & ad alia loca, ſicut foret expediens, perſonaliter ſe conferret, inveſtigaturus ſollicite de ipſis fructibus, redditibus & proventibus veritatem, & facturus nobis de predictis relationem fidelem, committentes eidem in predictis uſque ad noſtrum beneplacitum vices noſtras. Ipſe vero dominus Franciſcus juxta formam predicte commiſſionis per nos ei facte ad predictorum executionem intendens, inquiſita per eum de predictis ſollicite veritate, nobis relationem fecit ſub virtute & vinculo predicti juramenti, & in ſcriptis tredidit & aſſignavit, prout de predictis omnibus in actis & ſcriptis inde confectis manu mei Thomaſſi quondam Johannis Ugolini de Quatrellis notarii infraſcripti plene patet. Viſis igitur dictis apoſtolicis literis &c. Chriſti nomine invocato &c. extimamus, & taxamus & declaramus fructus, redditus & proventus annuos dicti monaſterii & menſe ipſius de bonis conſiſtentibus in provinciis Spoletani ducatus & Marchie Anconitane, & alibi ubicumque, & in quibuſcumque dioceſibus, provenientes de omnibus terris, vineis &c. tam ad cameram & menſam ipſius monaſterii, quam etiam ad ſacriſtiam, infirmariam, hoſpitale, & palatium forenſium monaſterii ſupradicti, & ipſorum fructuum, redditiuum & proventuum valorem annuum in totum eſſe & exiſtere quatuor millia libra-

bra-

brarum denariorum Ravenn. & Ancon. parvorum, extimatione habita ad florenos ſive ducatos aureos trium librarum dicte monete pro floreno quolibet ſive ducato, mandantes auctoritate predicta ſub excommunicationis pena, extimationem, taxationem, declarationem predictas in ſolutionibus decime, vigeſime-quinte & aliis ſolutionibus fiendis Romane eccleſie, vel legatis ſeu nuntiis, vel officialibus ipſius quibuſcumque &c. debere de cetero obſervari, & ultra quam ſecundum dictas extimationem &c. predictos abbatem & conventum dicti monaſterii non debere, nec poſſe gravari, vel aliquatenus moleſtari in ſolutionibus predictis, nec in aliquibus oneribus indicendis. Non obſtantibus extimatione facta per ſupraſcriptum magiſtrum Guidonem ſeu quacumque compoſitione &c. ex una parte, & clerum Eugubinum ex altera, ſeu clerum prefatum, & dominum abbatem predictum vel ſindicum monaſterii prelibati, ſeu ſolutione quacumque, injungentes de predictis omnibus per diſcretos viros ſer Deodatum Laurentii, & ſer Jacobum Petri, ac etiam me Thomaſſum notarios infraſcriptos confici publicum inſtrumentum, & ipſum nihilominus ad majorem fidem noſtrorum ſigillorum appenſione muniri. Facte fuerunt dicte extimatio, taxatio & declaratio per ſupradictos dominos fratrem Robaldum &c. & Berengarium &c. pro tribunali ſedentes in palatio novo Romane eccleſie ſite prope Montefalconem ſub anno Domini M. CCC. XLVI. indictione XIIII. tempore domini Clementis pape VI. die XXIII. menſis novembris, preſente & petente fratre Bartholo Vannis de Foſſato monacho priore clauſtrali & ſindico dicti monaſterii, ac etiam preſentibus ven. viro domino Butio Johannetti de Petra-longa, domino Andree Leonardelli de Eugubio, Gilvicio Bertuldi de Spoleto, & Johanne Turni de Cinaeo teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis.

Et ego Thomaſſus quondam Johannis Ugolini de Quatrellis Tudertine dioceſis imperiali auctoritate notarius publicus & judex ordinarius, & nunc notarius & officialis ſupradicti domini rectoris, ſupradictis &c. una cum infraſcriptis ſer Jacobo & ſer Deodato notariis rogatis interſui, & ideo de mandato cum licentia ſupradictorum dominorum rectoris & theſaurarii ſcripſi & publicavi apponens ſolitum ſignum meum &c.

Et ego Jacobus Petri Maſſioli de Caſtro-Bnoo &c. notarius &c.

Et ego Deodatus Laurentii clericus Biterren. dioceſis &c. notarius &c.

Et quia ego Ceſar Loctus de Quintiliis curie cauſarum camere apoſtolice notarius premiſſis omnibus interſui, eaque omnia in notam ſumpſi, ideo preſens inſtrumentum ſubſcripſi & publicavi, ſignoque & nomine meis ſolitis in fidem rogatis.

Loco ſigni † cum litteris C. L. Q. & verbis, videlicet Caritas locum querit.

CCCXXXII.

Communicatio bonorum ſpiritualium facta a congregatione Silveſtrina monachi S. Mariæ Angelorum de Florentia.

Anno 1347. XII. maji.

Ex archivo hujus poſtremi monaſterii.

FRater Ugo generalis prior heremi & ordinis ſancti Benedicti de Monte-fano Camerinenſis dioceſis, ejuſdemque capitulum generale dilectis in Chriſto dompno .. priori fratrum heremitarum de Angelis de Florentia, ejuſque capitulo monachorum, & converſis eorum Camaldulenſis ordinis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Exigente pie devotionis affectu, quem apud nos & ordinem noſtrum vos habere cognoſcimus ab experto, ad preces etiam rev. viri domni Nicolai abbatis monaſterii ſancte Marie Florentie, decet nos fidei & devotioni veſtre beneficiis divine gratie liberaliter reſpondere. Ea propter vobis & veſtrum cuilibet tenore preſentium participationem duximus concedendam omnium beneficiorum & gratiarum in Miſſis & pſalmodiis, aliiſque orationibus, vigiliis, jejuniis, abſtinentiis, ceteriſque piis operibus, que per fratres noſtri ordinis Salvator noſter Jeſus Chriſtus dignabitur miſericorditer operari. Quandocumque vero alicujus veſtrum obitus noſtro fuerit generali capitulo nunptiatus, anima ejus orationibus omnium fratrum recomemendabitur, ſicut pro precipuis benefactoribus in noſtro predicto ordine hactenus fieri conſuevit. In cujus conceſſionis teſtimonium noſtro ſigillo preſentes duximus roborandas. Datum in noſtro monaſterio Montis-fani ſub anno Domini M. CCC. XLVII. indictione decima-quinta XII. die maji. *Ibid. n. 23.*

CCCXXXIII.

Digitized by Google

CCCXXXIII.

Indulgentiæ conceſſæ eccl. S. Catharinæ de Burgo-ſancti-Sepulcri.

Anno 1348. XXVIII. junii.

Ex autographo canonicorum Burgenſium.

Ibid. n. 31. NOs miſeratione divina Adam Pennenſis, Gregorius Labacenſis, Johannes T. . . B. . Brunenſis, Gregorius Opidenſis, Auguſtinus Diſtillarienſis, Jacobus Brienſis, Petrus Callienſis, Gutardus Tinopol. Franciſcus Acienſis, Thomas Tinienſis, Avantius Randirenſis, Johannes Tennopolenſis, Tropetus Brumacenſis, Franciſcus Urellenſis, Bertardus Adjacenſis epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paterne glorie &c. Cupientes igitur, ut monaſterium monialium ſive ſororum ſancte Catharine prope Burgum-ſancti-Sepulcri ordinis Camalduleoſis congruis honoribus frequentetur, & a Chriſti-fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictum monaſterium in ſingulis ſui patroni feſtivitatibus, & in omnibus aliis infraſeriptis, videlicet Natalis Domini etc. & in ſingulis diebus Dominicis cauſa devotionis acceſſerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioeeſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimnnium ſigilla noſtra preſentibus appoſuimus. Datum Avinioni M. CCC. XLVIII. die XXVIII. menſis junii pontificatus domini Clementis pape VI. anno VII.

Et nos fratar Johannes Dei & apoſtolice ſedis gratia ſacre Camaldulenſis eremi prior & totius ordinis generalis univerſos & ſingulos, qui in conſtructiona dicte eccleſie vel oratorii, vel in ſubſtentatione vita ſororum predictarum, que in loco predicto ad preſens habitant, vel impoſterum perpetuis temporibus habitabunt, manum porrexerint adjutricem, auctoritate nobis ab apoſtolica ſede commiſſa, & omni jure & modo, quibus melius poſſumus, omnium Miſſarum, orationum, jejuniorum & ſpiritualium meditationum, que celebrabuntur vel fient impoſterum largiente Domino in ſacra Camaldulenſi eremo ſupradicta, & in ſingula ordinis noſtri loca, participes facimus & conſortes. In cujus rei teſtimnnium huic pagine noſtrum fecimus ſigillum apponi.

Sigilla deſiderentur.

CCCXXXIV.

Capitulum Lateranenſe permittit erectionem eccl. SS. Trinitatis de Faventia.

Anno 1348. XX. novembris.

Ex tabulario ſanctimonialium SS. Trinitatis.

VEnarabiles viri dominus Nicolaus ibidem n. 3 de Arloctis prior, dominus Jacobus de Cavis de Anibaldis, dominus Johannes Lupi, dominus Sabas de Tineoſis, dominus Johannes Ceſſi, dominus Johannes Bobonis, dominus Berthuilus, dominus Petrus Camillus, dominus Nicolaus de Gallicanis canonici & capitulum ſacroſancte Lateranenſis eccleſie diſcreto viro Franciſcho Michaelis Benencaſe, ac etiam ejus germane ſorori Agneti de Favantia Chriſti-fidelibus & devotis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Inter cuncta caritatis opera illud precipue meritorium fore dignoſcitur, prout ſanctorum patrum exemplo & ſacre pagine nos inſtruunt diſcipline, quod divinis obſequiis debiti, ac ejus laudibus inſudantes favorabili preſidio fulciantur, quibus eo diligentius noſtrum impartimur preſidium, quo affectamus diligentius Salvatoris noſtri & glorioſe virginis matris Marie devotionem ac fidem, & in ejus ovili divini cultus obſequium ampliandi. Attendentes itaque zelum divinum & dilectionem ſinceram, quam veſtra promittit petitio, & veſtra opera liquide manifeſtant, inducimur ſupplicationes veſtras admittere gratioſe. Cum igitur pro parte veſtra nobis humiliter nuper fuerit ſupplicatum, quod quoddam ſolium ſeu domum, ſeu caſamentum exiſtentes in burgo porte pontis de Faventia ad dictam eccleſiam Lateranenſem pertinentes pleno jure vobis & veſtris omnibus in perpetuum ſucceſſoribus concedere dignaremur, ut ibi oratorium ſeu eccleſiam noſtra auctoritate ſub vocabulo ſancte Trinitatis conſtituere valeretis, in dicti noſtri Salvatoris honorem, & beate virginis glorioſe; nos tam pie ac devote petitioni veſtre impartientes aſſenſum, prefatum ſolium, ſeu domum vel caſamentum vobis & dictis omnibus in perpetuum conſerimus gratioſe, & de illis etiam providemus, ut ibidem dictam eccleſiam in honora & vocabulo ſancte Trinitatis poſſitis conſtruere eum altare & campanis, & omni plena & libera facultate dictam eccleſiam de circumſtanti

ecc.

territorio ſeu domo pro commoditate ipſius eccleſie, prout vobis omnipotentis Dei clementia tribuet ampliandam, dantes & coocedentes liberam poteſtatem capellanum idoneum eligendi, nobis tamen conſerendi & confirmaodi reſervamus liberam poteſtatem. Cujus confirmationem, deputationem, correctionem, reformationem & cenſuram eccleſiaſticam nobis & noſtris in dicta eccleſia ſucceſſoribus reſervamus, necnon in ſignum dominii quinque ſolidos, quos mihi dare promiſiſtia, & dicte noſtre .... in feſto ſancti Martini fuſcipientes apoſtolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, faciendoque vos & alios, qui dicte eccleſie manus adjutrices porrigeot, ac in ea una vobiſcum, ſeu alias ad divina convenerint, participes gratiarum & indulgentiarum, que eidem noſtre eccleſie a ſummis pontificibus funt conceſſe, ſuper quibus omnibus & ſingulis apoſtolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, vobis & dictis in dicta eccleſia ſancte Trinitatis in perpetuum ſucceſſoribus veſtris plenam damus & concedimua liberam facultatem, committentea tibi Franciſco circa premiſſa, & omnia & ſingula alia conneſſa, dependentia ab eiſdem, precipue circa benedictionem primarii lapidis, poſitionis ſeu immiſſionis, & fundationis ipſius, & in ipſius eccleſie conſtruendo primario fundamento plenarie vicea noſtras, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Ad hec autem ſuppliciter vobis & omnibus aliis, qui vobiſcum in dicta concurrent eccleſia in divinis ſeu ad obſequia, centum diea de omnipotentis Dei & beate Marie virginis confiſi gratia de injunctis eia penitentiis miſericorditer relaxamus in Domino. In quorum omnium evidentem certitudinem has literas ſcribi fecimus, noſtri ſigilli capituli appenſione munitas.

Datum & actum in eccleſia Lateranenſi predicta ſub anno Domini M. CCC. XLVIII. indictione ſecunda pontificatus domini Clementis pape VI. die XX. menſis novembris, preſentibus teſtibus Dominico de Florentia, presbytero Nicolao de Tibure, presb. Romano de Urbe omnibus beneficiatis dicte Lateranenſis eccleſie ad hec ſpecialiter vocatis & rogatis.

Et ego Petrus Creſcentii de Palliano beneficiatus Lateranenſis imperiali auctoritate notarius ſcripſi & publicavi, & de mandato dictorum dominorum canonicorum in hanc publicam formam redegi, meumque ſignum appoſui conſuetum.

CCCXXXV.

Charta monaſterii S. Severi Claſſis Ravenne.

Aono 1349. VII. januarii.

Ex libro 92. pag. 35. archivi Claſſenſis.

ANno M. CCC. XLIIII, indictione II. *Ibid. n. 31.*
die VII. menſis januarii in clauſtro monaſterii ſancti Severi Ravennatis dioceſis Ciſtercienſis ordinis, preſentibus teſtibus Gintilucio quondam Gentilia de Ofida, Antonio filio Mergi *&c.* Tempore domini pape Clementis VI. coram rev. patre domno Petro de Reate abbate monaſterii ſancti Severi predicti ad capitulum ſuno ſquille una cum dompno Benedicto, & dompno Lodoyco monacis dicti monaſterii more ſolito in capitulo congregatia comparuit prelibatus dompnus Johannes filius quondam Pariſii comitatus de Ferraria rector eccleſie ſancte Marie in Marignano Ariminenſis dioceſis ſponte. & ex certa ſcientia recognovit & promiſit recipere viſitationem & correctionem dicti domini abbatis & ſuorum ſucceſſorum, collectas ſibi imponendas per dictum dominum abbatem, ejuſque capitulum & ſuos ſucceſſores ſolvere cum effectu, dixit & confeſſus fuit dictum monaſterium verum eſſe dominum & patronum eccleſie ſupradicte, & poſſeſſionum & jurium ipſius; & delato ſacramento eidem flexis genibus in manibus dicti domini abbatis pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipientia preſtitit ſolemniter & corporaliter fidelitatis debitum juramentum in omnibus capitulis ipſius. Et promiſit ſollempniter & juravit annuatim prelibatam beati Severi eccleſiam viſitare predictam vel per nuncium ſpecialem, & in feſto dicte eccleſie ſuper altare dare & offerre ſingulis annia pro dominio eccleſie ſancte Marie predicte & omnium ſuarum poſſeſſionum & jurium unam libram pure cere, ac ſolvere domino Ariminenſi epiſcopo omnia, que recipere deberet a dicto monaſterio pro dicta eccleſia ſecundum pacta inita inter ipſum dominum epiſcopum & monaſterium ſupradictum, & dictum dominum abbatem ejuſque monachos, fratres & nuncios dicti monaſterii, & ſucceſſores eorum cum reverentia & honore recipere. Que omnia & ſingula promiſit ſolempniter obſervare, & attendere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa, de jure vel de facto ſub

pena perjurii, & duarum librarum puri auri ſtipulatione premiſſa, & reſectione damnorum & expenſarum litis & extra, & obligatione bonorum dicte eccleſie, & pena commiſſa ſoluta vel non, predicta omnia & ſingula maneant rata & firma.

CCCXXXVI.

Proviſio eccl. S. Euſtaſii de Canetulo.

Anno 1349. v. martii.

Ex autographo penes canonicos S. Laurentii de Florentia.

Ibid. n. 35. IN Chriſti nomine, amen. Anno ab ejus nativitate M. trecenteſimo quatrageſimo-nono indictione ſecunda die quinta menſis martii pontificatus ſanctiſſimi patris & domini noſtri domini Clementis divina providentia pape VI. Conſtitutus dominus presbyter Johannes quondam Peppoli de Planicorio rector eccleſie ſancti Euſtaſii de Canetulo Faventine dioceſis in eccleſia ſancti Petri in Caſtagneto territorio Portici in preſentia ven. patris domni Benedicti abbatis monaſterii ſancti Benedicti in Alpibus, ad quod monaſterium & capitulum ipſius dicta eccleſia ſancti Euſtaſii, & jurium ipſius, quam idem dompnus presbyter Johannes in manibus ipſius domini abbatis facere intendebat. animo transferendi ad rectoriam eccleſie ſancti Laurentii de Planicorio Foro-popilienſis dioceſis vacantis ad preſens, recipere & admittere dignaretur, ad cujus eccleſie ſancti Laurentii rectoriam, ut dixi, per patronos & parochianos ipſius eccleſie electus fuit ac etiam nominatus, quam electionem acceptare intendit, ſet diſtulit & differt ipſam admittere, ut non currat ſibi terminus confirmationis hinc inde, quam preſentialiter, ut dixi, certis ex cauſis habere non poſſit a reverendo patre domino fratre H.. Foropopilienſi epiſcopo, cui ſpectat confirmatio rectoris eccleſie prelibate . . . . . ven. pater domnus Benedictus abbas animadvertens, quod dicta eccleſia ſancti Euſtaſii de Canetulo dicto monaſterio ſancti Benedicti, ut premittitur, ſubjecta, cui cura animarum imminet, paſſa eſt & pati poſſet impoſterum in ſpiritualibus & temporalibus leſionem, propter continuam reſidentiam, quam a multis diebus citra idem presbyter Johannes fecit & adhuc facit ad eccleſiam ſancti Laurentii predictam, & dubitans, ne acceptatio electionis & nominationis de dicto presbytero Johanne facte ad dictam eccleſiam ſancti Lanrentii nimis protrahatur in longum, recogitanſque quod ipſo domino presbytero Johanne non reſignante dictam eccleſiam ſancti Euſtaſii vel non acceptante dictam electionem de eo factam ad rectoriam eccleſie ſancti Laurentii predicti non poſſit commnde dicte eccleſie ſancti Euſtaſii de rectore alio provideri, petitioni ipſius presbyteri Johannis annuens in hac parte & juxta ipſius deſideria procedere volens, reſignationem predictam, quam idem presbyter Johannes ibidem & in preſenti coram me notario & teſtibus infraſcriptis libere fecit de eccleſia memorata, ejuſque juribus & pertinentiis univerſis, animo, ut premittitur, transferendi ad rectoriam eccleſie ſancti Laurentii predicti in manibus ſuis recepit, & juxta votum ipſius admiſit, mandans mihi infraſcripto notario, quod de predictis omnibus publicum conficiam inſtrumentum.

Actum in dicta eccleſia ſancti Petri, preſentibus Conmducio olim Superbi de Canetulo, Fuſco olim Struoli de Tuſa parochianis dicte eccleſie ſancti Euſtaſii, Ugolino quondam Ugucii, ſer Bernardo olim Vandini, & Fuſchino olim Fuſchi de Portico teſtibus ad predicta vocatis & rogatis.

Ego Thomaſinus filius Zanetti Ognaben de Portico apoſtolica & imperiali auctoritate notarius, ipſaque imperiali auctoritate judex ordinarius predictis omnibus & ſingulis, dum agerentur, preſens ſui, & ea rogatus ſcripſi, & fideliter publicavi, ſignumque meum apposui conſuetum.

CCCXXXVII.

Confirmatio eccl. S. Nicolai de Fonte facta monaſterio Fullinati.

Anno 1350. XII. kal. februarii.

Ex tabulario monaſt. de Fullina. num. 1121.

GUido miſeratione divina tituli ſancte Ibid. n. 40.
Cecilie presbyter cardinalis apoſtolice ſedis legatus dilectis in Chriſto abbati & conventui monaſterii de Folina ordinis Ciſtercienſis Cenetenſis dioceſis ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu conſequente

com-

complere. Eapropter veſtris poſtulasinnibus grate cnncurrentes aſſenſu eccleſiam ſeu capellam ſine cura ſancti Nicnlai de Fnnte Terviſine dioceſis, quam vos proponitis canonice fuiſſe adeptos, ſicus vos juſte & canonice poſſideis, vobis auctoritate, qua fungimur, tennre preſentium confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinin cnmmunimus. Nulli ergo hominum &c. Si quis &c.

Datum Terviſii XII. kl. februarii pontificatus domini Clementis pape VI. anno nctavn.

P. du Nathoy.

Loco † ſigilli ſemicorroſi.

Propoſitum erat tamquam ſecundæ Appendicis loco ſubjicere Conſtitutiones Martini III. prioris generalis ; verum in nimiam molem excreſcente volumine conſultius duximus eas rejicere in Appendicem tomi VI. ubi ſimul collectas dabimus conſtitutiones omnes , quæ ad rem Camaldulenſem faciunt .

SERIES

DIPLOMATUM ALIORUMQUE MONUMENTORUM

In Appendice hujus voluminis exiſtentium ordine chronologico digeſta.

1251. VI. exeunte februario. Concordium inter commune Fabriani & monaſterium Vallis-caſtri, numer. I. col. 1.

1251. VIII. idus martii. Venditio caſtri Caſtellionis facta a monaſterio de Vivo communi Senarum, numer. II. 4.

1251. XV. intrante aprili. Promiſſio fidelitatis facta a poteſtate Civitatis-caſtelli abbati Burgenſi recipienti pro legato apoſtolico. n. III. 8.

1251. IV. idus julii. Franca abbatiſſa Luci deſcribit damna illata ſuis hominibus & bonis. n. IV. 9.

1251. II. kl. auguſti. Innocentius IV. vetat communi Callenſi, ne collectas imponat, neque homines monaſterii Avellanenſis in cives recipiat. n. V. 11.

1251. IX. exeunte auguſto. Teſtificationes hominum Æſii & caſtri S. Urbani contra caſtrum Piri. num. VI. 12.

1251. II. kl. decembris. Innocentius IV. permittit Camaldulenſibus officium prædicationis. n. VII. 22.

1251. V. idus decembris. Idem vetat, ne mulieres prætereant terminos conſtitutos circa eremum Camaldulenſem. n. VIII. *ibid.*

1251. V. id. decemb. Idem inhibet, ne moleſtentur Camaldulenſes ſuper decimis & bonis per XL. annos poſſeſſis. n. IX. 23.

Eodem die. Renovat bullam Gregorii IX. pro abſolutione criminum. n. X. 24.

Eodem die. Concedit priori Camaldulenſi, ut per ſe vel per alios monaſteria viſitare poſſit. n. XI. *ibid.*

1251. II. idus decembris. Eximit Camaldulenſes a procurationibus legatorum. n. XII. 25.

1251. XVII. kl. januarii. Et a debito hoſpitandi epiſcopos & patronos in monaſteriis. n. XIII. *ibid.*

Eodem die. Concedit Camaldulenſibus facultatem recipiendi in eremo & ad profeſſionem ex aliis ordinibus cœnobitas. n. XIV. 26.

Eodem die. Confirmat unionem aliquot eccleſiarum & monaſteriorum congregationi Camaldulenſi. n. XV. 27.

Eodem anno. Privilegium ejuſdem Innocentii IV. pro monaſterio S. Urbani de Æſinante. n. XVI. *ibid.*

1252. II. nonas januarii. Ejuſdem literæ encyclicæ contra moleſtatores & invaſores bonorum Camaldulenſium. n. XVII. 29.

1252. nonis januarii. Innocentius IV. concedit Camaldulenſibus facultatem conſtituendi procuratorem generalem in Romana curia, numer. XVIII. 30.

1252. id. januarii. Indulget monachis Claſſenſibus, ne quis proviſionem recipiat ex eorum beneficiis. n. XIX. 31.

1252. kal. febr. Eamdem indulgentiam extendit omnibus Camaldulenſibus. n. XX. *ibid.*

1252. VIII. id. febr. Ejuſdem Innocentii IV. privilegium pro monaſterio S. Crucis de Tripudio prope Saxum-ferratum. n. XXI. 32.

1252. XV. febr. Comes Guido-Guerra cedit Martino priori Camaldulenſi eccleſiam S. Mariæ de Petra-ficta. n. XXII. 35.

1252. XV. kl. martii. Innocentius IV. eximit monaſteria Camaldulenſium a penſionibus legatorum. num. XXIII. 36.

1252. IV. kl. martii. Ejuſdem literæ contra moleſtatores Camaldulenſium. n. XXIV. 37.

1252. kl. martii. Aliæ ejuſdem pro vicecomitatu fratrum Aguſellorum civium Cæſenatum. num. XXV. *ibidem.*

1252. III. nonas martii. Privilegium Innocentii IV. pro monaſterio Claſſenſi. n. XXVI. 39.

1252. III. nonas martii. Idem ſcribit, ut reprimantur moleſtatores monaſterii S. Savini Piſarum. n. XXVII. 40.

1252. II. nonas martii. Ejuſdem literæ, ut decidantur lites monaſterii Pratalienſis. n. XXVIII. *ibidem*.

1252. V. id. aprilis. Sententia circa jus rectoris eccleſiæ S. Petri ad Gradus prope Piſas. n. XXIX. 41.

1252. V. id. julii. Literæ Innocentii IV. ut Tegrinus & Wido comites Mutilianæ abſolvantur ab excommunicatione. n. XXV. 44.

1252. VIII. id. auguſti. Executio literarum ejuſdem Innocentii IV. pro monaſteriis Piſarum. num. XXXI. *ibidem*.

1252. idibus novemb. Ejuſdem literæ, ne epiſcopi difficiles ſe reddant in ordinationibus Camaldulenſium. n. XXXII. 47.

1252. III. kl. decembris. Privilegium ejuſdem pro univerſa congregatio. Camaldulenſi. n. XXXIII. *ibidem*.

1252. IV. nonas decemb. Idem confirmat bullas prædeceſſorum ſuorum circa monaſterium Vangaticiæ. n. XXXIV. 53.

1253. XV. intr. majo. Inveſtitura feudi facta abbati de Follina ab Odorico comite Collis-alti. n. XXXV. *ibidem*.

1253. octob. Præſentatio literarum Innocentii IV. circa cauſam de eccleſia S. Petri de Suiratico. n. XXXVI. 54.

1253. novemb. Concordium inter commune caſtri Piri & abbatem S. Urbani circa caſtrum S. Urbani. n. XXXVII. 55.

1254. VIII. martii. Philippus archiep. Ravennas concedit monaſterio S. Severi prope Ravennam plura pollicina in territorio Ferrarienſi. n. XXXVIII. 60.

1255. V. exeunte januario. Contradictio circa eccleſias S. Nicolai, S. Martini & S. Viti de Fonto abbatiæ de Fullina ſubjectas. n. XXXIX. 62.

1255. VIII. kl. febr. Alexander IV. committit, ut bona male diſtracta reſtituantur Camaldulenſibus. n. XL. 63.

1255. VIII. id. aprilis. Delegatio apoſtolica abbatum S. Galgani & Berardingæ pro monaſterio S. Eugeniæ prope Senas. n. XLI. 64.

1255. nonis auguſti. Alexandri IV. literæ contra occupantes eccleſiam S. Mariæ de Fabriano ſubjectam monaſterio S. Savini Piſarum. n. XLII. 65.

1255. III. id decemb. Idem præcipit, ut bona monaſteriorum male alienata reſtituantur. n. XLIII. *ibid.*

1256. XIII. febr. Confirmatio abbatis S. Helenæ de Ælino. n. XLIV. 66.

1256. nonis martii. Alexander IV. ſublevat Camaldulenſes a penſionibus. n. XLV. 67.

1256. IV. nonas aprilis. Idem confirmat priori Camaldulenſi facultatem viſitandi monaſteria. n. XLVI. 68.

1256. II. nonas aprilis. Ejuſdem encyclicæ literæ, ut Camaldulenſes ab uſurpatoribus defendantur. n. XLVII. *ibidem*.

1256. IV. nonas aprilis. Alexander IV. eximit Camaldulenſes a debito hoſpitandi epiſcopos & patronos. n. XLVIII. 69.

1256. II. nonas aprilis. Idem confirmat priori Camaldulenſi facultatem abſolvendi ab excommunicatione ordinem ingredientes. n. XLIX. 70.

1256. XI. junii. Philippus archiep. Ravennas committit Tivirolo caſtrum S. Benedicti in territorio Galeatæ. n. L. 71.

1256. XII. kl. junii. Alexander IV. mandat epiſcopis, ut ſine difficultate ad ordines promoveant Camaldulenſes. n. LI. 72.

1256. ibid. junii. Idem præcipit, ne Camaldulenſes excipiantur in alterius ordinis monaſteriis ſine licentia prioris generalis. n. LII. 73.

1256. XVII. kl. julii. Privilegium ejuſdem pro univerſa congregatione. n. LIII. 74.

1256. IV. kl. julii. Alexander IV. vetat, ne quis aſſumatur in prælatum monaſteriorum ex alieno ordine. n. LIV. 75.

1256. IV. kl. julii. Idem mandat compeſci epiſcopum Imolenſem Camaldulenſium moleſtatorem. n. LV. *ibidem*.

1256. XII. julii. Electio procuratoris pro monaſterio S. Victoris de Cluſis & pro eccleſiis eidem ſubjectis. n. LVI. 76.

1257. V. idus januarii. Alexander IV. indulget, ne teneantur Camaldulenſes reſpondere literis apoſtolicis, quæ de ordine ipſo non fecerint mentionem. n. LVII. 77.

1257. nonis martii. Ejuſdem privilegium pro monaſterio S. Mariæ de Urano confirmata donatione Ægidii ep. Foro-popilienſis. n. LVIII. 78.

1257. V. kl. junii. Bulla ejuſdem circa emphyteuſes illegitime factas. numer. LIX. 80.

1257.

Digitized by Google

1257. II. nonas julii. Ejuſdem literæ contra moleſtantes bona mamaldnleoſium. n. LX. 82.

1257. kl. octobris. Charta emphyteuſis, in qua mentio fit de corpore S. Dominici Vernagallii monachi S. Michaelis in Burgo Piſarum. n. LXI. *ibidem*.

1257. X. kl. octobris. Alexander IV. eximit Camaldulenſes a procurationibus legatorum ſedis apoſtolicæ. n. LXII. 84.

1257. 30. ſeptemb. Martinus prior Camaldulenſis concedit licentiam dandi in emphyteuſim molendinum monaſterii S. Jacobi de Heremita, n. LXIII. *ibidem*.

1257. prid. nonas octobris. Jacobus abbas S. Zenonis Piſarum vendit bona pro ſolvenda impoſitione facta ab. ep. Piſtorienſi. n. LXIV. 85.

1257. III. nonas novemb. Alexander IV. præcipit archiep. Piſano, ut revocet unionem hoſpitalium monaſteriorum Camaldulenſium factam majori hoſpitali Piſarum. n. LXV. 87.

Eodem die. Idem mandat priori Lucenſi, ut id exequatur, ſi archiepiſcopus Piſanus reluctetur. n. LXVI. 88.

Eodem die. Idem jubet, ne moleſtentur Camaldulenſes ob procurationes legatorum. n. LXVII. *ibidem*.

1257. VI. id. novemb. Idem renovat facultatem Camaldulenſi priori eligendi procuratorem generalem ordinis in Romana curia. n. LXVIII. 89.

1257. XII. kl. decemb. Idem committit præpoſito Arretino, ut abbatem Prataliæ compellat ad obedientiam prioris Camald. n. LXIX. 90.

1257. XI. kl. decemb. Idem confirmat priori Camaldulenſi donationem abbatiæ Claſſenſis factam a Gualterio archiepiſcopo Ravennæ. oumer. LXX. 91.

1257. XXX. novemb. Gnihifredus ep. Torcellanus ſubmittit priori Camaldulenſi monaſterium S. Mathiæ de Muriano. n. LXXI. 92.

1257. ex. decembris. Citatur abbas Vangaticienſis, ut ſolvat archiepiſcopo Ravennati, quæ injuſte detinet. n. LXXII. *ibidem*.

1257. IV. kl. januarii. Alexander IV. præcipit, ne Camaldulenſes ſuper decimis moleſtentur. n. LXXIII. 94.

1258. XVI. januarii. Jacobus ep. Ariminenſis donat abbatiæ Claſſenſi eccleſiam S. Andreæ foris portam de Arimino. n. LXXIV. *ibidem*.

1258. XII. kl. februarii. Eremitæ S. Mariæ Magdalenæ de Saltu Mutinenſis diœceſis ſe ſubmittunt priori Camald. n. LXXV. 97.

1258. V. kl. febr. Alexander IV. præcipit eidem priori, ut transferat moniales S. Mamiliani ad eccleſiam S. Georgii de Apibus prope Senas. n. LXXVI. 98.

1258. IV. exeunte febr. Jacobus abb. S. Mercurialis cedit portionem ſuæ parochiæ priori S. Mariæ Camalduli Foro-livii. n. LXXVII. 99.

1258. XVI. junii. Canonici Ariminenſes confirmant unionem eccleſiæ S. Andreæ factam monaſterio Claſſenſi ab ep. Jacobo, n. LXXVIII. 101.

1258. ibid. julii. Alexander IV. adprobat ceſſionem, quam fecerat prior Camaldulenſis, eccleſiæ S. Mariæ Camalduli Bononienſis Alberto canonico Bononienſi. n. LXXIX. 102.

1258. X. kl. auguſti. Ejuſdem ampliſſimum privilegium pro univerſa congregatione. n. LXXX. 106.

1258. III. auguſti. Monachi S. Mercurialis Fornlivii approbant pacta inita inter eorum abbatem & inter priorem S. Mariæ de Camaldulo Foro-livienſi. n. LXXXI. 114.

1258. VI. kl. octob. Literæ Alexandri IV. pro monaſterio S. Savini Piſarum. n. LXXXII. 115.

1258. IV. nonas decemb. Aliæ ejuſdem Rom. pont. contra moleſtatores monaſteriorum Camaldulenſium. n. LXXXIII. ibidem.

1259. XVII. kl. martii. Electio Urbani io abbatem S. Savini Piſarum. n. LXXXIV. 117.

1259. XXV. februarii. Suſpenſio rectoris S. Andreæ de Zagonaria facta ab abbate S. Hippolyti de Faventia. n. LXXXV. ibidem.

1259. V. kl. aprilis. Literæ Alexandri IV. pro recuperatione bonorum monaſterii S. Petri ad Vincula Ravennatis diœceſis. n. LXXXVI. 118.

1259. II. kl. maji. Bina privilegia ejuſdem pro monaſterio S. Severi Ravennæ & S. Mariæ de Caſtagnola Æſinæ diœceſis. oum. LXXXVII. 119.

1259. II. julii. Diviſio monachorum & mo-

monialium S. Benedicti de Padua facta ab epiſcopis Vicetino, Adrienſi, & Patavino. n. LXXXVIII. 125.

1259. Abbas Adelmenſis eligit priorem monaſterii S. Bartholomæi de S. Mariano. n. LXXXIX. 132.

1260. martio. Petrus abb. S. Gregorii de Urbe locat Creſcentio Leonia caſale cum turri. n. xc. 133.

1260. XII. kl. maji. Alexander IV. indulget Camaldulenſibus, ut de male aquiſitis bona recipere poſſint pro reparatione eremi. n. XCI. 134.

1260. idib. martii. Idem commendat duci Venetiarum monaſterium S. Mathiæ de Muriano. n. XCII. 135.

1260. XIII. kl. junii. Idem præcipit epiſcopo Arretino, ut reſtituat Camaldulenſibua rea ablatas. n. XCIII. *ibidem*.

1260. XIII. kl. junii. Idem confirmat priori Camaldulenſi jus in monaſterium S. Savini Piſarum. n. XCIV. 136.

1260. XI. auguſti. Jacobus ep. Ariminenſis ſubmittit Aymerico abbati Claſſenſi monaſterium S. Theoniſti de Longiano. n. XCV. 137

1260. X. novemb. Sententia Angeli abb. S. Helenæ de Æſino ſuper eccleſia de Appurano. n. XCVI. 140.

1260. XI. kl. januarii. Literæ Alexandri IV. contra commune Arretii, ut ſatisfaciat damnis eremo Camaldulenſi illatis. n. XCVII. 142.

1260. X. kl. januarii. Idem eximic Camaldolenſes a ſolutione procuracionum. n. XCVIII. *ibidem*.

1261. X. kl. aprilis. Ejuſdem literæ ad priorem Camalduli Florentiæ pro parthenone S. Hilari. n. XCIX. 144.

1261. II. octob. Donatio pro conſtruendo monaſterio S. Mariæ de Inſula in diœceſi Faventina. n. c. 145.

Eodem die. Charta pro eadem fundatione. CI. 147.

1261. XIII. auguſti. Inſtitutio Oliverii presbyteri in capellanum S. Petri de Opitergio. n. CII. 148.

1261. Charta circa venditionem caſtri S. Benedicti factam ab abbate Galeatæ. n. CIII. 149.

1262. VIII. febr. Philippus archiep. Ravennas approbat electionem in epiſcopum Foro-popilienſem Aymerici abbatis Claſſenſia. num. CIV. 150.

1262. II. julii. Moricus abb. Cluſinus inſtituit Rolandum in rectorem monaſterii S. Mariæ inter Saxa. n. CV. 151.

1263. 30. januarii & 1. febr. Epiſcopus & canonici Bellunenſes confirmant inſtitutionem Oliverii in eccleſiam S. Martini de Opitergio. n. CVI. 152.

1263. Urbanus IV. recipit ſub ſua protectione monaſterium Carcerum. n. CVII. 153.

1263. VII. kl. aprilia. Literæ ejuſdem pro electione Anſelmi abbatis S. Petri in Vinculis Ravennæ. n. CVIII. 154.

1264. IX. junii. Concordia inter ep. Livienſem & priorem S. Mariæ de Camaldulo. n. CIX. 155.

1265. XII. febr. Philippus archiep. Ravennas eximit monaſterium S. Severi ab omnibus penſionibus &c. n. CX. 157.

1265. V. kl. nov. Clemena VI. concedit Camaldulenſibus facultatem erigendi nova oratoria & capellas. n. CXI. 160.

1265. menſe octobri. Canonici Juſtinopolitani eximunt monaſterium S. Michaelis de Muriano a jure quarceſii. n. CXII. 161.

1265. X. novemb. Fragmentum chartæ litis inter monaſterium Fontis-avellanæ & commune Eugubii ſuper aliquot caſtra. n. CXIII. 162.

1266. I. junii. Concordium inter monaſterium S. Severi Ravennæ, & commune Foro-livii circa villam Scloæ. n. CXIV. 163.

1266. idib. martii. Literæ Clementis IV. in cauſa duplicis monaſterii S. Benedicti de Patavio. n. CXV. 170.

1266. XIX. ſeptemb. Venditio facta a Matthæo abb. S. Petronillæ portionis territorii Lemmenſis. num. CXVI. 173.

1267. II. novemb. Gregorius patriarcha Aquilejenſis confirmat eamdem terrarum venditionem n. CXVII. 175.

1267. 1268. &c. Acta diaria miraculorum ad ſepulcrum B. Antonii Peregrini de Padua. n. CXVIII. 176.

1267. XI. auguſti. Compromiſſio Johannia ep. Portuenſis, & Petri abb. S. Gregorii de Urbe in Nicolaum de Terracina. n. CXIX. 194.

1267. XXVI. nov. Decretum Junctæ abb. Trivienſis ſuper alienationes bonorum fidelium ſui monaſterii, n. CXX. 195.

1268.

1268. xii. exeunte febr. Inſtitutio rectoris eccleſiæ S. Paſchaſii facta ab abbate S. Victoria de Cluſia. n. cxxi. 196.

1268. iv. octob. Bulla Clementis IV. & ſententia Nicolai de Terracina ſuper lites inter Joh. ep. Portuenſem, & Petrum abb. S. Gregorii. n. cxxii. 197.

1269. v. martii. Concordia inter Guillielminum ep. Arretinum & priorem Camald. n. cxxii. 201.

1270. i. martii. Obixo marchio. Eſtenſis ſub ſua protectione ſuſcipit monaſterium Vangaticienſe. n. cxxiv. 207.

1270. xvi. maji. Electio Martini in abbatem inſulæ Montis-chriſti. n. cxxv. 211.

1270. viii. ſeptemb. Indulgentiæ conceſſæ a xxv. epiſcopis die conſecrationis eccleſiæ S. Maglorii de Faventia. n. cxxvi. 212.

1271. xxx. ſeptemb. Teſtamentum Creſcentii Leonis Johannis. n. cxxvii. 214.

1271. xix. ſeptemb. Acta capituli generalis celebrati Arretii. num. cxxviii. 216.

1271. ii. octob. Sinibaldus de Labro eligitur procurator & adminiſtrator monaſterii Caſtri-brittorum ab eodem capitulo generali. cxxix. 221.

1272. iv. januarii. Executores teſtamenti Creſcentii Leonis vendunt terras abbati S. Gregorii de Urbe. n. cxxx. 223.

1272. iii. maji. Auliverius plebanus Opitergii cedit priori Camaldulenſi eccleſiam S. Martini. num. cxxxi. 224.

1273. xiii. Abbas Adelmenſis inſtituit rectorem in eccleſiam S. Mariani. n. cxxxii. 226.

1273. iii. ſeptemb. Bartholomæus ep. Civitatis-novæ benedicit primum lapidem pro nova eccleſia S. Martini de Opitergio. n. cxxxiii. 227.

1273. xiii. ſeptemb. Auliverius preſbyter ponit ipſum primum lapidem pro dicta eccleſia erigenda. n. cxxxiv. 228.

1274. v. aprilis. Bondi Benvenuti cedit abbati Vallis-caſtri jus ſuum in eccleſiam S. Luciæ territorii Cinguli. n. cxxxv. 229.

1274. v. aprilis. Et abbas Vallis-caſtri eumdem Bondi in ipſa eccleſia pro rectore rurſus inſtituit. n. cxxxvi. 230.

1274. vi. maji. Compoſitio inter abbatiam Trivienſem & commune Trivii. n. cxxxvii. 231.

1274. ii. nonas auguſti. Gregorii X. literæ pro confirmatione electi abbatis Vangaticienſis. n. cxxxviii. 235.

1275. Acta inter epiſcopum Vicetinum & priorem S. Viti. n. cxxxix. 237.

1276. vi. junii. Petrus abbas Vallis-caſtri inſtituit in rectorem eccleſiæ S. Luciæ de Foreſta Petrum de Petriolo. n. cxl. 239.

1277. vii. exeunte auguſto. Andreas Quaglottus ſe offert pro oblato & converſo monaſterii Fullinæ exiſtens infirmus. n. cxli. 240.

1277. xxv. octobris. Guillielmus ep. Arretinus ex commiſſione abbatis Agnani eligit rectorem S. Chriſtinæ ad Clanas. n. cxlii. 241.

1278. ix. auguſti. Benvenuta abbatiſſa S. Annæ de Bononia cedit monaſterium ſuum parthenoni S. Mariæ de Bethleem. n. cxliii. 242.

1279. xxiii. aprilis. Johannes archiep. Barenſis & Canuſinus concedit indulgentiam die conſecrationis eccleſiæ S. Mariæ de Lacu prope Brittonorium. n. cxliv. 244.

1279. xxvii. junii. Proteſtatio ſindici monaſterii S. Gregorii de Urbe circa caſtrum Petræ-pertuſæ. n. cxlv. 245.

1279. viii. ſeptemb. Venditio caſtri S. Viti & caſtellaris Caſalis-fabri, diœceſis Narnienſis. n. cxlvi. 247.

1280. iv. junii. Rainerius ep. Volaterranus eligit Guidonem Camaldulenſem in abbatem Cariſii. num. cxlvii. 251.

1280. x. ſeptemb. Charta emphyteuſis facta a Bartholomæo abbate S. Gregorii de Urbe. n. cxlviii. 252.

1280. viii. novemb. Floraſius ep. Sutrinus renuntiat monaſterio S. Gregorii de Urbe omne jus circa penſionem in eccleſiam S. Fortunatæ de Sutrio. n. cxlix. 255.

1282. xv. januarii. Abbas S. Felicis Bononiæ revocat ſententiam ſuam contra ep. Patavinum pro abbate Vangaticiæ circa monaſterium S. Benedicti Novelli ordinis Camaldulenſis. n. cl. 257.

1283. vii. ex. aprili. Adſenſus populi eccleſiæ S. Antonini prope Faventiam in electione rectoris. n. cli. 259.

1283. v. id. junii. Martinus IV. ſub a-

poſto-

poſtolica protectione ſuſcipit monaſteriom S. Mariæ de Porcilia prope Patavium. n. CLII. 260

1283. x. decemb. Sententia auditoris generalis apoſtolici legati, qua homines villæ Scloæ tenentur parere abbati S. Severi Ravennæ. n. CLIII. *ibid.*

1284. XXIII. januarii. Licentia conceſſa abbati S. Gregorii de Urbe permutandi caſtrum Petræ-pertuſæ cum caſtro S. Viti. n. CLIV. 263

1284. XXIII. januarii. Conſenſus monachorum S. Gregorii pro ſupradicta permutatione. n. CLV. 266

1284. I. febr. Benedictio primi lapidis pro nova eccleſia erigenda Appurani facta ab Uguccione ep. Æſino. n. CLVI. 267

1284. III. ex. febr. Confirmant canonici Patavini priorem S. Mariæ de Porcilia. n. CLVII. 268

1284. Chartæ circa electionem D. Theſauri ex priore Lioarii in rectorem S. Aotonini prope Faventiam. n. CLVIII. 268

1284. XIII. novemb. Gratia abb. S. Victoris de Cluſia ſe abdicat abbatia S. Victoris. n. CLIX. 270

1285. XX. januarii. Citantur contradictores ad electionem rectoris S. Chriſtinæ ad Clanas. n. CLX. 272

1285. idibus februarii. Literæ Martini IV. pro Camaldulenſibus circa decimas. n. CLXI. 274

1285. III. octobris. Donatio terrarum monaſterio Carcerum ab Opizone marchione Eſtenſi & Anconitano. n. CLXII. *ibid.*

1285. XVIII. octobris. Canonici Foropopilienſes confirmant abbati Bifurci conceſſionem Ravaldini epiſcopi. n. CLXIII. 275

1286. XVI. intrante junio. Gerardus prior Camaldulenſis approbat donationes factas eccleſiæ S. Martini de Opitergio. n. CLXIV. 276

1287. Conceſſiones indulgentiarum factæ a quatuor epiſcopis in conſecratione eccleſiæ S. Blaſii de Fabriano. n. CLXV. 278

1289. III. junii. Termini terrarum ſtatuti inter Opizonem marchionem Eſtenſem, & monaſterium Vangaticienſe. n. CLXVI. 279

1289. XIII. auguſti. Electio rectoris in eccleſia S. Donati in Colle-paſſano facta a monachis Valli-caſtri. n. CLVII. 281

1289. Petrus prior Vallis-caſtri citat Raynaldum præpoſitum S. Michaelis de Templano ſibi ſubjectum. n. CLXVIII. 282

1290. idibus aprilis. Nicolai IV. literæ contra moleſtantes bona & jura Camaldulenſium. n. CLXIX. *ibid.*

1291. circa. Formula, qua utebatur Gerardus prior pro commendandis fidelium pietati eccleſiis reparatione indigentibus. n. CLXX. 283.

1291. XX. maji. Jura monaſteriorum Gualdi & S. Victoris de Cluſia circa eccleſiam S. Stephani de Montagnano. n. CLXXI. 285

1292. XI. februarii. Eccleſiæ S. Nicolai, S. Viti & S. Martini de Funto ad inſtantiam Tiſonis de Campo S. Petri earum patroni ab abbate Fullinæ conceduntur presbytero Magnano. n. CLXXII. 286

1292. XV. decemb. Bernardus abb. Vangaticienſis erigit in monaſterium monialium ordinis S. Benedicti eccleſiam S. Petri de Eſte. num. CLXXIII. 288

1293. martio. Chartæ circa monaſterium S. Savini Piſarum. n. CLXXIV. 291

1293. V. aprilis. Donatio terrarum facta a Tholberto de Camino comite Cenetenſi Richardo priori S. Martini de Prata. n. CLXXV. 292

1293. XXV. junii. Fundatio hoſpitalis S. Mariæ de Miſericordia Ravennæ. n. CLXXVI. 293

1293. Statuta edita in erectione monaſterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ. n. CLXXVII. 295

1294. XII. febr. Abbas de Adelmo eligit rectorem S. Mariæ de Petrazzo. n. CLXXVIII. 298

1294. XVI. julii. Frigdianus prior Camaldulenſis conſtituit Rolandum eremitam in ſuum procuratorem pro novo monaſterio Angelorum Florentiæ. n. CLXXIX. 299

1295. idib. febr. Literæ Bonifacii VIII. contra moleſtantes monaſterium S. Mariæ de Pratalia. n. CLXXX. 300.

1295. VIII. id aprilis. Epiſcopi XVIII. concedunt indulgentiam viſitantibus eccleſiam monialium S. Salvatoris de Vico extra Foro-livium. n. CLXXXI. 302

1295. X. kl. julii. Bonifacius VIII. committit priori de Carceribus, ut poſthabita appellatione ad correctionem ſuorum religioſorum procedat. n. CLXXXII. 303

1295. VIII. ſeptemb. Venditio terrarum Sorebonæ abbatiſſæ S. Mariæ inter Saxa. n. CLXXXIII. 304

1295. Epiſcopi XVII. concedunt indulgentiam viſitantibus eceleſiam S. Annæ de Bononia. n. CLXXXIV. 304.

1296. v. ex. febr. Solutio impoſita pro exenio faciendo Theodorico archiep. Piſano. n. CLXXXV. 305

1296. prid. nonas apr. Inſtitutio rectoria in eccleſiam S. Laurentii de Rivolia Piſarum facta ab abbate S. Michaelis in Burgo. n. CLXXXVI. 306.

1296. VI. maji. Locatio facta a Matthæo ep. Portuenſi & ab Andrea abb. S. Gregorii de Urbe ſtagni majoris prope Portum. n. CLXXXVII. 308

1296. 29. aprilis. Conſules territorii Trivienſia eliguntur; & lex circa dotes ſtatuitur de conſenſu monachorum Trivienſium. n. CLXXXVIII. 317

1296. x. maji. Caſtrum Calanitiæ venditum abbati & monachis Trivienſibus. n. CLXXXIX. 318

1296. XIV. octob. Juncta abbas Trivienſis condemnat fidelem ſui monaſterii. n. CXC. 319

1297. Raymundus patriarcha Aquilejenſis adprobat donationem Oddoris ep. Bellunenſis factam monialibus S. Gervaſii. n. CXCI. 320

1297. III. nonas novemb. Monaſterium S. Mariæ in Silva unitur a Bonifacio VIII. epiſcopatui & eccleſiæ Urbis-veteris. n. CXCII. 321

1297. Libellus abbatia Vallis-caſtri, ut monaſterium Aquæ-paganæ, & alia loca ſuæ juriſdictionis ab invaſoribua tueatur Romanus pontifex, aliaque acta. n. CXCIII. 323

1298. KAL. januarii. Bulla Bonifacii VIII. qua unit eremo Camaldulenſi plebem Balnei & caſtrom Soei donat Guillielmo Novella comiti. n. CXCIV. 327

Eodem die. Altera ejuſdem pro executione unionla ejuſdem plebia Balneenſis. n. CXCV. 329

1298. Acta in lite juriſdictionis plurium eccleſiarum inter abbatias S. Victoria de Cluſis, & S. Crucis de Tripudio. n. CXCVI. 321

1298. VIII. decembris. Laudum inter dominos de Fajola, & abbatem Trivii circa caſtrum Silvæ-planæ, n. CXCVII. 334

1298. XXXI. decembris. Juncta abb. Trivii eligit Uguccionem de Fajola vicarium in omnibus locia ſui monaſterii. n. CXCVIII. 336

1299. IX. KL. febr. Bulla Bonifacii VIII. electionis Jacobi monachi in priorem Fontis-avellanæ. n. CXCIX. *ibidem*.

1299. VI. KL. febr. Alia ejuſdem pro Camaldulenſibua contra moleſtantes eorum bona. n. CC. 339

1299. XIII. junii. Uguiccio ep. & canonici Senogallienſes doaant Gratiæ abbati S. Victoris de Cluſis plebem S. Mariæ de Colle Rocchæ-conradæ, CCI. *ibid.*

1299. XV. KL. julii. Bulla Bonifacii VIII. confirmantia privilegium Innocentii IV. aoni 1249. pro monaſterio S. Gregorii de Urbe. n. CCII. 342

1299. IV. julii. Sententia Morandioi abbatia S. Cypriani de Muriano pro Hengelario priore S. Martini-novi de Opitergio contra Alexandrum ep. Feltrenſem & Bellunenſem. n. CCIII. 345

1299. X. KL. ſeptemb. Literæ Bonifacii VIII. contra invaſorea monaſterii S. Salvatoris de Aqua-pagana. n. CCIV. 346

1299. XIX. novemb. Literæ Franciſci ep. Florentini circa eccleſiam S. Mariæ de Rivo-frigido juria parthenonia de Luco, numer. CCV. 349.

1300. XXVI. febr. Jooncta abbas Trivienſia exilii pœna mulctat trea homines, n. CCVI. 350

1300. XXXI. martii. Proteſtatio ejuſdem abbatis circa electionem rectoria S. Andreæ de Alſaro. n. CCVII. 351.

1300. KL. auguſti. Charta in lite pro monaſterio Aquæ-paganæ. sium. CCVIII. 352

1301. v. januarii. Patroni eccleſiæ S. Laurentii de Fabriano donant eccleſiam eamdem Gratiæ abbati de Cluſia. n. CCIX. *ibid.*

1301. XI. januarii. Conventio inter ep. Spoletanum, & inter abbatem Vallis-caſtri pro eccleſia de Aqua-pagana. n. CCX. 353

1301. III. nonas februarii. Neapoleo card. & legatua apoſtolicus confert Maſtino de Callio plebem S. Mariæ de Colle Senogallienſia diœceſis. n. CCXI. 356

1301. XIX. maji. Acta in cauſa prædictæ collationis eccleſiæ de Colle ſubjectæ abbatiæ S. Victoria de Cluſis. n. CCXII. *ibid.*

1301. X. KL. januarii. Bonifacius VIII. immediate ſubmittit ſedi apoſtolicæ monaſterium & eccleſiia Fontis-avellanæ. n. CCXIII. 359

1302.

1302. xxx. julii. Confirmatio & inſtitutio rectoris S. Mariæ de Fermellino facta ab abbate S. Hippolyti de Faventia. n. CCXIV. 364

1302. xxvii. auguſti. Compoſitio inter ep. Eugubinum & abb. Vallis-caſtri ſuper monaſterio S. Stephani de Arcellis, & aliis eccleſiis. n. CCXV. 365.

1302. xviii. ſeptemb. Juramentum præſtitum a rectore S. Laurentii de Guercinorio abbati S. Hippolyti de Faventia. n. CCXVI. 369

1302. viii. novemb. Nicolaus ep. Spoletanus recipit ceſſionem beneficii S. Salvatoris de Aqua-pagana factam a Sinibaldo Franciſci de Viſſo. n. CCXVII. 371

1302. xxx. decemb. Opizo archiepiſcopus Ravennæ committit rectori Antignanæ, ut monaſterium Biſurci in poſſeſſionem ponatur terrarum ab ejus prædeceſſoribus archiepiſcopis donatarum. n. CCXVIII. 372

1303. xxi. martii. Andreas abb. S. Gregorii de Urbe concedit eccleſiam S. Mariæ de Petrnceia quibuſdam mulieribus pro monaſterio conſtruendo ordinis S. Benedicti. n. CCXIX. 373

1303. xxix. aprilis. Juncta abb. Trivienſis eligit rectorem S. Bartholomæi de Ranchambroſio. n. CCXX. 375

1303. iv. auguſti. Teſtamentum Gerardi de Camino. n. CCXXI. 376

1303. xix. aug. Literæ Viviani de Orna ad Junctam abbatem Trivii, n. CCXXII. 377

1303. kl. decemb. Benedictus XI. eximit a quacumque exactione res ad uſum facientes monachorum Avellanenſium. n. CCXXIII. 378

1304. iii. febr. Compoſitio circa jus in eccleſiam S. Cæciliæ Piſarum ſpectans ad monaſterium S. Michaelis in Burgo. n. CCXXIV. 379

1304. nonis febr. Benedictus XI. confirmat omnia privilegia monaſterii Sanæ-vallis de Fullina. n. CCXXV. 382.

1304. ipſo die. Idem concedit monachis Porcilienſibus adminiſtrationem ſacramentorum eorum familiaribus & ſervitoribus. n. CCXXVI. *ibid.*

1304. xxiv. novemb. Donatio facta Michaeli priori S. Maglorii de Faventia. n. CCXXVII. 383

1304. xv. decemb. Conſules de Civitella coram abbate Trivienſi eligunt homines ad faciendam libram ſeu æſtimationem. n. CCXXVIII. 384

1305. vii. aprilis. Alexander ep. Feltrenſis & Bellunenſis confirmat donationem & exemptionem eccleſiæ S. Martini de Opitergio factam presb. Oliverio ab Adalgerio ejus prædeceſſore. n. CCXXIX. 385.

1305. ix. aprilis. Boniſacius ep. Parentinus concedit monaſterium Lemmi fratribus Templariis. n. CCXXX. 386.

1305. ii. maji. Statuta hominum de Trivio cum conſenſu abbatis Trivienſis. n. CCXXXI. 389

1305. xxxi. decemb. Abbas Trivienſis abſolvit Bonutium & ejus hæredes ab habitantia per duodecim annos. n. CCXXXII. 391

1306. v. ex. majo. Canonici Bellunenſes confirmant donationem epiſcoporum Adalgerii & Alexandri eccleſiæ S. Martini de Opitergio. n. CCXXXIII. *ibid.*

1306. xxvi. maji. Juncta abbas Trivienſis & ejus vicarius præcipiunt executionem eorum ſententiæ. n. CCXXXIV. 392

1306. xxx. maji. Juſtitutio prioris Camaldulini Foro-livienſis. num. CCXXXV. 393

1306. xix. auguſti. Franciſcus prior monaſterii Cellæ inter Paras abſolvit Detaidem ſabrum a fidelitate & ſervitute. n. CCXXXVI. 394

1306. xxiv. novemb. Charta profeſſionis Frederici filii Rainerii de Fajola in monaſterio Trivienſi. n. CCXXXVII. 395

1307. Octobri. Juncta abb. Trivienſis denuntiat excommunicatos epiſcopos Ferraranum & Saxeoatem, ac abbates Galeatenſem & Nonantulanum. n. CCXXXVIII. 397

1308. febr. Monachi Trivienſes eligunt eorum vicarium generalem in terris monaſterii. n. CCXXXIX. 399

1308. ix. maji. Permutatio facta ab abbate Claſſenſi cum ſindicis caſtrorum territorii Ravennianæ. num. CCXL. *ibid.*

1308. xxvi. ſeptemb. Benedictus abb. S. S. Hippolyti Faventiæ eligit rectorem S. Mariæ de Durbecho de Burgo Pontis Faventiæ. n. CCXLI. 401.

1308. xix. decemb. Creſcentius abb. & monachi S. Victoris de Cluſis eligunt rectorem eccleſiæ S. Petri de Muſcano. n. CCXLII. 402

1308. xxx. decemb. Fredericus ep. Recanatenſis reſtituit Hermanno abbati

bati Vallis-caſtri eccleſiam S. Mariæ de Cerro. n. ccxliii. 403

1308. xxxi. decembr. Electio rectoris S. Leonardi de Veſſa facta a monachis Trivienſibus. n. ccxliv. 404.

1309. Statuta hominum de Trivio. n. ccxlv. 405

1310. xxii. febr. Communi Fabriani cedit quartam partem caſtri Civitellæ abbas Vallis-caſtri. n. ccxlvi. 407.

1310. v. novemb. Fragmentum proceſſus contra Creſcentium abbatem S. Victoris de Cluſis. n. ccxlvii. 409

1311. xxiii. aprilis. Conventiones inter clericos SS. Joh. & Pauli & inter monachos S. Gregorii de Urbe. n. ccxlviii. *ibid.*

1311. v. junii. Domus oblata eccleſiæ Trivienſis abbatiæ pro oratorio ad recipiendos Chriſti pauperes in Mercatali. n. ccxlix. 411

1314. xxvii. maji. Oratorium conſtruitur ſub monaſterio S. Viti Veceriæ. n. ccl. 412

1315. xx. julii. Proviſio pro monaſterio S. Helenæ ad flumen Æſinum. n. ccli. 413

1315. ii. auguſti. Ugolinus ep. Faventinus indulgentiam concedit eccleſiæ S. Donati de Mutiliana. n. cclii. 414

1315. xxx. octobris. Nicolaus ep. Scarpatenſis aliam indulget eccleſiæ S. Martini de Opitergio. num. ccliii. 415

1315. x. novemb. Compoſitio inter monachos S. Apollinaris Claſſis & canonicos Portuenſes quoad Candianum & litus maris. n. ccliv. 416.

1316. xiv. martii & xix. aprilis. Electio Jacobi mon. Camald. in abbatem Galeatenſem. n. cclv. 421

1316. xxix. octob. Paganus ep. Patavinus confirmat monaſterio & priori Carcerum eccleſiam S. Michaelis & electionem rectoris etiam regularis. n. cclvi. 422

1318. xv. maji. Viſitatio parthenonis S. Nicolai de Bononia. n. cclvii. 424.

1318. xxvi. ſeptemb. Berardus ep. Camerinenſis confirmat jura monaſterii S. Victoris de Cluſis in aſceterium S. Mariæ inter Saxa. n. cclviii. 425

1318. v. decemb. Electio rectoris in eccl. S. Chriſtophori de Fratelle. n. cclix. 427

1319. xix. maji. Electio abbatiſſæ S. Mariæ inter Saxa. n. cclx. 428

1320. xiv. ſeptemb. Altera rectoris eccl. S. Chriſtinæ ad Clanas. n. cclxi. 430.

1321. xxi. aprilis. Proviſio eccl. S. Bartholomæi de caſtro Cellæ. num. cclxii. 431

1320. x. kl. nov. Conſervatores privilegiorum dati Camaldulenſibus a Johanne papa XXII. n. cclxiii. 432.

1321. xxix. maji. Proviſio eccleſiæ S. Michaelis de Templano facta ab abbate Valle-caſtrenſi. n. cclxiv. 435.

1321. kl. julii. Johannis XXII. bulla concedens judices Conſervatores monaſterio Avellanenſi. n. cclxv. 436.

1322. xx. febr. Fundatio monaſterii S. Johannis-baptiſtæ de Clodia, ac lites & ſententia pro ejus conſtructione. n. cclxvi. 437

1322. xvi. april. Compoſitio inter epiſcopum Parentinum, & monaſteria ejus diœceſis quoad territorium. n. cclxvii. 441

1322. kl. auguſti. Johannes XXII. confirmat eccleſias & bona abbati & monaſterio S. Savini de Piſis, & bullas Alexandri papæ III. & Cœleſtini III. n. cclxviii. 443

1322. xvi. kl. decemb. Berengarii ep. Tuſculani commiſſio eidem abbati S. Savini de Piſis. n. cclxix. 446.

1324. xxiii. januarii. Electio prioris S. Joh. Baptiſtæ de Clodia. num. cclxx. 447

1325. 1326. Acta in cauſa monaſterii S. Salvatoris de Aqua-pagana. n. cclxxi. 448

1325. xiv. maji. Electio rectoris S. Petri de Valſavignone. n. cclxxii. 454.

1325. xv. kl. martii. Johannes papa XXII. erigit monaſterium Fontis-avellanæ boni in abbatiam. n. cclxxiii. 455

1325. kl. junii. Idem vult, ut abbates ejus loci benedictionis munus recipiant ab apoſtolica ſede. num. cclxxiv. 456.

1325. xxviii. ſeptemb. Electio abbatis Vergaretani. n. cclxxv. 457

1326. xxvi. julii. Charta monaſterii S. Salvatoris de Aqua-pagana. num. cclxxvi. 459

1326. v. kl. januar. Johannes XXII. eximit monaſterium S. Savini de

Piſis

Piſis a congregatione Camaldulenſi. n. CCLXXVII. 460

1327. XXV. maji. Homines caſtri Mazzani fidelitatem præſtant abbati S. Gregorii de Urbe. n. CCLXXVIII. 465.

1327. VI. junii. Collatio eccleſiæ S. Mariæ de Flumicello, n. CCLXXIX. 466.

1327. X. kl. junii. Johannes XXII. permittit habitum griſei coloris monachis S. Savini de Piſis. num. CCLXXX. 467

1328. III. febr. Permutatio terrarum permittitur monaſterio S. Hippolyti de Faventia. n. CCLXXXI. 468.

1328. XVII. maji. Lis de finibus abbatiarum Trivienſis & Vergaretanæ, n. CCLXXXII. 470

1328. XV. kl. julii. Aliquot eccleſiæ uniuntur monaſterio Valle-caſtrenſi. n. CCLXXXIII. 471

1329. XIX. martii. Locatio ſtagni ſalini facta a vicedomino Portuenſi pro parte, quæ ad epiſcopum Portuenſem ſpectabat. n. CCLXXXIV. 472.

1329. III. januarii. Permutationes terrarum monaſterii S. Hippolyti de Faventia. n. CCLXXXV. 474

1329. IV. aprilis. Electio rectoris S. Petri in Trivio. n. CCLXXXVI. 475

1329. XVI. julii. Conſecratio cujuſdam altaris in eccleſia S. Chriſtinæ de Bononia. n. CCLXXXVII. 476

1330. VI. kl. martii. Johannes XXII. committit reſtitutionem rerum monaſteriorum ablatarum a dominis Carrarienſibus. n. CCLXXXVIII. 477

1330. XXVII. maji. Ædificatio monaſterii S. Joh. Baptiſtæ in urbe Faventina. n. CCLXXXIX. 479

1330. XIV. ſeptemb. Collatio hoſpitalis S. Petri de Valzauli conventione ſecuta inter ep. Foro-pilienſem, & abbatem Bifurcenſem. num. CCXC. 484

1330. XVIII. kl. octob. Delegatio pontificia facta abbati S. Zenonis Piſarum pro quodam canonicatu. n. CCXCI. 486

1330. XXIV. octobris. Diviſio bonorum inter monachos & moniales Porcilienſes. n. CCXCII. 489

1330. IV. nonas decemb. Unio aliquot eccleſiarum cum monaſterio Gualdi. n. CCXCIII. 498

1331. XVII. junii. Exemptio a datio introitus conceſſa in deducendo vino monaſterio S. Mathiæ de Muriſno. n. CCXCIV. 500

1331. XVIII. julii. Proviſio eccleſiæ S. Johannis de Camborano. num. CCXCV. 502

1331. Electio abbatis Valle-caſtrenſis, n. CCXCVI. 503

1332. III. nonas martii. A Bertrando card. legato ſuppreſſio facta aliquot monaſteriorum Bononiæ. n. CCXCVII. 505

1334. XIV. maji. Collatio eccleſiæ S. Pauli de Monte-milone. num. CCXCVIII. 507

1334. XXIX. auguſti. Donatio facta eremitis de monte Rhodæ Patavini territorii. n. CCXCIX. 508

1334. III. decemb. Eccleſia S. Georgii de Durbecco traditur ab Ugolino ep. Faventino monaſterio S. Mariæ de Palma. n. CCC. 509

1335. V. maji. Indulgentiæ conceſſæ monaſterio S. Mathiæ de Foro-livio. n. CCCI. 512

1336. XXIII. febr. Permutatio rectorum aliquot eccleſiarum Avellanenſium in urbe Peruſiæ. n. CCCII. 515

1336. XXIV. martii. Remiſſio offenſionum facta ab abbate Trivienſe ſuis hominibus. n. CCCIII. 516

1336. XXVIII. maji. Conventiones inter commune Volaterrarum & abbatem SS. Juſti & Clementis. n. CCCIV. 518

1336. XIX. ſeptembris. Ædificatio monaſterii S. Joh. Baptiſtæ de Bagnacavallo. n. CCCV. 521

1336. XXVI. ſeptemb. Donatio eccleſiæ S. Mariæ de Pietate Maceratæ monaſterio Valle-caſtrenſi. n. CCCVI. 522.

1337. XI. febr. Donatio loci pro conſtruendo monaſterio Bagnacavalli. n. CCCVII. 526

1337. XXVIII. maji. Collatio eccleſiæ S. Angeli de Mannolo. n. CCCVIII. 528.

1337. XVII. auguſti. Aliæ donationes factæ eremitis Montis-Rhode. n. CCCIX. 529

1337. VII. id. novemb. Benedicti XII. bulla pro monaſterio Carcerum. n. CCCX. 531

1338. XVII. kl. febr. Ejuſdem bulla pro caſtris Fanenſis territorii ditionis Ravennianæ. n. CCCXI. 532

1338. XII. febr. Proviſio eccleſiæ SS. Nicolai & Paterniani de Colloreo. n. CCCXII. 534

1338. Examen & ſententia pro monaſterio de Vivo contra Caſtillionenſes. n. CCCXIII. 536

1339. XVIII. martii. Solutio cenſus fa-

cta

cta a monaſterio Campi.regii abbatiæ Avellanenſi. n. cccxiv. 543

1339. xii. ſeptemb. Traditio eccleſiæ de monte Rbodæ vel Rhuæ monacbis S. Matbiæ de Muriano. n. cccxv. 544

1339. xxi. decemb. Electio abbatiſſæ S. Mariæ inter Saxa. num. cccxvi. 546.

1340. xxv. ſebruarli. Sententia in cauſa litium inter ep. Parentinum & homines caſtri S. Laurentii. num. cccxvii. 548

1340. viii. aprilis. Indulgentiæ conceſſæ ab epiſcopis eccleſiæ S. Michaelis de Muriano. n. cccxviii. 552.

1340. xvi. ſeptemb. Donatio facta eremo Camaldulenſi aliiſque piis locis. n. cccxix. 553

1340. xxviii. octob. Appellatio abbatis Agnanienſia ab epiſcopo Arretino. n. cccxx. 555

1340. circa. Conſilium Dominici de Pizolia pro monaſterio S. Hippolyti de Faventia circa collectarum ſolutionem. n. cccxxi. 559

1341. xxviii. januarii. Indulgentiæ conceſſæ ab epiſcopis eccleſiæ SS. Chriſtinæ & Pariſii de Tarviſio. n. cccxxii. 560

1341. xvii. auguſti. Sententia pro monaſterio de Vivo. n. cccxxiii. 562

1342. xvii. aprilis. Permutatio bonorum conceſſa abbati S. Hippolyti de Faventia. n. cccxxiv. 563

1343. junio. Sollemnis profeſſionis pagina monialis S. Chriſtinæ de Bononia. n. cccxxv. 564

1344. ix. martii. Sacramentum fidelitatis præſtitum ab hominibus de Mazzano monaſterio S. Gregorii de Urbe. n. cccxxvi. 565

1344. xxvii. maji. Collatio eccleſiæ S. Petri de Valſavignone facta ab abbate Trivienſe. n. cccxxvii. 567

1345. iv. novemb. Solutio cenſus abbatiæ Vangaticiæ facta eccleſiæ Ravennati. n. cccxxviii. 568

1345. Bona & fines monaſterii S. Nicolai de Burgo-ſancti-Sepulcri. num. cccxxix. 570

1346. xiii. kl. novemb. Clementis VI. proviſio monaſterii S. Vincentii de Petra-pertuſa. n. cccxxx. 572

1346. xxiii. novemb. Æſtimatio bonorum monaſterii Avellanenſis mandato ejuſdem Clementis VI. num. cccxxxi. 574

1347. xii. maji. Communicatio bonorum ſpiritualium facta a congregatione Silveſtrina monachis S. Mariæ Angelorum de Florentia. n. cccxxxii. 577

1348. xxviii. junii. Indulgentiæ conceſſæ eccleſiæ S. Catharinæ de Burgo-Sancti-Sepulcri. n. cccxxxiii. 578.

1348. xxv. novemb. Capitulum Lateranenſe permittit erectionem eccleſiæ SS. Trinitatis de Faventia. n. cccxxxiv. 579

1349. vii. januarii. Charta monaſterii S. Severi Claſſis Ravennæ. num. cccxxxv. 581

1349. v. martii. Proviſio eccleſiæ S. Euſtaſii de Canetulo. n. cccxxxvi. 582.

1350. xii. kl. febr. Confirmatio eccl. S. Nicolai de Fonte facta monaſterio Fullinati. num. cccxxxvii. 583.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERUM ET NOMINUM, QUÆ CONTINENTUR IN TOMO QUINTO ANNALIUM CAMALDULENSIUM.

Numeri, quos non præcedit litera A, ad ANNALES pertinent; quos vero litera A præcedit, ſpectant ad APPENDICEM.

Litera a. initium paginæ, b. medium, c. finem deſignant.

A

de ABbaiſio de Guido archidiacon. Bononienſis, an archiep. Ravennæ? 252. b. 256. a. alter epiſcopus Concordienſis, 346. a.
Abbas S. Benedicti de Mojano Nicolaus ex converſo, 87. b.
Abbates & priores Camaldulenſes e ſola congregatione aſſumendi, 25. a.
Abbates habebant cathedras marmoreas in eccleſiis, 70. a.
Abbates nondum confirmati *electi* appellabantur, 39. a. 335. b. Johannes XXII. ſibi reſervat abbatum & omnium rectorum eccleſiarum electionem, 344.
Abbates ſollemnioribus feſtis in refectorio deſerviebant, 13. b.
Abbates coangelici & epiſcopi, *præf.* XI. tituli, quos abbates uſurpabant, vel ab aliis iis tribuebantur, *præf.* XII. appellati reverentiſſimi, *præf.* XIII. fideliſſimi, regales, *præf.* XV. ſe peccatores denominabant, *præf.* XV. capellani cardinalium, *præf.* XVI. adminiſtratores abbatiarum, *præf.* XVII.
Abbatis Claſſenſis electio, 70.
Abbatiſſæ appellatæ archimandritiſſæ, *præf.* XIII.
de Abbatiſſis eccl. S. Mariæ, 7. c. 313. b. A. 33. a.
Abbatum familia Florentina, 287. b. A. 159. b.
Abellinenſis ep. Franciſcus, 217. a.
Abraham abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c. A. 21. b.
de Abrigolo vel Bricole eccl. S. Peregrini, 196. b.
de Accariſiis Audina Bononienſis, 163. c. Ardizo, 320. b. Gerardus, Adelardus, Guillelmus, Lambertinus, 256. a. A. 438. b. Guittefredus, 119. b.
de Accariſiis eccl. S. Matthæi Bononiæ, 256. a. 316.
Accariſius Minus Senenſis, 42. b.
de Acciajuolis Angelus ep. Florentinus, 380. c.
de Accole comes Conradus, 127. b.
Accurſius ep. Piſaurienſis, 173. b. A. 278. b.
Accurſius abb. S. Juſti de Volaterris, 162. c. 176. c. 226. b. inde prior generalis Camald. 41. b. 268. 271. a. ejus ſigillum, 278. a. 278. b. 279. c. 288. b. 294. b. obit, 296. a. 312. c. 338. c. 394. a.
Accuſationes ſecularium hominum contra prælatos non admittendæ, A. 218. c.
Acerenſis epiſcopus Jacobus, 217. a. Petrus, 372. a. 374. b.
Aceretæ monaſt. Andreas abbas, 288. c. 342. c. monaſt. S. Johannis-baptiſtæ, 39. a. 193. b. A. 363. b.
Achilexius prior S. Urſulæ prope Patavium, 231. c.
Acto abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c.
Adalaſia abbatiſſa Montis-oliveti diœceſis Florentinæ, 90. c.
Adalaſia uxor Guidonis comitis de Porciano, 214. c.
Adalgerius vel Aldegarius ep. Bellunenſis & Feltrenſis concedit Auliverio eccleſiam S. Martini de Opitergio, 63. a. 66. c. 146. c. 224. c. 262. b. A. 152. c. 320. c. 385.
Adalgerius de Caſtello, 300. b.
Adalina abbatiſſa Luci, 92. a.
Adam ep. Martoranus, 216. b. c. A. 302. a. 304. c.
Adelmi ſeu Elmi monaſt. S. Mariæ, V. *Elmi*.
Adenulphus archiep. Compſanus, 241. a.
Adiliaci eccl. S. Fuſcæ, 354. c.
Adrianus IV. papa 133. b. 204. V. *Ottobonus card.*
Adricini eccl. S. Nicolai, A. 71. b.
Adrienſes epiſcopi V. *Florius*, *Jacobus*, *Johannes*, *Ottolinus*, *Superantius*.
Adrienſis in regno Neapolitano epiſc. Raymundus 292. b.
Æduenſis epiſcopus, Bartholomæus, 232. c. A. 347. c. 371. c.
S. Ægidii monaſterium Civitatis-caſtelli, 176. a.
S. Ægidii monaſt. de Fleri, V. *Fleri*.
S. Ægidii eccl. de Faventia, A. 120. a.
S. Ægidii eccl. de Florentia, 172. b.
S. Ægidii eccl. de Fraxineta, V. *Fraxineta*.
S. Ægidii eccl. de Gaviſerre, A. 49. c. 107. c.

S. Ægi-

S. Ægidii eccl. de Monticulo, 200. c. 203. c.
S. Ægidii eccl. de Monte-cornario, 242. 259. a. 276. A. 231. b. 375. a. 395. c. 296. b.
S. Ægidii eccl. caſtri de S. Pancratio, 372. a.
S. Ægidi eremus de Quercu, 55. b.
Ægidia uxor Petri Scotti, 256. c.
Ægidius ep. Foro-popilienſis, 10. b. 29. c. A. 78. c.
Ægidius abb. S. Felicis Bononiæ, 130. b.
Ægidius abb. de Marzano, 34. c.
S. Æmiliani de Conjunctolis abb. Uguccio, 248. a. A. 357. a. 358. a.
Æmonienſis vel Civitatis-novæ ep. Auguſtinus, V. *Civitatis-novæ*.
Æſii commune, 3. c. 208. b. 359. c. A. 12. c. 50. b. 108. c. 125. a. monaſt. S. Savini, 55. a.
Æſii epiſcopi, 191. c. V. *Ugo*.
Afra caſtrum, A. 120. c.
Africanus abb. Uranenſis, 316. a. 337. a.
S. Agathæ monaſt. Florentiæ, 179. a. ejus primordia, 249. *&c.* hiſtoria ms. 253. c. 275. c. 294. c. 406.
de Agere eccl. S. Stephani prope Ravennam, 168. c.
Aghinulphus comes Romenæ, 62. a. 190. a. 193. c. 282. c. 324. b.
Agnani monaſterium S. Mariæ, cui reſtituitur caſtrum S. Pancratii, 63. a. 67. c. 106. c. eidem ſubjecta erat eccl. S. Mariæ de Bivignano, 136. c. 153. c. Bonifacius VIII. illud eximit a jure epiſcopali, 215. a. 371. c. 398. c. ponitur monaſterium cum ejus caſtris ſub protectione Florentinorum, 402. b. monachi per aliquod tempus a Camaldulenſibus ſeparati, 402. b. A. 48. c. 107. a. 241. c. Abbates, V. *Baſilius*, *Guido*, *Johannes*.
Agnæ eccl. S. Bartholomæi, A. 49. a. 82. a. 107. a. b.
Agnellus prior Carcerum, A. 422. b.
Agnes abb. S. Antonii de Tuderto, 222. a.
Agnes uxor Rogerii comitis Romenæ, 324. b.
Agneſia converſa militiæ Templi, A. 389. b.
S. Agnetis monaſt. territorii Peruſini, 11. b. 23. c. 35. a. 269. c. 366. a. A. 108. c.
Agnus-Dei monaſt. de Arretio, 404. c.
S. Agnetis de Pulveraria monaſt. territ. Patavini, 56. b.
Aguſelli viri nobiles Cæſenates ab Innocentio IV. commendati, 9. c. A. 37.
de Ajelo vel Ayelo eccl. S. Johannis, A. 120. b.
de Ajole eccl. S. Leonardi, 12. a. 29. a.
de Aimanis S. Felicis abb. Franciſcus, 157. b.
Alamannus ep. Suanenſis, 355. a. A. 512. c.
Albacina caſtrum, 119. c.
Albanenſes epiſcopi, V. *Bentevegna*, *S. Bonaventura*, *Michael Petrus*.
Albergotti palatium Arretii, 77. a.
S. Albericus eremita, 364. c. V. *Cella*.
B. Albertus mon. Saxo-ferratenſis obitus & cultus, 401. c. imago antiqua, 402.
Albertus ep. Ferrarienſis, 17. c. 110. c. A. 212. c.
Albertus ep. Foro-livienſis, 23. b.
Albertus ep. Leſinenſis, 216. 400. a. A. 302. c.
Albertus Riccus ep. Tarviſinus, 62. b. 92. *&c.*
Albertus Scholarius ep. Volaterranus, 60. a. 119. c.
Albertus abb. S. Benedicti in Alpibus de Bifurco, 165. c.
Albertus abb. Sanæ-vallis de Fullina, 19. c. A. 54. a.
Albertus abb. S. Viriani, 108. c.
Albertus de Piſis prior Anglarienſis, 108. c.
Albertus prior S. Savini de Chio, 34. a.
Albertus prior S. Felicis in Platea de Florentia, 226. b.
Albertus prior S. Johannis-evangeliſtæ de Patavio, 60. a.
Albertus prior S. Mariæ de Porcilia Patavii, 274. b.
Albertus prior S. Mariæ de Vantio Patavii, 60. a.
Albertus prior S. Petri de Rovereto, 221. c.
Albertus canonicus Bononienſis, 36. c. A. 102. b.
S. Alberti Senenſis eremitæ Camald. eccleſiæ de Monte-alceto, alias de Monticello, prior Maurus, 62. c. 155. b.
B. Albertinus prior monaſterii Fontis-avellanæ, 69. c. eligitur, 129. c. 131. c. conciliat cives cum epiſcopo Eugubino, 154. b. epiſcopatum Auximanum recuſat, 180. c. 182. c. ejus obitus & cultus, 207. c. quibus annis floruerit? 209. antiqua ipſius imago, *ibid.* 210. c. 364. b.
Albericus quondam Berardi de Sogliano, 26. b.
Albi monachi Patavini ord. S. Benedicti, 18. a. 29. b. 47. b. 56. a. 64. b. V. *S. Benedicti de Patavio*.
Albiera fil. Guidonis comitis de Porciano, uxor Tegrimi comitis, 214. c.
Abricus ep. Placentinus, 241. b. inde ep. Firmanus, 293. b.
Albricus vel Albericus abb. Vallis-caſtri, 344. c. 345. a. 400. b. A. 505. b.
Aldebrandus vel Ildebrandus archipresb. Balneenſis, 228. c.
Aldebrandeſcus comes Ildebrandus, 245. c.
Aldobrandus abb. S. Januarii Campi-leonis, 180. a.
Aldobrandus vel Alteprandus abb. S. Michaelis de Muriano, 259. c.
Aldobrandus prior S. Muſtiolæ Senarum, 4. c. A. 6. a.
de Aldovrandinis Eliſabeth ſanctimonialis, 399. b.
Aldrovandinus archipresb. Meldulæ, 25. a. A. 72. b.
Aldruda Guidi de Vicedominis abb. Luci, 159. b. A. 349. c.
Alerienſis ep. Galganus, 355. A. 512. a.
S. Alexandri plebanus de Jocalis, 401. a.
Alexander III. papa 210. a. ejus privilegium pro monaſterio S. Savini Piſarum, 323. A. 443. c.
Alexander IV. papa 15. c. 17. a. eximit monaſterium Campi-majoris a jure epiſcoporum, 22. b. mandat, ut revocentur ad Camaldulenſes bona male alienata, 22. c. A. 63. b. 65. c. 80. permittit abbati S. Eugeniæ Senarum venditione bonorum immobilium, 22. c. A. 64. c. ſcribit, ut decidatur cauſa pro eccl. S. Mariæ de Fabriano ſubjecta monaſterio S. Savini Piſarum, 23. a. A. 65. confirmat monachis S. Gregorii de Urbe, ne conveniantur per literas apoſtolicas, niſi de eis fiat mentio ſpecialis, 23. a permittit Camaldulenſibus procuratorem in curia Romana, & eos eximit a collectis, ſicut & ordinat, ut bona male diſtracta ad eorumdem monaſteria reducantur, 23. b. A. 67. 77. c. 89. ejus bellum in Apulia contra Saracenos, 23. b. eximit Camaldulenſes a proviſionibus, 24. b. varia ejuſdem privilegia Camaldulenſibus conceſſa, repetitis bullis, 24. *&c.* ampliſſimum privilegium dictum *Tuba*, ſeu *Mare magnum* univerſæ congregationi Camaldulenſi dilargitur, 25. a. mandat, ne aſſumantur monaſteriorum Camald. prælati, niſi ex ſola Camald. congregatione, 25. a. præcipit monachis Fontis-avellanæ, ut deſiſtant ab ædificatione eccleſiæ de Pelagio, 25. b. mandat epiſcopis, ut ſine difficultate ad ordines promoveant Camaldulenſes, 24. A. 72. c. ne Camaldulenſes recipiantur in monaſteriis alterius ordinis, 24. c. A. 73. ne quis
aſſu-

aſſumatur in prælatum ex alio ordine, 25. a. A. 75. ordinat compeſci epiſcopum Imolenſem Camaldulenſibus moleſtum, 25. b. A. 75. ſtatuit, ut Camaldulenſes ſpecialiter ſint nominandi in bullis, 29. c. A. 77. c. confirmat monaſterio Uranenſi bona & jura, 29. c. A. 78. vult, ut ex emphyteuſibus nullum detrimentum patiantur Camaldulenſes, 30. a. A. 80. committit, ut defendantur Camaldulenſes contra moleſtatores, 30. a. A. 68. c. 82. 115. & ne dentur Legatis procurationes a Camaldulenſibus, 30. b. A. 84. 88. 142. c. condemnat Piſanos ad ædificationem xenodochii, 30. c. compellit abbatem Pratalienſem ad obedientiam priori Camaldulenſi, 31. b. A. 90. confirmat monaſterio Claſſenſi donationem Gualterii archiep. Ravennæ, 31. b. A. 91. eligit card. Octavianum Ubaldinium in Camaldulenſium protectorem, 32. a. mandat monachis & canonicis regularibus, ut reſtituant ordini Minorum fratres in monaſteriis ſuſceptos ad habitum monaſticum, 32. b. ampliſſima exemptionis privilegia concedit univerſæ congregationi Camaldulenſi, 34. 35. A. 74. 106. &c. ratam habet commendationem monaſterii Camalduli-Bononienſis, 36. c. A. 102. ordinat, ne moleſtentur Camaldulenſes ſuper decimis, 30. a. A. 94. ut transferantur moniales S. Mamiliani Senarum ad monaſt. S. Georgii de Apibus, 40. b. A. 98. eximit monaſterium S. Savini a penſionibus, 37. a. A. 115. inſtituit judices conſervatores privilegiorum Camaldulenſium, 37. a. 40. a. concedit eccleſiæ S. Chriſtinæ de Bononia indulgentias, 40. b. 44. ſcribit pro monaſteriis Urani, & S. Petri in Vincula Ravennæ, 45. c. A. 118. c. confirmat privilegia monaſterio S. Severi Ravennæ, 46. a. A. 119. eximit a procurationibus hoſpitale S. Frigdiani Piſarum, 46. b. 54. b. & defendit abbatem Burgenſem contra ep. Civitatis-caſtelli, 46. quando electus fuit in Pont. Max.? 46. b. 51. a. committit deciſionem cauſæ inter monachos & moniales S. Benedicti Patavii, 51. b. indulget, ut accipiantur pecuniæ ex male acquiſitis pro reparatione eremi Camald. 52. A. 134. mandat Arretinis, ut reficiant damna illata Camaldulenſibus, 53. A. 135. c. 142. declarat Camaldulenſes exemptos a procurationibus, 54. a. commendat reip. Venetæ monaſterium S. Mathiæ de Muriano, 54. b. A. 135. compellit monachos S. Savini Piſarum ad obediendum priori Camaldulenſi, 54. b. A. 136. c. committit recuperationem bonorum monaſt. S. Hilari diœc. Feſulanæ, 57. c. A. 144. concedit facultatem priori Camaldulenſi viſitandi monaſteria, 24. b. A. 68. & abſolvendi ingredientes ordinem ab excommunicatione, 24. b. A. 68. 70. b. eximit Camaldulenſes a debito hoſpitandi epiſcopos & patronos monaſteriorum, 24. b. A. 69. obit, 59. b. 78. c. 104. 332. a. V. *Raynaldus card.*

Alexander ep. Bellunenſis & Feltrenſis, 236. b. 241. b. 262. b. 294. a. A. 345. 385.

Alexander abb. Galeatenſis, 352. b.

B. Alexander Vinciolus ep. Nucerinus, 382. b.

Alexander comes Romenæ, 190. a. 193. c.

Alfari eccl. S. Andreæ, 242. b. A. 351.

de Alfaro Rainerolus vir nobilis, 229. b. A 335. b.

Alfiolum caſtrum & monaſt. S. Mariæ, 69. b. 246. c.

Alidoſius Carolus ep. Imolenſis, 392. a.

Alienationes bonorum niſi de licentia præſidis generalis faciendæ, 35. c.

S. Allucii reliquiæ inventæ, 385. c.

de Almacan eccl. S. Mariæ. 8. a. A. 33. a.

Almerici vel Aymerici hoſpitale SS. Jacobi & Sigiſmundi diœc. Foro-popilienſis, alias Cavedecolle, 30. a. 48. b. 366. b. A. 50. c. 109. a.

Alphonſorum libræ, 347. b.

in Alpibus monaſt. S. Trinitatis abb. Ugolinus, 309. c.

in Alpibus monaſt. S. Benedicti, V. *Biſurci*.

in Alpe eccl. S. Pauli, 107. c. S. Martini, 165. c.

in Altaſar eccl. S. Johannis, A. 51. b. 109. c.

Alterius Æmilius ep. Camerinenſis, 290. b.

de Alticlinis Agnella Cæſenas, 297. a.

Altogradus ep. Vicetinus, 294. a.

Altupaſcii hoſpitale S. Jacobi, 148. b. 155. b.

Alverniæ mons donatur S. Franciſco ab Orlando comite de Cluſio, 122. b.

Amadeus ep. Arretinus, 263. a.

Amatus abb. Biſurci, 343. b. A. 466. b. 485. a.

Amatus abb. S. Petri in Campo, 62. c.

Amatus abb. S. Petri de Rotis, 34. b. 99. a.

B. Ambroſius Piccolomineus mon. Montis-oliveti, 30. b. c.

B. Ambroſius Sanſedonius Senenſis O. P. 169. b.

Ambroſius ep. Ariminenſis, 111. a. A. 213. c.

Ambroſius ep. Canadienſis, 241. a.

Ambroſius prior generalis Camald. 296. c.

Amerinus ep. Maurus, 179. a. Perroctus Torquatus, 402. b.

Amicus prior S. Vigilii Senarum, 48. b. 62. c.

Amicus Bernardus-maria mon. Olivetanus, 307. c.

Anconæ diœceſis, A. 108. c. 120. b. 124. c. epiſcopi, Vid. *Auguſtinus*, *Bernardus*, *Johannes-bonus*.

Anconæ eccl. S. Luciæ, 11. b. 33. a. 78. b. 305. c. eccleſia ſacra eremi traditur eremo Camald. 342. b. A. 50. b. 85. b. 108. c. V. *S. Viti*.

B. Andreas Hiſpellas ord. Minorum, 17. a.

Andreas ep. Camerinenſis, 241. b.

Andreas abb. Aceretæ, 288. c.

Andreas abb. Cantiniani, 385. c.

Andreas abb. Claræ-vallis de Caſtagnola, 70. a.

Andreas abb. S. Gregorii de Urbe, 218. c. 256. a. b. alter ex priore generali Silveſtrinorum, 323. b. A. 308. 373.

Andreas abb. S. Hippolyti de Faventia, 325. c. 335. a. 338. c. 381. a. 393. c.

Andreas de Volaterris abb. S. Michaelis de Muriano, 236. b. 231. c. 252. c. A. 346. a. factus inde abb. S. Michaelis in Burgo Piſarum, 261. a. 288. a. 289. a. 325. c. 333. a. A. 379. c.

Andreas prior S. Mathiæ de Muriano, 150. c. 219. a. 252. c.

Andreas prior Camalduli Veronæ, 117.

S. Andreæ monaſt. de Hiſpello, 17. a.

S. Andreæ monaſt. de Inſula-filiorum-Manfredi, V. *de Inſula*.

S. Andreæ de Puteo, ſeu de Caſtellione monaſt., 77. a. cui unitur alterum monaſt. S. Savini de Chio, 144. a. 253. a. 370. c. A. 48. c.

S. Andreæ in Silva, alias de Baſcione. V. *in Silva*.

S. Andreæ de Apiro eccl. 3. b. A. 23. a.

S. Andreæ de Arimino eccl. data Claſſenſibus, 36. b. 272. c. 300. a. A. 94. c. 101.

S. Andreæ de Catinano eccl. A. 120. b.

S. Andreæ de Foſſis eccl. 55. b. 330. a.

S. Andreæ de Tybure eccl. A. 343. b.

S. Andreæ de Valleralia eccl. 267. c.

S. Andreæ de Umbriano eccl. 18. b. A. 57. c.
S. Andreæ eccleſiæ & monaſteria, V. *Alfari*, *de Biblena*, *de Candiculis*, *Caſtellionis*, *de Clente*, *Laureti*, *de Puteo*, *de Quercu*, *Radicofani*, *Zagonariæ*.
Andrianopolitanus archiep. Deodatus, 179. a.
Angajalis prior eccl. S. Salvatoris, 88. A. 196. a.
S. Angeli-papalis civitas dicta urbs nova Callienſis, 182. 183.
S. Angeli de Empoli vel Emporio monaſt. 323. b. A. 36. a.
S. Angeli de Roſano vel Boſano monaſt. A. 50. b.
S. Angeli de Torcello abbatiſſa Alvina, 135. a.
S. Angeli de Apiro eccl. 263. c. 264. a.
S. Angeli de Arimino eccl. A. 120. b.
S. Angeli de Bagnaja eccl. in epiſc. Nucerino, 7. c. A. 33. a.
S. Angeli de Civitella, 43. c.
S. Angeli de Colepuno eccl. 8. a. A. 33. b.
S. Angeli de Lambertiſchis eccl. 253. b. A. 365. c.
S. Angeli de Murazzana eccl. 7. c. A. 32. c.
S. Angeli de Roſenga eccl. 26. c. A. 77. b. 243. a.
S. Angeli aliæ eccleſiæ, V. *de Cryptis*, *de Foreſto*, *de Mannolo*.
de Angelis vel Angelorum S. Mariæ monaſt. Florentiæ fundatur, 202. A. 295. b. 299. c. Gerardus prior Camaldulenſis concedit participationem bonorum ſpiritualium benefactoribus ejuſdem monaſterii, 259. b. 265. b. Neapoleo card. concedit indulgentias, 264. b. ſeries priorum, 264. c. deſcriptio eccleſiæ facta a Fortunio, 265. a. in ea adſervantur clavus Dominicæ Crucis, 265. c. 278. c. & reliquiæ ſociarum S. Urſulæ, 311. a. ibi monachi perpetuæ recluſionis legem obſervabant, 312. c. ſtudia & artes in hoc monaſterium introducuntur, 341. b. c. codices deſcribebantur pulcherrime, 342. a. huic monaſterio alterum ſubjicitur S. Margaritæ de Caffajolo, 380. c. 393. b. 396. 397. priores, V. *Flavius*, *Gerardus*, *Johannes*, *Orlandus*, *Petrus*, *Philippus*, *Romualdus*, *Vincentius*.
B. Angelus de Aqua-pagana oritur, 59. b. fit monachus, 269. c. inhabitat monaſterium Vallis-caſtri, 169. c. 170. a. obit, 290. a. & ejus cultus, 290. 291. 364. b.
B. Angelus e Gualdo naſcitur, 115. a. ejus virtutes dum eſſet adhuc laicus, 115. c. fit eremita, 170. &c. ipſius vita ex codicibus mſs. nunc primum edita, 235. &c. 266. b. 267. a. obit, 327. mirabilia poſt ejus mortem, 328. 334. b. 364. b. 382. b.
Angelus prior Camaldulenſis generalis ex priore Camalduli-Florentini, 40. c. 71. b. 76. 87. 90. b. obit, 91. a. 117. c.
Angelus abb. Burgenſis, 269. c. 333. b. 366. a.
Angelus abb. S. Petri in Campo, 106. b.
Angelus abb. S. Michaelis de Caſtro-brittorum, 29. b. 48. b.
Angelus abb. S. Helenæ ad Æſinum flumen, 29. b. 33. a. 39. b. 55. a. 65. a. 127. c. 128. a. 150. b. A. 66. b. 85. c. 140. c.
Angelus abb. S. Zenonis Piſarum, 20. b.
Angelus prior Balnei, 305. a.
Angelus prior Carcerum, 294. b. 297. c. 316. c.
Angelus prior S. Petri de Rovereto, 7. a.
Angelus prior Eremi-novæ de Fajola, 48. b. 72. a.
Anglarii monaſt. S. Bartholomæi, 23. c. 70. c. 151. c. 163. c. 274. a. c. A. 48. c. 107. a. abbates, V. *Albertus*, *Bertholus*, *Johannes*.
Anglarii eccl. S. Johannis, A. 48. c. 107. a.
Anna abb. S. Benedicti-veteris Patavii, 152. b. 155. c. 231. c.
S. Annæ monaſt. Bononiæ, 135. c. 249. a. 252. 324. b. 365. b. A. 242. 304. c.
Anniverſarium ſollemne pro monachorum parentibus celebrabatur, 16. a.
de Annuntiatis monaſt. Florentiæ, 250. a.
Anſediſius vel Enſidiſius comes Collis-alti, 19. c. A. 54. a.
Anſelmus prior Camaldulenſis eligitur, 225. a. obit, 226. a.
Anſelmus abb. S. Petri in Vinculis Ravennæ, 64. c. 113. b. 177. a. 186. c. A. 154. 155.
Anſelmus abb. Sanæ-vallis de Fullina, 19. c. A. 54. a.
Anſelmus archid. Tarviſinus, 92. c.
S. Anthimi monaſt. Cluſinum, 155. b.
Anticula caſtrum, 278. a. A. 407. c.
Antignanæ eccl. S. Mariæ, 90. b. 122. b. 254. a. 282. c. A. 372. b.
S. Antonini reliquiæ, 73. b.
S. Antonini eccl. Faventiæ, 160. A. 259. 268.
S. Antoninus archiep. Florent. 308. c.
S. Antonii abbatis officium, 327. a.
S. Antonii monaſt. Tuderti, 4. b. 222. lis cum epiſcopo Tudertino pro erectione oratorii, 315. 365. b. 370. c. A. 50. b. 108. c.
S. Antonii eccl. Brittonorii, 164. b.
S. Antonii vel Anthimi eccl. ſubj. monaſterio Saxi-ferrati, 7. c. A. 33.
S. Antonii eccl. de Fabriano, 374. c.
S. Antonius Patavinus, 395. a.
B. Antonius-Peregrinus Patavinus oblatus monaſterii Porcilienſis obit, 77. &c. miracula ad ejus tumulum, 81. &c. 94. &c. 103. &c. 114. &c. ejus cultus, 135. A. 176. &c.
Antonius ep. Feſulanus, 69. a. 263. b. inde ep. Florentinus, 275. b. c. 294. b. A. 160. c.
Antonius abb. Berardingæ, 271. a. 293. b.
Antonius abb. Volaterranus, 272. a. 294. b.
Antonius abb. Cantiniani, 398. b. ex abbate S. Petri ad Vincula Ravennæ, 404. a.
Antonius prior Camalduli Foro-livienſis, 48. b.
Antonius Albignaſcius eremita Rhuenſis, 353. c. 369. c.
Anulus S. Apollinaris, 301. c.
de Apibus monaſt. S. Georgii, 40. b. c.
Apirum, vel Pyrum ſeu Pirum oppidum in Marchia, 3. b. 18. b. 263. c. ejus homines abſoluti ab excommunicatione, 274. a. A. 12. 28. 55. c. eccleſiæ, V. *S. Andreæ*, *S. Angeli*, *S. Silveſtri*, *S. Urbani*.
S. Apollinaris in Claſſe monaſt. V. *Claſſenſe*.
S. Apollinaris-novi monaſt. Ravennæ, 242. b.
S. Apollinaris monaſterium in Marchia, 177. b.
S. Apollinaris de Cerreto monaſt. 130. c.
S. Apollinaris eccl. de Nartianula, 246. c.
S. Apollinaris eccl. de Mola-rupta, A. 252. c. 314. a. 343. a.
S. Apollinaris eccl. de Ronco, 141. b.
Apollinaris abb. Claſſenſis, 354. b. 364. c.
Apollinaris abb. S. Hippolyti de Faventia, 244. a. 254. a. A. 364. a. c. 369. a.
S. Apolloniæ monaſt. Florentiæ, 249. c. 270. c.
SS. Apoſtolorum de Florentia prior Franciſcus, 401. a.
Appiani monaſt. S. Benedicti, 196. a. b.
Appognani eccl. S. Paſchaſii, 90. b.
Appuzani vel Lappuzani eccl. S. Petri, 26. c. 55. a. 161. c. 363. a. S. Michaelis, 26. c. A. 77. b. 140. c. 277.
Aprutinus ep. Gentilis, 97. c. A. 198. b. Nicol., 292. c.

Aquæ-altæ monaſt. S. Petri, 44. c.
Aquæ-calidæ eccl. S. Laurentii territorii Meldulenſis, 273. b. 306. b.
Aquæ-ductius Vitalis mon. & hiſtoricus Claſſenſis, 357. b.
in Aquæ ductu eccl. archipresb. Callamonus, 400. b. A. 303. a.
Aquæ-pendentis ep. Johannes, 217. a.
Aquæ-paganæ monaſt. S. Salvatoris, 59. b. 223. b. 224. 232. b. 248. 253. c. acta in cauſa pro eodem monaſterio, A. 323. b. 448. literæ Bonifacii VIII. contra ipſius invaſores, 232. b. A. 346. 352. conventio cum epiſcopo Spoletano, 330. c. 331. c. 332. A. 353. &c. 371. 459. 471. b. lites ſopitæ, 338. b. 398. b. V. *B. Angelus de Aqua-pagana*.
Aquæ-perellis eremus, 35. a. 48. b. 78. b. S. Pauli, 301. b. A. 51. b. 109. c.
Aquilejenſes patriarchæ, Vide *B. Bertrandus*, *Gregorius*, *Raymundus*, *Volcherius*.
Aquilini nummi, 269. b.
de Aquis plebanus Feus, 133. c.
Arborenſes archiepiſcopi, V. *Guido*, *Oddo*.
Arborenſis judex Marianus, 151. b. 347. b.
de Arcellis monaſt. S. Stephani, 253. c. 337. b. A. 365. &c. 471. b.
de Arcione turris, A. 343. b.
de Arcis hoſpitale S. Mariæ-magdalenæ, A. 368. c.
de Arcu eccl. S. Johannis, 3. b. A. 28. a. turris, A. 343. a.
S. Arculani reliquiæ, 73. b.
Ardenguſius abbas ſancti Benedicti de Gualdo, 382. b.
Ardizo vel Azo poteſtas Foro-livii, 74. c. A. 163. b.
Arducinus de Monte-juſti vir nob. 229. b. A. 335. b.
Arduinus ep. Fanenſis, 39. b.
Arduinus abb. S. Juliani de Arimino, 273. a.
Arduinus abb. S. Petri ad Vincula Ravennæ, 45. b.
Arduinus abb. Galeatenſis, 326. c. 352. c.
Arelatenſis archiep. Gasbertus, 343. b. Galiardus, 292. b.
Arenæ eccl. S. Mariæ, A. 343. a.
Argenta caſtrum, 351. a. A. 295. a.
Arguani monaſt. V. *Arniani*.
Arguante Ugo de Pergula vir nob. 260. c.
de Arena caſtrum & eccl. A. 343. a.
Arilion portus, 323. b.
Arimini territorium, 26. b. 36. b. 160. a. A. 50. c. 94. c. 101. 109. a. 129. b. 581. epiſcopi, V. *Ambroſius*, *Jacobus*, eccleſiæ, V. *S. Andreæ*, *S. Angeli*, *S. Gaudentii*, *S. Juliani*, *Marignani*, *S. Matthæi*, *de Scorticata*, *S. Theoniſti*.
Arignani ecc. S. Marcelli, 242. c.
Armannus abb. S. Urbani ad Æſinantem, V. *Hermannus*.
Armarius monachus, id eſt ille, qui in choro ad armum ſeu latus abbatis ſtabat, 13. a. *præf.* VIII.
Armenorum archiep. Baſilius, 241. b.
Armenzani eccl. S. Mariæ, 301. b.
Arnaldus card. S. Mariæ in Porticu, 276. c. 277. a. b. A. 407. a. 459. c.
Arnaldus ep. Bononienſis, 340. a. A. 476.
Arniani vel Arguani monaſt. S. Petri, 196. a. b. 243. a. 367. a. A. 541. c.
Aroldus poteſtas Æſii, A. 14. b. 15. c.
Arretii urbis camerarius Benvenutus monachus Camald. 373. ſynodus, 305. a. epiſcopi, V. *Append. Annal. Camald.* Tom. V. *Amadeus*, *Boſo*, *Guido*, *Guillielminus*, *Hieronymus*, *Ildebrandinus*.
Arretii eccleſiæ & monaſteria, V. *Agnus-Dei*, *S. Benedicti*, *S. Blaſii*, *S. Clementis*, *in Gradibus*, *S. Hilari*, *S. Floræ*, *S. Juliani*, *S. Laurentini*, *S. Michaelis*, *S. Petri-minoris*.
Arſicia villa, 18. b. A. 13. c.
Artuicus decanus Juſtinopolitanus, 72. a. A. 161. a.
Artuſius abb. S. Stephani de Carraria, 60. a. A. 180. b. 182. b.
Aſſiſii territorium, A. 50. b. 108. c.
de Aſpinis Jacobus prior Camalduli-Forolivii, 73. b.
Aſtorgius de Manfredis dominus Faventiæ, 399. a.
de Aſtra-petronii eccl. S. Bartholomæi, A. 49. b. 107. c.
Avellanenſe monaſterium, V. *Fontis-avellanæ*.
de Avenali eccl. S. Laurentii, 7. c. A. 33. a.
de Aventia eccl. S. Stephani, 26. c. A. 77. b.
Aveſa vallis territorii Cluſini, 376. b.
de Aveſa eremus, V. *Camaldulum-Veronenſe*.
S. Auguſtini ordo, 22. b. 261. a. 172. b. 182. a. 291. b. 295. b. 297. b. 301. a. 347. c. 348. b. 391. a. A. 221. b. 222. c. 379. c. 415. c. 512. a.
Auguſtinus ep. Anconitanus, 389. b.
Auguſtinus ep. Civitatis-novæ vel Æmonienſis, 231. b.
Auguſtinus abb. Uranenſis, 403. c.
Auriolum caſtrum, 177. a.
Anveſtani dominus Conradus capitaneus Paduæ, 321. c.
Auximi diœceſis, A. 50. b. 108. c. 120. b. 125. a. 522. c. eccleſiæ, V. *de Serra*, *Decimani*, epiſcopi, 180. V. *Benvenutus*, *Berardus*, *Bicchius card.* *Monaldus*, *de Monte Gabriel*.
Aymericus archiep. Ravennæ inde ep. Carnotenſis, S. R. E. cardin. & legatus, 326. 342. c. 343. c. 382. b. 389. c. 403. c. 404. a.
Aymericus ep. Cæſenas, 140. b.
Aymericus ep. Lucerinus, A. 302. a.
Aymericus abbas Claſſenſis, 7. b. 9. c. 17. c. 35. c. 37. inde epiſcopus Foro-popilienſis, 60. c. 70. b. 72. c. obit, 113. a. 150. c. A. 54. c. 94. c. 101. b.
Aynlfus abb. Sanæ-vallis de Fullina, 20. a.
Azica comitiſſa in Hiſtria, 374. a. A. 387. c.
Azo ep. Caſertanus, 216. b. c. A. 302. a. 305. a.
Azo prior Camaldulenſis, 251. b. archimandrita vocatus, *præf.* VI.
Azo abb. S. Proculi Bononiæ, 136. a. A. 242. b. *præf.* VI.
Azo VIII. marchio Eſtenſis, 66. a. 204. c. obit, 274. b.
Azzolinus ep. Senenſis, 405. c. 406. a.
de Azzonibus Altinerius nob. Tarviſinus, poteſtas Patavinus, 321. c. 322. a.
de Azzonibus Avogariis Joh. Auguſtus ex canonico Tarviſino eremita Camald. 306. a. 322. a.
de Azzonibus Avogariis Rambaldus canonicus Tarviſinus, 296. a. 306. a. 322. a.

B

B.. abbas S. Proculi, 19. a. 382. c. S. Felicis Bononiæ, 152. prior Montalis-ſalutis, 138. a.
Bacchari Petrus primicerius Caſtelli Venetiarum, 320. b. A. 439. a.
Baccettius Nicolaus abb. Ciſtercienſis, 227. a. 228. a. 373. c.
Baduarius Marcus Venetus, A. 188. b. 385. c.

Petrus monachus S. Mathiæ, A. 484. a.
Bagnacavalli vel Balneo-caballi oppidi monaſt. S. Johannis-baptiſtæ erigitur, 357. c. A. 521. 526.
Bagnacavalli comites, 60. 193. c.
de Bagnolo Gabriel vir nob. 157. a.
de Bagnaja eccl. S. Angeli, 7. c. A. 33. b.
de Baiſio. V. de *Abaiſio*.
Balbus Liutius, 189. c.
Baldovineſca gens nobilis Piſarum, 44. c.
Baldus de Monte-acuto vir nob. 77. a.
Baldum caſtrum, 199. b.
Balnei monaſt. S. Luciæ, 400. b.
Balnei monaſterium S. Mariæ & territorium, 9. ibi fit translatio corporis B. Johannæ ſanctimonialis, 173. c. religioſa loca in plebe Balneenſi, 174. c. 175. a. ditio Balneenſis permutatur cum caſtro Socii, 228. b. 229. 242. b. 265. ejuſdem vices, 269. c. erigitur in abbatiam, 270. b. 305. a. 306. 370. c. A. 37. c. 38. a. 327. c. 351. b.
de Balneo B. Johanna monialis Camald. V. *B. Johanna*.
de Balneo comites Guidii, V. *Guido*.
Balnei-regii eccl. S. Barnabæ, 44. c.
Balneo-regienſis ep. Matthæus, 355. a. A. 512. c.
Banenſis ep. Bernardus, 372. a. 374. b.
Banzena caſtrum, 12. a. ſubjectum eremo Camald. 293. a.
de Banzena Raynaldus vir nob. 259. c. Guelfus, 293. c.
Baptizare infantes prohibitum monachis & abbatibus, 14. c.
Baptizantes, ſeu potius patrini, in ditione Trivienſi tenebantur ad aliqua munera danda baptizato, 262. c. A. 390. b.
Barbadicus Auguſtinus dux Venetiarum, 345. a. A. 500.
S. Barbaræ eccl. ſubjecta abbatiæ Claſſenſi, 305. b.
Barbatiani eccl. S. Martini, 339. c.
de Barberino Philippus Florentinus, 39. b.
Barbilianum locus, A. 343.
Barbuleum villa Pollicinii, 199. b.
Bardorum ſocietas, 276. c.
Barenſis archiep. Johannes, 140. a. A. 244.
Bargenſis Antonius abbas Olivetanus, 306. c.
S. Barnabæ monaſterium Senenſe, 41. c. 42. c. 43. a.
S. Barnabæ monaſt. de Gamugno, V. *Gamugni*.
S. Barnabæ eccl. Balnei-regis, 44. c.
Baroncinius Eduardus eremita Camald. 20. b. 78. c. 109. c. 166. b. 184. b. 255. a. 269. c.
S. Bartholi eccl. de Vergnano, 26. b.
S. Bartholi caſtrum, A. 532. b.
B. Bartholus eremita Camald. 188. c.
Bartholus vel Bartholomæus ep. Spoletanus, 17. 223. c. 254. a. 330. c. 332. a. A. 452. 453.
Bartholus abb. Anglarienſis, 365. c. 374. a.
Bartholus abb. Burgi S. Sepulcri, 403. c.
Bartholus abb. Puteolenſis, 151. b. 164. a.
Bartholus abb. S. Petri de Rotis, 282. a.
Batholus abb. Sacrarienſis, 168. c.
Bartholus de Peruſio abb. S. Juſti Volaterrarum, 294. b. 301. c. 325. b.
Bartholus abb. S. Zenonis Piſarum, 76. c. 78. b. 90. c. 100. a.
Bartholus prior Fontis-avellanæ, 22. a.
Bartholomæa filia comitis Napoleonis de Mangona comitiſſa in Thuſcia, 139. b.
Bartholomæus ep. Civitatis-novæ, 126. b. A. 227.
Bartholomæus ex abb. S. Gregorii de Urbe abbas Sublacenſis, inde ep. Fulginas, 147. b. 154. a. b. 162. c. 224. b. 232. c. A. 252.
Bartholomæus ep. Vicetinus, 51. c. A. 125. c.
Bartholomæus prior Camalduli-Florentini, 23. c. 48. a. 59. c. prior generalis, 65. b. 67. c. 72. a. 76. c. 117. c. 187. a.
Bartholomæus abb. Montis-chriſti, 151. c.
Bartholomæus abb. Montis-muri, 28. c.
Bartholomæus ſive Bartholus abb. S. Juſti Volaterrarum, 89. b. 127. c. 128. a. 134. b.
Bartholomæus abb. S. Pauli de Urbe, 154. b. 162. c.
Bartholomæus prior Camalduli-Veronæ, 160. c.
Bartholomæus Bononis prior & inſtitutor congregationis S. Hieronymi de Italia, 355. c.
S. Bartholomæi monaſt. Bononiæ portæ Ravennatis, 30. b. A. 88. c.
S. Bartholomæi monaſt. Vicetiæ, 152. b.
S. Bartholomæi eccl. de Caniſio, 253. b. A. 365. c.
S. Bartholomæi eccl. de S. Mariano, 52. b. 122. a. A. 132. 226.
S. Bartholomæi de Mugnone hoſpitale, 403. c.
S. Bartholomæi eccl Ravennæ, V. *Miſericordia*.
S. Bartholomæi eccl. de Soviliana, 11. c. A. 36. a.
S. Bartholomæi eccleſiæ & monaſteria, V. *Agnæ*, *Anglarii*, *Aſtræ-petronii*, *Campi-regii*, *Campi-majoris*, *de Cella*, *Sancti-mariani*, *de Maſſiliano*, *Rancambroſii*, *Rhodigii*, *Subcaſtelli*, *Tevellariæ*.
Bartis caſtrum, A. 532. b.
Barutenſis ep. Petrus, 389. b.
S. Baſilii monaſt. monialium Camald. Civitatis-caſtelli, 176. a.
S. Baſilii eccl. de Cortona, 104. b.
S. Baſilii eccl. de Urbe, A. 309. a.
Baſilius archiep. Armenorum, 241. b.
Baſilius abb. Agnani, 371. c. 398. c. 402. b. 403. b.
Baſilius abb. Rotenſis, 327. c.
Battifollis comes Carolus, 297. a. Ugo, 324. b. Simon, 339. c. 381. a.
Battifollis eccl. SS. Quirici & Julittæ, alias de Viccione, 340. a.
Beati viri, qui in eremo Camaldulenſi floruerunt, 188. 189.
Beatrix abb. S. Chriſtinæ Tarviſii, 241. c.
Beatrix abb. Prati-veteris, 310. b. 330. c. 353. b.
de Beccatellis Raynerius abb. Caſtri-brittorum, 301. b. 310. b.
Bellunenſes canonici confirmant monaſterio S. Martini de Opitergio donationes epiſcoporum Adalgerii & Alexandri, 262. b. A. 391. c.
Bellunenſes epiſcopi, V. *Adalgerius*, *Alexander*, *Garzias*, *Gerardus*, *Jacobus*, *Oddo*.
Belluni monaſteria, V. *S. Gervaſii*, *Campeſtrini*.
Bembus Marcus vicarius ditionis Vangaticienſis, 177. c.
Benamata comitiſſa in Thuſcia, 145. a.
Benclarum caſtrum Vallis-lamonis, 257. a.
Bene prior S. Agathæ de Florentia, 249. b.
Bene prior S. Frigdiani Piſarum, 65. b. 76. c. 100. a.
S. Benedicti in Alpibus monaſt. V. *Biſurci*.
S. Benedicti de Appiano monaſt. 196. a. b.
S. Benedicti monaſt. de S. Miniate. V. *S. Miniatis*.
S. Benedicti monaſt. de Arretio, 87. c. 310. b. 365. b.
S. Benedicti monaſt. Civitatis-caſtelli, 176. a.
S. Benedicti de Eugubio monaſt. 329. c.
S. Benedicti monaſt. de Mojano, 59. c. 87. b. 196. c. A. 537. a.
S. Benedicti-veteris & Novelli duplex monaſterium Patavii, 51. b. 52. b. 56. b. 67. a. alterum

terum monialium, alterum monachorum, & lites inter utrumque, 68. b. 95. c. ſub diſciplina Camaldulenſium, 152. 155. c. 156. diviſio monialium a monachis, A. 125. 130. b 170. 171. 257. ſubjicitur monaſterio Vangaticienſi, 161. a. 164. c. 231. c. V. *Albi monachi.*
S. Benedicti monaſt. de Savignano, 212. a. 315. b.
S. Benedicti Venetiarum prior Galvanus, 334. a.
S. Benedicti monaſt. Volaterrarum, 20. a.
S. Benedicti de Campo-fonaldi eccl. 67. b. 108. a.
S. Benedicti eccl. de Mazzano, 333. A. 343. a. 465.
S. Benedicti eccl. ſubjecta monaſterio Uranenſi, 29. c. A. 78. b.
S. Benedicti caſtrum ſubj. monaſterio Galeatenſi, 25. c. 58. c. A. 71. a.
S. Benedicti alia monaſteria & eccleſiæ, V. *de Caſtagnola*, *Fileti*.
B. Benedictus papa XI. ex ord. Præd. eximit monachos Avellanenſes ab exactionibus, 259. a. A. 378. confirmat privilegia monaſterio Sanæ-vallis, 260. a. A. 382. concedit monachis Porciliæ de Patavio adminiſtrationem Sacramentorum eorum familiaribus, 260. b. A. 382. c. obit Peruſii, 260. c. 365. b.
Benedictus XII. papa ejus literæ pro bonis alienatis monaſterii de Carceribus, 359. c. 371. c. A. 531. pro caſtris ditionis Ravennianæ, 367. c. A. 532. pro monaſterio Vivenſi contra Caſtellionenſes, 367. a. 381. a. A. 537. b.
Benedictus XIV. papa, 64. c.
Benedictus Cajetanus card. 167.
Benedictus Foro-livienſis prior generalis Camald 354. c.
Benedictus abb. Claſſenſis, 70. b. 72. c. A. 401.
Benedictus abb. Cantiniani, 48. a. 61. a. 134. c. 138. c.
Benedictus abb. S. Hippolyti Faventiæ, 272. c. 282. c.
Benedictus abb. Montis-chriſti, 132. a.
Benedictus abb. Prataliæ, 12. a. 105. c. 106. 180. a. 217. c. 298. a.
Benedictus abb. Puteolenſis, 11. c. A. 36. a.
Benedictus abb. S. Savini de Æſio, 55. a.
Benedictus abb. Trivienſis, 333. b. 358. c. 385. c. A. 516.
Benedictus abb. S. Petri in Vinculis Ravennæ, 360. a.
Benedictus abb. S. Gregorii de Urbe, 333. c. A. 317. a. 465. a.
Benedictus prior Ferracciani, 73. a. Vultræ, 279. b.
Benedictus prior S. Mathiæ de Muriano, 282. a. 320. b. 337. a. 340. c. 357. c. 369. a. A. 447. c. Benedictus alter, 385. c.
Benedictus prior S. Benedicti de Patavio, 51. b.
Benedictus prior Planetuli, 114. b.
Benedictus mon. S. Mathiæ de Muriano renuntiat abbatiam S. Joh. Ravennæ, 274. a.
Benefactorum memoria, 137. b.
Beneficia ad vitam non concedenda, A. 219. b.
Benignus abb. S. Salvii de Florentia, 175. c.
Benignus abb. S. Mariæ de Torna, 7. a.
Benignus prior Vivenſis, 4. c. A. 6. a.
Benignus prior Gamugnenſis, 232. a. 297. b.
Benignus Angelus, 291. b.
Bentevegna ep. Albanenſis, 139. c. 169. a.
Benvenuta abb. S. Annæ de Bononia, A. 242.
B. Benvenutus de Piſis eremita Calcenſis, 132. c.
Benvenutus ep. Auximanus, 111. b. A. 213. c.
Benvenutus ep. Eugubinus, 154. b.
Benvenutus abb. S. Helenæ de Æſino, 268. a.
Benvenutus abb. Flumanæ, 73. a.
Benvenutus abb. Pratalienſis, 12. a. 31. c. 38. b. 58. c. 87. c. 90. b. 105. a. c. 180. a. A. 90. b.
Benvenutus abb. S. Johannis-evangeliſtæ de Ravenna, 70. a. 242. a. A. 159. b.
Benvenutus abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. a. 18. b. A. 18. 21. b. 55. c.
Benvenutus prior de Cavedecolle, 48. b.
Berardingæ monaſterium S. Salvatoris vendit communi Senarum portum Talamonis, 256. c. 257. a. 364. c. & caſtrum ſupponit Senenſi communi, 391. b. A. 48. c. 64. b. 107. a. abbates V. *Antonius*, *Fatius*, *Frigdianus*, *Julianus*, *Maurus*, *Robertus*, *Ubertus*.
Berardus ep. Auximanus, 173. b. A. 278. c. inde ep. Præneſtinus, 180. c.
Berardus ep. Camerinenſis, 306. a. A. 425. c.
Berardus prior Fontis-avellanæ, 21. a.
Bergogna abb. S. Michaelis de Subterra, 75. a. A. 173. b. 442. c.
Berengarius ep. Tuſculanus, 323. c. 324. a. A. 446. b.
S. Bernardi abb. Claræ-vallenſis feſtum, 119. c. A. 218. b.
B. Bernardus Ptolomæus abb. inſtituit congregationem Montis-oliveti, 306. c. &c.
Bernardus de Laiguiſcello ep. Portuenſis, 160. a. 166. c. 167. 169. a. A. 261. b.
Bernardus ep. Præneſtinus, 200. c. 201. a.
Bernardus ep. Anconitanus, 179. a.
Bernardus ep. Patavinus obit, 215. b. 260. b.
Bernardus ep. Vicetinus, 130. b. 160. a. b. A. 237. 238.
Bernardus abb. Adelmenſis, 134. c.
Bernardus abb. Galearenſis, 273. b. 279. b. 299. a.
Bernardus abb. Vangaticienſis, 128. b. 130. b. 138. a. 152. b. 156. 175. c. 177. c. 190. b. 197. a. 199. erigit monialium locum ad S. Petrum de Atheſte, 197. 310. a. A. 288.
Bernardus Compoſtellanus vel Bononienſis JC. 346. c.
Berovani qui? 358. c.
B. Bertinus, V. *B. Albertinus*.
Bertrandus S. M. in Aquiro protector Camald. 303. b. 381. c. 391. c.
Bertrandus card. Legatus ep. Oſtienſis, 347. c. 351. c. A. 505.
B. Bertrandus patriarcha Aquilejenſis & m. 354. c.
de Bethleem monaſt. S. Mariæ prope Bononiam, 78. a. ejus abbatiſſæ, 136. a. b. unitur ipſi monaſterium S. Annæ de Bononia, 252. b. 324. b. 365. b. A. 50. c. 109. a. 242.
Bethleemitanus ep. Hugo, 174. c.
Biaquinus de Camino comes Cenetenſis, 20. a. 94. a. 204. b. A. 293. b.
Biblena vel Bibbiena caſtrum in Thuſcia, 104. c. deſtruitur, 251. b. 293. c. ejus plebanus Rainerius, 34. a. 293. c. A. 49. a. 207. a.
de Biblena monaſt. S. Andreæ, alias de Lontrina, 165. b. 179. a. 250. c. ex quo profluxit alterum S. Agathæ de Florentia, 251. a. 294. V. *S. Agathæ*.
Bicchius card. Antonius ep. Auximanus, 258. a. 360. b.
Bifurci monaſt. S. Benedicti in Alpibus, 254. b. 334. a. 343. b. A. 275. 372. b. 466. 484. c. eidem ſubjecta eccl. S. Euſtaſii de Canetulo, 406. c. A. 582. abbates, V. *Albertus*, *Amatus*.
Bindus abb. Burgi S. Sepulcri, 166. a.
Biordus de Ubertinis, 221. a.
de Biore eccl. S. Martini, 347. b.
S. Birgittæ ordo, 131. c.
de Biturali eccl. S. Chriſtophori, 108. a.

Sivi-

Bivignani eccl. S. Mariæ, 136. c.
Blancus abb. S. Zenonis Piſarum, 128. a.
Blancus Romualdus mon. Avellanenſis, 210. c.
Blancus Rainerius de Monte-varchio, 23. c.
S. Blaſii martyris officium, 337. a.
S. Blaſii monaſt. de Fabriano, 8. a. 26. c. 374. c. eccleſia reædificatur, 161. c. 173. a.
S. Blaſii monaſt. Venetiarum, 64. b.
S. Blaſii de Alfiolo eccl. 69. b. 246. c.
S. Blaſii eccl. de Arretio, 371. c.
S. Blaſii eccl. ſubjecta monaſterio de Cluſis, A. 77. b.
S. Blaſii eccl. de Faventia, 192. b.
S. Blaſii eccl. de Monte-altuzzo, 372. a.
S. Blaſii eccl. Caſtri-florentini, 212. a.
S. Blaſii eccl. de Perelle, 159. c.
S. Blaſii eccl. de Valentana, 7. c. A. 33. b.
Bobienſe territorium ſeu Sarſinas, 9. c. A. 37. c. 38. a. 120. c.
de Boccacis Jous de Foro-popilio, 33. a.
Boccalecca Leonardus, 198. a. c.
de Boccis Piſarum Johannes prior Camald. V. *Johannes*.
Bojani vel Bujani communitas, 382. b.
Boldù Ventura mon. S. Mathiæ de Muriano, 320. b. 369. a. A. 438. 544. b.
Bollandiſtæ agiographi Antverpienſes, 122. c. 141. c. 195. b. 290. c. 355. a. 360. b. 387. b. 401. V. *Henſchenius*, *Janningius*, *Papebrochius*.
Bollanus Marcus abb. S. Georgii-majoris Venetiarum, 174. c.
Bolſemuli monaſt. S. Mariæ diœceſis Civitatis-caſtelli, 146. b.
B. Bona virgo Piſana, 96. b. 101. b.
Bonaguida præpoſitus Arretinus, 20. c.
Bonaccurſius de Benedictis Lucenſis erigit monaſterium S. Johannis in inſula Judaica Venetiarum, & obit, 368. a. 372. b.
Bonaccurſius Petrus judex Arretinus, 10. c. inde poteſtas Socii, 23. c.
Bonarcanti monaſt. S. Mariæ in Sardinia, 294. b. 347. b.
Bondi Benvenutus rector S. Luciæ Cinguli, 128. c. A. 229. 230.
Bonellus Michael card. 9. b.
de Boſſetto eccl. S. Stephani, 8. a. A. 33. b.
Bontraverſius prior S. Benedicti-novelli de Patavio, 231. c.
S. Bonaventura card. & ep. Albanenſis, 127. c.
Bonaventura de Fano prior generalis, 192. b. ex abbate S. Helenæ ad Æſinum, 296. b. 300. a. 301. a. ejus acta, 302. b. litem habet cum eremitis, 311. c. 322. 325. A. 413. c. edit librum quintum Conſtitutionum de Moribus, 337. a. b. 339. c. 341. b. 342. b. erat nepos Guidonis ex abb. Vangaticienſi epiſcopi Concordienſis, 345. b. 347. a. 350. c. 356. b. 359. c. ab impiis armis impetitur, cum oraret in eccleſia S. Johannis Forolivii, 365. c. 374. crimina ſibi impacta diluit, 390. b. 393. c. a. a capitulo generali Faventino innocens declaratur, 394. a. obit, 397. b.
Bonaventura abb. S. Vincentii ad Petram-pertuſam, 166. b.
Bonavertius Michael-angelus mon. Olivetanus, 307. c.
de Bonifacio hoſpitale Florentia, 275. c.
Bonifacius VIII. 154. b. ejus literæ pro monaſterio Prataliæ, 215. a. pro monaſt. Carcerum, 215. a. A. 303. unit epiſcopatui Urbevetano monaſterium S. Mariæ in Silva, 223. a. A. 321. 323. unit eremo Camald. plebem Balneenſem, 228. b. A. 327. c. 329. eligit Jacobum in priorem Fontis-avellanæ, 233. a. A. 336. c. ejus literæ contra moleſtantes bona Camaldulenſium, 232. a. A. 329. confirmat privilegium Innocentii IV. pro monaſt. S. Gregorii de Urbe, 232. a. A. 342. ejus literæ contra invaſores monaſterii de Aqua-pagana, 232. b. A. 346. b. ſubmittit Sedi apoſtolicæ monaſterium Avellanæ, 247. b. A. 359. ejus literæ pro bonis monaſterii Pratalienſis, 215. A. 300. c. eximit a jure epiſcopali monaſterium Agnani, 225. a. appellationes canonicis Carcerum prohibet, 215. b. A. 303. ejus lex circa girovagos eremitas, 236. c. 242. b. 246. c. definit litem monaſterii Avellanenſis cum epiſcopo Eugubino quoad eccleſias, 247. a. concedit Camaldulenſibus indulgentiam viſitantibus altaria ſuarum eccleſiarum, 247. c. 256. b. obit 259. b. 267. c. 403. c.
Bonifacius de Lavania archiep. Ravennæ, 131. b. 139. b. 141. a. 146. a. 165. b. 182. a. 189. c. 190. c. obit, 202. b. 293. c.
Bonifacius ep. Boſnenſis ex ord. S. Auguſtini, 182. a.
Bonifacius ep. Corlarienſis, 355. a. A. 512. c.
Bonifacius ep. Parentinus, 216. a. c. 247. a. c. 261. c. A. 302. a. 304. c. 388.
Bonifacius numquam fuit prior Camald. 118. a.
Bonifacius abb. Cantiniani, 400. c. inde Uranenſis, 403. c.
Bonifacius prior Vivenſis, 19. b. 20. a.
Bonifacius de Gherardeſca comes Donoratici, 264. b.
Bonifacius Johannes hiſtoricus Tarviſinus, 93. b.
Bon-johannes prior Montis-crucum, 56. b.
Bonizo abb. S. Severi diœc. Urbevetanæ, 44.
Bonolus Hieronymus O. M. 338. b.
Bononienſe territorium, & commune, 297. a. 347. c. A. 50. c. 109. c. monaſteria & eccleſiæ, V. *de Accariſiis*, *S. Annæ*, *S. Bartholomæi*, *S. Chriſtinæ*, *S. Clementis*, *S. Columbani*, *S. Damiani*, *Domus-Dei*, *S. Felicis*, *S. Gervaſii*, *S. Nicolai*, *S. Proculi*, *S. Sigiſmundi*, *Lebrozeti*, *Medicinæ*, *Ravonis*.
Bononienſes epiſcopi, V. *Arnaldus*, *Gregorius*, *Johannes*, *de Labro*, *Octavianus*, *Schiatta*.
Bontraverſius prior S. Benedicti-novelli de Patavio, 231. c.
B. Bonus ex priore S. Vigilii Senarum prior Camaldulenſis, 121. c. vocatur ad concilium Lugdunenſe, 127. a. ejus obitus, 127. c. 186. c. 187. a.
Bonus abb. S. Floræ Arretii, 109. b. 129. a.
Bonus abb. Burgenſis, 23. c.
Bonus abb. S. Petri in Campo, 65. b. 120. b.
Bonus abb. S. Januarii de Campo-leone, 20. b. 45. a. 78. c.
Bonus abb. S. Savini Piſarum, 323. c.
Bonus abb. Savinianenſis, 164. a. inde Uranenſis, 164. b. 177. a. 255. b. 279. b. 282. a.
Bonus prior Vivenſis, 19. b.
Bonus Franciſcus poteſtas Vallis, 373. a.
Borſeda vallis Pollicinii, 177. c.
de Borſellis, V. *S. Margaritæ*.
Borghinius Vincentius mon. Caſinenſis, 153. a.
Borgia Valentinus, 9. a.
Boſanenſis ep. Bonus, 268. c.
Boſnenſis ep. Bonifacius, 182. a.
Boſo miles Eugubinus, 317. b.
Boſus ep. Arretinus, 309. a. 371. c. 374. a. 402. b.
Boſſetti eccl. S. Stephani, 8. a. 313. b. A. 33. b.
Botrontinenſis ep. Nicolaus, 291. b.

Botta Germanus abb. Camaldulenſis, 47. b. 127. c. 130. a. 188. c. 208. c. 308. b.
Bottarius Johannes Florentinus præſul, 91. b. 131. b. 166. a.
de Bovaria monaſt. S. Petri abbas Rogerius, 216. a. 353. c.
Bovettinus JC. Patavinus, 139. a. archidiac. 161. b.
Bovilliani eccleſia in Burgo S. Sepulcri, 108. b. monaſt. S. Mariæ, 136. c.
Brachius Gerardi poteſtas Socii, 21. c.
Braimanus abb. Vergareti, 7. a. inde S. Hippolyti Faventiæ, mox Burgenſis, 67. b. 77. a. 91. a. 108. c. 130. c. 139. a. 150. b. A. 156. c. 216. c. 221. c.
Brancaleo Riccus frater Alberti ep. Tarviſini, 94. a.
Brancha caſtrum, 69. c.
de la Branca Mannus Eugubinus poteſtas Tarviſii, 295. b.
Breviferarius ordinis, 323. a.
de Briccole eccl. S. Peregrini, 196. b.
Brittonorii ep. Julianus, 309. c.
Brittonorii monaſterium, V. *Urani*.
Brittonorii eccl. S. Trinitatis, 151. b. S. Antonii, 164. b.
Brixianus abb. Sanæ-vallis, 300. c.
Brochius Joſeph M. Florentinus, 47. b. 194. a. 195. a. b. 316. b.
de Broilo monaſterii prior Rainerius, 160. b.
in Broilo Venetiarum prior Emmanuel, 262. b.
Bronzerius Hieronymus, 130. c. 356. a.
Bronatius Johannes, 29. c. 45. b. 51. b. 60. a. 80. c. 152. b. 197. b. 343. c.
Brunduli abbas Paulus, 334. a. A. 191. a. b. Valentinus, 51. b.
de Bruneleſchis Bettus Florentinus poteſtas Patavii, alias Brunettus, 219. c. 220. c.
de Bruſa-molinis Guido Balneo-caballenſis, A. 521. 526. b.
de Buccaquatuor eccl. S. Mariæ, 9. c.
Buccellinus Gabriel mon. Germanus, 188. c. 194. c. 195. a. 210. c. 233. c. 290. c. 329. c.
Bujani plebs S. Mariæ, A. 49. a. 107. b.
Buianum caſtrum, 218. b.
Buldronis monaſt. S. Johannis-evangeliſtæ prope Florentiam, ejus prioriſſa Lucia, 4. b. prior Vincentius, 145. a. 172. b. 250. b. huic monaſterio olim ſubjectum alterum de Querceto, 275. a. 365. b. 389. a. A. 49. c. 108. a.
Bulgarellus præpoſitus Senenſis, 4. c.
Bulgarellus Guiducci de Collina, 298. b.
Bulgarinus de Bulgarinis, 151. b.
Bulſemuli monaſterium S. Mariæ territorii Peruſini, 146. b. 255. a. 312. c. 394. a.
Burallius Jacobus, 374.
Burgi S. Sepulcri monaſt. S. Johannis-evangeliſtæ. Oppidani Burgenſes inobedientes abbati ab Innocentio IV. compeſcuntur, 4. a. Alexander IV. concedit privilegium & confirmat monaſterio exemptionem, 46. b. monaſterii eccleſia, interdum appellata & S. Ægidii, & S. Sepulcri, reconciliatur a Nicolao ep. Civitatis-caſtelli, 74. a. 78. a. pacta Burgenſium cum Arretinis, 108. a. eccleſia Bovilliani eidem monaſterio ſubjecta, 108. a. 139. c. 163. a. c. ordinamenta Zenonis abbatis, 165. c. abbas vicarius Neapoleonis card. Legati, 259. a. Uguccio de Fajola Burgum in feudum recipit, 310. c. depopulatur Burgum Robertus de Petramala, 340. a. 381. c. A. 8. c. 40. b. 107. c. 377. b. abbates, V. *Angelus*, *Bindus*, *Bonus*, *Braimanus*, *Homodeus*, *Franciſcus*, *Johannes*, *Matthæus*, *Petrus*, *Zeno*.
Burgi S. Sepulcri eccleſiæ & monaſteria, V. *Bovilliani*, *S. Catharinæ*, *Cerreti*, *S. Chriſtophori*, *S. Margaritæ*, *S. Nicolai*, *B. Santuccie*, *S. Sperandei*.
Burgognonus abbas S. Petri in Campo, 4. c.
Burlamacchius Fridericus S. J. 107. b.
de Buſcione vel in Silva monaſt. V. *in Silva*.
de Butojo vallis, A. 343. c.
de Butrio territ. Bononienſis monaſt. monialium Camald. 172. a.

C

Cabaccius Cinthius, 147. b.
Caccia archidiac. Florentinus & prior S. Petri in Scheradio, 6. c.
Caſcianum caſtrum, 402. b.
de Cajeta prior SS. Joh. & Pauli, 247. a.
Cajetani Johannes Urſinus, V. *Johannes*, & *Urſinus*.
Cajetanus Franciſcus card. S. M. in Coſmedin, 254. c. protector Camaldulenſium, 282. a. 303. c.
Cajetanus Conſtantinus abb. Caſinenſis, 346. b.
S. Cæciliæ Piſarum eccl. 261. a. A. 379.
S. Cæciliæ eccl. de Corvaria, 181. b. de Decimo, 226. b.
Cæſenæ territorium, 9. c. 45. c. 366. b. A. 50. c. 109. a. 120. b. eccleſiæ, V. *S. Laurentii*, *S. Claræ*, *Domus-Dei*, *S. Mariæ*, *S. Petri*, *S. Zenonis*.
Cæſenæ epiſcopi, V. *Aymericus*, *Everardus*, *Franciſcus*, *Honerardus*, *Johannes*, *Leonardus*, *Michael*, *Natalis*.
Calabriæ dux Carolus, 388. a.
Calanicia caſtrum emptum ab abbate Trivienſi, 218. b. A. 318.
Calaritanus archiepiſcopus, 151. b. Hugo, 31. b. Ranutius, 241. a.
de Calbulis Nicoluccius, 272. b. 281. b. Calbulenſes ejecti e Foro-livio, 296. c.
de Calci eremus SS. Jacobi & Verani, 132. c. 133. a.
de Calcina Johannes JC. 252. b.
de Calcinaria plebanus Siſmundinus, 10. c. A. 45. a.
de Caldeopille vel de Ginezio monaſterium, 104. b.
Calices ſtannei prohibiti Camaldulenſibus, 337. b.
Calmenſis ep. Robertus, 216. A. 302. a. 305. c.
Calix-major locus Clodienſis diœceſis, A. 438. b.
Callevacenſis ep. Guilhelmus, 173. b.
Callium civitas, 1. c. poſtea dicta Civitas S. Angeli papalis, 182. 183. 246. c. 247. a. A. 11. c. Callienſes componunt ſe cum Eugubinis, 69. b. epiſcopi, V. *Guilhelmus*, *Jacobus*, *Petrus*.
Calognani eccl. S. Martini, A. 430. c.
de Calvario eccl. S. Mariæ Caſtri-cari, 268. c.
Camaldulenſes exempti a decimis, 2. c. A. 23. c. non impediendi a prædicationibus, 2. a. A. 22. exempti a ſolvendis procurationibus legatis, epiſcopis & eccleſiarum patronis, 2. c. A 25. habere poſſunt procuratorem generalem in curia Romana, 7. b. A. 30. c. liberi a proviſionibus, 9. c. A. 24. b. 36. 67. epiſcopi difficiles ſe non reddant in ordinationibus monachorum, 11. a. A. 47. a. amplum privilegium toti Camaldulenſium congregationi dilargitur Innocentius IV. 11. a. A. 47. c. eos eximit a collectis Alexander IV. & committit, ut eorum bona recuperentur, 23. b. &

alia

alia privilegia repetitis literis concedit, 24. b. &c. priores generales abſolvere poſſunt eos, qui ante ingreſſum in religionem manus violentas injecerunt, 24. c. Camaldulenſes abſque prælatorum licentia ab aliorum ordinum ſuperioribus recipi nequeunt, 24. c. a violentiis patronorum ſunt tuendi, 24. c. ampliſſimo privilegio Alexander IV. totam congregationem communit, 25. a. exempti penitus ſunt ab epiſcopis, 32. a. 34. c. eorum prior generalis omnem facultatem habet in prælatos & monaſteria, 35. b. compoſitionem facit Johannes III. prior cum Guillielmino ep. Aretino, 104. priorum generalium ſeries, 117. 123. b. lis pro decimis, 165. viſitantes altaria eorum eccleſiarum indulgentiam conſequuntur, 247. a. 251. c. erigere poſſunt novas eccleſias, A. 160. Camaldulenſes legati pro Senenſibus ad Henricum VII. 291. b. exempti a ſubjectione, 303. c. mittunt duos monachos ad ſynodum Arretinam, 305. a, exempti a decimis Terræ-ſanctæ, 321. a. eorum bona ſub protectione Florentinorum, 370. b. V. *Alexander* IV. *Bonifacius* VIII. *Clemens* IV. *Innocentius* IV. *Johannes* XXII. *Martinus* IV. *Nicolaus* IV. *Urbanus* IV.

Camaldulenſes priores generales, V. *Accurſius*, *Ambroſius*, *Angelus*, *Anſelmus*, *Azo*, *Bartholomæus*, *Benedictus*, *Bonaventura*, *Bonifacius*, *B. Bonus*, *David*, *Frigdianus*, *Gerardus* I. & II. *B. Jacobus* I. & II. *Johannes* II. *Guido* I. & II., *B. Mariottus*, *Maſſarius*, *Nicolaus*, *B. Rodulphus*.

Camalduli eremi fines tranſgredi nequeunt mulieres, 2. b. A. 22. c. in eremo omnes regulares recipi poſſunt, 2. c. eadem eremus reparatur, 27. c. veteres in ipſa uſus, 137. monaſterium eidem eremo proximum Fontis-boni, ſeu Camalduli-majoris comburitur, 132. a. ſtatuuntur confinia ſilvæ ac vetatur alienatio abietum, 168. Beati viri, qui in eremo floruere, 188. ſub dio olim ſepeliebantur eremitæ, & inſigne miraculum inde ſequutum, 189. 317. c. 394. a. veteres fines ditionis ſacræ eremi, 404. c.

Camaldulum Bononienſe, ſeu eremus S. Mariæ prope Bononiam, ad tempus alienatur ab ordine, 36. c. 40. a. 60. a. A. 50. c. 102.

Camaldulum-Florentinum, ſeu monaſt. S. Salvatoris de Florentia, 6. c. 57. c. 78. c. 252. c. 275. 324. c. 364. c. 394. a. A. 49. c. 108. a. 144. a. 220. c. 400. c. abbates, V. *Henricus*, *Jacobus*, *Johannes*, *Romualdus*, *Zeno*.

Camaldulum-Forolivienſe, ſeu monaſt. S. Mariæ de Caſale, 23. a. 38. b. 48. b. val de Vico-livienſi, 72. c. 77. b. 164. a. in ipſum translatæ moniales, 165. b. 216. c. 356. c. A. 50. c. 99. c. 109. 113. 155. c. 393. priores, V. *Jacobus*, *Johannes*.

Camaldulum-Veronenſe, vel S. Mariæ de Aveſa prope Veronam, 117. 160. c. 225. c. A. 51. a. 109. b.

Camarani eccl. S. Severi, A. 120. a.

Cambius Cambii civis Florentinus, 312. c.

Camborani eccl. S. Johannis, 345. a. A. 502.

Camerarius oppidi S. Miniatis Leonardus mon. Camald. 338. a.

Camerinenſis diœceſis, 241. A. 51. b. 109. c. epiſcopi, V. *Alterius* *Æmilius*, *Andreas*, *Berardus*, *Guido*, *Philippus*, *Rambotus*, *Raynaldus*.

de Camino domini, & comites Cenetenſes, V. *Biaquinus*, *Gabriel*, *Gerardus*, *Guecello*, *Ricciardus*, *Richardus*, *Tholbertus*.

Campeſe dictus habitator campi ſeu plateæ juxta monaſterium Porciliæ, 161. b.

Camoliani eccl. S. Petri, 370. c.

Campeſtrini monaſterium Bellunenſe, 326. c.

Campetrum caſtrum, 69. b. A. 162. b.

de Campora monaſt. alias S. Mariæ de Podio S. Sepulcri, 355. c.

de Campo-ſancti-petri Tiſo, 197. a. A. 286. c.

in Campo monaſt. S. Laurentii, 180. a. 216. a. A. 337. c.

in Campo monaſt. S. Petri, 4. c. 62. c. 65. b. 120. 146. c. translatum in caſtrum Radicofani, 164. b. 196. a. 263. b. 276. a. A. 6.

in Campo eccl. S. Mariæ, 229. c. A. 331. c.

Campi-gallani eccl. S. Petri, 29. c. A. 78. b.

Campi-leonis monaſt. S. Januarii, 20. b. 45. a. 78. c. 180. a. 308. c.

Campi-majoris monaſt. S. Petri, 22. b.

in Campo-Mariæ eccleſia, 7. c. A. 33. b.

Campi-regii monaſt. S. Bartholomæi abbas Franciſcus, 370. b. A. 543. b.

Campi-ſonaldi eccl. S. Benedicti & S. Johannis, 67. b. 108. a.

Campriani monaſt. SS. Martini & Ægidii, 370. c.

Candienſis ep. Ambroſius, 241. a.

de Canagli eccl. S. Mariæ, 234. c.

Canalis Nicolaus archiep. Ravennas, 389. b.

de Candiculis monaſt. S. Andreæ, 48. b. 374. a. 389. a. 400. c. A. 49. c. 108. a.

Cannenſis ep. Bernardus, 374. b.

de Canneto hoſpitale, 196. b.

Canneturi eccl. S. Euſtaſii, 400. c. A. 582.

Cannetus Petrus Cremonenſis abb. Camald. 39. b. 159. a.

in Cannicio eccl. S. Juſti, A. 86. c.

de Canonica eccl. S. Matthæi, 107. c.

Canonici regulares, V. *Carcerum*, *Portus*, *S. Proſperi*, *S. Marci*.

de Canoſſa Rolandinus poteſtas Paravil, 95. c.

Cantiniani monaſt. S. Salvatoris, 20. a. 26. c. 27. a. 48. a. 61. a. 134. c. 138. c. 386. c. A. 49. c. 108. a. abbates, V. *Andreas*, *Antonius*, *Benedictus*, *Bonifacius*, *Compagnus*, *Johannes*, *Matthæus*, *Reſtaurus*.

Cantus in uſu penes veteres Camaldulenſes, 14. b.

Capannole caſtrum, 402. b.

Capaſſius Gerardus ord. ſervorum S. Mariæ, 102. c.

Capitale caſtrum, 69. b. A. 162. b.

Capitulum particulare Camalduli quotannis celebrabatur a ſuffraganeis domus ſeu eremi Camaldulenſis, 14. b. 120. b. generale omni triennio, 14. b.

Capitulum generale Arretii habitum anno 1271. & ejus acta, 118. b. A. 216.

Capitulum generale anni 1332. in monaſt. Berardingæ, 347. a.

Capitulum generale Bononienſe anni 1299. 234. c. anni 1303. 254. c. anni 1311. 282. anni 1328. 337. anni 1333. 350. c.

Capitulum generale Burgenſe anni 1343. 381. c. anni 1430. *præf.* VII.

Capitulum generale Claſſenſe anni 1284. 164. a. anni 1321. 316. b.

Capitulum generale Cortonenſe anni 1307. 268. a.

Capitulum generale Faventinum anni 1337. 364. 294. a. anni 1347. 393. c.

Capitulum generale Florentinum anni 1280. b. 144. b. 150. c. anni 1286. 173. anni 1288. 177. a. anni 1298. 225. a. anni 1324. 325.

Ca-

Capitulum generale ſancti Zenonis Piſarum anni 1319. 265. c. 310.
Capitulum generale Poplenenſe anni 1308. 271. anni 1315. 296. a.
Capitulum generale habitum in caſtro Socii anno 1279. 150. b.
Capitulum generale Vangaticienſe anni 1317. 301.
Capitulum generale Volaterranum anni 1320. 313. a.
Capoccius Petrus card. S. Georgii, 4. b. c. 5. a. 10. 15. c. A. 5. a. 8. c.
Cappa vel cuculla a monachis Camald. adhibita, 235. a. extra monaſterium cappa, 15. a.
in Cap..pa eccl. S. Mariæ, 26. c. A. 77. b.
de Capraria comites Anſelmus & Guelfus, 153. a.
Capſæ argenteæ & eburneæ continentes reliquias Sanctorum, 265. c. 301. c. 302. b.
ad Caput-aquæ eremus SS. Gervaſii & Protaſii, 171. b.
de Carboneria monaſt. S. Jacobi, 347. c. A. 506. a.
Carcerum monaſt. S. Mariæ privilegio munitum ab Urbano IV. 66. a. 133. a. A. 153. donatione auctum ab Opizone marchione, 166. b. A. 274. c. Bonifacius VIII. prohibet canonicis appellationes ab eorum priore, 215. a. A. 303. confirmatur priori eccleſia S. Michaelis de Padua, 299. b. A. 422. literæ Benedicti XII. pro bonis male alienatis, 359. b. A. 531. c. aliæ de ipſo notitiæ, 166. b. 176. a. 265. c. 268. c. 269. c. 400. a. priores, V. *Agnellus vel Angelus*, *Jacobus*, *Johannes*, *Paulus*, *Savariſius*, *Theobaldus*.
de Carciano Salinguerra fil. Rogerii, 146. b.
de Cardona Raymundus, 331. c.
B. Carimerius erem. Camald. 188. c.
Cariſii monaſt. S. Caſſiani, 146. b. A. 251.
de Cariſio eccl. S. Bartholomæi, 253. b. A. 365. c.
Carpenella villa, A. 120. a.
de Carpigno comes Franciſcus, 259. c. Ugo, 7. a. 19. a. A. 3.
de Carraria domini Marſilius & Ubertinus, 94. a. 336. c. 343. a. 389. b. 390. b. Jacobus, 327. c. 406. A. 477. c. 478. c.
de Carraria monaſt. S. Stephani, 60. a. 294. b. 299. c. 343. a. A. 180. b. 182. b. 422. 478. a.
Carraria pipponiſca caſtrum, A. 252. c.
de Carturo monaſt. S. Pauli, A. 179. b. 183. c.
B. Carus eremita Camald. 186. b. 188. c.
de Carzaga eccl. rector Corbellus, 136. c.
Caſacerbule caſtrum, A. 343. b.
Caſæ-Dei monaſterium, 16. c.
Caſalichii comites Simon & Philippus, 405. c.
Caſalicli hoſpitale S. Mariæ, 91. a.
Caſalis monaſt. S. Mariæ V. *Camaldulum Foro-livienſe*.
Caſalis-fabri caſtellare in Latio, 162. A. 247.
de Caſalodis comitibus B. Martinus ep. Mantuæ, 22. b.
Caſameruli eccl. S. Pauli, A. 120. b. 159. a.
de Caſanovole eccl. S. Mariæ, A. 534. b.
Caſciani monaſt. S. Juſti, 41. c. 42. a.
Caſendi monachi, idem ac Caſæ-Dei, 16. c.
Caſertanus ep. Azo, V. *Azo*.
Caſſanæus Bartholomæus, 308. c.
Caſſaneuſis epiſcopus Paſchalis, V. *Paſchalis*.
S. Caſſiani monaſt. de Cariſio, A. 251.
S. Caſſiani eccl. de Caſtagneto, 196. b.
S. Caſſiani eccl. Faventiæ, A. 120. a.
S. Caſſiani eccl. Piſarum, 242. b.
de Caſtagnola monaſt. Æſinum S. Mariæ, 46. a. 69. c. 70. a. monaſt. S. Benedicti, 46. a. 179. b. A. 119. 124. 159. b.
Caſtellanus Salomonis ep. Tarviſinus, 295. b.
Caſtellanus prior Porciliæ, 68. a. 85. a. 95. c. 122. b. A. 177. c. &c.
Caſtelli comites Tarviſini, 93. c.
de Caſtellina monaſt. S. Pauli, 294. c.
Caſtellion alberti caſtrum, 402. b.
Caſtellionis-arretini monaſt. S. Andreæ, alias de Puteo, 33. c. 48. b. 185. a. A. 107. a. eccl. S. Stephani, 367. b.
Caſtellionis-Vallis-urciæ caſtrum, alias Latronum, datum Senenſibus a monachis de Vivo, 5. a. 66. a. eccl. S. Andreæ, 196. a. b. homines infeſti monaſterio Vivenſi, 366. c. eccl. S. Mariæ-magdalenæ, 196. b. 373. b. A. 4. c. 7. b. 536. &c. concordia cum monaſterio Vivenſi, 376. a.
in Caſtello monaſt. S. Mariæ abbas Benedictus, 261. b. Guido abb. 299. b.
de Caſtelluzza eccl. & villa, A. 343. b.
Caſtracane Caſtrucius, 360. c.
de Caſtro eccl. S. Petri, 196. b.
Caſtrum caſtellum, 292. c.
Caſtri-brittorum monaſt. S. Michaelis, 29. b. 48. b. 55. c. 61. a. 118. c. 119. c. occupatur ab equitibus Gaudentibus, 131. 150. a. 301. a. 310. b. datur adminiſtrandum Siuibaldo de Labro, 119. c. A. 50. c. 109. a. 217. c. 221. c. abbates, V. *Jeremias*, *Angelus*, *Rainerius de Beccadellis*.
Caſtri-cari eccleſiæ S. Nicolai, S. Mariæ &c. 268. b. c.
Caſtri-cari comes Glazeſius, 73. a. Franciſcus, 356. c.
Caſtri-Florentini plebanus Ranuccius, 226. b. A. 298. c. eccl. S. Blaſii, 212. a.
de Caſtro-novo Theobaldus poteſtas Patavii, 321. b.
Caſtrum-vetulum caſtrum, A. 343. b. alterum in Senenſi ditione, 367. b.
de Catanis, V. *Orlandus comes*.
Cataníenſis ep. Nicolaus, 372. a. 374. c.
Cateni D. Zenobius Florentinus abb. S. Michaelis in Burgo Piſarum, 102. c.
S. Catharinæ monaſt. Burgi S. Sepulcri, 150. b. 163. c. 398. a.
S. Catharinæ monaſt. Peruſii, 40. a. 190. c.
Cathedra marmorea abbatialis, 70. a.
Catinani eccl. S. Andreæ, A. 120. b.
Cattanei de Monte S. Sabini viri nobiles, 153. c. comites, 122. b.
Cavalcaconta comes Bagnacavalli, 193. c.
Cavazzanæ archipresb. Nicolaus mon. 356. a.
Cavazzolæ eccl. S. Gregorii diœc. Rhegienſis, 165. b.
de Cavedecolle hoſpitale, V. *Almerici*.
Cazzani eccleſia ſubjecta abbatiæ Claſſenſi, 128. a. 300. a.
Ceffini Franciſcus eques & JC. Piſanus, 96. a.
Cella caſtrum & eccleſiæ S. Bartholomæi, & S. Martini, 129. a. 253. a. 316. a. A. 231. b. c. 431. b. 517. c.
Cellerarii & camerarii monaſteriorum diſtinctum munus, *præf.* ix.
Cellæ inter ambas Paras monaſt. S. Johannis, vulgo S. Alberici, 29. a. 229. a. 266. a. 367. b. 370. c. 405. c. A. 329. b. 394. c. 534.
Callæ plures in urbe Faventia, 339. b.
Ceneteuſes epiſcopi, V. *Franciſcus*, *Manfredus*, *Perſavius*.
Ceraſoli eccl. S. Johannis, A. 444. b.
S. Cerbonii monaſt. diœceſis Lucanæ, 172.
Cereſioli vel Ceriſcioli eccl. S. Laurentii, 87. c. 180. a.
Cerreti monaſt. S. Petri, 20. b. 48. a. 67. c. 77. c. 89.

c. 89. a. 175. a. 234. 253. a. 278. a. A. 49. c. 108. b. 220. b.
Cerreti monaſterium S. Apollinaris ſubjectum monaſterio Burgenſi, 130. c. 351. a.
Cerreti eccl. S. Sentii, 323. A. 444. b.
de Cerro eccl. S. Mariæ ſubjecta abbatiæ Vallis-caſtri, 7. c. 273. A. 33. b. 403.
Certagroſſum caſtrum in Ravenniana, 270. c.
Certaldum oppidum Thuſciæ, 175. a. ejus comes Albertus Azolini, 278. a.
Certaltum oppidum in Umbria, 4. b. A. 9. a.
Cervienſis ep. Matthæus, 277. c. Ubaldus, 78. c.
Cervini comites Senenſes, A. 536. c.
Chalcedonenſis archiep. Jacobus, 241. b.
de Chiermontenſibus Johannes miles Florentinus, 275. b.
de Chio monaſt. S. Savini, 33. c. 34. a. 48. b. 77. a. unitur monaſterio S. Andreæ de Puteo Caſtellionis-Arretini, 144. b. 185. a. 253. a. A. 48. c. 107. a.
Chirothecę quales permiſſę Camaldulenſibus? 235. a.
Chriſma recipere monachi poſſunt a quocumque epiſcopo, 35. b.
S. Chryſogoni eccl. de Urbe, 340. b.
S. Chriſtinæ de Bononia monaſt. 40. b. 71. c. 78. a. 172. a. eccleſia conſecratur, 340. a. 365. b. 382. c. A. 50. c. 109. a. 476. abbatiſſæ, V. *Imilia*, *Maria*, *Rembergina*.
S. Chriſtinæ de Tarviſio monaſterium, 126. b. 213. c. ejus hoſpitale, 246. b. 292. a. 374. 383. a. b. A. 51. a. abbatiſſæ, V. *Beatrix*, *Gherardeſca*, *Ginevra*, *Lucia*, *Margarita*, *Mina*, *Soprana*, *Zacharia*.
S. Chriſtinæ de Foro-livio monaſterium, 77. c. 114. b. 190. b. 252. c. 365. b.
S. Chriſtinæ eccl. ad Clanas, 134. b. 166. c. 298. b. 313. a. 371. c. A. 241. c. 272. c. 430.
S. Chriſtophori eccl. de Biturali, 108. a.
S. Chriſtophori eccl. de Burgo S. Sepulcri, 163. a.
S. Chriſtophori eccl. de Crovole, 303. b.
S. Chriſtophori eccl. diœceſis Faventinæ, A. 120. b.
S. Chriſtophori de Florentia prior Uguccio, 249. c.
S. Chriſtophori eccl. de Fratelle, 218. b. 306. A. 427.
S. Chriſtophori eccl. de Maſſa, 150. c.
S. Chriſtophori ecc. de Modiona, V. *Modiona*.
S. Chriſtophori eccl. apud Montem-ſancti-Sabini, 298. b.
S. Chriſtophori eccl. de Scleia, 246. c.
S. Chriſtophori eccl. de Serra, 12. a. 29. a.
S. Chriſtophori eccl. Senarum, 51. a.
S. Chriſtophori eccl. Septem-fontis de Heremita, 7. c. A. 32. a.
S. Chriſtophori eccl. de Valle magna, 374. c.
Chriſtophorus abb. S. Laurentii de Cæſena, 291. c.
Ciaconius Alphonſus, 324. a.
Ciapettinus poteſtas Arretinorum, 221. b.
Ciminilia vaſa ad uſum ſacrorum, 13. b.
Cinguli eccl. S. Luciæ, V. *S. Luciæ*.
Cintoriæ monaſt. S. Stephani abbas Jacobus, 337. a. A. 50. a. 87. c. 108. b. V. *Compagnus*, *Matthæus*, *Noe*.
S. Ciriaci eccl. de Gaona, A. 120. b.
S. Ciriaci eccl. de Serra, 7. c. A. 33. a.
Ciſtercienſes monachi, 41. c. 42. b. 43. b. 46. a. 69. c. 81. c. 94. c. 119. c. 135. a. 155. b. 179. b. 181. b. 203. c. 227. 228. a. 245. 334. a. 373. c. A. 63. a. 119. c. 158. a. 261. b.
Civaballitanorum ep. Guillielmus, 263. b.
de Civita plebs S. Mariæ, 220. c. A. 331. c.
Civitatis-caſtelli B. Johannes eremita Camald. 188. c.
Civitatis-caſtelli urbs, 4. b. moniales Camaldulenſes, 176. a. A. 8. c. 49. 107. c. 120. c. epiſcopi, V. *Jacobus*, *Nicolaus*, *Petrus*, *Ugolinus*.
Civitatis-caſtelli eccl. S. Ægidii, 176. a. aliæ eccl. & monaſteria, V. *S. Blaſii*, *S. Benedicti*, *S. Eleutherii*, *S. Juliani*.
Civitatis-novæ epiſcopi, V. *Auguſtinus*, *Bartholomæus*, *Petrus*.
Civitatis-papalis ep. Theodoricus, V. *Theodericus*.
Civitella caſtrum territorii Arretini, 61. a. aliud ſubjectum abbatiæ Trivienſi, 260. c. A. 384. b.
Civitella caſtrum in Marchia ſubjectum abbatiæ Vallis-caſtri, 278. a. A. 407.
Civitellæ eccleſiæ S. Angeli & S. Johannis, 43. c.
Civitellæ Galeatenſis eccl. S. Mariæ, 299. a.
Civitellæ marchiones, 146. b. 394. a.
ad Clanas plebs S. Martini, 394. b.
ultra Clanas eccleſiæ, 87. c. 196. a. b. 313. a. V. *S. Chriſtinæ*.
Claræ-vallis de Caſtagnola monaſt. diœceſis Æſinæ, 70. a. 179. b. V. *de Caſtagnola*.
S. Claræ de Cæſena monaſterium, 212. a.
Claſſenſe monaſt. S. Apollinaris prope Ravennam non gravandum, niſi ſit in bullis ſpecialiter nominatum, 7. a. 9. c. A. 37. ditatum privilegio Innocentii IV. 14. a. A. 39. qui delegat Aymericum abbatem in cauſa monaſterii S. Romani Ferratiæ, 17. c. conceditur Minoritis eccleſia S. Fortunatæ de Tuderto ſubjecta monaſt. Claſſenſi, 22. a. ab Alexandro IV. confirmatur donatio archiepiſcopi Ravennatis Gualterii, 31. b. A. 91. reſtauratur baſilica ab Aymerico abbate adjuvante Alexandro IV. 35. c. perſecutiones & exilium monachi ſuſtinent, 36. b. eis donatur eccleſia S. Andreæ Arimini, 35. b. A. 94. & monaſterium S. Theoniſti de Longiano a Jacobo ep. Ariminenſi, 54. c. A. 137. c. Aymericus abbas eligitur epiſcopus Foro-popilienſis, 60. c. electio abbatis Benedicti, 70. a. 77. a. Gerardus monachus Claſſenſis eligitur prior generalis Camald. 128. a. 139. b. fundatur hoſpitale Miſericordiæ de Ravenna, ubi poſtea novum monaſterium Claſſenſe erectum fuit, 182. a. 191. c. A. 293. permutatio bonorum cum ſindicis caſtrorum Ravenniana, 212. c. 262. c. 273. b. A. 293. compoſitio cum canonicis Portuenſibus circa Candianum, & litus maris, 297. a. A. 416. alia monumenta, A. 37. c. 50. b. 108. c. concordia inter archiep. Raynaldum & Accurſium priorem Camald. pro monaſt. Claſſenſi, 279. c. reliquiæ, quæ in theſauro adſervabantur, 301. c. 351. c. vultus Jeſu-Chriſti magno cultu ibi colebatur, 357. b. 364. c. 366. b. 392. a. 405. c. abbates, V. *Apollinaris*, *Aymericus*, *Benedictus*, *Dionyſius*, *Friedianus*, *Gerardus*, *Gregorius*, *Guido*, *Guillielmus*, *Johannes*, *Matthæus*, *Michael*, *Rainerius*.
de Claſſe plebs diœceſis Arretinæ, 168. b. 370. c.
Clavus Crucis Dominicæ adſervatus in monaſt. Angelorum Florentiæ, 265. c.
de Clavi eccl. S. Paterniani, 26. c. A. 77. b.
Clemens IV. papa olim Guido ep. Sabinenſis concedit Camaldulenſibus liberam erectionem eccleſiarum, 69. a. A. 160. 228. c. confirmat Eugubinis aliquot caſtra, 69. c. 90. 118. b. 126. c. literæ in cauſa duplicis monaſterii S. Benedicti de Patavio, 68. c. A. 170. & monaſterii S. Gregorii de Urbe, 89. c. A. 197.
Clemens V. papa permittit Neapoleoni card.

lega-

legato, ut inducat in quodcumque Italiæ monaſterium tironem unum, 265. c. 260. c. 262. c. 263. c. 272. c. 291. b. obit, 296. b. 300. c. 382. a. 390. c.
Clemens VI. papa 381. c. 391. a. 392. b. 398. b. 403. c.
Clemens VII. papa 200. b.
S. Clementis Volaterrarum corpus, 194. c.
S. Clementis eccl. Arretii, 29. a. 104. b. 105. a. 106. b. 217. c. A. 293. c.
S. Clementis eccl. Bononiæ, 131. b.
S. Clementis eccl. de Genga, 7. c. A. 33. a.
S. Clementis Venetiarum prior Leonardus, 122. b.
de Clente monaſt. S. Andreæ, 179. b.
Clodienſis ep. Bartholomæus, 355. a.
Clodiæ monaſt. S. Johannis-baptiſtæ conſtruitur, 318. b. A. 437. ſubjectum alteri S. Mathiæ de Muriano, 318. A. 438. 447. 479. 521. 527. a.
Cluſina diœceſis, A. 50. a. 108. b. epiſcopi, 276. a. V. *Franciſcus*, *Henricus*, *Petrus*.
de Codeghellis Codega, 119. b.
Codices deſcribebantur a calligraphis monachis Angelorum de Florentia, 341. c. 342. a.
Cœleſtinus III. 323. b. c. 346. c. A. 444.
S. Cœleſtinus V. eligitur ſummus pontifex, 211. a. b. dimittit pontificatum, 215. a. ejus privilegium pro monaſt. Fontis-Avellanæ, 210. c. 233. b. A. 209. c.
Cœleſtinorum monachorum congregatio, 211. b.
de Colcello eccl. S. Petri, 26. c. 216. a.
Coletus Nicolaus, 159. a.
de Colle eccl. S. Mariæ diœceſis Senogallienſis, 26. c. 27. a. 201. b. 235. c. 248. c. A. 339. c. 356.
de Collibus eccl. S. Martini, 342. c. A. 499.
in Collina eccl. S. Laurentii, 26. c. A. 77. b.
Collis-alti S. Laurentii caſtrum territorii Fanenſis, A. 532. b.
Collis-alti comites Tarviſini Rambaldus, 19. c. 260. a. Anſediſius, 19. c. A. 54. a. Daria, 19. c. B. Juliana, 64. b. Maifredus, A. 54. a. Odoricus, 19. c. A. 53. c. Schinella, 19. c.
Collis-alti caſtri domus ord. Hieroſolymitani, 261. b.
Collis baſſani vel paſſani eccl. S. Laurentii diœc. Nucerinæ. 342. c. A. 499. b. c.
Collis-longi caſtrum, 44. b.
Collis-medii eccl. S. Martini, 7. c. A. 33. a.
Collis-paſſani eccl. S. Donati, 179. b. 400. b. A. 281. a.
Collis-puni eccl. S. Angeli, 8. a. A. 33. b.
Collis-rombuſti S. Juſti rector Johanninus clericus, A. 381. c.
Collorei eccl. SS. Nicolai & Paterniani ſubjecta monaſterio Cellæ, 367. c. A. 534.
de Collungo Simon civis Æſinas, A. 13. c. 14. c.
Coltani eccl. S. Quirici, 323. b. A. 444. b.
S. Columbani monaſt. Bononienſe, 347. c. A. 505. c.
de Columba monaſterium Ciſtercienſium, 81. c. 341. a.
de Columna Johannes rector generalis Marchiæ Anconitanæ, 183. Stephanus rector provinciæ Ravennatis, 189.
de Columna Jacobus card. 191.
de Columna Petrus card. protector Camald. 191. 301. b. Johannes card. protector alter, 381. c. 391. c.
Comaclenſis ep. Honoratus, 158. c. Michael, 110. c. 113. b. A. 113. a.
Comita judex Sardus benefactor Camaldulenſium, 137. b.
Commendata monaſteria, V. *Monaſteria*.
Commiſſi, V. *Converſi*.
Communio ſacramentalis apud Camaldulenſes quando fiebat? 13. a.
B. Compagnus prior S. Mariæ de Porcilia, 60. a. obit, & ejus corpus adhuc incorruptum colitur, 68. a. transfertur, 85. c.
Compagnus abb. Cintoriæ, 20. b. 48. a. inde Cantiniani, 71. c. 76. c. 78. b. 90. c.
Compagnus abb. Saxi-ferrati, 8. a.
Compagnus prior S. Pauli ad Hortum Piſarum, 18. c.
in Compedo plebs S. Petri, 54. c. A. 96. b.
Compſanus archiep. Adenulphus, 241. a.
in Computo archipresb. S. Petri, A. 96. b.
Concilium Viennenſe, 271. b. 274. c. Ravennas, 242. 273. b. 277. c. 279. b. Bononienſe, 274. c.
S. Concordii eccl. prope Piſas, 107. b.
Concordienſis diœceſis, A. 109. b. epiſcopi, 345. 346. a. V. *Guido*.
de Condoleſe eccleſia, 144. c. A. 49. a. 107. b.
Coneglani plebs S. Leonardi & aliæ eccleſiæ, 134. b. 246. a.
Confeſſio ſacramentalis ultra hebdomadam a monachis non protrahenda, 13. a.
de Conjunctulis S. Æmiliani abb. Uguccio, 248. c. A. 357. a. 358. a.
Conradus rex Romanorum, 29. b.
Conradus ep. Feſulanus, 276. c.
Conradus ep. Juſtinopolitanus, 72. b. A. 161. b.
Conradus abb. Morronæ, 264. b.
Conradus prior Balneenſis, 265. c.
Conſervatores judices a ſede apoſtolica delegati pro juribus monaſteriorum & epiſcopatuum conſervandis, 366. b.
Conſervatores judices Camaldulenſium electi, 37. a. 198. b. 311. b. A. 432.
Conſtitutiones veteres Camaldulenſes, 138. a. edentur in *Codice Camaldulenſi* ad calcem tomi VI. horum Annalium.
Conſtitutiones capituli Poplenæ anni 1308. 271.
Conſtitutiones monaſt. S. Mathiæ de Foro-livio, 283. c.
Contareni Marcus & Nicolaus Veneti, 157. a.
Contarenus Joh. Baptiſta O. P. 110. c.
Continentes fratres qui? 203. b. 204.
in Contra eccl. S. Mariæ, A. 51. b. 109. c.
in Contra eccl. S. Georgii, 38. c.
de Contrapado plebs, 32. c.
Controniani fundus in Sardinia, 65. a.
Converſa in eccleſiis ordinis militiæ Templi, 262. a. A. 389. a.
Converſæ & Converſi in monaſteriis monachorum, 14. c. 75. c. 96. b.
Converſi presb. ad curam monialium, 14. c. 35. b. 138. c.
Converſi presbyteri ad curam eccleſiarum & parochiarum, 87. c. 165. 204. b. 261. a. A. 381. a.
Converſi clerici non diverſabantur cum monachis, 14. c.
Converſi ſub ſpecialis magiſtri cura, 14. c.
Converſi ad ſuccurrendum, ſeu facti in morte, 134. a. A. 240.
Converſorum veſtes, 15. b. 126. b. 261. a. 235. a.
Converſus Nicolaus factus abbas S. Benedicti de Mojano, 87. b.
Converſus electus ad cauſas monaſteriorum in Marchia, 98. c.
de Corbaria Petrus, alias Nicolaus V. anti-papa, 337. b. 340. b.
Corborum-filiorum eccl. S. Mariæ, 7. c. A. 33. b.
Corcilii eccl. S. Petri, 374. c.
de Corezzo eccleſia, 10. a.

Corlarienſis ep. Bonifacius, 355. a. A. 512. c.
Corliani plebanus Cunfredus, 360. a. A. 529. a.
Cornelius Flaminius Senator Venetus, 64. b. 126. c. 150. c. 156. c. 157. b. 174. c. 219. b. 252. c. 262. a. 266. b.
Cornelius Marcus poteſtas Payſnatici in Hiſtria, 372. c.
Cometum caſtrum, 229. b.
Cornia caſtrum, 402. b.
Cornicularii monachi erant, qui in capitulis ſeu conventibus ſedebant ab utroque latere abbatis, 13. a.
Cornudæ arx, 94. a.
Coronenſis ep. Johannes, 389. c.
Corphyenſis ſeu Corcyrenſis ep. Salmanus, 372. a.
Corporis-Chriſti feſtum quando inceptum? 271. b.
Corria caſtrum, A. 120. c.
Corſicæ curtes juris S. Savini Piſarum, A. 444. b.
Corſignana villa, 367. b. A. 49. a. 107. b.
Corſolonis eccleſia, 165. b.
Cortona caſtrum, 104. b. eccl. S. Andreæ, 273. c. S. Baſilii, 104. b. S. Crucis, 104. b. V. *Fleri.*
Cortuſii hiſtorici Patavini, 300. c. 222. a.
de Corvaria monaſt. S. Cæciliæ, 181. b.
Coſtacciarium caſtrum, ſeu Collis-ſtacciarius, 21. a. 123. c. V. *B. Thomas de Coſtacciario.*
Cotroniani eccl. S. Pauli, A. 51. b. 109. c.
Credi Maria Margarita monialis Senenſis, 41. b.
Cremonenſes epiſcopi, V. *Emmanuel*, *Hugolinus*, *Pontius*.
S. Creſcentii de Eugubio plebanus Venciarellus, A. 368. c.
Creſcentius de Clavellis ex monacho Silveſtrino abb. S. Victoris de Cluſis, 272. c. 277. a. 306. a. 370. b. 372. c. A. 402. 409. 425. c. 428. 429. 547.
Creſcentius fil. Leonis Johannis beneficus in monaſt. S. Gregorii de Urbe, 120. c. 223. A. 133. 214.
Cretæ eccl. S. Marci, 174. c.
de Crivellis Philippus miniſter generalis Humiliatorum, 399. b.
de Crovole eccl. S. Chriſtophori, 303. b.
de Cruce monaſt. Cortonenſe, 104. b.
S. Crucis de Tripudio monaſt. prope Saxumferratum, V. *Saxo-ferrati*.
S. Crucis monaſt. de Subolis, 77. c.
S. Crucis eccl. de Monte-albodio, 7. c. A. 33. a.
S. Crucis eccl. de Pernaculo vel de Tanedolo, 7. c. A. 33. a.
S. Crucis eccl. de Raca, 43. c.
S. Crucis eccl. ſubjecta monaſterio Vallis-caſtri, 253. b. A. 365. c.
S. Crucis eccl. diœceſis Urbis-veteris, 35. a. 43. c. 44. a. b. 354. a. A. 50. b. 108. c.
S. Crucis aliæ eccleſiæ & monaſteria, V. *Fontis-avellanæ*, *Saxi-vivi*.
Crux antiqua in monaſterio Æſino S. Helenæ, 39. c. Crux ſtationalis reliquias Sanctorum continens, 301. c.
de Crypta eccl. S. Mariæ, 3. b. A. 28. a.
de Crypta vel Cryptis eccl. S. Angeli ſubjecta monaſt. Aquæ-paganæ, 224. b. c. 232. c. A. 323. c. 348. b.
de Cryptis eccl. S. Nicolai, 222. b. 315. b.
Cryptarum Maſſaccii B. Marthæus eremita Camald. 274. b. obiit, 313. a. V. *B. Johannes*.
Cunegundis uxor Azzonis-Alberti marchionis Eſtenſis, 356. a.
de Cunio eccl. S. Severi, A. 120. a.
de Cunio comes Petrus fil. Alberici, 335. a. 338. b. A. 474. c. Bernardinut, 297. a.
de Cuorle eccl. S. Nicolai, 193. a.
Cuppo Margaritus Venetus, 157. b.
Curiæ monaſteriorum erant loca, ubi hoſpites laici hoſpitabantur, 13. b.
de Curio eccl. S. Mariæ & caſtrum, 74. b.
Curtaroduli eccl. S. Petri, 294. a.
Curtis-luponis monaſt. S. Nicolai, 77. a. A. 48. c. 197. a.
Curtis-regiæ de Verona monaſt. S. Salvatoris, 160. c. 176. a.
Curtis-veteris de Fojano moniales Camald. 251. b.
S. Cypriani monaſt. de Muriano abbas Morandinus, 236. b. A. 345. Petrocinus, 369. a.
B. Cyprianus eremita Camald. 188. c.

D

DAlfinas generalis curiæ auditor, 65. a.
S. Damiani ordinis moniales, ſeu S. Franciſci, 25. b.
S. Damiani monaſt. Bononienſe, 61. a. 129. b. 150. a. 268. a. 273. c. 277. b. c. 296. b. 381. b. 382. c. A 50. c. 109. a. 393. c.
Damiani S. Petrus card. 317. a.
Dandulus Franciſcus dux Venetiarum, 373. a. Andreas, 383. a. 392. b.
Dandulus Franciſcus ep. Torcellanus, V. *Franciſcus*.
S. Danielis confeſſoris ſepulcrum in eccl. Patavina, A. 268. a.
S. Danielis Venetiarum prior Bonifacius, 330. c.
Dantes Aligherius poeta obiit, 316. c. in monaſt. Fontis-avellanæ ſecedit, & ſuum poema perficit *ibid.* 317. a. ejus vetus effigies, 317. c.
Daria comitiſſa Collis-alti, 19. c.
David de Dandinis ex mon. Ciſtercienſi ep. Suanenſis numquam fuit prior generalis Camald. 245.
David prior generalis Camald. ex monaſterio Septimi aſſumptus, 226. c. 227. 228. a. acta & ſtatuta ejuſdem, 234. b. c. 241. b. ſe abdicat a prioratu, & fit abbas S. Launomari Bleſenſis, 244. 276. c. 381. c.
de Dazis Antonius Arretinus abb. S. Frigdiani Piſarum, 325. c.
SS. Decentii & Germani monaſt. Piſaurenſe 172. c. 270. c. 340. e. A. 50. b. 108. c. 399. c.
Deciani monaſt. S. Mariæ 28. 78. a. 163. c. 168. c. 301. b. ſeries abbatum, 302. e. 381. c. A. 49. b. 107. c.
Decimani eccl. S. Salvatoris, diœceſis Anmamæ, 357. a. A. 522. c.
Decimæ a monachis non ſolvendæ, 35. b. A. 23. c. 52. b. 94. a. 274.
Decimi eccl. S. Cæciliæ, 226. b.
Defunctorum ſuffragia, 15. c. brevia traſmittebantur ad monaſteria, 323. a.
Delphinus Petrus ultimus prior Camaldulenſis perpetuus, *præf.* vi.
Denarius in duas partes diviſus erat, A. 390. b.
Deodatus archiep. Andrianopolitanus, 179. a.
Deodatus abb. S. Mariæ-majoris Florentiæ, 175. b.
Deodatus prior S. Savini in Chio, 48. b.
ſupra Derutam eccl. S. Donati, 269. c.
Deſignatus ep. Foro-popilienſis, 10. b.
Deumoides quondam Johannis fundator monaſterii S. Salvatoris Foro-livii, 33. b.
Deuticherii fratris cella, 339. b.
Diagorganenſis ep. Raymundus, 355. a. A. 512. c.
S. Dietali plebanus Hugolinus, 204. b.
de Diglanſi eccl. S. Mariæ, 107. c.
Dilecta abbatiſſa Luci, 6. c.

Dio-

Dionyſius abb. Claſſenſis, 322. b.
Diſcalceatorum monachorum congregatio, V. *Pulſanenſium*.
Diſcus erat patena ſeu palla cooperiens calicem, 13. c.
de Docto Schinella judex Patavinus, 269. c.
Doctores minores Sancti inter Latinos, 16. a.
S. Dominici Loricati mon. Avellanenſis corpus tranſlatum 254. b.
S. Dominicus Vernagallius mon. S. Michaelis Piſarum, ubi requieſcit ejus corpus, fundator hoſpitalis Trovatellorum, 288. a. 289. a. A. 82.
S. Dominici ordo, 18. a. 42. a. 44. a. 73. c. 87. a. 92. b. 110. b. c. 120. c. 121. a. 133. b. 141. c. 161. b. 169. b. 174. c. 196. c. 248. b. 253. c. 277. b. 287. a. c. 288. c. 289. 291. c. 295. b. 309. c. 316. b. 336. b. 337. a. 351. b. 374. b. 385. c. 390. c. A. 131. c. 157. a. 215. c. 222. c. 223. a. 243. c. 268. b. 372. a.
Dominicus abb. Adelmenſis, 52. b.
Dominicus abb. S. Benedicti de Mojano, A. 537. a.
de Domo eccl. S. Martini, 264. a.
Domus-Dei monaſt. Bononiæ, alias S. Nicolai, 305. b. 310. c. 347. c. A. 424. 505. c.
Domus-Dei de Cæſena præceptores, 300. a.
Domus-Dei de Patavio prior, 198. a. c.
S. Donati eccl. de Colle-paſſani, 179. b. 400. b. A. 281.
S. Donati eccl. ſupra Derutam, 269. c.
S. Donati eccl. de Marciano, 38. c. 298. a.
S. Donati eccl. de Mutiliana, 297. b. A. 414. c.
S. Donati eccl. de Peruſio, 11. b. 35. a. A. 108. c.
S. Donati monaſt. de Polpiano, 21. a. 234. b.
S. Donati eccl. de Strabatenzio, A. 457. c.
Donazani monaſterium, 150. b.
Donodeus de Malevotis ep. Senenſis, 371. c. 391. 394. c. 405. c.
Donoratici comes Bonifacius, 264. b. 398. b. V. *S. Guidi*.
Dorius Durantes, 291. a. 402. b.
Dovadulæ comes Rogerius, 292. a. 324. b. 327. 330. c. 342. c. Marcovaldus, 353. b. 381. b. 385. c. 394. b.
Drudo abbas Vultræ, 236. c.
Dulcinenſis ep. Thomas 355. a. A. 512. c. Gratianus, 372. a. 374. b.
SS. Dulciſſimi & Cariſſimi corpora, 194. c.
Duratius Marcellus card. ep. Faventiæ, A. 401.
Durbechi eccl. S. Mariæ 272. c. A. 401.
Durbechi eccl. S. Georgii, 352. a. A. 509. c.
Dux Johannes de Ravenna, 300. a.

E

EBredunenſis archiep. Henricus, 51. c. A. 132. a. Johannes, 292. c.
Eburneæ capſulæ reliquias Sanctorum continentes, 265. c. 302. b.
Eccellinus de Romano tyrannus Patavinus, 18. a. 25. c. A. 62. c.
Eccleſiæ & oratoria libere poſſunt erigi a Camaldulenſibus, 69. a. A. 160. 228. c.
Eccleſiæ non erigendæ in parochiis Camaldulenſium, 35. c.
Eccleſia SS. Angelorum Florentiæ clauſa mulieribus, pro quibus ſacellum externum erectum, 265. a.
Electiones prælatorum Camald. liberæ eſſe debent ab epiſcopis & a patronis, 24. b.
Eleemoſynæ a prælatis erogandæ, 15. b.
Elmi ſeu Adelmi monaſt. S. Mariæ, 52. b. 48. a. 88. c. 90. c. 134. c. 122. a. 151. b. 159. a. 212. a. A. 132. c. 226. 208. c.
Elenenſis ep. V. *Helenenſis*.
de Elſe eccl. S. Mariæ, 74. b.
S. Eleutherii monaſt. diœc. Civitatis-caſtelli, 108. c.
S. Eleutherii plebanus Guido, 189. c.
de S. Elpidio Quiricus & Rinaldutius, 357. b.
Emmanuel ep. Cremonenſis, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
Emmanuel prior S. Mariæ in Brolio Venetiarum, 262. a.
Emphyteuſes illegitimæ caſſandæ, A. 80. c.
de Empolis ſeu Empoli eccl. S. Angeli, 323. b. A. 36. a. 444.
Epiſcopi capellani cardinalium, *præf.* XVI.
Epiſcopi diutius *electi* nuncupati, 26. a. ita & abbates, 39. a.
Epiſcopi & generales ordinum vicarii priorum Camaldulenſium, *præf.* XI.
Epiſcopi ex debito non recipiendi ſunt in monaſteriis, 24. b. Camaldulenſium protectionem ſuſcipere debent, 24. c. A. 69. non denegent Camaldulenſibus adminiſtrationem ſacrorum ordinum, 24. c. A. 72. b.
Epiſcoporum vicarii ex monachis, V. *Monachi*.
S. Eraſmi de Monte-longo plebs, 223. b.
Erdenſis ep. Romanus, 217. a.
Erminius de Valentibus ep. Faventinus, 142. a.
de Eremita monaſt. S. Jacobi in Marchia alias de Mandriolis, 33. a. 213. b. 224. c. 305. b. A. 50. b. 84. c. 108. c.
de Eremita Septem-fontis eccl. S. Chriſtophori, 7. c. A. 32. c.
Eremus-nova de Fajolo, 7. a. 48. b. 73. a. 78. b. 131. c. 149. c. 222. a. 342. c. A. 50. c. 109. a.
de Eſte eccl. S. Petri erigitur in monaſterium monialium Camald. 197. inde Nigrarum, 310. a. 366. b. A. 288.
de Eſte eccl. S. Firmi, 176. a. 197. b. A. 289. c.
de Eſte marchiones, 199. a. b. 351. c. V. *Azo*, *Franciſchinus*, *Matthæus*, *Nicolaus*, *Opizo*, *Raynaldus*.
Evangeliarium tabulis argenteis cooperiebatur, 301. c.
Evangeliſta abbatiſſa S. Mamiliani Senarum, 40. c.
Everardus ep. Cæſenas 110. c. A. 213. b.
S. Eufraſiæ, V. S. *Euſtaſiæ*.
S. Eugeniæ monaſt. de Samanar in Sardinia, A. 51. b. 109. c.
S. Eugeniæ monaſt. Senenſe, 22. c. A. 64.
Eugenius III. 4. a. A. 48. a.
Eugubini epiſcopi, V. *Benvenutus*, *Franciſcus*, *Gabriel*, *Jacobus*, *Johannes*, *Sperellus Alexander*, *Vilanus*.
Eugubium civitas Marchiæ, 4. b. A. 9. a. lis cum monaſt. Avellanenſi, A. 162.
Eugubii S. Petri abb. 311. b. A. 436. S. Benedicti, 329. c. aliæ eccleſiæ, V. S. *Creſcentii*.
S. Euphemiæ de Villanova abb. Jordanus, 52. a. A. 131. c.
S. Euphemiæ de Rubino eccl. 261. c.
B. Euſebius Strigonienſis obit, 116. c.
S. Euſtachii monaſt. diœceſis Camerinenſis, 344.
S. Euſtachii vel Euſtaſii de Imola monaſt. duplex, 25. a. 78. c. 129. b. A. 50. c. 109. a. ibi erat quædam ſchola, 320. c. titulus ei erat & S. Catharinæ 320. c.
S. Euſtaſii de Cannetulo eccl. ſubjecta monaſt. S. Benedicti de Biſurco, 400. c. A. 582.
S. Euſtaſiæ vel Eufraſiæ eccl. ſubjecta monaſt. S. Savini Piſarum, 323. b. A. 444. a.
S. Eutacleril cella Faventiæ, 339. b. V. *Deuticherii*.

Excom-

Excommunicationes latæ a priore Camald. obſervandæ ab epiſcopis, 3. a.
Excommunicationes ferre nequeunt ep. in Camaldulenſes & in eorumdem familiares, 35. c.
ab Excommunicatione abſolvere poſſunt ingredientes ordinem priores generales, A. 70. b.

F

FAbrianum urbs Marchiæ, quacum init pacta monaſterium Vallis-caſtri, 5.c.6.119.208. b. 278. a. A. 1. recipit ab eodem monaſterio quartam partem caſtri Civitellæ & caſtrum Anticulæ, 278. a. A. 407.
Fabriani eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Antonii*, *S. Blaſii*, *S. Nicolai*, *S. Venantii*, *S. Laurentii*.
de Fabriano eccl. S. Mariæ diœceſis Florentinæ, 23. a. A. 65. b.
Fajeta caſtrum, 3. b.
de Fajola eremus, V. *Eremus-nova*.
de Fajola dominus Rainerius, 229. b. A. 334. 335. ejus filius Fridericus fit monachus in abbatia Trivienſi, A. 395. c. evadit abbas, 269. b. 390. c. A. 427. c. 431. c. 454. c. V. *Fondazza*, *Fridericus abbas*, *Nerius*, *Paulotius*, *Ribaldus*, *Uguccio*.
Falaritanus ep. Nicolaus, 44. b.
de Falcino eccl. S. Mariæ, 74. b.
Faletro Marinus prætor Tarviſii, 392. b.
Famauguſtenſis ep. Gregorius, 389. b.
Fani territorium, 270. b. A. 532. epiſcopi, V. *Arduinus*, *Franciſcus*, *Johannes*, *Morandus*.
Farneti eccl. S. Stephani, 269. c.
Fatalbecchium caſtrum, 67. c. 77. c. 168. b.
Fatius de Ravenna abb. S. Juſti Volaterrarum, 335. b. 337. a. 358. b. inde abb. Berardingorum, 364. c. 367. b. 381. b. 389. a.
Faventiæ eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Ægidii*, *S. Antonini*, *S. Blaſii*, *S. Caſſiani*, *Cellæ*, *S. Chriſtophori*, *S. Georgii*, *S. Hippolytis*, *S. Jo. Baptiſtæ*, *S. Mariæ*, *S. Martini*, *S. Perpetuæ*, *S. Proſperi*, *S. Trinitatis*.
Faventinum territorium, & urbs. 292. c. 353. a. A. 50. c. 108. a. 109. a. 120. a. 145. 147. epiſcop. V. *Duratius Marcellus*, *Ermenius*, *Fridericus*, *Gualterius*, *Hildebrandus*, *Hugolinus*, *Jacobus*, *Lotharius*, *Mattheus*, *Monteventius*, *Silveſter de la Caſa*, *Theodericus*, *Ugolinus*.
de Faventia monaſt. S. Joannis prope Florentiam, 250. c.
S. Fauſtini eccl. diœceſis Peruſinæ, 359. a. A. 515. b.
S. Feliciani eccl. de lacu Peruſino, 359. a.
S. Felicis de Amanis monaſt. V. *de Amanis*.
S. Felicis de Vicetia abb. Guido, 52. a. A. 131. c.
S. Felicis de Bononia abbas conſervator privilegiorum Camaldulenſium, 37. a. 129. a. 197. c. Ægidius abb. 130. b. 152. b. Pax abb. 181. b. 198. a. 204. c. A. 115. c. 257. Silveſter abb. 177. b.
S. Felicis in Platea Florentiæ prior Anſelmus, 225. b. Albertus, 226. b. 401. a.
S. Felicis eccl. diœceſis Urbis-veteris, 35. a. 44. a. A. 50. b. 108. c.
S. Feliciſſimi ecc. diœceſis Nucerinæ, 7. c. A. 33. b. ejus reliquiæ, 269. a.
S. Felicitatis eccl. de Fregina, 38. c.
Felix abb. S. Michaelis de Muriano, 288. b.
Felix idem abb. Uranenſis, 316. a. 292. c. 296. c. 316. a. A. 414. b.
Fellonicæ, V. *Montis-Fellonici*.
Feltrenſes epiſcopi V. *Bellunenſes*.
Feretrana ſeu Montis-feretri diœceſis, 260. a. A. 108. c. 397. epiſcopus adminiſtrator abbatiæ Galeatenſis, 72. b. V. *Ubertus*.
Fermellini eccl. S. Mariæ, 254. a. A. 364.
Ferracciani monaſt. S. Paterniani 50. c. 78. a. 107. c. 184. b. 191. c. 221. c. A. 50. c. 109. a.
Ferrandus ſeu Ferdinandus ep. in Portugallia, 292. c.
Ferrariæ territorium, A. 60. 120. c. eccleſia S. Romani, 32. c. A. 93. a. epiſcopi, V. *Albertus*.
Ferrarius Philippus, 102. c.
Ferrutium caſtrum, 276. a. A. 405.
Feſulana, diœceſis. A. 49. b. 107. c. epiſcopi, V. *Antonius*, *Conradus*, *Ildeprandus*, *Mainettus*, *Philippus*, *Rainerius*, *Tedicius*.
Feſulanus archid. Bencivenne, 265. c.
Fibulæ pretioſæ in veſtimentis ſacris adhibitæ, 302. b.
Fileti monaſt. S. Benedicti, 78. c. 155. b. 241. c.
Filomarinus Marinus archid. Meſſanenſis, inde archiep. Capuanus, dictus etiam de Ebulo, 273. c.
Firmana eccleſia, 382. c. epiſcopus, V. *Albricus*.
S. Firmi eccl. de Eſte, 176. a. 197. b. A. 289. c.
Fiſtumbæ monaſterium duplex S. Mariæ dividitur, 29. b.
Flaccius Maria-angelus bibliothecarius Claſſenſis, 357. b.
Flaiani eccl. S. Georgii, A. 343. b.
Flavius a Caſtello-leone prior S. Mariæ Angelorum Florentiæ, 286. c.
Fleri monaſt. S. Ægidii prope Cortonam, 33. c. 61. a. eremus, 104. b. 107. c. 144. b.
Fliſcus Leonardus, 255. c. Percevallus comes Lavaniæ, 172. c. Jacobina, 178. a.
Floraſius ep. Sutrinus, 147. b. A. 255.
S. Floræ de Arretio abbates, 109. b. 129. a. 215. a. 243. a. A. 107. c.
S. Floræ de Monte eccl. 196. b.
S. Floræ de Noceto eccl. 196. b.
S. Floræ comites, 257. a. 390. c. Ugo, 162. b.
Floreni aurei, 269. b. 390. a.
Florentinæ eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Ægidii*, *S. Agathæ*, *de Angelis*, *de Annunciatis*, *S. Apolloniæ*, *S. Chriſtophori*, *S. Johannis de Faventia*, *S. Felicis*, *S. Luciæ*, *S. Mariæ*, *S. Mariæ-magdalenæ*, *S. Mariæ-novæ*, *de Mugnone*, *S. Pancratii*, *Roſani*, *S. Salvii*, *S. Trinitatis*.
Florentini epiſcopi V. *Antonius*, *Franciſcus*, *de Acciajuolis Angelus*.
Florentiæ peſtis graſſatur, 396. c. alluviones fluminis Arni, 395. b. 396. a.
Florius ep. Adrienſis, 51. c. 72. a. 113. b. A. 125. c.
Florus præpoſitus Foro-popilienſis, 60. c.
Flumanæ monaſterium, 20. c. 73. a.
Flumicelli eccl. S. Mariæ diœceſis Foro-popilienſis, A. 466.
Flumen caſtrum territorii Peruſini, 67. c.
de Focognano viri nobiles, 159. c.
Fojanum caſtrum, 140. b. moniales ibi incluſæ Camald. 251. b.
Fondazza de Fajola vir nobilis, 229. a. A. 334. c. 399. b.
Fontanæ de Ciardis hoſpitale S. Mariæ, 268. c.
de Fonte ſeu Fonto eccleſiæ S. Nicolai, S. Martini, S. Viti, V. *S. Nicolai*.
de Fontiano eccl. S. Petri, A. 50. a. 108. b.
Fontis-avellanæ monaſt. S. Crucis, cujus homines nequeunt aſſumi in cives Callienſes, 2. a. A. 11. c. ejus monachi vinculo caritatis juncti cum Camaldulenſibus, 15. c. lites cum epiſcopo Eugubino circa aliquot eccleſias, 22. a. con-

a. concedunt fratribus Minoritis eccleſiam S. Matthæi de Peruſio, 21. c. prohibentur ab ædificatione eccleſiæ prope monaſterium de Pelagio, 25. b. in eorum monaſterium ſecedit Guido ep. Camerinenſis, 59. c. componunt ſe monachi cum Eugubinis, 69. A. 162. Johannes de Fano ep. ex monacho Avellanenſi, 72. c. Rolandus monachus reformat monaſt. Saxi-ferrati, 130. a. 154. c. controverſia circa caſtrum Laureteſum, 209. conventio cum commune Roccæ-contratæ, 210. b. S. Cœleſtinus V. concedit privilegium, 210. c. an ex Avellanenſi congregatio Cœleſtinorum monachorum procedat? 211. a. a Bonifacio VIII. immediate ſubmittitur monaſterium Avellanenſe Sedi Apoſtolicæ, 247. b. A. 259. a B. Benedicto XI. eximitur ab exactionibus, 259. a. A. 378. Johannes XXII. eidem conſtituit judices Conſervatores privilegiorum, 311. b. A. 436. qui erigit monaſterium in abbatiam, 329. c. A. 455. vult, ut abbates a Sede apoſtolica benedictionis munus recipiant, 330. a. A. 456. c. eccleſiæ unitæ Fonti-avellanæ permutantur, a rectoribus, A. 515. monaſt. Campi-regii ſolvit cenſum, A. 543. b. dirimitur lis cum ep. Eugubino circa eccleſias, 246. c. 247. a. controverſia cum Sicardo Rinaldutio, 260. c. in hoc monaſterio moratus eſt Danthes, ut ſuum poema perficeret, 316. c. &c. in abbatiam monaſterium erigigitur, 329. abbates benedicendi a ſummo pontifice vel a legato a latere, 330. a. lis pro villa Montis-ficci, 340. c. 382. c. æſtimatio fructus ſeu redditus ejuſdem monaſterii, 389. c. priores. V. *B. Albertinus*, *Bartholus*, *Berardus*, *Jacobus*, *Matthæus*, *Moricus*, *Paulus*, *Salvus*, *Ubaldus*.

Fontis-boni monaſt. S. Donati, ſeu monaſt. Camalduli-majoris apud S. Eremum, V. *Camalduli*.

de Foreſta, V. *S. Luciæ*.

de Foreſto monaſt. S. Angeli Juncta abbas, 166. b.

Forma, 2. e. ligneum ſcabellum pro genuflexionibus, 13. b.

Formulæ in Dei, in Chriſti nomine, Dei gratia, Apoſtolicæ ſedis gratia uſurpatæ ab abbatibus, *præf.* XIII. XIV.

Formica Bartholomæus Bononienſis, 234. c.

Foro-cornelienſis ep. V. *Raimbaldus*, *Simbaldus*, *Thomas*, *Alidoſius Carolus*.

Foro-cornelienſes eccleſiæ, A. 75. c. 109. a. V. *S. Euſtachii*, *Pogioli*, *de Subolis*.

Foro-livienſe commune recipit monaſt. Inſulanum ſub ſua protectione, 107. c. init pacta cum abbatia S. Severi in Claſſe de Ravenna, 75. a. cives excommunicantur, 177. a. 297. a. c.

Foro-livienſes epiſcopi, V. *Albertus*, *Rodulphus*, *Thomas*, *Johannes*.

Foro-livii monaſt. & eccleſiæ, V. *S. Chriſtinæ*, *Camaldulum*, *S. Johannis*, *S. Mathiæ*, *S. Mercurialis*, *S. Salvatoris in Vico*.

Foro-popilii monaſt. S. Rophilli, 113. b.

Foro-popilii diœceſis, A. 50. c. 109. a. 120. b. 163. 466. epiſcopi, 345. b. V. *Ægidius*, *Aymericus*, *Deſignatus*, *Hugolinus*, *Johannes*, *Nicolaus*, *Ravaldinus*, *Rodulphus*, *Ubaldus*, *Ubertus*.

Foro-ſempronii ep. Jacobus, 179. a. Ildebrandus, 111. b. A. 213. c. Nicolaus, 209. c.

S. Fortunatæ de Sutrio mon. 147. b. A. 255. 343. b.

S. Fortunati de Tuderto monaſt. conceditur Minoritis, 21. c.

S. Fortunati eccl. ſubjecta monaſterio Saxi-ferrati, 8. a.

Fortunius Auguſtinus Florentinus hiſtoricus Camaldulenſis, 5. c. 46. b. 47. c. 54. a. 60. c. 88. b. 89. b. 92. a. 102. c. 117. c. 121. c. 123. a. 148. 153. b. 155. b. 162. c. 173. b. 176. c. 184. b. 187. a. 188. c. 192. a. 193. c. 264. c. 265. a. 267. c. 269. a. 271. c. 286. c. 291. a. 296. c. 302. c. 303. c. 311. b. 317. b. 335. b. 341. b. 357. c. 396. 397. a. 402. b.

Foſciani eccl. S. Pantaleonis diœceſis Lucenſis, 172. b.

Foſſati hoſpitale in Marchia, 376. c.

de Foſſis eccl. S. Andreæ, 55. b. 330. a.

Fractarum caſtrum Ravennianæ, vel Fracta, 212. b. 270. c. A. 532. b.

Fracta curtis, 140. b.

Frajapane Oddo de Gradellis, 121. b. A. 223. c. 224. a.

Franca abbatiſſa Luci, 6. c. A. 9. a.

Franca-villa villa, 229. a.

de Franceſis Muſſiatus vir nob. 276. c. 381. c.

Franciſca abb. S. Gervaſii Belluni, 76. a. 241. c.

Franciſca abb. Prati-veteris, 385. c.

Franciſchinus marchio Eſtenſis, 304. c. 274. b.

S. Franciſci ordinis fratres, 17. b. 18. a. 21. c. 25. b. 30. c. 92. b. S. Franciſcus jubet aſſumi cardinalem pro ejus ordinis protectore, 32. b. 115. b. 120. c. ei donatur mons Alverniæ ab Orlando comite, 122. b. 139. c. 169. b. 201. c. 213. 214. 218. c. 238. a. 243. a. 258. 272. c. 295. b. 297. c. 335. c. 337. a. 339. c. 360. c. 374. c. 394. c. 400. b. c. 403. c. A. 215. c. 257. a. 292. b. 316. b. 376. b. 385. a.

S. Franciſci de Gualdo monaſterium, 115. b.

Franciſcus ep. Abellinenſis, 217. a.

Franciſcus ep. Cæſenas ex O. P. 73. c.

Franciſcus ep. Cenetenſis, 261. b. 266. b.

Franciſcus ep. Cluſinus, 399. c. inde card. 400. a.

Franciſcus ep. Eugubinus, A. 368. c.

Franciſcus ex mon. Avvellanenſi abbas S. Laurentii in Campo, inde ep. Fanenſis, poſtea Senogallienſis, 180. a. 216. a. 233. b. 263. a. A. 302. a. 304. c.

Franciſcus ep. Florentinus, 249. c. 294. c. 327. a. 332. a. 342. b. 367. c. A. 349. c. 532. c. alter ex Monaldeſchis, 236. b.

Franciſcus ep. Leſinenſis, 372. c.

Franciſcus ep. Sarſinas, 367. c. A. 535. a.

Franciſcus ep. Senenſis, 42. b.

Franciſcus ep. Terracinenſis, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.

Franciſcus Dandulus ex mon. Camal. ep. Torcellanus, 293. a. alter Franciſcus Talcapetra ex abb. S. Nicolai de litore ep. Torcellanus, 293. a.

Franciſcus de Arculanis abb. S. Johannis de Acereta, A. 363. b.

Franciſcus abb. Burgi S. Sepulcri, 366. a. 372. c. 388. c. 393. c.

Franciſcus ex mon. Ciſtercienſi abbas S. Petri de Peruſio, 21. b.

Franciſcus abb. Prataliæ, 297. c. ex comitibus Guidis, 298. a. 322. b. 397. c.

Franciſcus abb. S. Savini Piſarum, 382. b. 393. c. 398. b.

Franciſcus abb. S. Zenonis Piſarum, 337. c.

Franciſcus del Fede mon. a confeſſionibus B. Silveſtri, 349. a.

de Fratelle caſtri eccl. S. Chriſtophori, 218. b. 306. b. A. 427.

Fraxinetæ caſtrum, 38. c. eccl. S. Ægidii, 34. b. 62.

b. 62. c. 104. e. 133. a. 165. b. A. 274. a.
Freginæ eccl. S. Felicitatis, 38. c. 359. a.
de Freſcobaldis Lambertuccius de Florentia poteſtas Paduæ, 199. c.
Fridericus Vicecomes arch. Piſanus, 30. 6.
Fridericus II. imp. 1. b. 4. b. 9. c. 29. b.
Fridericus Manfredus ep. Faventinus, 142. a.
Fridericus ep. Recanatenſis, 273. a. A. 403. inde Maceratenſis, 356. c. A. 523. b.
Fridericus ep. Senogallienſis, 177. a.
Fridericus comes de Balneo-caballo, 193. c.
Fridericus frater celebris Uguccionis de Fajula fit monachus Trivienſis, 264. a. inde abbas, 269. b. 306. b. 316. b. obit, 333. b. A. 395. c.
S. Frigdiani monaſt. Piſarum, 10. c. ejus hoſpitale, 46. b. 48. a. 54. b. 65. b. 76. c. 98. c. 99. a. 100. a. ibi Paulus monachus vir illuſtris, 168. c. 292. c. 325. c. 333. c. 391. b. 398. b. A, 50. a. 108. b.
Frigdianus prior Camald. ex abbate Claſſenſi, 145. b. 146. b. 177. a. 179. b. c. fit prior Camald. 190. 196. a. 201. conventio ejuſdem cum Guittone equite Arretino pro ædificando monaſt. SS. Angelorum Florentiæ, 202. b. 211. b. 212. c. 215. b. 217. b. 219. a. 221. a. moritur, 221. c. 225. a. 226. b. 170. c. A. 295. b. 299.
Frigdianus abb. Berardingæ, 218. a.
Frigerius ep. Peruſinus, 1. c. 4. a.
Friſonariæ ecc. canonicalis Lucenſis, 27. a.
Fulginates epiſcopi, 223. V. *Radulphus*, *Bartholomæus*.
Fulliuæ vel Follinæ monaſterium in Sana valle, 19. c. 24. a. 134. a. ejus eccleſia reædificatur, 260. B. Benedictus XI. confirmat eidem privilegia, 260. A. 382. ei ſubjectum monaſt. Lovadinæ ſeu Hoſpitalis de Plavi, 266. b. 288. c. 326. c. 386. & eccl. S. Nicolai de Fontu, 24. a. 197. a. 383. a. 404. b. A. 62. c. 240. 283. 583. c. abbates, V. *Albertus*, *Anſelmus*, *Aymericus*, *Ayulfus*, *Brixianus*, *Galvanius*, *Gualterius*, *Lambertus*, *Lanfrancus*, *Leonardus*, *Hordius*, *Tarinus*, *Tuttobonus*.
Fumantes Prati-veteris, 394. b.
de Fumantibus Ugolinus, 316. b.
Fuſcarenianus codex hiſtoriæ Tarviſinæ, 82. b. 92. b.
de Fuſcariis Ægidius JC. Bononienſis, 182. c.
S. Fuſcæ eccl. de Adiliaco, 354. c.
Fuſtiniani caſtrum & eccleſia S. Mariæ, A. 343. e.

G

S. GAbriel, non S. Michael, olim in benedictione incenſi ad oblata invocabatur, 16. a.
Gabriel monachus Avellanenſis inde abb. Inſulæ-Manfredi, & epiſcopus Eugubinus, 404. b.
Gabriel monachus auctor epitaphii B. Peregrini, 187. c.
Gabriel de Camino vir nob. 20. a.
de Gabriellibus Cantheus Eugubinus vir nobilis, 260. e.
de Gabriellibus, V. *Ubaldus*.
de Gaitanis eremus S. Johannis prope Piſas, 107. b.
Galeatæ monaſterinm S. Hilari, cui plura caſtra reſtituuntur, 25. c. 58. c. 67. b. adminiſtratur ab epiſcopo Feretrano, 72. b. a terremotu quaſſatur, 140. 242. c. venditur ejus caſtrum S. Benedicti, 236. 269. a. A. 71. a. 149. c. 207. c. abbates, V. *Alexander*, *Bernardus*, *Guido*, *Jacobus*, *Maſſarius*, *Rainerius*, *Rodulphus*, *Ruſticus*, *Ubaldus*, *Ubertus*.
Galeatæ archipresb. Cambius, 133. a.
S. Galgani monaſt. Senenſe, 43. a. 373. c. A. 64. b.
Galganus ep. Alerienſis, 355. a. A. 512. c.
Galiardus ep. Arelatenſis, 292. b.
Galignani monaſterium, 391. c.
Galletus D. Petrus-aloyſius Romanus mon. Caſinenſis, 247. c. 355. c.
de Galura ducis filia Johanna relicta Richardi de Camino, 288. c.
Galluritani vel Gallurenſis regni dominus Bonifacius comes Donoratici, 264. b.
Galvanius abb. Sanæ-vallis de Fullina, 65. b.
Gamugni ſeu Gamonii S. Barnabæ prior Benignus, 232. a. 297. b. A. 414. c.
Gandulfus abb. Prataliæ diœceſis Patavinæ, 60. a.
de Gaona eccl. S. Ciriaci, A. 120. b.
Garzias ep. Feltrenſis & Bellunenſis, 355. A. 512. c.
S. Gaudentii de Arimino abbas Rainerius, 7. a. Johannes, 160. a. A. 262. c.
S. Gaudentii eccl. Montis S. Sabini, 67. c. 339. c.
S. Gaudentius & diſcipuli ejus monachi, 397. c.
de S. Gaudentio Petrus eremita Camald. ſcriptor, 246. b.
Gaudentes equites ſeu fratres S. Mariæ glorioſæ, 128. c. 203. c.
in Gaviſerre eccl. S. Ægidii, A. 49. c. 107. e.
Gazoli comes Rambertus, 327. a.
Gellum caſtrum ſubjectum eremo Camald. 293. c.
de S. Geminiano Clarus, 151. a.
Generalis prior Camaldulenſis titulus, quando incepit? *præf.* v.
S. Geneſii burgi hoſpitale, A. 49. c. 108. b.
Gengæ eccl. S. Clementis, 7. c. A. 37. a.
Gengæ eccl. S. Stephani, 26. c. A. 77. b.
Gentianus abb. S. Mariæ in Silva, 43. b.
Gentilis card. S. Martini, 300. c.
Gentilis ep. Aprutinus electus, 89. c. A. 199. a.
Gentilis archiep. Rheginus, 218. c. A. 309. c.
Gentilitius Gualterius rector ditionis Vangaticienſis, 177. c.
S. Georgii-majoris Venetiarum abbas conſervator Camaldulenſium, 311. b. A. 432. a. abbates, V. *Bollanus Marcus*, *Philippus*.
S. Georgii in Braida monaſt. Veronæ, 147. a.
S. Georgii diœceſis Trecenſis prior Raullus du Suſaria nuntius Apoſtolicus ord. S. Auguſtinii, 22. b.
S. Georgii de Apibus monaſt. Senenſe, 40. b. 77. c. 133. b. 163. b. 166. b. 172. c. 266. a. 336. b. 365. b. A. 51. a. 98. 109. b.
S. Georgii eccl. in Contra, 38. c.
S. Georgii eccl. prope Faventiam, 235. c. de Durbeco, 352. c. A. 509. c.
S. Georgii eccl. de Flajano, A. 343. b.
S. Georgii eccl. de Luco, 159. b.
S. Georgii eccl. in Marchia diœceſis Æſinæ, A. 50. b. 108. c.
S. Georgii caſtrum territorii Fanenſis, A. 532. b.
Georgius abb. monaſterii in Lovadiana, 266. b.
Gerardeſca, V. *Gherardeſca*.
B. Gerardus de Serra-comitum monachus S. Crucis de Tripudio Saxi-ferrati oritur, 147. c. ejus acta & miracula, 313. 314. cultus, 402. a.
Gerardus ep. Sabinenſis, 169. a. 233. a. A. 338. a.
Gerardus ep. Spoletanus, 223. c. 332. a. A. 451. b.
Gerardus ep. Bellunenſis, 58. a.
Gerardus I. ex mon. Claſſenſi prior Camaldulenſis, 41. a. eligitur, 128. a. ejus literæ ad Innocentium V. de incendio monaſterii Fontis-boni, 132. b. 134. b. 135. c. edit librum de

vita

vita eremitica Camaldulenſium, 137. & ſcribit conſtitutiones, 138. regeſtum ejus literarum, 138. c. 139. b. 143. b. 144. b. ejus literæ ad Bonifacium archiep. Ravennæ, 145. a. 149. 150. 151. 152. 153. ad Annam abb. S. Benedicti veteris de Patavio, 155. ad moniales Prodani, 157. c. ad Martinum IV. pro Honorato eremita Camald. electo ep. Comaclenſi, 158. c. 160. a. inſtituit priorem Camaldoli Foro-livienſis, 266. a. A. 393. approbat donationes factas monaſterio S. Martini de Opitergio, 120. A. 276. c. ejus literæ pro ſuccurrentibus eccleſias Camaldulenſes, 190. a. A. 283. aliæ de variis negotiis, 163. controverſia circa electionem abbatis ſancti Savini Piſarum, 166. c. alia ejuſdem acta, 168. 172. 177. intereſt translationi corporis B. Johannæ monialis Balneenſis, 173. b. 180. c. obit, 189. c. 190. 373. c.
Gerardus II. Foro-livienſis prior Camald. ex abbate S. Michaelis Piſarum, 244. c. 245. a. 252. b. ejus ſtatuta, 252. c. 254. c. 255. a. 263. c. obit, 267. b. ejus elogium, 267. c. 302. b.
Gerardus ex priore Vivenſi abbas S. Hippolyti de Faventia, 144. c. 146. c. 160. b. 164. c. 191. a. 197. a. 221. c. obit, 244. b. A. 268. c.
Gerardus abb. S. Mariæ foris portam Faventiæ, 192.
Gerardus abb. Morronæ, 133. c.
Gerardus abb. S. Jucundæ de Obacula, 65. b.
Gerardus prior S. Sophiæ de Patavio, 60. a.
Gerardus abb. S. Zenonis Piſarum, 244. c.
Gerardus eremita Camald. in inſula prope Venetias, 165. a. alter, 174. c.
Gerardus de Camino comes Cenetenſis & ejus teſtamentum, 94. a. 257. a. 288. c. A. 376.
SS. Gervaſii & Protaſii monaſt. monialium prope Bellunum erigitur, 75. c. ſigillum abbatiſſæ, 76. a. 147. a. Raimundus patriarcha Aquilejenſis confirmat parthenoni donationes epiſcoporum Bellunenſium, 224. c. eccleſia ditatur indulgentiis, 241. a. 326. c.
SS. Gervaſii & Protaſii monaſt. Bononienſe, 347. c. A. 505. c.
SS. Gervaſii & Protaſii eremus ad Caput-aquæ, 171. b.
Gervaſius card. S. Martini, 167. b.
B. Gherardeſca Piſana filia Gerardi oblata ſeu converſa Camald. ad S. Savinum Piſarum, 96. quo tempore floruit ? *ibidem*. ejus vita 97. induit habitum monaſticum, 98. monachi S. Savini in eam infenſiores, 100. b. dona ſupra naturam a Deo eidem conceſſa, 101. obit, 102. c. ipſius vetus effigies, 103.
Gherardeſca abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 300. c. 327. c.
de Gherardeſca, V. *Bonifacius comes Donoratici*.
Ghibellinorum factio, 354. a.
Ghiomiſcii caſtri eccl. S. Paterniani, 253. a. A. 365. c.
Giannini Ægidius, 260. c.
Gibertus Juſtus doctor legum Paduæ, 189. a.
Gilius vel Ægidius plebanus Opitergii, 58. a.
Ginevra abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 190. c.
de Ginezio ſeu de Caldeopille monaſt., 104. b.
Giona caſtrum, 298. a.
Girovagi eremitæ, 236. c.
Giſo ep. Urbinas, 169. c.
Glazeſius comes Caſtri-cari, 73. a.
Glazoli comes Ubertus de Malateſtis, 297. c.
de Glatis Ghitolinus de Brittonorio, 33. a.
Gononius Benedictus mon. Cœleſtinus, 308. c.

Gonzaga Franciſcus ep. Mantuanus, 22. b.
Gorgonæ monaſt. S. Viti, A. 305. c.
Gorius Antonius-Franciſcus Florentinus, 289. a.
Gothifredus ep. Torcellanus, 32. c. A. 92.
Gothifredus de Porcari præpoſitus S. Petri ad Gradus, 12. b. A. 42.
Gothifredus de Podio-bonitio præceptor ord. Hieroſolym. 261. b.
Gothifredus de Inſula poteſtas Senarum, 51. a.
S. Gottardi monaſt. prope Urinum, 354. c.
Gradonici Petrus dux Venetiarum, 219. a. Marcus dux, 322. a.
in Gradibus eccl. S. Mariæ Arretii, 398. c.
ad Gradus eccl. S. Petri prope Piſas, 12. b. A. 41. 42.
Grandius Guido Cremonenſis abbas, 59. b. 99. c. 102. c. 132. c. 183. c. 189. a. 195. b. 289. 291. b. 346. b. 356. a. 382. a. 383. b.
Gratia, V. *Garzias*.
Gratia ep. Sarſinas, 110. c. 113. b. A. 213. b.
Gratia abbas S. Victoris de Cluſis, 163. a. 229. c. 236. a. 242. c. 247. c. Alter fit epiſcopus Senogallienſis, 272. c. 276. a. A. 270. 271. 332. b. 339. c. 352. c. 357. c.
Gratiadeus ep. Parentinus, 332. c. A. 441.
Gratianus hoſpitalarius S. Frigdiani Piſarum, 99. a.
S. Gregorii M. planeta in theſauro Claſſenſi, 301. c.
S. Gregorii de Urbe monaſt. ſpecialiter nominandum in bullis exactiones committentibus, 23. a. concordat cum ep. Portuenſe, 89. c. 218. c. A. 194. 197. Creſcentius fil. Leonis Johannis in illud beneficus, 120. c. venditur caſtrum Petræ-pertuſæ, 140. c. A. 263. 266. literæ Martini IV. pro caſtris S. Viti & Caſalis-fabri, 141. a. 147. b. A. 263. Petrus abbas locat præfato Creſcentio caſale cum turri, 162. A. 133. teſtamentum Creſcentii, 120. c. A. 214. 223. privilegia ei monaſterio conceſſa ab Innocentio IV. & a Bonifacio VIII. 232. a. A. 342. conventiones cum clericis SS. Joh. & Pauli, 282. b. A. 407. c. homines caſtri Mazzani præſtant fidelitatem abbati, 333. c. A. 465. locatio ſtagni ſalinii, 340. b. A. 472. permutatio bonorum cum monaſterio S. Alexii de Urbe, 225. a. abbas eligitur judex controverſiarum, 256. a. A. 245. 252. 255. 308. 309. Benedictus XII. deputat abbatem in conſervatorem monaſt. S. Silveſtri in Capite, 359. b. abbates, V. *Andreas*, *Bartholomeus*, *Benedictus*, *Gregorius*, *Mattheus*, *Nicolaus*, *Octavianus*, *Petrus*, *Richardus*.
S. Gregorii eccl. de Cavazola, 165. b.
S. Gregorii eccl. Montis-magni, 323. c. A. 444. b.
S. Gregorii eccl. de villa Paulati, 347. b.
S. Gregorii caſtrum, A. 343. b.
Gregorius IX, papa 2. b. c. 10. a. 17. a. 21. b. 40. a. 101. b. 236. c. A. 24. b.
B. Gregorius X. papa 93. b. eligitur ſummus pont. 118. 121. b. confirmat Bernardum in abbatem Vangaticiæ, 128. b. obit, 133. b. 153. a. ejus cultus, 374. a. A. 235. c.
Gregorius patriarcha Aquilejenſis, 57. c. 75. c. A. 148. c. 175.
Gregorius ep. Bononienſis, 217. a.
Gregorius Ariminenſis abb. Claſſenſis, 272. c. 279. 280. c. 281. 296. c. 297. a. 300. a. A. 414. b. 416. c.
Gregorius abb. S. Severi de Ravenna, 179. b. c.
Gregorius abb. S. Michaelis Diſcalceatorum Piſarum, 99. b. 101. a.
Gregorius abb. S. Gregorii de Urbe, 147. b. A. 223. b.

Gregorius prior SS. Joh. & Pauli de Gajeta, 247. a.
Gregorius prior Vivenſis, 373. b. 394. b.
B. Gregorius Arretinus eremita Camald. 188. c.
Greſſa caſtrum, 298. a.
Griciani eccl. S. Mariæ, 352. c.
Grillus Johannes mon. Bononienſis, 111. c. 192. a.
Grimaldus de Prato ex ord. Min. inquiſitor in Thuſcia, 243. a.
Grondanum caſtrum, 373. b.
Grottaicianus ep. Petrus, 217. a.
Guadagnus Peroctus Florentinus, 275. b.
Gualdemariæ eccl. S. Mariæ, 7. c. A. 33. a.
Gualdum oppidum, 170. b.
de Gualdo monaſt. S. Benedicti, 115. b. 192. 193. a. A. 285. ei uniuntur aliquot eccleſiæ, 342. c. A. 498. c. 499. c. ibi ſepelitur corpus B. Angeli Gualdenſis eremitæ, 328. a. 382. b. V. *B. Angelus*.
Gualdora fundus, A. 223. c.
Gualla legatus apoſtolicus, 59. c.
Gualterius archiep. Ravennæ, A. 91.
Goalterius ep. Faventinus, 22. a. 39. b. A. 60. c.
Goalterius ep. Penoenſis, 89. c. 90. a. A. 200. c.
Gualterius ſeu Valterius abb. Sanæ-vallis, 257. a. 260. a. 261. b.
Gualterius de Camerino eleemoſynarius Bonifacii VIII. rector Aquæ-paganæ, 223. c. 224.
Gualterius de Petra-mala quondam Aldebrandini, 90. c.
Gualtereſca inſula, 270. c. A. 532. b.
Gualterottus Philippus ep. Volaterranus, 405. c.
Guami monaſterium Lucenſe, 101. b.
Guarnerius abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c. A. 21. b.
Guarnerius prior Portuenſis, 297.
Guecello de Camino filius Biaquini comes Cenetenſis, 20. a. 257. 288. c. 300. a. 305. c. 306. a. 346. a. A. 376. c.
Guecello de Camino fil. Gerardi, 305. c. 306. a.
Guelfi qui? 297. a.
Guercinorii vel Guarcinorii eccl. S. Laurentii, 192. b. 254. a. A. 369.
Goibertus abb. S. Felicis Vicetiæ, 52. a.
S. Guidi de Donoratico eremitæ eccl. prior Petrus, 144. b.
Guidii comites de Balneo, 228. b. de Romena, 324. b. 352. c. 403. b. V. *Aginolphus, Franciſcus abbas, Guido, Guillielmus, Mutilianæ, de Balneo, Romenæ*.
Guido card. S. Cæciliæ legatus apoſtolicus, 404. b.
Guido archiep. Ravennas, 202. b.
Guido ep. Arborenſis, 292. c.
Guido ep. Arretinus, 38. c. 263. b. de Petramala, 293. c. 297. c. 298. a. 306. c. 340. a. A. 430. c.
Guido ep. Camerinenſis, 59. c. 63. c.
Guido ep. Mutinenſis, 340. a. A. 476. c.
Guido ep. Polenſis & Concordienſis, 337. c. 340. a. 345. b. A. 437. a. V. *Guido abb. Vangaticiæ*.
Guido ep. Reginus, 340. a. A. 476. b.
Guido ep. Urbinas ex mon. Avellanenſi, 169. c.
Guido I. prior Camald. inde ep. Arret. Vid. *præf.* IV. *&* *Guido ep.*
Guido II. prior Camald. 23. b. 30. a. A. 80. a. 186. b. c. A. 80. V. *præf.* V.
Guido abb. Aceretæ, 39. b.
Guido abb. Agnani, 61. b. 63. a. 106. c. 134. b. 153. c.
Guido abb. Cariſii, 146. c. A. 251.
Guido abb. Cerreti, 234.
Guido abb. S. Apollinaris in Claſſe, 340. c. 354. b.
Guido abb. S. Severi in Claſſe Ravennæ, 22. a. 70. a. 50. b. 157. c.
Guido abb. Galeatenſis, 25. c. 62. a. 67. b. 72. b.
Guido abb. S. Michaelis Piſarum, 71. b. 76. c. 78. b. 100. a. 132. a. 138. a. 150. c. 176. c. A. 216. c. 221. c.
Guido abb. S. Decentii de Piſauro, 172. c.
Guido abb. Silvæ-mondæ, 48. b. 99. a.
Guido abb. Vangaticienſis vir illuſtris, 59. a. 225. a. 229. c. vicarius Neapoleonis card. legati, 265. c. 271. a. 272. b. intereſt concilio Bononienſi, 274. c. 296. c. 310. b. 316. a. A. 414. Patavium confugit, & ejus literæ ad Rambaldum comitem Collis-alti, 321. c. fit epiſcopus Polenſis, 337. c. inde ep. Concordienſis, *ibidem*, 345. a. ejus patria, 345. c. tres Guidones epiſcopi Concordienſes, 346. a.
Guido abb. S. Urbani ad Æſinantem, 264. a.
Guido prior S. Michaelis de Arretio, 48. b.
Guido de Eſte prior S. Michaelis de Muriano, 72. a. 139. a. b.
Guido prior S. Savini de Chio, 77. a.
Guido prior Vivenſis, 222. a. 225. a. 234. c.
Guido plebanus Partinæ, 23. b.
Guido Malabucha comes Balneo-caballi, 193. c.
Guido Novellus de Balneo comes poteſtas Aretinorum, 109. b. 131. c. 144. c. 145. a. 180. b. 228. b.
Guido comes Mutilianæ, 10. b. 131. c. 134. a.
Guido-guerra comes fil. Marcovaldi, 11. c. A. 35. c.
Guido comes de Porciano, 214. c.
Guido comes de Romena, 131. c. 133. b.
Guido Silvaticus comes Palatinus, 129. c. 131. c. 246. b.
Guido de caſtro S. Pancratii vir nobilis, 62. a.
Guido Alberici de Polenta, 60. c.
Guido de Rio, 58. A. 145.
Guido V. *Guitto*.
Guidonis caſtrum & eccl. S. Mariæ, A. 343. a.
S. Guillielmus eremita Politienſis, 346.
Guillielmus rex Romanorum ex comite Hollandiæ, 29. b.
Guillielmus card. S. Ciriaci, 332. b. A. 461. b.
Guillielmus ſeu Guillielminus ep. Arretinus, 2. b. 23. b. 26. a. concedit indulgentiam reparantibus eremum Camald. 27. b. 33. c. 35. a. 38. c. 50. c. 52. c. 58. c. 61. b. 62. c. 67. c. 90. a. 104. 109. b. 134. c. 153. c. 173. b. obit, 180. b. 251. b. 273. c. A. 201. 241. c. 272. c.
Guillielmus ep. Callienſis, 173. b. 216. a. A. 278. c. 304. c.
Guillielmus Dulcinus ex ord. Præd. ep. Lucenſis, 351. b. 385. c.
Guillielmus Folianus ep. Rhegienſis, 19. a. 110. b. A. 112. c.
Guillielmus ep. Tauriſienſis, A. 512. c.
Guillielmus abb. S. Floræ de Arretio, 215. a. 243. a.
Guillielmus abb. S. Benedicti de Gualdo, 193. a.
Guillielmus ex abb. S. Petri ad Vincula Ravennæ abbas Claſſenſis, 60. c. 64. c. 65. b.
Guillielmus abb. Pratalienſis, 263. a.
Guillielmus abb. Valle caſtrenſis, 90. b. 330. c.
Guillielmus prior Portuenſis Ravennæ, A. 416. c.
Ven. Guillielmus eremita Camald. 186. c. alter, *ibidem*.
Guillielmus de Piſis converſus O. P. celebris ſculptor, 288. c. 289.
Guillielmus Novellus comes Palatinus in Thuſcia, 228. b. 242. c. 251. b. 352. c. A. 327. c. *&c.* 351. c.
Guillielmus poteſtas Radicofani, 164. b.
Guiſarchenſis epiſcopus, 157. b.
Guitto eques & poeta Arretinus ord. S. Mariæ glo-

Digitized by Google

glorioſæ, 91. b. 122. a. 166. a. fundator monaſterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ, 202. b. 203. 211. b. A. 295. c. *&c.*
S. Guluterii, V. *S. Eleutherii*.

H

S. HEleuæ de flumine Æſino monaſt. 78. c. 174. b. A. 66. b. 220. abbates V. *Angelus*, *Benvenutus*, *Bonaventura*, *Julianus*, *Petrus*.
Helena comitiſſa, 139. b.
Helenenſis ep. Johannes, 355. a. A. 512. c.
Hengelerius prior S. Martini de Opitergio, 241. c.
B. Henricus de Bolzanio, 242. a. 295. a. 392. b.
Ven. Henricus eremita Camal. 186. c. alter *ibid.*
Henricus III. imp. advocatus monaſterii Claſſenſis, *præf.* xvi.
Henricus VI. imper. 261. a.
Henricus VII. imp. 291. b. obit, 316. c.
Henricus archiep. Ebredunenſis, 51. a. A. 132. a.
Henricus ep. Sarſinas, 174. c.
Henricus ep. Spoletanus, 223. c. 330. c.
Henricus abb. Camalduli-Florentini, 155. b. 162. c. 172. b. 175. b.
Henricus abb. Cerreti, 67. a.
Henricus abb. Inſulanus, 185. b.
Henricus abb. S. Jucundæ de Obaculæ, 48. a.
Henricus abb. Montis-murli, 48. a.
Henricus abb. Sacrarienſis, 24. a.
Henricus abb. S. Savini Piſarum, 10. c. 98. c. A. 44. c.
Henricus prior S. Frigdiani Piſarum, 98. c.
Henricus præpoſitus Pratenſis, 249. b.
Henricus archidiaconus Foro-popilienſis, 165. b.
Henſchenius Godefridus S. J. 346. b.
Heremitæ V. *Eremitæ*.
Hermanus ep. Cluſinus, 330. a.
Hermannus ex Mainnettis de Cingulo abb. Vallis-caſtri, 223. c. 232. b. 248. b. 253. b. 273. a. 278. a. 316. a. 338. b. obit, 344. c. A. 21. 365. c. 403. b. 407. 459. c.
S. Hermetis eccl. rector Hugolinus, 160. a.
Hieremias, V. *Jeremias*.
S. Hieronymi congregatio in Italia inſtituitur, 355. c.
S. Hieronymi eremus Montis-cucchi, 122. c. 123. c.
Hieronymus ex ord. Minorum ep. Præneſtinus, 167. b. 169. a. 176. c. V. *Nicolaus* IV.
Hieronymus card. S. Potentianæ, 139. c.
Hieronymus ep. Arretinus, 273. c. A. 204. b.
Hieronymus ep. Veglenſis, 217. a.
Hieroſolymitanus patriarcha Baſilius, 241. b.
Hieroſolymitanus ordo, 261. b. 262. a. 300. a. 323. c.
S. Hilarionis abbatis officium, 337. a.
B. Hilarion de Ceſanellis eremita Vallis-calcis, 132. c.
S. Hilari monaſt. de Galeata, V. *Galeatæ*.
S. Hilari monaſt. diœceſis Feſulanæ, 57. c. 350. A. 144.
S. Hilari de Pulea in plano Arretii eccl. ſubj. monaſterio Prati-veteris, 62. c. 109. 235. b. vel de Pulſola, 327. b. Reliquiæ S. Hilari ad monaſter. S. Benedicti de Arretio translatæ, 235. b. 273. c. 404. b.
Hildebrandus ep. Faventinus, 160. b.
S. Hippolyti de Faventia monaſt. 21. a. 77. c. 254. a. 257. a. 335. a. 338. c. 373. c. A. 50. c. 109. a. 117. c. 220. b. 259. 268. c. 369. 468. c. 474. c. abbates, V. *Andreas*, *Apollinaris*, *Benedictus*, *Braimanus*, *Gerardus*, *Johannes*, *Matthæus*, *Paulus*, *Rainerius*, *Zeno*.

S. Hippolyti de Rilione eccl. 323. A. 444. b.
de Hiſpanis eccl. S. Thomæ de Urbe, A. 254. c.
de Hiſpello monaſt. S. Andreæ, 17. a.
in Hiſtria comitiſſa Azica, A. 387. c.
Hiſtriæ monaſteria, V. *Lemmi*, *S. Petronillæ*, *in Silva*, *de Subterra*.
Homodeus abb. Burgenſis, 4. a. 23. b. 43. c. A. 8. c. 137. c.
Honerardus ep. Cæſenas, 73. c. V. *Everardus*.
Honoratus ex mon. Camald. fit ep. Comaclenſis, 158. c.
Honoratus prior de Fajolo ſeu Eremi-novæ, 131. a.
Honorius III. papa 11. c.
Honorius IV. papa ex gente Sabella eligitur, 165. b. 167. c.
Hoſpitalia monaſteriorum erant exempta, 15. a. 31. a.
Hoſtiæ pro Miſſis conficiebantur; a ſacriſta alba induto & cum ſilentio, 14. b.
Hugo V. *Ugo*.
Hugo card. S. Clementis, 209. c.
Hugo card. S. Sabinæ, A. 123. c.
Hugo archiep. Calaritanus, 31. b.
Hugo ex ord. Præd. ep. Bethleemitanus, 174. c.
Hugolinus, V. *Ugolinus*.
Hugolinus ep. Cremonenſis, 340. a. A. 476. b.
Hugolinus ep. Faventinus, 341. b. A. 509.
Hugolinus ep. Foro-popilienſis, 343. b. 400. c. A. 485. a. 582. c.
Huguccio, V. *Uguccio*.
Humiliatorum congregatio, 373. c. 399. b.
B. Humilitas abbatiſſa, 250. c.
in Hungaria ep. Thomas, 292. c.

I

J.. ep. Rhegienſis, 19. a.
SS. Jacobi & Chriſtophori eccl. de Serra in Caſentino, 12. a. 29. a.
SS. Jacobi & Sigiſmundi eccl. ſubjecta monaſterio Uranenſi, 30. a.
S. Jacobi de Altopaſcio hoſpitale, 148. b. 155. b.
S. Jacobi eccl. de Carbonaria, 347. c. A. 506. a.
S. Jacobi eccl. in Orrea, 225. a. A. 342. c. vel in Orreis, 333. b.
S. Jacobi de Tarviſio monaſt. 92. c.
S. Jacobi de Burgo eccl. 164. c. variæ S. Jacobi eccleſiæ in Venetis æſtuariis, 165. a.
S. Jacobi aliæ eccleſiæ, V. *Aimerici*, *de Eremita*, *Modionæ*, *Orticariæ*, *de Serra*.
Jacobillius Ludovicus, 17. b. 21. b. 22. a. 72. 78. c. 123. a. 130. a. 132. a. 169. b. 209. a. 233. b. c. 290. c. 308. b. 317. b. 354. a. 401.
Jacobinus abb. S. Theoniſti de Longiano, 164. b. inde Savignani, 172. c.
Jacobus card. S. Mariæ in Coſmedin, V. *Honorius* IV.
Jacobus card. S. Georgii ad Velum-aureum, 233. a. A. 338. a.
Jacobus archiep. Chalcedonenſis, 241. b.
Jacobus ep. Acernenſis, 217. a.
Jacobus ep. Adrienſis, 110. b. A. 213. a.
Jacobus ep. Ariminenſis, 36. b. concedit monaſterio Claſſenſi cœnobium S. Theoniſti de Longiano, 54. c. 73. c. & eccl. S. Andreæ de Arimino, 36. b. A. 94. c. 101. 137. c.
Jacobus ep. Bellunenſis & Feltrenſis, 236. b.
Jacobus ep. Callienſis, 111. b. A. 213. b.
Jacobus ep. Civitatis-caſtelli, 163. a. 173. b. 174. a. 179. a.

Jacobus ep. Eugubinus, 21. a. 69. c. 130. a.
Jacobus ep. Faventinus, 39. a. 111. 177. a. 353. a. A. 212. b. 214. a.
Jacobus ep. Feltrenſis, V. *Jacobus Bellunenſis*.
Jacobus ep. Foro-ſempronii, 179. a.
Jacobus ep. Mantuanus, 292. b.
Jacobus ep. Senogallienſis, 111. b. A. 213. c.
Jacobus ep. Treventinus, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
B. Jacobus ex pœnitentiario prior Camald. abſolvit comites Mutilianæ, 10. b. 47. 48. eligitur prior, 49. reparat eremum, 52. c. ſcribit Alexandro IV. de damnis illatis S. Eremo, 53. conſtituit ſibi vicarium, 59. c. cedit prioratui, 60. b. 117. 186. b. c. A. 216. c. 224. c.
Jacobus II. de Arretio prior Camald. 117. c. 118. a. celebrat capitulum generale, 118. b. 119. c. 120. c. 121. c. 126. b.
B. Jacobus de Certaldo e comitibus Guidiis fit abbas Volaterranus, 88. b. ejus frater Ingeramius fit monachus, 148. ipſius obitus & cultus, 193. c. miracula, 194.
B. Jacobus Gerius monachum induit in monaſterio Angelorum Florentiæ, 371. b. obit, 386. c. ejus cultus, 395. c.
B. Jacobus de Nuceria monachus Avellanenſis monaſterii de Partano, 233. c. ejus cultus & feſtum, 234. a.
B. Jacobus eremita Camaldulenſis, 188. c.
Jacobus abbas Adelmi, 88. c.
Jacobus abb. Camalduli-Florentini, 355. a. 364. c. 389. b.
Jacobus abb. S. Petri in Campo, 4. 5. a. A. 6.
Jacobus abb. S. Mercurialis de Foro-livio, 38. c. 73. a. 74. c. 114. b. A. 99. c. 163. b.
Jacobus abbas Galeatenſis ex eremita Camald. 299. b. A. 421.
Jacobus abb. S. Juſtinæ de Patavio, 60. a.
Jacobus ex mon. Avellanenſi abbas S. Petri de Peruſio, 21. b.
Jacobus abb. S. Zenonis Piſarum, 33. c. 48. a. 99. a. A. 85. c.
Jacobus abb. Puteolenſis, 268. a. 278. a.
Jacobus prior S. Michaelis de Arretio, 65. b.
Jacobus prior Carcerum, 66. a. 147. a.
Jacobus prior Fontis-avellanæ, 233. a. 246. c. 274. a. A. 336. c.
Jacobus de Alpinis prior Camalduli-Forolivienſis, 67. b. 73. b. 150. b. 221. c. 266. a. 270. b. alter de Orſellis, 365. c.
Jacobus prior S. Mariæ-novæ de Urbe, 247. a.
Janningus Conradus S. J. 188. b.
Januenſis archiep. Purchectus, 292. b. Pinus, 372. a. 374. c.
Jeremias ex abb. Caſtri-brittorum prior S. Damiani Bononiæ, 55. b. 129. b. 131. 150. a. 181. b.
Ildebrandinus de Guidiis ep. Arretinus, 180. a. 189. c. 191. a. 212. b. 215. b. 221. a. 227. a. 235. b. 259. c. 263. a. 273. c. 293. c.
Ildebrandinus ep. Patavinus, 369. a. A. 544. c.
Ildebrandinus ex comitibus Guidiis plebanus Pattinæ, 298. a.
Ildebrandus ep. Foro-ſempronii, 111. b. A. 213. c.
Ildebrandus abb. Silvæ-mundæ, 56.
Ildebrandus abb. S. Trinitatis de Spineto, 19. a.
Ildebrandus prior de Fleri, 61. a.
Ildebrandus prior S. Muſtiolæ Senarum, 20. a.
Ildeprandus ep. Feſulanus, 2. b.
Imilia abbatiſſa S. Chriſtinæ Bononiæ, 71. c.
Imolenſis Nordinlus vir nob. 297. a.
Imolenſis diœceſis, V. *Foro-cornelienſis*.
Inclinationes in choro quomodo fiebant? 14. a.
Incontrus de Capraria Piſtorienſis, 23. a.
India benefica in monaſt. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 213. c.
Indulgentiæ loci, & quæſtuales quæ? 182. b. indulgentias poſtulabant epiſcopi ab aliis epiſcopis, 217. b.
de Inferno eccl. S. Johannis, 7. c. A. 33. a.
in Infirmitate monachi facti, 134. a.
Ingeramius frater B. Jacobi de Certaldo fit monachus, 148. 155. b.
Innocentius III. papa, 2. b. 3. a. 11. c.
Innocentius IV. papa Italiam ex Lugduno repetit, 1. c. mandat, ne homines monaſterii Avellanenſis in cives Callienſes aſſumantur, *ibid.* A. 12. c. ne impediantur Camaldulenſes ab officio prædicationis, 2. a. A. 22. ſcribit contra male occupantes bona Camaldulenſium, *ibid.* A. 29. 37. prohibet mulieribus tranſgredi terminos circa eremum Camald. *ibid.* A. 22. c. renovat B. Martino priori Camald. jus viſitandi monaſteria, 2. c. A. 24. & abſolvendi excommunicatos & irregulares, ac tenendi in curia Romana procuratorem, 2. c. 7. b. A. 24. 30. c. liberat Camaldulenſes a proviſionibus legatorum, 2. c. A. 25. 36. & ab indebitis procurationibus patronorum eccleſiarum, 2. c. A. 25. c. permittit priori Camaldulenſi recipere alios regulares viros, 2. c. A. 26. b. eique concedit privilegium pro tota congregatione, 3. a. mandat epiſcopis, ut obſervent excommunicationes latas ab eodem priore Camald. 3. a. ejuſdem privilegium pro monaſterio S. Urbani ad Æſinantem, 3. a. A. 27. c. mandat civibus Burgi S. Sepulcri, ut obedientiam præſtent abbati Burgenſi, 4. a. 6. c. ſcribit pro monachis Vivenſibus contra invaſores eorum bonorum, 7. b. & pro Claſſenſibus non gravandis, niſi de eis mentio fieret in bullis; quod extendit etiam ad omnes Camaldulenſes, 7. b. A. 31. b. ejus diploma pro monaſt. Tripurii de Saxo-ferrato, 7. c. A. 32. eximit Camaldulenſes a proviſionibus, & mandat, ne moleſtentur contra eorum privilegia, 9. c. A. 31. commendat abbati Claſſenſi, ut defendat nobiles viros de Aguſellis contra moleſtatores, 9. c. A. 37. cui abbati renovat privilegium pro ſuo monaſterio, 10. ſcribit pro indemnitate bonorum S. Savini Piſarum, 10. a. A. 40. c. & pro quiete monachorum Prataliæ, 10. a. A. 40. c. conſtituit Martinum priorem Camald. & Jacobum mon. Camald. ut abſolvant Tegrimum & Guidonem comites Mutilianæ, 10. b. A. 44. & plebanum de Pecciolis pro decidenda lite proviſionum exigendarum a monaſteriis Piſanis, 10. c. ſcribit encyclicam epiſcopis, ut faciles ſe redderent Camaldulenſibus in ordinationibus monachorum, 11. a. A. 47. ampliſſimum privilegium renovat toti congregationi, 11. a. 47. c. & confirmat unionem monaſterii Vargaticienſis congregationi Camald. 11. b. A. 53. reſtituit Camaldulenſibus monaſterium Montis-ſubaſii, 17. a. b. delegat abbatem Claſſenſem Aymericum in cauſa monaſt. S. Romani de Ferraria, 17. b. A. 54. c. & epiſcopum Volaterranum ad electionem abbatis Montis-viridis, 17. c. ſcribit clero Piſano contra invaſores bonorum S. Savini Piſarum, 18. c. delegat judices pro monaſterio de Flumana, 20. c. approbat electionem B. Philippi ex mon. Avellanenſi in epiſcopum Nucerinum, 21. c. abſolvit abbatem Campi-majoris, 22. b.
con-

concedit privilegium monaſterio S. Gregorii de Urbe, 232. a. A. 342. moritur, 22. c. 29. b. 40. a. 72. c.
Innocentius V. papa, 132. b. 133. c.
Innocentius VI. papa, 403. b.
Inſcriptiones veteres, 41. 63. 66. 134. 154. 187. 289. 290. 317. 331. 368. b. 395. c. 402. a.
Inſulanum monaſt. S. Mariæ, ſeu de Inſula Galeata, 48. b. 67. b. 107. c. ſub protectione communis Foro-livienſis, 107. c. 146. b. 168. c. 184. c. 185. b. 191. c. 333. c. 342. c. 343. c. 403. c. A. 50. c. 109. a. 431. b.
de Inſula filiorum Manfredi caſtrum & monaſt. S. Andreæ ſubjecta Fonti-avellanæ, 21. a. 69. b. 132. a. 155. a. 404. a. b. A. 162. b.
de Inſula Albenelli monaſt. S. Mariæ territorii Faventiæ, 58. b. 246. c. A. 145. a. 147.
de Inſula Fabriani eccl. S. Laurentii, 7. c. 247. c. A. 33. b. 352.
Interamnenſis ep. Thomas, 173. b. A. 278. a.
Interdicti eccleſiaſtici tempore poſſunt monachi celebrare, 35. c.
S. Joachimi eremus Piſana dicta de Gaitanis tradita Camaldolenſibus, 107. a.
SS. Johannis & Pauli eccl. de Urbe, 282. b. A. 407. c.
S. Johannis-baptiſtæ de Clodia monaſt. V. *Clodiæ*.
S. Johannis-baptiſtæ de Faventia monaſt. erigitur, 339. 340. c. 374. c. 399. c.
S. Johannis de Marzano monaſt. 34. c.
S. Johannis evang. monaſt. Ravennæ abbates, V. *Benedictus*, *Bonaventura*, *Stephanus*.
S. Johannis de Judaica Venetiarum monaſterium erigitur, 372. b.
S. Johannis de Anglario eccl. A. 48. c. 107. a.
S. Johannis eccl. in Altaſar, A. 51. b. 109. c.
S. Johannis eccl. de Ayelo, A. 120. b.
S. Johannis eccl. Campi-ſonaldi, 67. b. 108. a.
S. Johannis eccl. de Civitella, 43. c.
S. Johannis eccl. hoſpitalis Collis-alti, 19. c. A. 54. b.
S. Johannis eccl. de borgo Ravaldino Foro-livii, 114. b.
S. Johannis eccl. de Inferno, 7. c. A. 33. b.
S. Johannis eccl. & villa Sancti-Johannis, 3. b. A. 28. a.
S. Johannis eccl. in Palumbice, A. 120. b.
S. Johannis de Patavio eccl. 60. a.
S. Johannis eccl. de Richoo, 104. b. 297. c.
S. Johannis eccl. de Sanguineto, A. 124. c.
S. Johannis eccl. de Sarrano, 7. c. A. 32. c.
S. Johannis eccleſiæ & monaſteria, V. *de Arcu*, *Bagnacavalli*, *Buldronis*, *Burgi S. Sepulcri*, *Clodiæ*, *Camborani*, *Colla*, *Cerreſoli*, *de Gaitanis*, *de Linario*, *Meleti*, *Montis-vinearum*, *Montis-fani*, *Prati-veteris*, *Preſentiani*, *Saxi*, *Vendæ*, *Vighizoli*, *de Viridario*.
S. Johannis ordo, V. *Hieroſolymitanus*.
B. Johannes filius Johannis Maris eremita Camald. incola Cryptarum Maſſaccii, 213. falſo adſcriptus familiæ S. Franciſci, 213. b. 214. ſancte obit, 257. b. 274. b.
B. Johannes de Civitate-caſtelli eremita Camald. 188. c.
B. Johannes de Pace erem. vallis de Calci, 133. a.
B. Johannes de Fabriano ord. Min. cœnobii de Maſſaccio, 258. c.
B. Johannæ monialis Balnacenſis corporis translatio, 173. b.
Ven. Johannes eremita Camald. 186. c.
Johannes papa XX. vel XXI. 133. b. 136. c.
Johannes papa XXII. eligitur, 302. c. ejus literæ pro monaſterio Puteolenſi, 301. a. concedit licentiam B. Bernardo Ptolomæo inſtituendi congregationem Montis-oliveti, 306. inſtituit conſervatores judices privilegiorum Camald. 311. b. 318. a. A. 432. & Avellanenſium, 311. b. A. 436. confirmat eccleſias & bona monaſterio S. Savini Piſarum, 323. b. A. 443. eximit idem monaſterium a congregatione Camald. 332. b. A. 460. ejus electiones abbatum, 333. a. monachis ſancti Savini permittit geſtare habitum griſei coloris, 333. c. A. 467. committit reſtitutionem rerum ablatarum monaſteriis a dominis de Carraria, 343. a. A. 477. ejus literæ pro electione abbatis Vallis-caſtri, 344. A. 503. 532. b. erigit monaſt. Fontis-avellanæ in abbatiam, 329. c. A. 455. electiones ab ipſo factæ aliquot prælatorum, 340. b. mandat, ut inſtituatur examen contra dominos de Carraria, 343. a. b. 344. obit, 359. b. 390. c.
Johannes card. ep. Portuenſis, 89. c. A. 194. b. 195.
Johannes card. ep. Tuſculanus, 169. a.
Johannes Columna card. S. Angeli, 381. c. 391. c.
Johannes card. S. Laurentii in Lucina, 55. c. A. 35. b. 39. b. 74. c. 112. c. 123. c. 125. a.
Johannes card. S. Nicolai, A. 123. c.
Johannes Cajetani Urſinus card., 312. c. card. S. Theodori & legatus, 327. b. 342. c. 354. 355. b. A. 503.
Johannes archiep. Barenſis, 140. a. A. 244.
Johannes ep. Adrienſis, 274. c.
Johannes bonus ep. Anconitanus, 110. c. A. 213. a.
Johannes ep. ad Aquam-pendentem, 217. a.
Johannes de Sabellis ep. Bononienſis, 252. a.
Johannes de Ricciardis ep. Cæſenas, 291. c.
Johannes ep. Ebreduorenſis, 292. c.
Johannes ep. Eugubinus ex mon. Avellanenſi, 237. a.
Johannes de Fano ep. ex mon. Avellanenſi, 72. c.
Johannes ep. Montis-feretri, 111. A. 213.
Johannes ep. Foro-livienſis, 289. c.
Johannes ep. Foro-popilienſis, 10. b. 22. a. 26. a. 58. c. 60. c. A. 60. c. 150. c.
Johannes ep. Helenenſis, A. 512. c.
Johannes ep. Nucerinus ex mon. Avellanenſi, 169. b.
Johannes ep. Parentinus, 373. a.
Johannes ep. Patavinus, 26. a. 29. b. 51. c. 68. c. 114. c. 231. c. A. 125. c. 257.
Johannes ep. Piſtorienſis, 23. c.
Johannes ep. Sarſinæ, 175. a.
Johannes ep. Senogallienſis, 276. a.
Johannes ep. Seguenenſis, 355. a. A. 512. c.
Johannes ep. Torcellanus, 355. a. A. 512. c.
Johannes I. prior Camaldulenſis, *præf.* IV. nominatus in epiſt. S. Brunonis ep. Signini, S. R. E. inde cardinalis. *Ibid.*
Johannes II. de Boccis Piſarum ex priore Anglarienſi prior Camaldulenſis, 77. c. 91. b. 99. a. 101. b. 104. 105. 106. cedit prioratui Camald. 117. fit prior Planetuli, 118. a. 121. b. A. 201. c.
Johannes III. de Abbarbagliatis e Burgo S. Sepulcri fit prior Camaldulenſis, 397. c. 398. a. 401. a.
B. Johannes-baptiſta Luccenſis Major, ſeu prior eremi, *præf.* VIII.
Johannes abb. Agnani, 153. c. 162. c. 166. b. 298. a. 303. b. 313. a. 339. c. A. 272. c. 430. b.
Johannes abb. S. Gaudentii de Arimino, 160. a. A. 262. c.

Jo-

Johannes abb. Burgenſis, 166. a. 231. c. alter, 288. b. 333. b.
Johannes abb. Camalduli-Florentini, 312. b. de Ciggiano, 325. c.
Johannes abb. S. Stephani de Cararia diœc. Patavinæ, 294. b. 299. c. A. 422. b.
Johannes de Fano abb. Auglarienſis, 391. a.
Johannes de Volaterris abb. Cautignani ex abb. Anglarienſi, 278. a.
Johannes abb. Cerreti, 20. b.
Johannes abb. Claſſenſis ex abb. S. Crucis de Saxo-ferrato, 322. b. 325. c.
Johannes ex abb. S. Hippolyti de Faventia abbas S. Frigdiani Piſarum, 292. c.
Johannes abb. S. Michaelis Piſarum, 333. a. 382. a. 393. c. ex genre de Abbarbagliatis, V. *Johannes* III. *prior Camald.*
Johannes abb. S. Savini Piſarum, 166. c. 167. 201. 202. A. 291.
Johannes abb. de Puteolis, 48. a.
Johannes Bononienſis abb. Silvæ-mundæ, 167. a.
Johannes abb. Vangaticiæ, 59. b. 65. a. 72. a. 128. b. 139. a. 151. b. A. 208. 210. c.
Johannes abb. S. Nicolai de Litore Venetiarum, ex priore S. Michaelis de Muriano, alias dictus Johanninus, 139. b. 156. c.
Johannes miniſter generalis Minorum, 218. c.
Johannes prior Aquæ-perellis & Quadrigariæ, 48. b.
Johannes prior Camalduli Foro-livienſis, 164. a. 266. a. 268. c.
Johannes prior Carcerum, 316. b. 376. a.
Johannes prior S. Mathiæ de Muriano, 49. b.
Johannes prior S. Michaelis de Muriano, 23. c. 26. a. alter dictus Johanninus inde abb. S. Nicolai de Litore, 139. b. 156. c.
Johannes prior S. Johannis inter Pareas, 29. a.
Johannes prior eremi S. M. Magdalenæ de Salru, 39. c. A. 97.
Johannes prior S. Quirici, 48. b.
Johannes prior Vivenſis, 87. alter, 400. b.
Johannes Veronenſis primus eremita Ruhenſis, 369. c.
Johanna comitiſſa Puppii, 109. a.
Jordanus ep. Patavinus, 299. b. A. 422. b.
Jordanus abb. S. Euphemiæ de Villa-nova, 52. a. A. 131. c.
Jordanus de Piſis concionator ex O. P. 287. a. c. 288. alii Jordani fratres, 287. c.
Joſeph prior S. Michaelis de Muriano, 23. c.
Iſachinus filius Uberrini, 67. c.
Iſnardus patriarcha Antiochenus, 292. b.
S. Jucundæ caſtri de Obacula monaſterium S. Bartholomæi, 11. c. 48. a. 65. b. 159. a. abb. Matthæus, 296. a. 298. b. 351. b. A. 36. 108. a.
B. Juliana ex comitibus Collis-alti fundatrix & abbatiſſa S. Blaſii Venetiarum obit, 64. b.
S. Juliani de Arimino abbas, 273. a. conſervator judex Camaldulenſium, 311. b. 389. a. A. 432. a.
S. Juliani eccl. de Arretio, 212. c.
S. Juliani hoſpitalis diœceſis Civitatis-caſtellanæ, 136. c.
Julianus ep. Oſtienſis, 399. c.
Julianus ep. Brittonorii, 399. c.
Julianus ex abb. Berardiugæ abbas S. Helenæ ad Æſinum, 324. c. 327. c. A. 413. c.
Ven. Julitta diſcipula B. Gerardeſchæ, 101. c. 102. c.
Julius ep. Leonenſis, 292. c.
Juncta abb. Adelmenſis, 90. c.
Juncta abb. S. Angeli de Foreſto, 166. b.
Juncta abb. Trivienſis, 88. a. 128. c. 129. a. 231. c. 259. a. 264. a. obit, 269. b. A. 195. b. 231. 317. c. 375. c. 377. a. 384. b. 392. c. 398. b.
SS. Juſti & Clementis monaſt. Volaterrarum, V. *Volaterrarum*.
SS. Juſti & Clementis de Prato-veteri rector Gianellus diaconus, 129. b.
S. Juſti in Canniccio eccl. A. 86. c.
S. Juſti de Caſciano monaſt. 41. c. 42. b.
S. Juſti de Colle-rombuſlo, eccl. A. 381. c.
S. Juſti eccl. de Motrognano, 323. b. A. 444. b.
S. Juſti eccl. de Saprognano, 204. b.
Juſtinianus B. Paulus inſtitutor congregationis eremitarum Camald. Montis-coronæ, 213. a. 214. b. 274. b. 313. a.
S. Juſtinæ de Patavio monaſt. 60. a. 139. b. 343. a. 301. b. A. 478. a.
S. Juſtinæ monaſt. de Serravalle, 68.
Juſtinopolitani canonici, A. 161. epiſcopus V. *Conradus*.
Juſtus abb. SS. Juſti & Clementis Volaterrarum, 134. b. 162. b. 176. c.
Juſtus prior S. Johannis-evangeliſtæ, diœceſis Patavinæ, 56. a.

L

de LAbro Sinibaldus archiep. Bononienſis, 119. c. 120. c. 167. a. A. 221. b.
de Lacu eccl. S. Feliciani diœc. Peruſinæ, 359. a. A. 515. b.
de Lacu eccl. S. Mariæ prope Brittonorium, 29. c. conſecratur, 40. b. A. 78. c. 244. c.
de Laiguſcello Bernardus archid. Aurelianenſis, 160. a. alter card. ep. Portuenſis, V. *Bernardus*.
de Lambertiſcis eccl. S. Angeli, 253. b. A. 365. c.
Lambertus abb. Fullinæ Sanæ-vallis, 19. c. 24. a. A. 53. c. 63. a.
Lamitulæ eccl. S. Petri, 3. b. A. 28. a.
Lamius Johannes, 16. b. 20. c. 203. b. 287. c. 298. b. 317. b. 331. c. 338. a. 371. a. 373. b.
de Lamorata eccl. S. Mariæ, A. 120. c.
Lancellottus Secundus abb. & hiſtoricus Olivetanus, 307. a.
Lando Maria Veneta, 157. a.
Lanfranchi viri nob. Piſani, 242. b.
Lanfrancus abb. Sanæ-vallis de Follina, 141. b.
Lapirum caſtrum, V. *Apirum*.
Lappurani vel Appurani eccleſiæ S. Petri, & S. Michaelis, V. *Appurani*.
Lapus JC. abbas S. Miniatis prope Florentiam, 309. c. Alter de Caſtilgionchio. *ibid.*
Lapus abbas Uranenſis, 164. b.
Lapus Saltarelli JC. 158. b.
Largnanum villa, A. 49. a. 82. a. 107. a.
Larinenſis ep. Perronius, 216. c. A. 302. a.
Laterani baſilicæ canonici, 398. c. 399.
de Laterca eccl. S. Petri, 196. b.
Laterina caſtrum, 398. c.
Latinus Urſinus card. ep. Portuenſis, 139. a. 141. a. 146. b. 167. a. 169. a.
de Laudiſa eccl. S. Stephani, 7. c. A. 33. a.
S. Launomari diœc. Carnotenſis abb. Davidde prior Camald. 244. b. 276. c.
Lauredanus Jannottus Venetus, A. 448. c.
Laurentianum caſtrum, & eccl. S. Vitalis, 189. c. A. 48. c. 107. a.
S. Laurentii in Campo monaſt. V. *in Campo*.
S. Laurentii de Cæſena monaſt. 45. c. 291. c. 292. a.
S. Laurentii de Avenali eccl. 7. c. A. 33. a.

S. Lau-

S. Laurentii eccl. de Cereſciolo, 87. c. 180. a.
S. Laurentii eccl. in Collina, 26. c. A. 77. b.
S. Laurentii de inſula Fabriani, alias de Fabriano in Marchia, eccl. data monaſterio S. Victoris de Cluſis, 7. c. 247. c. A. 33. b. 352.
S. Laurentii eccl. de Monte-albodio, 7. c. A. 33. a.
S. Laurentii eccl. & hoſpitale de Rivolta Piſarum, 217. c. A. 305. c. 306. alia in Kinſica, 370. c.
S. Laurentii eccl. de Planicorio, 400. c. A. 582. b.
S. Laurentii eccl. diœceſis Senogallienſis, 7. c. A. 33. a.
S. Laurentii eccl. de Tarviſio, 94. b.
S. Laurentii eccl. de Trenquello, 7. c. A. 33. a.
S. Laurentii eccl. de Valle-lovara, 74. b.
S. Laurentii eccl. de Vanati in Sardinia, A. 51. b. 109. c.
S. Laurentii eccl. ſubjecta monaſterio S. Urbani ad Æſinantem, 264. a.
S. Laurentii eccleſiæ & monaſteria, V. *Aquæcalidæ*, *de Avenali*, *Collis-alti*, *Guercinorii*, *Vanati*.
S. Laurentini eccl. de Arretio, 234. c. A. 48. b. 106. c. 219. a.
B. Laurentius mon. Camald. fundator monaſterii S. Maglorii de Faventia, 16. c. & monaſterii de Prodano, 26. b. 61. b. 157. c. & alterius S. Mariæ de Vallibus, territorii Peruſini, 67. b. 77. c. ejus diſcipulus B. Nevolo converſus, 111. c. Laurentii obitus, 143. c. 157. c.
Laurentius ep. Nucerinus, 234. b.
Laurentius pictor mon. Angelorum Florentiæ, 387. c.
Laurentius JC. Bononienſis, 394. b.
Lauretum ſeu Lauretellum diœceſis Senogallienſis, 209. b. & eccl. S. Andreæ, 209. c.
de Laureto eccl. S. Mariæ diœceſis Humanatenſis ſubjecta monaſterio Fontis-avellanę, 210. a.
de Laureto vel Loreti eccl. S. Martini, 371. c.
S. Lazari de Patavio prior, 348. b. 381. b. A. 180. b. c.
S. Lazari de Cluſis hoſpitale diœceſis Camerinenſis, 118. b. 119. b. A. 217. c.
S. Lazari ordo equeſter, 119. b.
de Labroxeto monaſt. S. Michaelis, 347. c. A. 505. c.
Lemmi monaſt. S. Michaelis in Hiſtria, 75. b. 261. c. 373. a. A. 51. a. 109. b. 173. 175. 388.
Lemniaci archipresbyter, 130. b.
Lendenaria caſtrum, 199. b.
Leo papa X. 342. a.
Leonacus abb. S. Mariæ Lucenſis, 27. a.
S. Leonardi eccl. de Ajole, 12. a. 20. a.
S. Leonardi eccl. de Conegliano, 134. b.
S. Leonardi eccl. de Patavio, 60. a.
S. Leonardi de Tripuntio hoſpitale territ. Lucenſis, 26. c. 27. a.
S. Leonardi eccl. de Veſſa, A. 404.
Leonardus ep. Cæſenas, 222. a. 281. a.
Leonardus abb. Sanæ-vallis de Follina, 134. a. 141. b. A. 240. c. 286. c.
Leonenſis ep. Julius, 292. c.
Leſinenſes ep. V. *Albertus*, *Franciſcus*.
Letarcle monaſt. S. Martini, A. 48. c. 106. c.
Libanorius Antonius abb. Ciſtercienſis, 245. a.
Libianum caſtrum, 194. b.
Libri ſtatutorum Paduæ in monaſteriis adſervati, 67. a.
Lica erat petra, qua poliebantur ſacra lintea-mina, 13. b.
Licia-Nucerina caſtrum, 59. b. A. 162. b.
Licinius Nicolaus-antonius can. Torcellanus, 293. a.
Lierna caſtrum, 198. a.
de Linario monaſt. S. Johannis, 25. a. 160. b.
Liſa abbatiſſa S. Mamiliani Senarum, 40. c.
de Litore monaſt. S. Nicolai Venetiarum, V. *S. Nicolai*.
Lumberienſis abbas, 263. b.
Lonani eccl. S. Miniatis, A. 49. 108. a.
Longiani monaſt. S. Theoniſti, V. *S. Theoniſti*.
Lontrina eccleſia & monaſt. S. Andreæ de Biblena, V. *de Biblena*.
Loreti eccl. S. Martini, 371. c. V. *Lauretum*.
Loterengus de Andalò inſtitutor equitum Gaudentium, 119. a.
Lotheringi vel Lotteringhi de Stufa viri nobiles, 59. c.
Lotharius de Toſa ep. Faventinus, 177. a. 189. c. 275. c.
Lotiones faciebant monachi, antequam chorum ingrederentur, 14. a.
Lotiones pauperum, 15. b.
Lubacaria caſtrum, A. 532. b.
Lubanenſis ep. Jacobus, 372. a. 374. b.
S. Lucæ de Maroſtica monaſterium, 190. a.
Lucas abb. Adelmenſis, 159. a.
Lucas abb. S. Pauli ad ripam Arni Piſarum, 10. c. A. 41. a.
Lucas Hiſpanus hiſtoricus Camald. 353. c. 370. b.
Locenſes epiſcopi, 382. b. V. *Guillielmus*, *Paganellus*.
Lucenſe territorium, & urbs, 390. c. A. 49. c. 108. a. eccleſiæ & monaſteria, V. *Cantignani*, *S. Carbonii*, *de Maſſa*, *Cintoriæ*, *Friſonariæ*, *S. Leonardi*, *S. Michaelis*, *Foſciani*, *de Puteolis*, *in Silva*.
Lucerinus ep. Aymericus, A. 302. a.
Luci monaſt. S. Petri in Mucello, diœc. Florentinæ, 6. c. 127. b. 159. b. 172. b. 236. b. 250. b. 278. a. 302. b. ſubjicitur ei hoſpitale de Mugnone prope Florentiam, 403. c. A. 9. 49. c. 108. a. 349. c. Abbatiſſæ, V. *Adalina*, *Aldruda*, *Dilecta*, *Franca*, *Margarita*.
Luciani eccl. S. Martini, A. 120. b.
Luciniani plebanus Cavalcantes, 71. a.
S. Luciæ monaſt. de Florentia in via Crucis, ſeu Crucis de via, 249. c. 250. c.
S. Luciæ monaſt. prope Montem-jovis, 44. c.
S. Luciæ eccl. de Ancona, V. *Anconæ*.
S. Luciæ eccl. de Forella urbis Cinguli, 128. c. A. 229. c. 230. 239.
S. Luciæ eccl. diœceſis Nucerinæ, 7. c. A. 33. a.
S. Luciæ de Roſſeno abb. Theobaldus, 181. b.
S. Luciæ eccl. prope caſtrum Serræ, 7. 313. b. A. 33. a.
S. Luciæ monaſt. de Viceria, V. *S. Viti*.
Lucia abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 91. c.
Lucia abb. S. Antonii de Tuderto, 4. b.
Luciani eccl. S. Martini, A. 120. b.
Lucius III. papa, 58. a.
Ludi vetiti monachis, 15. c. 268. a.
Ludovicus Bavarus imp. ſchiſmaticus, 337. b.
Lugdunum deſetit Innocentius IV. 1. c. concilium Lugdunenſe, 89. a.
Luſia locus Pollicinii, 199. b.
de Luſtignano plebanus Juncta, 18. a.
Lyſius fil. Actonis comitis Tripurii, 8. c.

M

MAceratæ eccl. S. Mariæ de Pietate donata monaſterio Vallis-caſtri, 356. c. A. 522.

A. 522. epiſcopi, V. *Fridericus*, *Nicolaus*.
Madriſius Johannes-franciſcus presb. Oratorii, 354. c.
Magalottius Philippus Vexillifer Florentinæ reip. 402. b.
Maghinardus de Suſinana vir nobilis obit, 257. a.
Magiſtri novitiorum & converſorum in monaſteriis, 14. e.
S. Maglorii monaſt. Faventiæ fundatur a B. Laurentio mon. Camald. 16. c. 302. c. prius fuit virorum, inde mulierum, *ibid.* eccleſia conſecratur, 109. c. ibi moratur ut converſus B. Nevolo, 111. c. 141. c. 157. c. 192. 261. b. 303. a. 330. b. 335. a. 365. b. A. 383. c. V. *B. Laurentius*.
Magnanus Romualdus presb. Faventinus Agiographus, 112. c. 141. c. 143. c. 339. 341. b.
de Majella monaſt. S. Petri, 211. a.
Maifredus vel Manfredus comes Collis-alti, 19. c. A. 54. a.
Mainettus abb. S. Michaelis in Burgo Piſarum, 10. c. 20. b. 44. c. 47. b. A. 40. c. 44. c. 82. c.
Mainettus de Mainettis Faventinus, 399. a.
Majorum Camaldulenſium titulus & officium, *præf.* VII.
Malaſpina marchio Thomas, 151. b. 168. c.
Malateſtinus Ariminenſis, 297. a.
de Malateſtis Ferrancinus & Pandulphus, 330. b. Ubertus, 297. c.
Malavolti Fortebraccius, 42. a. Hieremias & Chigeſius, 119. b. Orlandus, 4. c. 10. b. Donadeus ep. Senenſis, 371. c. 391. c.
Malduli viſio myſticæ ſcalæ, 177. c.
Maldulus abb. S. Michaelis de Muriano, 391. c. 393. c.
Malerbius Nicolaus abb. Lemmi, 92. a.
Malitia Jacobus miles, 198. a. c.
Malvicini comites, 389. a.
Mambilia fil. Aldobrandini, 218. a.
S. Mamiliani monaſt. Montis-chriſti, V. *Montis-Chriſti*.
S. Mamiliani monaſt. de Senis, 40. *&c.* 163. b. 166. b. 268. c. 331. a. A. 98.
S. Mamiliani eccl. in epiſcopatu Maſſæ-populoniæ, 11. b. 35. a.
Manaſgardenſis archiep. Nermes, 372. a. vel Narſes, 374. b.
Mancinus Leonardus ep. Urbis-veteris, 223. a.
Mandatum ſeu pedilavium pauperum in monaſteriis frequens, 15. b.
de Mandria prior S. Mariæ prope Patavium, 294. b. 348. b.
de Mandriolis monaſt. S. Jacobi, dictum de Eremita, V. *de Eremita*.
de Manettis Henricus Spoletanus JC. 222. b.
Manettus ep. Feſulanus, 129. c.
Manfredus rex Siciliæ, 61. c. 71. c.
Manfredus ep. Cenetenſis, ex comitibus Collis-alti, inde ep. Bellunenſis, 297. b. A. 414. c.
Manfredus vel Mainfredus ep. S. Marci, 216. a. c. 241. b. A. 302. a. 304. c.
Manfredus princeps in Apulia, 23. b.
de Manfredis Foro-livii Bulgarinus, 277. b. Franciſcus, 297. a. 374. c. alii de Faventia, 381. a. Aſtorgius dominus Faventiæ, 399. a.
de Maniadotibus Conte, 153. a.
Mannius Dominicus-Maria Florentinus, 131. c. 251. a. 212. a. 399. a.
de Mannolo eccl. S. Angeli ſubiecta monaſt. Trivienſi, 242. c. 360. a. A. 528. b.
Mancianum caſtrum, 207. b.
Manſuetus ord. Min. apoſtolicus nuntius ad Piſanos, 30. c. 31. a.
Mantignani monaſt. S. Mariæ, 249. b. 370. c.
Mantuani epiſcopi, V. *Gonzaga Franciſcus*, *Jacobus*, *B. Martinus*.
Mantuæ monaſterium, V. *S. Marci*.
de Manu eccl. S. Mariæ, A. 342. c.
Maphæjus Raphael Volaterranus, 193. c. 194. a. c.
Maphæus abb. de Rotis, 48. b.
S. Marcelli eccl. de Aringnano, 242. c.
Marcheſius Vivianus, 267.
Marchiæ Anconitanæ rectores generales, 331. c. 332.
Marciani eccl. S. Donati, 38. c. 298. a.
Marciani comites, 367. b. A. 542. c.
de Marciano Joſeph, 263. a.
Sancti Marci ep. Manfredus, 216. a. c. 241. b. A. 302. a. 304. c.
S. Marci monaſt. de Mantua, 22. b.
S. Marci ordo canonicor. regularium de Mantua, 45. c. 114. b. 152. b. 164. a. 300. a. 359. b.
S. Marci eccl. de Creta, 174. c.
Marcus archiep. Surrentinus, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
Marcus abb. S. Petronillæ in Hiſtria, A. 441. c.
Marcus abb. Prataliæ, 12. a. 23. b. 29. a. 38. c. 309. c.
Marcus abb. Sacratienſis, 157. b. 163. c.
Mare-magnum bulla exemptionis pro Camald. Alexandri IV. 34. c. A. 106.
B. Margarita Senenſis monialis Camald., 188. c.
Margarita abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 152. a. 164. c.
Margarita abb. S. Petri de Luco, 302. b.
S. Margaritæ de Pomino vel Toſina, ſeu de Borſellis monaſt. 78. c. 90. c. 158. a. 301. c. A. 49. c. 107. c.
S. Margaritæ monaſt. prope alterum Angelorum Florentiæ, 342. b. 380. c. 396. V. *B. Paula*.
S. Margaritæ eccl. Montis-clari, 339. a.
S. Margaritæ eccl. de Pulveraria, 162. b. A. 268. b.
Sancti-Mariani eccl. S. Bartholomæi ſubjecta monaſt. Adelmenſi, 52. b. 122. a. A. 132. 226.
B. Mariæ V. ſimulacrum miraculoſum, 41. b.
B. Mariæ V. officium parvum recitandum quotidie a Camaldulenſibus, A. 218. V. *Officium*.
S. Mariæ-matris de Florentia monaſt. 370. c.
S. Mariæ de Alfiolo monaſt. 69. b. 246. c.
S. Mariæ foris-portam Faventiæ monaſt. 21. a. 177. a. 192. a. 257. a. 277. c. 392. a.
S. Mariæ de Florentia abbas conſervator Camaldulenſium, 311. b. A. 432. abbates, V. *Deodatus*, *Nicolaus*.
S. Mariæ Novellæ de Florentia monaſt. O. P. 278. c.
S. Mariæ Camalduli Foro-livienſis, ſeu de Caſale, monaſt. V. *Camaldulum Foro-livienſe*.
S. Mariæ de Luca abbas Leonacus, 27. a.
S. Mariæ de Paterno monaſt. 33. c. 34. b. 50. c. 196. b.
S. Mariæ de Peretulo monaſt. 48. c. 78. b. 255. a.
S. Mariæ de Peraumia monaſt. 51. b.
S. Mariæ de Petra-ficta monaſt. 11. c. A. 35. c.
S. Mariæ de Poplena monaſt. V. *Poplena*.
S. Mariæ de Prodano monaſt. 26. b. 61. b. 157. c.
S. Mariæ de Pulliciano monaſt. A. 49. c. 108. b.
S. Mariæ de Serra monaſt. in Marchia, 33. a. 127. b. A. 50. b. 85. b. 108. c.
S. Mariæ de Silvis vel in Silva monaſt. V. *in Silva*.
S. Mariæ de Toma monaſterium, V. *de Toma*.
S. Mariæ de Vallibus monaſt. V. *de Vallibus*.

S. Ma-

S. Mariæ monaſt. de Urano, V. *Urani*.
S. Mariæ de abbatiſſis, eccl. 7. c. A. 33. a.
S. Mariæ eccl. Almacan, 8. a. A. 33. b.
S. Mariæ de Antignana eccl. 90. b. 122. b. 254. a. 282. c. A. 372. b.
S. Mariæ eccl. de Arena, A. 343. a.
S. Mariæ eccl. de Bucca-quatuor, 9. c.
S. Mariæ roſarum eccl. Cæſenæ, 292. a.
S. Mariæ in Cappa eccl. 26. c. A. 77. b.
S. Mariæ eccl. de Caſtellione Vallis-urciæ, V. *Caſtellionis*.
S. Mariæ eccl. de Caſtelluzza, A. 343. b.
S. Mariæ eccl. de Cerro, 7. c. 273. a. A. 33. b. 403.
S. Mariæ eccl. ultra Clanas, 196. b.
S. Mariæ eccl. in Colle, V. *de Colle*.
S. Mariæ eccl. in Contra, A. 51. b. 109. c.
S. Mariæ eccl. filiorum Corborum, 7. c. A. 33. b.
S. Mariæ eccl. de Crypta, 3. a. A. 28. a.
S. Mariæ eccl. de Curio, 74. b.
S. Mariæ eccl. de Digluſi, 107. c.
S. Mariæ eccl. de Durbeco, 272. c. A. 401.
S. Mariæ eccl. de Elſe, 74. b.
S. Mariæ eccl. de Fabriano, 23. a. A. 65. b.
S. Mariæ eccl. de Falcino, 74. b.
S. Mariæ eccl. diœceſis Faventiæ, A. 120. b.
S. Mariæ Hughi eccl. prope Florentiam, 249. b.
S. Mariæ eccl. de Flumicello, A. 466.
S. Mariæ eccl. de Fuſtiniano, A. 343. b.
S. Mariæ eccl. de Gualdemaria, 7. c. A. 33. a.
S. Mariæ eccl. caſtri Guidonis, A. 343. c.
S. Mariæ Guidonis, alias S. Blaſii, ſubjecta monaſt. S. Mariæ de Faventia, 192. b.
S. Mariæ eccl. de Lacu, 29. c. 49. b. A. 78. c. 244. c.
S. Mariæ de Lamorata eccl., A. 120. c.
S. Mariæ eccl. de Meldula, 107. c.
S. Mariæ eccl. de Metiis, A. 343. c.
S. Mariæ eccl. Montis Teuzonis, V. *Montis-tetii*.
S. Mariæ eccl. de Orciano, A. 343. b.
S. Mariæ eccl. de Percicle, 3. b. A. 28. a.
S. Mariæ eccl. de Petratio, 212. a. A. 298. c. 342. c.
S. Mariæ eccl. de Plebe, 26. c. A. 77. b.
S. Mariæ eccl. de colle Salaroli, 107. c.
S. Mariæ eccl. in Sardinia, A. 51. b. 109. c.
S. Mariæ eccl. de Scala, 163. b.
S. Mariæ eccl. de Seggiano, 196. c.
S. Mariæ eccl. de Serraſole, 7. c. A. 33. a.
S. Mariæ eccl. de Soara, A. 49. b. 107. c.
S. Mariæ eccl. de Trexonibus, 161. b. A. 268. b.
S. Mariæ eccl. de Valenzana, 7. c. A. 33. a.
S. Mariæ eccl. in Xenodochio Ravennæ, A. 120. a.
S. Mariæ monaſteria, & eccleſiæ, V. *Agnani, Alfioli, Armenzani, Balnei, de Bethleem, Bivignani, Bulſemuli, Bonarcanti, Bovilliani, Bujani, Bulſemuli, Camalduli, in Campo, de Canagli, Carcerum, de Caſtagnola, in Caſtello, de Civita, Civitellæ, Deciani, Fermellini, Fiſtumbæ, Fontanæ, Inſulanum, Laureti, Mantignani, de Manu, Marignani, de Montione, Montis-corpi, Montis-crucum, Montis-oliveti, Montis-centonii, Morenæ, de Pelagio, Planeti, Preſciani, de Publico, Querceti, de Ravone, de Rena, Rhuæ, inter Saxa, Valentinæ, Vallis-gloriæ, Vallis-mergi, Vangaticiæ, de Vignole, Vincareti* &c.
S. Mariæ-Magdalenæ monaſteria Florentiæ, 204. a. hoſpitale de Arcis, A. 368. c.
S. Mariæ-Magdalenæ monaſt. de Podio-bonitio, V. *Podii-bonitii*.
S. Mariæ-Magdalenæ eremus de Saltu diœceſis Mutinenſis, 39. c.
S. Mariæ-Magdalenæ monaſt. Senenſe, 42. a.
S. Mariæ-Magdalenæ eccl. Caſtellionis Vallis-urciæ, 196. b.
S. Mariæ-novæ Venetiarum plebanus Johannes Fradello, 85. c. monaſt. de Tarviſio, A. 184. b.
S. Mariæ-novæ de Urbe monaſt. 247. a.
S. Mariæ-novæ archihoſpitale Florentiæ, 172. c. 203. c.
Maria abb. S. Chriſtinæ Bononiæ, 382. c.
Marigantia idem ac jus hominum villarum, 160. a.
Marignani eccl. S. Mariæ diœceſis Ariminenſis, 400. b. A. 120. b. c. 581.
B. Mariottus abb. Deciani & prior generalis Camald. 302. 310. a.
Marinus abbas Vallis-caſtri, 55. b. 63. c.
Marinus abb. S. Paterniani de Ferraciano, 221. c.
de Maroſtica S. Lucæ prior, A. 190. a.
Marſicanus ep. Petrus, 338. b. 344. c. A. 471. c. 505. b.
Marſignani eccl. S. Paterniani rector Amator, 268. b.
Marſilius dominus de Carraria, 94. a. 336. c. 343. a.
Marſilius de Monteghello JC. 192. a.
de Marta eccleſiæ S. Petri & S. Nicolai ſubjectæ monaſterio S. Urbani, 263. c. 264. a.
S. Marthæ eccl. Senarum, 394. c.
Martene Edmundus mon. Gallus, 31. a. 132. b.
S. Martini de Opitergio monaſterii initia, 57. c. 63. b. 172. a. Camaldulenſibus traditum, 126. readificatur eccleſia, 126. b. A. 227. donationes, A. 152. 224. 227. 228. 276. c. ſententia pro eodem contra Alexandrum ep. Bellunenſem, 276. b. A. 345. idem Alexander confirmat donationem Adalgerii epiſcopi Bellunenſis, 294. a. A. 385. eamque adprobant canonici Bellunenſes, 262. b. A. 391. c. conſecratur eccleſia a Nicolao ep. Scarpatenſi, 297. c. A. 415. tradita monialibus, 262. b. Gregorius prior nuntius ad Tarviſinos pro Guecellone de Camino comite Cenetenſi, 305. c.
S. Martini-rupti de Prata monaſterium, V. *Pratæ*.
S. Martini eccl. in Alpe diœceſis Foro-populienſis, 165. c.
S. Martini eccl. de Barbatiano, 339. c.
S. Martini eccl. de Calognano, A. 430. c.
S. Martini eccl. ultra Clanas, 196. b.
S. Martini eccl. de Colle-medio, 7. c. A. 33. a.
S. Martini eccl. de Faventia, A. 120. b.
S. Martini eccl. de Letarcle, A. 48. c. 106. c.
S. Martini eccl. in Luciano, A. 120. b.
S. Martini eccl. de Prugnano, 204. b.
S. Martini eccl. ſubjecta monaſterio S. Urbani, 264. a.
S. Martini caſtrum, 276. c.
S. Martini villæ eccl. S. Martini, 330. c.
SS. Martini & Viti de Fonto eccl. 24. a.
S. Martini alia monaſteria & eccleſiæ, V. *de Collibus, de Domo, de Loreto, Pratæ, Primalcorii, Prugnani, de Villa-nova*.
Martinus IV. papa, alias II. 32. b. 150. a. 158. c. 162. c. recipit ſub ſua protectione monaſt. Porciliæ, A. 260. permittit permutationem caſtri Petræ-pertuſæ, & S. Viti, 140. c. A. 263. ejus literæ circa decimas pro Camaldulenſibus, A. 274. obit, 165. b. 173. b. 200. c.
Martinus V. papa, 213. b. 258. a.
B. Martinus ex comitibus Caſalodis ep. Mantuanus, 22. b.

B. Martinus I. prior Camaldulenſis ; tituli ei tributi, *præf.* III.
Martinus II. prior Camald. tituli eidem tributi, *præf.* v.
B. Martinus III. prior Camald. 2. b. 4. b. 10. b. 11. conſcribit conſtitutiones & ordinem divinorum officiorum pro Camaldulenſibus, quæ extant in tomo VI. horum Annalium in Codice Camaldulenſi ante Appendicem, 12. c. 19. b. 20. a. 23. b. A. 585. eligit poteſtatem in caſtro Socii, 23. c. 24. b. 28. 30. a. 31. c. 36. c. dat literas conſolatorias hominibus Partinæ, 37. c. 39. a. c. 44. c. 46. ſanctiſſime obit, 47. 117. c. 186. b. c. 187. a. A. 35. c. 84. c. 97. b. 102. &c. tituli eidem tributi, *præf.* v.
Martinus abb. Cerreti, 89. a.
Martinus abb. Montis-Chriſti, A. 211.
Martinus abb. S. Juſti Volaterrarum, 88. b. 89. b.
Martinus abb. S. Severi Urbis-veteris, 44. b.
Martinus prior S. Benedicti de Fileto, 241. c.
Martinus prior S. Michaelis Muriani, 76. c.
Martinus prior S. Benedicti de Volaterris, 20. a.
Martinus Hiſpanus JC. 192. a.
Martinus Polonus hiſtoricus, 211. a.
Martinius Joſeph can. Piſanus, 190.
Martius de Martiis can. vicarius Veronenſis, 117. c.
Marturanus ep. Adam, 216. b. c. A. 302. a. 304. c.
ad Martyres eccl. S. Mariæ Piſarum Jacobus prior, 393. c.
S. Martyrii monaſterium, 44. c.
Marzani monaſt. S. Johannis, 34. b.
Maſini Antonius-Paulus, 136. b.
Maſſæ diœceſis, A. 50. a. 108. c. V. *S. Mamiliani.*
Maſſa villa territ. Ferrarienſis, A. 120. c.
de Maſſa eccl. S. Chriſtophori diœceſis Lucenſis, 150. c.
Maſſaccium caſtrum, V. *B. Joh. de Maſſaccio.*
Maſſarius ex abbate Uranenſi prior Camald. 24. a. 29. c. 47. c. 48. b. 54. a. eligitur, 60. b. 62. c. 64. c. obit, 65. a. 117. c.
Maſſarius abb. Galeatenſis, 19. b. 25. c. 58. c. A. 71. b. 150. a.
de Maſſiliano monaſt. S. Bartholomæi abbas Paganus, 181. b.
Maſſilienſis ep. Raymundus, 292. b.
de Maſſolinis Bombolognus prior S. Michaelis Caſtri-brittiorum & eques Gaudens, 131. b.
de Maſtn capſæ reliquias Sanctorum continentes, 302. b.
S. Mathiæ de Muriano Venetiarum monaſterium, 11. b. ſubmittitur priori Camald. 32. c. 35. a. ab Alexandro IV. commendatur reip. Venetæ, 54. a. indulgentiam viſitantibus ejus eccleſiam dilargitur, *ibid.* 78. a. 174. c. confirmatur eidem aqua dicta Focus-mortuus, 219. b. ab ejuſdem monachis fundantur monaſteria S. Joh. Baptiſtæ de Clodia, 319. b. A. 438. b. 447. & S. Joh. Baptiſtæ de Balneo-caballo, 357. c. A. 521. ei unitur eremus Ruhæ, 353. c. 369. a. A. 344. fundatur ab eis monaſt. SS. Mathiæ & Chriſtinæ de Foro-livio, 283. A. 51. a. 92. 109. b. 135. 500. b. 544. prope monaſt. erigitur hoſpitale SS. Trinitatis, 326. a. conſtruitur ſub eodem S. Mathiæ monaſterio alterum S. Johannis de Faventia, 330. 343. a. 364. c. & S. Joh. de Judaica Venetiarum, 366. a. elogium monachorum S. Mathiæ, 369. b. priores, V. *Andreas, Benedictus, Johannes, Petrus.*
S. Mathiæ de Foro-livio monaſt. conſtruitur, 282. a. ejuſd. conſtitutiones, 283. c. 355. a.
S. Matthæi monaſt. de Arimino, 399. b.
S. Matthæi eccl. de Canonica, 107. c.
S. Matthæi eccl. Montis-guidonis, 342. c.
S. Matthæi hoſpitale de Naſcetto, A. 394. c.
S. Matthæi eccl. de Peruſio, 21. c.
B. Matthæus Sabbatinus eremita Camald. Cryptarum Maſſaccii, 274. b. obit, 313. a.
Matthæus card. ep. Portuenſis, 218. c. A. 308.
Matthæus de Aqua-ſparta card. ex ord. Min. 167. a. 221. a. 242. a.
Matthæus Rubeus card. S. Mariæ in Porticu, 167. a. b. A. 245. b.
Matthæus ep. Balneo-regienſis, A. 512. c.
Matthæus ep. Cervienſis, 277. c.
Matthæus ep. Faventinus, 272. c. 282. c. 292. b.
Matthæus Pius ep. Mutinenſis, 110. b. 111. A. 112. c.
Matthæus abb. Adelmenſis, 122. a. A. 226.
Matthæus abb. Burgi S. Sepulcri, 162. b.
Matthæus abb. S. Petri in Campo, 146. c.
Matthæus abb. Cantiniani, 90. c.
Matthæus abb. Cintoriæ, 78. b.
Matthæus abb. S. Petronillæ de Duobus-caſtallis, 75. b. A. 173.
Matthæus abb. S. Hippolyti de Faventia, 293. a. 298. b. inde Claſſenſis, 289. c. 305. c.
Matthæus abb. S. Michaelis de Muriano, 157. a.
Matthæus abb. Vergareti, 268. A. 457. c.
Matthæus abb. S. Gregorii de Urbe, 176. c.
Matthæus prior Fontis-avellanæ, 189. c. 210. c. 233. a. A. 337. a.
Matthæus fil. Opizonis marchionis Eſtenſis, 166. a.
S. Mauri eccl. de Solarolo, V. *Solaroli.*
SS. Mauritii & Lazari ordo equeſter, 119. b.
Maurolicus Silveſter, 208. a.
Maurus ep. Amerinus, 179. a.
Maurus abb. Berardingæ, 22. c. 62. c. 99. a. 121. c.
Maurus abb. S. Praxedis de Urbe, 162. c.
Maurus prior S. Alberti de Monte-alceto, alias de Monticello, 62. c. 155. b.
Manſolea villa, 202. a.
S. Maximi monaſt. de Patavio, A. 182. c.
Mazzanum caſtrum in Latio, 333. c. A. 343. b. ejus homines fideles monaſterii S. Gregorii de Urbe, 333. c. 385. b. A. 343. a. 465. c.
S. Medardi eccl. de Rocca-contrata, 192. c. A. 285. b.
Medices Alexander archiep. Florentinus, 395. b.
Medicinæ monaſt. S. Michaelis territorii Bononienſis, 181. b.
de Medicis Johannes Florentinus nobilis miles & poteſtas Arretii, 400. b. Franciſcus Magnus dux, 403. a.
Mediolanum urbs, 1. c. A. 12. b. S. Dionyſii mon. Johannes de Oſenago, 274. b. S. Stephani in Brolio canonicus Thomaſius, 277. a.
Mediolanenſis Melanus eremita, 173. a.
Meldulæ eccl. S. Mariæ, 107. c. archipresb. Aldrovandinus, 25. a. A. 72. b.
Meleti eccl. S. Johannis ſubjecta monaſterio S. Petri in Vinculis Ravennæ, 259. b. 360. a.
Melioris Ferdinandus, 204. b. 212. a. 316. b.
Melphitenſis ep. Paulus, 216. a. A. 304. c.
Menardus Ugo mon. Gallus, 194. c. 195. b.
Mengoſus abb. S. Petri in Silva, 322. c. A. 441. b.
Menſus de Hiſpello ep. Sutrinus, 17. a.
Mercatalis hoſpitale diœceſis Feretranæ fundatur, A. 411.
Mercatus plebanus Micciani, 76. c. 106. c.
S. Mercurialis monaſt. de Foro-livio, 38. b. 45. c. A. 113. abbates, V. *Jacobus.*

Meri-

Meridiana appellabatur dormitio poſt prandium, 13. c.
de Metriis eccl. S. Mariæ, A. 343. c.
Micciani plebs S. Mariæ, 59. b. 76. c. 106. c. 374. a. A. 48. c. 49. a. 107. a. b.
Ven. Michael eremita Camald. 186. b.
Michael ep. Albanenſis, 217. a.
Michaelius Franciſcus archiep. Ravennæ, 352. a.
Michael ep. Cæſenas, 24. a.
Michael ep. Comaclenſis, 110. c. 113. b. A. 113. a.
Michael abb. Claſſenſis, 389. a.
Michael abb. Moronenſis, 20. b. ex abb. S. Zenonis Piſarum, 28. c. 48. a. inde abbas S. Juſti Volaterrarum, 56. a. 59. c. 78. b. 88. b. 99. a.
Michael prior Camalduli-Bononienſis, 49. a.
Michael prior S. Andreæ de Caſtellione-Arretino, 48. b.
Michael prior S. Maglorii de Faventia, 141. c. 303. a. A. 383. c.
Michael prior de Ravone, 48. b. 49. b. 55. b. & prior S. Damiani Bononiæ, 61. a.
Michael archidiaconus Ravennæ, 182. a. 200. c. c. A. 293. c.
S. Michaelis de Arretio monaſterium, 48. b. 65. b. 100. a. 117. c. 118. b. 356. b. A. 48. b. 98. a. 106. c.
S. Michaelis monaſt. de Medicina territorii Bononienſis, 181. b.
S. Michaelis de Muriano Venetiarum monaſterium, 71. a. 78. a. 79. c. 86. a. 277. a. 343. c. Johannes mon. ſit abbas S. Nicolai de Litore, 139. b. 156. c. indulgentiæ conceſſæ viſitantibus eccleſiam S. Michaelis, 372. a. A. 51. a. 109. b. 161. abbates, V. *Aldobrandus*, *Andreas*, *Felix*, *Guido*, *Johannes*, *Joſeph*, *Martinus*, *Matthæus*, *Paulus*, *Romualdus*, *Theobaldus*, *Ventura*.
S. Michaelis in Burgo Piſarum monaſt. 10. c. 103. 132. 261. a. ibi requieſcit corpus S. Dominici Vernagalli, A. 82. 87. b. 108. b. 220. c. ejuſdem jus in eccleſiam S. Cæciliæ, A. 379. c. anaglypha opera, quæ extant in eccl. S. Michaelis, a quo facta? 288. c. 289. 293. b. 364. c. abbates, V. *Andreas*, *Catent Zenobius*, *Gerardus*, *Guido*, *Johannes*, *Mainettus*, *Savinus*, *Ventura*.
S. Michaelis Diſcalciatorum monaſt. Piſarum, 99. b. 101. a.
S. Michaelis eccl. abbatiæ-veteris de Montemuro, 276. c.
S. Michaelis eccl. in Empore, 323. b. A. 36. a. 444. b.
S. Michaelis eccl. de Lappurano, 26. c. A. 77. b.
S. Michaelis de Luca prior, 300. c.
S. Michaelis eccl. Patavii confirmatur monaſterio Carcerum a Pagano ep. Patavino, 299. c. A. 422.
S. Michaelis eccl. de Poplena, A. 49. 107. c.
S. Michaelis eccl. in Sardinia, A. 51. b. 109. c.
S. Michaelis eccl. de Templano, V. *Templani*.
S. Michaelis eccleſiæ & monaſteria, V. *de Subterra*, *Caſtri-brittorum*, *Lenami*, *Quadrigaviæ*, *de Trebana*, *Vergareti*.
Milenſis ep. Vitalis, 374. b.
Militenſis ep. Sabba, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
Millini Martinus de Callio vir nobilis, 248. c.
Mimatenſis ep. Guillielmus, 263. b.
Mina abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 300. c.
S. Miniatis eccl. de Lonano, A. 49. 108. a.
S. Miniatis oppidi monaſt. S. Benedicti de Monte-appio, 351. Camerarius ejuſdem oppidi Leonardus mon. Camald. 373. b. V. *S. Miniatis*, *de Obacula*.
Miniſterialis ſeu miniſtralis appellatus cellerarius apud Avellanenſes, *præf.* IX.
Minius Thomas, 187. c. 188. c. 194. c. 195. b. 208. a. 291. a. 303. c.
Minorum ordo, V. *S. Franciſci*.
Minucci Robertus monachus componit commune Volaterranum cum commune Piſano, 71. c.
de Miralduolo homines, A. 9. b.
de Miſericordia hoſpitale Ravennæ fundatur, 182. & eccl. S. Bartholomæi, 201. c. 202. a. A. 293. c.
Miſericordia in cibo erat id, quod præter conſuetudinem apponebatur menſis, 13. c.
Miſſæ tres conventuales quotidianæ apud Camaldulenſes, 137. a.
Miſſa quotidie vel ſæpe a monachis celebranda, 14. a. 120. a. A. 220. c.
Miſſas alibi canere, quam in propriis eccleſiis, vetitum monachis. 138. c.
Miſirolius Rodulphus prior S. Johannis de Faventia, 399. c.
Modionæ vel Moggionæ caſtri eccl. SS. Jacobi & Chriſtophori, 144. c. 225. c. poteſtas Nicolaus, 108. c. 359. c. A. 48. c. 49. a. 107. a. b.
Mojani monaſt. S. Benedicti diœceſis Cluſinæ, 59. c. 87. b. 106. c. A. 537. a.
Mola-rupta caſtrum, & eccl. S. Mariæ & S. Apollinaris, A. 252. c. 314. a. 343. a.
de Moliano Gentilis Thomas, 316. a. A. 435. b. ejuſdem Thomæ filii, 382. c.
Monachi camerarii & caparii urbium in Thuſcia, 373. b.
Monachi facti in extrema infirmitate, dicti converſi ad ſuccurrendum, 134. a.
Monachi itinerantes non recipiendi in monaſteriis, niſi ad unicam refectionem, A. 218. c. ſoli non commorentur in curis eccleſiarum, 337. b.
Monachus Dionyſius notarius, 261. a. alii monachi notarii, 134. a. 159. a. 261. a. morabantur interdum ad ſervitia epiſcoporum, 345. b.
Monachi vicarii epiſcoporum, 274. b. 307. &c. 345. b. 348. b. 369. a. 376. a.
Monaldeſcus Franciſcus ep. Florentinus, 236. b.
Monaldus ep. Auximanus, 180. c.
Monaſteria nutriebant infantes, qui chorum frequentabant, 15. a. patronis monaſteriorum fas non erat monachos evadere in ſuis monaſteriis, 14. c. in iis cuſtodiebantur codices Statutorum urbium, 67. a.
Monaſteria commendata clericis ſecularibus a priore Camald. & a capitulis generalibus, 20. c. 36. c. 48. a. 61. a. 119. c. A. 102. ab Johanne XXI. ſtatuitur, quod nullus eligatur prælatus, niſi a ſede apoſtolica, 344.
Monaſteria monachorum non ingrediebantur moniales, niſi pro celebrandis obſequiis defunctorum, 15. a.
Monaſteria monachorum alebant converſos & converſas, 14. c. 75. c. 96. b.
Monaſteria duplicia, ſeu monachorum & monialium dividuntur, 29. b. 51. c. 68. b. 76. 80. b. 261. b. 302. 326. a. c. 343. c.
Monaſteria monialium duplicis generis, 365. a.
Monaſteria monialium ingredi nequibant mulieres, 14. c. ſed monachi ingredi poterant de licentia abbatis, 14. c. 365. a. A. 218. a. quomodo in iiſdem clauſura obſervabatur? 166. b. capellani earumdem extra ordinem non aſſumebantur, 138. c. aliquando ipſis

exire extra clauſtra permiſſum, 337. b. 365. b. earum monaſterium in Fojano, 251. b.
Mondavium caſtrum, A. 532. b.
Montagnani eccl. S. Stephani, 192. c. A. 285.
de Montagnano Conradus Piſtorienſis poteſtas Patavinus, 220. c.
Montalis de Salute eremus, 77. c. 138. a. 164. b. A. 50. c. 109. a.
Montalpruni prior Thomaſius, 151. a.
Montanus Philippus vicarius Senogallienſis, 119. b. 242. a.
de Montariolo Chigus nobilis vir, 229. b. A. 335. b.
de Monte eccl. S. Floræ, 196. b.
de Monte Gabriel ep. Auximanus, 258. b.
Monterchii abbas Frigdianus, 91. b.
Monterentius ep. Faventinus, 142. a.
de Monticello, alias S. Alberti de Monte-alceto, prior Bene, 155. b. Maurus, 62. c.
Monricciani prior, 45. a.
de Monticulo in Marchia monaſt. S. Romualdi & S. Agathæ, 200. eccl. S. Ægidii, 200. c. 203. c.
de Montione eccl. S. Mariæ, A. 48. c. 49. a. 107. a. b.
Montis-acuti domini Albertus, 67. c. Iſalonus & Albertus, 168. b. 366. a. Bernardinus, A. 235. b. Ubertinus, 234. c.
Montis-albodii eccl. S. Crucis, 7. c. A. 33. b.
Montis-alceti vel Monticelli monaſt. S. Alberti eremitæ Camald. 62. c. 155. b.
Montis-altuzzi eccl. S. Blaſii, 372. a.
Montis-appii monaſt. S. Benedicti, V. *S. Miniatis*.
Montis-aurei vel Montorii caſtrum & monaſterium, 139. c. A. 48. c. 107. a. b. fundus prope Urbem, A. 223. c.
Montis-bruni Petrus camerarius Clementis IV. & Gregorii X. 121. c.
Montis-centoni eccl. S. Mariæ, 162. c.
Montis-cerpi monaſt. S. Mariæ, 62. c.
Montis-chriſti monaſt. S. Mamiliani, 114. reformatur, 132. 151. c. 163. c. 322. c. 398. b. A. 50. a. 108. c. 211.
Montis-clari monaſt. S. Margaritæ, 301. a.
Montis-clarii cella in urbe Faventia, 339. c.
Montis-cornarii caſtrum, 276. a. & eccl. S. Ægidii, 242. 259. a. A. 231. b. 375. a. 395. c. 396. b. V. *Trivii*.
Montis-coronæ congregatio eremitarum Camaldulenſium, 369. &c.
Montis-crucum monaſt. S. Mariæ, 56. b. 158. a. 348. a.
Montis-cucchi eremus S. Hieronymi, 122. c. 123. c.
Montis-dolii comites Schianteſchi, 59. c. Uguccio, A. 235. b.
Montis-fani monaſt. V. *S. Silveſtri congregatio*.
Montis-fani plebs S. Johannis, 122. a. A. 226. c.
Montis-fellonici monaſt. S. Mariæ Annuntiatæ, 62. c. aliud S. Stephani, 109. b.
Montis-feretri diœceſis, 282. A. 50. 109. a. 120. c. V. *S. Trinitatis*, *Feretrana*; epiſcopi V. *Johannes*, *Ubertus*.
Montis-feretri comes Fridericus, 259. c. 374. b.
Montis-folii caſtrum, A. 522. b.
Montis-guidonis eccl. S. Matthæi, 342. b.
Montis-herculis monaſt. SS. Trinitatis, V. *S. Trinitatis*.
Montis-jovis eccl. S. Luciæ, 44. c.
Montis-juſti Arduccinus vir nobilis, 229. b. A. 335. b.
Montis-longi plebs S. Eraſmi, 223. b.
Montis-cuci caſtrum, 402. b.
Montis-magni eccl. S. Gregorii, 323. c. A. 444. b.
Montis-marani ep. Petrus, 355. a. 372. a. 374. b. A. 512. c.
Montis-martis comes Petruccius poteſtas Senenſis, A. 542. c.
Montis-mezzani eccl. S. Nicolai, A. 49. c. 108. a.
Montis-milonis eccl. S. Pauli ſubjecta monaſterio Vallis-caſtri, 353. a. A. 507.
Montis-muri, vel Murli monaſt. S. Petri diœceſis Feſulanæ abbas Bartholomæus, 28. c. abb. Henricus, 48. a. 78. b. 129. a. abb. Simon, 211. b. abb. Martinus, 276. c. eccl. S. Michaelis eidem monaſterio ſubjecta, 276. c.
Montis-oliveti congregatio monachorum inſtituitur, 43. b. 306. &c.
Montis-oliveti monaſterium S. Mariæ monialium diœceſis Florentinæ, 43. b. 78. c. 90. c.
Montis-paganutii eccl. S. Venantii vel Vincentii, 248. c. A. 356. b.
Montis-politiani hoſpitale S. Silveſtri, 196. b. c.
Montis-rolli caſtrum Ravennianæ, 212. c. 270. b. c. A. 400. a. 532. b.
Montis-rotundi Lancea vir nobilis, 229. b. A. 335. b.
Montis-sancti-Sabini monaſt. de Vertighe & eccl. S. Agathæ, 61. b. eccl. S. Gaudentii, 67. c. 339. c. eccl. S. Chriſtophori, 298. b. 339. c. Cartanei viri nobiles, 153. c.
Montis-ſalajoli monaſt. abbas Bonus vel Bonhomus, 155. a.
Montis-ſilicis caſtrum, 389. b. monaſt. S. Petri, 68. c. 197. b. 268. a. 290. c. A. 170. c. monaſt. S. Johannis, 45. b. 51. c.
Montis-ſilveſtri eccleſia, 165. b.
Montis ſocli, vel Sicci caſtrum, 69. b. A. 162. b.
Montis-ſubaſii monaſt. S. Silveſtri reſtitutum Camaldulenſibus, 17. a. motus excitati contra eos, 57. b. 59. b. 129. b. aliæ turbæ in eodem monaſterio, 149. 150. a. lites cum ep. Spoletano, 162. b. 216. a. 294. c. 295. a. 301. b. 353. c. A. 51. b. 109. c.
Montis-ſubaſii monaſt. S. Benedicti, 149. a.
Montis-tetii, vel Teuzi ſeu Teuzonis eccl. S. Mariæ, 28. c. 35. a. 39. c. conceditur monialibus S. Catharinæ prope Peruſium, 40. a. 190. c. A. 108. c.
Montis-veteris caſtrum, 147. c.
Montis-vetuli caſtrum Ravennianæ, 212. c. 270. c. A. 400. b. 532. b.
Montis-vicchii eremus, 108. b.
Montis-vinearum monaſt. S. Johannis prope Montem-ſilicem, 45. b. 51. c.
Montis-viridis monaſterii abbas Simon, 17. c.
Montis-ulmi Robertus filius Petri, A. 522. b.
Morandinus abb. S. Cypriani de Muriano, 236. b. A. 345.
Morandus ep. Fanenſis, 111. A. 113. b.
Moricus abb. S. Victoris de Cluſis, 26. c. 61. c. A. 76. c. 141. c. 151.
Moricus prior Fontis-avellanæ, 274. a. 317. a. 329. c.
Moronæ monaſt. S. Mariæ, A. 50. a. 108. b. abbates V. *Conradus*, *Gerardus*, *Michael*, *Petrus*.
Morzanum caſtrum, 207. c.
Motrognani eccl. S. Juſti, 323. b. A. 444. b.
de Mucchio monaſt. S. Petri, 48. a. 78. b. 155. b.
de Mugnone hoſpitale S. Bartholomæi, 403. c.
Mugnotius Andreas, 187. c. 188. a. 189. a.
Mulignani eccl. S. Quirici, 323. b. A. 444. b.

Mu-

Muneonis hoſpitalis domus prope Florentiam, 366. b.
Muratorius Ludovicus, 113. c. 220. c. 261. a. 291. c. 347. b. 356. b.
de Murazzana eccl. S. Angeli, 7. c. A. 32. c.
Murgia Baraſo Sardus, 168. c.
Muriani monaſt. V. *S. Cypriani*, *S. Mathiæ*, *S. Michaelis*.
de Murlo plebanus Johannes de Caſulis, 297. c.
de Murro monaſt. S. Petri, 381. c.
de Murrone Petrus, 211. b. V. *S. Cœleſtinus* V.
de Muſcano eccl. S. Petri, 26. e. 273. a. A. 77. b. 402.
Muſlains Albertinus, 297. a. 336. c.
S. Muſtiolæ Senarum monaſt. 4. c. 20. a. 46. b. 51. a. 77. b. 263. b. 338. a. 391. c. 394. b. 404. a. A. 6. a.
Mutilianæ eccl. S. Donati, 297. b. A. 414. c. comites filii Guidonis, 129. c. 131. 134. a. V. *Guido*, *Tegrimus*.
Mutinenſis eremus S. Mariæ-magdalenæ de Salta, 39. c.
Mutinenſes epiſcopi, V. *Guido*, *Matthæus*.

N

NAtalibus de Petrus ep. Equilinus, 210. c.
Natalis ep. Cæſenas, 291. a.
Naſcetti hoſpitale S. Matthæi, A. 394. c.
Narnienſis ep. Petrus, 292. c.
Nartiannlæ eccl. S. Apollinaris, 246. c.
Nazarenus ep. Petrus, 292. b.
Neapolis urbs, A. 64. 65.
Neapoleo card. S. Adriani legatus in Marchia, 3. b. 248. a. 264. b. 265. b. c. 266. a. 267. c. 268. c. 269. a. 273. b. A. 352. a. 356.
Nenenus abb. Decianenſis, 28. c.
Neocaſtrenſis ep. Nicolaus, 241. b.
Nepeſinus epiſcopus, 89. c.
Nepotecoſæ eccl. S. Mariæ de Florentia, 275. c.
Nerinius Felix abb. Hieronymianus, 120. c. 225. a.
Nerius fil. Uguccionis de Fajola, 207. c.
B. Nevolo vel Nuvolo Faventinus oblatus ſeu converſus monaſterii S. Maglorii, 111. c. fuit vere Camaldulenſis, 112. b. 143. a. ejus vitæ ſanctitas & prodigia, 112. c. obitus, 141. c. cultus, & corporis translationes, 142. a. 143.
S. Nicolai monaſt. Bononiæ, alias de Domo-Dei, 305. b. 310. b. A. 424. 505. c.
S. Nicolai monaſt. Burgi S. Sepulcri, 269. c. 388. c.
S. Nicolai de Curte-luponis prior Bonus, 77. a. A. 48. c. 196. a.
S. Nicolai de Trulla in Sardinia monaſt. 65. a. vicarius Andreas fil. comitis Saſſari, 34. b. 163. c. 302. b. A. 51. 109. c. 220.
S. Nicolai de Litore monaſt. Venetiarum, 32. c. 68. b. 139. b. 156. c. 293. a. 385. b. 391. b. A. 93. b. 172. c.
S. Nicolai eccl. de Adricino, A. 71. a.
S. Nicolai eccl. de Arcu, 3. b. A. 28. a.
S. Nicolai eccl. Caſtri-cari, 268. b. c.
S. Nicolai eccl. de Colloreo, A. 534.
S. Nicolai eccl. de Cryptis, 222. b. 315. b.
S. Nicolai eccl. de Caorle, 193. a.
S. Nicolai eccl. de Fabriano, 7. c. 8. a. 147. b. 249. a. A. 32. c.
S. Nicolai eccl. de Fonto, 24. a. 197. a. 404. b. A. 62. e. 286. c. 583. c.
S. Nicolai eccl. de Luco, 127. b. 302. b.
S. Nicolai eccl. de Marta, 263. c. 264. a.
S. Nicolai eccl. de Mazzano, 333. c. A. 343. a. 465. c.
S. Nicolai eccl. de Monte-mezzano, A. 49. c. 108. a.
S. Nicolai eccl. de Peruſio, 359. a. A. 515. b.
S. Nicolai de Sacilo plebanus Bonus, 57. c. A. 148.
S. Nicolai eccl. de Serra-valle in Caſentino, 38. c. 58. c.
Nicolaus III. papa, 136. c. 139. b. 140. a.
Nicolaus IV. papa 154. b. ſcribit contra moleſtatores Camaldulenſium, 180. b. A. 282. c. ejus literæ pro eccl. S. Stephani de Montagnano, 192. c. A. 285. aliæ pro monaſterio Vangaticienſi, 178. & contra inferentes damna Camaldulenſibus, 182. 193. a. V. *Hieronymus ep. Præneſtinus*.
Nicolaus V. papa 4. a. 213. b. 258. a.
Nicolaus de Prato ex ord. Præd. ep. Spoletanus, inde card. ep. Oſtienſis, 248. a. b. 253. c. 262. c. 268. c. 269. b. 294. b. A. 354. a. &c. 371.
Nicolaus card. S. Mariæ in via lata, 390. b.
Nicolaus card. S. Laurentii in Damaſo, 233. a. A. 338. a.
Nicolaus ep. Aprutinus, 292. c.
Nicolaus ep. Botrontinenſis, 291. b.
Nicolaus ep. Civitatis-caſtelli, 74. a. 136. b.
Nicolaus ep. Foro-ſempronii, 209. c.
Nicolaus ep. Neo-caſtrenſis, 241. b.
Nicolaus ep. Falaritanus ex abb. S. Severi Urbis veteris, 44. b.
Nicolaus ep. Maceratenſis, 357. a.
Nicolaus Maltraverſus ep. Rheginus, 19. a.
Nicolaus ep. Scarpatenſis, 297. b. A. 405. c. alter, 297. b.
Nicolaus ep. Spoletanus, 330. c.
Nicolaus ep. Tudertinus, 222. a. 315. b.
Niculaus ep. Turtibulenſis, 241. b.
Nicolaus de Soci prior Camald. 267. b. 270. obit, 271. a.
Nicolaus abb. Adelmenſis, 90. c.
Nicolaus abb. S. Gregorii de Urbe, 385. b.
Nicolaus Lapi de Ghinis abb. S. Mariæ de Florentia, 388. c. 393. b.
Nicolaus abb. Volaterranus, 88. b.
B. Nicolaus Germanus mon. Camald. 188. c.
Nicolaus marchio Eſtenſis, 351. a.
Nicolaus de Terracina, A. 194. 195.
Nicoſienſis archiep. Ugo, 76. c.
de Nigro Guido Gabrielis, 205. b.
Noceti eccl. S. Floræ, 196. b.
Nocria locus ad Fontem-avellanam, 208. c.
Noe abb. Cintorienſis, 164. a.
de Nogarolis Bailardinus Veronenſis poteſtas Paravii, 260. c. A. 383.
Nonantulæ monaſterium S. Silveſtri, 172. b. 269. 382. c. A. 397. e.
Nonnus titulus, loco Domni, in uſu penes veteres Ciſtercienſes, A. 63. a. b.
Norandinus Wecelli de Opitergio, 126. c.
Nordius abb. Sanæ-vallis de Fullina, 260. a. 300. c. vel Nordiglus, 334. a. 386. a.
Notarii aliquando monachi, 134. a. 159. a. 261. a.
Nucerini domini comites de Tripudio, 8. a.
Nucerina diœceſis, 7. c. A. 33. a. epiſcopi, V. *B. Alexander*, *Johannes*, *Laurentius*, *Philippus*, *B. Raynaldus*.

O

OBba, ideſt vas vinarium, 13. b.
Obizo, V. *Opizo*.

Obla-

Oblati, V. *Converſi*.
Octavianus de Ubaldinis card. in Via lata, 15. c. primus protector Camaldulenſium, 31. c. edit conſtitutiones, 32. b. 34. a. 36. c. 61. b. 71. b. 106. a. c. 114. a. 119. c. 120. 121. b. A. 74. c. 102. c. 112. c. 123. c. 211. c. 216. c.
Octavianus vel Octavius ep. Bononienſis, 110. b. 181. b. A. 112. c.
Octavianus abb. Inſulanus, A. 421. b.
Octavianus abb. S. Petri ad Vincula Ravennæ, 181. a. 219. a. 242. a.
Octavianus abb. S. Gregorii de Urbe, 176. c.
Octavantes JC. 175. b.
Oddo ep. Tuſculanus, A. 74. b. 123. c. 125. a.
Oddo de la Sala archiep. Piſanus, 292. c. ex archiep. Arborenſi, 294. b.
Oddo ep. Bellunenſis & Feltrenſis, 147. a. 224. c. A. 320. c.
Oddo abb. Claræ-vallis prope Æſium, 70. a.
Odolricus decanus Bellunenſis, 76. a. A. 152.
Odoricus Comes canonicus Tarviſinus, 92. c.
Odoricus prior S. Jacobi de Tarviſio, 92. c.
Odoricus ſubprior Sanæ-vallis nuntius Guecellonis de Camino, 300. b.
Odoricus comes Collis-alti, 19. c. A. 53. c.
Œconomi nomine appellabatur cellerarius apud Sitrienſes, *præf.* IX.
Officia varia apud Camaldulenſes & Vivenſes, *præf.* IX.
Officia divina recitantibus monachis unus chorus ad pſalmos ſedebat, & tunc alter chorus ſtabat, 14. b.
Officium regulare monachi recitabant etiam extra chorum iiſdem genuflexionibus & inclinationibus, ac ſi choro intereſſent, 10. a.
Officium B. Mariæ V. quotidie ab antiquis Camaldulenſibus in choro perſolvebatur, & etiam extra chorum ab ipſis monachis iter agentibus, & ab infirmis, 13. c.
Offreducius Girardi Tudertinus, 44. b.
in Olim eccl. S. Petri, A. 51. b. 109. c.
Oliverius vel Auliverius fundator monaſterii S. Martini de Opitergio, 57. c. 63. b. 126. A. 148. 152. b. 224. 227. 228. 276. 385. c. 391. c.
Oliveti eccl. S. Mariæ diœceſis Urbis-veteris, 43. c. V. *Montis-oliveti*.
Omnium-ſanctorum monaſt. Patavii, 29. b.
Omnium-ſanctorum monaſt. Senarum, 41. &c.
Opitergii monaſt. S. Martini, V. *S. Martini*, *S. Petri*.
Opizo archiep. Ravennæ, 254. b. A. 372.
Opizo San-vitalis ep. Parmenſis, 110. b. A. 112. c.
Opizo II. marchio Eſtenſis & Anconitanus, 78. a. 113. c. 139. b. 166. b. 177. c. 204. c. 352. a. 381. b. A. 207. c. 274. c. 279.
Oppidenſis ep. Stephanus, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
Oratoria & eccleſias erigere poſſunt Camaldulenſes, 69. A. 160.
Orbiciani monaſterium, V. *Urbicciani*.
Orbiſii monaſterium, 354. c.
Orciani caſtrum & eccl. S. Mariæ, A. 343. b.
Ordines ſacros a quocumque epiſcopo recipere poſſunt Camaldulenſes, 35. b.
Ordo monachorum in conventibus, A. 219. a.
Organa ab eccleſiis Camaldulenſibus exulabant, 14. b. A. 217. b.
Orlandus abb. Sacrarienſis, 157. b.
Orlandus ex abb. Montis-Chriſti prior Quadrigarii, 113. a. A. 22.
Orlandus prior S. Stephani ad pontem Florentiæ, 129. a.
Orlandus prior S. Mariæ Montis-cerpi, 60. b.
Orlandus major eremi ſuperioris de Vivo, 5. a.
Orlandus ſeu Rolandus fundator monaſterii SS. Angelorum Florentiæ, 202. b. 264. b.
Orlandus archipresb. Arretinus, 217. c.
Orlandus de Cluſio comes, alias de Catanis, 122. b.
Ormannus abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c. A. 21. b.
de Orna Vivianus JC. 259. a. A. 377.
de Ornina eccleſia, 10. a.
in Orrea eccl. S. Jacobi ſubjecta monaſterio S. Gregorii de Urbe, 225. a. A. 342. c. vel in Orreis, 333. b.
de Orrea-Picchina vicariatus in Sardinia, 185. a. A. 220. c.
de Orrea Branca ſeu Brancaleo, 151. b.
de Orrea Triàcia, 168. c.
Orſaria caſtrum, A. 173. c.
de Orticaria ſeu de Podio monaſt. S. Jacobi prope Piſas, 101. a.
de Oſellis monaſterium, 34. c.
Oſtienſes epiſcopi, V. *Bertrandus*, *Julianus*, *Nicolaus*, *Raynaldus*.
Ottinellus de Romena, 98. c.
Otto ep. Parentinus, 75. b. A. 173. c. 175. c.
Ottobonus Fliſcus card. S. Adriani, 45. b. A. 35. b. 39. b. 74. c. 121. a. 133. b. V. *Adrianus* V.
Ottobonus ep. Patavinus, 231. b. 260. b.
Ottobonus de Camenzano can. Piſanus, A. 487. a.
Ottolinus ex priore S. Georgii in Braida Veronæ ep. Adrienſis, 147. a.

P

PAcciani eccl. S. Mariæ Andreas converſus parochus, 87. c. 276. a.
Pactii viri nobiles, 403. b.
Pactius Dominicus presb. Tiphernas, 74. b.
Paduanus prior S. Benedicti-novelli, 52. b. 56. b. 68. b. 95. c. 152. b.
Paganellus II. ep. Luceoſis, 134. a.
Paganus ep. Patavinus, 268. c. 292. b. 294. a. A. 422.
Palmæ monaſt. S. Mariæ diœceſis Faventiæ, 335. b. 352. c. A. 509.
in Palumbice eccl. S. Johannis, A. 120. b.
S. Pancratii abbas Florentiæ, 129. a.
S. Pancratii caſtrum ſubjectum monaſterio Agnani, 63. a. 324. c. eccl. S. Ægidii, 372. a.
Pandulphus card. XII. apoſtolorum, 212. a.
Pandulphus de Faſanella capitaneus imp. in Thuſcia, 236. c.
S. Pantaleonis de Foſciano eccl. diœceſis Lucanæ, 172. b.
Panvinius Honuphrius, 211. a.
Panzo de Caſtellione vir nobilis, 236. c.
Papaſava Marſilius, 389. b.
de Papareſchis Maria, 256. c.
Paparonus ep. Spoletanus, 223. c. 331. c. A. 450. c.
Papebrochius Daniel S. J. 95. a. 101. c. 102. c. 188. a. 189. a. 213. c. 233. c. 257. c. 286. b. 396. b.
inter Paras monaſterium, V. *Cellæ*.
Parentini epiſcopi, V. *Bonifacius*, *Gratiadeus*, *Johannes*, *Otto*.
S. Pariſius apparet Alberto ep. Tarviſino Romæ commoranti, 62. b. obit, & ejus prodigia, 86. a. 91. b. divini honores illi ſtatim

post

poſt mortem decreti ab eodem epiſcopo, 92. cur ſollicitus de his fuerit epiſcopus? 93. Tarviſini in eorum patronum S. Pariſium eligunt, 94. c. ut inter Sanctos inferatur, procuratur a Tarviſinis, 241. c. 292. a. 295. a. 392.
Parmenſis ep. Opizo, 110. b. A. 112. c. Ugolinus, 389. b.
de Parrano monaſt. S. Stephani, V. *B. Jacobus de Nuceria*.
Participatio bonorum ſpiritualium, 190. a. 393. b. 398. a.
Partina caſtrum, 23. b. 33. b. ejuſdem homines fideles eremi Camald. 37. 298. a. A. 107. b.
Paſchalis II. papa, A. 42. a.
Paſchalis ep. Caſſanenſis, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
S. Paſchaſii de Appongiano eccl. 90. b.
S. Paſchaſii eccl. ſubjecta monaſt. S. Urbani, 263. c.
de Paſtorale eccl. rector Petrus, A. 394. c.
Patavii domus ord. Hieroſolymitani, 261. b. aliæ eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Benedicti*, *Domus-Dei*, *Fiſtumbæ*, *S. Sophiæ*, *S. Johannis*, *S. Juſtinæ*, *S. Lazari*, *S. Maximi*, *S. Michaelis*, *Omnium-ſanctorum*, *Pernumiæ*, *Pulverariæ*, *S. Sophiæ*, *in Viridario*.
Patavini occupant jura monaſterii Vangaticienſis, 197. c. 204. c. ideo excommunicantur, 205. c. componunt ſe cum abbate Vangaticienſi, 229. c. epiſcopi, V. *Bernardus*, *Ildebrandinus*, *Johannes*, *Jordanus*, *Ottobonus*, *Paganus*, *Piſani Franciſcus*.
S. Parerniani de Ferracciano monaſt. V. *Ferraciani*.
S. Paterniani eccl. de Clavi, 26. c. A. 77. b.
S. Paterniani eccl. de Ghiomiſio, 253. a. A. 365. c.
S. Paterniani eccl. de Marſignano, 268. b.
S. Paterniani eccl. territorii Populienſis, A. 120. b.
Paterni monaſt. S. Mariæ, 33. c. 34. b. 50. c. 196. b.
B. Patritius mon. Montis-oliveti, 306. c.
Patritius Vincentius Saxo-ferratenſis, 8. a.
Patroni monaſteriorum in ſuis monaſteriis nequibant recipi pro monachis, ſed in aliis, 14. b. *præf.* xvi.
Paulati eccl. S. Gregorii, 347. b.
B. Paula virgo Florentina Camaldulenſis a B. Silveſtro in via perfectionis dirigitur, 349. 381. a. ejus geſta, 387. a. viſiones, 388. 393. a. 394. c. 395.
S. Pauli ad ripam Arni monaſterium Piſarum, 10. c. 382. a. A. 41. a.
S. Pauli ad Hortum monaſt. Piſarum, 18. c. 23. a.
S. Pauli de Urbe abb. Bartholomæus, 154. b. 162. c.
S. Pauli in Alpe eccl. 107. c.
S. Pauli eccl. de Caſa-meruli, A. 120. b. 159. a.
S. Pauli eccl. ultra Clanas, 196. b.
S. Pauli eccl. de Cotroniano, A. 51. b. 109. c.
S. Pauli eccl. de Monte-milone, A. 505.
S. Pauli eccl. ſubjecta monaſterio Berardingæ, 293. c.
S. Pauli eccleſiæ & monaſteria alia, V. *Aquæperellis*, *de Carturo*, *de Caſtellina*, *Cotroniani*, *Pleroſariæ*.
Paulotius de Fajola, 367. b.
Paulus II. pont. max. 42. c.
B. Paulus eremita Camald. 186. c. 188. c.
B. Paulus Juſtinianus eremita Camald. V. *Juſtinianus*.
Paulus abb. Cantiniani, 20. b.
Paulus de Peruſio abb. S. Hippolyti Faventiæ, 73. a. 90. c.
Paulus abb. Fontis-avellanæ, 404. a.
Paulus abb. Montis-ſubaſii, 149. 150. a.
Paulus abb. S. Jucundæ de Obacula, 11. c. A. 36. a.
Paulus Riccius prior Carcerum, 147. a. 166. a. 176. a. 293. b. A. 274. c.
Paulus prior S. Michaelis de Muriano, 114. a. A. 211. c. 216. c. 221. c.
Paulus abb. S. Savini Piſarum, 370. c.
Pax abb. S. Felicis de Bononia, 181. b. 198. a. 204. c.
Peccatoris titulus frequenter uſurpatus a prioribus Camaldulenſibus, *præf.* vi.
de Peccioliſ Michael plebanus, 10. c. a. ejus ſigillum ferme ſimile Camaldulenſi, 11. a. A. 45. b.
Peccius Johannes eques & patritius Senenſis, 41. a. 225. a.
de Pelagio monaſt. S. Mariæ, 25. b.
de Pellicea monaſterium, 347. c.
Pennæ curtis hoſpitale Mercatalis, 282. a.
Pennenſis ep. Gualterius, V. *Gualterius*.
de Pericle eccl. S. Mariæ, 3. b. A. 28. a.
Percivallis archiep. Ravennæ, 110. a.
S. Peregrini eccl. de Briccole, 196. b.
B. Peregrini eremitæ Camald. obitus, 184. fuit abbas Inſulanus & Major eremi, 184. ipſius viſiones, 185. b. quæ monumenta extent ipſius cultus? 187. facile fuit filius Rainerii domini de Banzena, 188. c. de ceteris Beatis eremitis cultu carentibus, 189.
Perellæ eccl. S. Blaſii, 150. c.
de Perellis, V. *Aquæ-perellis*.
Pereti eccl. S. Stephani, A. 120. b.
Peretuli monaſt. S. Mariæ diœceſis Foro-populienſis, 48. c. 78. b. 255. a.
Pergentinum villa, A. 49. a. 107. b.
Pergulæ caſtrum ſubjectum monaſterio Claſſenſi, 405. c.
de Pernaculo eccl. S. Crucis, 7. c. A. 33. a.
Pernumiæ monaſt. S. Mariæ Matris Domini Lucia abbatiſſa, 51. b.
S. Perpetuæ monaſt. Faventiæ, 114. b. 392. a.
Perſavius vel Proſavius de Novello ep. Cenetenſis, 66. c. A. 153. c.
Perroctus Torquatus ep. Amerinus, 402. b.
Perronius ep. Larinenſis, 216. c. A. 302. a.
Peruſium civitas, 1. &c. 67. c. 374. c. A. 22. &c. 37. &c. 50. b. 108. c. eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Agnetis*, *S. Catherinæ*, *S. Donati*, *S. Feliciani*, *S. Fauſtini*, *S. Matthæi*, *S. Nicolai*, *S. Petri*, *S. Severi*, *S. Trinitatis*.
Peruſini epiſcopi, V. *Frigerius*.
Perutius Ranaldutii vir nobilis, A. 400. b.
de Petra eccl. S. Andreæ, 122. a. Caſtillionis Vallis-urciæ, 87. c. A. 227. a.
Petræ-fictæ monaſt. S. Mariæ, 11. c. A. 35. c.
de Petra-mala viri nobiles, 221. 374. c. Robertus, 340. a. Guido ep. Aretinus, V. *Aldebrandinus*, *Gualterius*, *Guido*, *Tarlatus*.
Petræ-pertuſæ caſtrum, 140. c. 162. c. monaſt. S. Vincentii, 166. b. 390. a. abbates ejuſdem, 390. b. A. 245. 263. 266.
de Petratio eccl. S. Mariæ, 212. a. A. 298. c. 342. c.
de Petroccia eccl. S. Mariæ erigitur in monaſt. ſanctimonialium ſubjectum monaſterio S. Gregorii de Urbe, 256. c. A. 373. c.
Petrúrium caſtrum, 218. a.

S. Petri cathedræ feſtum ſolum februario agebatur, 16. a.
S. Petri baſilica Vaticana de Urbe, A. 265. a. 266. b.
S. Petri-minoris monaſt. de Arretio, alias Piculi vel in Picculo, 34. c. 85. c. 160. b. A. 48. b. 106. c.
S. Petri de Peruſio abbas conſervator Camaldulenſium, 37. a. 129. a. 177. b. Franciſcus abbas, 21. b. Jacobus, 21. b. Rainerius, 179. c. A. 115. c.
S. Petri monaſt. de Vicetia, 130. b.
S. Petri monaſt. de Cæſena, 359. b.
S. Petri eccl. de Campo-gallano, 29. c. A. 78. b.
S. Petri eccl. de Caſtro, 196. b.
S. Petri eccl. de Colcello, 26. c. 216. a.
S. Petri eccl. de Lamitula, 3. b. A. 28. a.
S. Petri eccl. de Laterca, 196. b.
S. Petri eccl. de Lappurano, vel Appurani, 26. c. 161. c. 263. a. A. 140. c. 267.
S. Petri eccl. de Muſcano, 26. c. 273. a. A. 77. b. 402.
S. Petri eccl. in Olim, A. 51. b. 109. c.
S. Petri eccl. de Opitergio, 57. c. 294. a. A. 148.
S. Petri in Scano eccl. A. 51. b. 109. c.
S. Petri eccl. de Saxo-ferrato, 7. c. A. 33. b.
S. Petri eccl. de Scorzano, 7. c. A. 32. c.
S. Petri eccl. de Stoppiolo, 371. c.
S. Petri de Tuba monaſt. 326. c.
S. Petri eccleſiæ & monaſteria, V. *Aquæ-altæ*, *Arniani de Bovaria*, *in Campo*, *Campi-majoris*, *de Caſtro*, *Cerreti*, *in Compedo*, *Curtaroduli*, *de Eſte*, *Fontiani*, *Campi-majoris*, *ad Gradus*, *Montis-muri*, *Montis-ſilicis*, *de Mucchio*, *de Tuba*, *in Piſcide*, *de Puteolis*, *de Rotis*, *Rovereti*, *de Scaturbio*, *Suratici*, *in Trivio*, *Valenzani*, *Valliallæ*, *Valſavignonis*, *Valzauli*, *in Vinculis*.
S. Petronillæ monaſt. in Hiſtria, 75. b. A. 173. 441. c.
Petruccius Fridericus Senenſis JC. 366. c.
S. Petrus Urſeolus ex duce Venetiarum diſcipulus S. Romualdi, 383. b.
Petrus card. ep. Albanenſis, A. 35. a. 39. b.
Petrus ep. Portuenſis, 343. b.
Petrus ep. Sabinenſis card. A. 39. b.
Petrus card. ep. Tuſculanus, 209. c.
Petrus card. S. Marcelli, A. 35. b. 39. b.
Petrus card. S. Stephani, 323. Gallus le Teſſier, 334. a.
Petrus de Piperno card. S. Mariæ-novæ, 218. a. 246. c. eligitur protector a Camaldulenſibus, 253. a. 254. c.
Petrus card. S. Georgii ad Velum aureum, 46. b. 50. c. A. 5. a. 39. b. 45. c. 74. c. 123. c.
Petrus ep. Callienſis, 372. a. 374. b.
Petrus ep. Civitatis-caſtelli, 34. c.
Petrus ep. Civitatis-novæ, 292. c.
Petrus ep. Cluſinus, 196. b.
Petrus ep. Grottaicianus, 217. a.
Petrus ep. Marſicanus, 338. b. 344. c. A. 471. c. 505. b.
Petrus ep. Montis-marani, 355. a. 372. a. 374. b. A. 512. c.
Petrus ep. Narnienſis, 292. c.
Petrus ep. Nazarenus, 292. b.
Petrus ep. Spoletanus, 332. a. A. 452. b.
Petrus Saracenus ep. Vicetinus, 179. c. 189. c.
Petrus ep. Urbinas, 111. a.
B. Petrus Dagninus primus prior Camaldulenſis. Tituli ei tributi, *præf.* 11.
Petrus abb. Burgi S. Sepulcri, 140. a. 151. c. 166. a.
Petrus abb. S. Helenæ de Flumine-Æſino ex priore S. Trinitatis Peruſii, 296. b.
Petrus abb. S. Trinitatis Montis-herculis, 221. c.
Petrus abb. S. Savini Piſarum, 122. a. 154. a. 166. c.
Petrus abb. S. Donati de Polpiano, 21. a. 234. b.
Petrus de Nucerio abb. Pratalienſis, 397. c.
Petrus abb. S. Severi de Ravenna, A. 581. a.
Petrus abb. Rotenſis, 140. b.
Petrus abb. Silvæ-mundæ, ex abbate Moronæ, 403. c.
Petrus abb. Vallis-caſtri, 5. b. 128. c. 179. b. A. 229. 230. 237.
Petrus abb. S. Gregorii da Urbe, 56. a. A. 194. b.
Petrus prior S. Antonii de Curſu Brittonorii, 164. b.
Petrus Lucenſis prior S. Mathiæ de Muriano, 252. c. 282. b.
Petrus prior Popleuæ, 48. a.
Petrus prior Porinenſis, 376. a.
Petrus prior de Vivo, 196. b.
Ven. Petrus eremita Camald. 186. c.
Pezza villa vendita monaſterio Pratalia, 12. a. 236. c. 259. c.
SS. Philippi & Jacobi eccl. Venetiarum, 157. b.
B. Philippus nepos S. Raynaldi ex monacho Avellanenſi epiſcopus Nuceriæ, 21. c. 131. c. obit, 169. b. cultus & translatio ejus reliquiarum, 169. b.
Philippus Fontana archiep. Ravennæ, 2. b. 6. c. legatus apoſtolicus, 18. a. beneficus in monaſt. S. Severi, 22. a. 25. e. 32. c. 58. c. 60. c. 67. b. 69. c. 110. a. 113. b. obit, 127. c. A. 60. 71. 150. b. 157. c. 212. a.
Philippus ep. Camerinenſis, 8. a. A. 57. b.
Philippus ep. Feſulanus, 204. b.
Philippus abb. S. Benedicti de Gualdo, 342. c. A. 499. c.
Philippus abb. S. Georgii-majoris Venetiarum, 320. b. A. 478. a.
Philippus abb. S. Zenonis Piſarum, 10. e. 24. a. 28. c. 48. e. A. 40. e. 44. c.
Philippus Nellius prior Angelorum Florentiæ, 341. c. 308.
Philippus JC. plebanus de Creti, 312. b.
Piccolhomineus Rainerius Ruſtichini, 421. a. Salomon & Minus, 218. a.
Pileus niger olim in uſu penes Camaldulenſes, 235. a.
Pineti, ſeu medii Pineti hoſpitale Ravennæ, 255. c.
de Pirovanis Azo poteſtas Ravennæ, 22. a.
Piſani Franciſcus card. & ep. Patavinus, 369. b.
Piſarum diœceſis, A. 50. a. 108. b. monaſteria & eccleſiæ, V. *S. Cæciliæ*, *S. Caſſiani*, *S. Concordii*, *S. Euphraſiæ*, *S. Frigdiani*, *ad Gradus*, *S. Laurentii*, *S. Michaelis*, *Orticariæ*, *S. Pauli*, *S. Torpetis*, *Travatellorum*, *S. Viti*.
Piſarum baſilica, ubi congregatio matronarum, 190. a. canonicatus, A. 486. c. archiepiſcopi, 274. c. 292. b. 382. a. V. *Oddo*, *Theodericus*, *Fridericus Vicecomes*, *Vitalis*.
Piſarum cives xenodochium juſſu Alexandri IV. erigunt, 30. c.
Piſarum archigymnaſium inſtituitur, 382. a.
Piſaurum urbs & diœceſis, A. 50. b. 108. c. 120. b. epiſcopus, V. *Accurſius*.
Piſauri monaſteria & eccleſiæ, V. *S. Decentii*, *Sajoli*.
in Piſcide eccl. S. Petri, A. 105. b.

Piſci-

Piſcina ſilva, 215. b.
Piſtorienſes epiſcopi, 33. b. c. 37. a. A. 86. a. V. *Johannes*, *Thomas*.
de Pizzolis Dominicus JC. Imolenſis, 373. c.
Pius II. 42. c. 234. c. 310. a.
S. Pius V. 9. b. 43. a.
Placentinus epiſcopus, V. *Albricus*.
Placidus abb. Deciani, 28. c.
Plagiarum caſtrum, A. 532. b.
Planeta ſeu caſula S. Gregorii M. in theſauro Claſſenſi, 301. c.
Planeti caſtri eccl. S. Mariæ, A. 421. c.
Planetuli caſtrum & monaſterium S. Petri, 48. b. 78. c. 114. b. eccl. S. Mariæ, 299. b. A. 49. b. 107. b. 211. c.
Plani-arretini eccleſiæ, 301. b.
Planicorii eccl. S. Laurentii, 400. c. A. 582. b.
de Plavi, alias de Lovadina, monaſt. abbas Georgius, 266. b. idem monaſt. reformatur, 386. a.
de Plebe eccl. S. Mariæ, 26. c. A. 77. b.
Pleroſariæ eccl. S. Pauli, 26. c. 374. c. A. 428. b.
de Podio eccl. S. Jacobi, alias de Orticaria Piſarum, 100. b. 101. a.
Podii-bonitii monaſt. S. Mariæ-magdalenæ, 11. b. 35. a. 40. b. 45. a. A. 49. c. 98. b. 108. a.
de Podio-cupo Junculus Johannis, 274. b.
Pœnitentiarii eremi Camaldulenſis munus, *præf.* IX.
Pogioli cella diœceſis Imolenſis, 78. c.
Pœnitentiæ ſacramentum miniſtrare monachi poſſunt, 35. b.
Pœnitentiæ fratres tertii ordinis S. Franciſci, 203. a. dicti Continentes, 204. a.
Polanus Franciſcus poteſtas Parenrii, 373. a.
Polenſes epiſcopi, V. *Guido*, *Sergius*.
de Polenta domini, Acto, 272. b. Guido Lamberti, 33. a. Hoſtaſius, 189. c. 190. a. 277. a. 281. b. 296. c. Lambertus, 189. 297. a. A. 417. b. Guido Novellus, 316. c. Guido Alberici, 60. c.
Politienſis S. Guillielmus eremita, 346.
Pollicinium villa, 229. a.
Polocenſis ep. Jacobus, 400. b.
Polpiani eccl. S. Donati, 21. a. 234. b.
Pomini eccl. S. Margaritæ, V. *S. Margarita*.
Pompoſiæ abb. Ventura, 113. c. Andreas, 382. c.
S. Pontiani monaſt. theſaurus, 302. b.
Ponticulum villa, 177. c.
Pontificalia conceſſa Majoribus eremi Camaldulenſis, *præf.* VIII.
Pontis-arretii hoſpitalis, 163. c.
Pontius Ponzonus ep. Cremonenſis, 216. b.
Poplenæ monaſt. S. Mariæ, 11. c. 48. a. 129. a. Andreas prior, 266. a. conſtitutiones ibidem ſcriptæ, 271. c. 394. b. 397. b.
Poplenæ eccl. S. Michaelis, A. 49. b. 107. c.
Porcarellæ caſtrum ædificatur, 5. n. 6.
Porcariæ domini, 151. b. capella illius burgi, A. 49. c. 108. a.
Porchetus archiep. Januenſis, 292. b.
Porciani comes Guido, 214. c. comitiſſa, 28. b. Adalaſia, 214. c. Rigus, 266. a.
Porciliæ monaſt. S. Mariæ de Patavio, 60. a. 67. a. obit in eodem B. Antonius Peregrinus, 79. *&c.* Martinus IV. recipit ſub ſua protectione monaſt. Porciliæ, 161. a. A. 260. 268. Benedictus XI. concedit monachis facultatem adminiſtrandi ſacramenta eorum familiaribus, 260. b. & oblatis ſeu converſis, 161. b. fuit monaſt. duplex, inde diviſum, 161. 274. b. 331. c. 343. c. 351. a. 372. c. A. 382. c. 489. V. *B. Antonius*, *Caſtellanus*, *B. Compagnus*, *Philippus*, *Samſon*.

Porteſanus Dominicus, 188. c.
Portuenſes ep. in Latio, 340. b. A. 472. V. *Bernardus*, *Johannes*, *Latinus*, *Mattheus*, *Petrus*.
Portus monaſt. S. Mariæ prope Ravennam, 297. a. 316. a. 351. c. A. 416.
Portus-majoris plebs, 32. c.
Pozi eccl. S. Angeli, 398. c.
Pramus ſed Tramus ep. Urbe-vetanus, 389. c.
Pratæ monaſt. S. Martini diœceſis Concordienſis, 78. a. 126. b. 204. c. 242. a. 244. c. 354. b. 392. b. A. 109. b. 225. a. 292. c.
Pratalia monaſt. diœceſis Patavinæ abb. Gandulfus, 60. a.
Pratalia monaſt. S. Mariæ diœceſis Arretii, 10. a. A. 40. c. cujus abbas conſtituebat poteſtates in pluribus caſtris, 12. a. 18. c. 23. 29. a. ſubjiciebatur priori Camaldulenſi, 31. b. eligebat rectorem Fraxinetæ, 34. a. 38. c. omnia ejus monaſterii privilegia a Guillielmino ep. Arretino confirmantur, 58. c. 62. c. 104. c. ſigillum ejuſdem monaſterii, 105. b. a Galeatenſibus caſtrum Fraxinetæ deprædatur, 133. a. Alexander IV. compellit abbatem ad obedientiam prioris Camald. 31. b. A. 90. literæ Bonifacii VIII. contra moleſtantes & male occupantes ejuſdem monaſt. bona, 215. a. 236. c. A. 300. c. fideles ejuſd. monaſterii ſunt homines caſtri de Spugna, 259. c. & de Serra-valle, 263. a. 297. c. 309. c. A. 48. c. 107. a. 202. b. 203. c. eidem ſubjectum clauſtrum de Ventrina, 322. c. 359. a. abbates, V. *Benedictus*, *Benvenutus*, *Franciſcus*, *Guillielmus*, *Marcus*, *Petrus*, *Romualdus*.
Prati vallis Marina, 298. c.
Prato-veteris monaſt. S. Johannis evangeliſtæ, cui ſubjiciebatur eccl. S. Hilari de Pulea, 63. a. 109. a. 129. a. b. 217. c. 235. b. 265. c. 273. c. 353. b. 365. b. 394. b. 404. c. A. 49. c. 108. a. abbatiſſæ, V. *Beatrix*, *Sophia*, *Franciſca*.
S. Praxedis de Urbe abb. Maurus, 162. c.
Prædicationem permittit Camaldulenſibus Innocentius IV. 35. b. A. 22.
Prædicatorum ordo, V. *S. Dominici*.
Prælati quales eſſe debent? A. 217. b. non convenientes ad capitulum generale pœnitentiam debent ſubire, A. 220. a. Johannes XXII. ſibi reſervat eorumdem electiones, 344.
de Prælationum variis generibus earumque denominationibus apud Camaldulenſes conſule *præfationem*.
Præmonſtratenſis abbas S. Severi de Urbe-veteri, 44. a.
Præneſtini epiſcopi, V. *Bernardus*, *Theodericus*, *Stephanus*.
Præſcriptio temporis ad XL. annos, A. 23. c.
Precichiæ caſtrum, 18. c.
Presbyter parochialis, nempe parochus, A. 383. a.
Presbyteri converſi, V. *Converſi*.
Preſciani monaſt. S. Mariæ, 140. b. plebs, 402. b.
Preſentiani villa S. Johannis, A. 125. a.
Primalcorii eccl. S. Martini, 282. c.
Primicerius monaſterii de Ferracciano Ambroſius factus abb. Deciani, 302. c.
S. Proculi eccl. ultra Clanas prior Ildebrandus, 87. c.
S. Proculi de Bononia abbates, V. *Azo*, *B.*, *Radulphus*.
Procurationes & proviſiones non ſolvendæ a

Camaldulenſibus, 2. b. c. 9. c. 11. c. 24. b. 34. a. 54. a. A. 25.
Procuratores in Romana curia pro congregatione Camald. Rainerius, 121. c. 138. c. ſeculares, 150. c. Clarus de S. Geminiano, 192. a. 202. a. A. 30. c. 89.
Prodani monaſt. S. Mariæ fundatur, 26. b. 61, b. 157. c.
Profeſſionis monaſticæ charta Cæciliæ monialis S. Mariæ de Porcilia Patavii, 60. a. & Friderici de Fajola monachi Trivienſis, A. 395. c.
S. Proſperi monaſt. de Faventia can. regularium unitur monaſterio Aceretæ, 39. a. 193. b. 298. b.
S. Proſperi de Via-cava rector Michael, 215. c.
Protectores cardinales ordinum regularium quando primum aſſumpti? 32. a. protectores card. Camaldulenſium, V. *Bertrandus*, *Cajetanus Franciſcus*, *de Columna Petrus*, *& Johannes*, *Petrus de Piperno*, *Octavianus de Ubaldinis*.
Proviſor eremi Camald. idem ac Major, *praef.* VII.
Prudentius prior S. Viti de Vicetia, 152. a.
Prugnani eccl. S. Martini, 204. b.
Ptolomæus princeps & poteſtas Senarum, 71. a.
Ptolomæus Lucenſis ep. Torcellanus, 288. c.
de Publica eccl. S. Mariæ de Urbe, A. 252. c.
Puccinellius Placidus mon. Caſinenſis, 385. b. 388. c.
Puccii Bindus de Arretio, 266. a.
Pucæ villa in Marchia, A. 14. a.
S. Pudentianæ monaſt. de Urbe, 151. a.
Pulliciani monaſt. S. Mariæ dioeceſis Volaterrarum, A. 49. c. 108. b.
Pulſanenſium monachorum alborum congregatio, 99. b. 101. a.
Pulverariæ monaſt. S. Agnetis, 56. b. S. Margaritæ, 161. b. A. 268. b.
Puppium caſtrum, A. 82. b. eccl. S. Silveſtri donata eremo Camald. 339. c. Johanna comitiſſa, 109. a.
de Puteo eccl. S. Andreæ Caſtellionis-Arretini, 77. a. 144. a. 253. a. A. 36. 48. c.
de Puteolis monaſt. S. Petri dioeceſis Lucenſis, 11. c. 48. 78. b. 151. b. 164. a. 268. 278. a. 331. a. 333. b. A. 36. a. 49. c. 108. a.
Pyrum caſtrum, V. *Apirum*.

Q

QUadrigaria eremus S. Michaelis, 48. b. 78. b. 114. a. 174. b. A. 24. 51. b. 109. c. 211. b.
Quaglottus Andreas recipit veſtem monaſticam in extrema infirmitate, 134. a. A. 240.
Quaracchi monaſt. Florentiæ, 249. c.
Quartexolum villa, 160. a.
Quarti eccl. S. Mariæ, 389. b.
Querceti monaſt. S. Mariæ, 250. c. ejus origo, 274. c. ex cura abbatis Camalduli-Florentini tranſit ad alteram prioris generalis, 325. c. 353. a. 401. a.
Quercinorii, V. *Guarcinorii*.
de Quercu eccl. S. Andreæ, 55. b.
Quintavallis fil. Ildebrandini de Valliala vir nobilis, 19. c.
S. Quirici de Roſis monaſt. 33. c. 48. b. A. 48. c. 107. a.
S. Quirici eccl. de Coltano, 323. b. A. 444. b.
S. Quirici eccl. in Mulignano, 323. b. A. 444. b.
S. Quirici in Oſenna eccl. 367. b.
S. Quirici eccl. dioeceſis Peruſinæ, 359. a. A. 515. b.
SS. Quirici & Julitæ eccl. de Battifolle, alias de Viccione, 340. a.
Quirini Johannes fil. Roberti, 341. a. A. 479. Paulus & Thomas, 399. c.
Quirinus Angelus M. card. 355. c.

R

RAca de eccl. S. Crucis, 43. c.
Ractius Silvanus abb. Camald. 102. c. 122. c. 123. a. 184. b. 187. c. 188. c. 194. c. 195. b. 208. a. 249. b. 251. c. 275. a. 291. a. 303. c. 308. a. 350. c. 395. 401.
Radicofani caſtrum, 19. b. 65. c. eccl. S. Andreæ, 196. b. eccl. S. Petri, 196. c.
Radulphus ep. Fulginas, 234. b.
Raginopoli caſtrum, 298. a. 324. b.
Raimbaldus ep. Imolenſis, 292. c.
Rainerius ep. Feſulanus, 106. c. 249. b.
Rainerius de Ubertinis ep. Volaterranus, 56. a. 60. b. 104. c. 146. c. 162. c. 272. a. 294. b. A. 251.
Rainerius ex abbate Inſulanu, 146. b. 162. b. 184. c. abbas Claſſenſis, 190. c. 191. 221. c. 225. b. 234. c. 242. a. 255. c. 270. b. 272. b. 281. b. A. 400. b.
Rainerius abb. S. Apollinaris-novi Ravennæ, 242. a.
Rainerius abb. S. Hippolyti Faventiæ, 24. a. 48. b. 52. b. A. 117. c.
Rainerius fil. Ugonis comitis Carpigni abbas Galeatæ, 7. a. 19. b. A. 3.
Rainerius abb. S. Petri de Peruſio, 179. c.
Rainerius abb. Urani, 128. a.
Rainerius prior S. Trinitatis de Brittonnrio, 164. b.
Rainerius prior Planetuli, 48. b.
Ven. Rainerius eremita Camaldulenſis, 186. c.
Rainerius procurator Camaldulenſium in curia Romana, 121. c. 122. a.
Rainerius de Fajola, V. *de Fajola*.
Rambaldus comes Collis-alti, 19. c. A. 54. a.
Rambottus ex archidiacono epiſcopus Camerinenſis, 163. a. 173. a. 179. b. 224. b. 232. b. 241. b. 306. a. A. 271. a. 278. a. 349. a. 426. b.
Rancambrolii hoſpitale S. Bartholomæi, 122. b. 259. b. 282. b. A. 375. 398. c.
de Rancla eccl. S. Marci, 300. a.
Rangonius Bonifacius marchio, 279. c.
Ranutius archiep. Calaritanus, 241. a.
Ranutius ep. Volaterranus, 358. b.
Raphaellius Franciſcus-maria, 317. b.
Rapollani plebanus Ugo, 133. b. Bindus, 313. a.
Ravaldinus ep. Foro-popilienſis, 110. c. 183. b. 149. b. 165. c. A. 213. b. 275. c.
de Ravaldino eccl. S. Johannis, 365. c.
de Ravaldino Guido Ravignanus, 33. a.
Ravenna urbs Ghibellinæ factioni adhærebat, 6. c. A. 50. b. 108. c. 120. a. c. eccleſiæ & monaſteria, V. *de Agere*, *Claſſenſe*, *S. Apollinaris-novi*, *S. Bartholomæi*, *de Miſericordia*, *in Xenodochio*, *S. Severi*, *S. Simonis*.
Ravennæ archiepiſcopi, V. *Abaiſio de Guido*, *Aymericus*, *Bonifacius*, *Canalis Nicolaus*, *Gualterius*, *Guido*, *Michaelius Franciſcus*, *Opizo*, *Percivallis*, *Philippus*, *Raynaldus*, *alter Raynaldus*.
Ravenniana ditio in territorio Fanenſi ſubjecta monaſterio Claſſenſi, 212. c. 270. b. 367. c. 368. a. A. 309. c. 532.
de Ravone hoſpitalis S. Mariæ prope Bononiam prior Michael, 48. b. 49. b. 55. b. 61. a.

129.

129. b. convertitur in monialium monaſterium, 254. c. dictum & S. Salvatoris, 347. c. A. 50. c. 109. b. 383. c. 505. c.
Raymundus patriarcha Aquilejenſis, 224. c. A. 320. b.
Raymundus ep. Adrienſis in regno Neapolitano, 292. b.
Raymundus ep. Dizgorganenſis, 355. a. A. 512. c.
Raymundus ep. Maſſilienſis, 292. b.
S. Raynaldus ep. Nucerinus, 382. b.
Raynaldus ep. Oſtienſis, A. 35. a. 39. b. 52. c. V. *Alexander* IV.
Raynaldus archiep. Ravennas, 72. c. 273. b. 274. c. 279. b. 299. b. A. 422. c. ex epiſcopo Vicetino, 255.
Raynaldus de Polenta archiep. Ravennas alter ex archidiacono eligitur, 315. c.
Raynaldus ep. Camerinenſis, 3. c.
Raynaldus ep. Senenſis, 216. a. c. A. 302. a. 305.
Raynaldus abb. S. Victoris de Cluſis, 8. a.
Raynaldus prior eremi de Salimbene, 48. b.
Raynaldus marchio Eſtenſis, 352. a.
Raynaldus Odoricus, 87. a.
Raynerius, V. *Rainerius*.
Realis abb. S. Petri in Vinculis Ravennæ, 249. a. 268. a.
Realtius Murius, 8. a.
Recanatenſis epiſcopus Fridericus, 273. a. A. 403. Salvus, 217. a.
Recluſæ in monaſteriis monialium, 15. a.
Recluſi vel incluſi eremitæ, 120. b. 137. a. c. A. 216. c.
Reforzata caſtrum, A. 532. b.
S. Reginæ monaſt. Senenſe, 42. c.
Regulæ vox præponebatur monaſteriis ſuis ab abbatibus, *præf.* xiii.
Regulares omnes recipi poſſunt in eremo Camaldulenſi, 2. c. A. 26.
Remborgina vel Raimbarchina abbatiſſa S. Chriſtinæ de Bononia, 71. c. obit, 164. c.
de Rena caſtellare & eccl. S. Mariæ, 147. b. A. 252. b.
Reſtaurus abb. Cantiniani, 134. c.
Reſtaurus abb. Cerreti, 48. a.
Reſtaurus abb. Puteolenſis, 78. b.
de Rethano eccl. S. Auguſtini, 261. a. A. 379. c.
Retorſium caſtrum, 58. b.
Regienſis ep. in Æmilia, V. *Guido*, *Guillielmo*, *Nicolaus*, *J.*.
Rheginus archiep. Gentilis, 228. c. A. 309. c.
Rhodigii archipresbyter, 32. c. A. 93. b.
Rhodigii monaſt. S. Bartholomæi abbas, 32. c. A. 93. b.
Rhuæ vel Rubæ, ſeu Rhodæ eremus S. Mariæ in montibus Patavinis, 353. c. A. 508. donationes eidem factæ a commune Galzegnani, 360. a. A. 529. traditur monachis S. Mathiæ ab Ildebrandino ep. Patavino, 368. c. &c. A. 544.
Ribaldus dominus de Fajola, 229. a. A. 334. c.
Ribonæ plebanus Thomas, 398. a.
Ricca Joſeph S. J. 251. a. c. 275. a. c. 294. c. 406.
Ricciardus dominus de Camino, 257. a. 260. a. matrimonium init cum Viride nepte Canis Scaligeri, 300. b. obit, 300. c. 383. a. A. 376. a.
Riccorum gens potens Tarviſina, 93. c.
Richardus card. rector ducatus Spoletani, 21. a.
Richardus card. S. Angeli, 141. 167. b. A. 39. b. 74. c. 123. c. 247. c.
Richardus abb. S. Gregorii de Urbe, 154. b. 176. c.
Richardus prior Camalduli-Veronæ, 225. c.

Richardus dominus de Camino fil. Gerardi obiit, 288. c.
Richardus fil. Mathiæ Annibaldi, 162. c.
Richelmus ep. Foro-livienſis, 23. b. 67. b. 72. c. 74. A. 155. c. 163. b.
de Richoo eccl. S. Johannis, 104. b. 297. c.
Ricordatus Petrus mon. Caſinenſis, 195. b.
Rigus vel Henricus Fatii comes Porciani, 266. a.
de Riliono eccl. S. Hippolyti, 323. A. 444.
Riſa plebs prope caſtrum Fratnccix, 44. c.
de Riva Bartholomæus & Jacobus Veneti, 157. a.
de Rivo hoſpitale, 62. a.
de Rivolta, V. *S. Laurentii*.
Rivi-cornoclarii S. Johannis plebanus Jacobus, 236. b. A. 349. c.
Rivi-frigidi eccl. S. Mariæ, 236. b. A. 349. c.
Robertus rex Siciliæ dominus in Thuſcia, 303. c. 330. a.
Robertus ep. Calinenſis vel Carinulenſis, 216. A. 302. a. 305. c.
Robertus abb. Berardingæ, 218. a.
Robertus prior Camalduli-Foro-livii, 23. b.
Rocca caſtrum territorii Fanenſis, A. 532. b.
Rocca-contrara caſtrum in Marchia, 209. b. 210. a 235. c. eccl. S. Medardi, 192. c. A. 285. b.
de Rocca-pozoli Salimbene, 163. c.
Rodoſſæ caſtrum, 3. b.
Rodulphius Philippus patritius Florentinius, 317. b.
Rodulphus rex Romanorum, 152. c. 153. a. 155. c.
Rodulphus ep. Foro-livienſis, 110. b. A. 213. a.
Rodulphus ep. Foro-popilienſis, 268. b.
B. Rodulphus prior IV. Camaldulenſis, 137. c. 138. c. tituli ei tributi, *præf.* iii.
Rodulphus abb. S. Proculi Bononiæ, 181. b.
Rodulphus abb. Galeatenſis, 7. a. 10. b.
Rodulphus abb. S. Jucundæ de Obacula, 150. b.
Rodulphus vicarius in Thuſcia & cancellarius Rodulphi regis, 152. c.
Rodulphus judex generalis Marchiæ Anconitanæ, 274. a.
de Roſſeno abb. S. Luciæ Theobaldus, 181. b.
Rogerius vel Rugerius archiep. S. Severinæ, 216. a. c. A. 302. a. 305. c.
Rogerius abb. S. Silveſtri de Monte-ſubaſio, 216. a.
Rogerius abb. Vultræ, 177. b.
Rogerius comes de Bagna-cavallo, 60. c. 193. c.
Rogerius comes de Romena, 324. b. 356. b.
Rogerius comes benefactor eremi Camaldulenſis, 28. a. reficit damna Camaldulenſibus illata, 33. a.
Rolandinus hiſtoricus Patavinus, 18. a.
Rolandinus de Canoſſa poteſtas Patavinus, 95. c.
Rolandus ep. Spoletanus, 549. a.
Rolandus ex mon. Avellanenſi abbas Saxi-ferrati, 130. a. c. 147. c.
Rolandus prior S. Leonardi de Patavio, 60. a.
Romandiolæ comes, 212. b.
S. Romanæ de Tuderto prior, 223. b.
S. Romani de Ferraria prior, 32. c. A. 93. a.
Romanus ep. Erdenſis, 217. a.
de Romanziis Rolandinus JC. Bononienſis, 119. b.
Romenæ plebanus Calcagnus, 33. b.
Romenæ comites, 263. b. comes Guido, 131. c. 133. b. Alexander, 190. a. 193. d. 298. a. Aginolphus, 324. b. 356. b.
S. Romualdi monaſt. de Monticulo in Marchia, 200. 203. c.
S. Romualdus, cujus feſtum olim ſollemniter,

& feſtum S. Benedicti ſollemniſſime a Camaldulenſibus agebatur, 16. a. 138. c. 261. c. 318. a. 337. a. elogia & tituli, *præf.* I. II.
Romualdus abb. S. Michaelis de Muriano, 252. c. 259. c.
Romualdus abb. Prataliæ, 105. b. c.
Romualdus abb. Urani, 60. b. 70. b. 72. c. A. 216. c. 221. c.
Romualdus prior S. Mariæ Angelorum Florentia, 264. c. 269. c. vicarius generalis, 271. a.
de Ronco archipresb. S. Apollinaris, 141. b.
S. Rophilli monaſt. Foro-popilienſe, 113. b.
Ropula caſtrum, A. 532. b.
de Roſa monaſt. S. Mariæ ædificatur, 324. c. transfertur prope Senas, 371. c. 391. c. 400. b. 405. c.
Roſani monaſt. S. Mariæ prope Florentiam Margarita abbatiſſa, 204. a. 316. b. 350. c.
Raſajnoli eccl. S. Salvatoris, & comites, 371. a.
Roſengæ eccl. S. Angeli, 26. c. 374. c. A. 77. b. 243. a.
Roſſani vel Roſani, vel Boſſani monaſt. S. Angeli diœceſis Aſſiſinatis, 11. b. 35. a. A. 506. b. 108. c.
de Roſis monaſt. S. Quirici, V. *S. Quirici*.
de Roſſis Stuldus, 162. c.
de Rotis monaſt. S. Petri, 33. c. 34. b. 40. c. 48. b. 50. c. 77. c. 99. a. 140. b. 253. a. 282. a. 324. e. 327. c. 333. b. c. A. 48. c. 107. a.
Rovereti hoſpitale, 7. a. 78. c. 222. a. S. Petri, 221. c. A. 50. c. 109. a.
de Rubeis Fantonus de Florentia poteſtas Paduæ, 220. c.
de Rubeis Bernardus O. P. 355. a.
Rubeus Hieronymus hiſtoricus Ravennas, 7. a. 10. b. 26. a. 182. b. 190. c. 197. a. 202. a. 274. c. 277. c. 279. b. 299. b. 326. c.
Rubeus Matthæus card. S. Mariæ in Porticu, 140. e.
Rubiani eccl. S. Victoris, 26. c. A. 77. b.
Rubini eccl. S. Euphemiæ, 261. c.
Ruſſinus ep. Sarſinæ, 10. b.
Rugerius V. *Rogerius*.
Ruſticus prior Camaldulenſis; tituli eidem tributi, *præf.* III.
Ruſticus abb. Galeatenſis, 19. b. 24. a.

S

SAbariſius vel Sabatinus ep. Tiburtinus, 162. c. 163. a.
Sabba ep. Militenſis, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
S. Sabbæ de Urbe abbas, 256. b.
Sabinenſes epiſcopi, V. *Gerardus, Petrus*.
de Sacco vel Sacca fratres Auguſtinienſes de Florentia, 172. b. 203. c.
de Sacco plebis archipresb. territorii Patavini, 68. c. A. 170. c.
Sacili plebanus Bonus, 57. c. A. 148.
Sacramenta laicis exhibere poſſunt monachi, 35. b.
Sacrariæ monaſt. S. Trinitatis abb. Bartholus, 168. e. Henricus abb. 24. a. Marcus, 157. b. 163. c. A. 51. b. 109. e. Orlandus, 157. b.
Sacriſtæ officium in eremo Camaldulenſi, *præf.* VIII.
Sajoli eremus Piſaurienſis, A. 50. b. 108. e.
Salaroli eccl. S. Mariæ, 107. e.
Saletæ eccl. diœceſis Ferrarienſis, 32. c.
de Salimbene monaſt. Montalis-ſaloris diœc. Ariminenſis, 11. b. 48. b. 212. b.
de Salimbene eremus in teritorio Peruſino, V. *Montis-Tetii*.
de Salimbene arx in Senenſi ditione, 367. b.
de Saltu eremus S. Mariæ-magdalenæ territorii Mutinenſis, 39. c. A. 97.
Saltuarii, nempe cuſtodes bonorum monaſterii, 160. c.
S. Salvatoris de Aqua-pagana monaſt. V. *Aquæ paganæ*.
S. Salvatoris de Cantiniano Monaſt. V. *Cantiniani*.
S. Salvatoris Curtis-regiæ monaſt. Veronæ, 160. c. 176. a.
S. Salvatoris eremus de Vico, ſeu de Vico-livienſi, ſeu Foro-livii, 33. c. 77. c. 144. c. 190. b. 252. c. 283. a. 400.
S. Salvatoris de Ravone monaſterium, V. *de Ravone*.
S. Salvatoris Venetiarum monaſt. 126. b.
S. Salvatoris eccl. de Angajale, 88. a. A. 196. a.
S. Salvatoris eccl. de Tintiniano, 196. b.
S. Salvatoris eccl. de Valle, 26. c. A. 77. b.
S. Salvatoris eccl. ſubjecta monaſt. S. Urbani, 263. c.
S. Salvatoris eccleſiæ & monaſteria, V. *Berardinga, Camalduli, Septimi, Sexti Silvæ-mundæ, Vallis-caſtri*.
de Salvenero vel Salvanero monaſt. S. Johannis, & S. Simonis, A. 51. b. 109. I.
S. Salvii monaſt. prope Florentiam, 23. c. 175. c. A. 65. c.
de Salute Montalis eremus, V. *de Salimbene*.
Salvus vel Salvi prior de Mucchio, 48. a.
Salvus ep. Recanatenſis, 217. a.
Salvus prior Fontis-avellanæ, 209. c. 210. b. obit, 129. c.
de Samanar monaſt. S. Eugeniæ, A. 51. b. 109. c.
Samſon prior Porciliæ, 260. b. A. 268.
Sancti-miniatis caſtrum, 153. a. b. 338. a.
Sanæ-vallis monaſterium, V. *Fullinæ*.
Sanguineti eccl. S. Johannis, A. 124. e.
Sanguinis diminutiones ſeu flebotomiæ ter in anno a monachis fiebant, 15. b.
Sanſedonius B. Ambroſius Senenſis O. P. 42. a. 169. b.
B. Sanctucciæ monaſt. Burgenſe, 193. Florentinum, dictum ordinis S. Silveſtri, 249. c.
Sapinæ eccl. SS. Philippi & Jacobi diœceſis Bononienſis, 399. b.
Saprugnani eccl. S. Juſti, 204. b.
Ultra Sarchium eccl. S. Petri, 196. b.
Sardiniæ monaſteria 65. a. 87. c. 264. b. 137. b. 138. b. A. 51. 109. 220. c. V. *Anellæ, Bonarcanti, S. Eugeniæ, S. Mariæ, S. Michaelis, S. Nicolai, Orreæ, Pichinæ, Sacrariæ, de Samanar, de Salvenero, in Scano-Trullæ, in Vanari*.
Sarſinæ ep. Uguccio, 269. a. A. 397. c. V. *Bobienſe*, alii epiſcopi, V. *Franciſcus, Gratia, Henricus, Johannes, Ruffinus, Uguccio*.
Saſſari comitis filius Andreas mon. Camald. 34. b.
Sarthiani eccl. S. Victoriæ, 5. a. 196. b. 276. b. & eccl. S. Petri, 276. b. 330. b.
Sartius D. Maurus Bononienſis abb. S. Gregorii de Urbe, 25. c. 69. c. 113. a. 130. 155. a. 210. c. 213. b. 217. a. 247. b. 258. c. 339. c. 404. b.
Satrani eccl. S. Johannis, 7. c. A. 32. c.
Savariſius prior Carcerum, 29. c.
Savariſius de Tuderto poteſtas Arretii, 12. b.
Saviniani monaſt. S. Benedicti, 164. b. 212. b. 305. b. 366. b.

S. Savini ep. & m. corporis tranſlatio, 113. b.
S. Savini monaſt. de Æſio abb. Benedictus 55. a.
S. Savini de Chio monaſt. 33. c. 34. a. 77. a. 144. b. 185. a. 253. a. A. 48. c. 107. a.
S. Savini monaſt. diœceſis Firmanæ, 311. c. A. 436. b.
S. Savini monaſt. prope Piſas, 10. a. c. 18. b. lis pro eccl. S. Mariæ de Fabriano diœceſis Florentinæ, 23. a. 37. a. A. 65. ab Alexandro IV. monachi compelluntur obedire priori Camald. 54. b. A. 137. exempti a ſolutione proviſionum, A. 115. B. Gherardeſca converſa ejuſdem monaſterii, 96. ejuſdem hoſpitale, 98. c. 100. 116. b. clauſtrum erigitur, 154. a. chartæ circa electionem abbatis, & circa cauſam cum priore Camald. 166. c. A. 291. a Guelfis monaſterium incenditur, 181. c. A. 50. a. 87. c. 108. b. 117. 217. c. privilegia Alexandri III. & Cœleſtini III. eidem conceſſa, 323. b. A. 443. 444. 446. Johannes abb. detrectat jugum Camaldulenſium, 201. b. 215. c. 242. b. 252. a. 301. b. eximitur monaſterium a jure congregationis Camald. 332. b. A. 460. præter viſitationem, 332. c. A. 461. c. Johannes XXII. permittit monachis geſtare habitum griſei coloris, 333. c. A. 467. abbates, V. *Bonus*, *Henricus*, *Franciſcus*, *Joannes*, *Paulus*, *Petrus*, *Savinus*, *Ubaldus*, *Urbanus*, *Ubertus*.
S. Savini, V. *Montis-ſancti-Savini*.
Savinus abb. Adelmenſis, 151. b. 159. a.
Savinus abb. S. Michaelis in Burgo Piſarum, 44. c. 48. a. 71. b. 176. c.
Savinus abb. S. Savini Piſarum, 71. b.
Saxum caſtrum in Marchia, 18. c.
Saxi monaſt. S. Johannis in Caſentino, 18. c. Johannes mon. dat veſtem monaſticam B. Bernardo Ptolomeo, 306. &c. erant ibi monachi ex claſſe Nigrorum, 309. a. alterum monaſt. Saxi ſubjectum Prataliensi, 309. b. c.
inter Saxa monaſt. S. Mariæ, 61. c. 306. a. 310. b. 370. b. 374. c. A. 151. 304. 425. c. 428. 429. 546. c.
Saxi-ferrati monaſt. S. Crucis, alias de Tripudio vel Triputio, 7. munitur diplomate ab Innocentio IV. 7. A. 32. deſcribitur, 8. in commendam redactum, 9. b. reformatur a Rolando mon. Avellanenſi, 130. a. c. inde ſuppoſitum monaſterio Valle-caſtrenſi, 131. a. 147. b. A. 436. lites pro eccleſiis cum monaſterio de Cluſis, 229. c. 239. a. 311. b. 313. 314. A. 331. 346. Iohannes abb. S. Crucis fit abbas Claſſenſis, 322. b. Vide *B. Albertus*, *B. Gerardus*; abbates, V. *Compagnus*, *Johannes*, *Rolandus*.
Saxi-ferrati eccl. S. Petri, 7. c. A. 33. b.
Saxo-recchiæ caſtrum in Marchia, 18. c.
Saxi-vivi monaſt. S. Crucis, 222. b. 224. 234. b. 291. b. 315. b. 354. a.
de Scala eccl. S. Mariæ prior Rainerius, 163. b.
Scaliger Albertus dominus Veronæ, 178. a. 199. b. 316. c. Canis, 300. b. 310. c. 322. a. 324. a. 352. a. Maſtinus, 381. a. Viridis, 300. b. c.
de Scalocchis monaſt. 34. c.
Scandalonis monaſt. 336. b.
in Scano vel Iſcano eccl. S. Petri, A. 51. b. 109. c.
Scardeonius Bernardinus, 135. b.
Scarpatenſis ep. Nicolaus, 297. b. alter Nicolaus, *ibidem*. A. 405. c.
de Scaturbio eccl. S. Petri de Civitate-caſtelli, 269. b.
Schianteſchi nobiles viri comites Montis-dolii, 59. c. A. 235. b.
Schiatta Ubaldinius ep. Bononienſis, 287. a.
Schinella comes Collis-alti, 19. c.
Scleja caſtrum, vulgo *Scheggia*, 246. c. eccl. S. Chriſtophori, *ibid.*
Sclova villa, 74. c. 160. a. A. 120. c. 163. 260. c.
de Scorticaria eccl. S. Mariæ diœceſis Ariminenſis, 146. b.
de Scorzadis Taglamentus, 141. a.
in Scorzano eccl. S. Petri, 7. b. A. 32. c.
de Scottis eccl. S. Trinitatis, A. 342. c.
Scottus Petrus vir nob. Romanus, 140. c. 141. a. 162. c. ejus uxor Ægidia, 256. c. A. 245. c. 263. c. 373. c.
Scottus Antonius canonicus Tarviſinus, 94. b. 324. a.
Sejani vel Seggiani eccl. S. Mariæ, 196. b. 367. b.
Sementanæ eccl. S. Stephani, 7. c. A. 33. b.
Semperbonus abb. S. Petri de Silva, 75. b. A. 173. &c. 442.
Senenſes epiſcopi, V. *Azzolinus*, *Donodeus*, *Franciſcus*, *Raynaldus*, *Thomas*.
Senenſes eccleſiæ & monaſteria, A. 51. a. V. S. *Barnabæ*, S. *Chriſtophori*, S. *Eugeniæ*, S. *Galgani*, S. *Georgii*, S. *Mamiliani*, S. *Mariæ-Magdalenæ*, S. *Muſtiolæ*, *Omnium-ſanctorum*, *de Roſa*, S. *Vigilii*.
Senenſis urbs, 291. b. 373.
Seneſius Severus mon. Vangaticienſis, 130. c. 293. b. 346. a. 356. b.
Senogalliæ territorium, 7. c.
Senogallienſes epiſcopi, 248. c. V. *Franciſcus*, *Fridericus*, *Gratia*, *Jacobus*, *Johannes*, *Sigiſmundus*, *Theodinus*, *Uguccio*.
S. Sentii eccl. de Cerreto, 323. A. 444. b.
Sentinum urbs, nunc Saxo-ferratum, 8. b.
Septem-fontis eccl. S. Chriſtophori de Heremita, 7. c. A. 33. a.
Septimi monaſt. S. Salvatoris, 203. c. 204. c. 373. c.
Sepultura in Camaldulenſibus eccleſiis libera omnibus, 35. c.
in Scheradio eccl. S. Petri, 6. c.
Sergius ep. Polenſis, 372. a. 374. b.
Serra caſtrum ſubjectum eremo Camald. 293. c.
in Serra monaſt. S. Mariæ diœceſis Auximanæ, 33. a. 127. b. 359. c. A. 50. b. 85. b. 108. c.
de Serra eccl. S. Ciriaci diœceſis Nucerinæ, 7. c. A. 33. b.
de Serra eccl. S. Luciæ diœceſis Senogallienſis, 7. c. 313. b. A. 33. a.
de Serra eccl. S. Severini, 7. c. 26. c. 229. c. A. 33. b. 77. b. 331. c.
de Serra eccl. SS. Jacobi & Chriſtophori in Caſentino, 12. a. 29. a.
Serrabula ſpecies veſtimenti, 13. b.
Serra-comitum oppidum in Marchia, 313.
Serra-ſolis eccl. S. Mariæ diœceſis Nucerinæ, 7. c. A. 33. b.
Serra-vallis caſtrum prope Cenetam, 300. b.
Serra-vallis caſtrum in Caſentino ædificatur, 263. a. ejuſdem homines fideles monaſterii Pratalienſis, 19. c. eccl. S. Nicolai, 38. c. 58. c. 90. a. 104. c. 297. c.
Serra-vallis monaſt. S. Juſtinæ, 68.
Servorum B. V. Mariæ ordo, 35. a. 44. b. 102. c. 108. b. 149. a. 160. b.
Servus & fidelis monaſterii Cellæ abſolvitur a ſervitute, 266. a. A. 394. c. alii in Sardinia venditi vel manumiſſi, 347. b.

S. Se-

S. Severi monaſt. in Claſſe prope Ravennam, 22. a. 45. c. 69. c. aliquot ipſius eccleſiæ traduntur epiſcopo Tiphernati, 74. b. 141. a. 160. a 165. c. eidem monaſterio traduntur plura pollicinia in territorio Ferrariæ, 22. a. A. 60. lis cum commune Foro-livienſi componitur, 74. A. 163. privilegium Alexandri IV. pro eodem monaſterio, 46. a. A. 119. Philippus archiep. Ravennæ illud eximit a penſionibus, 70. a. A. 157. ſententia pro villa Scloæ, 191. c. 179. b. c. 242. 262. c. 273. b. 351. c. A. 260. ſubeſt eidem monaſterio eccleſia S. Mariæ de Marignano, 400. b. A. 581. abbates, V. *Guido*, *Petrus*.
S. Severi monaſt. de Peruſio, 11. b. 35. a. 151. c. 269. c. A. 108. c.
S. Severi monaſt. Urbis-veteris, 44. a. 136. c.
S. Severi eccl. de Camarano, A. 120. a.
S. Severi eccl. de Cuuio, A. 120. a.
S. Severinæ archiep. Rogerius, 216. a. c. A. 302. a. 303. c.
S. Severini oppidum in Marchia, 3. c.
S. Severini eccl. de Serra diœceſis Nucerinæ 7. c. 26. c. 229. c. A. 33. b. 77. b. 331. c.
S. Severini eccl. de Utriculo, A. 342. b.
Severus abb. S. Mariæ de Faventia, 277. c.
Severus de Saxo-ferrato abb. Vangaticienſis, 355. a. 364. c. 389. b. obit, 397. c.
Sexti monaſt. S. Salvatoris in territorio Lucenſi, 302. b.
Sextorium, genus pulvinaris, 13.
Sforza Thaddæus, 146. b.
Sicardus Rinaldutios a Callin 260. c.
Siena Ludovicus, 236. a.
Sigiani villa, 12. a.
Sigillum, V. *Stemma*.
S. Sigiſmundi monaſt. Bononienſe, 347. c. A. 506. a.
Sigiſmundus ep. Senogallienſis ex abb. Sitriæ, 177. b. 193. a.
Siguenenſis ep. Johannes, 355. a. A. 512. c.
Silentium ſervatum a veteribus Camaldulenſibus, 137. a.
Siliceti eccl. S. Johannis-baptiſtæ, 389. b.
in Silva monaſt. S. Andreæ, alias de Buſcione, diœceſis Lucenſis, 11. b. 20. c. 26. c. 35. a. 48. b. 146. c. A. 49. c. 108. a. 251. b.
in Silva monaſt. S. Mariæ diœceſis Urbe-vetanæ, 4. a. 11. b. 35. a. 43. b. 172. c. unitur eccl. cathedrali Urbis-veteris a Bonifacio VIII. 222. c. 223. 301. b. A. 50. b. 108. c. 321. b.
in Silva monaſt. S. Petri in Hiſtria, 75. b. 322. c. A. 173. *&c.* 441. b.
Silvæ-mundæ monaſt. S. Salvatoris, 33. c. 48. b. 56. 77. c. 78. c. 99. a. eidem ſubjecta eccl. de Tega, 160. a. 167. a. 366. a. 400. b. 403. c. 404. a. A. 48. c. 106. c.
Silva-plana caſtrum, 229. b. A. 334. c.
B. Silveſter mon. converſus Camald. monaſterii SS. Mariæ Angelorum de Florentia, fit monachus, 286. *&c.* 303. c. acta ejus vitæ, 298. *&c.* ſcripta verſibus Italicis, 299. a. *&c.* ejus virtutes & dona, 304. apophtegmata, 318. doctrina infuſa, 348. c. ſuſcipit regendam B. Paulam, 349. b. honores B. Silveſtro tributi, 371. a. 387. b. ejus in Deum amor, 393. a. obitus, 394. c. corporis tranſlationes & cultus, 395. ejus conſanguinea ſanctimonialis, 396.
Silveſter de la Caſa ep. Faventinus, A. 363. b.
Silveſter abb. S. Felicis de Bononia, 177. b.
Silveſter abb. S. Zenonis Piſarum, 340. b. 347. a. 393. b.
Silveſtrius Carolus comes, 72. a. 177. c.
S. Silveſtri congregatio monachorum O. S. B. 249. c. 277. a. 333. b. 393. c.
S. Silveſtri plebs & hoſpitale de Monte-politiano, 196. b. c.
S. Silveſtri monaſt. Montis-ſubaſii, V. *Montis-ſubaſii*.
S. Silveſtri monaſt. de Nonantula, V. *Nonantulæ*.
S. Silveſtri eccl. de Apiro, vel Pyro, 3. b. 263. c. A. 28. a.
S. Silveſtri eccl. de Poppio, 339. c. 391. c.
S. Silveſtri eccl. de Spugna, 107. c.
S. Silveſtri monaſt. de Urbe, 359. c.
S. Simonis de Salvenero monaſt. V. *de Salvenero*.
S. Simonis in Muro de Ravenna eccl. 389. a.
B. Simon Jannenſis eremita incluſus Camald. 164. a. ſcripſit revelationes B. Peregrini eremitæ, 185. b. c. 187. b. obit, 195. a. ejus opera mſs. 195. c.
B. Simon alter eremita Camald. 195. b.
Ven. Simon de Planellis Faventinus mon. S. Jo: baptiſtæ, 339. b. 340. c.
Ven. Simon a Caſſia ord. S. Auguſtini, 348. b.
Simon card. S. Martini legatus in partibus Venetiarum, 68. b. & in Marchia Anconitana, 128. c.
Simon abb. Montis-muri, 211.
Simon abb. Montis-viridis, 17. c.
Simon de Aiex ord. Militiæ Templi prior S. Mariæ in Brolio Venetiarum, 261. c. 262. a. A. 387.
Simon comes de Battifolle, 339. c.
Simon comes Palatinus, 109. b.
Sinibaldus de Labro adminiſtrator monaſterii Caſtri-brittorum, qui facile fuit ep. Bononienſis, 119. c. 120. c. 167. a. A. 221. a. b.
Sinibaldus ep. Imolenſis, 110. a. 131. a. A. 212. c.
Sitriæ monaſt. S. Mariæ, 122. c. 123. a. 130. a. 131. c. 177. b. 183. b. 193. a.
S. Sixti monaſt. de Balneo, 175. a.
S. Sixti eccl. ſubjecta monaſterio S. Savini Piſarum, A. 444. b.
Sixtus IV. papa, 42. c. 270. b.
Soaræ plebs S. Mariæ prope Auglarium, A. 49. b. 107. c.
Socium caſtrum in Caſentino, 21. c. 23. c. 38. a. 52. c. 72. b. 77. c. 91. a. 104. b. 144. c. 153. c. 221. a. permutatur cum plebe Balnei, 228. 229. 302. a. clauſtrum ibi monialium, 372. b. A. 49. a. 85. b. 107. b. 327. c.
de Sogliano Carolus, 270. b.
Solaroli monaſt. S. Mauri, 301. c. 305. c. 335. a. 373. c. A. 469. b.
Soldanius Fidelis mon. Vallis-umbroſæ, 16. c. 57. c.
Solicum caſtrum, A. 63. b.
Sophia abb. Prati-veteris filia comitis Aginolphi, 62. a. 109. a. 129. b. 235. c. ejus nepos Ildebrandinus ep. Arretinus, 266. a.
S. Sophiæ monaſt. de Patavio, 60. a.
S. Sophiæ eccl. diœceſis Ferrarienſis, A. 120. c.
S. Sophiæ caſtrum ditionis Galeatenſis, 67. c.
Soppiori eccl. S. Petri, 398. c.
Soprana abb. S. Chriſtinæ de Tarviſio, 327. c.
Sortis villa, 69. b. A. 162. c.
Sova vel Silva-plana caſtrum, 175. a.
Sovilianæ eccl. S. Bartholomæi, 11. c. A. 36. a.
B. Sperandei monaſt. Burgenſe, 193. b.
Sperellus Alexander ep. Eugubinus, 360. b.
Speronus Johannes de Brittonorio, 327. a.
de Speſſia Albericus Cavalcantis vir nob. 342. c.

Spi-

Spinellus archid. Arretinus, 153. c.
Spineti monaſt. S. Trinitatis, 19. b. abb. Franciſcus, 367. a. A. 537. b. 541. c.
S. Spiritus in Saxia hoſpitalis de Urbe præceptor, 120. c. Bernardus, 121. a. 147. b. A. 223. b. 257. a. 265. c.
Spoleti epiſcopi, 57. b. A. 51. b. 109. V. *Bartholus*, *Gerardus*, *Henricus*, *Nicolaus de Prato*, *alter Nicolaus*, *Paparonus*, *Petrus*, *Rolandus*, *Trincia Petrus-paulus*.
Spongia erat aſperſorium ad dandam aquam luſtralem, 13. c.
Spongiæ monaſterium, 45. a.
Spugnæ eccl. S. Silveſtri, 107. c.
Spugnæ de ſubtus & de ſupra caſtrorum homines erant fideles monaſterii Inſulani, 259. c.
Stella nuncupabatur lanterna pro recitandis noctu lectionibus, 13. c.
Stemma ſeu inſigne Camaldulenſium non erat diſſimile ab altero Michaelis plebani de Pecciolis, 11. a. A. 45. b.
S. Stephani eccl. de Aventia, 26. c. A. 77. b.
S. Stephani plebis caſtrum prope Burgum S. Sepulcri 108. a.
S. Stephani eccl. de Boſſetto, 8. a. 313. b. A. 33. b.
S. Stephani eccl. de Genga, 26. c. A. 77. b.
S. Stephani eccl. de Montagnano, 192. c. A. 285.
S. Stephani eccl. in Pereto, A. 120. b.
S. Stephani eccl. de Semeutana, 7. c. A. 33. b.
S. Stephani eccl. de Tega 159. c.
S. Stephani eccl. ſubjecta monaſterio S. Urbani, 3. b. 263. c. A. 28. aliæ eccleſiæ, V. *de Agere*, *de Arcellis*, *de Carraria*, *Cintoria*, *Farneti*, *de Laudiſa*, *Suſiani*.
Stephanus ep. Præneſtinus, A. 74. b. 112. c. 123. c.
Stephanus card. S. Stephani in monte Celio, A. 443. c.
Stephanus card. S. Mariæ in Tranſtyberim. A. 35. b. 39. b.
Stephanus ep. Oppidenſis, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
Stephanus ep. Torcellanus, 32. c.
Stephanus abb. Montis-fellonici, 109. b.
Stephanus abb. S. Johannis evangeliſtæ de Ravenna, 274. a.
Stuppioli eccl. S. Petri, 371. c.
de Strabatentio eccl. S. Donati, A. 457. c.
in Strata monaſt. S. Mariæ abbas Thomas, 181. b.
in Strata eccl. S. Jacobi, A. 157. a.
Strozzius Alexander ſenator Florentinus, 249. b. 250. b.
de Strumi monaſt. S. Fidelis prope Puppium abb. Auguſtinus, 235. c. Franciſcus, 268. c. A. 82. a.
Studia, quæ monachis permiſſa? 138. b. in quibus monaſteriis inſtituta? 364.?
de Stufa viri nobiles, 59. c.
Suanenſes epiſcopi, V. *Alamanus*, *David*,
Suavicinii monaſterium, 254. b.
Subcaſtelli monaſt. S. Bartholomæi, abbas Fortis, 108. b. A. 396. a. 397. a.
Sublaci abb. Bartholomæus, 154. b.
de Subolis monaſt. S. Crucis, 77. c.
de Subterra monaſt. S. Michaelis abbates, V. *Bergogna*.
Succuniani eccl. S. Apollinaris, 300. a.
Sudarium aliquando appellatum manipulus, aliquando palla, 13. c.
Suffraganea monaſteriorum erant eccleſiæ ipſis ſubjectæ, 13. c.
Suffratæ eccl. SS. Marci & Laurentii ædificatur, 266. b.
Suiratici eccl. S. Petri, 17. c. A. 54. c.
Sulimanus abb. monaſterii hoſpitalis de Plavi, 19. c.
Superantius ap. Adrienſis, 340. a. 477. a.
Surrentinus archiep. Marcus V. *Marcus*,
Suſiani eccl. S. Stephani, 2. b. A. 28. a.
Sutrii eccl. S. Fortunatæ, 147. b. A. 255. 342. b.
Sutrii epiſcopi, V. *Floraſius*, *Menſus*.
ad Synodum Camaldulenſes non evocandi, 35. b. ad Arretinam vero accedunt, 305. a.

T

TAbulæ anaglyphæ veteres in eccl. S. Michaelis Piſarum extantes, 289.
Talamon portus venditur communi Senarum ab abbate Berardingorum, 257. a.
Talamus prior S. Mariæ-majoris Florentiæ, 226. b.
Taleapetra Franciſcus ep. Torcellanus, 293. a.
Talia-funis hoſpitale de Soci, 153. c. 155. b. 302. a.
Taneduli eccl. S. Crucis, 7. c. A. 33. c.
Tantinus Zenobius mon. ſcribit rythmo Italico vitam B. Silveſtri, 286. 299. 303. 318. b. 349. c.
Tarinus abb. Sanæ-vallis, 66. b. 141. b.
de Tarlatis gens nobilis & potens Arretina, 293. c. 403. a.
Tarlatus de Petramala, 78. c. 365. c.
Tarviſii epiſcopi, V. *Albertus*, *Caſtellanus*, *Traverſarius*, *Ubaldus*.
Tarviſinorum ſtatutum pro cultu S. Pariſii, 94. b. 141. a. 262. b. 295. b. 300. b. 305. c. A. 109. b.
Tarviſii monaſt. S. Chriſtinæ, V. *S. Chriſtinæ*.
Tarviſii monaſt. S. Mariæ-novæ, A. 184. b. 185. c. monaſt. fratrum Minorum, A. 376. b. aliæ eccleſiæ. V. S. *Laurentii*, *S. Mariæ-novæ*, *S. Jacobi*.
Tarviſii comes Petrus, 157. a. Rambaldus, 260. a. V. *Collis-alti comites*.
Tauriſienſis ep. Guillielmus, 355. a. A. 512. c.
Tayni eccl. S. Mariæ, A. 499. c.
Tedicius ep. Feſulanus, 275. b. c. 278. a. 350. c.
de Tega eccl. S. Stephanini, 159. c.
Teghianus Ildebrandi de Florentia poteſtas Arretii, 19. a.
Tegrimi comitis uxor Albiera, 214. c. Tegrimus comes Mutilianæ, 10. b.
Tejanum curtis, A. 49. a.
Templani eccl. S. Michaelis, alias Podii S. Luciæ in Caſtro-novo, Fermanæ diœceſis, 179. a. 316. a. 382. c. A. 282. 289. b. 435.
Templarii fratres, 261. c. 274. c. 279. b. 323. c. A. 387. c. 388.
Templum Dominici corporis, ideſt ciborium, 52. b.
Terracinæ ep. Franciſcus, V. *Franciſcus*.
Terræ-ſanctæ pro recuperatione ſubſidium, 321.
Tevellariæ eccl. S. Bartholomæi, 218. c.
Thaddæus abb. Montis-chriſti, 163. c.
Thedericus de Salutari JC. 298. b.
Thelbertus de Camino comes Cenetenſis, 204. b. 242. a. A. 292. 293.
Theobaldus ep. Veronenſis, 292. b.
Theobaldus abb. S. Michaelis de Muriano, 320. b. 330. c. 391. c.
Theobaldus prior Carcerum, 376. a.

Theo-

Theodericus archiep. Piſanus, inde cardin. & ep. Prænestinus, 217. c. 218. a. 246. c. 247. a. A. 305. c.
Theodericus ep. Faventinus, 141. c.
Theodinus ep. Senogallienſis, 201. b.
S. Theoniſti monaſt. de Longiano, 54. 55. a. 73. a. 144. c. 145. a. 164. b. 255. c. Gerardus abb. 299. c. A. 137. c.
Theſauri monaſteriorum, 301. c. 302. b.
S. Theſaurus abb. Vallis-umbroſæ, 15. c.
B. Thomas vel Thomaſius de Coſtacciario eremita Camald. 122. c. ejus vita, 123. miracula, 124. &c. obitus, 360. b. & miracula ad ejus ſepulcrum, 361. &c. 383. &c. ejus cultus, 401.
Thomas ep. Foro-cornelienſis, 25. a.
Thomas ep. Foro-livienſis, 352. c. 355. a.
Thomas ep. Dulcinenſis, 355. a. A. 512. c.
Thomas ep. in Hungaria, 292. c.
Thomas ep. Interamnenſis, 173. b. A. 278. a.
Thomas ep. Piſtorienſis, 235. c.
Thomas ep. Senenſis, 51. a. 71. a. 87. a.
Thomas abb. Cariſii, 146. b.
S. Thomæ de Hiſpanis eccl. de Urbe, A. 254. a.
S. Thomæ eccl. ſubjecta monaſterio S. Severi Ravennæ, A. 120. a.
S. Thomæ eccl. de Vicetia, A. 191. c.
in Thuſcia comites, V. *Bartholomæa*, *de Balneo*, *Guidii*, *de Romena*, *de Porciano*, *de Battifolle*, *Muſiliana*.
Tiburis eccl. S. Andreæ, A. 343. b.
Tiburtinus ep. Sabariſius, 162. c. 163. a.
Tiellæ eccl. S. Luciæ, 330. c.
Tinienſis ep. Thomas, 372. a. 374. b.
Tintiniani eccl. S. Salvatoris, 196. b.
Tiſo de Campo-ſancti-Petri vir nobilis, A. 286. c.
Tivirolus de Aqua-bella, 25. c. 59. a. A. 71. a. 150. a.
de Toclis caſtrum, 297. c.
Toſia caſtrum, A. 465. c.
de Toma monaſt. S. Mariæ, 7. a. 11. b. 35. a. ſeparatur ab eremo Vivenſi, 217. b. 225. a. 253. a. 385. a. A. 49. b. 107. c.
Tonduccius Julius-cæſar hiſtoricus Faventinus, 6. c. 112. a. 177. a. 193. a.
Torcellani epiſcopi, V. *Franciſcus*, *Gothifredus*, *Johannes*, *Ptolomeus*, *Stephanus*.
Torcelli monaſteria S. Thomæ & S. Margaritæ, 334. a. alia monaſteria, V. *S. Angeli*.
S. Torpetis monaſt. Piſarum, 398. b.
S. Torpetis eccl. in Sambra, 323. b. A. 444. b.
de Toſa Guizinengus, 193. b. V. *Lotharius*.
Toſinæ monaſt. S. Margaritæ, 78. c. 90. c. 158. a. 301. c. A. 49. c. 107. c.
Trabariæ Maſſæ rector Petrus Saracenus, 140. Tancredus, 214. c.
Tranſmundus abb. Sitrienſis, 123. a. 131. c.
Tranſmundus prior clauſtralis Avellanenſis, 209. b. 210. b.
Traverſarius Thomas ep. Tarviſinus, 93. c.
de Traverſis de Eugubio poteſtas Faventiæ, A. 363.
de Trebana eccl. S. Michaelis, 122. a. 299. c. permutatur ab abbate S. Hippolyti de Faventia, 381. a.
Tremogiani eccleſia, 165. b. A. 274. b.
Trenquelli eccl. S. Laurentii, 7. c. A. 33. a.
Treventinus ep. Jacobus, 216. a. c. A. 302. a. 304. c.
de Trexonibus monaſt. S. Mariæ, 161. b. A. 268. b.
de Tridontio S. Eutaclerii cella, 339. b.
Trincia Petrus-paulus ep. Spoletanus, 253. c.
S. Trinitatis feſtum olim Dominica ante Adventum agebatur, 16. a.
S. Trinitatis in Alpibus abb. Ugolinus, 18. c. 309. c.
S. Trinitatis monaſt. de Faventia erigitur, 398. c.
S. Trinitatis de Florentia abbas, 30. a. 69. a.
S. Trinitatis monaſt. Montis-herculis, 221. c. 282. b. A. 50. c. 109. a.
S. Trinitatis monaſt. de Sacraria in Sardinia, V. *Sacrariæ*.
S. Trinitatis eccl. de Brittnuorio, 151. b.
S. Trinitatis eccl. de Scotis, A. 342. c.
S. Trinitatis eccl. de Peruſin, alias de Palliola, 28. c. 62. c. 77. b. 149. c. 190. c. 356. b. A. 50. b. 108. c.
S. Trinitatis de Spineta monaſt. 19. b. A. 537. b. 541. c.
S. Trinitatis domus Teutonicorum de Venetiis, 326. c. 330. c.
S. Trinitatis hoſpitale ad S. Mathiam de Muriano, 326. a.
Tripolitanus archidiaconus Bartholomæus, A. 159. b.
Triporii vel Tripudii monaſt. S. Crucis, V. *Saxi-ferrati*.
Tripuntii hoſpitale S. Leonardi territ. Lucenſis, 26. c. 27. a.
Trivii monaſt. S. Mariæ, alias de Monte-cornario, 88. a. 122. b. compoſitio cum hominibus caſtri Trivii, 129. a. A. 231. b. lex facta ab abbate circa dotes, 218. a. A. 317. venditio caſtri Calaniciæ facta monaſterio Trivii, 218. b. A. 318. abbas Juncta condemnat ſuum fidelem, 218. b. A. 319. c. 329. b. eligitur in vicarium generalem Trivienſem Uguccio de Fajola, 229. a. c. A. 336. abbas mulctat pœna exilii tres homines ſui caſtri Trivienſis, 242. c. A. 350. jus habet in eccl. S. Andreæ de Alfaro, 242. b. A. 351. in eccl. S. Bartholomæi de Rancambrolio, 282. a. A. 375. in homines caſtri Civitellæ, 260. c. A. 384. homines Trivii condunt ſtatuta conſenſu abbatis, 260. c. 262. b. 276. a. A. 389. abbas abſolvit Bonutium ab habitantia per XII. annos, 262. c. A. 391. decretum abbatis circa alienationes, 88. a. A. 195. abbas & ejus vicarius mandant executionem eorum ſententiæ, A. 392. c. eligitur vicarius ditionis Trivienſis Robertus de Burgo, 272. c. A. 399. b. a monachis Trivii eligitur rector S. Leonardi de Vetta, 272. c. A. 404. ſtatuta hominum de Trivio, 275. c. A. 405. eligitur ab abbate rector S. Chriſtophori de Fratelle, 218. b. 306. b. A. 427. & S. Petri Valſavignonis, 218. b. 330. b. A. 454. c. Benedictus abbas remittit offenſas ſuis hominibus, 214. 358. c. A. 515. c. ſubeſt eidem monaſterio eccl. S. Angeli de Mannolo, 242. b. 360. a. electio plebani de Trivio, A. 475. caſtra Montis-cornarii & Ferrutii ſubjecta monaſterio, 276. a. ſtatuti confines inter Trivienſem & Vergaretanam ditionem, 335. b. A. 50. c. 109. a. 470. 528. b. abbates, V. *Benedictus*, *Fridericus*, *Juncta*.
in Trivio eccl. S. Petri ſubjecta monaſterio S. Urbani ad Æſinantem, 263. c.
Triviſana Henrichina uxor Marci nob. viri, 85. a.
Troncia Paulus hiſtoricus Piſanus, 71. 102. c. 288. c. 382. a.

Tro-

Trovatellorum hoſpitale Piſarum habebat converſos & converſas, 288. a. A. 82.
Trullæ monaſterium S. Nicolai in Sardinia, V. *S. Nicolai*.
de Tuba monaſt. S. Petri Bellunenſe, 326. c.
Tuba appellarum privilegium ampliſſimum Alexandri IV. pro congregatione Camaldulenſi, 31. c. 34. c. A. 106.
Tudertinum territorium, A. 50. b. 108. c. monaſteria, V. *S. Antonii*, *S. Fortunati*, *S. Romana*.
Tudertinus ep. Nicolaus, 222. a. 315. b.
Tuſicum urbs antiqua, 119. b.
Turcius Octavius canonicus, 200. c. 209. a. b. 210. b. 254. c.
de Turrice eccl. S. Petri Stephanus rector, 161. c. A. 267. b.
de Turricella eccl. S. Mariæ de Ravenna, 168. c. alias S. Bartholomæi, conſecratur, 181. c. dicta poſte. S. Lazari & hoſpitalis Miſericordiæ, 182. a.
de Turre Pirulinus de Tarviſio nob. vir, 262. b. A. 385. b. 392. a.
Turris caſtrum Ravennianæ, 212. c. 270. c. A. 400. b. eccl. rector Juncta, A. 454. c.
Turtibulenſis ep. Nicolaus, 241. b.
Tuſculani epiſcopi, V. *Berengarius*, *Johannes*, *Octavianus*, *Oddo*, *Ordinius*, *Petrus*.
Tuttobonus abb. Sanæ-vallis, 141. b.
de Tybure eccl. S. Andreæ, A. 343. b.

V

VAdi-rondini archipresbyter S. Laurentii Avezudus mon. 400. b.
Valentanæ eccl. S. Blaſii, 7. c. A. 33. b. S. Mariæ, *ibid.*
Valentinæ eccl. S. Mariæ, 7. c.
Valentiæ ep. Raimundus Pontius, 201. a.
Valentinus abb. Brunduli, 51. b.
Valenzani eccl. S. Petri, 196. b.
de Valenzano Ubertus, 309. b. Aldovrandus abb. Saxi, 309. a.
Vallemannius Andreas Fabrianenſis abbas, 208. a. 258. c.
Valleraliæ eccl. S. Andreæ, 263. c.
Vallialiæ eccl. S. Petri & caſtrum ſubjectum eremo Camald. 19. c. 288. b. A. 49. b. 107. c.
Vallialiæ viri nobiles, 19. c. 288. b.
de Vallibus monaſt. S. Mariæ fundatur, 67. c. cui unitur alterum de Bulſemulo, 146. 255. a. b. 312. c. prior Jacobus, 190. c. 394. a.
de Valle eccl. S. Salvatoris, 26. c. A. 77. b.
Vallis-ambræ caſtra, 402. c.
Vallis-bonæ domini, 168. c. Leuzinus & Manfredus, 320. b. A. 421. b. monaſt. 251. c. 327. a.
Vallis-caſtri monaſterium S. Salvatoris; ejus compoſitio cum commune Fabriani circa homines & territorium ejuſdem monaſterii, 5. b. c. 59. b. eccl. reſtauratur, 63. c. 90. b. 131. a. eidem monaſterio unitur eccl. S. Luciæ de Cingulo, 128. c. A. 229. 239. 330. eligitur rector eccleſiæ S. Donati Collis-paſſani, 179. b. A. 281. libellus pro monaſt. Aquæ-paganæ, 223. c. A. 323. c. literæ Bonifacii VIII. pro ipſo monaſt. Aquæ-paganæ ab alienis occupato, 232. b. A. 346. 353. &c. compoſitio cum ep. Eugubino ſuper aliquot eccleſias, 253. b. A. 365. &c. Valle-caſtrenſi monaſt. reſtituitur eccl. S. Mariæ de Cerro, 273. a. A. 403. cedunt Valle-caſtrenſes communi Fabriani quartam partem caſtri Civitellæ & caſtrum Anticulæ, 278. a. A. 407. electio rectoris S. Michaelis de Templano, 316. a. A. 435. acta in lite pro monaſt. Aquæ-paganæ, 331. c. A. 448. &c. 459. aliquot eccleſiæ uniuntur eidem, 353. a. 471. electio abbatis Vallis-caſtri, 344. A. 503. cui donatur eccl. S. Mariæ de Pietate Maceratæ, 356. c. A. 522. lites pro monaſt. Aquæ-paganæ, 223. 264. a. 330. c. 332. c. 333. A. 448. demum finitæ, 338. b. Apirani invadunt bona monaſterii, 374. b. 291. a. eligitur rector in eccl. S. Andreæ de Foſſis, 55. b. 330. a. lites pro eccleſiis cum monaſterio Saxi-ferrati, A. 331. c. 436. abbates, V. *Albricus*, *Guillielmus*, *Hermannus*, *Marinus*, *Petrus*.
Vallis-gloriæ monaſt. S. Mariæ, 17. a. 295. a.
Vallis-lovaræ eccl. S. Laurentii, 74. b.
Vallis-magnæ eccl. S. Chriſtophori, 374. c.
Vallis-mergi eccl. S. Mariæ, 340. c.
Vallis-ſambulæ comes Raula, 232. a.
Vallis-umbroſæ monachi vinculo caritatis uniti cum Camaldulenſibus, 15. c. 16. b. 22. a. congregatio, 45. a. 52. c. 57. c. 181. 235. c. 323. a. A. 144. c.
Vallis-urciæ, V. *Caſtellionis*.
Valſavignonis caſtrum & eccl. S. Petri, 218. b. 330. b. 385. c. A. 454.
Valterius abbas Fulliæ. V. *Gualterius*.
Valzauli eccl. S. Petri, 343. b. A. 484. c.
de Vanari eccl. S. Laurentii, A. 51. b. 109. c.
Vangaticia villa, 229. a.
Vangaticiæ monaſt. S. Mariæ in Pollicinio Rhodigii ab Innocentio IV. confirmatum Camaldulenſibus, 11. b. 113. c. 118. b. 139. b. 152. compellitur ad ſolvendum archiepiſcopo Ravennæ, quæ injuſte detinet, 32. c. A. 92. c. a marchione Opizone ſub protectione ſuſcipitur, 113. c. A. 207. a. revocatur ſententia circa monaſterium S. Benedicti-novelli de Patavio ſubjectum Vangaticienſi, 161. a. A. 257. conventiones cum marchione Eſtenſi, 177. c. A. 279. Bernardus abb. erigit monaſterium monialium ad eccleſiam S. Petri de Eſte, 197. A. 288. quæ moniales ex Camaldulenſibus Nigræ evadunt, 310. b. eligit rectorem temporalem ditionis Vangaticienſis, 177. c. literæ Nicolai IV. ad Veronenſes pro monaſterio Vangaticienſi, 178. juriſdictio monaſterii a Patavinis turbatur, 197. c. 204. c. ideo ipſi Patavini excommunicantur, 205. c. Guido abbas ſcribit communi Paduæ pro reſtitutione jurium & bonorum, 219. 220. compoſitio ejuſdem cum communi Patavino, 230. 343. a. eccleſia Vangaticienſis reparatur, 356. a. 364. c. 381. b. abbates, V. *Bernardus*, *Guido*, *Johannes*, *Severus*, *Ugo*.
Vannucius Andreoli Senenſis, 324. a.
Vantii monaſt. S. Mariæ, 45. b. 51. b. 60. a. 67. a. 68. b. prior Ugolinus, 336. c. 343. a. 351. a. A. 477. c.
de Ubaldinis, V. *Octavianus card.*
Ubaldus ep. Cervienſis ex mon. Avellanenſi obit, 78. c.
Ubaldus de Gabrielliis ex priore S. Andreæ de Inſula ep. Foro-popilienſis, inde Tarviſinus, 318. a. 324. a.
Ubaldus primus abbas Fontis-avellanæ, 329. c. 358. c. 370. b. 389. c. 404. a. A. 455. 456. c. 515. b. 543. b.
Ubaldus abb. Galeatæ, 25. c. 58. c. 62. a. A. 150. b.
Ubaldus abb. S. Savini Piſarum, 323. c. A. 443. c.

Ubaldus abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c. A. 18. b. 21. b.
Ubaldinus prior S. Margaritæ de Toſina, 90. c.
de Ubertinis viri nobiles, 221. a. 374. a. 403. b.
Ubertinus dominus de Carraria, 94. a. 336. c. 343. a.
B. Ubertus eremita prope Balneum, 188. c. ejus eccleſia, 270. a.
Ubertus card. S. Euſtachii, 69. b. A. 162. a.
Ubertus ep. Foro-popilienſis, 113. b.
Ubertus ep. Mont-feretranus, & abbas Galeatenſis, 72. b. 175. c. 255. b. 269. a. 273. a. 281. a. A. 398. a.
Ubertus abb. Berardingæ, 146. b. 163. b.
Ubertus de Malareſtis comes Glazoli, 297. c.
Veglenſis ep. Hieronymus, 217. a.
S. Venantii eccl. de Fabriano priores, 192. c. A. 1. 271. c. 285.
Vendæ monaſt. S. Johannis prior Martinus, A. 183. c. 184. a. 186. b.
Venezze caſtrum in Pollicinio Rhodigii, 199. b. 229. a.
de Venetoſis Brandaliſius comes, 260. c. 261. a.
Venetiarum eccl. & monaſteria, V. *S. Benedicti*, *S. Blaſii*, *S. Clementis*, *S. Danielis*, *S. Georgii-majoris*, *S. Jacobi*, *S. Mariæ-novæ*, *S. Nicolai*, *SS. Philippi & Jacobi*, *S. Trinitatis*, *de Virginibus*.
Venetiarum duces, V. *Barbadicus Auguſtinus*, *Gradonici*, *Dandulus Andreas & Franciſcus*.
Ventrillus Guidonis de Piſis poteſtas Senenſis, 65. c. 263. b.
Ventrinæ monaſterium monialium, 322. c.
Ventura abb. Eugubinus, 246. c. 253. b. A. 365. c.
Ventura abb. Inſulanus, 48. b. 67. b. 107. c.
Ventura abb. S. Michaelis in Burgo Piſarum, 176. c. 177. a. 217. c. A. 305. c. 306.
Ventura abb. Pompoſianus, 113. c.
Ventura prior S. Damiani de Bononia, 277. c.
Ventura prior S. Michaelis de Muriano, 139. b.
Ventura prior Vivenſis, 34. b. 44. c. 46. b. inde S. Muſtiolæ Senarum, 51. a. 71. a. 77. b. 87.
Ven. Ventura eremita incluſus Camald. 186. b. alter, 186. c.
Verazzanum villa, A. 107. b.
Vergareti monaſt. S. Michaelis, 7. a. abb. Matthæus, 268. 273. a. Raynaldus, 330. a. 335. b. A. 457. 458. 470.
du Vergius Baſilius eremita Viennenſis agiographus Camald. 189. a. 194. c. 195. b.
Vergnani eccl. S. Bartholi, 26. b.
Veronæ territ. & eccleſiæ ac monaſteria, 147. a. 160. c. 176. a. 207. 260. c. 316. c. A. 51. a. 109. b. comites Ludovicus, 159. b. Brandaliſius de Veneroſis, 260. c. 261. a. V. *Camaldulum-Veronæ*, *S. Salvatoris*, *S. Georgii*.
Veronenſis ep. Theobaldus, 292. b.
de Vertighe vel Vertilio eccl. confirmata monaſterio Agnani, 61. b. 180. b.
Veſpri eccl. ſubj. Prataliæ, 87. c. 165. b.
Veſtes monachorum & converſorum Camald. 15. b. A. 218. a. quæ interdictæ Camaldulenſibus? 138. b. c. veſtes albas portabant presbyteri eccleſiarum Camaldulenſium, A. 225. veſtimentorum texa pro monachis, 235. a. 268. a. 347. a. ſpecies cucullæ monachorum Saxoferratenſium, 402. a.
in Veſſa eccl. S. Leonardi ſubjecta monaſt. Trivienſi, A. 404. b.
Veſſole caſtrum, 373. b.
de Vezzotis Angelus camerarius Nicolai III. 136. c.
Ughellius, 10. b. 19. a. 25. b. 31. a. 33. c. 58. a. 63. c. 66. c. 72. c. 78. c. 94. b. 110. 111. 130. a. a. 159. a. 163. a. 169. b. 177. b. 180. b. 183. c. 196. c. 216. b. 231. b. 236. a. 263. a. 281. a. 282. c. 306. a. 318. a. 337. c. 340. b. 345. b. 374.
B. Ugo fil. Actonis comitis de Triputio monachus congreg. S. Silveſtri, 8. c.
Ugo card. S. Sabinæ, A. 74. c. 112. c.
Ugo archiep. Nicoſienſis, 76. c.
Ugo vel Uguccio ep. Ælinas, 111. a. 161. c. A. 213. b. 287.
Ugo prior generalis congregationis S. Silveſtri, 393. b.
Ugo abb. S. Andreæ in Silva, 48. b.
Ugo abb. Vangaticienſis, 32. c. 93. a.
Ugo abb. Urani, A. 79. a.
Ugo comes de Battifolle, 324. b.
Ugo Orlandi de S. Flora, 162. b.
Ugo V. *Hugo*.
Ugolinus ep. Civitatis-caſtelli, 360. a. A. 529. a.
Ugolinus ep. Faventinus, 297. a. 335. b. 336. a. 352. c. A. 414.
Ugolinus abb. S. Trinitatis in Alpibus, 18. c. 309. c.
Ugolinus prior Vivenſis, 222. a.
Ugolini Ugo poteſtas Civitatis-caſtelli, 4. b. A. 8. c.
Uguccio ep. Sarſinas, 269. c. A. 398. a.
Uguccio ep. Senogallienſis, 233. b. 235. c. 262. c. 276. a. A. 339. c.
Uguccio abb. S. Æmiliani de Conjunctulis, 248. c. A. 357. a. 358. a.
Uguccio fil. Rainerii domini de Fajola vir illuſtris electus vicarius Trivii, 229. a. c. A. 336. 397. 399. b. fit poteſtas Arretii, 255. b. frater Friderici abbatis Trivienſis, 264. a. 272. c. obiit, 207. 297. c. ejus varia fortuna, 310. c.
Uguccio de Fajola fil. Franciſci, 404. c.
Uguccius comes de Monte-dulio, A. 235. b.
de Via-cava eccl. S. Proſperi, 215. c.
Viarius Thomas Venetus 157. a.
Viarium caſtrum, A. 18. c. 107. a.
Vibianus card. S. Stephani, 209. c.
Vicarii epiſcoporum ex monachis, V. *Monachi*.
Vicarii generales annui Camaldulenſes inſtituti *præf.* VII. Vicarii multiplicis generis apud Camaldulenſes, *præf.* X. vicarii monialium, *præf.* XI.
de Viccione, V. *de Battifolle*.
Vicecomes Fridericus archiep. Piſanus, 30. a. 31. a.
Vicecomes Luchinus princeps Mediolanenſis, 381. b.
Vicetiæ eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Bartholomæi*, *S. Felicis*, *S. Luciæ*, *S. Petri*, *S. Thomæ*, *S. Viti*.
Vicetiæ epiſcopi, V. *Altogradus*, *Bartholomeus*, *Bernardus*, *Raynaldus*, *Petrus*.
Vici-livienſis eremus S. Salvatoris, 114. b.
Vici-piſani plebanus Jacobus, 261. b. A. 379. c.
Vicoratum caſtrum, 316. b.
S. Victoriæ de Sarthiano eccl. 5. a. 196. b. 276. b.
S. Victoris de Cluſis monaſt. in Merchia, 26. c. controverſiæ circa eccleſias ejuſdem monaſterii, 26. b. 161. c. 192. c. 229. c. A. 76. 77. 267. 285. 331. cui unitur eccl. S. Mariæ in Colle, 225. c. 248. c. A. 339. c. & eccl. S. Laurentii de Fabriano, 247. c. A. 352. c. electio rectoris eccl. S. Petri de Muſcano,

no, 273. a. A. 402. apud monachos Clusinos albæ veſtes, 277. A. 409. b. eidem monaſterio confirmatur alterum monaſt. S. Mariæ inter Saxa, 306. a. 310. b. A. 425. c. & eccl. S. Petri de Colcello, 216. lis circa eccleſias S. Mariæ in Campo, & S. Severini de Serra, 229. c. 374. c. abbates, V. *Creſcentius*, *Gratia*, *Moricus*, *Raynaldus*.

S. Victoris eccl. de Rubiano, 26. c. A. 77. b.

Vighizolii eccl. S. Johannis, 268. c.

de Ugorugeriis Philippa abbatiſſa S. Mamiliani Senarum, 331. b.

S. Vigilii Senarum monaſt. 43. a. 48. b. 62. c. 121. c. 201. c. 324. c. 381. b. A. 51. a. 109. b. 393. b.

de Vignole eccl. S. Mariæ, 165. b. 367. c. A. 535. a.

de Villa monaſt. diœceſis Patavinæ, 51. c.

Villa-fora villa, 229. a.

de Villa-nova eccl. S. Martini, 224. c. monaſt. S. Euphemiæ, 52. a. A. 131. c.

Villanus vel Vilanus ep. Engubinus, 25. b.

Ven. Villana viſitat B. Gherardeſcam converſam Camald. 96. c.

Villanius Matthæus, 403. a. Joh. 340. a.

Vincareti monaſt. S. Mariæ, 164. a. 359. b. 389. b.

Vincareti ordo, V. *S. Marci de Mantua*.

S. Vincenti martyris officium, 337. a.

S. Vintentii ad Petram-pertuſam monaſt. 166. b. 390. a.

Ven. Vincentius eremita Camald. 186. b.

Vincentius prior Angelorum Florentiæ, 310. b.

in Vinculis monaſt. S. Petri territorii Ravennæ, 6. c. caſtri ejuſdem monaſterii poteſtas, 10. a. 45. b. 60. c. 64. c. 65. a. 113. b. unitur congregationi Camaldulenſi, 164. b. 167. c. ſubjectæ eidem monaſterio eccleſiæ S. Mariæ de Turricella, & S. Stephani de Agere, 168. c. 180. c. 219. a. A. 128. c. electio Anſelmi abbatis, A. 154. 155. huic monaſterio ſubjecta eccleſia S. Johannis de Meleto, 250. b. 296. c. 312. c. 360. a. abbates, V. *Anſelmus*, *Antonius*, *Arduinus*. *Benedictus*, *Guillielmus*, *Octavianus*, *Realis*.

Virgilius abb. S. Urbani ad Æſinantem, 3. c. A. 15. a. 18. b. 21. b. 57. c.

de Virginibus monaſt. S. Mariæ Venetiarum prior, 45. c.

S. Viriani monaſt. 33. c. 108. c. 404. c. A. 48. c. 107. a.

de Viridario monaſt. Paravinum S. Johannis, 45. b. 67. a. 161. b. A. 186. b. 288. b.

Viridis uxor Ricciardi de Camino, 300. b. c.

Viſitatorum officium, A. 217. 218. c.

Vita abbas S. Mariæ foris portam Faventiæ, 192. b.

S. Vitalis eccl. Laurentiani, 189. c. A. 48. c. 107. b.

Vitalis archiep. Piſarum, 12. b. A. 41. c.

Viterbium civitas, A. 81.

S. Viti de Vicetia monaſt. 130. b. 152. 160. b. A. 51. a. 109. b. 218. b. de bonis ejuſdem erectum oratorium S. Luciæ apud ipſum, 293. c. A. 412. 413. acta inter epiſcopum & monaſt. 130. b. A. 237.

S. Viti monaſt. de Piſis, 274. a. de Gorgona, A. 305. c.

S. Viti eccl. ſubjecta monaſterio S. Urbani ad Æſinantem, 3. b. A. 28. a.

S. Viti caſtrum in Latio traditur monaſterio S. Gregorii de Urbe, 141. a. 162. c. A. 247. 263. 266. 532. b.

S. Viti caſtrum Ravennianæ, 212. c. 270. c.

S. Viti mons territorii Anconæ, A. 125. a.

de Vivo ſeu ad Fontem-vivum monaſt. S. Petri, 4. c. A. 6. a. cui unita erat eremus S. Benedicti pariter dicta de Vivo, ſeu Vivi. Innocentius IV. ſcribit contra invaſores bonorum ejuſdem 7. b. monachi Vivenſes vendunt communi Senarum caſtrum Caſtellionis, 4. b. 5. a. 19. b. 20. a. 44. c. 59. c. transfertur monaſterium ad eccleſiam S. Muſtiolæ Senarum, 71. a. concordium cum ep. Cluſino, 196. a. 276. a. ab ejus juriſditione ſeparatur monaſterium, 217. b. 243. a. & ponitur ſub tuitione communis Senarum, 263. b. A. 4. c. 50. a. 108. c. Caſtellionenſes depopolantur monaſterium, 366. c. A. 536. Urbanus prior eligitur a Johanne XXII. 333. b. concordium cum hominibus caſtri Caſtellionis, 376. a. priores, V. *Bonifacius*, *Benignus*, *Gerardus*, *Gregorius*, *Guido*, *Johannes*, *Petrus*, *Ventura*, *Ugolinus*, *Urbanus*.

Vivianus archidiaconus Aretinus, 55. b.

Vivianus domini Alidoſii de Luco, 127. b.

Umbriani eccl. S. Andreæ, 18. c. a. 57. c.

Uncia auri, 161. a.

Unzola caſtrum. A. 476. b.

Vocabula monaſteriorum dicebantur tituli Sanctorum, quibus dedicatæ erant eccleſiæ, 17. b.

Volaterrarum prior S. Benedicti, 20. a.

Volaterrarum monaſterium SS. Juſti & Clementis, 17. c. 20. a. 71. c. 155. b. A. 49. c. 108. b. conventiones monaſterii cum commune de Volaterris, 358. b. A. 518. ibi tetraevangelium tabulis pretioſis exornatum, & crux reliquias Sanctorum continens adſervabantur, 301. 364. c. abbates, V. *Accurſius*, *Antonius*, *Bartholus* vel *Bartholomæus*, *Fatius*, *B. Jacobus*, *Juſtus*, *Martinus*, *Michael*, *Nicolaus*.

Volaterrarum diœceſis, A. 49. c. 108. b. epiſcopi, V. *Albertus*, *Gualterottus*, *Philippus*, *Ranutius*, *Raynerius* alter *Rainerius de Ubertinis*.

Volcherius patriarcha Aquilejenſis, A. 387. c.

de Volognano viri nobiles, 158. b.

Urani monaſt. S. Mariæ prope Brittonorium munitum privilegio ab Alexandro IV. 29. c. 45. c. 49. b. 77. c. 145. a. 364. c. 366. b. A. 51. b. 78. 109. a. 244. c. 351. c. abbates, V., *Africanus Auguſtinus*, *Bonifacius*, *Bonus*, *Felix*, *Lapus*, *Maſſarius*, *Rainerius*, *Romualdus*, *Ugo*.

S. Urbani monaſt. ad Æſinantem in Marchia privilegio decoratur ab Innocentio IV. 3. a. A. 27. c. agit contra oppidanos Pyri, qui caſtrum S. Urbani moleſtabant, 3. c. A. 12. c. caſtri poteſtates, A. 16. c. monaſterii abbates, A. 18. b. 21. b. concordium monaſterii cum caſtro S. Urbani, 18. c. A. 55. c. eccleſiæ monaſterio ſubjectæ, 263. c. 264. a. abbates, V. *Abraham*, *Acto*, *Benvenutus*, *Guarnerius*, *Guido*, *Ormanus*, *Ubadus*, *Virgilius*.

Urbanus IV. pont. max. olim Jacobus patriarcha Hieroſolymitanus, 64. c. concedit Camaldulenſibus, ut tempore interdicti divina celebrare valeant, 64. c. ſubmittit eremo Camald. monaſterium S. Petri in Campo, 65. b. committit deciſionem cauſæ inter monaſteria S. Benedicti-veteris, & S. Benedicti-novelli de Patavio, 68. b. obit, 69. a. 89. b. 271. b. recipit ſub ſua protectione monaſt.

Carcerum, *66.* a. A. 153. c. ejus literæ de electione Anſelmi in abbatem S. Petri in Vinculis Ravennæ, *64.* c. 113. b. A. 154. 155. 172. b.
Urbanus abb. S. Savini ex priore S. Frigdiani Piſarum, 10. c. 12. b. 44. c. 47. a. 48. a. 98. c. 332. b. A. 44. c. 117.
Urbanus prior de Vivo, 367. b. A. 542. b.
de Urbe eccleſiæ & monaſteria, V. *S. Baſilii*, *S. Chryſogoni*, *S. Gregorii*, *SS. Jo. & Pauli*, *Laterani*, *S. Mariæ-novæ*, *S. Pauli*, *S. Petri*, *S. Praxedis*, *de Publica*, *S. Pudentianæ*, *S. Sabbæ*, *S. Spiritus*, *S. Thomæ*, *S. Silveſtri*.
Urbevetanæ eccleſiæ & monaſteria, 43. c. A. 50. b. 108. c. V. *S. Crucis*, *S. Felicis*, *S. Severi*; epiſc. V. *Mancinus*, *Pramus*.
Urbicciani monaſt. ſub monaſterio Inſulano, 184. c. 191. c.
Urbinates epiſcopi, V. *Giſo*, *Guido*, *Petrus*.
de Urno Johannes filius Bonacurſii Lucenſis, donat Martino priori Camald. bona ſua & juraparronatus io plures eccleſias, antequam monachus fieret, 26. c. 71. c.
Urſariæ caſtrum & eccl. S. Mariæ, 75. b. 261. c. 322. c. A. 388. c. 441.
S. Urſæ vel Urſulæ monaſterium Florentiæ, 249. c. 350. c.
Urſi Betholdus poteſtas Arretinus, 218. c.
SS. Urſulæ & ſoc. mm. reliquiæ, 311. a.
S. Urſula monaſt. prope Patavium, 231. c.
Uſuardi martyrologium, 397. c.
Utriculi eccl. S. Severini, A. 342. b.
a Vulpe Thaddæus vir illuſtris, 321. a.
Vultræ monaſt. S. Mariæ in Gloria, 177. b. 236. c. 279. b.
Wadingus Lucas hiſtoricus ord. Minorum, 21. c. 32. b. 213. b. 214. 258. 297. b. 359. c. 382. b.
Walfredus fil. Alberici, A. 63. a.
Walpurga vel Vilpurga comitiſſa in Hiſtria, 374. a. A. 387. c.
Willielmus card. S. Laurentii in Lucina, A. 35. b. 39. b.
Willielmus prior S. Benedicti de Patavio, 51. b. A. 130. b.
Wion Arnoldus mon. Flander, 188. c. 194. c. 195. b. 308. b. 346. b. 387. a.
in Xenodochio eccl. S. Mariæ Ravennæ, A. 120. a.

Z

ZAcharia abbatiſſa S. Chriſtinæ de Tarviſio, 221. c.
S. Zachariæ eccl. ſubjecta monaſterio Claſſenſi, ab hoſtibus invaſa, 197. a.
Zagonariæ eccl. S. Andreæ, 52. b. 197. a. 338. b. A. 117. c. 475. c.
Zebedeus vel Zibedeus filius Berardi fundator monaſterii S. Salvatoris de Foro-livio, 33. b.
Zellum villa, 229. a.
de Zena Andreas fundat hoſpitale ad S. Mathiæ de Muriano, 326. a.
Zeno abb. Burgi S. Sepulcri, 139. c. 150. b. 151. c. 163. b. 164. c. 165. c. 166. a.
Zeno abb. S. Hippolyti de Faventia, 90. b. 114. c. 122. a.
Zeno abb. S. Salvatoris Camalduli-Florentini, 166. a. 202. a. 221. c. 226. b.
S. Zenonis monaſt. Piſarum, 10. c. 20. b. 33. c. 364. c. A. 50. a. 85. c. 87. c. 108. b. 486. c. hoſpitale ejuſdem, 218. a. A. 306. a. monaſterium ab archiepiſcopis Piſarum occupatum, 393. b. abbates, V. *Angelus*, *Bartholus*, *Blancus*, *Franciſcus*, *Gerardus*, *Jacobus*, *Michael*, *Philippus*, *Silveſter*.
S. Zenonis eccl. in Caſentino, 165. b.
S. Zenonis eccl. de Cæſena, 292. a.
Zenus Andreas poteſtas Bononiæ, 115. a.
Zilius plebanus Opitergii, A. 149.
de Zumellis caſtrum, 75. c.

FINIS TOMI QUINTI.

Domnus Dominicus Valle Abbas monaſterii ſancti Michaelis de Muriano Venetiarum Ordinis ſancti Benedicti Congregationis Camaldulenſis & in Veneta Provincia Vicarius Generalis.

OPus, cui titulus: *Annales Camaldulenſes* Tom. V. &c. a duobus hujus monaſterii monachis conſcriptum, & a duobus pariter noſtris Theologis, quibus eam curam demandavimus, recognitum, votoque eorum probatum, tenore præſentium, quantum noſtra intereſt, facultatem typis conſignandi impertimur.

Datum Venetiis ex noſtro monaſterio ſancti Michaelis de Muriano kalendis decembris 1757.

D. Dominicus abbat.

Loco ✠ ſigilli,

D. Antonius ab Oleo Cancellarius.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. F. *Gio: Paolo Zapparella* Inquiſitor General del Santo Officio di *Venezia* nel Libro intitolato *Annales Camaldulenſes* Tom. V. ms. non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi concediamo Licenza a *Gio: Buttiſta Paſquali* Stampator *di Venezia*, che poſſi eſſere Stampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 9. Ottobre 1759.

(Z. Alviſe Mocenigo Riff.
(Angelo Contarini Proc. Riff.
(Franceſco Moroſini 2. Kav. Proc. Riff.

Regiſtrato in Libro a Carte 24. al Num. 141.

Gio: Girolamo Zuccato Segr.

Adì 15. Ottobre 1759.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentis. degli Eſſecutori contro la Beſtemmia.

Gio: Pietro Dolfin Segr.

Errata in Annalibus.

Pag. 6. *lin.* 39. extimarent *lege* æſtimarent
Pag. 8. *lin.* 16. quæ apud nos ſervantur *lege* quæ nos exſcripſimus,
Pag. 12. *lin.* 15. in Pratalienſis *lege* Pratalienſis in
Pag. 13. *lin.* 37. paternam *lege* patenam
Pag. 15. *lin.* 22. eleemoſinam *lege* eleemoſynam
Pag. 27. *lin.* 47. eleemoſinis *lege* eleemoſynis
Pag. 29. *lin.* 40. Alexander III. *lege* Alexander IV.
Pag. 31. *lin.* 31. Benveutus *lege* Benvenutus
Pag. 38. *lin.* 12. præoris *lege* prioris
Pag. 76. *lin.* 36. erant *lege* erat
Pag. 100. *lin.* 35. inſito *lege* incito
Pag. 110. *lin.* 29. ſuam. Ughellius *lege* ſuam, Ughellius
Pag. 112. *lin.* 19. auctoritate *lege* auſteritate.
Pag. 155. *lin.* 7. nunquam *lege* unquam
Pag. 161. *lin.* 8. Romanis *lege* Romani
Pag. 173. *lin.* 23. ab annum *lege* ad annum
Pag. 249. *lin.* 16. referenda *lege* referendæ
lin. 23. Camerlitarum *lege* Carmelitarum
Pag. 250. *lin.* 26. Ciſterii *lege* Ciſtercii
Pag. 264. *lin.* 10. di Fagiola *lege* de Fajola
Pag. 267. *lin.* 27. ſuſciperent *lege* ſuſpicerent
Pag. 277. *lin.* 10. vicario *lege* vicarii
Pag. 297. *lin.* 18. S. Cæciliæ *lege* *S. Chriſtinæ*
Pag. 301. *lin.* 20. *poſt* Camerinenſis *ſupple* auctoritate literarum Petri de Columna S. R. E. card.
lin. 23. & ad hæc omnia *dele uſque* amiciſſimi.
Pag. 379. *lin.* 20. *ſe* lege *ſe*
Pag. 383. *lin.* 38. *qua* lege *qua*

Errata in Appendice.

Col. 22. *lin.* 39. Breve *lege* Brevia, *& ſic in ſeqq.*
Col. 44. *lin.* 42. *monaſterio* lege *monaſteriis*
Col. 49. *lin.* 29. pertitiis *lege* pertinentiis
Col. 54. *lin.* 54. capellatum *lege* capellanum
Col. 56. *lin.* 11. ſignioriee *lege* ſignorie
Col. 80. *lin.* 52. annus *lege* annuos
Col. 85. *lin.* 51. 1157. *lege* 1257.
Col. 90. *lin.* 25. confirmationem *lege* confirmatione
Col. 100. *lin.* 24. terra *lege* terras
Col. 110. *lin.* 30. diſtrictus *lege* diſtrictius
Col. 118. *lin.* 53. modo *lege* medio
Col. 136. *lin.* 11. caceri *lege* carceri
Col. 143. *lin.* 6. eorumdem *lege* earumdem
lin. 55. cogantur *lege* cogant
Col. 154. *lin.* 10. VII. kal. *lege* VIII. kal.
Col. 241. *lin.* 21. fratre *lege* fratres
Col. 252. *lin.* 21. ſibi *lege* tibi
Col. 263. *lin.* *ult.* tenores *lege* tenore
Col. 281. *lin.* 31. Colle-parano *lege* Colle-paſſano
Col. 287. *lin.* 4. vincullo *lege* vinculo
Col. 296. *lin.* 57. biſanos *lege* Piſanos
Col. 332. *lin.* *ult.* aquite *lege* itaque
Col. 340. *lin.* 57. plenis *lege* plebis
Col. 390. *lin.* 29. infanctandum *lege* infanctandam
Col. 446. *lin.* 1. dilelectis *lege* dilectis
lin. 22. *de Piſſis* lege *de Piſis*
Col. 491. *lin.* 15. ducentos *lege* ducentas
Col. 528. *lin.* 50. elaetio *lege* electio
Col. 530. *lin.* 27. valuntatem *lege* voluntatem
Col. 558. *lin.* 19. Scoppiolo *lege* Stoppiolo
Col. 563. *lin.* 59. perpetui *lege* perpetuis
Col. 677. *lin.* 14. *monachi* lege *monachis*

2. 2.1 115 Ehz Vol 5

[illegible]

[redacted] gi

005645302

Digitized by Google